
37
14 D
1



HENRICI NORISII

S. R. E. CARDINALIS

OPERA OMNIA

HENRICI NORISII
VERONENSIS AUGUSTINIANI

TIT. S. AUGUSTINI S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS
ET SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE BIBLIOTHECARII

OPERA OMNIA

Nunc primum collecta atque ordinata

TOMUS PRIMUS

CONTINENS SACRA

Quorum elenchum post monitum habes.



VERONÆ MDCCXXIX

EX TYPOGRAPHIA TUMERMANIANA
SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO EXCELLENTISSIMI
SENATUS AD ANNOS XV.

CO. GOMBERTO IUSTO
ET
BARTHOLOMÆO SPARAVERIO
DUUMVIRIS ET NOBILIUM CONSILIO
URBIS VERONÆ

Io. Albertus Tumermanus.



Ogitanti mihi, quærentique aliquem, qui pro suo singulari in Henricum Norisium studio, huius opera, quæ in unum corpus collecta sum editurus, non æquo solum animo, verum etiam libentissimo in patrocinium reciperet, in mentem statim occurrit hic Veronensis Senatus, qui tantas ei civi adhuc viventi benevolentiæ ac existimationis significationes dedit, tamque iucundam eius iam mortui memoriam tenet & colit, ut nihil

sit

ſit dubium ampliſſimo huic ordini a me præponendum fuiſſe neminem. Veronæ, qua in civitate elegantioribus atque eruditis ſtudiis magnificentiſſimum patuit hoſpitium, hæc præcipua atque honeſta cura fuiſſe viſa eſt, ut præſtantioribus eximiaque ingenii ac literarum laude florentibus filiis, quos ornamentum ſui quam magnificentiſſimum cenſuit, inſigne aliquod honoris ac dignitatis munus deferret, quo & illi præclare ac utiliter ſuam in optimis diſciplinis collocaſſe operam cognoſcerent, & ceteri, qui animo eſſent ſublimi & excelſo (quorum ſane ſemper extitit non exigua copia), hac præmiorum ac laudis ſpe quaſi calcaribus excitati, in eamdem ſtudiorum rationem traducerentur. Cum vero alii atque alii honores aliis atque aliis civibus tributi ſunt, tum ille, qui paucis admodum contigit, habitus eſt præcipuus, ut nimirum ſtatua cuipiam in publico poneretur. Itaque tantam Noriſii rationem Verona habuit, ut hunc honorem, quo maior nullus eſt, eidem dari S. C. iuſſerit, & quod caput eſt, dari eidem iuſſerit, dum adhuc in vivis eſſet. Tum vero Cæſari Fratris Henrici filio locum in Senatu tribuens, Noriſianam familiam inter patricias adſcripſit, quæ honoris acceſſio extra uſitatum tempus Cæſari decreta ac data cum ſingularis omnino fuerit, & præter noſtrorum hominum aut ſuperiorum memoriam, inſignem Veronenſis Senatus in Henricum

bene-

benevolentiam declarat. Eius autem existimatio & observantia ita animos pervasit omnium, ut in dies mirifice excreverit, & adhuc vivat in singulis, ac vigeat. Cuius rei illud mihi exploratissimum argumentum fuit, quod ut primum de hac editione palam factum est, statim quamplurimi cuiusque ordinis cives ad me confluentes, non tam commendarunt inceptum, sed eidem perficiendo suam mihi operam ac subsidium præstiterunt, meque in maximam erigentes spem, sua nomina sociorum catalogo voluere inscribi. Hæ potissimæ sunt caussæ, quibus cum Senatus populique Veronensis eximiam in Norisium benevolentiam perspexi, tum me ad eius opera Veronensi huic civitati dicanda impulsum fateor. Id vero fieri non posse, quin vestra etiam nomina huic operi præscriberentur Illustriss. Duumviri, qui summum hac in Urbe gradum tenetis, & eius veluti personam geritis, vehementer etiam atque etiam lætor. Cum enim et Vos aliquas præcipuas ob caussas potiori Norisii quodam studio credam efferri, Duumviratum vestrum occulto consilio in id tempus arbitror incidisse. Tu enim Co. Gomberte Iuste, qui Romæ anno post Christum natum MDCC. tanti viri familiaritate ac necessitudine es usus, & eiusdem generis studia apprime semper excoluisti, eaque præsertim, quæ in vetustatis reliquiis perlustrandis occupantur, præclarum nummismatum, quibus studiose delectaris, tibi musæum

com-

comparasti, nonne grate accipies eius opera, in quibus idem ingenium luculentissime effusum est? Tu vero Bartholomæe Sparaveri, illius Francisci filius, quem ob antiquitatis, Iurisprudentiæ, latinæ græcæque linguæ peritiam magni vel apud exteros nominis virum Norisius maxime diligens, habere voluit in suis, læto, ut auguror, hilarique vultu hominem tuo cum patre tanta caritate coniunctum, in suis operibus tibi oblatum excipere non dedignaberis. Quæ cum ita sint, bene, rogo, acceptum sit hoc munus, quod Vobis & vobiscum una Senatui Veronensi a me perhumillime offertur, neque illud ex ea parte pendite qua est meum, sentio enim quam sit exiguum & leve, sed ex illa qua Norisii est, congruens & conveniens sane Vobis, & hac Urbe minime indignum: simulque Vos obsecro ut me quoque tenuem quidem hominem, sed boni publici studiosum, in fidem & clientelam vestram recipientes, meam typographiam præclarissimorum auctorum editioni ac civium utilitati destinatam, vestro patrocinio ac auctoritate tueamini. Deus interim salvos sospitesque Vos publicis rebus custodiat, & amplissimum hunc Senatum, mihi carissimum populum, felicem, florentem, fortunatumque conservet.

Dabam Veronæ VI. Idus Martii.
A. MDCCXXIX.

MONITUM



Enrici Norisii S. R. E. Cardinalis civis nostri opera, quæplurimi quidem ab eruditis habita, sed partim dissipata ac dispersa sunt exiguis libellis, partim vero adeo rara, ut frustra quæsita desiderentur a multis, nos in unum corpus eleganter & acurate digesta in lucem producturos anno superiore recepimus. Ex iis interim hoc quod vides, Lector, est primum volumen in quo & chartæ nitorem, & characterum pulchritudinem, & ortographiæ diligentiam facile, ut confidimus, legendo cognosces. Eiuscemodi erunt qui deinceps, quam celerius fieri poterit, edentur tomi. Postea vero universæ editionis ordinem, locupletissimam auctoris vitam, copiosissimum indicem, & quæcumque utilia videbuntur, dabimus. Neque vero hæc ad extremum potrudentes, rem facimus reprehendendam vel novam; sequimur enim præstantissimarum editionum auctores non paucos, quibus idem consilium fuit, inter quos nominandi præcipue sunt eruditissimi Monachi Congregationis S. Mauri, qui in editione præclarissima S. Augustini eadem ratione usi, præfationem in universa opera, S. Doctoris vitam, atque rerum omnium indicem tomo undecimo atque ultimo collocarunt. Quod si tomis singulis indicem non subiecimus, gratius & opportunius lectoribus censuimus futurum, si quando rem quampiam in Norisii voluminibus vellent quærere, illam, uno obtutu unico indice designatam statim invenirent, neque multiplici ac supervacaneo labore plures adire indices tomosque cogerentur. Accipe igitur, studiose Lector, grato animo ac læto hunc primum tomum, meoque conatui favens ad ceteros eadem industria typis tradendos excita.

Quæ hoc tomo continentur, sunt hæc.

ELENCHUS

Associatorum Operibus Henrici Norisii Cardinalis.

ABbatia Canonicorum Lateranensium S. Spiritus Bergomi. 1
Æmilius de Æmiliis Co: & Eques Hierosolymitanus Veronensis. 1
Albertus Mazzoleni Mon.Caf.Patavii. 1
Albertus Pompeius Co: Veronensis. 1
Albericus Archintus Co: & utriusque Signaturæ Referendarius Mediolan. 1
Alexander Trivultius March. Mediolanensis. 1
Alexander Picottus Ab. Romæ. 1
Alexander Carolus Brenzoni Veronensis. 1
Alexander Gulientius Veron. 1
Alexander Noris Com.& Ab.Veron. 1
Alexander Sansebastianus Co: Veron. 1
Alexander Torri Doctor Veron. 1
Aloysius Terzi Marchio Bergomas. 1
Andreas Memo Patritius Venetus Eques expraetor Brixiæ. 1
Andreas Ant.Vanetti Ab Roboretanus. 1
Andreas Grassi Patritius Venetus. 1
Andreas Gambaroni Archip. Veronensis. 1
Angelus Maria Quirini Card. Episcopus Brixiensis. 1
Angelus Guillelmus Aregiani Magist. Augustinianorum Secret. Romæ. 1
Angelicus de S. Caietano Provincialis PP. Carmel. Discalceatorum Siciliæ. 1
Anselmus Bortoletti Mon.Caf.Ferrariæ. 1
Antonius Simonetta Co: Mediolanen. 1
Antonius Maria Berembati Cler. Regul. Teat.Bergomi. 1
Ant. de Cavriaois March. Mantuanus. 1
Antonius Brunellus Patavii. 1
Antonius Dominicus de Comitibus de Wolkenstain & Trosburgg Episcopus & Princeps Tridenti. 1
Antonius Flammacini Magister Cameræ Episcopalis Tridenti. 1
Antonius Maria Bivilaqua Doctor Veron. 1
Antonius Scori Canonicus Tarvisinus. 1
Antonius Bosius Vicentinus. 1
Apostolus Zeno Historicus & Poeta Cæsareus Viennæ. 1
Ascanius Varesius Ab. Generalis Congregationis Lateranensis Patavii. 1
Aventinus Fracastorius Co: Veronensis. 1
Augustious Mecuzzelli Baccalaureus Augustinianus Romæ. 1
Augustinus Maria Arpe Aug. Genuensis Reip. Theologus. 1
Aurelius Savinus Lector Pub. Bononiæ. 1
Bartol. Daglio Magister August. Genuæ. 1
Bartol. Menga Regens August. Romæ. 1
Benedictus Piccioli Doct. Bononiensis. 1
Ben.Caiet.Caotonus Mon.Caf.Ravennæ. 1
Benedictus Sartorius Mon. Caf. Venetiis. 1
Beroardinus Zendrini Doc. Mathematicus Serenissimæ Reip. Venetæ. 1
Bern. Leonus Montenarius Co: Venetiis. 1
Bernardus Verdarius Presb. Veronensis. 1
Bertoldus Pellegrini Co: Veronensis. 1
Bibliotheca PP. Carmelitarum Discalceatorum S. Mariæ Bergomi. 1
Bibliotheca Ambrosiana Mediolani. 1
Bibliotheca S. Iustinæ Patavii. 1
Bibliotheca PP. Discalceatorum Veronæ. 1
Bibliotbeca Ss. Nazarii & Celsi Monac. Caf. Veronæ. 1
Biblioth. S. Nicolai Clerie. Regul. Ver. 1
Bibliotbeca S Anastasiæ PP. Domenicanorum Veronæ. 1
Bibliotheca S. Zenonis Veronæ. 1
Bonav. Diverta ex Min. Observ. Romæ. 1
Bonav. Aureggio Presbyter Veronensis. 1
Cæsar Martinengus Co: Venetiis. 1
Cæsar Aoti Presbyter Coloniæ in Diæcesi Patavina. 1
Caietanus Bertoli Archipresbyter Tarmasiæ in Diæcesi Veronensi. 1
P. Caliari Magister Augustinianus & Seeretarius Lombardiæ. 1
Caietanus Volpi Præsbiter Patavinus. 1
Carolus Archintus Com. Eques Velleris aurei & Magnas Hispaniarum Mediolan. 1
Carolus Grassi March. Bononiensis. 1
Carolus Martelli unus a Secretis Instituti Bononiensis. 1
Carolus Spinola qm. Iac. Patrit. Genuen. 1
Carolus Zenobius Co: Patrit. & Seoator Venetus. 1
Carolus Doazzo Doc: LL. Venetiis. 1
Carolus Terzi Doc. LL. Veneriis. 1
Carolus Persico Comes Veronensis. 1
Carolus Sonetti Doc. Archipresbyt. Montisfortis in Diæcesi Veronensi. 1
Carolus Pertusati Co: Regens pro Statu Mediolani S.C M. 1

Corra-

Corradus Gonzaga March. Mantuanus. 1
Dominicus Saccomani Presbyter Zevii Diæcesis Veronensis. 1
Dominicus Carlina Doct. LL. Veronensis. 1
Egidius Egidii Doct. Theol. Veronensis. 1
Ermolaus Pisani Patrit. & Sen. Venetus. 1
Federicus Prosperi Mag. Aug. Genuæ. 1
Federicus Campanea Co: Veronensis. 1
Felix Leoni Proc. Geo. totius Ordinis Augustiniani Romæ. 1
Franciscus Nodari Coloniæ in Diæcesi Patavina. 1
Franciscus della Torre Eques Ravennæ. 1
Franciscus Blanchini Prælatus Domesticus & Assistens Pontifici Veronensis. 1
Franciscus Ficoroni Romæ. 1
Franciscus Duchi Archipresbyter Bovoloni in Veronensi Diæcesi. 1
Franciscus Fioccarini Doct. Theologiæ in Veronensi Seminario. 1
Franciscus Philippi Archipresb. Veron. 1
Franciscus Zanatta Causidicus Veron. 1
Franciscus Garvan Anglus Armiger. 1
Franciscus Mininus Presbyt. Vicentinus. 1
Gaspar Chiusole Archipresbyter Arcus. 1
Gaspar Montanea Doctor Veronensis. 1
Gilbertus Mazzoleni Mon. Ben. Bergom. 1
Gombertus de Iustis Co. Veronensis. 1
Abbas Grandi Visitator Canonicorum S. Salvatoris. 2
Gullielmus Nicolai Baccalaureus Augustinianus Bergomi. 1
Hieronymus Ascanius Iustinianus Patr. Ven. & Capitaneus Veronæ. 1
Hieron. Covi Can. Com. Brixiæ. 1
Hieronymus Augustinus Zazari Magister Augustinianus Italiæ Assistens Romæ. 1
Hieron. Spolverinus March. Veronensis. 1
Hieronymus Cavaionus Doctor Veron. 1
Hieronymus Pompeius Co. Veron. 1
Hieronymus Coloti Doct. Archip. Veron. 1
Hieronymus Porto Co. Vicentinus. 1
Hieronymus Toroiero Co. Vicentinus. 1
Honuphrius Mildmay Angl. 1
Horatius Blancus Doct. Mediolanens. 1
Iacobus Benedictus Bianchi Mon. Cas. Ravennæ. 1
Iacobus Carlieri Bibliopol. Florentiæ 5
Iacobus Tassis Co. Bergomas. 1
Iacobus Vallarsi Veronensis. 5
Ignatius Avesani Archipresbyter Nogariæ in Diæcesi Veronensi. 1
Ilarius Leporini Prior Augustio. Tridenti. 1
Iohannes Albertus Columbus Mon. Cas. Venetiis. 1
Iohannes Franciscus Cardinalis Barbadicus Episcopus Patavinus. 1
Iohannes Baptista Petrus Vailetti Salvagnus Co. Bergomas. 1
Ioh. Andreas Astezati Mon. Cas. Brixiæ. 1
Ioh. Iacobus Pallavicini Patrit. Genuens. 1
Ioh. Federicus de S. Rosa Carmel. Discalceatus Philosophiæ Lector Mantuæ. 1
Iohannes Antonius Fabritius Augustinianus Lector Philosophiæ Patavii. 1
Iohannes Gratia Patrit. Patavinus. 1
Ioh. Philippus della Torre Abbas Romæ. 1
Ioh. Baptista Blanconi Doct. Romæ. 1
Ioh. Baptista Spinola Patrit. Genuensis. 1
Ioh. Franc. Richelmi Soc. Iesu Taurini. 1
Ioh. Baptista Sabadini Rector Seminarii Utinensis. 1
Iohannes Baptista Carminati Patr. Ven. 2
Iohannes Pasqualigo Patrit. Venetus. 1
Ioh. Baptista Cartularius Doct. Veron. 1
Ioh. Dominicus Lavarini Doct. Veron. 1
Iohannes Franciscus Musellus Archipresbyter Catedralis Veronensis. 1
Iohannes Tavelli Veronæ. 1
Iohannes Vincentius Meriggi de Azzalinis Archipresbyter Veronensis. 1
Ioh. Tretius Archipresbyter Veronens. 1
Iohannes Zanetti Presbyter Veronens. 1
Iohannes Zimoli Archipresbyter, & a Secretis Episcopi Veronensis. 1
Iohannes Baptista de Pindemontibus Marchio Veronensis. 1
Ioh. Baptista Cerati Presb. Vicentinus. 1
Ioh. Chechozzi Canonicus Vicentinus & Lector Historiæ Ecclesiasticæ Patavii. 1
Iohannes Montanarius Co. Vicentinus. 1
Iohannes Basilius de Castelvi Co. de Cervellon Consiliarius S. C. M. Viennæ. 1
Iohannes Antonius de Boxador Comes de Savallà Eques Velleris Aurei Intimus Consiliarius S. C. M. Viennæ. 1
Iohannes Baptista Marcus Zuanna Baro Viennæ. 2
Ioseph Rovelli pro F. Carolo Maria Cæsenate Guardiano Capuccinorum S. Archangeli Provinciæ Bononiensis. 1
Ioseph Smith Londinensis. 11
Ioseph Antonius Sassi Præfectus Bibliothecæ Ambrosianæ Mediolani. 1
Ioseph Aloysius de Anduiar Magister Dominicanus Camerarius & Bibliothecarius Pontificis. 1
Ioseph Albinus Presbyter Veronensis. 1
Ioseph Sempreboni Caudatarius Episcopalis Veronæ. 1
Iulius Pallavicinus quondam Thomæ Patritius Genuensis. 1
Iulius Landi Veronensis. 1
Iulius Cæsar Lisca Co. Veronensis. 1

Lactantius Sega Præpositus Booonienfis. 1
Laurentius Brefolinus Archip. Veron. 1
P. *Mag.* Lippi pro Bibliotheca PP. Dominicanorum Mantuæ. 1
Ludovicus Maninus Patritius Venetus Expræror Veronæ. 1
Ludovicus Calioi Co. Canon. Brixieof. 1
Ludovicus Antonius Muratorius Bibliothecarius Sereniff. Ducis Mutinæ. 1
Ludovicus Elizius Rovavult de Gamaehez Auditor S. Roræ Romaoæ. 1
Malatefta Monaldini Archid. Ravennæ. 1
Manfredus Repeta Mareh. Vicentin. 1
Marius della Torre Cler. Reg. Romæ. 1
Martinus Elena Archipresb. Pifcheriæ. 1
Maffeus Nieolaus Farfetti Archiepifcopus Ravennæ. 1
Matthæus Caroli Presbyter Vicent. 1
Matthæus a Parete Gen. Min. Obferv. Romæ. 1
Mauritius Bardelini Romæ. 1
Maximilianus Lanzeni Presb. Veron. 1
Michael de Cavaleriis Auguft. Bergomi. 1
Michael Buri Co. Veronenfis. 1
Michael Thiovil Mylord. Anglus. 1
Michael Angelus Zorzi Bibliothecarius Vicentin. 1
- - - - Montius Comes Mediolanenfis. 1
Morandus de Morandis Veronenfis. 1
Nieolaus Angelus Maria Laodini Baccalaureus Auguft. 1
Nicolaus Balzarini Auguft. Vicent. 1
Nicolaus Perelli Romæ. 1
Nieolaus Petricelli C. R. S. pro Bibliotheea B. V. a Salute Venetiis. 1
Nicolaus Simoni Seeretarius Pontificius Cifræ Romæ. 1
Nicolaus Xaverius Albini Romæ. 1
Octavianus Pellegrini Co. Veronenf. 1
Octavius Ringhieri Can. Bononienfis. 1
Octavius Baiardi Co. Can. Præpofitus Catedralis Parmenfis. 1
Olimpus Fraochetti Mon. Benedictinus Ravennæ. 1
Ottolinus Ottolini Co. Veronenfis. 1
Petrus Caoetti Camalduleofis Ab. Claffis Ravennæ. 1
Petrus Paulus Zinani Monaeus Caf. & Le ctor Ravennæ. 1
Petrus Ant. Michelotti Doe. Venetiis. 1
Petrus Hieronymus Capello Patrit. Ven. 1
Petrus Aotonius Albertioi Doct. LL. Archipresbyter Verooenfis. 1
Petrus Francifeus Zini Caoonicus Veronenfis. 1
Philippus Argellati Provifor Bibliothecæ Cæfareæ. 17
Philippus Garbelli Abbas Brixienfis. 1
Pius Turcus Co: Veronenfis. 1
Profper Card. Albertini. 1
Rainerius Bertocchi Min. Convent. Mag. Bnnonienfis. 1
Rieardus Cuutalon Anglus Armiger. 1
Rodericus Zanchini Can. Bononienfis. 1
Scipio Maffeius Mareh. Veron. 1
Scipio Ottolinus Lucenfis. 1
Sebaftianus Murari Co: Veron. 1
Sebaftianus Zambelli Archipresbyter S. Zenonis Menerbii in Diæcefi Veron. 1
Sranislaus Bertolazzi Ord. Minim. Theol. Serenifs Ducis Parmenfis Mutinæ. 1
Tadeus Raimondi Ab. Oliv. S. Bernardi Bononiæ. 1
Thomas Cervioni Arehiepifc. Lucenfis. 1
Thomas Fritfch Confil. Iuftitiæ Regis Polooiæ Lipfiæ. 1
Traianus Borromei Can. Patavinus. 1
Valentinus Mazetus Præsb. Suavis in Diæcefi Veron. 1
Valerianus Pellegrini Equ. Veronenfis. 1
Vermundus Mufitelli Moo. Caf. Venetiis. 1
Vincentius Ercolani Co: Bononienfis. 1
Xaverius Ratillus Can. Romanus. 1

Nomina Afsociatorum iis nobilitatis, aut gradus, aut dignitatum infignibus diftinximus, prout ex epiftolis ad nos confcriptis, five notitiis ore tenus allatis patuit, nibilque bac in re omifimus quod fciremus. Altero tomo, fi qui novi advenient Afsociati eorum nomina novo Elencho addentur.

HISTORIA
PELAGIANA

Magister F. Hieronymus Valvasorius Mediolanensis totius Ordinis Eremitarum S. P. Augustini Prior Generalis.

CUm opus tripartitum F. Henrici de Noris Veronensis nostri instituti Magistri ac Regentis, cui tituli *Historia Pelagiana, & dissertatio de Synodo V. additis Vindiciis Augustinianis*, duo nostri Sac. Theologiæ Professores, quibus id a nobis iniunctum fuerat, recognoverint, ac in lucem edi posse probaverint, facultatem concedimus, ut servatis servandis typis mandetur. In quorum fidem has literas manu nostra subscriptas, ac sigillo nostro munitas dedimus. Romæ in Cœnobio S. P. N. Augustini die 20. Iunii 1672.

Magister Franciscus Maria Ferragatta a Secretis.

Reg. lib. 6.

Noi Reformatori dello Studio di Padoa.

HAvendo veduto per la Fede di Revisione, & Approbatione del P. F. Gio. Paolo Mazzoleni Inquisitore di Verona nel Libro intitolato *Henrici Norisii S. R. E. Cardinalis Opera omnia* non v'esser cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Prencipi e buoni costumi, concedemo Licenza a Gio. Alberto Tumermani Stampatore di Verona che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle publiche Librarie di Venezia, e di Padoa.

Dat. 8. Marzo 1728.

{Gio. Francesco Morosini Cav. Ref.
{Alvise Pisani Cav. Proc. Ref.
{Gio. Pietro Pasqualigo Ref.

Agostino Gadaldini Segr.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO

S. R. E. CARDINALI

BARBERINO

Sacri Collegii Decano.



Igantes olim in cælum iter affectantes, impium bellum superis intulisse, atque inde fulmine deiectos, ac montium ruina consepultos, matrique suæ redditos, temeritatis pœnas persoluisse, fictis fabulis Poetæ prodiderunt. Eadem Pelagium hæresiarcharum callidissimum vecordia, idem plane furor impulit, ut audacia gigantea & sacrilega spe sibi cælum destinans, plurimos pestilenti sidere afflatos in idem votum alliciens, immane bellum adversus Dei gratiam concitaret. Verum D. Augustinus in rei orthodoxæ tutelam vigilantissime excubans, contra superbissimorum hominum impetum impavidus stetit, atque ex Africana arce in perduelles detonans, viginti annorum bello magnum diem imposuit. Huius sacri belli historiam a pluribus iisque præclaris Scriptoribus contextam, attentiore cura ad incudem revocatam & ope codicum manu exaratorum auctam publici iuris facere, illique tui magni nominis fulgorem circumponere ausus sum, Purpuratorum Eminentissime. Haud enim ingratum tibi fore speravi totius operis argumentum, quod effusam cælestis gratiæ beneficentiam complectitur, cuius admirabile ac prope singulare exemplum in te Christianus Orbis admiratur. Facere fortia ac pati, non humanæ virtutis, quod insanientis sapientiæ dogma fuit, sed divinæ gratiæ munus est, ab inexhausto æternæ indulgentiæ fonte promanans. Etenim ut recte eiusdem gratiæ defensor dixit, si semel nobis eadem subtrahatur, non dico vincere, sed nec pugnare poterimus. Quæ vero ac quanta tu fortiter gesseris, cum Urbanus VIII. Pontificum Maximus in tuos humeros pares ac validos totius imperii molem reclinavit, ea in oculis omnium, in ore famæ versantur. Et postquam ille ad superos recessit, quanta animi constantia ac firmitudine fortunæ cuncta miscentis impetus tuleris, notius singulis est, quam ut mea opera fieri possit illustrius. Hæc enim præclarissimi scriptores annalibus consignarunt, & seram posteritatem in virtutis æmulationem tot ex te datis exemplis provocabunt. In secundis magno animo fuisti, cum tot millia hominum audienda erant, cum tot libelli, hoc est mortalium fortunæ disponendæ, cum tantus rerum ex catholico Orbe accurrentium congestus ante te staret, cum circumfusa aulicorum turba ac magnorum Principum Legati tuam gratiam prensantes, undique te obsiderent. Tu vero inter tot arridentis fortunæ lenocinia, non te felicitate corrumpi passus es, sed æquam mentem atque ab insolenti lætitia temperatam perpetuo servasti. At in adversis, quæ animus meminisse horret, te ipso maior semper extitisti: quip-

pe

pe qui supra ancipites casus, aulæque incerta ac lubrica eminens, insignia invictæ virtutis tropea domi forisque erexisti. Hæc autem animi bona, si tibi ex te nata essent, non dicam exilia, sed nulla propemodum fuissent. Nam si sibi animus relinquatur, & secundis rebus defluit, & adversis ingruentibus frangitur, prosperis insolenter elatus, contrariis misere elisus. Illam igitur animi tui firmitatem constantemque in utraque fortuna tenorem amicum tibi Numen indulsit. Etenim ut olim alter divinæ gratiæ strenuissimus defensor Prosper ad Demetriadem scripsit, inter secunda vitæ istius & adversa, quibus gemina semper tentatione pulsamur, si proficimus, inde alimur: si stamus, inde subsistimus. Quare cum omnia animi bona, ingentesque virtutes, quæ te in Ecclesiastica Hierarchia post Christi servatoris Vicarium primo loco spectabilem universo Orbi faciunt, cælesti gratiæ acceptas feras, profecto hilari promptoque animo excipies, simulque intelliges, quantum pro eadem gratia a Pelagianorum insidiis asserenda a Romanis Pontificibus, a totius Christiani Orbis Synodis, & ab Augustino præsertim peractum sit. Hic enim, ut Fulgentii verbis utar, turrim fortitudinis ipsam gratiam tenens; & exinde cuncta hostilium machinamenta telorum cælestis iuvaminis virtute confringens, non solum ipse de hoste victoriam referens triumphavit: quin etiam posteris certandi & vincendi ordinem, si quando victa pravitas recidivo ausu infandum caput erigere niteretur, ostendit. His accedit, quod nemo ignorat, quantum historiæ cum sacræ, tum profanæ promovendæ manum & generose & sapienter admoveris. Etenim cum egregie factis amplissimam historiæ materiem iampridem & exemplum præbueris, animum ad Rempublicam literariam optimis scriptis illustrandam & locupletandam adiecisti. Byzantinæ historiæ, ac Sanctorum Patrum monumentis ingens ex liberalitate tua pretium atque incrementum novis codicibus suppeditatis accrevit. Res Ecclesiastica pluribus Synodis ac Romanorum Pontificum epistolis, quæ hactenus in bibliothecarum angulis cum blattis luctatæ fuerant, tua cura in lucem emissis, aucta atque collustrata est. Hinc erga bonarum literarum professores singularis tua illa benevolentia & regium in morem effusa largitio. Quot enim sæviente in ipsos domi vel hæreticorum furore, vel curtæ supellectilis penuria, patriis laribus exactos in tuum sinum humanissime recepisti, totque ac tantis beneficiis cumulasti, ut in lucri loco deputaverint, patriam amisisse, dum te veluti patrem sortiti sunt, a quo tam splendide alerentur, atque omni beneficiorum genere ornarentur. Quibus tu, ubi fato concessere, sepulcrales ex ære statuas erexisti, non tam gloriæ ipsorum, quam tuæ munificentiæ perpetuo duraturum monumentum: qui sane perierant, nisi domi antea periissent. Hanc eximiam raramque liberalitatem, qua literas ac literatos foves, qua nobiles adversa fortuna ad egestatem redactos, qua tot pauperum familias, foves, erigis, sustentas, quantum in te est supprimis ac celas: huncque unum beneficii fructum putas, si se accepisse negaverint. Sed latere non potes: in multa luce tua te liberalitas posuit, & quo studiosius premitur, erumpit. Tu quidem, ut de me loquar, cum isthic essem, me hominem umbraticum non semel advocasti, atque ad Ecclesiasticæ historiæ, quam vix a limine salutaveram, adyta penetranda, tuam omnem operam opemque pollicitus eadem qua ceteros, ratione animasti. Hos pietatis & in omne genus hominum propensionis stimulos tibi cælestis gratia subdit, hunc eximium sapientiæ amorem accendit, ad hæc tam illustria ac numquam interituræ famæ facinora impellit, ut eiusdem divinæ gratiæ adversus Pelagianos ab Augustino Doctorum summo defensæ historia tibi uni iure ac merito nuncupanda videatur. Vale

lib. 2. de Ver. præd. & grat. c. 18.

EMINENTIÆ VESTRÆ

Dat. Patavii 10. Kal. Aprilis 1673.

Devinctiss. atque addictiss. servus
F. Henricus de Noris August.

INDEX CAPITUM

Utriusque Libri.

LIBER I.

c rator

Cap. 24.

LIBER II.

S. PROSPERI AQUITANI
Adversus Calumniatorem D. Augustini
EPIGRAMMA.

Quidam doctiloqui libros senis Augustini
Carpere, & adversum condere fertur opus.
Usque adeone bonum ingenium, & facundia dives
Ostentare artem non aliter potuit?
In nova prostratas acies nisi bella cieret,
Impiaque extinctis hostibus arma daret?
Hæc pugna, Incentor, mors est tua; te stylus iste
Conficit, & verbis perderis ipse tuis.
Dumque doces quantum valeat mens libera, monstras
Velle tuum tibimet sufficere, ut pereas.
Verte gradum, fuge perniciem, stratosque rebelles
Oris apostolici fulmine ubique vide.
Nec te mutato defendi nomine credas,
Si pastorem ovium lædere vis, lupus es.

Aliud eiusdem.

Contra Augustinum narratur serpere quidam
Scriptor, quem dudum livor adussit edax.
Qui caput obscuris contectum utcumque cavernis
Tollere humo miserum perpulit anguicolum.
Aut hunc fruge sua æquorei pavere Britanni,
Aut huic Campano gramine corda tument.
Quæ concepta fovet, promat; quæ parturit, edat:
Seu vetere armatur dogmate, sive novo.
In quoscumque sinus spirarum torqueat orbes.
Et fallax multa torqueat arte caput,
Currentem attritos super aspidas, & basiliscos
Declinare senem vipera non poterit.



PRÆ-

PRÆFATIO
Ad Hiſtoriam Pelagianam.

AUguſtinum parentem ſanctiſſimum eumdemque doctiſſimum ad debellanda hæreſum monſtra in catholicæ Eccleſiæ ſubſidium veluti e cælo demiſſum, illos ſolum ignorare arbitror, quibus ignorare contigerit Auguſtinum: illum dico Auguſtinum, qui ingenii vi ac magnitudine ita ceteris mortalibus præſtitit, ut nihil pæne ſibi ad expugnandum propoſuerit, quod validiſſimarum rationum acumine non irruperit, aut ſacrarum literarum pondere non eliſerit. Sciunt hoc Ariani, ſciunt Manichæi, ſciunt Donatiſtæ, ceterique impoſtores, quorum ille deliramenta tot libris, veluti fulminibus ita diſiecit, ut quot Eccleſia habuit hoſtes, tot unus Auguſtinus triumphos erexerit. Sed præter ceteros hoc probe ſciunt Pelagiani, quorum nefaria dogmata per quatuor fere luſtra exagitavit, ac toto terrarum Orbe luculentiſſimis ſcriptis inſectatus eſt. Porro res a ſtrenuiſſimo bellatore adverſus ſectariorum colluviem geſtas enarrare, haud mihi conſilium eſt; etenim id ante nos præclari ſcriptores, quorum omnium ſtudia Iohannes Rivius vicit, tanta induſtria exſecuti ſunt, ut id iterum tentantes, actum agere plane videri poſſint. Ceterum cum Auguſtiniana volumina adverſus Pelagianos edita a quorumdam novorum ſcriptorum cenſuris vindicare in animum induxerim, facturum me operæ pretium duxi, ſi rerum Pelagianarum hiſtoriam præmitterem, paucisque exponerem, qua occaſione, quove tempore libros illos cedro dignos contra ſuperbiſſimos hoſtes magnus Doctor emiſerit, itemque qualis, quantave ſit in univerſis de divina gratia controverſiis eiuſdem ſanctiſſimi Præſulis ex unanimi ſummorum Pontificum, Synodorum, ac Patrum approbatione auctoritas, antequam eidem quantulamcumque adverſus nuperos cenſores advocationem commodarem. Hoc vero ſatis pro dignitate me præſtiturum arbitror, ubi palam fecero, unum Auguſtinum in Pelagiano bello fuiſſe, qui totius catholicæ Eccleſiæ cauſa in ſe ſuſcepta, ceteris fere domi quieſcentibus, undeviginti annos in acie ſteterit, invictaque dextera victrices lauros præciderit, quibus Romanorum Pontificum tiaras redimiret. Sane nihil ad S. Doctoris commendationem illuſtrius afferri poteſt, quam de Pelagiana ipſum hæreſi triumphaſſe. Ariana quidem hæreſis Imperatorum armis ſuffulta, atque Ariminenſis ſynodi trecentorum & triginta Epiſcoporum auctoritate inſtructa, catholicam fidem toto pæne Orbe exegit, ſed inſtar flammæ, defunctis Conſtantio ac Valente Auguſtis, qui eamdem impenſius fovebant, ſubtracto veluti pabulo in cineres fere ac favillas deſiit. Donatiſtarum ſecta in Bagaienſi conventu trecentorum & decem Antiſtitum ſuffragiis muuita fuit, ſed inter Africana clauſtra una cum ceteris monſtris illa deſæviit. At hæreſis Pelagiana univerſum, qua late patet, Orbem pervagata, non modo ſacras ſynodos in Africa, Aſia, ac tot Romanos Pontifices in Europa exercuit, verum etiam ad hæc uſque tempora Rempublicam Chriſtianam longis ac perpetuis (quod peſſimum procul omen Numina avertant) diſſidiis implicuit. Quas enim turbas poſt Auguſtini exceſſum Pelagianorum reliquiæ in Galliis non dedere? Nono ſæculo

apud Aug. lib.1 contra Maxim.

lib. de hæreſib. cap.69.

culo in Gottefchalci monachi caufa ob exorta de divinæ gratiæ auxiliis litigia docti quique Galliarum Epifcopi adverfis fcriptis ac fynodis fefe invicem infectati funt. Maiorum ætate religioforum hominum familiæ in eadem caufa acerrimis difputationibus fecum invicem veluti in arena concurrerunt, & quamquam indictis fummorum Pontificum iuffu poft diuturnum bellum induciis tantifper conqniefcere vifi funt, fibi tamen temperare non potuerunt, quin crebris velitationibus, quafi aliud agentes ad veteres fcholarum coutentiones relaberentur. Sed neque apnd hoftes pax fuit, Arminianorum ac Gommariftarum factionibus in Batavia exortis, quæ abiectis libris ac calamis, armifque correptis, e fchola in aciem erumpentes, tanta animorum contentione ac rabie decertarunt, ut defectis Pelagianæ hydræ capitibus, Arminiano fanguine diris Calvini manibus parentatum fit. Poftremo paucis abhinc annis Cornelius Ianfenius ex Lovanienfi Doctore Iprenfium Epifcopus, in nova certamina fcholafticos (ita enim Theologiæ confultos vulgus nominat) provocavit, conteftatus S. Auguftinnm fub induciarum prætextu proditum, atque occulte a quibufdam Pelagianis divenditum, dum illarum fententiarum magifter paffim in illorum fcholis publicabatur, quas uti Pelagianæ hærefeos paradoxa conftanter æque ac feliciter expugnaffet. Quam calumniam ii, qui eadem fupra ceteros fe gravari fentiebant, procul a fe excutere pertentantes, omni conatu in id incubuerunt, ut oppugnatas ab adverfario fententias confarcinatis hinc inde Auguftini teftimoniis fuffulcirent, quod cum obcæcato potius partium, quam Auguftinianæ doctrinæ ftudio factum fit, eximii Doctoris auctoritas ab ntraque factione in apertum difcrimen vocata eft. Illi enim nefcio qnæ abfurda opinionum portenta non femel ab apoftolica Sede damnata, Auguftino per fummam iniuriam impofuere. Hi vero cum in plerifque, ne quidem Syracufani fenis machinis admotis, in fuam ipforum fententiam Auguftinum trahi poffe intelligerent, in id confilii defcenderunt, ut S. Doctori auctoritatem in iis, quæ contra Pelagianos fcripfit, quoquo modo elevarent, ac variis eiufdem doctrinam cenfuris inverecunde perftringerent. A priorum qnidem impofturis S. Doctorem folide vindicandum fufcepit Pater Michael Hekius Doctor Duacenfis ac in Romana Academia facrarum literarum interpres, vir doctiffimus & in Auguftini libris fumma cum laude verfatus, qui nuper a fummo Pontifice pro Auguftinianis fuperioris & inferioris Germaniæ provinciis Affiftens defignatus fuit. Pofteriorum vero conatus reiicere mihi decretum eft, unde totius Pelagianæ caufæ retractandæ neceffitatem mihi pariter impofitam nullus, ut puto, inficias ibit. Nemo tamen mihi audaciæ vertat, quod poft Baronium, Rivium, Voffium, Latium, Ufferium, qui de rebus Pelagianis commentaria fingnlari diligentia confcripta pofterorum memoriæ confignarunt, eamdem & ipfe Spartam aggredior, illius forte dicti immemor: *In filvam ne ligna feras*. Illorum quidem eruditionem raramque ea in caufa geftorum peritiam non modo laudare, fed ne admirari quidem pro dignitate poffumus. At feduli ifti meffores eo in campo plerafque, quas colligeremus, fpicas reliquerunt, uti nos qnoque *nec dubitamus*, uti olim ad Vefpafianum conterraneus meus Plinius præfabatur, *multa effe quæ & nos præterierint; homines enim fumus, & occupati officiis, fubcefivifque temporibus ifta curamus*. Plures namque horas fcholafticæ Theologiæ, cui uni explicandæ maiorum imperio vacabamus, fuffu-

rati

rati sumus, quo Pelagianarum rerum notitiam exactiorem nancisceremur; an vero id ex voto assecuti simus, aliorum iudicium esto, certe enixi sumus. Gerardus Iohannes Vossius, quo exortas apud suos Batavos de divina gratia ac libero arbitrio controversias componeret, hinc Pelagianorum errores, illinc adversa Patrum dogmata exhibuit, ut vetustioris Ecclesiæ sensum litigantibus aperiret. Eadem mente ac methodo Iohannes Latius Pelagianam historiam composuit. Insudavit & quidem pleno viginti annorum spatio in eodem campo Iansenius; at ille cum alieniori erga recentes quosdam Theologos animo esset, eo consilio Pelagianos cineres ventilasse visus est, quo eisdem illos, quibus infensus erat, per summam iniuriam aspergeret. Horum vestigiis in hoc opere minime insisto, plenum enim invidia ac periculis argumentum est, doctis quibusque in factiones divisis, quibus ex æquo grata scribere nemo possit. Pelagianam historiam ecclesiasticis Annalibus magnus Baronius inseruit, cuius studia æmulati sunt Iacobus Usserius vir heterodoxus in commentariis de Antiquitate Ecclesiarum Britannicarum, & noster Rivius Belga libro tertio & quarto de Vita S. Augustini. Quibus sane scriptoribus curæ fuit, Pelagianorum natales, progressum, exitumque enarrare, non vero eorumdem dogmata, oppositasque Patrum sententias ad verbum diffusius recensere, easque subtilioribus subinde considerationibus subiicere. Eadem cum istis via pergere mihi decretum est, & historici, non Theologi munere perfungi; hoc namque unico consilio idem argumentum retracto, ut pateat, sub unius Augustini auspiciis Ecclesiam catholicam de Pelagianis ubique feliciter triumphasse, & *ut facile*, verba S. Prosperi sunt adversus veteres Augustini hostes, *vel tenuis diligentiæ advertat inspector, quam iniustis opprobriis catholici Prædicatoris memoria carpatur, & in quod peccatum cadant, qui aliena instigatione commoti Scriptorem celeberrimi nominis promptius habeant culpare, quam nosse*. In quo opere in plerisque Cardinalis Baronii sententiæ minus mihi probantur, non quod viro eruditissimo, quem in ecclesiastica historia principem & fateor & veneror, parum deferendum putem, sed quod is veritati cultus debetur, ut nemo illi in amore præferendus sit. Quæ præfari libuit, *ne incidamus*, ut Augustini verbis concludam, *in suspicionem puerilis iactantiæ, quasi nostro nomini famam viros illustres accusando quæramus*.

In Resp. ad cap. Gallor.

epist. 19.

HISTO-

Cenotaphium CaI Cæsaris Augusti F.

Desunt duo ac mensis. PISIS. IN. FORO. IN. AVGVSTEO. SCRIB. AD
FVER. Q. SERTORIVS. Q. F. ATILIVS. TACITVS. P. RASINIVS. L. F. BASSVS. L. LAPPIVS
P. F. THALLVS. Q. SERTORIVS. Q. F. ALPIVS. PICA. C. VETTIVS. L. F. VIRGVLA. M. HERIVS
M. F. PRISCVS. A. ALBIVS. A. F. GVTTA. TI. PETRONIVS. TI. F. POLLIO. L. FABIVS. L. F. BASSVS
SEX. APONIVS. SEX. F. CRETICVS. C. CANIVS. C. F. SATVRNINVS. L. OTACILIVS. Q. F. PANTHERA

QVOD. ADSVNT. CVM. IN. COLONIA. NOSTRA. PROPTER. CONTENTIONES. CANDIDATO
RVM. MAGISTRATVS. NON. ESSENT. ET. EA. ACTA. ESSENT. QVAE. INFRA. SCRIPTA. SVNT
CVM. AD. IIII. NONAS. APRILES. ALLATVS. ESSET. NVNTIVS. CAIVM. CAESAREM. AVGVSTI. PATRIS. PATRI
AE. PONTIF. MAXSVMI. CVSTODIS. IMPERI. ROMANI. TOTIVSQVE. ORBIS. TERRARVM. PRAE
SIDIS. FILIVM. DIVI. NEPOTEM. POST. CONSVLATVM. QVEM. VLTRA. FINIS. EXTREMAS. POPV
LI. ROMANI. BELLVM. GERENS. FELICITER. PEREGERAT. BENE. GESTA. RE. PVBLICA. DEVICTEIS. AVT
IN. FIDEM. RECEPTIS. BELLICOSISSIMIS. AC. MAXSIMIS. GENTIBVS. IPSVM. VOLNERIBVS. PRO. RE
PVBLICA. EXCEPTIS. EX. EO. CASV. CRVDELIBVS. FATIS. EREPTVM. POPVLO. ROMANO. IAM. DESIGNA
TVM. IVSTISSVMVM. AC. SIMILLVMVM. PARENTIS. SVI. VIRTVTIBVS. PRINCIPEM. COLONIAEQVE
NOSTRAE. VNICVM. PRAESIDIVM. EAQVE. RES. NON. DVM. QVIETO. LVCTV. QVEM. EX. DECES
SV. L. CAESARIS. FRATRIS. EIVS. CONSVLIS. DESIGNATI. AVGVRIS. PRONI. NOSTRI. PRINCI
PIS. IVVENTVTIS. COLONIA. VNIVERSA. SVSCEPERAT. RENOVASSET. MVLTIPLICASSETQVE
MOERORBM. OMNIVM. SINGVLORVM. VNIVERSORVMQVE. OB. EAS. RES. VNIVERSI. DECV
RIONES. COLONIQVE. QVANDO. EO. CASV. IN. COLONIA. NEQVE. IIVIR. NEQVE. PRAEFECTI
ERANT. NEQVE. QVISQVAM. IVRE. DICVNDO. PRAEERAT. INTER. SESE. CONSENSERVNT. PRO
MAGNITVDINE. TANTAE. AC. TAM. INPROVISAE. CALAMITATIS. OPORTERE. EX. EA. DIE
QVA. EIVS. DECESSVS. NVNTIATVS. ESSET. VSQVE. AD. EAM. DIEM. QVA. OSSA. RELATA. ATQVE
CONDITA. IVSTAQVE. EIVS. MANIBVS. PERFECTA. ESSENT. CVNCTOS. VESTE. MVTATA. TEMPLIS
QVE. DEORVM. IMMORTALIVM. BALNEISQVE. PVBLICIS. ET. TABERNIS. OMNIBVS. CLAVSIS
CONVICTIBVS. SESE. APSTINERE. MATRONAS. QVAE. IN. COLONIA. NOSTRA. SVNT. SVBLVGERE
DIEMQVE. EVM. QVO. DIE. C. CAESAR. OBIT. QVI. DIES. EST. A. D. VIIII. K. MARTIAS. PRO. ALLIENSI
LVGVBREM. MEMORIAE. PRODI. NOTARIQVE. IN. PRAESENTIA. OMNIVM. IVSSV. AC
VOLVNTATE. CAVERIQVE. NEQVOD. SACRIFICIVM. PVBLICVM. NEVE. QVAE. SVPPLI
CATIONES. NIVE. SPONSALIA. NIVE. CONVIVIA. PVBLICA. POSTEA. IN. EVM. DIEM
EOVE. DIE. QVI. DIES. ERIT. A. D. VIIII. K. MART. FIANT. CONCIPIANTVR. INDICAN
TVRVE. NIVE. QVI. LVDI. SCAENICI. CIRCIENSESVE. EO. DIE. FIANT. SPECTENTVRVE
VTIQVE. EO. DIE. QVOD. ANNIS. PVBLICE. MANIBVS. EIVS. PER. MAGISTRATVS. EOSVE
QVI. PISIS. IVRE. DICVNDO. PRAEERVNT. EODEM. LOCO. EODEMQVE. MODO. QVO
L. CAESARI. PARENTARI. INSTITVTVM. EST. PARENTETVR
VTIQVE. ARCVS. CELEBERRIMO. COLONIAE. NOSTRAE. LOCO. CONSTITVATVR. ORNA
TVS. SPOLEIS. DEVICTARVM. AVT. IN. FIDEM. RECEPTARVM. AB. EO. GENTIVM. SVPER
EVM. STATVA. PEDESTRIS. IPSIVS. TRIVMPHALI. ORNATV. CIRCAQVE. EAM. DVAE
EQVESTRES. INAVRATAE. GAI. ET. LVCI. CAESARVM. STATVAE. PONANTVR
VTIQVE. CVM. PRIMVM. PER. LEGEM. COLONIAE. DVO. VIROS. CREARE. ET. HABERE. PO
TVERIMVS. II. DVO. VIRI. QVI. PRIMI. CREATI. ERVNT. HOC. QVOD. DECVRIONIBVS
ET. VNIVERSIS. COLONIS. PLACVIT. AD. DECVRIONES. REFERANT. EORVM. PV
BLICA. AVCTORITATE. ADHIBITA. LEGITVME. ID. CAVEATVR. AVCTORIBVSQVE
IIS. IN. TABVLAS. PVBLICAS. REFERATVR. INTEREA. T. STATVLENVS. IVNCVS
FLAMEN. AVGVSTALIS. PONTIF. MINOR. PVBLICORVM. P. R. SACRORVM. ROGARE
TVR. VT. CVM. LEGATIS. EXCVSATA. PRAESENTI. COLONIAE. NECESSITATE. HOC
OFFICIVM. PVBLICVM. ET. VOLVNTATEM. VNIVERSORVM. LIBELLO. REDDITO
IMP. CAESARI. AVGVSTO. PATRI. PATRIAE. PONTIF. MAXSIMO. TRIBVNICIAE
POTEST. XXVI. INDICET
IDQVE. T. STATVLENVS. IVNCVS. PRINCEPS. COLONIAE. NOSTRAE. FLAMEN. AVGVST
PONTIF. MINOR. PVBLICORVM. P. R. SACRORVM. LIBELLO. ITA. VTI. SVPRA. SCRIPTVM
EST. IMPERATORI. CAESARI. AVGVSTO. PONTIFICI. MAXIMO. TRIBVN. POTEST. XXVI. PATRI
PATRIAE. REDDITO. FECERIT. PLACERE. CONSCRIPTIS. QVAE. AD. IIII. NONAS. APRILES
QVAE. SEX. AELIO. CATO. C. SENTIO. SATVRNINO. COS. FVERVNT. FACTA. ACTA. CON
STITVTA. SVNT. PER. CONSENSVM. OMNIVM. ORDINVM. EA. OMNIA. ITA. FIERI. AGI. HA
BERI. OPSERVARIQVE. AB. L. TITIO. A. F. ET. T. ALLIO. T. F. RVFO. IIVIRIS. ET. AB. IIS. QVICVM
QVE. POSTEA. IN. COLONIA. NOSTRA. IIVIR. PRAEFECTI. SIVE. QVI. ALI. MAGISTRATVS
ERVNT. OMNIA. IN. PERPETVOM. ITA. FIERI. AGI. HABERI. OBSERVARIQVE. VTIQVE. L. TITIVS
A. F. T. ALLIVS. T. F. RVFVS. IIVIRI. EA. OMNIA. QVAE. SVPRASCRIPTA. SVNT. EX. DECRETO
NOSTRO. CORAM. PRO. QVAESTORIBVS. PRIMO. QVOQVE. TEMPORE. PER. SCRIBAM. PV
BLICVM. IN. TABVLAS. PVBLICAS. REFERENDA. CVRENT

CENSVERE

ad pag. I

Cenotaphium Lucij Cæsaris Augusti F.

XIII.K.OCTOBR. PISIS. IN FORO. IN. AVGVSTEO. SCRIB. ADFVER
Q. PETILIVS. Q.F. P. RASINIVS. L.F BASSVS. M. PVPPIVS. M.F
Q. SERTORIVS. Q.F. PICA. CN. OCTAVIVS. CN.F. RVFVS. A. ALBIVS
A.F. GVTTA

QVOD.C. CANIVS. C.F. SATVRNINVS. IIVIR. V.F. DE. AVGENDIS. HONORIBVS
L.CAESARIS. AVGVSTI. CAESARIS. PATRIS. PATRIAE. PONTIFICIS. MAXSVMI
TRIBVNICIAE. POTESTATIS. XXV. FILI. AVGVRIS. CONSVLIS. DESIGNATI. PRINCIPIS
IVVENTVTIS. PATRONI. COLONIAE. NOSTRSE. Q.D.E.R.E.P.D.E.R.I.C.
CVM. SENATVS. POPVLI. ROMANI. INTER. CETEROS. PLVRIMOS. AC. MAXSIMOS
HONORES. L. CAESARIS. AVGVSTI. CAESARIS PATRIS. PATRIAE. PONTIFICIS. MAXIMI. TRIBV
NICIAE. POTESTATIS. XXV. FILIO. AVGVRI. CONSVLI. DESIGNATO. PER
CONSESVM. OMNIVM. ORDINVM

TETVR DATA. CVRA. C. CANIO. SATVRNINO. IIVIRO. ET. DECEM. PRIMIS. ELIGENDI
ASPICIENDIQVE. VTER. EORVM. LOCVS. MAGIS. IDONEVS. VIDEATVR. EMENDVS
PVBLICA. PECVNIA. A. PRIVATIS. EIVS. LOCI. QVEM. MAGIS PROBAVERINT. VTIQVE
APVD. EAM. ARAM. QVOD. ANNIS. A.D. XIII.K. SEPT. PVBLICE. MANIBVS. EIVS. PER. MAGIS
TRATVS. EOSQVE. QVI. IBI. IVRI. DICENDO. PRAERVNT. TOGIS. PVLLIS. AMICTOS
QVIBVS. EORVM. IVS. FASQVE. ERIT. EO. DIE EIVS. VESTIS. HABENDAE INFERIAE MIT
TANTVR. BOSQVE. ET. OVIS. ATRI. INFVLIS. CAERVLIS. INFVLATI. DIIS. MANIBVS. EIVS
MACTENTVR. EAEQVE. HOSTIAE. EO. LOCO. ADOLEANTVR. SVPER. QVE. EAS
SINGVLAE. VRNAE. LACTIS. MELLIS. OLEI FVNDANTVR. AC. TVM. DEMVM. FACTAM
CETERIS. POTESTATEM. SI. QVI. PRIVATIM. VELINT. MANIBVS. EIVS. INFERIAS MITTERE
NIVE. QVIS. AMPLIVS. VNO. CEREO. VNAVE. FACE. CORONAVE. MITTAT. DVM. II. QVI IM
MOLAVERINT. CINCTI. CABINO. RITV. STRVEM. LIGNORVM. SVCCENDANT. ADQVE
EXINDE. HABEANT
VTI. LOCVS. ANTE. EAM. ARAM. QVO. EA. STRVES CONDERANTVR. COMPONANTVR. PATEAT
QVOQVE. VERSVS. PEDES. XL. STIPITIBVSQVE. ROBVSTIS. SAEPIATVR. LIGNORVMQVE
ACERVOS EIVS. REI. GRATIA. QVOD. ANNIS. IBI. CONSTITVATVR. CIPPOQVE. GRANDI
SECVNDVM. ARAM. DEFIXSO. HOC. DECRETVM. CVM. SVPERIORIBVS. DECRETIS. AD. EIVS
HONORES. PERTINENTIBVS. INCIDATVR. INSCVLPATVRVE. NAM. QVOD. AD. CETERA
SOLEMNIA. QVAE. EODEM. ILLO. DIE. VITARE. CAVERIQVE. PLACVISSENT. PLACERENT
QVE. ID. SEQVENDVM. QVOD. DE IIS. SENATVS. P.R. CENSVISSET. VTIQVE. PRIMO
QVOQVE. TEMPORE. LEGATI. EX. NOSTRO. ORDINE. IMPER. CAESAREM. AVGVSTVM
PATREM. PATRIAE. PONTIFICEM. MAXIMVM. TRIBVNICIAE. POTESTATIS. XXV
ADEANT. PETANTQVE. AB. EO. VTI. COLONIS. IVLIENSIBVS. COLONIAE. OPSEQVENTI
IVLIAE. PISANAE. EX. HOC. DECRETO. EA. OMNIA. FACERE. EXSEQVIQVE. PERMITTAT



HISTORIÆ PELAGIANÆ

LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Origenes Pelagianæ Sectæ Princeps.



Elagianæ hæreseos primordia quidam altius deducentes, parem eamdem orbis natalibus dixerunt; non ut illi quidem ex originis antiquitate, ut in urbium ac regnorum initiis a præclaris quibusque scriptoribus fieri mos est, aliquod nobilitatis pondus adiicerent, sed ut execrabilis sectæ iam inde ab orbe condito humano generi insidiatæ, infamiam posteritati propagarent. Angelorum rebellantium ac primorum hominum facinus recolunt; cum utrique divinæ providentiæ auxiliis exclusis, propriorum bonorum auctores sibi & esse & dici, detestanda superbia voluere. Hunc quidem errorem vix nato homini malis dæmonis artibus instillatum, philosophorum celeberrimi, quos Stoicos dixere, acutissimis disputationibus promoverunt; dum ceteris Numini votis remissis, uni virtuti per nos nobismet comparandæ sedulo insudandum esse docuere. Hinc nihil magis in eorum scholis decantatum, quam ad optima quæque capessenda hominem sibi sufficere, partamque ex virtute laudem nequaquam nos cum Deo partiri, qui in illius societatem nobiscum profecto venire non possit. Hæc quidem uti eleganter ita impie inculcat dialogista apud Tullium lib. 3. de Natura Deorum: *Atque hoc quidem*, inquit, *mortales sic habent, externas commoditates, vineta, segetes, oliveta, ubertatem frugum & fructuum, omnem denique commoditatem prosperitatemque vitæ a Diis se habere; virtutem autem nemo umquam acceptam Deo retulit.* Uti vero Patres qui Pelagianam hæresim scriptis oppugnarunt, ex gratiarum actione, quas ob accepta animi bona Deo referimus, a Deo nobismet eadem collata ineluctabili argumento probarunt; ita Stoicus ille alia prorsus via pergens: *Num quis*, inquit, *quod bonus vir esset, gratias Diis egit umquam? at quod dives, quod honoratus, quod incolumis: Iovemque Optim. Maxim. ob eas res appellant, non quod nos iustos, temperatos, sapientes efficiat.* Concinit huic alter eiusdem dogmatis professor Seneca, hæc ad Lucilium scribens epist. 20. *Huc cogitationes tuæ tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota Deo remissurus, ut contentus sis temetipso & ex te nascentibus bonis.* Itaque ceterorum bonorum vota Deo illi remittebant, ad parandas vero animi dotes unumquemque sibi sufficere dicebant,

bant,

baot, solamque desidiosis atque inertibus voluntatem deesse. Et hoc quidem Stoicæ sectæ dogma fuit, ex quo veluti fonte Pelagianas lacunas derivasse Hieronymus non uno loco affirmavit. In prooemio lib. 4. Comment. in Ierem. scribit: *Hæresis Pythagoræ & Zenonis, ἀπαθείας καὶ ἀναμαρτησίας idest impassibilitatis & impeccantiæ, quæ olim in Origene, & dudum in discipulis eius Grunnio Evagrioque Pontico & Ioviniano ingulata est, cœpit reviviscere.* Et initio epistolæ ad Ctesiphontem testatur hæresim Pelagianam *omnium hæreticorum venena complecti, quæ de philosophorum & maxime Pythagoræ & Zenonis principis Stoicorum fonte manarunt.* Ceterum harum rerum historiam tam alte repetere non vacat. Mihi enim decretum est ab iis scriptoribus Pelagianæ hæreseos initia auspicari, qui cum Christianæ religioni nomen dederint, pravas de divina gratia atque humano arbitrio doctrinas asserentes, sectæ fundamenta iecere.

Hæresis, quæ a promotore Pelagio nomen postea sortita est, auctorem habuit Origenem Adamantium Alexandrinum, virum satis suo nomine famosum. Hic, ut Lerinensis cap. 23. Commonit. verbis utar, *dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimium indulget sibique satis credit, dum parvipendit antiquam Christianæ religionis simplicitatem, dum se plus cunctis sapere præsumit, dum Ecclesiasticas traditiones & veterum magisteria contemnens* &c. omnium pæne hæreticorum magister evasit. Iustinianus Imperator in literis ex synodi sententia contra Origenem publicatis, quas Vigilius Papa ceterique Patriarchæ teste Liberato diacono Breviarii cap. 23. subscripsere, vocavit Origenem Paganorum, Manichæorum, & Arianorum doctorem: & Theophilus Alexandrinus Antistes epist. 1. paschali Origenem, *hydram omnium hæreseon*, ignominiæ causa nuncupavit. Nec iniuria. Etenim ille ingenio quo acutissimo ac subtilissimo polluit, velificatus, more Academicorum in utramque partem sæpe disputans, diversasque in sacras literas interpretationes exarans, ea problemata statuit, quæ subsecuti postea hæresiarchæ sedulo excipientes, quo tanti viri patrocinium ostentarent, suorum errorum veluti fundamenta posuere. In huius gloriæ partem una cum ceteris

A venerunt Pelagiani, qui in Origenem natales suos referunt. Hieronymus ex magno Origenis laudatore maximus postea eiusdem accusator, in fine Dialogorum Adamantium Pelagianorum *amasium*, & in epistola ad Ctesiphontem Pelagiani *erroris principem* dicit, ibidem contra Pelagium exclamans: *Doctrina tua Origenis ramusculus est.* Tantum autem Pelagiani Origeni suo detulerunt, ut in omnibus unius Origenis auctoritate ducerentur: quod in calce Dialogorum dixit laudatus Pater: *Transite ad amasium vestrum, qui præterita in cælis, & antiqua delicta solvi*

B *dicit in baptismo, ut cuius in ceteris auctoritate ducimini, etiam in hac parte errorem sequamini.* Nusquam vero peius Origenes audivit, quam in libris Peri Archon. Sunt enim ex erroribus consarcinati, quorum syllabum recitat Hieronymus in epistola ad Avitum. In eis non modo Pelagianis ova fovit, sed pullos certe exclusit. Etenim divinæ gratiæ munificentiam illis in libris penitus e medio sustulit, ne Deus personarum acceptor videretur; unde omnia Dei munera ex meritis suspendit: quæ postea Pelagiani grandioribus tibiis cecinere. Dabo Ori-

C genis loca insigniora: neque enim vacat per singula discurrere.

Tria præcipua fuere Pelagianorum paradoxa, quibus universum dogma innixum fuit. Paucis illa insinuat sanctus Augustinus libro de Dono persever. cap. 2. *Tria sunt, ut scitis, quæ maxime adversus eos catholica defendit Ecclesia. Quorum unum est, gratiam Dei non secundum merita nostra dari, quoniam Dei dona sunt, & Dei gratia etiam conferuntur merita universa iustorum. Alterum est, in quantacumque iustitia sine qualibuscumque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem vivere.*

D *Tertium est, obnoxium nasci hominem peccato primi hominis, & vinculo damnationis obstrictum, nisi reatus qui generatione contrahitur, regeneratione solvatur.* Origenes capitalem Pelagii sententiam, nempe gratiam Dei secundum merita dari, tam alte asseruit, ut certe illius sententiam Pelagius ipse mitigaverit; adeoque longe isto peius Origenes locutus est. In primis Angelos non ex divina gratia in excellentiore hierarchia locatos fuisse docuit; sed cum pares a Deo effecti fuerint, ex propriis meritis hos præ aliis nobiliora dona locumque sortitos finxit.

Ita

Ita fatur lib. 2. Peri Archon cap. 9. *Verum quando rationabiles ipsæ creaturæ, sicut frequenter ostendimus, & suo loco iterum ostendemus, arbitrii facultate donatæ sunt; libertas unumquemque voluntatis suæ, vel ad profectum per imitationem Dei provocavit, vel ad defectum per negligentiam trahit.* Hinc etiam Dæmones posse ad meliorem frugem converti, si velint, affirmare non dubitavit: *Et est altissimus*, inquit, *iste ordo rationalis creaturæ, quæ se ita præceps nequitiæ dedit, ut revocari nolit magis, quam non possit, dum scelerum rabies iam libido est, & delectat*, lib. 1. cap. 8 ubi iterum pluribus contendit, Angelos diversa officia promeruisse, *ex suis quemque meritis & studiis*. Gratiam vero etiam hominibus ex meritis dari probat lib. 1. cap. 7. ubi ex meritis ipsum Iohannem Baptistam in utero matris sanctificatum fuisse commentatur. Etenim inde contendit, non una cum corpore Baptistæ animam factam fuisse: quia hæc iam antea sanctificantem gratiam promerverat: *Quomodo*, inquit, *cum corpore simul facta est, & plasmata etiam illius anima, qui antequam in utero formaretur, notus esse Deo dicitur; & antequam de vulva procederet, sanctificatus est ab eo? Ne forte non iudicio, nec pro meritis replere aliquos Deus videatur Spiritu Sancto & sanctificare, non merito. Et quomodo effugiemus illam vocem, quæ ait:* Numquid iniustitia est apud
Rom. 9. Deum? Absit: *vel illud*, Numquid per-
Rom. 2. sonarum acceptio est apud Deum? *hoc enim consequitur eam defensionem, qua anima subsistere simul cum corporibus asseveratur.* Ecce uti plane absurdum reputat Adamantius, aliquem a Deo sanctificari sine merito, ne Deus & iniustus, & personarum acceptor iudicetur: quæ postea Pelagiani altiori voce declamarunt. Pessime vero contra divinam gratiam disseruit lib. 2. cap. 6. ubi maximam gratiarum, nempe unionem hypostaticam, ex præcedentibus assumpti hominis meritis datam fuisse scripsit: quod Pelagius asserere non est ausus. *Quod autem*, inquit, *dilectionis profectio, & meriti affectus sinceritas ei hanc inseparabilem cum Deo fecerit unitatem, ita ut non fortuita fuerit, aut cum personæ acceptione eius animæ assumptio, sed virtutum suarum ei merito delata, audi ad eum Prophetam dicentem*: dilexisti iustitiam, & odisti inquitatem; propte-
Psal. 44. rea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, *idest anima Christi cum Verbo Dei unum efficitur*. Cuius sententiæ absurditatem cum Augustinus consideraret, exclamavit: *Quis non dico Christianus, sed insanus hæc dicat?* lib. de Prædest. SS. cap. 15. Ubi adversarios exemplo hypostaticæ unionis, quam nulla merita præcesserunt, gratiam ex meritis dari affirmantes, solide confutat. Pelagiani initio quidem hæresis, licet Dei gratiam humanis meritis retribui contenderent, id tamen in unione Verbi cum anima Christi contigisse numquam dixere. Ceterum cum Augustinus exemplum de Christo urgeret dicens, esse *præclarissimum lumen prædestinationis & gratiæ*, eoque veluti argumento prostratis adversariis insultaret: *Respondeatur, quæso, ille homo, ut a Verbo Patri coæterno in unitatem personæ assumptus, filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruerit? quod eius bonum qualecumque præcessit? quid egit ante, quid credidit, quid petivit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret?* Pelagiani convicti & nusquam exitum reperientes, in desperationem acti, Origenis deliria de meritis unionem Verbi præcedentibus amplexati sunt. Id de postremis Pelagianis testatus est Cassianus lib. 5. de Incarnat. cap. 2. *Hoc utique*, inquiens, *illa etiam, quam ante dixi, hæresis asserebat, Christum non propter se colendum, videlicet quia Deus esset, sed quia bonis ac piis actibus Deum in se habere meruisset.* Et statim: *Ergo vides Pelagianorum te virus vomere, Pelagiano te spiritu sibilare.* Hinc hæresis Pelagiana mater evasit Nestorianæ blasphemiæ. Neque enim homo potuisset mereri unionem cum Verbo, nisi prius solitarie vixisset a Verbo separatus: quæ fuit hæresis Nestorii: de qua re plura inferius a nobis describentur.

Alter præcipuus Pelagianorum error fuit, posse hominem vivere sine quocumque peccato. Hoc autem celebre Origenis paradoxum erat: unde sunt illa eiusdem verba: *Virum sanctum, cum ad virtutum venerit summitatem, ne in nocte quidem ea pati quæ hominum sunt, nec cogitatione vitiorum aliqua titillari.* Ita quidem testatur Hieronymus in epistola ad Ctesiphontem. Rursus in proœmio Dialogorum ait: *Illud autem Origenis proprium est, impossibile esse humanam a principio usque ad mortem non peccare naturam. Et rursum esse possibile, cum se quis ad*

meliora converterit, ad tantam fortitudinem pervenire, ut ultra peccare non possit. Unde in laudato proœmio lib. 4. com. in Hierem. *impeccantiam* Origenis hæresim merito nuncupavit. Hoc dogma Origenianæ scholæ peculiare fuit: unde & Evagrius Monachus, qui in Synodo VI. act. 11. ex literis Sophronii, *Origenianæ vanitatis secretarius fœdissimus* dictus fuit, *edidit librum & sententias περὶ ἀπαθείας*, inquit Hieronymus, *quam nos impassibilitatem vel imperturbationem possumus dicere, quando numquam animus ullo perturbationis vitio commovetur*, in epist. ad Ctesiphontem. Cum vero non semel in sacris literis divini auxilii ad superandas tentationes necessarii mentio habeatur, hoc pacto id intelligendum esse Origenes pronuntiavit, ut virtus nobis a Deo ministrata, ipsum sit liberum arbitrium: quo si gnaviter uti volumus, omnes hostium conatus possumus nullo negotio superare. Audiatur lib. 3. Peri Archon cap. 2. *Non enim*, ait, *idem est habere vincendi virtutem & vincere, sicut idem Apostolus cautissimo sermone signavit* 1. Cor. 10. *dicens*: quia dabit Deus exitum, ut sustinere possitis; *non ut sustineatis. Multi enim sustinent; sed in tentatione vincuntur: a Deo autem datur, non ut sustineamus, alioquin nullum iam videretur esse certamen; sed ut sustinere possimus. Ea autem virtute, quæ nobis data est ut vincere possimus, secundum liberi arbitrii facultatem aut industrie utimur & vincimus, aut segniter, & superamur*. Et superius cap. 1. *Ex quo utique non illud intelligitur, quia quod movetur manus v. g. ad verberandum iniuste vel ad furandum, ex Deo est; sed hoc ipsum quod movetur*, nempe manus, *ex Deo est: nostrum vero est, motus istos quibus motum ex Deo habemus, vel ad bona vel ad mala convertere. Ita ergo est quod dicit Apostolus, quia virtutem quidem voluntatis accipimus; nos autem abutimur voluntate vel in bonis vel in malis desideriis*. Ita eodem modo facit liberum arbitrium auctorem boni absque Deo, quo auctor est mali actus. Quare vult Origenes, in eo consistere indifferentiam liberi arbitrii, ut posse velle seu potentia ipsa volitiva, sit a Deo, non autem ipse actus volendi. Hoc pacto Origenem indifferentiam voluntatis explicasse, olim etiam tradiderat summus theologorum magister S. Thomas 3. con. Gent. cap. 89. *Quidam vero*, inquit, *non intelligentes, qualiter motum voluntatis Deus in nobis causare possit absque præiudicio libertatis voluntatis, conati sunt has auctoritates male exponere, ut scilicet dicerent, quod Deus causat in nobis velle & perficere, in quantum dat nobis virtutem volendi, non autem sic quod faciat nos velle hoc vel illud; sicut exponit Origenes in 3. Peri Archon liberum arbitrium defendens contra auctoritates prædictas*. Idem plane sensit Pelagius, cujus hanc sententiam refert S. Doctor lib. de Grat. Christi, cap. 4. *Quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse adiuvat: quod vero bene vel agimus vel loquimur vel cogitamus, nostrum est*. Item: *Quod loqui possumus, Dei est: quod vero bene vel male loquimur, nostrum est*. Ubi vero Origenes exemplo manus usus est, Pelagius linguam in exemplum adduxit, itemque oculum: *Quod possumus*, ait, *videre oculis, nostrum non est: quod vero bene, aut male videmus, hoc nostrum est*. Hunc vero errorem late insequitur Augustinus in laudato opere de Gratia Christi. Egregie cap 5. ex Apostolo sensum illum explodit: *Non ait*, Deus enim est, qui operatur in vobis posse, *tamquam ipsi iam velle, & operari per se ipsos habeant, nec in his duobus adiutorio ejus indigeant; sed ait*: Deus enim est, qui operatur in vobis & velle & perficere; Philip 2 *vel sicut in aliis, & maxime Græcis codicibus legitur*: & velle & operari. *Videte si non Apostolus Gratiæ Dei futuros adversarios* Origenem & Pelagium, *Sancto Spiritu tanto ante prævidit &c.*

Tertius Pelagianorum error fuit, nullum esse originis peccatum. Hoc certe palam nusquam ab Origene assertum fuit; immo si commentaria seu homiliæ in Leviticum, quæ Origeni adscribuntur, vere illum auctorem habuere, oppositum aperte docuit. In homilia 8. adductis duobus testimoniis ad probandum puerorum nascentium peccatum, additur: *Cum baptisma Ecclesiæ in remissionem peccatorum detur, secundum Ecclesiæ observantiam etiam parvulis baptismum dari: cum utique si nihil esset in parvulis, quod ad remissionem deberet & indulgentiam pertinere, gratia baptismi superflua videretur*. Idem reperitur hom. 12. Sed nonnulli hasce homilias S. Cyrillo Alexandrino tribuere; unde & inter illius volumina locum habent: Vossius incerto easdem

auctori

A auctori deputat lib. 2. hist. Pelag. p. 1. thesi 6. Ex Origenis tamen principiis tollendum esse originale peccatum, mihi probatum est. Nam ad huius vitæ miserias citra divinæ iustitiæ reprehensionem defendendas, non ad originis demerita cum Catholica Ecclesia recurrit; sed in alia superiori vita homines peccasse fingit, quorum postea criminum natæ recens animæ merito pœnas darent. Totus est in hoc adstruendo Origenes lib. 3. Peri Archon initio, & lib. 2. cap. 9. unde sunt impia illa eiusdem verba: *Iustitia debet Creatoris in omnibus apparere, quæ ut mihi videtur, ita demum lucidius ostendetur, si causas diversitatis unusquisque vel cœlestium, vel terrestrium, vel infernorum in semetipso præcedentes nativitatem corpoream, habere dicatur.* Ubi Iacob in utero dilectum ob merita præcedentis vitæ, Esau vero reprobatum ob scelera ante conceptionem patrata, stulte comminiscitur. Hinc S. Augustinus lib. 4. con. Iul. in fine ait: *Huius evidentia miseriæ gentium philosophos nihil de peccato primi hominis sive scientes, sive credentes compulit dicere, ob aliqua scelera suscepta in vita superiore pœnarum luendarum causa nos esse natos.* Quare cum in illorum sententiam Origenes transierit, nihil plane ille credidit de originali peccato. Et quidem cum citra dubium Adamantius animas in alia anteriori vita peccasse dixerit, etiamsi centies in baptismo & tolli peccata & nasci pueros peccato infectos asseruisset, haud inde illo auctore peccatum originis habebitur. Certe S. Hieronymus, cui Origeniani dogmatis fibræ perspectæ fuere, scribit putasse Origenem antiqua tantum peccata in baptismo auferri. Etenim cum in calce Dialogorum asseruisset, peccatum originale dimitti in baptismo, ita Pelagianis insultat: *Transite ad Amasium vestrum, qui præterita in cælis, & antiqua delicta solvi dicit in baptismo, ut cuius in ceteris auctoritate ducimini, etiam in hac parte errorem sequamini.* Ergo Origenes, Hieronymo teste, non originale peccatum sed habituale, ut aiunt, in superiori vita commissum, in baptismo tolli autumavit. Hinc idem exponens illud ad Roman. 6. *Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi*, docet Adamum exemplo nos peccatores effecisse, ut qui inobedientiæ formam sequentes, constituti sunt peccatores, obedientiam Christi imitatores, salvi fiant: quæ est ipsa Pelagianorum explicatio, qui exemplo tantum, non vero alicuius peccati transfusione, Adamum posteris nocuisse contendebant. Rufinus qui Origenis volumina doctrinamque supra ceteros apprime calluit, peccatum originale negavit: unde & de Magistro nobis suspicionem reliquit; de quo tamen cum nemine contenderem. Tantum enim abest ut dubias ego sententias Origeni affricem, quin potius longe illum a ceteris erro-

B ribus fuisse mallem.

Ex his constat Adamantium Pelagianis præcinuisse, idque & Hieronymi testimonio & Origenis ipsius verbis manifestum esse. Orosius etiam, qui Hieronymo atque Augustino convixit, & coram cum Pelagio altercatus est, initio Apologetici de Libertate arbitrii: *Quamquam*, ait, *& hæc venenatissimorum dogmatum abominatio habet etiam nunc viventes mortuos, mortuosque viventes; nam Origenes, Priscillianus & Iovinianus olim apud se mortui, in his vivunt, & non solum vivunt, sed etiam loquuntur; nunc vero*

C *Pelagius & Cælestius, si in his perseveraverint viventes mortui &c.* Ex Origenis castris Pelagium novum Gratiæ hostem erupisse, insignis annalium Ecclesiasticorum scriptor affirmavit tomo 4. ad annum 388. num. 110. *Pelagius & ipse monachus maiore accessione impietatis novæ hæresis auctor factus, non amplius inter gregales militavit Origenistas, sed ipse sibi nomen conciliavit hæresiarchæ.* Idem tamen Pelagius noluit videri Origenista: immo sectam illam abominari professus, in Concilio Diospolitano, cum dixisset impios æternis pœnis puniendos esse, addidit:

D *Et si quis aliter credit, Origenista est*: apud Aug. lib. de gestis Pelag. cap. 3. In libris etiam pro libero arbitrio ad versus gratiam conscriptis, inter Patres quorum testimoniis suum dogma fulcire conatus fuit, Origenem non nominavit, ut patet ex Augustini libro de Natura & gratia. Sciebat enim pessime illum apud Latinos audire, unde nec semel illum appellavit. Attamen Origenistæ Pelagium dilexere, iisque vicissim parem eiusdem amoris vicem rependit, ut cap. 3. dicetur.

CAPUT II.

Rufinus Aquileiensis Origenista primus in Occidente Pelagianorum errores docet. Pelagius, ac Cælestius eiusdem in urbe discipuli. Origenes a Theophilo Alexandriæ damnatur. Hieronymus, ac Rufinus mutuis se scriptis lacerant. Anastasius Papa cum Origene Rufinum damnat. Pelagius Rufini opera Romæ in insignium virorum clientelam irrepit.

RUfinus monachus Aquileiensis, Origenianæ doctrinæ maximus propugnator ac promotor, Pelagianorum idem magister, & amicus fuit. Hieronymus lib. 4. in Hierem. in præfatione scribit, hæresim Zenonis idest *impassibilitatis & impeccantiæ, quæ olim in Origene, & dudum in discipulis eius Grunnio, Evagrioque Pontico, & Ioviniano iugulata est*, cœpisse per Pelagium revivscere. Per Grunnium Rufinum intelligit, quem non semel hoc cognomine irridendum exhibet, alludens ad M. Grunnii Corocottæ Porcelli testamentum, quod olim cum risu a cunctis exceptum fuit. Et lib. 1. in Hierem. in procemio arguens Pelagium ait: *Quod non videns præcursor eius Grunnius olim nisus est carpere.* Hinc Cardinalis Baronius ad annum 402. num. 41. hæc scripsit: *Tantum absfuit ut Rufinus parato a S. Hieronymo antidoto curaretur, quin potius post Origenis errores quos fovit, Pelagianæ hæresis aspides ex eis obortos, percaram sibi sobolem enutriverit.* Marius Mercator in Commonitorio contra Iulianum ad Pintam presbyterum, cum recitasset Theodori Mopsvesteni opinionem de naturali moriendi necessitate, cui, etiamsi non peccasset, Adam subiiciendus erat, hæc habet: *Hinc ineptam & non minus inimicam rectæ fidei quæstionem sub sanctæ recordationis Anastasio Romanæ ecclesiæ summo Pontifice Rufinus quondam natione Syrus Romæ primus invexit, & ut erat argutus, se quidem ab eius invidia muniens, per se proferre non ausus, Pelagium gente Britannum monachum tunc decepit, eumque ad prædictam apprime imbuit atque instituit impiam vanitatem.* Hic Mercator fuit contemporaneus S. Augustini, ad

A quem S. Doctor sexennio circiter a Rufini obitu literas datas recenset, ut cap. 9. ostendam. Quod Rufinus ex Syria Romam venit, postquam plenis quinque lustris in Oriente degit, Syrus vulgo habebatur, cum tamen in Aquileiensi pago natales sortitus fuerit: itemque ex eo quod sub Anastasio Rufini doctrina Romæ publicata, & dein damnata fuit, putavit Mercator, Rufinum eamdem sub eodem Pontifice urbi primitus intulisse: quod tamen in fine Pontificatus Siricii contigisse mox tradam. Quare cum Rufinus primus fuerit qui in Oc-
B cidente Pelagianam hæresim docuerit, ac Pelagium & Cælestium eadem imbuerit, idemque in nostra hac Veneta provincia natus sit; instituti operis ratio postulat, ut unde vir ea ætate percelebris, ac Augustino nostro commendatus, in errores delapsus fuerit, eosque Romam invexerit, exponamus.

Natus est Rufinus in territorio Aquileiæ Venetiarum Metropolis, ut ipse fatetur in literis ad Anastasium Papam Aquileia datis: *Post triginta*, ait, *fere annos parentibus redditus sum, & durum satis atque inhumanum erat, si tam cito de-*
C *sererem, quos tam tarde reviseram.* Irrisit hominem Hieronymus Apol. 1. lib. 2. qui & parentes nominavit, & tamen non cum eis in patria, sed in vicina Metropoli morabatur: *Quos*, inquit, *quia non vult deserere, ne inhumanus putetur aut durus, iccirco relicta patria, Aquileiæ moratur.* In parvo castro eumdem natum, ex Apologia 2. Hieronymi patet: *Rogantem*, ait, *Romam ut eam illustrares præsentia tua, oppiduli tui amore contempseris.* Testatur vero Rufinus initio fere prioris invectivæ, se in Aquileiensi Ecclesia Christianæ religioni initiatum pro-
D pe annum 370. & monachum induisse, Valeriano Episcopo, ac Chromatio eiusdem Ecclesiæ presbytero. Orientalium vero monachorum fama permotus, cum Melania seniore Alexandriam se contulit. Baronius anno 372. num. 35. contendit, utrumque in Ægyptum tum temporis navigasse, sed rectius id anno 371. contigisse dicetur. Nam Palladius Melaniæ ac Rufini amicus ac famosus Origenista, in Lausiacis cap. 102. scribit, Melaniam pretiosa supellectile, quam secum Roma advexerat, Alexandriæ divendita, in Ægyptias eremos

scessi-

ſeceſſiſſe, atque *dimidium annum* monaſteriis viſitandis inſumpſiſſe: orta vero Alexandriæ contra catholicos perſecutione, ſubſecutam Epiſcopos orthodoxos Cæſaream in exilium deportatos. Rufinus libro 2. hiſt. Eccleſ. cap. 2. poſt mortem Athanaſii ſtatim perſecutionem inceptam ſcribit. Hic autem deceſſit ex Socrate lib. 4. cap. 16. anno 371. Gratiano II. & Probo Coſſ. VI. Non. Maii. Addit vero Rufinus cap. 4. *Quæ præſens vidi, loquor, & eorum geſta refero, quoniam in paſſionibus ſocius eſſe promerui*. Scio Baronium Socrati, quod ad annum mortis Athanaſii pertinet, fidem non præſtare; putat enim eumdem obiiſſe anno 372. quod etiam recte vir undequaque eruditiſſimus probat. Nam Alexander Athanaſii deceſſor, obiit poſt quintum menſem ab exitu ſynodi Nicænæ: quod idem Athanaſius in Apologia ſecunda teſtatum reliquit. At ſynodus Nicæna deſiit VIII. Kal. Septembris, Paulino & Iuliano Coſſ. nempe anno 325. Unde liquet Alexandrum Epiſcopum Alexandrinum deceſſiſſe anno 326. & quidem in faſtis Eccleſiæ eiuſdem obitus recenſetur die 26. Februarii: quintum enim menſem ab eiuſdem reditu Alexandriam poſt celebratam ſynodum Athanaſius forte numeravit. Hic autem *integros quadraginta ſex annos Alexandrinæ Eccleſiæ pontificatum egregia cum laude geſſit*. Verba ſunt Cyrilli eiuſdem urbis Epiſcopi epiſt. 1. ad Monachos: quod etiam alter Antiſtes Alexandrinus S. Proterius in epiſtola ad Leonem ſcribit. Deceſſit ergo Athanaſius anno 372. die 2. Maii, Modeſto & Arintheo Coſſ. Quo defuncto, ſtatim Valens quem tunc Antiochiæ fuiſſe ſcribit laudatus Rufinus, miſſo Alexandriam Euzoio cum Magno Quæſtore, perſecutionem contra catholicos inchoavit. Et quidem habemus lib. 6. Cod. Theod. tit. 4. de præt. & quæſt. reſcriptum Valentis Imperatoris ad Senatum *Datum Idibus Aprilis Antiochiæ, Modeſto & Arintheo Conſulibus*. Ex his conſtat, Rufinum anno 371. ex Italia Alexandriam navigaſſe, ac vigintiquinque annos in Oriente moratum. Hinc Paulinus Rufini ac Melaniæ redeuntium hoſpes epiſt. 9. ad Severum ſcribit, *poſt quinque luſtra* eoſdem Urbi reſtitutos. Hæ chronologicæ tricæ erunt fortaſſe legentibus moleſtæ, ſed profecto ſcribenti fuerunt longe moleſtiores, quas præterire per me cuilibet liceat, qui res tantum geſtas, non earumdem tempora ſcire deſiderat: quæ hic adnotata volui, quod vereor ne ſeriem hiſtoriæ diligentiori chronologiæ obſervatione plerumque interpolans, nonnullis epocharum minus curioſis faſtidium ingeram.

Rufinus celeberrima Didymi fama motus, Alexandriam iterum ſe contulit, illiuſque per ſexennium auditor fuit: quod lib. 2. Invect. contra Hieronymum fatetur. Erat Didymus Origeniſtarum facile princeps: unde etiam in Synodo V. cum Origene damnatus fuit. Hinc Origeniana ſcabie infectus Rufinus, eamdem etiam ſumma cum nominis iactura Occidenti primus intulit. Sed & Theodori Mopſveſteni idem errores imbibit: num eumdem ſacra loca viſitantem, vel adhuc presbyterum Antiochiæ catecheſim exponentem audiens, vel eiuſdem tantum libros legens, in medio relinquo. Hoc certum eſt, Theodori errores ab eodem Rufino in Italiam advectos, ut ex Mercatore ſuperius diximus. In Oriente presbyter conſecratus fuit. Teſtis eſt Palladius cap. 103. hiſtoriæ Lauſiacæ, ubi ait: *Cum qua* Melania *vixit etiam nobiliſſimus & moribus ſimillimus & fortiſſimus Rufinus ex Aquileia civitate Italiæ; qui poſtea dignus eſt habitus presbyteratu, quo non eſt inventus inter homines nec doctior nec mitior*. Rufinus a Gennadio dicitur *Aquileienſis Eccleſiæ presbyter*. Sed ego puto, eumdem noſtræ Metropolitanæ eccleſiæ non fuiſſe incardinatum: ad titulum monaſterii, uti Hieronymus aliique Monachi, conſecratum arbitror: de qua re erudite Chriſtianus Lupus in notis ad canonem 6. Calchedonenſem. Neque poſt reditum a Chromatio Antiſtite in ſuum clerum adſcriptus videtur: etenim paullo poſt inde diſceſſit Orientem repetiturus.

Cum Melania ſuos poſtliminio tandem reviſura, iter in Italiam adornaſſet, Rufinum ſecum advexit. Adeo vero proſpera navigatione uſi ſunt, ut Cæſarea ſolventes, brevi viginti dierum ſpatio Neapolitanum portum tenuerint: quod Palladius paullo ante memoratus ſcripſit. Ibi vero magnifice a ſuis Roma eo uſque profectis excepti, ob curruum, carrucarum ac carpentorum multitudinem

Appia

Appia gemente, ut ait Paulinus in epistola 10. ad Severum, Romam ingressi sunt. Baronius, cum videat Rufinum ineunte anno 398. Aquileiam contendisse, anno 397. eumdem Urbi redditum putat. At rectius id contigisse affirmabimus anno 396. quod ex Hieronymo non obscure colligitur; qui cum a Rufino accusaretur, quod discipulos Romam contra ipsum summisisset, respondet: *Paulinianus & Eusebius post annum vestræ navigationis profecti sunt; Rufinus in causa Claudii post biennium missus &c.* Apologia 2. Eusebium autem Cremonensem secum Romæ fuisse testatur Rufinus lib. 1. Invect. ubi de eodem scribens ait: *Cum me, sicut ipse nosti, Romæ positum haberet*. Quare ultra annum Romæ Rufinus substitit, ac fere biennio ibidem degisse ex eodem Hieronymo habemus. Etenim cum post biennium a Rufini discessione, alter ille Rufinus in causa Claudii Romam, dein Mediolanum ad Imperatorem veniret, Hieronymus eumdem, ut suo nomine Rufinum Aquileiensem Romæ salutaret, rogavit: *Sanctum quoque*, inquit, *presbyterum Rufinum ob quamdam causam per Romam Mediolanum misimus, & oravimus ut nostro animo & obsequio vos videret* epistola 66. ad Rufinum. Exacto biennio nondum Hieronymus intellexerat, Rufinum Roma discessisse, cum tamen ob Melaniam ultro citroque sæpius literæ volitarent. Interea Macarius vir nobilissimus, Vicaria Urbis præfectura functus, rogavit Rufinum, ut libros Peri Archon Origenis, quos ultra sidera laudibus ille extollebat, in latinum sermonem verteret: quod diu reluctans, ut fingit, tandem executus fuit. Qua vero fide novus id interpres præstiterit, ostendit in suis Apologeticis Hieronymus. Hæc prima fuere in Occidente Pelagianæ hæreseos fundamenta a Rufino iacta. Capitalia enim Pelagianorum dogmata in libris Peri Archon contineri, capite proximo tradidimus. Immo Origenis erroribus non contentus, & sua addidit Rufinus paradoxa: nempe Adam mortalem factum, qui sive peccaret sive non peccaret, moreretur: nullum item a parentibus originale peccatum traduci. Primum testatur laudatus Mercator: alterum mox ostendetur. Hinc Pelagius ac Cælestius tunc Romæ degentes, ac

A Rufini studiosi auditores, in pravas opiniones abiere. Aderant præter Melaniam Macarius, & Apronianus, qui, ut sunt homines novarum doctrinarum cupidi, Rufini sententias toti fere Urbi inculcabant: nec Siricius simplicissimi vir ingenii, Apostolica auctoritate novorum dogmatum professores repressit. At divina providentia viduæ Romanæ alteram viduam itidem Romanam opposuit, quæ novis Origenistarum conatibus magno animo obviam iret. Audiatur Hieronymus quo nemo melius rem novit, nec elegantius descripsit in epi-
B taphio Marcellæ epist. 16. *Tunc*, ait, *Sancta Marcella quæ diu se cohibuerat, ne per æmulationem quidpiam facere videretur, postquam sensit fidem Apostolico ore laudatam in plerisque violari, ita ut sacerdotes quoque & nonnullos monachorum,* (hos inter fuere Pelagius ac Cælestius) *maximeque sæculi homines in assensum sui traheret, ac simplicitati illuderet Episcopi,* nempe Siricii Papæ, *qui de suo ingenio ceteros æstimabat, publice restitit, malens Deo placere quam hominibus*. Hinc Romæ initium duxere illi *sermones contentionesque*, in quibus *diutissime* ibidem de-
C gentem *versatum fuisse* Pelagium scribit S. Augustinus lib. 2. de Pec. orig. cap. 21. Sed rursus audiendus Hieronymus, Rufini, ac sectatorum Origenistarum strophas recensens: *Cernentes hæretici de parva scintilla magna incendia concitari, & suppositam dudum flammam iam ad culmina pervenisse, nec posse latere quod multos deceperat, petunt & impetrant ecclesiasticas epistolas, ut communicantes discessisse viderentur. Nec multum tempus in medio, succedit in Pontificatum vir insignis Anastasius.* Hæ literæ *formatæ* seu *communicatoriæ* vulgo dicebantur ex Augustino epist. 163.
D erantque publicæ veluti tesseræ, quibus in longinqua peregrinantes, orthodoxæ fidei professores publicabantur. Hanc abs se impetratam a Siricio epistolam, antequam Roma discederet, opposuit postea Rufinus Anastasii literis, quibus acerrime increpabatur ob tentatam Peri Archon interpretationem. Hoc enim eidem exprobrat Hieronymus Apologia 2. *Siricii iam in Domino dormientis profers epistolam, & viventis Anastasii dicta contemnis*. Rufinus tanto Origenianæ doctrinæ propagandæ desiderio ferebatur, ut eamdem in Urbe

fundasse

fundasse non contentus, Medinlanum usque pererraverit, Venerium illius urbis Aotistitem doctissimum in partes tracturus. Fatetur enim in priori libro Invectivarum, se cum Eusebio monacho Hieronymi discipulo, Mediolani de libris Peri Arcbon nescioquam quæstionem habuisse. Deoique eodem anno 398. affines revisurus, Aquileiam se contulit, ut Origenianis deliriis patrium etiam solum locupletaret, & Chromatio alteri Italiæ Metropolitæ novorum dogmatum virus instillaret, ac pro Catholicæ fidei rudimentis, quæ ante triginta annos ab eodem tunc presbytero edoctus fuerat, ingratas profecto vices rependens, impiissimis erroribus sanctissimum ioxta ac doctissimum senem imbueret. Quis autem hic hominis conatus ooo execretur, qui uno fere tempore tres primarias Italiæ Ecclesias, Romanam, dein Mediolanensem, postremo Aquileiensem, Origenianae sectae adiicere petulantissime pertentavit? Mortuo Siricio die 22. Februarii Anastasius subrogatus fuerat: & Marcella, Pammachius & Oceanus strenue Rufini sectatores in Urbe exagitabant. Illi quidem in schedulis libros Peri Archon nova Rufini interpretatione Latin donatos, ad Hieronymum io Bethlehemitico monasterio degentem transmittendos curarunt: addita etiam præfatione eiusdem, in qua Hieronymum ob Origenis libros in latinum sermonem versos eximie laudans, peractæ abs se Peri Archoo interpretationi patrocinium paraverat.

Anno 399. Hieronymus satis prolixam epistolam ad Pammachium & Oceaoum rescripsit, quæ 65. inter eiusdem literas in editiooe Mariani Victorii collocatur; in qua delatas sibi a Rufioo laudes despexit, eiusque ioterpretationem, uti religioni Cathnlicæ perniciosissimam, detestatos est. Eiusdem quoque insidias patefecit, qoi librum Apolegeticum pro Origene ab Eusebio Cæsareensi Ariano homine procusum, S. Pamphili martyris titulo incrustasset, ut sub tanto advocato Origenes nequaquam in hæresis suspicionem veniret. Brevem etiam epistolam ad eumdem Rufinum misit, qua datas sibi laudes in contumeliarum loco se habere testatus est. Verum statim ac Hieronymi literæ Pammachio redditæ sunt, earumdem exemplar Apronianus,

A qui io Rufini rem vigilantissime incumbebat, Aquileiam ad magistrum transmisit. Hic vero fracta amicitiæ tessera, totusque in rabiem actus, duos e vestigio Invectivarum libros scriptitavit: quibus non modo datam ad Pammachium epistolam confutavit, sed commentaria etiam Hieronymi eiusdem in sacras literas aculeatis censuris perstrinxit, quo summi in Ecclesia Doctoris famam elevaret. Hos libros Aproniano nuncupavit: quos iste postea, ac collegæ amicis per universam Italiam legendos exhibuere. Porro epistnlam 66. ad Rufinum, B itemque invectivarum libros hoc anno exaratos, Hieronymi testimooio comprobatur, qui in Apologia secunda, quam anno 402. scripsit, ut ostendam, de laudata epistola fatetur, *ante boc circiter triennium* ab se missam fuisse. De libris vero invectivarum ibidem hæc scribit: *Libri enim tui quos limasti per triennium, disertiores sunt*. Quare eisdem componendis hoc anno Rufinus manum admovit: quos demum veluti postrema lima expolitos, exeunte anoo 401. ipsemet veluti de victoria securus, ad Hieronymum iactabundus transmisit. Baronius cum illo trien- C nio computandum esse contendit annum 397. quo Rufinus in urbe morabatur. At non ita est. Hæc enim scribir initio statim libri primi Rufinus: *Perlegi scripta tua, Aproniane carissime, quæ ab amico & fratre bono*, Hieronymum sugillat, *de Oriente ad virum nobilissimum Pammachium missa transmisisti ad me*. Quare Aquileiæ erat, cum Hieronymi epistolam Roma ab amico Aproniano accepit: quam duobus postea libris confutare conatus est.

Anno 400. Hieronymus ac Rufinus siluere. Existimo Rufinum epistola tantum ad Apronianum missa, Hieronymi D literas ad Pammachiom coosutasse; invectivarum vern libros inchoasse quidem, sed a Chromatio Metropolita Aquileiense ad alia traductum. Etenim sanctissimus Antistes cum Hieronymo egit, ne stylum io Rufinum acueret, neve veterem amicum adversariis scriptis persequeretur: hoc enim testatur Hieronymus initio apologetici: quod etiam cum Rufino coram præstitisse certum est. Immo boc anno idem Chromatius Rufino iniunxit, ut ecclesiasticam Eusebii Cæsareensis historiam in latinum idioma verteret: quod reapse Rufious executus est, in

cuius præfatione ad Chromatium ſcribit, ſe illud opus exaraſſe *tempore quo diruptis Italiæ clauſtris ab Alarico duce Gothorum, ſe peſtifer morbus infudit, & agros & armenta viros longe lateque vaſtavit*. Barooius Alarici ingreſſum in Italiam, ac pugnam cum Stilicone commiſſam refert ad aonum 403. ibid. n. 65. quod Claudianus lib. 4. de bello Get. Alaricum his ſuos alloquentem inducat ante pugnam:

Si numero non fallor, ait, trigeſima currit
Bruma fere, rapidum poſtquam tranavimus Iſtrum.

At ex Ammiaoo lib. 30. Gothi Iſtrum ſuperarunt Valentiano & Valente IV. Coſſ. nempe anno 373. His triginta ſuperadditis habemus annum 403. Verum biennio ab Alarici in Italiam irruptione, pugna apud Polleotiam contigit. Proſper in Chrooico ait: *Stilicone & Aureliano Coſſ. Gothi Italiam Alarico & Radagaiſo ducibus ingreſſi*. Conſentiuot & Caſſiodorus in Chronico, & Iornandes Gothus, lib. de geſtis Gothorum cap. 29. Quare anno 400. Alaricus in Italiam per alpes Iulias deſcendit. Anno vero 402. ad Pollentiam prælium commiſſum fuiſſe, ante Caſſiodorum quem Baronius minus recte reprehendit, tradidit Proſper: *Arcadio & Honorio V. Coſſ. Pollentiæ adverſum Gothos vehementer utriuſque partis clade pugnatum eſt*. Hioc Caſſiodorus Theodorico Gntho inſerviens, victnriam Gothis adſcripſit; Claudiaous vero Stiliconi, cuius geſta decantabat. Nec oppoſitum canit Claudianus, dum *trigeſimo fere* anno ab Iſtro ſuperato hanc pugnam recitat: ſiquidem anno 29. peracta eſt, dum enim *fere trigeſimo* inqoit, unum ad mious aooum ad illum numerum deſiderari palam indicavit.

Anno autem 401. bellum contra Origenem in Orieote & Occidente recruduit, idemque ubique damnatus fuit. Marcella cum Anaſtaſio egit, ut Origenem, eiuſque interpretem Rufinum Apoſtolica auctoritate proſcriberet, *dum*, inquit Hieronymus epiſt. 16. *impia* περὶ Α'ρχῶν *ingerit volumina, quæ emendata manu Scorpii*, Rufini ſcilicet, *monſtrabantur*. Pontifex, ne ex pravis Origenis libris Catholicæ fidei integritas quicquam mali pateretur, eiuſdem recenter interpretatos libros damnavit, datis ea de re ad Venerium Mediolanenſem, & ad Orien-

A tem literis. Prioris epiſtolæ meminit idem Anaſtaſius in literis ad Iohannem Hieroſolymitanum anno ſequenti miſſis, qoæ etiamnum extant. At eumdem etiam ad Orientem ſcripſiſſe, teſtatur Hieronymus Apologia 2. quam tamco Anaſtaſii epiſtolam a Hieronymo compoſitam Rufinus calumniabatur, eamque a Iohanne Hieroſolymitano expectabat. Hæc enim S. Doctor ſcribit: *Si autem Romani Epiſcopi eſt, ſtulte facis ab eo exemplar epiſtolæ petere cui miſſa non eſt, & non ab illo qui miſerit, de Oriente expectare teſtimonium, cujus auctorem habes in vicino*.

B Exiſtimo illam Anaſtaſii epiſtolam datam ad Theophilum, cum hic de damnato abs ſe Origeoe ad Anaſtaſium ſcripſiſſet. Enim vero hoc ipſo anno Antiſtes Alexandrinus in doctiſſima Paſchali epiſtola Origenem uti hæreticum acerrime inſectatus eſt. Hanc epiſtolam Hierooymos in latinum vertit, eamque ſtatim ad Pammachium & Marcellam Romam miſit, quo oon modo eos 10 Oriente geſtorum certiores redderet, verum etiam ut eadem Anaſtaſio Papæ exhibita, tam nobili exemplo eumdem ad Originem iterum damnandum provoca-

C ret. Harum literarum meminit Hieroymus epiſtola 78. quam una cum altera Paſchali, anno ſequenti ad eumdem Pammachium & Marcellam miſit. Barnoius anoo 399. n. 51. quatuor Paſchales Theophili a Hieronymo latinitate donatas exiſtimavit, ſcribens haoc earumdem primam intercidiſſe. Sed plane tres tantum Theophili Paſchales literas Hieronymus interpretatus eſt: oeque illa iotercidit, ſed habetur tomo 9. operum S. Hieronymi, cujus eſt exordium: *Chriſtum Ieſum Dominum gloriæ &c.* Etenim in fine eiuſdem intimatur futurum

D Paſcha, *nonodecimo menſis Pharmuthi* iuxta cyclos Ægyptios, at iuxta ſupputationem Iulianam die 14. Aprilis, qua die contigit Paſcha hoc anno 401. Cyclo Solis XVIII. Lonæ III. lit. F. De qua tamen epiſtola idem annalium ſcriptor aſſerit n. 52. *quod promulgata fuerit ipſo anno Domini quadringenteſimo ſecundo pro ſequenti anno quadringenteſimo tertio*. Qui biennii metachroniſmus eſt. Sed neque verum eſt, Paſchales literas anno anteriori ſolitas fuiſſe publicari: nam promulgabantur a Theophilo iuxta veterum morem ex Caſſiano collat. 10. cap. 2.

peracto

peracto Epiphaniorum die. Vir insignis & numquam satis laudatus ibidem promittit, se ex cyclis Theophili singulas quasque eiusdem epistolas a Hieronymo latinitate donatas, suis annis deputaturum. Illas tamen inverso ordine apud codices Hieronymianos positas non animadvertens, & cyclos Paschales earumdem non considerans, putavit primam epistolam quæ incipit: *Solemnitatis Augustæ sermo divinus &c.* reapse esse earum quæ extant primam, ante quam cum in epistola 78. dicat Hieronymus aliam se præterito anno misisse, quartam epistolam quæ desideretur, idem excogitavit. Prima & secunda inverso ordine positæ sunt: prima enim est illa, quæ designat Pascha adfuturum *decimanona die Pharmuthi*, quæ ibidem secunda asseritur: quem errorem nec Marianus Victorius adnotavit: quæ vero prima ibidem dicitur, secunda nuncupanda est: de qua mox sermo redibit. Theophilus plurium Origenis errorum catalogum recenset in priori epistola, scripta anno 401. quæ a Hieronymo interpretata, & Romam missa, S. Anastasii mentem mirum in modum turbavit. Latini enim Græci hominis errores nondum perspectos habuerant. Quare nil ultra morandum ratus, Origenem lata sententia condemnavit: quod ipsum hoc anno eodem Chromatius ac Venerius, qui duo tantum eo tempore metropolitæ in Italia censebantur, in suis Ecclesiis præstitere. Scribit hæc Hieronymus Apol. 1. lib. 2. *Ergo Beati Episcopi Anastasius, Theophilus, & Venerius, & Chromatius &c. illum*, nempe Origenem, *hæreticum denuntiant*. Immo cum illæ ipsæ literæ Rufino præsente legerentur, teste ibidem Hieronymo, *dicitur obturasse aures suas, & dixisse, usque ad illud tempus se ignorasse, quod tam nefaria scripserit*. Rufinus tamen in ea Origenis damnatione minime nominatus fuit: unde & in literis quas statim Romam ad Anastasium misit, gratias egit Pontifici, quod *calumniantibus non accommodavit auditum*. Interea cum veluti damnatorum Peri Archon voluminum interpres, Romæ passim male audire se ab amicis accepisset, memoratas ad Romanum Antistitem literas dedit: in quibus fidei quam profitebatur, tesseram exhibuit, quo omnem a se hæreseos suspicionem qua ubique in

A Italia se laborare sentiebat, excuteret. Hæc vero ad Anastasium scripsit: *Æquum putavi, ut quoniam ipse post triginta fere annos parentibus redditus sum, & durum satis atque inhumanum erat, si tam cito desererem eos quos tam tarde revisceram, simul & quia tam longi itineris labor fragilem me reddit ad iterandos labores, literis meis satisfacerem beatitudini tuæ*. Has literas existimo Rufinum scripsisse, cum Romam ad se purgandum ab Anastasio evocaretur: nam Hieronymus iteratis literis eumdem ab Anastasio accitum fuisse testatur epist. 16. ubi de Ru-
B fino, ac collegis ait: *Dum acciti frequentibus literis hæretici ut se defenderent, venire non sunt ausi, tantaque vis conscientiae fuit, ut absentes damnari, quam præsentes coargui maluerint*. Porro insulsam illam ac frigidam Rufini excusationem lepide irridens idem Hieronymus Apol. 1. lib. 2. ait: *Hic supinus & lassulus post triginta annos per mollissimum Flaminiæ iter essedo venire non potest, sicque praetendit longi itineris lassitudinem, quasi triginta annis semper cucurrerit, aut biennio Aquileiæ sedens, præteriti itineris labore confectus sit*. Iam enim ab aliquot mensibus exactum
C erat biennium, ex quo Mediolano Aquileiam anno 398. se contulerat.

Interea duæ Rufini invectivæ contra Hieronymum, tota Italia ac Dalmatia, per Origenistarum præsertim manus oraque volitabant: ita ut etiam earumdem excerpta a pluribus qui ex Italia in Palæstinam veniebant, memoriter recitata Hieronymus intelligeret: *Sic pudens*, inquit de Rufino in posteriori Apologia, *ut catervatim de Occidente venientes mihi tua maledicta narraverint, ita memoriter & consentanee, ut ego cogerer non scriptis tuis, quæ necdum legeram, sed scri-
D ptorum respondere opinionibus*. Quare S. Doctor priorem hoc anno apologiam in duos libros divisam elucubravit: in quorum primo Rufini apologeticum pro Origene S. Pamphilo assutum vellicat, ac translati a se Peri Archon codicis rationem reddit: in altero vero scriptam ad Anastasium Papam ab eodem Rufino epistolam examinat, alia insuper refellens, quæ contra abs se edita in sacras litteras commentaria, a Rufino scripta fuisse ex Pauliniano fratre intellexerat. Baronius putavit, anno sequenti hosce apologeticos libros a Hierony-

mo elucubratos: sed ex suorum scriptorum ordine quem in posteriori apologia recenset, aliter sentiendum apparet: *Postquam*, inquit in epistola ad Pammachium & Oceanum, *repuli crimina, id-est laudes tuas, & absque invidia tui nominis respondi criminibus, non criminatori &c. irasceris, furis, & luculentissimos libros contra me cudis, quos cum legendos, & cantandos omnibus tradidisses, certatim ad me de Italia, & urbe Roma, atque Dalmatia scripta venerunt, quibus me laudator pristinus ornasses encomiis. Fateor illico ad obiecta respondi: misique hos ipsos apologiæ meæ libros ad eos quos tu vulneraveras, ut venena tua, nostra sequeretur antidotus. Ob hanc culpam mittis mihi & priores libros tuos, & recentem epistolam plenam iniuriarum & criminum*. Igitur Hieronymus duos priores apologeticos libros in Oriente conscripsit, eosque ad Pammachium & Marcellam, quibus eosdem nuncupaverat, misit: quorum exemplaria cum in manus amicorum Rufini venissent, illa ad eumdem Aquileiam transmiserunt: quæ postea cum Rufinus prolixa satis epistola confutasset, una cum duabus invectivis ad Hieronymum misit. His omnibus postea, altera apologia procusa, idem Sanctus Pater responsionem luculentam & satis aculeatam adornavit, vivente adhuc Anastasio Papa: nam ibidem ait: *Viventis Anastasii dicta contemnis*. At cum Anastasius decesserit 27. Aprilis, nulla ratione fieri potuit, ut tam brevi spatio eiusdem anni 402. Hieronymus libros priores exararet, illique Romam, dein Aquileiam mitterentur, & Rufinus eosdem impugnaret, ac per Orientalium mercium negotiatorem (nam is plane fuit eorumdem delator) libros invectivarum a triennio ab se limatos, novamque apologeticam epistolam ad Hieronymum deferendam curaret; quibus Hieronymus alteram apologiam statim reposuerit, antequam Anastasius e vivis excederet. Quod vero opponit Baronius, Hieronymum libro 2. prioris apologiæ laudare catalogum illustrium scriptorum *ante annos ferme decem* scriptum, quem, ut ibidem patet, anno XIV. Theodosii emissum constat, non officit. Etenim annus ille Theodosii incipiebat a die 16. Ianuarii anni 392. siquidem ea die dictus est Imperator anno 379. unde toto anno 405. a die 16.

A Ianuarii decimus annus a Theodosii anno XIV. currebat. Immo dum ait *ferme decem*, plane nondum plenum decennium elapsum demonstrat.

Anno sequenti 402. Theophilus in festo Theophaniorum Paschalem de more epistolam promulgans, Origenem iterum in eadem strenue impugnavit. Quare Hieronymus qui probe norat, quantum prioris anni literæ Theophili Romanorum animos contra Origenistas commoverant, primo vere easdem latinitate donatas, ad Pammachium & Marcellam Origenistarum in Urbe antagoni-

B stas misit, addita ad eosdem epistola 78. in qua hæc habet: *Alexandrinas opes primo vere transmitto*. Postea de eadem Paschali ait: *Quam sciatis in quatuor partes esse divisam. In primo credentes hortatur ad Dominicum Pascha celebrandum: in secundo & tertio loco Apollinarium, & Origenem ingulat: in quarto idest extremo hæreticos ad pœnitentiam cohortatur. Si quid autem hic minus adversus Origenem dictum est, in præteriti anni epistola continetur*. Hæc epistola Paschalis incipit: *Solemnitatis augustæ sermo divinus &c.* in qua cum pluribus ad Paschale festum celebran-

C dum Theophilus cohortetur, *§. cessent Apollinaris discip. li &c.* contra Apollinaristarum errores orationem vertit. At *§. sciant igitur se huius solemnitatis &c.* contra Origenistas insurgit, ubi vocat ignominiæ causa Origenem *hydram omnium hæreseon*. Tandem *§. denique ne occupati &c.* ad pœnitentiam hortatur. Epistola *præteriti anni* ibidem laudata, est illa quæ perperam secundo loco in codice Hieronymiano recensetur: de qua superius locuti sumus. In fine vero Paschalis contra Appollinarem, & Origenem emissæ, indicitur Pascha celebrandum *un-*

D *decima die mensis Pharmuthi*, nempe iuxta epocham Iulianam die 6. Aprilis, qua die anno 402. Paschalia festa peracta sunt Cyclo Solis XIX. Lunæ IV. lit. E.

Cum vero hanc Paschalem Hieronymus mitteret, nondum Anastasii Papæ literas hoc ipso anno ad Iohannem Hierosolymitanum datas acceperat: nam in epistola illa 78. scribit: *Prædicationem quoque Marci Evangelistæ cathedra Petri Apostoli sua prædicatione confirmet. Quamquam celebri sermone vulgatum sit, beatum quoque Papam Anastasium eodem fervore, quia eodem spiritu est, latitantes in foveis suis*

suis hæreticos persecutum, eiusque literæ doceant, damnatum in Occidente quod in Oriente damnatum est. At in epistola ad Iohannem Hierosolymitanum non modo Origenis libros damnat, sed eosdem quoque ab Imperatoribus proscriptos esse significat, & Rufinum nominatim acriter increpat, ubi inter cetera eumdem damnatum abs se tradit: *Rufinum scito, quod propria mente Origenis dicta in latinum transtulit, ac probavit, nec dissimilis ab eo est qui alienis vitiis præstat assensum. Illud denique scire te cupio, ita haberi a nostris partibus alienum, ut quid agat, ubi sit, nescire cupiamus. Ipse denique viderit, ubi possit absolvi*. Hieronymus sub id fere temporis hanc S. Anastasii epistolam, ac libros invectivarum Rufini ab hoc ipso post triennium limatos accepit: unde animosior factus toto impetu contra adversarium invectus, elegantissimam apologiam e vestigio emisit, qua veluti ultimo ictu Rufinum confecit. Profecto in Anastasii epistola triumphum cecinit: *Esto*, inquit, *præteriti anni ego epistolam finxerim, recentia ad Orientem scripta quis misit, in quibus Papa Anastasius tantis te ornat floribus &c.* Sanctus Pontifex Rufino Pelagianæ scholæ magistro, atque Origenis Pelagianorum Patris defensore damnato, die 27. Aprilis ad superos transiit: eique subrogatus est Innocentius, qui postea Pelagium ac Cælestium, Rufini eiusdem discipulos damnavit, ut inferius nobis describetur.

Augustinus qui in ore famæ versabatur, atque ex Alipii in Palæstinam peregrinatione cum Hieronymo ac Rufino tunc concordibus amicitiam contraxerat, eisdem postea litigantibus, neutri adhæsit: immo data ad Hieronymum epistola 15. etiam atque etiam indoluit, tantam repente inter utrumque inimicitiam exortam, *Quis denique*, inquiens, *amicus non formidetur, quasi futurus inimicus, si potuit inter Hieronymum & Rufinum hoc quod plangimus, exoriri*. Cum vero ab utroque invectivarum libros quibus sese invicem proscindebant, accepisset, quod ex Hieronymi epistola 13. apud Augustinum intelligitur, in hanc sententiam rescripsit: *Ne de vobis ea conscribendo spargatis, quæ quandoque concordantes delere non poteritis, qui nunc concordare nolitis, aut quæ concordes legere timeatis, ne iterum litigetis*. Postea Hie-A ronymum alloquens ait: *Verumtamen illum*, nempe Rufinum, *maluerim aliquo modo mitiorem, quam te isto modo armatiorem. Hoc magnum & triste miraculum est, ex amicitiis talibus ad has inimicitias pervenisse: lætum erit, & multo amplius ex inimicitiis talibus ad pristinam concordiam revertisse*. Hæc S. Augustinus scripsit. Verum ex Cælestii postea confessione cognovit, Rufinum primum omnium in Urbe peccatum originale negasse, quod cum perpetua Rufini infamia in libris contra Pelagianos editis testatum reliquit, ut mox ostendam, totusque in Hie-B ronymi partes transiit.

Hic iam nobis monstrandum est, Rufinum reapse fuisse Pelagianorum magistrum. Enimvero quod primus in Occidente docuerit, Adamum etiam non peccantem moriturum fuisse, ex Marii Mercatoris testimonio laudato patet. Tria diximus fuisse præcipua Pelagianorum dogmata. Primum quidem: *Gratiam ex meritis dari*. Hoc tradidisse Rufinum, qui humani arbitrii vires altius exaggerabat, mihi compertum est. Insuper Stoicorum impeccantiam, qui alter erat Pelagianorum error, omni co-C natu promovit. Gelasius Papa in edicto de libris recipiendis ait: *Quoniam B. Hieronymus Rufinum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sentimus quæ prædictum B. Hieronymum sentire cognoscimus*. Quod de Rufino iudicium Vossius cap. 3. perperam Gennadio Massiliensi cap. 18. de Scrip. Eccles. attribuit. Sane ex meritis omnia cum suo Origene Rufinus suspendit: unde invectiva altera in Hieronymum omni censura liberat dicentes, *inæqualitatis causas unamquamque sibi animam iam ex anterioris vitæ quam in cælestibus habuit, motibus ac sensibus* D *comparasse*. Quo sane asserto gratuita divinorum beneficiorum largitio penitus evacuatur. Quo vero Rufinus Origenis de impeccantia opinionem promoveret, Evagrii Pontici Monachi, ac Sexti Philosophi Pythagorici libros in latinum sermonem vertit, in quorum sane hominum voluminibus impeccantia pluribus suadebatur. De Evagrio scribit Hieronymus ad Ctesiphontem: *Edidit librum & sententias περὶ ἀπαθείας, quam nos impassibilitatem vel imperturbationem possumus dicere, quando numquam animus ullo perturbationis vitio commovetur, & ut simpli-*

simpliciter dicam, vel saxum, vel Deus est &c. Huius libros per Orientem Græcos, & interpretante discipulo eius Rufino plerique in Occidente lectitant. Pelagianorum vero causam, alium per dolum incautos circumducens, plurimum promovit, memoratum Sexti Pythagorei hominis librum, quo maiori in æstimatione apud universos esset, S. Xysti Papæ & Martyris titulo præmuniens. Fraudem exaggerat Hieronymus in proœm. lib. 4. in Hierem. *Miserabilis Grunnius, qui ad calumniandos sanctos viros aperuit os suum, linguamque suam docuit mendacium, Sexti Pythagorei hominis gentilissimi unum librum interpretatus est in latinum, & sub nomine S. Martyris Xysti urbis Romæ Episcopi ausus est edere.* Hinc Pelagius ex hoc libro, veluti a Sancto Pontifice edito, testimonia contra divinam gratiam deprompsit, ægreque ab iis se expedire conatus olim Augustinus in lib. de Nat. & grat. cap 64., tamdem in lib. 2. Retract. cap. 42. dolis cognitis, librum illum Ethnico auctori adiudicavit. Hieronymus in epistola ad Ctesiphontem testatus est, Pelagianos ex illo volumine *plurima contra Ecclesiam usurpare testimonia*. Atque his suppetiis enascentem hæresim Rufinus communivit. Utriusque operis Evagrii ac Xysti, Rufini opera latinitate donati meminit Gennadius in Rufino.

Tertium Pelagianorum dogma, nullum scilicet esse originis peccatum, non modo Rufinus asseruit, sed Pelagianæ scholæ magistri hoc se a Rufino didicisse publice contestati sunt. Rem sic narrat Augustinus lib. de Pec. orig. cap. 3. Cælestius Pelagii Achates, in concilio Carthaginensi coram Aurelio Episcopo interrogatus, quid de peccati originalis traduce sentiret, ita respondit: *Dixi de traduce peccati me dubium esse: ita tamen ut cui donavit Deus gratiam peritiæ, consentiam; quia diversa ab eis audivi, qui utique in Ecclesia Catholica constituti sunt presbyteri. Paulinus diaconus dixit: dic nomina ipsorum. Cælestius dixit: Sanctus presbyter Rufinus Romæ, qui mansit cum Sancto Pammachio: ego audivi illum dicentem, quia tradux peccati non sit. Paulinus diaconus dixit: est aliquis alius? Cælestius dixit: non tibi sufficit unus sacerdos?* Vides Cælestium de originalis peccati traduce dubitasse, unoque Rufino auctore negantem partem satis tutam existi-

A masse. Recte Cardinalis Baronius tomo 5. ad annum 412. Num. 23. *At observa & illud, citari a Cælestio non Pelagium ipsum, ex quo hæresis nomen accepit, sed Rufinum, ut coriphæum atque sectæ antesignanum.* Est igitur Baronio auctore Pelagianorum coriphæus atque antesignanus. Illorum sane rem etiam atque etiam promovit, dum libros Peri Archon Latinis donavit. In illis enim Pelagiana dogmata, non obscure quidem, sed aperte tradi, superiori capite ostendimus.

Rufinus certe non modo Romæ, & in Palæstina Pelagium fovit, sed & eum-
B dem amicis suis ac patronis carissimum fecit: quod non levi ignominiæ Rufino eidem vertitur. Melania senior nobili ac consulari familia Romæ orta, Rufinum adeo coluit, ut longissimarum peregrinationum comitem illum voluerit, ut dictum est. Huic vero Melaniæ Rufinus Pelagium notum reddidit, qui postea & librum eidem feminæ nuncupavit. *Et re vera*, inquit Augustinus in lib. de Gestis Pelagii cap. 4. *in libro Pelagii ad Melaniam ita legitur.* Paulinum Nolanum & Severum Sulpitium non modo Rufini amicos, sed & encomia-
C stas fuisse, ex ipsorum literis satis intelligitur. At Pelagius Paulini Nolani itidem amicus fuit: testis est idem Augustinus initio epistolæ 106. ad Paulinum: *Pelagium quod ut servum Dei dilexeris, novimus; nunc autem quemadmodum diligas, ignoramus.* Ita tamen Paulinus Pelagium sanæ olim fidei iudicatum dilexit, ut monente postea Augustino, errantem fugerit. Secus vero Sulpitio accidit, *qui a Pelagianis deceptus*, errorem tamdem cognoscens, perpetuo silentio sibi indicto, pœnas dedit, ex Gennadio cap. 19. de Script. Ecclesiasticis. Iohan-
D nes Hierosolymitanus cum Rufino & Melania pro Origene contra D. Hieronymum conspiravit: quæ pluribus recensent Ecclesiæ Annales a Baronio editi, ad annum 393. tomo quarto. Hinc sunt illæ satis iustæ Hieronymi querelæ, epist. 101. ad Pammachium: *Hæc non est illius culpa, cuius sub persona alius agit tragœdiam; sed Rufini & Melaniæ magistrorum rius, qui illum magna mercede nihil scire docuerunt.* Sancti Epiphanii epistolam græcam ad Iohannem Hierosolymitanum scriptam, in qua plurium hic errorum arguebatur, Hieronymus Euse-

bio

bio Cremonense monacho petente in latinum verterat: quam quidam pseudomonachus Melaniæ pecunia corruptus surripuit, ac Iohanni detulit, qui contra Hieronymum omnes odiorum ventos concitavit. Porro hic Iohannes Hierosolymitanus Pelagio patrocinatus est: & licet illius sententiam non probaret, hominem tamen semper defendit: quod ex apologetico Orosii patet, & ex utraque Pelagii absolutione, quam tum Hierosolymis, tum Diospoli in judicio, illic præsidente hic præsente Iohanne Hierosolymitano, suffuratus fuit. Hinc S. Augustinus veritus, ne insignem ob vitæ sanctimoniam ac doctrinæ excellentiam Episcopum suam in sententiam Pelagius traheret, ad eumdem literas dedit; queis hæresiarchæ dolos aperiens, *Pelagium*, inquit, *fratrem nostrum, filium tuum, quem audio, quod multum diligis, hanc illi suggero exhibeas dilectionem, ut homines qui eum noverunt, & diligenter audierunt, non ab eo tuam sanctitatem existiment falli*. Ep. 252. Orosius qui paulo ante Hierosolymis in Africam ad Augustinum redierat, sinistra forte de Iohannis doctrina publicaverat: quare eumdem per literas Pelagianæ fraudis Augustinus admonendum duxit.

Interea initio pontificatus Innocentii, Rufinus atque Origenistæ respirare visi sunt, Theophilo eorumdem antagonista reo coram Apostolica sede constituto. Etenim cum hic non modo Origenem damnasset, verum & monachos quosdam Origenistarum doctrinis infectos, procul ab Ægypto expulisset; illos vero in regiam urbem profectos, Chrysostomus, quod illi pii viderentur & docti, neque eorumdem errores perspectos haberet, humaniter excepisset, submissosque contra illos a Theophilo oratores in carcerem detrusisset, gravissima inter utrumque Antistitem dissidia exorta sunt. Cum Theophilo Epiphanius Cyprius, ac Hieronymus contra Chrysostomum ob eamdem causam facto veluti fœdere conspirarunt. Epiphanius vir sane doctissimus idemque sanctissimus in epistola ad Iohannem Hierosolymitanum, quæ tomo 2. operum Hieronymi legitur, hæc de Rufino scripsit: *Te autem, frater, liberet Deus, & sanctum populum Christi, & omnes fratres qui tecum sunt, & maxime Rufinum ab hæresi Origenis*. Idem etiam

A profectus Constantinopolim, Chrysostomi præsentiam ac colloquium fugit ob receptos Alexandria eiectos Origenistas, palamque de eodem Chrysostomo questus est: qui cum probe intelligeret, Eudoxiam Augustam Epiphanio ac Theophilo favere, publice e suggestu contra feminarum odia rabiemque invectus, non obscure Augustam impetere visus est. Hinc illa in furorem acta, sanctum Episcopum in pseudosynodo ad Quercum dicta paulo post deponendum curavit: in quam rem acriter Theophilus incubuit, qui etiam Chrysostomi no-
B men e sacris diptychis erasit. Hinc eodem, Arcadii iussu, in exilium deportato, Innocentius Papa Cleri C. P. legatione iterata commotus, in Principes ac Theophilum excanduit: quo tempore Origenistæ, qui pro Chrysostomo ob semel contra Theophilum odium conceptum altius loquebantur, pacem seu potius inducias a Romano Pontifice obtinuere. Unus legatorum qui Romam pro Iohanne Chrysostomo venere, fuit Palladius Episcopus Helenopolitanus, publicus Hieronymi hostis. De hoc enim in Lausiaco, seu volumine ad Lausum
C cap. 78. scribit: *Tanta fuit eius invidia, ut ab ea obrueretur virtus doctrinæ*. Quod vitium etiam postea eidem Hieronymo obiecit Origenistarum discipulus Pelagius, teste Augustino lib. 2. con. Iul. cap. 10. Hieronymum vero contra Chrysostomum stetisse, ex eiusdem epistola ad Theophilum, quæ tomo 9. habetur ante tres literas Paschales, aperte deducitur: ibi enim hæc scribit: *Unde & nos Iohannem qui dudum Constantinopolitanam rexit Ecclesiam, Deo placere semper optavimus, & causas perditionis eius, in quas ferebatur improvidus, nequaquam credere*
D *voluimus: sed ille, ut cetera flagitia eius taceam, Origenistas in suam recipiens familiam, & ex his plurimos in sacerdotium provehens, atque ob hoc scelus beatæ memoriæ hominem Dei Epiphanium, qui inter Episcopos clarum in orbe sidus effulsit, non parvo mærore contristans, meruit audire: cecidit, cecidit Babylon*. Ita Origenistarum opera factum est, ut sanctissimi viri mutuis dissensionibus conflictarentur.

Rebus ergo eo pacto turbatis, Rufinus Romam se contulit. Testatur hoc Paulinus in epistola ad Rufinum: *Etiamnum*, inquit, *nunc vos in æstu solicitudi-*

nis

nis, & incerto morarum Romam peti indicaſtis. Cum vero idem accepiſſet, Rufinum iterum in Orientem navigaturum, miſſa per Cerealem epiſtola, eumdem rogavit, ut Nola inviſendi ſui gratia tranſiret: *Remeaturus ad Orientem non feres inviſitatis nobis abire*. At Rufinum non longe ab Urbe degiſſe, ex laudatæ epiſtolæ Paulini exordio colligo: *Etſi incertum*, inquit, *mihi fecit filius Cerealis, quod ad te perrecturus foret in tempore, quo ad S. Petrum revertitur; tamen per eum qui æque tuus ac noſter eſt, non ſcribere tibi tam culpabile nobis quam tibi triſte futurum iudicavimus*. At Rufinus reſcribit Paulino: *Communem quidem filium Cerealem nondum videram, ſed is conſcius quid mihi doloris infligeret, ſi reddere moraretur literas tuas, præmiſit eas ad me*. Additque. *Quia autem quadrageſimæ diebus, in monaſterio Pinneti poſitus, hæc reſcripſi ad te &c.* Eſt Pinnetum locus ſuburbanus extra portam Angelicam, primo ab Urbe lapide, vulgoque *Pigneto* Romanis nuncupatur. Interim Rufinus egregium opus de Benedictionibus Patriarcharum, quod etiamnum extat, ad Paulinum perſcripſit: in nuncupatoria vero epiſtola ait: *Quantum ergo vel mediocritas intelligentiæ noſtræ valet, vel tempus indulget, vel hi ſinunt qui reſcripta ad Origenem perurgent &c.* Ex quibus patet Rufinum continuatam Origeni interpretando operam poſuiſſe, neque S. Anaſtaſii Papæ ſententia ab eo umquam ſtudio deterritum: immo Origenis in librum Numerorum Commentariorum interpretationem, morti proximus, Urſacio petente, exſecutus eſt, ut capite proximo videbimus: ubi tamen oſtendemus, eumdem errores partim ab ipſo aſſertos, partim vulgo ſibi obiectos retractaſſe: neque enim ſecus agens, Romam auſus fuiſſet accedere.

CAPUT III.

Pelagii patria, profeſſio monaſtica, & doctrina. Scribit Romæ commentarios in epiſtolas Pauli. Cæleſtius Eunuchus Pelagii Achates. Rufini in Sicilia obitus. Palinodia eiuſdem ex codice Vaticano nunc primum recitatur.

Donatiſtis poſtremo ac memorabili congreſſu, anno a Servatoris ad-
A ventu quadringenteſimo undecimo, in celebri Carthaginenſi collatione ſuperatis, diuturnis diſſidiis quæ tot annos Chriſtianum orbem crudeliter laceraverant, impoſitum tamdem finem, Orthodoxi ſi- *Anno CCCCXI.*
bi invicem, atque Auguſtino præſertim, cuius unius virtuti poſt Numen eam victoriam acceptam ferebant, gratulabantur; cum repente Pelagianum bellum hominum opinione maius erupit, quod Africam, Aſiam, atque Europam longe lateque pervagatum, uti novis laboribus Auguſtinum implicuit, ita eidem novorum quoque triumphorum materiem
B ſuppeditavit. Hæreſis princeps Pelagius Britanniam habuit patriam. Ita Proſper initio carminis de Ingratis.

Dogma quod antiqui ſatiatum felle draconis,
Peſtifero vomuit coluber ſermone Britannus.

& inferius cap. 34.

I procul inſana impietas, arteſque malignas
Aufer, & auctorem comitare excluſa Britannum.

Paulus Oroſius in Apologetico patriam eamdem Pelagio dedit, hæc de Pelagio locutus: *Britannicus noſter mox ut voluerit, ſe poſſe confidit*. S. Auguſtinus epiſt. 106.
C ad Paulinum ſcribit Pelagium, ut a Tarentino Pelagio diſtingueretur, *Britonem fuiſſe cognominatum*. Et S. Proſper in Chronico ad conſulatum Lucii & Heracliani 413. *Pelagius Brito dogma nominis ſui, contra gratiam Chriſti, Cæleſtio & Iuliano adiutoribus exerit*. Corrigendus eſt Danæus comment. in lib. S. Auguſt. de Hæreſib. cap. 88. qui Pelagium *Gallum Britonem* vocat. Ex dictis enim Proſperi patet, Pelagium haud natum apud Britones qui Galliam Celticam ad Oceanum incolebant, ſed ex Britonum gente illum fuiſſe, quæ occidentalem Bri-
D tanniam occupaverat: unde illius inſulæ populi vulgo Britones appellabantur. Unus e Britannia antiquiſſimus idemque doctiſſimus teſtis Beda ſufficiat lib. 1. Hiſt. gentis Anglorum: *In primis*, inquit, *hæc inſula Britones ſolum, a quibus nomen accepit, incolas habuit, qui de tractu Armoricano, ut fertur, Britanniam advecti, auſtrales ſibi partes vindicarunt*. Legatur Uſſerius de antiquitate Britan. Eccleſ. ubi Britanni paſſim Britones apud veteres appellantur. Reiiciendus eſt etiam Voſſius lib. 1. hiſt. Pelag. cap. 3. vocans Pelagium Scotum. Nam Britonem il-

illum

lum fuisse, Augustinus laudatus, & Beda ipse cap. 10. testantur; Scoti vero, ac Picti Septemtrionales insulæ plagas tenebant, eosque Beda dicit cap. 12. *gentes a parte Britonum remotas*: quæ deinde sub Valentiniano plurima mala Britonibus intulere: quæ in Beda, ac Gilda pluribus ennarrantur.

Pelagium monachum fuisse non semel scribit Augustinus. In lib. de Hæresib. cap. 88. ait: *Pelagianorum est hæresis hoc tempore omnium recentissima, a Pelagio monacho exorta*. Nullis tamen sacris Ecclesiæ dignitatibus insignitus umquam fuit. Nam Zosimus Papa in epistola ad Aurelium & Afros Episcopos, vocat Pelagium, *Laicum virum ad bonam frugem longa erga Deum servitute nitentem*. Eo enim tempore monachi ad sacros ordines non promoti, inter laicos recensebantur. Scriptores Anglici plura de illo tradunt: neminem tamen veterem testem laudant. Abbatem fuisse illum dicunt insignis cœnobii Bangorensis prope Cestriam, ubi duo mille & centum monachi vixere. Illorum testimonia recitat Usserius cap. 8. sed merito contemnit Vossius citatus, vocans eadem iuniorum fabulas. Hæc quidem libentius omitto, uti illud quoque, natum Pelagium eodem anno, atque eadem prorsus die, qua in Africa exortus est Augustinus: quod ex antiquo scriptore *Walfila* producit Dempsterus lib. 15. Hist. Scotorum, licet de die non consentiat Ludovicus ab Angelis lib. 5. de vita S Augustini cap. 14. Porro Augustinus natus est anno 354. Idibus Novembris, quem diem oti natalitiom, disputationibus cum doctissimis viris celebravit ex lib. de Vita beata cap. 1. Illud omnibus in confesso est, vixisse illum in Oriente monachum: ad quod probandum Baronius, Vossius, Usserius, aliique producunt epistolam Chrysostomi anno 405. in exilio apud Arabissum in Armenia datam, in qua Pelagii casum deplorans ait: *De Pelagio monacho, magno dolore affectus sum. Cogita igitur, quot quantisve coronis digni sint, qui forti animo in acie steterunt, cum viros pie ac sancte, tantaque cum tolerantia viventes abripi, atque in fraudem impelli videamus*. Verum ex sola nominis similitudine Pelagium Hæresiarcham designari, levem suspicionem dixit vir eruditissimus Petavius in calce tom. 3. dogm. Theol. libro de

A hæresi Pelagiana cap. 1. n. 3. Ego quidem arbitror, Pelagium ante annum 411. numquam in Orientem transfretasse. Scribit Marius Mercator in Commonit. ad Piotam: *Hinc ineptam & non minus inimicam rectæ fidei quæstionem, sub sanctæ recordationis Anastasio Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifice, Rufinus quondam natione Syrus Romæ primus invexit: & ut erat argutus, se quidem ab eius invidia muniens, per se proferre non ausus, Pelagium gente Britannum monachum tunc decepit, eumque ad prædictam apprime imbuit atque instituit impiam vanitatem*. At Rufinus cum

B Melania anno 396. & sequenti, Siricio adhuc superstite, Romæ degebat, eum nuper ex Oriente in Italiam venisset, ut capite superiori dictum est: quo tempore Rufinum libros Περὶ Ἀρχῶν ibidem in latinum sermonem vertisse diximus: Tunc vero Pelagius Romæ aderat, quem ibidem *diutissime vixisse* testatur Augustinus, cuius verba mox dabimus. Cum vero mortuo Anastasio, Rufinus timore deposito, favente Melania, Macario, Aproniano, aliisque illustribus viris, Romam redierit, eodem magistro familiarius iterum usus est Pelagius, atque in

C semel imbibitis erroribus confirmatus, nempe nullum esse originis peccatum, neque mortem ex primi parentis reatu in homines derivasse: quæ Pelagianæ sectæ fundamenta fuerunt, quibus vastam postea errorum molem imposuere. Ex his mihi satis probabile videtur, Pelagium in Occidente monachum induisse, ac capta a Gothis Roma, in Orientem primitus transfretasse, neque Chrysostomum in laudata epistola, ubi Pelagii casum deplorat, de Britanno Pelagio ea scripsisse.

D Extat apud Isidorum Pelusiotam acerrima cuiusdam Pelagii monachi reprehensio: nam lib. 1. epist. 314. his Pelagium perstringit: *Si tibi carnium nidor, atque opsoniorum condimentum curæ est, iis qui magistratum gerunt, potius blandire, atque urbium caminos vestiga. Neque enim homines eremitæ facultates eas habent, ut te quemadmodum tibi gratum est, excipere valeant*. Quo anno hæc scripserit Isidorus, incertum est. Ille quidem etiam post annum 431. vivebat: nam libro eodem epistola 410. ad Cyrillum meminit Synodi Ephesinæ eo anno celebratæ. Vossius cap. 3. id parum verisimile dicit:

cit : videt enim Pelagii ſanctimoniam a Chryſoſtomo atque Auguſtino aliiſque laudari . Sed habemus alterum coëtaneum teſtem Oroſium in Apologetico , qui Pelagium *miniſtrum menſarum*, itemque *balneis epuliſque nutritum dixit*. Ex illorum monachorum grege erat Pelagius, de quibus hæc quidem lepide ſcribit Hieronymus in epiſtola ad Pammachium : *Et tamen miror, cur carni detrahentes vivant carnaliter, & inimicam ſuam foveant & nutriant delicate, niſi forte implere volunt ſcripturam dicentem : Amate inimicos veſtros*. Lautiores igitur menſas, ac pinguiores bolos noſter delicatior monachus confectabatur. Unde nil mirum, ſi Paulus Oroſius, qui de facie ſatis hominem novit, illum nobis depinxerit in Apologetico *latos humeros geſtantem robuſtamque cervicem, præferentem etiam in fronte pinguedinem*. Ibidem etiam dicitur *mutilus, levis in fronte*, μονόφθαλμος, erat ergo Pelagius altero oculo læſus.

Sed neque recte eumdem umquam de gratia , & libero arbitrio ſenſiſſe exiſtimo : erat enim Origenianæ ſcholæ rigidus profeſſor, ſemperque aliquid monſtri aluit. Scribit ipſe anno 417. hæc ad Innocentium : *Legant illam epiſtolam, quam ad ſanctum virum Paulinum Epiſcopum ante duodecim fere annos ſcripſimus* . Scripta fuit epiſtola anno 405. Porro Auguſtinus lib. de Grat . Chriſti cap. 35. ait ; *Hanc ego epiſtolam legi, & inveni eum pæne per totam non immorari niſi in facultate & poſſibilitate naturæ, & pæne ibi tantum Dei gratiam conſtituere* . Diutius in Urbe moratus eſt : ubique vero in colloquiis ac diſputationibus hæretica ſemper illum dogmata ſparſiſſe , auctor eſt S. Doctor lib. 2. de Pec. orig. cap. 21. *Alia quoque ipſius* , inquit , *in urbe Roma, ubi diutiſſime vixerat , atque in his fuerat prius ſermonibus contentionibuſque verſatus &c*. Paſſim enim peccatum originale elevabat , altius pro libero arbitrio contra divinam gratiam loquebatur . Cum ſemel Romæ quemdam inſignem Epiſcopum illam Auguſtini & breviſſimam & devotiſſimam precatiunculam recitantem audiſſet , nempe *Da quod iubes, & iube quod vis*, quam S. Doctor libro 10. Confeſſ. cap. 29. & 37. inſeruerat, eamdem pluribus refellere non extimuit : & teſte Auguſtino lib. de Dono perſeu. cap. 20. *pæne cum eo qui illa commemoraverat , litigavit* . Inde novæ doctrinæ auctor publicari cœpit Pelagius : eaque de ipſo fama ad Auguſtinum in Africam uſque pervenit : qui tamen quod Pelagii ſanctimoniam a pluribus commendari cognoverat, doluit eum virum in diſtortas adeo ſententias abiiſſe : nihil interim contra eumdem ſcripſit .

Edidit Romæ Pelagius breviſſimos in Pauli epiſtolas commentarios, quos non uno loco excutit Auguſtinus, nempe libro tertio de Peccatorum meritis & remiſſione, & libro de Geſtis Pelagii cap. 16. & lib. de Pec. origin. cap. 16. Marius Mercator in libello ſupplici ad Theodoſium Imperatorem pag. 37. Cod. Vaticani ſuperius laudati ait : *Ut autem & Pelagius cum iſto pariter damnaretur, iſtud in cauſa eſt : auſus eſt memoratus ante vaſtationem urbis Romæ in Apoſtolum Paulum commentarios condere , & his edere, de quorum amicitia præſumebat* . Quare ante annum 410. quo Roma a Gothis capta fuit, commentarios illos edidiſſe certum eſt , cum Romæ prope Rufinum magiſtrum degeret. Voſſius lib. 1. hiſt. Pelag. cap. 4. valde eo inclinavit ut putaret , hos Pelagii commentarios eos ipſos eſſe, qui libris Hieronymi vulgo ſubiungi ſolent : quod citra dubium Ianſenius poſtea aſſeveravit . Ex Mario Mercatore hæc nobis ſententia probatur, qui ibidem hæc ſcribit de Pelagio : *In epiſtola igitur quæ eſt ad Romanos , cum ad illa loca veniſſet , ubi vas electionis ita loquitur* : Propterea ſicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors , & ita in omnes homines mors pertranſiit ; *hactenus credidit exponendum : quem librum eius habemus, & proferimus ad convincendum inimicum eius errorem. Verba Pelagii : Et in omnes homines mors pertranſiit, cum ſic , inquit , qui peccant , ſimiliter moriuntur : neque enim aut in Abraham, aut Iſaac, aut Iacob mors pertranſiit, de quibus Dominus ait &c.* Quæ quidem verba , & ſequentia leguntur in commentariis Hieronymi libris annexis , ut patet ex cap. 5. ad Rom. ad illa : *Et ita in omnes homines mors pertranſiit* : quæ ita ibidem exponuntur : *Dum ita peccant, & ſimiliter moriuntur . Non enim in Abraham , & Iſaac, & Iacob mors pertranſiit, de quibus dicit Dominus &c*. Præterea Au- *Rom. 5.*
guſtinus lib. de Geſtis Pelag. cap. 16. ait : *Sunt quædam expoſitiones epiſtolæ Pauli,*

quam

Rom. 9.

quam scribit ad Romanos, quæ ipsius Pelagii esse dicuntur, ubi hoc quod scriptum est: Non volentis, neque curreotis; sed miserentis est Dei, *non ex persona Pauli asscrit dictum, sed eum voce interrogantis, & redarguentis usum fuisse cum hæc diceret, tamquam hoc utique dici non deberet*. At in memoratis commentariis illi prorsus sinistro interpreramento laudata Apostoli sententia subiicitur: ibi enim post nonnulla Pelagius concludit: *Unde intelligitur, quia hic interrogantis voce utitur, & redarguentis potius quam negantis*. Scio S. Doctorem lib. 3. de Pec. mer. & remis. nonnullas ex eisdem Pelagii commentariis argumentationes ad verbum recitare, quæ in editis oon leguntur: sed illnd satis verisimillimum iudico, eas ratiocinationes Cælestii maou insertas, eoque pacto in S. Doctoris manus venisse. Etenim familiare Cælestio fuit, brevissimis syllogismis ad hæresim stabiliendam uti. Iaosenius existimavit, easdem expositiones Pelagii, ipsius manu fuisse subinde parumper immutatas: de quo nolo cum eodem ducere contentionis funem. Porro apertis verbis ibidem peccatum originale excluditur: nam cap. 5. ista leguntur: *Quomodo potest unius delicto Adæ omnes homines condemuare, cum nec unius Christi iustitia omnes homines iustificati sint?* quo loco pluribus tradit, Adam nocuisse posteris exemplo tantum ac forma, qua mors animæ, non vero corporis, Adami culpam imitantibus intimatur. Et cap. 7. totum se prodit inquiens: *Insaniunt qui de Adam per traducem asserunt ad nos venire peccatum*. Vides ergo Pelagium strenuum Rufini defensorem. Præterea in eisdem commentariis universum hæresis quam postea susius docuit, virus evomuit. In cap. 8. laudatæ epistolæ ad Romanos ad illa verba: *Lex enim spiritus vitæ in Christo*, ait: *Notandum quia gratiam legem appellat*; & inferius: *Quicumque secundum doctrinam Spiritus Sancti vivunt, ipsi sunt qui spiritu Dei aguutur*. Neutrobique enim gratiam Spiritus Sancti a lege & doctrina distinguit. Io cap. 11. vers. 7. *Electio autem consecuta est*, hæc scribit: *Divina Scriptura hoc habet, cum unusquisque habeat libertatem faciendi bonum vel malum, Deum dicat tradere, aut dare, propterea quia ipse est, qui dedit libertatem*. Quibus actuale Dei auxilium prorsus negavit, admittens tantum adiutorium possibilitatis, quod idem est ac liberum arbitrium naturæ rationali insertum. Augiæ stabulum purgare mallem quam illorum commentariorum errores in indicem cogere.

Vivebat Romæ cum Pelagio eiusdem discipulus ac defensor Cælestius, qui tantam sectæ operam navavit, *ut sectatores eorum*, inquit Augustinus cap. 88. de Hæres. *Cælestiaui etiam nuncupentur*. Nec alio quidem nomine Pelagiani in Ephesina Synodo damnati sunt. Scotum illum fuisse non obscnre innuit Hieronymus in proœmio lib. 3. in Hierem. ubi carpens Pelagium ait: *Ipseque mutus latrat per alpinum cauem, grandem & corpuleutum, & qui calcibus magis possit sævire quam dentibus. Habet euim progeniem Scoticæ gentis de Britannorum vicinia. Qui iuxta fabulas Poëtarum, instar Cerberi, spirituali percutiendus est clava, ut æterno cum suo magistro Plutone silentio conticescat*. Quibus sane ænigmaticis formulis describi Pelagium ac Cælestium, recte observavit Baronius ad annum 410. Ubi notes velim, Pelagium ab eodem Hieronymo mutum appellari, quod publice pro hæresi non loquebatur. Unde idem in epistola ad Ctesiphontem his hæretico insultat: *Publice prædica quod secreto discipulis loqueris. Qui dicis te habere arbitrii libertatem, quare non libere quod seutis, loqueris?* Cælestius vero Cerbero comparatur: hic enim palam pro hæresi latrabat. Unde ab Augustino lib. de Pec. orig. cap. 12. Cælestius *liberior*, Pelagius *astutior*, iure merito nuncupati sunt. Marius Mercator in commonitorio ad Pintam contra Iulianum hæc scribit: *Huic Pelagio adhæsit Cælestius, nobilis natus quidem, & illius temporis auditorialis scholasticus, sed naturæ vitio euuuchus matris utero editus*. De antiquioris Ecclesiæ scholasticis agit illustrissimus Suaresius in ouper edita eruditissima dissertatiooe de Origenis Hexaplis & Octaplis, pag. 77. Unde colligitur, Pelagium scholam rexisse, & quidem Romæ, ubi ceteros inter Cælestium discipulum habuit. Hic prima iuventa monasterio nomeo dedit, & ut acerrimo ingeoio pollebat, eruditos satis libros, imberbis licet, conscripsit. Audiatur Gennadius: *Cælestius antequam Pelagianum dogma incurreret, immo adhuc adolescens, scripsit ad paren-*

parentes suos de monasterio epistolas in modum libellorum tres, in omnibus Deum desiderantibus necessarias, cap. 44. de Script. Eccles. Romam profectus Rufini ac Pelagii familiaritate usus, recti dogmatis naufragium fecit. Etenim nullum esse originale peccatum, ex Rufino se didicisse palam fassus est in Synodo Carthaginensi, ut capite sequenti referam. Hieronymus hostes semper despicere suetus, Pelagii atque Cælestii ingenium deprimit: certe de Cælestio hæc sentit in epistola laudata: *Unus discipulorum eius, immo iam magister, & totius ductor exercitus, & contra Apostolum vas perditionum, per solœcismorum, & non ut sui iactant, per syllogismorum spineta decurrens, sic philosophatur & disputat*. Verum Augustinus lib. 2. contra duas epist. Pelag. cap. 3. vocat Cælestium *hominem acerrimi ingenii, qui profecto si corrigeretur, plurimis profuisset*. Et quidem ratiocinationes eiusdem apud Augustinum in lib. de Perfectione iustitiæ, Cælestii acumen satis ostendunt. Cum vero Alaricus Roma capta per universam Italiam populabundum exercitum raperet, Pelagius ac Cælestius, qui ante Urbis expugnationem in longinqua secesserant, in Siciliam se receperunt: an cum Rufino Pinianum ac Melaniam Romanorum ditissimos secuti, in incerto est: id tamen licet suspicari, eo quod Pelagius supra ceteros Rufino carus, ac Piniano amicissimus fuit.

Hoc anno 410. exeunte, vel melius initio sequentis, Rufinus in Sicilia apud Messanam ultimum diem clausit. Etenim Gothorum Rege infestis agminibus Romam adventante, Pinianum ac Melaniam coniugem secutus, in Siciliam transfretavit. Testatur hoc Rufinus in epistola ad Ursacium, quam Henricus Valesius vir clarissimus, & de sacra iuxta ac profana historia supra omne præconium optime meritus, e veteri codice exscriptam vulgavit pag. 129. animadversionum in historiam Eusebii Cæsareensis, ubi ait: *Quamvis amantissimus filius noster Pinianus, cuius religiosum cœtum pro amore pudicitiæ profugum comitamur, iniungat & alia &c.* Fuisse vero eumdem in Sicilia exeunte anno 410. ex his quæ ibidem scribit, intelligitur: *Ubi fugitur*, inquit, *per varia discrimina, & ne ipsa quidem absque metu habentur exilia. In con-*

A *spectu etenim, ut videbas etiamipse, nostro barbarus, qui Rhegino oppido miscebat incendia, angustissimo a nobis freto, ubi Italia solum Siculo dirimitur, arcebatur. In his ergo posito quæ esse ad scribendum securitas potuit?* Hæc Rheginensis territorii devastatio contigit exeunte anno 410. Nam Alaricus Urbem expugnavit IX. Kal. Septembris, ut ex Miscella scribunt Panvinius in Fastis, ac Cardinalis Baronius: idemque ex chronographia Theophanis habetur. Alaricus Roma triduo post egressus, Latium, Campaniam, Brutios, Apuliam, ac Calabriam
B denique cum victore exercitu percurrit, urbes expugnans, diripiens, incendens. Quare Rhegium, ultimum Italiæ limitem, in fine tantum anni pervenire potuit: quo tempore adhuc superstes erat Rufinus, apud Messanam ex adverso Italiæ litore, angusto pelago interfluente, Rhegii incendia prospectans. Sigonius lib. 11. de imperio Occid. ad initia anni 411. Alaricum Rhegium ivisse scribit. Baronius qui laudatam Rufini epistolam ad Ursacium non vidit, putavit Pinianum cum Melania anno 409. in Africam ex Campania transfretasse: sed in-
C eunte anno 411. eumdem in Africam delatum existimo. Etenim cum Augustinus accepisset, Albinam, Pinianum, ac Melaniam Tagastem advenisse, epistolam 227. ad eosdem statim misit, causatus quod *hieme tam horrenda, tam in proximo constitutos* invisere non poterat. Tagastis enim Hippone regio M. P. LIII. tantum distabat. At cum ex Scriptore vitæ S. Melaniæ Piniani uxoris, apud Surium die 31. Decembris, & Lipomanum nostræ Veronæ Antistitem tomo 1. ad diem 31. Ianuarii, constet, eosdem *septem annos* Tagaste degisse, antequam in
D Palæstinam transmitterent, & ex proœmio libri de Gratia Christi pateat, anno 418. post Maium literas ad S. Doctorem ex Palæstina eosdem misisse, quibus ille Numidarum Legatum in Synodo apud Carthaginem agens respondit, ut cap. 15. explicabitur; non obscure infertur, eosdem ineunte anno 411. Tagastem ad S. Alipium se recepisse, quod Alaricus naves ad Siciliam oppugnandam undique Rhegium contrahebat: qui fœdo postea naufragio conflictatus, incepta deferens paulo post e vita apud Cosentiam discessit. Scribit Olympiodorus

dorus Cod. 80. Photii, Alaricum ſtatua quadam apud Rhegium prohibitum, ne in Siciliam claſſem appelleret, quæ ſomniantis figmenta eſſe, oemo non videt. Alipius adhuc monachus Auguſtianianus, cum ex peregrinatione Hieroſolymitana in Italiam veniſſet, ob generis claritatem, eximiam doctrinam, ac morum integritatem, cum Piniaoo ac Melania amicitiam contraxerat. Hinc Italia vaſtata, ac tremente Sicilia, nobiles illi coniuges ad Alipium ſeſe contulere.

Rufioum ſub idem temporis apud Meſſanam obiiſſe, tradit Hieronymus in præſatione ad librum Ezechielis, ubi alloquens Virginem Euſtochium, tempus mortis Rufini deſignat: *Ecce ſubito*, inquit, *mors mihi Pammachii atque Marcellæ, Romanæ urbis obſidio, multorumque fratrum & ſororum dormitio aununtiata eſt: atque ita conſternatus obſtupui, ut nihil aliud diebus ac noctibus, niſi de ſalute omnium cogitarem*. Et rurſus: *Poſtquam vero clariſſimum terrarum omnium lumen extinctum eſt, immo Romani imperii truncatum caput, & ut verius dicam, in una Urbe totus orbis interiit, obmutui & ſilui de bonis &c.* Hieronymus diutius captæ Urbis dolore cooſectus, manum e tabula amovit, cum vero ſtylum reſumpſit, iam vulneri cicatricem paulatim obductam fuiſſe teſtatus eſt. Quare poſt annum 411. commentaria in Ezechielem exorſus fuiſſe videtur, id rogante Euſtochio, ac Rufini paulo ante morte intellecta, cui ignominiæ cauſa epitaphium ibidem inſcribit. Verba eius ſuot: *Verum quia tu indeſinenter hoc flagitas, & magno vulneri cicatrix paulatim obducitur, Scorpiuſque inter Enceladum, & Porphyrium Trinacriæ humo premitur, & Hydra multorum capitum contra nos aliquando ſibilare ceſſavit*. Hunc vitæ exitum in Sicilia quæ a veteribus Trinacria appellata fuit, Rufinus habuit, vir quidem eruditus, ac Paulini Nolani encomiis decoratus, cuius ſtudio inſignem Euſebii hiſtoriam Latio donatam ſe evolviſſe, Auguſtinus affirmavit in lib. de Hæreſ. cap. 83. Hic tamen nimio erga Origenem eiuſque ſcripta amore, quo ſemper exarſit, non modo Hieronymi & Epiphanii Cyprii odia ſibi cootraxit, verum etiam Romanæ Eccleſiæ cenſuras meruit: inde etiam Pelagianæ ſectæ fundamenta poſuit, graviſſimaque diſſidia orbi catho-

A lico intulit. S. Gelaſius Papa in Romana Synodo hanc de Rufino ſententiam tulit: *Rufinus vir religioſus, plurimos Eccleſiaſtici operis edidit libros, uonnullas etiam ſcripturas interpretatus eſt. Sed quoniam Beatus Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa ſeutimus quæ prædictum Beatum Hieronymum ſentire cognoſcimus, & non ſolum de Rufino, ſed etiam de univerſis, quos vir ſæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit*. Ex quibus ultimis verbis corrigendus eſt Gennadius iniquus Hieronymo ſcriptor, dum cap. 17. eximie Rufino commen-
B dato ait, Hieronymum *æmulatiouis* contra Rufinum *ſtimulo incitatum, ad obloquium ſtylum vertiſſe*. Ceterum Rufinus non fuit hæreticus, licet Hieronymus eumdem hæreticis adnumeret. Neque enim S. Paulinus tam religioſam cum eodem amicitiam coluiſſet, neque Pinianus, & Melania illum una ſecum in Siciliam adduxiſſeot, neque io ſuburbano Pineti Monaſterio degere potuiſſet, ſi palam hæreſi inſectus fuiſſet. Unde errorum ſuſpicionem, qua apud Anaſtaſium laboravit, Romam rediens, coram Innocentio Pontifice a ſe procul excuſſit.
C Et quidem libellum quo errores partim ab ſe aſſertos, partim ſibi, ut queſtus eſt, imputatos condemnavit, inveni io antiquo codice Vaticanæ Bibliothecæ, inter M.SS. Palatina Num. 234. in cuius voluminis initio ponitur epiſtola S. Anaſtaſii Papæ ad Iohannem Hieroſolymitanum contra Rufinum, ab eoque tranſlata Peri Archon volumina: pagina vero ſecunda hæc Rufini palinodia legitur.

INC. PROPTER FIDEM.

Propter veueratiouem Sanctorum locorum,
D *Hieroſolymarum & Bethlehem veuimus: & intelleximus plurimos fratres iu nobis ſcandalizari, eo quod audierint nos multa hæretica, & quæ contra fidem Eccleſiæ veniunt, profiteri. Itaque Deo præſente teſtamur, quæ infraſcripta ſunt, nos ex parte ſenſiſſe per errorem, & præſenti tempore condemnare: alia autem, in quibus falſo infamamur, nec dixiſſe, nec dicere, & contraria, quæ iu aliis ſuſpicamur, poſuiſſe atque damnaſſe.*

I. Qui dicunt Diabolo, & Dæmonibus, & impiis, hoc eſt Gentibus, Iudæis, Samaritanis, omnibuſque hæreticis, exceptis Chriſtianis qui rectam fidem ſequuntur, & ſunt pecca-

peccatores, pœnas eorum non esse perpetuas, anathema sint.

II. Qui dicunt, quemvis sanctum virum, & prophetalem, & apostolicum sine Dei auxilio posse esse perfectum, anathema sint.

III. Qui dicunt, Christum filium Dei, Deum Verbum, in hominem esse mutatum, ita ut Deus Verbum esse desierit; aut hominem purum natum ex Maria secundum Paulum Samosatenum, & Photinum; & merito atque virtutibus in Dei vocabulum profecisse; anathema sint.

IV. Qui dicunt, illud, quod scriptum est: De die, anno, & hora nesciunt neque
Mat. 13.32. Angeli, neque Filius, *iuxta blasphemias Arianorum, & non propter dispensationem carnis assumptæ, anathema sint.*

V. Qui dicunt, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, hoc est Sanctam Trinitatem, diversæ inter se esse substantiæ, & non unius potestatis atque naturæ, anathema sint.

VI. Qui dicunt, quolibet modo, & quolibet sensu Filium Patrem non videre, anathema sint.

VII. Qui dicunt, animas nostras ex Angelorum fastigio in hæc corpora corruisse, propter quædam antiqua peccata, & in isto mundo agere pœnitentiam, assumentes illa te-
Psal. 118. 67. *stimonia*: Priusquam humiliarer ego peccavi, & educ de carcere animam meam,
Psal. 141. 8. *& cetera his similia, anathema sint.*

VIII. Qui dicunt, Dominum & Salvatorem nostrum non in nostra venisse, sed diversæ sublimiorisque fuisse substantiæ, sive cœlestis, & non in totum sumpsisse, quod de Maria est, vel animam hominis non habuisse, vel mentem absque peccato, anathema sint.

IX. Qui dicunt, post multa secula & tempora, quæ non possumus humana cogitatione comprehendere, restitutionem fieri omnium in antiquum statum, & universa ad sua redire principia, anathema sint.

X. Qui dicunt, post resurrectionem non eadem habere nos corpora, sed aërea quædam & spiritalia, & non eiusdem naturæ cuius in sepulchro conditi sumus, licet incorruptæ atque immortalis, anathema sint.

XI. Qui dicunt, post resurrectionis finem, & post multa tempora aboliri corpora, & reverti in usum, ut sine corporibus tantum animæ simus, quod prius fuimus, anathema sint.

XII. Qui dicunt, animas prius fuisse quam natæ sunt, & non cum corpore secundum exemplum primi hominis a Deo quotidie fieri, anathema sint.

FINIT DE FIDE DE NOMINE RUFINI.

Et hæc quidem in laudato codice leguntur. In his vero anathematismis reprobantur maiori ex parte Origenis errores, ut legenti epistolas Hieronymi ad Avitum, & Epiphanii ad Iohannem Hierosolymitanum, patebit. Unde habemus Rufinum nostræ provinciæ insignem scriptorem, & dum viveret, S. Augustini amicissimum, ab omni hæreseos Origenianæ crimine se purgasse, ac in Ecclesiæ Catholicæ communione defunctum: neque enim, si secus contigisset, assertus fuisset a S. Gelasio *Vir religiosus*. Cum vero videam a Hieronymo in prooemiis ad libros Ezechielis, itemque Hieremiæ, quos post Rufini mortem interpretatus est, eumdem acriter perstringi, satis probabile existimo, laudatam palinodiam in Hieronymi manus non pervenisse: cur enim piis correcti hominis manibus tam severe insultasset? Utcumque res se habuerit, illud notandum est, nihil a Rufino ibidem asseri de peccato originali, quod forte eam sententiam, uti eiusdem postea discipulus Cælestius dicere solebat, non ad dogma fidei pertinere, sed inter adiaphora reponendam arbitrabatur. Ibidem tamen in secundo anathematismo Pelagianorum dogma de gratia condemnat: ut planum fit, de divinæ gratiæ ad opera pietatis præstanda necessitate, Rufinum Pelagianis olim præcinuisse, ut iure in Synodo Romana sub Gelasio, de arbitrii libertate per semetipsam ad virtutem capessendam sine auxilio Dei sufficiente, a D. Hieronymo reprehensus asseratur.

CAPUT IV.

Cælestius in Synodo Carthaginensi ab Aurelio Primate damnatus, Ephesum pergens, presbyter consecratur. Pelagius ab Augustino, & Hieronymo scriptis confutatur. Theophilus Alexandrinus moritur.

CUm Pelagius ac Cælestius aliquamdiu Syracusis substitissent (id enim facile suspicor, quod vel initio hæresis ea urbs erroribus infecta fuit) in Africam

cam se contulerunt. Indicta erat ab Honorio Imperatore celebris illa collatio inter Catholicos, & Donatistas anno 411. cuius rei fama commotus Pelagius, eiusque Achates Cælestius eo forte cursum intenderunt, quo celebres illos Africæ Episcopos cognoscerent. Pelagius absente Augustino Hipponem appulit, indeque Carthaginem venit, ac paulo post in Asiam profectus est. Scribit hæc Augustinus lib. de Gestis Pel. cap. 22. *Posteaquam in Africam*, inquit, *venit me absente, nostro idest Hipponensi litore exceptus est, ubi omnino nihil ab illo huiusmodi auditum est, quia & citius quam putabatur, inde profectus est. Postmodum eius faciem Carthagine, quantum recolo, semel vel iterum vidi, quando cura collationis quam cum hæreticis Donatistis habituri eramus, occupatissimus fui: ille vero etiam ad transmarina properavit*. Ex his Augustini verbis bis in Africam Pelagium transfretasse putat Iansenius: sed non ita est. Nam Hippone versus Asiam profecti, Carthagine prætervehuntur: ibi vero Pelagius exscensionem fecit, celeberrimam urbem ac Synodi Patres invisurus. Inchoata est illa collatio Kalendis Iunii in thermis Gargilianis, ducentis septuaginta novem Episcopis suffragia pro Donati parte ferentibus: Catholici Antistites ducenti & octoginta sex eo tempore Carthagine numerati sunt. Triduo vero collatio duravit. Inserta legitur tomo 4. Concil. edit. Regiæ a pag. 101. Papirii Massonis opera primum in lucem edita: eiusdem vero compendium recitat Augustinus tomo septimo. Ex his patet Pelagium mense Maio Carthaginem appulisse, cum eo ex universa Africa Episcopi confluerent.

Pelagio interim Hierosolymam profecto, Cælestius Carthagine substitit, statimque contra peccatum originale garrire occœpit, præsente adhuc Augustino, qui sane tunc primum originis peccatum antiquari inter quorumdam colloquia, se cursim intellexisse testatus est lib. 3. de Pec. mer. & remiss. cap. 6. *Ante parvum tempus*, ait, *a quibusdam transitorie colloquentibus cursim mihi aures perstrictæ sunt, cum illic apud Carthaginem essemus, non ideo parvulos baptizari ut remissionem accipiant peccatorum, sed ut sanctificentur in Christo. Qua novitate permotus, & quia opportunum non fuit ut contra aliquid dicerem, & non tales homines erant, de quorum essem auctoritate solicitus, facile hoc in transactis atque abolitis habui*. Cælestius nova dogmata late per Urbem spargebat, plerisque suam in sententiam adductis, scholæque omnes ac congressus novis disputationibus ebulliebant. Ille vero cum quibusdam excellentioris scientiæ homo videretur, ad Presbyterii dignitatem aucupandam subdole irrepebat: idque facile impetrasset, nisi Paulini Diaconi industria uti hæresis novæ magister, & accusatus & convictus fuisset. Ista quidem recitat Augustinus epist. 89. ad Hilarium in sol. 3. quæstionis: *Nec tamen hic deesse aliquos arbitror, maxime apud Carthaginem, sed iam occulte mussitant, timentes Ecclesiæ fundatissimam fidem. Nam unus eorum nomine Cælestius, in eiusdem civitatis ecclesia iam ad Presbyterii honorem surrepere cœperat; sed fidelissima libertate fratrum, propter has ipsas contra Christi gratiam disputationes, usque ad iudicium episcopale perductus est*. Res autem, referente Augustino lib. 2. De Pec. orig. cap. 3. hoc pacto se habuit. Paulinus Diaconus indignatus novo dogmate plebem Carthaginensem infici, ac dissidiis cuncta compleri, Cælestium novarum dissensionum ac doctrinarum auctorem ad Aurelium Primatem Carthaginensem, aliosque collegas Synodum vere novo de more celebrantes detulit. Accitus ille in iudicium, obiiciente Paulino, negasse ipsum originis peccatum respondit: *Dixi de traduce peccati me dubium esse, ita tamen ut cui donavit Deus gratiam peritiæ, consentiam, quia diversa ab eis audivi, qui utique in Ecclesia Catholica constituti sunt Presbyteri*. Instante vero Paulino, ut auctorum nomina produceret, respondit, *Sanctus presbyter Rufinus, Romæ qui mansit cum sancto Pammachio. Ego audivi illum dicentem, quia tradux peccati non sit*: Urgenti vero accusatori, ut alios quoque nominaret, indignatus respondit: *Non tibi sufficit unus Sacerdos?* Errores quorum Paulinus Cælestium accusavit, recitat Augustinus lib. de Gestis Pelagii cap. 11. 1. *Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, moriturus esset*. 2. *Quoniam peccatum Adæ ipsum solum læserit, & non genus humanum*. 3. *Quoniam lex sic mittit ad regnum, quemadmodum Evangelium*. 4. *Quod ante adventum Christi fuerunt homines sine peccato*. 5. *Quoniam infantes*

Anno CCCCXII.

fantes nuper nati in illo statu sunt, in quo Adam fuit ante prævaricationem. 6. *Quoniam neque per mortem vel prævaricationem Adæ omne genus hominum moritur, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat.* Septimum etiam huncerrorem, *Hominem posse esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit*, Cælestio obiectum fuisse, testatur Orosius in Apologetico. Scribit autem laudatus Augustinus ad Aurelium: *Hæc ita obiecta sunt*, nempe Pelagio in Synodo Diospolitana, *ut etiam apud Carthaginem a Sanctitate tua, & ab aliis tecum Episcopis dicerentur audita atque damnata*. Paulinum Hæretici delatorem D. Ambrosii Diaconum fuisse recte Baronius subodoratus fuit: quod diserte tradit Marius Mercator in Commonitorio ad Theodosium Imperatorem: *Cælestius*, inquit, *quidam Eunuchus matris utero editus, ante viginti plus minus annos discipulus & auditor Pelagii, egressus ex urbe Romana Carthaginem Africæ totius Metropolim venit, ibique de infrascriptis capitulis apud Aurelium Episcopum memoratæ Urbis per libellum a quodam Paulino Diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis Episcopi est accusatus*. Hic idem est Paulinus qui eiusdem Ambrosii vitam descripsit, eamdemque Augustino nuncupavit, quem plerique cum Paulino Nolæ Episcopo perperam confundunt. Ceterum cum Cælestius sine ambagibus dilucide dogmata illa anathematizare recusaret, a Synodo anathemate ipse percussus abscessit. Augustinus lib. 2. Retract. cap. 33. *Cælestius vero discipulus eius iam propter tales assertiones apud Carthaginem in Episcopali iudicio, ubi ego non interfui, excommunicationem meruerat*. Hæc accidisse anno 412. verno tempore constat ex literis Concilii Carthaginensis ad Innocentium datis circa autumnum anni 416. ubi *ante ferme quinquennium* iudicatum de Cælestio ibidem fuisse Patres perscribunt. Ille publico anathemate proscriptus, ex Africa fugiens in Asiam se contulit: ne tamen uti hæreticus palam traduceretur, simulque latam contra se sententiam ab Africanis declinaret, ad Romanam Sedem appellationem interposuit. Testatur hoc laudatus Marius Mercator, qui etiam designat Urbem, in quam se receperit, ubi & presbyter fuit consecratus: *Ecclesiastica*, inquit, *communione privatus est, a qua sententia ad Romani Episcopi examen credidit appellandum. Qua mox idem ipse appellatione neglecta, Ephesum Asiæ urbem contendit, ibique ausus est per obreptionem locum presbyterii petere*. Non ergo in Siciliam se contulit ex Africa Cælestius, ut putavit Usserius lib. de Antiq. Eccles. Britan. cap. 9.

Iohannes Latius qui rerum Pelagianarum historiam paucis perstrinxit, lib. 1. cap. 4. hæc scribit: *Unde Cælestii appellatio ad Apostolicam Sedem, quam inculcat Baronius, doceri possit, non video. Nam si in priori*, inquit, *illo Carthaginensi iudicio Cælestius appellationem interposuit, mirum videri potest Africanos Patres secundo iudicasse, & ad Innocentium quinquennii tempore nullam notitiam eiusdem appellationis pervenisse*. Hæc ille, sed imperite. Etenim ut ineluctabile Mercatoris, quem Latius non legit, testimonium proxime recitatum omittam, ex literis Zosimi Papæ ad Aurelium & collegas datis anno 417. habemus, Cælestium Carthagine damnatum Apostolicam Sedem appellasse: de illo enim hæc scribit: *Pariter vobiscum volumus habere tractatum de illo, qui apud vos, sicut ipsi per literas dicitis, fuerit accusatus, & ad nostram (qui se assereret innocentem non refugiens iudicium ex appellatione pristina) venerit Sedem*. Scio Latium suspicari literas hasce Zosimi suppositicias: sed cum ceteris legitimæ sint, nullo iure appellationem Cælestii omni fundamento carere affirmavit. Certe easdem legit Facundus Hermaniensis qui anno 550. floruit, indeque lib. 7. cap. 3. eamdem Cælestii appellationem inculcavit: verba Auctoris damus inferius cap. 13. Sed eadem Cælestii appellatio ex Paulini Diaconi, qui Cælestium accusaverat, libello ad Zosimum evidenter ostenditur. Ex codice Vaticano exhibet illum Baronius ad annum 418. inter alia hæc ibidem recitantur. *Quem* nempe libellum, *iccirco direxi, quia me licet sermone Basiliscus subdiaconus a tua beatitudine cum gestis Sedis Apostolicæ directis, Carthagine convenit IV. Non. Novembrium die, ut adessem, ad Apostolicam sedem, & tuæ iudicio sanctitatis, ad quam me fugisse suggestum est, nec defuturum fore promitterem, si adversum me, & non pro me fuisset lata sententia. Ubi tunc igitur nihil agere potui, quia is qui ad Sedem Apostolicam provocaverat, defuit,*

quem

quem oportuerat utique merita suæ appellationis adstruere, maxime cum nihil agente appellatore, secundum etiam humanas leges, superior est semper ille qui vicit. Ex his constat, Paulinum Diaconum, audita appellationc Cælestii, Romam illico se contulisse, ut contra eumdem coram Innocentio Romano Pontifice latam ab Synodo Carthaginensi seotentiam defenderet. Inquit enim: *Ubi*, oempe apud Apostolicam Sedem, *nihil agere potui, quia is qui ad Sedem Apostolicam provocaverat, defuit*. Liquet Cælestiium causæ diffisum, Innocentii tribuoal subtersugisse, & elapso quinquennio, coram novo Pontifice veterem appellationem postliminio ioterposuisse. Patres vero Africani iterum Cælestium coodemnarunt, quod interpositam appellationem Innocentii timore perculsus omiserat. Et hæc contra Latium sufficiant. De literis Zosimi vide lib. 2. cap. 6.

Sed non prior fuit isthæc novæ hæreseos peracta Carthagine damnatio: nam olim S. Cyprianus ibidem in Synodo LXI. Episcoporum eamdem proscripserat. In epistola 59. ad Fidum inquit: *A baptismo atque gratia nemo prohibetur; quanto magis prohiberi non debet infans qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata.* Hoc antiquum ac venerabile Africanæ Ecclesiæ decretum in faciem semper Pelagiaois Augustinus illisit. Aono seqoenti cum publice in Ecclesia Carthaginensi io Cælestii dogma rogatus declamaret: *Rogo vos*, inquit, *ut paulum acquiescatis: lego tantum: S. Cyprianus est, quem iu manus sumpsi, antiquus Episcopus Sedis huius: quid senserit de baptismo parvulorum, immo quid semper Ecclesiam sensisse monstraverit, paululum accipite*, serm. 14. de verbis Apostoli versus finem: statimque positam Cypriani sententiam inculcat. Eodem testimonio S. Martyris usus est Hieronymus io fine libri tertii Dialogorum. Quare non sine divinæ providentiæ consilio factum est, ut Cælestius ab irato Numine Carthaginem ablegaretur, ubi dudum convictæ ac damnatæ antiquitus ea in urbe hæreseos reus, fidelium communione privaretur.

A Interea Carthago novis de gratia & libero arbitrio quæstionibus personabat, ac Cælestii fautores Flavium Marcellinum V.C. in partes trahere conabantur. Is anoo superiore ab Honorio Imperatore in Africam summa cum potestate missus, Collationi celeberrimæ apud Carthaginem interfuerat, ac pro catholicis contra hæreticos sententiam pronuntiaverat: interim Principis decreta contra Donatistas opperiebatur. Cum vero Cælestianos disputatores molestissimos pateretur, illarum quæstionum quas illi moverant, solutionem per literas ab Augustino petiit. B Hucusque Pelagiana hæresis sermonibus ac collocutiooibus ab Augustino aliisque cohibita fuerat, nullis contra eamdem scriptis emissis. Urgente tamen amicissimo viro, atque ob leges in Donatistas nuper promulgatas de catholica Ecclesia benemerito, Augustinus stylum in Pelagianos acuens, tres ad Marcellinom libros edidit, quos de Peccatorom meritis & remissiooe inscripsit. In horum primo Adam, nisi peccasset, minime moriturum, eiusque posteros originali labe infectos nasci demonstrat. In altero C vero quatuor hasce quæstiones solvit. *Utrum possit esse homo sine peccato. Utrum sit. Si non est, cum possit esse, cur non sit. Utrum qui omnino numquam ullum peccatum habuerit, non solum quisquam sit, verum etiam potuerit aliquando esse, vel possit.* In postremo volumine nonnollis argumentationibus, quæ io Pelagii super Paulinas epistolas commentariis legebaotur, respondet: oam eosdem S. Doctor finitis duobus libris prioribus acceperat. In hoc sane opere Pelagii coosilium laudat, qui sub aliena persona ea contra peccatum originis obiecerat, ne novitaD tis inde invidiam subiret: *Hæc ergo*, inquit S. Pater cap. 3. *quæ hunc sequuntur errorem, nimium perversa & Christianæ repugnantia veritati, credo quod vir ille tam egregie Christianus omuino non sentiat.* Degebat Carthagine Honoratus vir doctus, & ab ineunte ætate Augustino earissimus, quem nondum Christianum ad Manichæos audiendos Augustinus eo morbo iofectus, hortatus fuerat: cui postea egregium volumeo de utilitate credendi, in quo Manichæorum vanitatem confutat, ouncupavit. Hic quinque quæstionum solutionem S. Docto-

rem rogaverat, cui Auguſtinus reſpon- A
dens ſextam contra Pelagianorum erro-
res Carthagine iam ſerpentes addidit.
Ego autem, inquit 2. Retract. cap. 36.
*intuens ſupradictam hæreſim novam inimi-
cam gratiæ Dei, ſextam mihi propoſui quæſtio-
nem de gratia novi teſtamenti*. Erat Hnno-
ratus Catechumenus ex cap. 18: unde cor-
rigendus titulus, ubi in pleriſque codi-
cibus Epiſcopus nominatur. Hoc opus
habetur inter epiſtolas, & eſt 120. ad
Honoratum: quam dum ſcribebat, tres
a Marcellino remiſſos libros recepit:
quod notariorum incuria mendis undi-
que ſcatebant, quos mille occupationi- B
bus implicitus tamdem emeodatos ad
eumdem iterum perferendos curavit: *Si
autem*, inquit in epiſt. 158. ad Marcel-
linum, *rationem omnium dierum, & lucu-
brationum aliis neceſſitatibus impenſarum ti-
bi poſſem reddere, graviter contriſtatus mi-
rareris, quanta me diſtendant, quæ differri
omnino non poſſunt, nec agere illa permit-
tant, in quæ me petendo & admonendo ur-
ges volentem, & ineffabiliter, quia non poſ-
ſum, dolentem*. Marcellinus acceptos ab
Auguſtino libros magna diligentia evol-
vens, cum in ſecuodn volumine legiſſet,
poſſe hominem divina gratia adiutum C
eſſe ſine peccato, ea ſtatim difficultate
perculſus eſt, qua id ratione fieri poſſet;
quando ipſo Auguſtino teſte, unus hu-
mani generis Servator idemque Dei Fi-
lius ſine peccato inter homines vixerit:
quod dubium iterum per literas Au-
guſtino ſolvendum propoſuit. Quare
S. Doctor librum de Spiritu & litera
exaraos prolixam difficultatis ſolutio-
nem procudit. In eo volumine multa
Deo auxiliante ab homine fieri poſſe
oſtendit: quæ tamen nuſquam a quo-
quam facta leguntur. Qua occaſione
tradit, legem ſine Dei gratia ad pec- D
cata vitanda non ſufficere, ſed legi di-
vinum auxilium ſociandum, cui etiam
Chriſtiana fides deputanda eſt. Hæc ve-
luti prima velitatio fuit, qua S. Auguſti-
nus in Pelagianos impetum fecit.

Sed iam nobis ſermo vertendus eſt ad
Pelagium ſectæ magiſtrum in Orieotem
anno ſuperiore profectum. Hic benigne
a Inhanne Hieroſolymitano exceptus
eſt: quod adverſus Hieronymum oppor-
tuno præſidio ſibi futurus videbatur.
Profecto Pelagius egregiam ſe operam
patrono ſuo navaturum credidit, ſi Hie-
ronymum ſcriptis perſtringeret, eiuſque
famam, quæ in Palæſtina ampliſſime
perſnnabat, decurtaret. Hinc editos a
S. Doctore io Divi Pauli epiſtolam ad
Epheſios commentarios carpere occœ-
pit. Interim Hieronymus commentariis
in Ezechielem ad umbelicum perductis,
Hieremiam prophetam novis expoſitio-
nibus illuſtrandum ſuſceperat. In proœ-
mio vero primi libri ægre ferre ſe oſten-
dit Pelagium ſua ſcripta lacerare, ac ran-
cida Rufini argumenta in eadem conge-
rere. Iaoſenii ſententia eſt, Hierooy-
mum Hieremiæ explicandn intentum
Pelagii audaciam diutius patienter tu-
liſſe: nam in proœmio lib. 3. ait de Pe-
lagio: *Patientiam noſtram de Chriſti humi-
litate venientem, malæ conſcientiæ ſignum
arbitratur*. Sed plane Ianſenius hallucina-
tur. Non eo erat ſtomacho Hieronymus,
qui ſuperbi hominis contumelias devo-
raret: nam vix primo libro in memora-
tum Prophetam expleto, ſtatim contra
Pelagium a Cteſiphonte rogatus ſtylum
coovertit. Hæc ſunt eius verba in proœ-
mio libri ſecuodi in Hieremiam contra
Pelagium: *Opinione virtutum corruunt in
ſuperbiam, & Deo ſe ſimiles arbitrantur,
ut æqualitatem, quam impia Arianorum
hæreſis in filio negat, cunctis hominibus tri-
buant, & ponant in cælum os ſuum, & ni-
hil futuræ Sanctorum beatitudini amplius
derelinquant: quorum furori reſpondimus,
ut potuimus, & ſi Dominus vitam de-
derit, plenius reſponſuri ſumus*. Et lib. 4.
in proœmio de Pelagio pariter loquens
ait: *Cui reſpondere diu tacens, & dolorem
ſilentio devorans crebra fratrum expoſtula-
tione compulſus ſum, nec tamen huc uſque
prorupi, ut auctorum nomina ponerem, ma-
lens eos corripi, quam infamari*. Hiero-
nymus ſcripta ſatis prolixa ad Cteſi-
phootem epiſtola, Pelagii conatibus in
Oriente obviam ivit, illiuſque audaciam
ac furorem repreſſit: dubiæ autem fidei
cenſebatur quicumque a Hieronymo re-
prehenderetur. In ea epiſtola Hierony-
mus Origeniſmum Pelagio obiecit, re-
novatamque veterum Stoicorum apa-
thiam, qua homines ſine ullo peccato eſ-
ſe poſſe dictitabat, divinæ gratiæ neceſ-
ſitatem monſtravit; nihil tamen de pec-
cato originis dixit, quod ea quæſtio haud
tanto ſtudio agitabatur a Pelagio, qui
apathiæ confirmandæ unice incumbe-
bat. Sectam iam ille condiderat gaudens
pluri-

plurimos de suo nomine Pelagianos dici, rnebatque sua causa homines in factiones dividi. *Fratrum*, inquit ibi Hieronymus, *inter se cernis iurgia, & rides atque letaris, quod alii tuo nomine, alii Christi appellentur*. Pelagius interim verbo discipulos docebat; nil literis mandabat: verebatur enim ne erroris ita argueretur, ut nullus defeusioni locus esset reliquus. Magistri tamen silentia discipulorum loquacitas proferebat. In id consilii Pelagius impellebatur, ut si grata essent, quæ discipuli propalabant, in magistri gloriam id referretur, sin minus, discipuli culparentur; Dei gratiam ad opera virtutis implenda necessariam autumabat, sed gratiam illam a lege, doctrina Evangelii, atque exemplo Christi minime distinguebat.

Hoc Anno XV. die Octobris Theophilus Alexandrinus decessit, qui contra Origenistas Orientem atque Occidentem commovit: ille vero ob eiectum in exilium Chrysostomum, eiusque nomen e diptychis expunctum non parum famæ suæ nocuit. Idem tamen Theodorum Mopsuestenum Pelagianorum postea magistrum ac patronum, acerrime impugnavit, quo nomine nobis commendandus venit. Constat hoc ex collat. 5. Synodi V. Oecumenicæ ubi hæc leguntur: *Sancti vero Theophilus Alexandrinus, & Gregorius Nyssenus susceptis querimoniis adversus Theodorum adhuc viventem, & adversus eius conscripta, scripserunt adversus eum epistolas, quarum pars est: Sanctæ memoriæ Theophili ad Porphyrium Antiochiæ Episcopum*, ibique fragmenta contra Mopsuestenum recitantur. Scriptæ sunt illæ literæ intra annos 404. & 408. quo tempore Porphyrius Antiochiæ sedit. Scribit S. Iohannes Damascenus lib. 3. de Imag. eumdem morti proximum Iohannis Chrysostomi effigiem adorasse. Theophilum uti Sanctum Apostolica Sedes coluit, eiusque libros omnes recepit. S. Leo Magnus epist. 97. ad Leonem Augustum *S. Theophili Episcopi Alexandrini de epistola Paschali &c.* Gelasius Papa in Romana Synodo una cum aliis Patribus approbavit: *Opuscula Beati Theophili Alexandrini Episcopi*. Paulus Emisenus Antistes cum in Ecclesia Alexandrina de pace inter S. Cyrillum & Orientales verba faceret, dixit: *Hec beati Athanasii sunt dogmata, hæc magni Theophili est doctrina, columnarum utique orthodoxæ doctrinæ*, acclamante populo: *Filii Athanasii, & Theophili, & Cyrilli sapientiam audiamus*. In actis post Synodum Ephesinam pag. 895. apud Binium.

CAPUT V.

Sanctus Flavius Marcellinus Donatistarum, ac Pelagianorum hostis occiditur. Dies martyrii eiusdem statuitur. Insigne de illo elogium. Augustinus Carthagine publice e suggestu in Pelagianos declamat. Pelagius ad Augustinum & Demetriadem Virginem scribit.

ANnus quadringentesimus decimus tertius luctuosus Africæ atque Augustino fuit, Marcellino viro clarissimo ac sanctissimo hæreticorum fraude perempto. *anno* CCCCXIII. Heraclianus Africæ gubernator ac consul contra Honorium rebellans, hoc anno cum numerosissima classe in Italiam appulit, ac milite exposito ad Urbem properans apud Utriculum cum Marino Honorii duce signa contulit, amisioque ingenti clade exercitu Carthaginem se recepit. Marinus cum victrici classe hostem insecutus vivum eumdem cepit, statimque obtruncavit. Plurimorum inde cædes secutæ sunt, non modo rebellium, sed & aliorum, qui procul ab eo crimine fuerant: faciles enim aures delatoribus Marinus dabat. Flavius Marcellinus ante biennium pro concordia Ecclesiarum Africæ illuc ab Honorio missus, tamquam cum tyranno conspirasset, una cum fratre in carcerem coniectus fuit. Augustinus qui tunc Carthagine aderat, amicissimi viri vices dolens, cuique ob Donatistas, ac Pelagianos in Africa repressos plurimum se, immo catholicam Ecclesiam debere norat, nullum non lapidem movit, ut innoxium ab imminenti periculo eriperet. Quanto vero in discrimine vel probi quique id temporis versarentur, exponit Augustinus epist. 259. ad Cæcilianum: *Potestas illius*, Marinum intelligit, *magna tunc erat, calumniæ facilitas radiabat. Non erat grande negotium, procurari aliquem, qui diceret, quod salute promissa dicendum ille mandasset. Omnia ista in tempore suffragabantur, ut etiam uno teste, tamquam invidioso & credibili crimine si-*

ne iubentis discrimine quilibet de medio tolleretur. Quare Augustinus cum collegis Episcopis de nobilissimi atque innocentissimi viri salute solicitus, Africanæ Ecclesiæ nomine Episcopum Legatum ad Imperatorem mittendum decrevit: quo statim ad Comitatum profecto, idem noster Hipponensis Præsul Cæcilianum Africæ præsidem convenit, eumque pro Marcellini liberatione etiam atque etiam deprecari non destitit. Cæcilianus Augustini precibus motus eidem promisit, se Marcellini salutem, *veluti familiare viaticum*, a Marino petiturum. Sed secus res cecidit; quæ ex Augustino tota accipienda est: *Postero die*, inquit, *quo illius parturitionis nefarius fœtus est ortus, cum esset nobis repente nuntiatum, illos e carcere ad eum iudicem ductos, quamquam perturbati fuerimus, tamen ego considerans & quæ nobis pridie dixeras, & qui esset post illum exorturus dies, quoniam B. Cypriani erat pridiana solemnitas, existimavi quod etiam elegerit diem, quo & tibi postulata concederet, & universam Christi Ecclesiam repente lætificans, ad locum tanti Martyris ascendere voluerit, parcendi voluntate quam occidendi potestate sublimior. Cum ecce nobis nuntius irruit, quo prius percussos esse nossemus, quam quomodo audirentur, quærere valeremus*. Contigit ergo S. Marcellini, eiusque maioris natu fratris occisio Idibus Septembris, cui diei succedebat pridiana solemnitas B. Cypriani, qui capite plexus occubuit XVIII. Kal. Octobris. Ita enim accipi ab Augustino *pridianum* ex contextu patet, & ex epistola 65. ad Paulinum: ubi testatur se festinato scripsisse, quia delator literarum *repente*, ait, *comperta occasione navigii, mihi pridianam suam profectionem iam nocte suggessit*. Laudatam S. Doctoris epistolam nec Cardinalis Baronius, nec alii martyrologiorum concinnatores observarunt, unde Marcellini martyrium recitarunt VIII. Idus Aprilis. Et quidem S. Augustinus ibidem nec Marinum Comitem, nec Marcellinum expresso nomine describit: sed de Marcellino loqui certum est, ut Vindingus in Critico Augustiniano primus adnotavit: nam de eodem scribit: *Religiose vixit, & multum corde, vitaque Christiana. Hac eum fama præcessit, ut in causa Ecclesiæ sic veniret; hæc consecuta est, cum venisset*. Fuerat Marcellinus in Donatistarum causa, iu-

A

dex ab Honorio summa cum potestate in Africam delegatus. Et sane illius obitum minime contigisse die 6. Aprilis, inde satis evincitur, quod hoc anno Heraclianus cum numerosa adeo classe, aperto mare, verno tantum tempore solvere potuit ex Africa, Urbem invasurus; cum tamen Marcellini mors Heracliani in Italia exercitus stragem, Tyranni fugam, ac tamdem cædem consecuta fuerit. Occisum autem fuisse anno 413. patet ex Cod. Theod. *L.* 55. *De Hæreticis*, ubi legitur decretum emissum III. Kalend. Septembris, Constantio & Constante Coss. anno

B

414. quo Imperator rata habet *Marcellini spectabilis memoriæ viri contra Donatistas gesta*. Floruit Marcellinus insigni apud Principem gratia: nam in collatione Carthaginensi dicitur *Tribunus & Notarius*. De hac dignitate agunt viri eruditissimi, Pancirolus de Notitia Imp. Orient. cap. 92. & Lazius lib. 2. de Republ. Rom. cap. 4. Audiatur Theodoricus Rex apud Cassiodorum lib. 1. epist. 4. *Pater eius*, inquit, *candidati, sub Valentiniano Principe, gessit Tribuni & Notarii laudabiliter dignitatem. Honor enim qui tunc dabatur egregiis: dum ad imperiale secretum tales constet eligi, in*

C

quibus reprehensionis vitium nequeat inveniri. Erant ergo Tribuni, & Notarii Imperatori a secretis. Honorius Africanorum Patrum legatione motus, Marcellinum, uti innoxium, e carcere statim dimittendum iusserat, reste in laudata epistola Augustino: sed Imperatoris mandata post maturatam Tribuni & Notarii cædem in Africam perlata sunt: quam tamen cum ille intellexisset, Marino Comiti iratus, eumdem statim ex Africa revocavit, ac magistratu deposito, privatam vitam agere iussit, ex Orosio lib. 7. cap. 42. Marcellinus non modo Donati-

D

stas, verum etiam Pelagianos in Africa pullulantes compressit: nam Augustinum contra hos ipsos per literas excitavit. Hinc S. Doctor tres de Peccatorum meritis & remissione libros, itemque proxime elucubratum volumen de Spiritu & litera, quibus bellum contra Pelagianos palam inchoavit, eidem Marcellino honoris gratia nuncupavit: cui etiam ingens illud ac præclarum volumen de Civitate Dei inscripsit. Fuit Marcellinus omnium veluti virtutum compendium: *Quanta illi*, inquit Augustinus epist. 259. *probitas in moribus, in amicitia fides, in doctrina*

ctrina studium, in religione sinceritas, in coniugio pudicitia, in iudicio continentia, erga inimicos patientia, erga amicos affabilitas, erga sanctos humilitas, erga omnes caritas, in beneficiis præstandis facilitas, in petendis pudor, in recte factis amor, in peccatis dolor? Quantum decus honestatis, qui splendor gratiæ, quæ cura pietatis, quæ in subveniendo misericordia, in ignoscendo benevolentia, in orando fiducia? Quod salubriter sciebat, qua modestia loquebatur, quod inutiliter nesciebat, qua diligentia scrutabatur? Quantus in eo contemptus rerum præsentium? Quanta spes, & desiderium bonorum æternorum? Cum Augustinus eumdem in carcere inviseret, atque ad noxarum quæ furente quandoque concupiscentia committuntur, expiationem hortaretur, *utraque manu*, ait S. Pater, *meam dexteram apprehendens, testor, inquit, sacramenta quæ per hanc afferuntur manum, me nullum esse expertum concubitum, præter uxorem, nec antea, nec postea.* S. Hieronymus in fine lib. 3. Dialogorum contra Pelagium scribit de Marcellino: *Sub invidia tyrannidis Heraclianæ, ab hæreticis innocens cæsus est.* Unde Sanctorum Martyrum fastis ab Ecclesia Catholica additus fuit, cum hoc elogio in Martyrologio Romano: *VIII. Idus Aprilis Carthagine S. Marcellini Martyris, qui ob Catholicæ fidei defensionem ab hæreticis occisus est:* nempe insidiis ac falsis hæreticorum delationibus: nam Marinum Comitem Catholicum fuisse, ex laudata Augustini epistola aperte colligitur.

Cum Augustinus hoc anno Carthaginem perrexisset, ut cum Aurelio Primate ac collegis catholicæ rei plurimum per Donatistas turbatæ consuleret; cum plerique etiam Cælestii erroribus imbuti, pravas ibidem doctrinas spargerent; rogatus ab Aurelio in Basilica maiori (*Maiorini* alii legunt: sed Carthagine *Basilicam maiorem, ubi corpora SS. Martyrum Perpetuæ & Felicitatis sepulta erant*, laudat Victor lib. 1. de persecut. Vandalica) luculentissimam orationem ad Carthaginenses habuit: qua ex sacris literis aperte ostendit, pueros nasci infectos originali peccato; excludi illos regno cælorum, si absque baptismo decedant; nec usquam fingi posse tertium locum, ubi sine baptismi gratia mortui felicem ac beatam vitam agere possint. Quo vero validius Catholicam sententiam adversus Pelagianorum conatus Carthaginensibus persuaderet, eamdem Cypriani sanctissimi illius urbis Episcopi testimonio confirmavit: sumpto enim Cypriani codice, præclaram inde sententiam recitavit, quam superius cap. 4. posuimus. Audiatur Augustinus cap. 12. lib. de Gestis Pelagii ad Aurelium: *Unde*, inquit, *coacti sumus solicitudine caritatis, quam erga Ecclesiam Christi nos habere convenit, etiam ad beatæ memoriæ Marcellinum qui eos quotidie disputatores molestissimos patiebatur, & me per literas consulebat, de quibusdam istarum quæstionibus scribere, & maxime de baptismo parvulorum: de quo etiam postea te iubente, in basilica maiori, gestans quoque in manibus epistolam gloriosissimi Martyris Cypriani, & de hac re verba eius recitans atque pertractans, ut error iste nefarius de quorumdam cordibus auferretur, quibus persuasa fuerant quæ in his gestis videmus damnata, adiutus orationibus tuis, quantum potui laboravi.* Ex quibus patet, iam inde ab exorientis Pelagianæ hæresis primordiis, illius expugnandæ curam uni Augustino commissam fuisse; cum Aurelius doctissimus alioqui Antistes, præsente Augustino, contra eamdem loqui recusaverit: qui tamen Cælestium in superioris anni Synodo damnaverat. Laudata Augustini oratio nunc etiam legitur inter sermones eiusdem de verbis Apostoli, estque sermo XIV. in cuius calce, quo in loco Pelagianorum res id temporis essent, his designat: *Impetremus ergo si possumus, a fratribus nostris, ne nos insuper appellent hæreticos, quod eos talia disputantes nos appellare possimus forsitan, si vellemus, nec tamen appellamus.* Item. *Nimium est quo progrediuntur, multum est, vix ferendum est, magnæ patientiæ adhuc ferri. Non abutantur hac patientia Ecclesiæ, corrigantur: bonum est. Ut amici exhortamur, non ut inimici litigamus &c. Non expedit adhuc, forte nostra non est reprehendenda patientia; sed debemus timere ne culpetur etiam negligentia.* Quare Cælestio Carthagine pulso, mitius cum discipulis agebatur; qui licet catholicos hæreticorum nomine insolenter æque ac falso traducerent, a Catholicis tamen inter hæreticos nondum deputabantur, nihilque interim contra eosdem statuebatur, quod ad rectum dogma brevi reversuri crederentur. Recitavit hanc orationem Augustinus in die natali S. Iohannis Baptistæ, ut ex eius-

dem

dem exordio liquet. Hoc vero anno laudatum sermonem sanctum Episcopum ad Carthaginenses habuisse, inde mihi probatur, qood post scriptos libros ad Marcellinum se eamdem coocionem recitasse affirmat, ut ex cap. 12. de gestis Pelagii adootavimus: quare cum anno 414. laudatos libros elucubrarit, & forte hoc tantum anno correctos ad Marcellinum remiserit, post illum annum eamdem orationem habuit. His adde, qood anno CCCCXII. XVII. Kalend. Iolii Augustinus cum reliquis Numidiæ Episcopis Cirtæ aderat in Syoodo ex epistola 152. in cuius fine legendum esse, *Honorio Augusto IX. Cos.* erudite Baronius observavit. Anno vero 414. Hippone degit S. Doctor pluribus libris conscribendis intentus, ut postea ex epistola 102. ad Evodium ostendemus. Quare cum certo constet, S. Doctorem hoc anno diutius Carthagine commoratum usque ad Marcellini cædem, optimo iure laudatam contra Pelagianos declamationem anno præsenti recitatam diximus. Ceterum Augustinus occiso die 83: Septembris patrono atque amico, pro cuius salute longiores apud Carthaginem moras traxerat, tanto animi angore correptus fuit, ut altera statim die licet solemni ob annuum festum S. Cypriani Carthaginensis Episcopi inde propere discedens mœstissimus Hipponem redierit: neque enim Marini vultum sustinere amplius potuit, hominis innoceotissimorum fratrum cruore polluti. Simul ac vero suis restitutus fuit, longiorem ad Cæcilianum Africæ Præsidem epistolam scripsit, qua de illata Marcellino per summam iniuriam nece conquerebatur: nam fama erat Marinum Comitem de obtruncando Marcellino cum Cæciliano consilia communicasse. Legatur epistola 259. in qua totius tragœdiæ narrationem Augustinus exhibuit.

Hoc anno Pelagius, cum alicuius nominis sibi esse videretur, in aliorum gratiam per literas irrepere tentavit. In primis illud unice eidem curæ erat, Augustinum sibi benevolum vel facere, vel servare: videbat enim si adversantem habuisset, cum quo potentissimo hoste sibi luctandum foret. Itaque Augustinum humanissimis literis convenit, totus laxatis habenis in S. Doctoris laodes effusus commendabat raras ipsius animi dotes, quibus erat iostructus, altum ac sublime ingenium, cui ceteri vel doctissimi fasces submitterent; arbitratus hac veloti laodum offa iniecta soporem viro adversus hæreses vigilantissimo iniicere. Sensit Hæretici dolos Augustinus, ac sub herba latitantem anguem: brevem tamen epistolam eidem reposuit, quam primus omnium typis edidit noster Ludovicus ab Angelis lib. 5. de Vita S. Aug. cap. 14. illam autem exeerpsit ex libro de Gestis Pelagii MS. in Bibliotheca Canonicorum Regularium Fesulensium, qui postea liber io lucem datus est. Apponam epistolæ exemplum: eam enim veluti aggerem adversantium accusatiooibus postea opponere solebat idem Hæresiarcha, quo fidei suæ integritatem vel ipso Augustino teste probaret.

Domino dilectissimo & desideratissimo Fratri Pelagio Augustinus in Domino salutem.

GRatias ago plurimum, *quod me literis tuis exhilarare dignatus es, & certum facere de salute vestra: retribuat tibi Dominus bona, quibus semper sis bonus, & cum illo vivas in æterum, Domine dilectissime & desideratissime frater. Ego autem & si non agnosco præconia de me tua, quæ tuæ benignitatis epistola contiaet, benevolo tamen animo erga exiguitatem meam ingratus esse non possum, simul admonens, ut potius ores pro me, quo talis a Domino fiam, qualem me iam esse arbitraris.* Et alia maou. *Memor nostri, incolumis Domino placeas Domine dilectissime & desideratissime frater.*

Sed cur illum Augustinus erroris non admonuit? Immo io omnibus pæne verbis huius epistolæ abs se tacite eumdem admonitum fuisse per siogula discurreodo a salutatione ad ipsam usque subscriptionem ostendit Augustinus lib. de Gestis Pelagii cap. 29. Scriptam autem epistolam Pelagio iam male audieoti testator auctor ibidem inquiens: *Dixi* desideratissimum, *quoniam valde cupiebam, cum præsenti aliquid colloqui; iam enim audieram contra gratiam, qua iustificamur, quando hinc aliqua commemoratio fieret, aperta eum contentione conari.* Et antea: *Sine eius commotione quæstiones de Dei gratia recte sapere admonui*, Ibi enim & a Deo eidem bona optavit, & precum necessitatem inculcavit, *ut eum*, inquit, *sic admo-*

admonerem contra quod ille sapiebat; ipsam quoque iustitiam quam in me laudandam putaverat, non esse volentis neque currentis, sed miserentis Dei.

Demetrias nobilissima virgo Romana, Gothicam rabiem effugiens, in Africam tum temporis transmiserat, cum Heraclianus facta rebellione bellum urgebat. Ibi S. Augustini exhortatione, iam paratis fere nuptiis, castæ vitæ propositum induens, postea cum Iuliana matre Hierosolymam navigans, sacrarum virginum choro sese adiunxit. Quare falluntur ii qui ab Augustino Demetriadem sacro velo ornatam putant: quod ex epistola 179. ad Probam & Iulianam redarguitur. Hoc generosum piumque nobilissimæ Virginis propositum celeberrimos quosque illius ævi scriptores in commendationem Demetriadis provocavit. Gratulatus est cum matre Augustinus epistola 179. Hieronymus elegantissimas quoque ad ipsam puellam literas dedit, & qui primo loco ponendus erat, S. Innocentius Pontifex. Pelagius quoque, ut caneret inter olores, ad eamdem virginem, luculentissimam ac prolixam satis epistolam perscripsit, quam iubente Iuliana se dictasse testatur. Unum hocce opusculum Pelagii habemus cum symbolo fidei ad Innocentium missa. Universas & calliditatis & elegantiæ vires in una illa epistola exerit Pelagius: ita enim hæreticas sententias componit, ut non solum catholicus a pluribus habitus sit, sed eadem epistola inter Augustinianas vel Hieronymianas per pluta sæcula locum habuerit. Beda in præfatione ad librum Canticorum, Iuliano illam adscripsit. Primus tamen etiam ante S. Augustinum Paulus Orosius illam tamquam Pelagii opus publicavit, atque impugnavit, nempe anno 415. ut dicemus. Audi ipsius epistolæ, post nonnulla veluti prooemii loco præmissa, exordium elatum atque superbum: *Quoties mihi de institutione morum, & sanctæ vitæ conversatione dicendum est, soleo prius humanæ naturæ vim qualitatemque monstrare, & quid efficere possit, ostendere, ac iam inde audientis animum ad species incitare virtutum, ne nihil prosit ad ea vocari, quæ forte sibi impossibilia esse præsumpserit.* Postea: *Hæc igitur prima sanctæ ac spiritalis vitæ fundamenta iaciantur, ut vires suas virgo agnoscat, quas demum bene*

A *exercere poterit, cum eas se habere didicerit.* Inde pluribus exemplis probat, hominem vivere posse sine peccato. At ne Dei gratiæ oblitus videatur, addit: *Nam si etiam ante legem, ut diximus, & multo ante Domini nostri Salvatoris adventum, iuste quidam vixisse & sancte referantur; quanto magis post illustrationem adventus eius, nos id posse credendum est, qui instructi per Christi gratiam, & in meliorem hominem retracti sumus.* Ita sub ambiguo gratiæ vocabulo, quasi in aureo calice, venenum propinabat. Sed insidiæ non ita occultari a vaferrimo homine potuere, quin nu-

B dam se in eadem epistola Pelagiana hæresis ostenderet. *Corporalis nobilitas atque opulentia, tuorum*, inquit, *intelliguntur esse, non tua; spiritales vero divitias nullus tibi, præter te, conferre poterit. In his ergo iure laudanda es, in his merito ceteris præferenda es, quæ nisi ex te, & in te esse non possunt.* Quæ place ex Tullio & Seneca exscripta videntur, quorum verba cap. I. posuimus. Hæc Pelagii epistola ab hinc quadriennio ad minus in Augustini manus venit: qui statim una cum Alipio ad Iulianam scripsit essetne ea epistola Pelagii (nam absque nomine ad ipsum de-

C lata fuerat) pluribus etiam hæreticum sensum detegit, quo adversus Pelagianas versutias nobiles illæ feminæ fierent oculatæ. In iis vero literis S. Doctor meminit epistolæ quam Pelagius anno 417. ad Innocentium in sui defensionem dedit, in qua huiusce sui ad Demetriadem operis mentionem fecit. Quædam huius Pelagii epistolæ excerpta expendit Augustinus in libro de Gratia Christi a cap. 37. At iam inde ab initio, antequam quidquam hæreticus ad Demetriadem scriberet, Hieronymus eruditissimis literis eiusdem animum adversus

D Pelagianorum versutias præmunierat, rogans ut unius Romanæ Ecclesiæ fidem sequeretur; Rufini olim ab Anastasio percussi, quod ex Oriente Origeniana dogmata Romanis auribus oculisque ingessisset, discipulos ac venenatorum dogmatum hæredes vitaret; hydram quidem extinctam, sed vivere adhuc ac pullulare novella plantaria: quibus Pelagianos significabat. Legatur eiusdem prooemium in lib. 6. comment. in Ezechielem. Verum quidem est, in ea epistola intelligi a Hieronymo non unum Pelagium, sed ceteros etiam Origenistas: nam mo-

nuit

nuit Demetriadem, ne vanam illam animarum in cælis inhabitationem, antequam in corpora detrudantur, crederet: a quo dogmate procul fuit Pelagius vel teste ipso Hieronymo in fine libri 3. Dialogorum. Ceterum Pelagius inter reliquos Origenistas censebatur, licet in nonnullis dissentiret.

CAPUT VI.

Liber Pelagii ab eiusdem discipulis proditur, & ab Augustino impugnatur. S. Doctor Cælestii sophismata dissolvit. Paulus Orosius ex Hispania ad Augustinum venit, inde in Asiam ad Hieronymum pergit.

Anno CCCCXIV. ANno 414. Pelagiana hæresis clarius prodita est a Timasio & Iacobo ipsius Pelagii discipulis. Res autem hoc pacto se habuit. Plures iam sibi Pelagius discipulos in Palæstina adsciverat, quibus secretiora hæresis mysteria tradebat. Cum vero se a Hieronymo, data ad Ctesiphontem epistola, acerrime impugnari animadverteret, nec tamen quidquam edere vellet, ne ex scriptis hæreseos convictus damnaretur; id denique consilii cepit, respondere quidem Hieronymo, non tamen volumen publicare. Itaque quo discipulos in fide contineret, neve illi scholam desererent, librum elucubrare statuit, quo & suam sententiam assereret, & Hieronymi argumenta dilueret. Illius voluminis nonnulla tantum fragmenta leguntur in libro S. Augustini de Natura & gratia, ex quibus haud indubie illud adversus epistolam ad Ctesiphontem emissum eredimus. Initio quidem epistolæ obiicit Hieronymus, quod *dicerent cum Diabolo: In cælum ascendam, super sidera cæli ponam thronum meum, & ero similis Altissimo.* Quæ enim esse potest maior temeritas, quam eum Deo non dicam similitudinem, sed æqualitatem sibi vendicare? At S. Augustinus cap. 34. hæc de Pelagio loquitur: *Absit autem, ut ei dicamus, quod a quibusdam contra se dici ait, comparari hominem Deo, si absque peccato esse asseratur; quasi vero Angelus, quia absque peccato est, comparetur Deo.* Scribit in eadem epistola Hieronymus: *Nullum, aut rarum sine peccato proferre potes.* Item: *Egregii doctores dicunt esse*

A *posse quod numquam fuisse demonstrant.* At Pelagius cap. 36. laudati operis Augustiniani late exemplis Abel, Enoch, Melchisedech, aliorumque complurium probat, posse hominem esse sine peccato. Adducit ibidem Hieronymus plura testimonia sacrarum literarum, quibus probat, nullum hominem esse sine peccato. Porro hæc ipsissima testimonia explicantur a Pelagio apud Augustinum cap. 7. ubi contendit, iis testimoniis ostendi, quales homines quidam tempore aliquo fuerint, non quod aliud esse non potuerint. Rursus sic Hieronymus premit Pelagium:
B *Responde mihi, velis, an nolis carere peccato?* At scribit Augustinus cap. 59. de Pelagio: *Quod vero contra eos disputat qui dicunt: & quis nolit sine peccato esse, si hoc in hominis esset positum potestate?* Obiicit Hieronymus Apostolum dicentem ad Galat. 5. *Caro desiderat contra spiritum, & spiritus contra carnem.* Rursus late versat illa ad Rom. 7. *Non enim quod volo, illud operor &c.* Quas auctoritates exponit Pelagius apud Aug. cap. 25. & sequentibus. His sane adducor in eam opinionem, cum idem Pelagius postea etiam scripserit contra libros Dialogo-
C rum eiusdem Hieronymi. Ut ut sit de hoc, Pelagius in eo opere naturæ vigorem, liberique arbitrii vires contra gratiam prædicabat, & ne solus ea asserere videretur, nonnullorum Patrum testimonia pro se adduxit, quos inter, ipsos antagonistas Hieronymum & Augustinum. Hunc librum hoc pacto publicatum scribit Augustinus. Erant inter alios Pelagii discipulos Timasius ac Iacobus, adolescentes honestissime nati: qui ipsius Pelagii exhortatione monastieam vitam agebant; at pravis doctrinis imbuti contra Dei gratiam disputabant.
D Hæc ubi Augustinus accepit, admonere identidem iuvenes non destitit, qui cum primum corrigi cœpissent, secretum Pelagii librum ad Augustinum miserunt. Iam inde ab initio hæresis, eum adhuc Pelagius Romæ moraretur, aliqua illius scripta Augustinus legere desiderabat, sed tamdiu irrita eiusdem vota per memoratos iuvenes impleta sunt. Augustinus, ut testatur initio libri de Natura & gratia, ceteris quæ ad manum aderant intermissis, Pelagii librum evolvit: quem cum erroribus passim scatentem cognovisset, statim iustum eidem volumen opposuit

posuit, quod *de Natura & gratia* inscriptum, iisdem adolescentibus qui Pelagianum librum prodiderant, nuncupavit: quo veluti præsentissimo antidoto egregii illi iuvenes præmuniti, Pelagianum virus evomuere. Docet autem S. Doctor, neminem per legem naturæ salvari posse, sed tantum per fidem & sacramentum sanguinis Christi: non ita laudandum esse Creatorem, ut convincamur dicere superfluum Salvatorem: laudandam hominis naturam primitus a Deo creatam, sed hanc Adæ peccato sauciatam ab eodem sanandam esse: vitia quæ patimur, non divino operi, sed voluntati humanæ, iustæque Numinis vindictæ adscribenda: in nostra quidem fuisse potestate ne illa acciderent; ut autem auferantur, a Deo solum sperandum, illumque insuper exorandum, non modo ut præterita peccata condonet, verum etiam rogandum ut futuris sua nos gratia eximat: neminem, excepta Dei genitrice, fuisse sine peccato: libertatem arbitrii divino auxilio roborandam: nullum denique veterum Patrum contraria docuisse: quod explicatis eorumdem a Pelagio adductis testimoniis, erudite demonstrat. Hæc ibi Augustinus, qui tum primum Pelagium hæretica docere cognovit: *Proposuit de gratia*, inquit, *quæstionem: id respondit quod habebat in corde: definita quæstio est, non quam volebamus, sed ubi quid sentiret, dubitabamus.*

Paulus Orosius Hispanus Augustini fama permotus Hipponem venerat, quo nonnullarum difficultatum solutionem impetraret. Ab Augustino uti sacratiori Christiani orbis oraculo undequaque responsa petebantur, ac si illo loquente Deus occulta revelaret. De his tantum sermonem faciemus, quæ Pelagianæ historiæ congruent. Cum Syracusis Pelagii discipuli nova dogmata publicantes, graves turbas darent, Hilarius quinque quæstiones sibi explicandas ad Augustinum e Sicilia transmiserat. Hic autem non minus eruditam quam prolixam epistolam reposuit, pluribus demonstrans, neminem in hac vita vivere posse sine peccato: liberum arbitrium absque gratiæ auxilio non posse mandata divina servare: damnari infantes sine baptismo ex hac vita migrantes: non teneri divites ad universa bona pauperibus eroganda: neminem denique esse debere ad iurandum

A dum proclivem. Nondum erat id temporis Hilarius Episcopus: nam in epigraphe epistolæ inter Augustinianas 89. *Filius* a S. Doctore nominatur. Anno vero 417. cum alteram ad eumdem epistolam 94. Augustinus per Palladium misit, ad sacrum Syracusanæ Ecclesiæ thronum evectus fuerat: vocatur enim ab Augustino *Frater & Consacerdos*. Eodem fere tempore, cum Paulus & Eutropius Episcopi Gallicani plurium hæresum commonitorium Augustino detulissent, libellum etiam eidem dederunt, Pelagianis ratiunculis contextum: quem
B ex Sicilia acceperant, & Cælestii nomine circumferebatur. Augustinus, cum nusquam novos Pelagianorum motus intelligeret, ingens ac iamdiu meditatum opus inchoarat, nempe expositionem Psalmorum, simulque volumen de Civitate Dei pæne cœptum prosequebatur. Vix autem tres psalmos interpretatus fuerat, duosque libros prioribus tribus de Civitate Dei addiderat, cum ad Pelagianos stylum convertere coactus est, ex Epistola 102. ad Evodium.

Non convenit inter scriptores, a quonam Paulus Orosius ad Augustinum mis-
C sus fuerit. Nonnulli missum putant ab Erote & Lazaro Galliæ Episcopis, qui anno 415. Pelagium apud Palæstinos Episcopos accusarunt. Alii illius peregrinationis auctores faciunt Eutropium & Paulum. Ita Baronius, & Bivarius; ille in annalibus ad annum 414. iste in comment. Chronici Flavii Dextri ad annum 400. Sed hanc quæstionem ipse Orosius tollit, qui in epistola ad Augustinum, quæ habetur tomo 6. ante librum adversus Priscillianistas & Origenistas, scribit: *Ad te per Deum missus sum: de te per eum spero, dum considero, qualiter actum*
D *est quod huc venirem. Agnosco cur venerim, sine voluntate, sine necessitate, sine consensu. De patria egressus sum, occulta quadam vi actus, donec in istius terræ litus allatus sum. Hic demum in eum respui intellectum, quod ad te venire mandabar: impudentem non iudices, si accipis confitentem.* Facilius sane erat illis auctoribus ista legere, quam a quibus Orosius missus fuerit, indagare. Ex his patet Chronologiæ Flavii Dextri anti-historia, inanisque pro eadem defendenda Bivarii labor: scribit enim Dexter anno 400. Orosium ab Episcopis Hispanis ad Synodum

Africanam cum mandatis legatum. Au-
diarur ipse Augustinus, hæc ad Evodium
de Orosio scribens: *Ad nos ab ultima His-
pania, idest ab Oceani litore, solo sanctarum
scripturarum ardore inflammatus advenit.*
Erat in animo Orosio, tradere S. Docto-
ri commonitorium seu consultationem
de pravis Priscillianistarum atque Orige-
nistarum sententiis, quibus Hispaniæ agi-
tabantur: sed cum quotidie tantis occu-
pationibus obrutum Augustinum vide-
ret, ne fesso novos labores adderet, rem
procrastinabat, cum Eutropius & Paulus
supervenere, plurium Cælestii ratiocina-
tionum confutationem S. Doctorem roga-
turi. Orosius quidem in eadem epistola te-
statur illos Episcopos *commonitorium dedis-
se de aliquantis hæresibus*. Cùm vero habea-
mus, Augustinum librum de Perfectione
iustitiæ ad Eutropium & Paulum dedisse,
in quo, ut petierant, Cælestii sophismata
dissolvit, neque ullum aliud Augustinia-
num ad eosdem opus perscriptum lega-
mus, hæc Cælestii argumenta ad illud
commonitorium referenda sunt. Librum
igitur elucubravit Augustinus, cuius
hunc titulum legimus: *de Perfectione
iustitiæ*. In hoc volumine Cælestii ratio-
cinationes diluit (sexdecim illæ nume-
rantur) quibus probare hæreticus nite-
batur, hominem solis ingenitis arbitrio
viribus posse esse sine peccato. Augusti-
nus vero constanter docet, vitari posse
peccatum, si gratia Dei per Iesum Chri-
stum natura vitiata sanetur: quæ in tan-
tum sana non est, in quantum id quod
faciendum est, aut cæcitate non videt,
aut infirmitate non implet: non esse o-
pus liberis liberatore, sed servis, ut eis
Ps.XXX.4. dicat gratulatio libertatis: *Salvasti de ne-
cessitatibus animam meam*; ipsa enim sa-
nitas est vera libertas, quæ læsa non
fuisset, si bona permansisset voluntas:
Dei unius esse, hominem facere, & refi-
cere. Plura etiam postea exponit testi-
monia, quæ ex sacris literis Cælestius op-
ponebat, ut hominis voluntatem contra
divinam gratiam erigeret. Hunc librum
de Perfectione iustitiæ, inter illos quos
in libris Retractationum recensuit, Au-
gustinus non numeravit, quod inter epi-
stolas reponendus sit, ur ex hoc initio
eiusdem patet: *Sanctis fratribus & Coe-
piscopis Eutropio & Paulo Augustinus*. Eius
tamen esse tres præcipui S. Augustini di-
scipuli ac defensores acerrimi testantur.

A Prosper in fine libri adver. Collatorem,
Fulgentius libro I. ad Monimum cap. 2.
& Possidius in indice. Scriptum vero hoc
ipso anno constat: nam Orosius ante-
quam discederet ex Africa, Paulum &
Eutropium S. Doctori commonitorium
illud rradidisse, in memorata epistola
narrat.

Augustinus, ut Orosio morem gereret,
eiusdem consulcationi respondens, Priscil-
lianistarum atque Origenistarum deliria
summa perspicuitate ac brevitate reie-
cit, ac librum assertione peccati origina-
lis, veluti capitalem Pelagii errorem suf-
B focaturus, conclusit. Orosius de origine
animæ certius aliquid ab Augustino co-
gnoscere desiderabat; sed ea in quæstio-
ne magnum illud ingenium perpetuo
fluctuavir. Illam quidem e nihilo crea-
tam citra dubium asseverasset, sed in ea
sententia peccati originalis traducem dif-
ficillime explicari autumabat: diu vero
hac dubitatione agitatus, solutionem
cui adquiesceret, desperans, a Hierony-
mo rei difficilis intelligentiam petere de-
crevit. Quare Orosium monuit, ut Hie-
ronymum adiret, originem animæ ab eo-
dem intellecturus. Itaque prolixam epi-
C stolam de origine animæ ad Hierony-
mum dedit: in qua omnes ea de re sen-
tentias examinat, quibusve in singulis
difficultatibus prematur, exponit. Epi-
stolam iisdem omnino verbis finit, qui-
bus opus ad Orosium conscriptum clau-
ditur: hæc autem sunt: *Sed antequam
sciam quænam earum potius eligenda sit,
hoc me non temere sentire profiteor, eam
quæ vera est, non adversari robustissimæ ac
fundatissimæ fidei, qua Christi Ecclesia nec
parvulos homines recentissime natos a damna-
tione credit nisi per gratiam nominis Christi,
quam in suis Sacramentis commendavit, pos-
D se liberari*. Quando vero Augustinus ad
Orosium scribebar contra Priscillianum,
iam eiusdem Orosii in Orientem iter de-
cretum erat: nam cap. 12. sic Orosium
colloquitur: *Quamvis autem desiderative
rogem, votis ardentibus exoptem & expectem,
ut per te mihi Dominus huius rei auferat
ignorantiam*, nempe de origine animæ.

Hic nobis probandum restat, Timasii
ac Iacobi conversionem, atque hæc quæ
de Orosio diximus, hoc anno 414. con-
tigisse: nam illa ad annum sequentem
Iansenius refert. Augustinus epist. 102.
ad Evodium recenset quæcumque illo
anno,

anno, antequam eiusdem epistolam acciperet, literis mandarat, narrans se duos de Civitate Dei libros scripsisse, quartum scilicet & quintum; insuper trium psalmorum explicationem (quæ quidem volumina adveniente Quadragesima abs se inchoata testatur) additque duos ad Hieronymum libros, tertium ad Orosium: *cui*, inquit, *ut ad Hieronymum quoque pergeret, persuasi*. Et postea: *Scripsi*, inquit, *etiam grandem quemdam librum adversus Pelagii hæresim, cogentibus nonnullis fratribus, quibus contra gratiam Christi opinionem perniciosissimam ille persuaserat*. At Orosius mense Iulio anni sequentis erat Hierosolymæ: quod aperte constat ex iis, quæ idem habet in Apologia, ut mox dicemus. Quare hoc anno eos libros a S. Doctore elucubratos compertum fit. Puto autem Orosium Hippone solvisse hoc ipso anno, antequam Augustinus librum de Natura & gratia perfecisset: etenim secum illum in Asiam deportasset, uti epistolam illam satis prolixam ad Hilarium datam, ad ipsum Hieronymum detulit. Adde Orosium in confessu Hierosolymitano de libro de Natura & gratia dixisse: *Hoc Augustinus Episcopus scriptis suis, sicut audistis, exhorruit: hoc in ipsius nunc Pelagii scriptis sua responsione condemnat*. Et Hieronymus qui anno sequenti scripsit libros Dialogorum, cum mentionem fecisset trium S. Augustini librorum de Peccatorum meritis & remissione, ait Pelagium alloquens: *Alios quoque specialiter tuo nomini cudere dicitur*, nempe librum de Natura & gratia: quæ quidem ab Orosio intellexerat.

CAPUT VII.

Hieronymus libros Dialogorum contra Pelagium scribit. Hæreticus Hierosolymis a Iohanne Episcopo examinatur. Iansenii hallucinatio notata. Orosii apologia de Libertate arbitrii defenditur.

Anno CCCCXV. Augustinus anno 415. acri studio ac continuato labore Davidicos psalmos interpretabatur, quod opus anno superiori inchoaverat. Quam vero huic expositioni intentus incumberet, ex his quæ hac de re in epistola 102. ad Evodium scripsit, accipitur: *Ab his*, inquit, *me*

A *revocari & retardari irruentibus de transverso quibuslibet quæstionibus nolo, ita ut nec libros de Trinitate, quos diu in manibus verso, nondumque complevi, modo attendere velim*. At quoties in illa psalmorum interpretatione argumentum poscit, divinam gratiam commendat, ac liberi arbitrii superbiam comprimit, ut nec sic a Pelagianis impugnandis avocari potuerit. Toto hoc anno in Oriente stylum morari necesse est. Pelagius enim, uti hæreticus, coram Iudice non semel caussam agere coactus, non unum profundæ calliditatis argumentum dedit.

B Hieronymus cum in epistola ad Ctesiphontem commodius se plura contra Pelagium scripturum spopondisset, crebra amicorum expostulatione provocatus, hoc anno libros Dialogorum tres adversus Pelagium emisit. Quo tamen illius verecundiæ parceret, Socratico more ex utraque parte, quod diceretur vel dici posset, exponens, Attici & Critobuli nomina induxit secum invicem disceptantium, ut & Catholicorum sententiæ, & adversariorum dicta exprimerentur maiori qua fieri posset brevitate ac claritate. Semel tantum in prooemio C Pelagium, ut hæreseos restauratorem nominavit: *Iovinianus*, ait, *cuius, o Pelagi, a te nunc hæresis suscitatur, Romanam fidem me absente turbavit*. Hinc Pelagius sui ipsius gloria Hieronymum morderi, atque invidia succendi dictitabat, ac se scriptis exagitandum: quod tum ipse Hieronymus in prologo huius operis, tum Augustinus lib. 2. con. Iulian. cap. 10. contestantur. Hosce Dialogos paulo ante Synodum Diospolitanam quæ hoc anno exeunte celebrata fuit, evulgavit: siquidem Orosius in Apologia, quam post Septembrem contra Pelagium emisit, hæc D habet de Hieronymo: *Similiter & in libro quem nunc scribit, collata in modum dialogi altercatione, confutat*. Idemque Hieronymus respondens literis Augustini per Orosium acceptis: *Certe*, ait, *in Dialogo quem nuper edidi, tuæ Beatitudinis, ut dignum fuerat, recordatus sum*. Orosius autem mense Decembri iter in Africam maturabat, ut dicemus; atque initio statim anni in Africam navigavit. Unde minus exacte Baronius scribit, Hieronymum post Synodum Diospolitanam dialogos publicasse. De his Hieronymi libris testatur Iulianus, Augustinum scripsisse Alexandriam

driam *Pelagium Scripturarum ab eo oppreſſum molibus arbitrium liberum vindicare non poſſe*, libro 4. Oper. imperf. cap. 87. Suſpicor eam S. Doctoris epiſtolam datam fuiſſe ad Cyrillum. Porro in his libris toto Scripturarum ſacrarum campo Pelagianos inſequitur, divinam gratiam commendans, atque vanam hæreticorum apathiam iugulans. De peccato originali ſuam tantum in fine libri tertii ſententiam poſuit dicens, de illo argumento Auguſtinum ſcripſiſſe, unde novo ſane labori ſuperſedendum arbitrabatur, ne ſibi illud Horatii obiectaretur, *In ſylvam ne ligna feras*: aut enim dicturum ſe, inquit, eadem quæ Auguſtinus, ex ſuperfluo; aut ſi nova, a clariſſimo ingenio occupata eſſe meliora. Quibus ad Auguſtinenſium voluminum commendationem nihil afferri poteſt illuſtrius. Illa tamen fuere primæ veluti Auguſtini contra Pelagianos velitationes. Libris enim quos S. Doctor poſtea contra Iulianum emiſit, idem veluti triariis decertaſſe dicendus eſt: ſiquidem anteriora volumina, ſive vim argumentorum ſive doctrinæ ſubtilitatem ſpectes, longo ſuperant intervallo. Hinc Hieronymus, licet diu ſuperſtes fuerit, ac ſuos hoſce dialogos a Pelagio impugnatos videret, ſilentium ſervavit, uno tonante ex Africa in Pelagianos Auguſtino. Immo cum hic ſcripſiſſet Hieronymo, an reſpondiſſet Anniani obiectionibus, quibus ſcripta ad Cteſiphontem epiſtola oppugnabatur, reſcripſit Auguſtino: *Si autem Dominus vitam tribuerit, & notariorum habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis reſpondebimus, non ut convincamus hæreſim emortuam, ſed ut imperitiam atque blaſphemiam eius noſtris ſermonibus confutemus. Meliuſque hoc faceret Sanctitas veſtra, ne compellamus contra hæreticum noſtra laudare*, epiſt. 24. apud Aug. Nullam tamen reſponſionem elucubravit, ſed intra Bethlehemiticæ rupis ſilentia ſeſe continens, veluti intra caſtra emeritæ militiæ miles, Auguſtinianæ contra Pelagianos pugnæ ſpectator uſque ad obitum fuit, novis ſubinde literis Auguſtino victorias gratulatus. Poſthac unus Auguſtinus Catholicam fidem contra novos illos Dogmatiſtas tutatus eſt. Nam licet in Africa ſumma in æſtimatione ob ſanctitatis ac doctrinæ famam eſſet Aurelius Carthaginenſium Antiſtes, ac totius Africæ Primas, hic tamen præſente Carthagine Auguſtino ſilebat, unuſque Hipponenſis Epiſcopus ad populum declamabat, quod ex ſermone 14. de verbis Apoſtoli ſupra oſtendimus, & ipſemet Auguſtinus modeſtiſſimus vir his fatetur in prologo Retractationum: *Tantumque mihi tributum eſt, ut ubicumque me præſente loqui opus eſſet ad populum, rariſſime tacere, atque alios audire permitterer*. Sed de his alias.

Cum Oroſius in Aſiam appuliſſet, Hieronymum ſtatim adiit, cuncta quæ Carthagine contra Cæleſtium peracta fuerant, exponens, libros etiam de Peccatorum meritis & remiſſione ab Auguſtino contra Pelagium elucubratos eidem tradidit, una cum literis quas S. Doctor nuper ad Hilarium in Siciliam miſerat. Hæc ubi a Hieronymi amicis per Palæſtinam vulgata ſunt, Pelagii fides in ſuſpicionem vocata eſt. Neque enim viri cordatiores ſibi perſuadere poterant, Hieronymum & Auguſtinum, quos veluti Chriſtianæ Reipublicæ Conſules Catholicus Orbis ſuſpiciebat, Pelagium impugnandum ſuſcepiſſe vera edocentem. Iohannes Hieroſolymitanus, quod Pelagium catholicum credebat (eius enim ſententias de cute tantum noverat) ægre ferebat hæc paſſim de amiciſſimo ſibi homine ſpargi: cum tamen peius in dies audire illum poſt Oroſii adventum ad Palæſtinos animadverteret, ne ſuborta diſſidia latius propagarentur, pluribus Hieronymo, multis etiam Pelagio adſtipulantibus, coram toto clero Hieroſolymitano iudicio agere decrevit, placuitque Oroſium acciri Hieroſolymam, qui e veſtigio advenit. Iohannes coacta urbana Synodo Oroſium rogat, quæ in Africa adverſus Cæleſtium geſta ſint, ediſſerat. Ille dudum Cæleſtium Carthagine ab Aurelio aliiſque Epiſcopis damnatum reſpondit, atque ex Africa aufugiſſe. Se vero diſcedente, Auguſtinum Pelagii librum ab huius diſcipulis ad eumdem miſſum confutare, habere ſecum eiuſdem Hipponenſis Epiſcopi epiſtolam: quam nuper in Siciliam ad novos hæreticorum conatus compeſcendos deſtinaverat, quam quidem epiſtolam illis iubentibus legit. Accerſitus inde in conſeſſum Pelagius interrogatur, doceretne ea, quæ Auguſtinus in epiſtola ad Hilarium confutarat. Ille, ut erat impudentiſſimus, ac tunc ſubinfenſo in Auguſtinum animo, re-

mo, respondit. *Ecquis est mihi Augustinus?* Cum vero universi conclamassent, blasphemasse in Episcopum, cuius industria hæresum monstris suffocatis, toti Africæ expetitæ diu pacis dies affulserat, expellendumque ut hæreticum non modo ab illo conventu, verum etiam ab Ecclesia; Iohannes sui auctoritate interposita, iudicio rem decerni imperavit, & ne Pelagio quidquam rursus iniutiæ in Augustinum excideret, esse se Augustinum dixit, libere suam sententiam exponeret, rogavitque Orosium, promeret si quæ Pelagio obiicienda arbitraretur. Ille docere Pelagium dixit, posse hominem esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit. Hæc quidem fassus Pelagius, cum tamen id non absque Dei gratia fieri posse asseveraret, non levis confusio exorta est. Instabat Iohannes Orosio, ageret accusatorem, se tunc iudicem futurum, cui Orosius: *Nos accusatores huius non sumus, sed quid Fratres tui, Patres nostri senserint & decreverint super hac hæresi, quam nunc laicus vulgo prædicat, intimamus.* Iohannes, cum præmisisset, Zachariam & Elisabeth pronuntiatos esse iustos, divinam tamen gratiam ad vitæ sanctitatem servandam pernecessariam esse tribus sacrarum literarum testimoniis comprobavit. Illo turbabatur Orosius, quod Iohannes olim coryphæus fuerat Origenianæ scholæ, quæ apathiam seu impeccantiam defendebat, atque eo quæ de Zacharia & Elisabeth dixerat, referebat: *Quod quidem,* inquit, *ab Origene dictum, ab eo proferri compluribus nobis notum erat.* At Pelagium ex Origene suam doctrinam mutuasse, nulli dubium erat. Accedebat quod Orosio cum Græcis per interpretem loquendum erat, quem Pelagianæ fidei esse cognoverant Posserius, Avitus, ac Dominus ex duce, qui sæpe vel prave interpretantem, vel plura supprimentem, vel alia ex aliis suggerentem confutaverant. Erat Avitus Presbyter Bracarensis ex Idatio in Chronico. Quare cum plura hinc inde dicta fuissent, nihil de Pelagio iudicatum est, decretumque rem integram ad Innocentium Pontificem deferri, in quam sententiam omnes pedibus ivere. Hic consessus habitus est Hierosolymæ exeunte Iulio: nam Orosius testatur se post septem & quadraginta dies Hierosolymam rediisse prima encæniorum die. Hoc festum vero ob dedicationem Martyrii, celeberrimi templi a Constantino Magno extructi ea in urbe agebatur die 14. Septembris, de quo hæc tecitat Nicephorus lib. 8. cap. 50. *Erat is decimus quartus mensis Septembris dies, qui ab eo tempore in Ecclesia Hierosolymitana quotannis publice ab omnibus festus & celebris agitatus est, octo ex ordine diebus conventibus celebrandis, quibus diebus ex omni terrarum orbe homines eo conveniunt, & ad festos conventus concurrunt, arcana sacra peracturi, & loca sancta cognituri.* De Martyrii consecratione late agit Eusebius lib. 4. de vita Constantini, & ex eo Baronius ad annum 335.

Pelagius eiusque satellites Iohannem convenientes, plura in Orosium qui novum Pelagio periculum molitus fuerat, congerebant, tamdemque in eam sententiam eumdem traxerunt, ut crederet, Orosium asserere, nec per Dei gratiam homines esse posse sine peccato. Hinc cum prima solemnitatis die Orosius Iohanni sacra peracturo adstitisset, acriter ab eodem uti hæreticæ doctrinæ assertor repulsus, gravem ignominiam tulit. Ille vero quo se defenderet, obiectamque hæreseos notam a se procul excuteret, paucos intra dies apologiam edidit de Libertate arbitrii inscriptam, in qua gestis in Hierosolymitano consessu enarratis, sui defensionem prosecutus in unum Pelagium invehitur, eiusque epistolam ad Demetriadem nuperrime datam primus omnium eventilat, modeste semper de Iohanne locutus, ut dixerit: *Concedendum est magis, ut interpres errasse dicendo, quam Episcopus audiendo finxisse videatur.* Totam eam stropham in subdolam interpretis fidem devolvit.

Hic Hierosolymitanus consessus coram Iohanne, ac cuncta quæ ex Orosio hucusque diximus, non modo in dubium vocantur, sed a nonnullis actor apologiæ non Orosius, sed hæreticus quis Novatianus asseritur, quod Wistellius Carmelita tomo 2. Vindiciarum lib. 3. sect. 5. tradit, nec dissentit Lezana tomo 3. Annal. Carmelit. ad annum 415. Baronius nec verbum quidem habet de hoc Pelagii examine a Iohanne peracto. Iansenius mentitorem quemdam illam apologiam Orosio supposuisse fidenter pronuntiat; timetque vit eruditus Aloysius Torellus tomo 1. Sæculorum Augustin. ad an-

ad annum 415. num. 7. integram fidem inter tantam contradictorum turbam præstare. Mirum quomodo in re certissima scriptores celeberrimi falli ac fallere potuerint. Etenim cuncta quæ Orosius in illa Apologia narrat, repetit quoque S. Augustinus in libro de Gestis Pelagii: quæ sane nisi ab Orosio accepisse credendus est. Omitto hic omnia quæ ibi narrantur, optime rei veritati ita congruere, ut nisi ab eorum temporum scriptore, & gesta Pelagianorum optime callente dici potuerint. Ibi enim libri eo usque a S. Augustino editi recensentur: Timasii ac Iacobi conversio, librique Pelagiani evulgatio proditur: insuper narratur, Cælestium ab Aurelio Carthagine damnatum aufugisse. Hieronymum id temporis libros Dialogorum elucubrasse: Pelagium nuper ad Demetriadem scripsisse, recitatis ad verbum pluribus eiusdem epistolæ versibus: fit mentio ibidem encæniorum, quæ quotannis Hierosolymæ celebrabantur: nihil in eadem apologia traditur de Synodo Diospolitana, exeunte postea anno coacta: quæ cuncta aliave, si attentius considerata fuissent, Orosii apologia haud in dubium venisset, etiamsi de hoc Pelagii examine S. Augustinus siluisset.

Iansenius hallucinatus est, existimans hunc consessum de quo Orosius scribit, esse Synodum Diospoli habitam, cuius gesta cum ex S. Augustino habeamus, atque Orosium ibi minime adfuisse S. Doctor testetur, fieri nequit, inquit auctor ille, vera esse quæ de se Orosius in memorata apologia narrat. Verum Orosius scribit, se in consessu coram Iohanne fuisse Diospoli, non Hierosolymæ: *Latebam ergo*, ait, *in Bethlehem traditus a Patre Augustino, ut timorem Domini discerem sedens ad pedes Hieronymi: inde Hierusalem vobis accersentibus vocatus adveni: dein in conventu vestro una vobiscum Iohanne Episcopo præcipiente, consedi.* Huius vero primi examinis, quod Pelagius hoc anno coram Iohanne Hierosolymitano subiit, præter Orosium testis est Augustinus lib. de Gest. Pelag. cap. 14. 15. 16. 17. & 30. Quæ legens Iansenius putavit, intelligenda esse de Synodo coacta Diospoli, quæ abhinc quinque mensibus, nempe ad finem anni habita est. Audiatur Augustinus cap. 14. *Etiam hoc usus est testimonio S. Iohannes Hierosolymitanæ Antistes Ecclesiæ, sicut inter-*

A *rogatus, quæ apud illum ante iudicium Diospolitanum gesta fuerant, Coepiscopis nostris qui simul in illo iudicio præsidebant, ipse narravit.* Item: *Ait enim, tunc quibusdam susurrantibus & dicentibus, quod sine Dei gratia diceret Pelagius, posse hominem perfici idest quod superius dixerat, esse posse hominem sine peccato; culpam, inquit, super hoc etiam intuli: quia & Apostolus multum laborans, sed non secundum suam virtutem, sed secundum Dei gratiam dixit* &c. & cap. 15. *Hæc narravit Episcopus Iohannes, audiente Pelagio, qui posset honorifice dicere: fallitur sanctitas tua, non bene meministi &c.* Vides

B a Iohanne gesta nonnulla fuisse ante iudicium Palæstinum? Quod autem hæc paulo ante Synodum peracta sint, audi eumdem cap. 17. *Sed si forte*, (loquitur de Pelagio) *illud iam dudum a Sancto Iohanne narratum cogitare, vel meminisse non potuit, recentissimam suam responsionem reciperet, & quæ paulo ante de Cælestio sibi obiecta anathematizaverit, adverteret.* Iohannem vero amarulento fuisse in Orosium animo, patet ex iis quæ de ipsomet absente idem retulit postea Diospoli in Synodo. Eumdem etiam ab interprete deceptum tradit idem Augustinus cap. 16. hæc scri-

C bens: *Nam quidquid dixit Iohannes Episcopus de absentibus Fratribus nostris sive Coepiscopis Erote & Lazaro, sive de Presbytero Orosio, sive de aliis, quorum ibi non sunt nomina expressa*, nempe Avito, Passerio, ac Domino ex duce, *credo quod intelligat ad eorum præiudicium non valere. Si enim præsentes essent, possent eum fortasse, absit ut dicam, convincere de mendacio, sed forte commemorare quod forte fuisset oblitus, aut in quo eum fefellerit latinus interpres.* Quibus aperte confirmantur quæ de Iohanne in Apologia Orosius narrat.

Ceterum huic apologiæ nonnulla assu-

D ta leguntur, desumpta ex libro Augustiniano de Natura & gratia, adeoque imperite, ut hæc inibi scribantur: *In libris quos ad Marcellinum scripsi, sicut potui, explicare curavi*: cum Marcellinus occisus fuerit, antequam Orosius in Africam appelleret, & Augustinus librum de Natura & gratia elucubraverit, profecto paulo ante in Palæstinam Orosio, uti ex epist. 102. ad Evodium patet. Quare si Orosianæ apologiæ infarta eximantur, integrum suo auctori opus adscribetur. Legatur Vossius lib. 1. hist. Pelag. cap. 7. ubi capita designat, quæ librariorum vitio in

tio in memoratam apologiam irrepserunt. Hic liber vulgo inscribitur Apologia de Libertate arbitrii, cum tamen ibidem Orosius se potius ac divinam gratiam defendat contra Pelagium, qui pro libertate arbitrii supra gratiam erigenda decertabat. Et quidem alium titulum ab Orosio in apologetico inscriptum facile suspicor: sed de hoc alii iudicent.

CAPUT VIII.

Pelagius in Synodo Diospolitana subdole absolutionem suffuratus, in Hieronymum scriptis atque iniuriis debacchatur.

INterea Eros ac Lazarus Episcopi Gallicani suis ab Ecclesiis pulsi, cum Apostolica Sedes utriusque depositionem ratam haberet, in Orientem transfretarant, ut illius regionis Antistitum suffragia corrogarent: ubi vero in Palaestinam venientes Pelagii conatus intellexere, de orthodoxa pietate ac religione soliciti, libellum contra eumdem haereticum, eiusque socium Caelestium Eulogio Caesareensi Palaestinorum Primati dederunt, a quo Synodus etiam indicta fuit Liddae, quae id temporis Diospolis dicebatur. Quattuordecim illuc Episcopi convenere, quorum nomina exhibet Augustinus lib. I. con. Iul. cap. 5. nempe Eulogius Synodi Praeses, Iohannes Hierosolymitanus, Ammonianus, Porphyrius, Eutonius, Porphyrius, Fidus, Zosimus, Zoboenus, Nimphidius, Chromatius, Iovinus, Eleutherius, & Clematius. Accitus est ad Synodum Pelagius, Eros vero ac Lazarus propter unius aegritudinem non interfuere; abfuit etiam Orosius, qui iter in Africam parabat. Errores unus & triginta Pelagio a Patribus ex accusatorum libello obiecti fuot, quos fusius recitat Augustinus in libro de Gestis Pelagii. Cum vero nullus ex adverso accusator instaret, facili negotio Haereticus Synodo imposuit: nam cum eiusdem liber latino sermone contextus, per interpretem Graecis iudicibus exponeretur, & ipse Pelagius Graece interloqueretur, eiusdem haereses quibusdam ab ipso verborum circumlocutionibus vestitae, non adeo deformes Patribus visae fuot ut Pelagius publico anathemati subiiciendus iudicarentur. Subdolas illius artes

A paucis perstringit Innocentius Papa in epistola ad Africanos, quae 96. est apud Augustinum. *Obiecta*, inquit, *partim ille vitando suppressit, partim multa in se verba retorquendo, tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis quam vera ratione, ut ad tempus poterat videri, purgavit negando, alia falsa interpretatione vertendo*. Tanto enim, ut ait Augustinus, iudices fefellit occultius, quanto exposuit illa versutius: damnavit enim Pelagius dicentes, Adam sibi soli & non generi humano suo peccato nocuisse: at versipellis vulpecula ceteris Adamum obB fuisse non transfusione, sed exemplo delicti sentiebat. Item illos reiecit qui dicerent, infantes in eo statu esse in quo fuerat Adam ante peccatum, quod ille praecepti capax fuerit, isti non sint; non vero quod dicerent, infantes esse innocentes, sicut fuit Adam ante peccatum. Haec posuimus ex Augustino lib. I. con. Iul. cap. 5. ut unam vel alteram Pelagianae versutiae lineam monstraremus. Ille quidem hac nobili fidei Catholicae professione iudices sibi faventes reddidit: *Iterum dico quia haec & secundum ipsorum testimonium non sunt mea, pro quibus, ut di-* C *xi, satisfactionem non debeo: quae vero mea esse confessus sum, haec recta esse affirmo: quae autem dixi, non esse mea, secundum iudicium Sanctae Ecclesiae reprobo, anathema dicens omni contravenienti & contradicenti Sanctae Ecclesiae Catholicae doctrinis: ego enim in unius substantiae Trinitatem credo, & omnia secundum doctrinam Sanctae Catholicae Ecclesiae: si quit vero alia ab hac sapit, anathema sit*. Qua sane recti dogmatis protestatione, ut Synodo videbatur, apertissima hanc absolutionem dolose ab eadem impetravit: *Nunc quoniam satisfactum est nobis prosecutionibus praesentis Pela-* D *gii monachi, qui quidem piis doctrinis consentit, contraria vero Ecclesiae fidei reprobat & anathematizat, communionis Ecclesiasticae eum esse & Catholicae confitemur*. Apud Aug. lib. de Gestis Pelagii cap. 19. & 20. Satis nervose in hasce Pelagii praestigias, quibus illusit Palaestinis Episcopis, invehitur Augustinus lib. de Pec. orig. cap. 16. *Quando tibi*, inquit, *illa damnanda obiiciebantur, non ea Catholici Episcopi sic intelligebant; ideo cum illa damnares, Catholicum te esse credebant. Propterea ergo quod te illi sapere existimabant, absolvendum fuit; quod vero tu sapiebas, damnan-*

nandum fuit. Non ergo tu absolutus es, qui damnanda tenuisti, sed illud absolutum est, quod tenere debuisti. Ut autem tu absolutus putareris, creditus es sentire laudanda, cum te Iudices non intelligerent, occultare damnanda. Et sane adeo ambiguis verbis, subdolis sententiis, & aptis in speciem verborum restrictionibus usus est Pelagius, ut Augustinus illius Synodi gesta recensens dixerit: *Quod & nobis*, nempe decipi, *forsitan contigisset, si cum eis in illo iudicio sedissemus*. Illud autem in hac Synodo, quod summæ Augustino gloriæ vertitur, notandum venit, unius S. Patris epistolam ad Hilarium iterum Pelagio obiectam fuisse: quod ipse S. Doctor his verbis testatum reliquit lib. de Pec. orig. cap. 10. *Synodus dixit: quoniam Sanctus Augustinus Episcopus adversus discipulos eius in Sicilia respondit Hilario, ad subiecta capita scribens librum, in quo continentur: posse hominem sine peccato esse si velit &c.* Ita Augustinus, licet longe in Africa tam procul a Palæstina constitutus, Pelagium scriptis persequebatur, Sanctorum Patrum conciliis arma in hæreticos procudebat, & absens gravissimarum difficultatum iudex sententiam dabat, cum ad eius doctrinæ amussim Pelagianorum sententia exigeretur. Non epistolam ad Ctesiphontem, non Hieronymianos dialogos Patres hæretico obiecerunt, sed unam Augustini epistolam, ut evidens sit, in Pelagiana causa plus uni Augustino quam ceteris Patribus tribuendum: de qua re alibi ex professo sermo redibit. At Pelagius, quo obiectæ Augustini ad Hilarium epistolæ vim declinaret, literas ab Augustino ad se datas, quarum exemplum supra datum est, protulit, ut ex earumdem commercio, & se pluris Augustinum facere, seque vicissim plurimi fieri ab Augustino persuaderet; acervum etiam aliarum epistolarum quas a pluribus Episcopis acceperat, in fidei suæ testimonium legendas exhibuit. *Quid enim ei profuit*, inquit Augustinus, *tantæ eius laudes in epistolis Episcoporum, quas pro se commemorandas, vel etiam legendas, vel etiam allegandas putavit?* lib. de Gest. Pelag. cap. 25. Ceterum tantum abest ut in hac Synodo absolutus fuerit Pelagius, ut potius suo semet ore damnarit: quod frequenter Pelagianis exprobrat Augustinus: immo inter reliquos Patres quorum testimonius Pelagianorum dogma confutat, quatuordecim illos Diospoli congregatos recenset, eosque nominat lib. 1. con. Iul. cap. 5. & 7. *Ac per hoc*, inquiens cap. 5. *Orientales vos iudices damnent, a quibus Pelagius damnari timens, eos qui sentiunt ista, damnavit, cum eis quos damnavit, profecto damnandus, quia id quod negavit ore, corde servavit*.

Hieronymus in epistola 24. inter Augustinianas scribit, Annianum quemdam Diaconum in hoc concilio Pelagii partes acerrime propugnasse: quinam vero ille fuerit, inter scriptores non convenit: nos plura de illo dicemus cap. 17. Hunc quidem exitum habuit Synodus Diospolitana, in qua Pelagius Patribus fucum fecit: unde Hieronymus in laudata epistola *miserabilem Synodum* eamdem appellavit. At Augustinus passim Episcopos illos excusat. Audiatur cap. 21. de Gestis Pelagii: *Neque hoc dicens, iudicum arguo vel negligentiam, vel conniventiam, vel, quod ab eis longe abhorrere certissimum est, impiorum dogmatum conscientiam; sed eorum iudicio pro merito approbato atque laudato, Pelagius tamen apud eos quibus amplius certiusque notus est, non mihi videtur esse purgatus*. Plura etiam de his habet lib. 1. con. Iul. cap. 5. Sanctus Prosper initio poematis contra Ingratos, hæc de laudata Synodo canit.

——— non segnior inde Orientis
Rectorum cura emicuit: captumque nefandi
Dogmatis auctorem constrinxit lege benigna
Commentum damnare suum, nisi corpore Christi
Abiungi, & sancto mallet grege dissociari.
Lene quidem hoc, nimiumque malos tolerasse videtur
Iudicium: sed sancta fides examine in illo
Vicit oborturam diro de semine prolem.
Prospectum namque est, divino & munere cautum,
Ut licet instantem declinans bestia pœnam,
Perfidiæ secum sensus tenuisset eosdem,
Ipsa tamen proprium germen damnando necaret,
Ore malam extinguens sobolem quam protulit ore.

Meminit huius Synodi Photius cod. LIV. Erravit vero Sethus Calvisius scribens in sua chronologia ad annum 415. Pelagium in hac Synodo hæreseos convictum,

ac

ac pœnitudine ductum eamdem eiurasse, atque ad Catholicorum partes accessisse: etenim Hæresiarcha *id quod negavit ore, corde servavit: nam quod verbis eius anathematizatur, in literis eius invenitur*. Verba sunt Augustini in laudato libro contra Iulianum.

Hanc Synodum exeunte hoc anno celebratam fuisse, ex Luciani Presbyteri epistola de Inventione corporis S. Stephani aperte constat. Scribit enim feria VI. Tertio nonas Decembris, consulatu Honorii X. Theodosii VI. Augg. sibi per somnium Protomartyris reliquias revelatas, iterumque feria sexta sequenti id sibi contigisse. Quod cum *in tertia septimana eadem die & hora* accidisset, Hierosolymam se contulit, Iohanni Episcopo manifestaturus; a quo sepulchri locum quærere iussus fuit: quod cum invenisset, *statim*, inquit, *renuntiavi Episcopo, cum esset in Lidda quæ est Diospolis, Synodum agens: qui assumpsit secum duos alios Episcopos Eleutherium de Sebaste, & Eleutherium de Hiericho*, a quibus VII. Kal. Ianuarias sacræ Stephani exuviæ summa cum pompa alio translatæ sunt. Ex his colligitur Synodum memoratam, celebratam fuisse intra decimam octavam diem & vigesimam quintam Decembris. Quod vero duo Eleutherii a Luciano memorantur, & unus tantum Eleutherius nominetur inter Synodi Patres ab Augustino, & alter ab eodem Eutonius dicatur, alterutri codici errorem irrepsisse certum est. Orosius id temporis reditum in Africam ad Augustinum adornabat, qua occasione Avitus, qui Hierosolymæ contra Pelagium Orosio favorem præstiterat, per hunc ipsum eiusdem S. Martyris reliquiarum fragmenta ad Episcopum Bracarensem misit: ut ex eiusdem Aviti epistola patet, quam Baronius suis annalibus inseruit. Mirum autem dictu, quanto mœrore perculsi sint Eros & Lazarus, qui inanem operam se posuisse cognoscerent, Pelagio per dolum absoluto. Sed animum minime despondentes, literas per eumdem Orosium ad Africanos Episcopos misere, quos Palæstinæ Synodi gesta perdocebant.

Anno CCCCXVI. Interea Anno 416. Pelagius datis ad amicos literis, approbatam suam ipsius sententiam ab Episcopis Diospoli gloriabatur: *Quatuordecim*, inquit, *Episcoporum sententia definitio nostra comprobata est, qua diximus posse hominem sine peccato esse, & Dei mandata facile custodire, si velit. Quæ sententia contradictionis os confusione perfudit, & omnem in malum conspirantem societatem ab invicem separavit*: apud Aug. cap. 30. de Gestis Pelagii. Illud autem in primis curavit, ne gesta eiusdem Synodi tam propere publicarentur, neve Romam ad Innocentium transmitterentur. Quare Augustinus novas hasce Hæresiarchæ versutias increpans, *Et tamen*, inquit, *epistola carnalis ventositatis & elationis volat, & gestorum tarditate procurata, celeritate præcedens in manus hominum prævolat*: lib. de Gest. Pel. cap. 30. Cum vero ab uno sibi Augustino timeret, cuius vim in quatuor contra se editis libris nimium expertus erat, brevissimum quidem suæ defensionis Synodo approbatæ exemplum per civem Hipponensem ad eumdem Antistitem transmisit.

At Hæresiarcha illa victoria tumidus, universum in Hieronymum amarulenti animi virus evomuit stylo gladioque eumdem persecutus. Quidam perditorum cuneus Hæretico impensius favens, religiosos viros ac feminas, quarum curam Hieronymus gerebat, aggressus, Diaconum interemit, facibusque admotis monasteria incendit. Hieronymus, ut ait Augustinus in fine libri de Gestis Pelagii, vix in turrim munitiorem arrepta fuga, vitæ consuluit. Ob hæc acriter negligentiæ vel conniventiæ Iohannes Hierosolymitanus ab Innocentio Pontifice reprehensus est: quæ cum laudatus Augustinus retulisset, *expectandum*, inquit, *quid illic fratres nostri Episcopi de his tantis malis agendum existiment, quibus eos dissimulari posse quis credat?* Sed & scriptis in Hieronymum idem infremuit: nam libros Dialogorum a S. Doctore scriptos editis quatuor de Libero arbitrio libellis confutare conatus fuit. Hos vero libros contra Hieronymi volumina a Pelagio editos fuisse ex Iuliani verbis colligo, qui libro 4. Oper. imperf. cap. 87. apud Augustinum hæc habet: *Verum illi operi a Catholico viro*, Pelagio, *qui pulsatus fuerat, obviatum est*. At nullum aliud opus a Pelagio postea scriptum fuisse, testis est S. Augustinus in lib. de Grat. Christi a cap. 35. & seq. De his quoque libris scribit Innocentio idem Pelagius: *Legant etiam recens meum opusculum, quod pro libero nuper arbitrio edere compulsi sumus, & agnoscent*

F quam

quam inique nos negatione gratiæ infamare gestierint, apud August. ibidem cap. 41. Hos vero libros editos post Synodum Diospolitanam, nempe hoc anno 416. restatur S. Augustinus, hæc scribens lib. de Pec. orig. c. 14. *In eisdem quippe libris & contra peccati ex Adam in parvulos transitum loquitur, & de gestis Palæstinæ Synodi gloriatur: ubi eos qui sic teuent, veraciter damnasse putatus est, & absolutionem suam fallendo furatus est*. Sed novus ex Asia Pelagianus nos in Ciliciam vocat, ioterim Orosio Sancti Stephani reliquias ex Asia in Africam defereote; de quo paulo post iterum sermo redibit.

CAPUT IX.

Theodorus Episcopus Mopsuestiæ pro Pelagio contra Hieronymi Dialogos scribit. Eiusdem librorum fragmenta contra Augustinum pro originali peccato eliminando ex Codice MS. Vaticano referuntur.

NOvum Pelagianum exhibeo, & eum quidem cui ob sacræ ac profanæ eruditionis copiam ceteri Pelagiani superborum ingeniorum fasces submittant, immo nec eadem cum illo die nominentur. Florebat tuoc in Oriente Theodorus Episcopus, quem universæ illius ætatis Patres ob eximiam doctrinæ famam veluti oraculum suspiciebant: qui cum vivens acerrime Pelagianos defenderit, ac mortuus graves postea turbas Ecclesiæ dederit, ut altero volumine dicturi sumus, paucis hic nobis describendus venit: cum præsertim Baronius, Iansenius, Vossius, Usserius & alii, qui Pelagianarum rerum historiam diligentissime concinnarunt, insignem hunc Pelagianum non cognoverint, quodve magis mirum videtur, nec ipse Photius rei totius scriptor id observaverit. Patria illi fuit Antiochia: etenim io Synodo Mopsuestena anno 550. iussu Iustiniani Imperatoris celebrata, ut refertur Collat. 5. Synodi V. cum seniores quique interrogarentur, num Theodori Episcopi oomen sacris diptychis insertum quandoque legissent, respondit Anatholius principalis: *Theodorum veterem Antiochenum nostræ civitatis Episcopum nescio in sacris diptychis recitari*. Una cum Iohanne Chrysostomo Libanii celeberrimi apud An-
A tiochenos sophistæ, atque Andragathii philosophi auditor fuit. Dein forenses causas aggressus, verba clientibus vendidit, ac tribunalibus ioservivit. Cum vero Chrysostomus foro relicto monachum induisset, hoc ipsum Theodoro supra ceteros amicissimo persuasit. *Erat Theodorus*, inquit Sozomenus lib. 8. cap. 2. *& sacrorum librorum & aliarum disciplinarum, rhetorum ac philosophorum sufficienter gnarus; & initio quidem, ubi incidisset in divinas leges, & cum sacris viris conversaretur, illud vitæ genus approbavit, & urbicam conversationem damnavit*: verum paulo post
B monasticæ disciplinæ pertæsus, urbem ac forum repetiit, & solitariæ vitæ osor nuptias apparavit. At Iohannes Chrysostomus his probe cognitis, epistolam ad Theodorum misit, *& phrasi & sensibus diviniorem, quam meus humana capere queat, qua ille lecta resipuit, ac rursus relictis facultatibus, & abdicatis nuptiis, consiliis Iohannis acquiescendo servatus est, & ad philosophicam vitam reversus*: verba sunt laudati Sozomeni. His similia recitat etiam Socrates lib. 6. c 3. Qui narrant Theodorum ad meliorem frugem reversum Carterio ac Diodoro magistris sacrarum lite-
C rarum scientiam brevi ita assecutum, ut universos in sui admirationem traxerit.

Diodorus interim ad Tarsensem Ecclesiam in Cilicia evectus fuit, qui anno 381. Synodum Constantinopolitanam subscripsit, itemque Antiochenam sub Meletio, ut patet ex literis Damasi ab Holstenio collectis, & ab eminentissimo Francisco Barberioo sacræ eruditionis studiosissimo Principe publicatis. Mortuo Olympio Episcopo Mopsuestiæ, qui una cum Diodoro concilio laudato apud regiam urbem interfuit, Theodorus Antiochenus illius urbis sacris præpositus
D fuit, seditque quartus a Protogene eiusdem sedis Episcopo. Mopsuestia celebris urbs erat in secunda Cilicia, *vatis domicilium Mopsi*, ex Ammiano Marcellino lib. 19. ubi inrer tres illius provinciæ urbes insigniores eamdem nominat. Plinius lib. 5. cap. 27. describens Ciliciæ oppida ait: *Mopsos liberum Pyramo impositum*. Procopius etiam lib. 5. de ædificiis Iustiniani Mopsuestiam Pyramo allui scribit. Straboni lib. 15. dicitur Μόψου ἑστία, *quasi lares Mopsi diceres*, inseruit latino textui interpres Casaubonus: ἑστία enim lares sigoificat. S. Hieronymus in epi-

in epitaphio Nepotiani cum Plinio Mopsum appellavit: loquens enim de morte Constantii Imperatoris Ariani ait: *In Mopsi viculo moriens magno dolore hosti reliquit imperium*. Erat hic viculus in agro Mopsuesteno aquis undique scaturientibus irriguus ad radices Tauri montis, unde Mopsicrinas, vel Mopsicrinæ nomen loco impositum, ut videre est in Chronicis Hieronymi & Idatii ad consulatum Tauri & Florentii. Socrates in fine lib. 2. & Sozomenus lib. 5. cap. 1. scribunt Constantium obiisse *ad fontes Mopsi*: nam Græci fontes κρήνας appellant. Chronicon Alexandrinum ait: *Constantius initio IV. Indictionis, denunciatis sibi Iuliani Cæsaris insidiis concitus, a Tarso Ciliciæ ad Mopsi fontes veniens &c. moritur*. Eusebius anno DCCCXXXV. edit. Sca-

A ligeri in Chronico ait: *Mopsus regnavit in Cilicia, a quo Mopsicrene, & Mopsiistia*, ut plane distincta veluti loca recenseat: quæ miramur Henricum Valesium in notis ad lib. 21. Ammiani non observasse. Pelagius II. Papa Mopsuestiam *ignobilem locum* nuncupavit in epist. 3. ad Episcopos Histriæ: verba damus in differt. hist. de Synodo V. cap. 11. quæ quidem intelligenda sunt facta comparatione cum nobilissimis urbibus: nam Ammianus post Tarsum & Anazarbum utriusque Ciliciæ Metropoles eamdem nominat, neque alias Ciliciæ urbes inferiores com-
B memorat. Antoninus Pius Imperator eiusdem urbis privilegia nova adprobatione rata habuit: quæ & Hadrianæ cognomen sortita est, ut ex hac inscriptione apparet.

IMP. CAESARI. DIVI. HADRIANI. FILIO.
DIVI. TRAIANI. PARTHICI. NEPOTI. DIVI.
NERVAE. PRONEPOTI. T. AELIO. HADRIANO.
ANTONINO. AVG. PIO. PONTIFICI. MAXIMO.
TRIB. POT. III. COS. III. P. P. BENEFICO. AC
SERVATORI HADRIANAE MOPSVESTIAE CILICIAE
SACRAE. LIBERAE. INVIOLATAE. SVIS.
LEGIBVS. VIVENTIS. P. R. AMICITIA. ET SOCIETATE CONIVNCTAE.
QVOD. DIVINA. IPSE. IN. IVRE. DICENDO. CLEMENTIA. SIT. VSVS.
NEC. NON. VETERA. EIDEM. CIVITATI. IVRA.
FIRMA. RATA. QVE. ESSE. VOLVERIT.
S. P. Q. R. D. D.

Recitat hanc insciptionem magnus Romanæ antiquitatis instaurator Onuphrius noster Veronensis in comment. fastorum ad annum Urbis DCCCXCIII. Initio Synodi Mopsuestenæ anno 550. iussu Iustiniani celebratæ dicitur: *In Mopsuestia colonia Christianissima*. Ex his ergo nobilitas illius urbis intelligitur. Tempore etiam Plinii erat libera Civitas, uti proxime notavimus. Cleri vero, ac civium nobilitas colligitur ex laudata Synodo, quæ collationi 5. Synodi V. inseritur: ibi enim nominantur cives Comites, Palatini, &c. Ex quibus iterum Mopsuestiam a Mopsucrene distinctam esse apparet: illa enim nobilis fuit Romanorum colonia, hæc vero viculus in agro Mopsuesteno. Huius igitur urbis quæ post duas utriusque Ciliciæ Metropoles, ceteras Provinciæ civitates & antiquitate & nobilitate superabat, Ecclesia Theodoro Antiocheno tradita fuit. Contigit eiusdem Episcopatus

prope annum 391. Nam Theodoretus Mopsuesteni eximius Encomiastes scribit, mortuos eodem fere tempore Theodotum Patriarcham Antiochenum, & Theodorum Mopsuestenum, seque cum utriusque vitæ termino historiæ quoque suæ finem imponere. Ibi vero tradit Theodorum triginta sex annos Ecclesiam illam rexisse. Quare cum Theodotus obie-
D riit anno 427. ut lib. 2. cap. 3. ostendemus, si per triginta sex annos retrocedamus, statuentur initia Theodori Episcopi circa annum 391. In Synodo C.P. sub Nectario, Arcadio III. & Honorio II. Coss. anno 394. in causa Bostrenæ Ecclesiæ in Arabia, sedit cum aliis Episcopis Theodorus Mopsuestenus, ut ex actis synodalibus apud Balsamouem pag. 761. edit. Parisiensis colligitur.

Theodorus innumera pene volumina exaravit, omnesque hæreses acerrime vellicavit: *adversus Arianum & Eunomianum dogma, quasi in acie, dimicans, nec*

 non

non latrocinium Apollinaris compescens describitur a Theodoreto in calce Ecclesiasticæ historiæ: A Origenis etiam paradoxa eumdem confutasse, in fine sui breviarii Liberatus testatum reliquit. Ceterum dum plus iusto ingenio indulget, & antiquiores semitas fastidiens, novam viam sternere tentat, in absurdissimos errores lapsus, hæresum magister evasit: etenim & Pelagianis, & Nestorianis nova dogmata procudit. De Nestorianis inferius id nobis ostendetur; de Pelagianis hoc modo probandum est. Primum ac veluti capitale Pelagianorum dogma fuit, B Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, erat moriturus: hoc enim hæreticorum assertum a S. Augustino inter paradoxa Pelagiana priori loco refertur epist. 106. & in Synodo Africana primo itidem loco damnatur, ut cap. 13. constabit. Porro hunc errorem primus per ea tempora docuit Theodorus, deio Rufinus, ac postremo Pelagius sociique. Horum testis venit Marius Mercator, qui Pelagio ipsi ac Iuliano convixit. Extat eiusdem libellus contra Iulianum M. S. in Bibliotheca Vaticana inter volumina Palatina Num. 234. quem Commonitorium idem nomi- C nat, ac Pintæ presbytero nuncupat, ubi p. 3. hæc scribit: *Quæstio contra catholicam fidem apud nonnullos Syrorum, & præcipue in Cilicia a Theodoro quondam Episcopo oppidi Mopsuesteni iamdudum mota, nunc usque penes paucos eorum admodum proditur, nec ea palam profertur: sed ab ipsis qui de ea fornicantur, velut catholicis, intra Ecclesias interim retinetur: progenitores videlicet humani generis Adam & Evam mortales a Deo creatos, nec quemquam posterorum sua prævaricatione transgressos læsisse, sed sibi tantum nocuisse: se mandati reos apud Deum fecisse, alterum penitus nullum.* D *Hinc ineptam & non minus inimicam rectæ fidei quæstionem, sub sanctæ recordationis Anastasio Romanæ Ecclesiæ Summo Pontifice, Rufinus quondam natione Syrus Romæ primus invexit, & ut erat argutus, se quidem ab eius invidia muniens, per se proferre non ausus, Pelagium gente Britannum monachum decepit, eumque ad prædictam apprime imbuit atque instituit impiam vanitatem &c.* Ex quibus patet Theodorum Pelagianorum magistrum fuisse: unde factum est, ut Pelagius contra Hieronymum, & Iulianus contra Augustinum ab eodem suppetias tulerint, unumque habuerint in Occidente damnati, Patronum io Oriente, ut ex iis quæ nobis postea describentur, apparebit. Hic Mercator, cuius testimonium laudavimus, ab Augustino nominatur in libro de octo Quæstionibus ad Dulcitium, in solutione quæstionis tertiæ, ubi ait: *De illis autem qui rapientur in nubibus, in quadam epistola quam scripsi ad filium meum nomine Mercatorem, quæ incipit,* Procul dubio notissimum vobis, *cum me consuluisset de quibusdam quæstionibus Pelagianorum, qui negant mortem esse peccato retributam &c.* Possidius in indice scriptorum Augustinensium contra Pelagianos eiusdem epistolæ mentionem facit, sed Mercatorem Episcopum nominat: *Ad Mercatorem Episcopum contra eosdem una.* At anno 419. cum S. Augustinus scripsit librum illum ad Dulcitium, Mercator nondum erat Episcopus: neque enim filium, sed fratrem eumdem nuncupasset. Constat autem ex laudato Augustini testimonio, hunc Mercatorem esse eumdem cuius Commonitnrium contra Iulianum adduxi: nam ibidem memoratam tantum quæstionem contra hæreticum agitat: nempe sitne Adam mortalis factus, de qua S. Doctorem consuluit. Hæc libuit adnotare, quia huius Mercatoris testimonio non semel utemur, nostraque commentaria secretiora atque hucusque ignota inde nonnulla deproment. Harum quidem rerum notitiam debeo eximiæ ac singulari eruditioni Eminentissimi Cardinalis Bona, qui, cum Romæ essem, libellos Marii Mercatoris mihi prorsus incognitos patefecit, legendosque iussit: quos etiam exscriptos, ac in Galliam abs se missos affirmavit; quæ hic inserere libuit, quod ingenui sit fateri per quos profecerim.

Pelagiani cum se a Hieronymo & Augustino adversariis scriptis vellicari cognovissent, Theodori Mopsuesteni patrocinium implorarunt; ad quem etiam Hieronymi Dialogos recens quidem publicatos detulere. Ille scientia tumidus, quo solus sapere videretur, aliorum ingenia despiciens, sua tantum probabat: quare contra tres Hieronymi libros satis iustum volumen in quinque libros digestum procudit sub hoc titulo: *Contra asserentes peccare homines natura, non voluntate.* Hi Theodori libri Photii ætate supererant, cuius verba ex eiusdem bibliothe-

bliotheca codice 177. huc referre non pigeat, quod rem nemini hucusque observatam, nec ipsimet Photio scribenti notam aperiunt: nullus enim hucusque scivit, Dialogos Hieronymi impugnatos fuisse a Theodoro Mopsuesteno. Verba Photii sunt: *Lectum est opus Theodori Antiocheni, qui Mopsuestenus ille Episcopus est, ut ex eius quibusdam epistolis colligimus, hoc titulo*: Contra asserentes, peccare homines natura, non voluntate. *Ea disputatio quinque libris absolvitur, quos adversus Occidentales hac labe infectos scripsit. Inde enim oriundum haeresis huius auctorem in Orientis modo regionibus versari, librosque de recens a se excogitata haeresi compositos, ad populares suos in patriam transmittere narrat, ut iam ibi multos per hanc artem in suam pertraxerit sententiam, integrasque adeo Ecclesias absurdis illis imbuerit opinionibus. Aram vero illorum librorum auctorem sive nomine sive cognomine incertum, appellat. Hunc etiam quintum evangelium confinxisse, illudque se in Eusebii Palaestini bibliothecis reperisse ait: reiecta praeterea divini ac veteris testamenti versione, quam septuaginta Interpretes simul convenientes ediderunt, ut & Symmachi & Aquilae aliorumque interpretatione, propriam quamdam suam novamque conficere ausum, cum neque Hebraicae linguae, ut illi, a puero assuevisset, neque mentem S. Scripturae didicisset: Hebraeis tantummodo quibusdam abiectae sortis in disciplinam se tradidisse, atque hinc propriam sibi editionem scribere aggressum*. Haec ille. Certe hic Hieronymum describi nemo non videat. Erat ille Dalmata, & ex Occidente in Oriente sedem locarat, ac latino sermone apud Graecos libros Dialogorum exararat. Cum vero reperti in Caesareensi apud Palaestinam Eusebii bibliotheca quinti evangelii illum arguit, libros Dialogorum notat, in quibus Hieronymus illius evangelii quinti mentionem habet: quod itidem a Iuliano Pelagiano Episcopo eidem crimini datum est in opere imperfecto Augustini lib. 4. cap. 87. *Qua fiducia*, inquit, *tu cum Hieronymi scripta collaudes, dicas in Christo non fuisse peccatum; cum ille in Dialogo illo, quem sub nomine Attici & Critobuli, mira & ut talem fidem decebat venustate composuit, etiam quinti evangelii quod a se translatum dicit, testimonio nititur ostendere, Christum non solum naturale, verum etiam voluntarium habuisse peccatum, propter quod se cognoverit Iohannis baptismate diluendum?* Sed mera haec fuit Pelagianorum calumnia, ut patet ex Hieronymi libro Dialogorum tertio, initio fere haec scribentis: *In evangelio iuxta Hebraeos, quod Chaldaico quidem Syroque sermone, sed Hebraicis literis scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazaraeni, secundum Apostolos, sive, ut plerique autumant, iuxta Matthaeum, quod & in Caesareensi habetur bibliotheca, narrat historia: Ecce Mater Domini, & fratres eius dicebant ei: Iohannes Baptista baptizat in remissionem peccatorum; eamus & baptizemur ab eo. Dixit autem eis: Quid peccavi, ut vadam & baptizer ab eo? nisi forte hoc ipsum quod dixi, ignorantia est*. Huius evangelii Nazaraeorum meminit alibi S. Doctor, praecipue lib. 4. comment. in Matth. in cap. 23. *In Evangelio*, inquit, *quo utuntur Nazaraeni pro filio Barachiae filium Ioiadae reperimus scriptum*: quam Hieronymi sententiam habes in Breviario Romano in tertia lectione ultimi nocturni in festo S. Stephani Proto-martyris. Ceterum mentitur Iulianus, dum quintum illud Evangelium a Hieronymo translatum dicit, neque Theodorus id vitio vertere debuit Hieronymo, qui quintum illud evangelium non approbavit: sed illius se usum testimonio dicit, quo Pelagianorum dogma de impeccantia etiam a Nazaraena Ecclesia damnatum fuisse, ostenderet: addit enim: *Quibus testimoniis si non uteris ad auctoritatem, utere saltem ad antiquitatem, quid omnes Ecclesiastici viri senserint*. Denique cum novam Scripturae sacrae translationem carpit, iterum Hieronymum designat: ille enim post Septuaginta Interpretes, post Symmachum & Aquilam, Damaso Pontifice iubente, vetus testamentum Graecae fidei reddidit, probata modo Ecclesiae interpretatione. Horum tamen calumnias repellit S. Doctor non uno loco, praesertim in Apologia secunda contra Rufinum. Illa notanda sunt: *Quod si apud Graecos post septuaginta editionem, iam Christi evangelio coruscante, Iudaeus Aquila, & Symmachus, & Theodotion Iudaizantes haeretici sunt recepti, qui multa mysteria Salvatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in hexaplis habentur apud Ecclesias, & explananatur ab Ecclesiasticis viris; quanto magis ego Christianus de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte*

fronte portans, cuius studium fuit omissa repetere, depravata corrigere, & sacramenta Ecclesiæ puro & fideli aperire sermone, vel a fastidiosis, vel a malignis lectoribus non debeo reprobari? Et his patet Theodorum contra Dialogorum libros scripsisse, & in uno Hieronymo omnium Catholicorum sententiam impugnasse: quod mox etiam fiet manifestum: Aram vero illum ignominiæ causa agnominavit, quod ἀρὰς Græce maledictionem sonat: quo nomine hostem compellando, Pelagio, sociisque Hierooymi hostibus serviliter assentatus est.

Porro quo evidens fiat, Theodorum Mopsuestenum purum putum Pelagianum fuisse, referam quæ ex eiusdem libris recitat Photius: *Sectæ vero illius*, inquit, *summa capita hæc fere sunt: homines natura, non voluntate peccare; natura, inquam, non ea qua præditus ab initio, conditusque est Adam (illam enim bonam, & boni Dei opus asserunt) sed ea quam post peccatum adeptus sit, quando per prævaricationem atque peccatum malam pro bona, mortalemque pro immortali commutavit. Hac quippe ratione natura quoque improbos effectos, qui antea natura boni fuissent, in natura iam, & non in voluntate peccatum sibi acquisivisse. Alterum deinde caput ex illo deductum: infantes, tametsi recens natos, peccati immunes non esse, cum ob Adæ prævaricationem natura in peccatis constituta, ad omnes eius posteros peccatrix, ut ipsi loquuntur, natura propagetur. Adserre autem ipsos & illud ait,* Ecce in iniquitatibus conceptus sum, *& si quæ sunt generis eiusdem. Sanctum ad hæc baptisma, sacrique corporis communionem in peccatorum remissionem; quin etiam ipsis infantibus allata hæc præbere ad propriæ opinionis confirmationem.* Vides Theodorum palam negare, pueros infectos peccato nasci, pro quo tolleodo illis sacrum baptisma impertiatur; impugnare celebrem illam humanæ naturæ considerationem iotegræ aote peccatum & immortalis, lapsæ vero & mortalis post culpam. Addit Hieronymum cum asseclis docere: *ne Christum quidem Deum, adsumpta nimirum peccatis infecta natura, sceleris purum esse*, subiungens: *non vere hos & natura, sed figura dumtaxat humanam ipsi naturam attribuere*. Mera hæc erat Pelagianorum calumnia, qua Catholicos onerabant: quam procul ab Ecclesiæ sensu arcet S. Augustinus passim in libris Operis imperfecti contra Iulianum. Quod autem Catholici ex Apostolo dicebant, Verbum venisse ad nos non in carne peccati, sed in similitudinem carnis peccati; neque enim naturam originali labe infectam assumpsit; inde illa de oostris portenta fingebant. Alium etiam oostris errorem imponit: *Matrimonium, vel certe congrediendi cupiditatem, & seminis missionem, omniaque similia quibus successione genus hominum propagatur, perversæ naturæ opera esse asserunt, in quam quidem per peccatum lapsus Adam, naturæ mox vitio malorum omnium examen in se susceperit. Hæc sectariorum dogmata sunt.* Hæc quoque famosa est calumnia Augustino & Orthodoxis omnibus a Pelagianis importata, cuius repellendæ gratia S. Doctor unum, & postea alterum librum De Nuptiis, & concupiscentia inscriptos emittere coactus est; probans matrimonium ac nuptias, semeo ceteraque instrumenta generationi ioservieotia bona esse, sed malam esse concupiscentiam, sine qua humana generatio non fit. Uode lib. 2. cap. 5. De Nuptiis, & coocupiscentia S. Pater interroganti Iuliano, utrum diversitatem sexuum dicamus ad Diabolum pertinere, an commixtionem, an ipsam fœcunditatem; hæc reponit: *Respondemus itaque nihil horum, quia & diversitas sexuum pertinet ad vasa gignentium, & utriusque commixtio ad seminationem pertinet filiorum, & ipsa fœcunditas ad benedictionem pertinet nuptiarum. Hæc autem omnia ex Deo. Sed iste in his omnibus noluit nominare concupiscentiam carnis, quæ non est a Patre &c.* Hæc autem Theodorum Pelagianum publicant; ubi etiam ex Photio docet: *Iam inde ab initio quidem formatum esse mortalem Adam, sed Deum, ut scilicet peccatum odissemus, ita tantum simulasse, quasi pro peccato pœnæ loco mors imposita fuerit.* Et hoc sane capitale Pelagii dogma extitit: *Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, mortuus fuisset.* Quod, in Palæstina Synodo ne damnaretur, ipse damnavit, uti sexcenties Pelagianis Augustinus exprobrat. Photius qui cetera non aoimadvertit, & eam quam Theodorus describit, in Occidente hæresim fuisse arbitratus est, illam tamen Theodori assertionem de naturali Adami conditione mortali reiicit ac detestatur. P. Lupus in veterum lectione summa cum laude

Psal. 50.

laude versatus, in Dissertatione de Synodo Ephesina cap. 1. codicem Theodori a Photio productum, putat a quodam incerti nominis Pelagiano elucubratum: *& ex illo*, ait, *Theodorus, adeoque & Nestorius didicerunt pelagianizare*. Labitur vir eruditus: nam liber ille cuius excerpta refert Photius, ab ipsomet Theodoro scriptus fuit: neque ex illo Theodorus didicit pelagianizare, sed in eodem idemmet pessime pelagianizavit, quod ex Photio, & ex proxime dicendis certissimum est. Eidem tamen Lupo laudi detur, quod primus Theodorum Pelagianum publicavit.

Hæc quidem scripseram, cum in quædam memoratorum Theodori voluminum fragmenta incidi, ad verbum mihi hic prorsus inserenda. Cum Romæ Reverendissimus Pater Laurentius Brancatus eximius nostræ ætatis Theologus, Scoticæ Academiæ ob præclara ac cedro digna volumina edita præsidium ac decus, idemque Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus, præ singulari qua literarum studiosos fovet humanitate, insigniores quosdam laudatæ Bibliothecæ codices evolvendi potestatem mihi fecisset, hos inter legi volumen Palatinum MS. numero 234. cui Commonitoria Marii Mercatoris ab Eminentissimo Bona mihi indicata inserta sunt: quod cum curiosius perscrutarer, *Theodori* quædam fragmenta fol. 89. inveni, eiusdem dubio procul Mercatoris industria excerpta ac Latio donata: quæ cum Theodori adversus peccati originalis assertionem argumenta contineant, libuit hic eadem subnectere, & quidem mendis plurimis expurgata.

Constat, inquit Mercator, *hunc Theodoretum per hæc quæ scripta sunt cum Nestorio ac Theodoro iure damnari. Cuius autem perfidiæ sit etiam præfatus Theodorus, ex scriptis eius quæ de Græcis transtulimus, approbemus*. THEODORI MOPSUESTENI EPISCOPI *de secundo codice lib. 4. folio decimo, contra S. Augustinum defendentem originale peccatum, & Adam per trangressionem mortalem factum Catholice disserentem.*

Tantis extantibus quæ demonstrent, Adam sic ex terra formatum, ut mortalis prorsus existeret, erga cibum proprium voluit occupare sermonem, nec exinde volens advertere veritatem, pro dogmate vero seductorio ex mendacio adminationem iungens, non ait: mortales eritis, sed morte moriemini; *prorsus existentibus natura mortalibus inferre mortis experientiam comminatus: quam etiam iuxta morem propriæ benignitatis ad effectum perducere distulit. Sicutque cum dicit:* Qui effuderit hominis sanguinem, sanguis eius pro eo fundetur; *non hoc dicit, quia qui occiderit hominem, erit mortalis, sed quia dignus est huiusmodi morte damnari: sicut impræsentiarum dixit*, morte moriemini; *non quod tunc mortales fierent, sed quod digni essent qui mortis sententiam per transgressionem referrent. Sed & divinam sententiam quam post peccatum Deus Adæ inferre videtur, adverte: sic enim dicit:* Quia audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi, de hoc solo non comedere, ex eo comedisti; maledicta terra in operibus tuis: in tristitia comedes eam omnibus diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos proferet tibi: & comedes fœnum agri, & in sudore vultus tui comedes panem tuum, donec revertaris in terram. *Homo autem per hæc omnia natus est, quod verum mox ambitum habiturus esset, cum labore deinceps fructus de terra sumpturus, quibus aleretur atque subsisteret, nequaquam habens, ut pridem, tantam propositam largitatem, quanta ex paradisi copia fruebatur. Non enim operari terram pro supplicio dedit Deus, quasi ex immortali natura in mortalitatem homines transferens: quandoquidem, & paradisum ei ut operaretur, & custodiret indixit; pro tanta vero pristina largitate & voluptate paradisi, ærumnosam eius fore sustentationem de terræ fructibus comminatur. Nam prorsus ita mortalis factus, & tunc paradisi fructibus indigebat, sicut nunc terræ fructus inquirit, & pro supplicio pristinis fraudatus deliciis, hac ærumnosissima laboriosissimaque conversatione mulctatur. Unde ad postremum consequenter adiecit:* Quia terra es, & reverteris in terram. *Hæc etiam mortalitatem naturæ significant. Non enim immortali, & tunc primum incipienti sententiam mortis excipere, sicut sapientissimi defensores peccati originalis, immo potius patres peccati mirabiles asseverant, vocabulum huic terræ imposuit: sed ut ab exordio naturaliter effecto mortali, appellationem hanc congruere indicavit divina scriptura, hoc de hominibus vocabulum ad ostensionem corruptibilis eorum naturæ sæpius assumens:* nam recordatus est, *inquit*, quia pulvis sumus: homo sicut fœnum dies eius, &

Gen. 2.
Gen. 6.
Gen. 3.
Ibidem.
Psal. 102.

sicut

ficut flos agri, ita florebit, quia ſpiritus pertranſibit in eo, & non erit amplius locus eius. *Vult autem dicere, quod corruptibiles & reſolubiles omnes ſumus in modum fœni parumper florentis, pereuntiſque poſt paululum. Nam ad breve quidem tempus, ut iam diximus, ad non exiſtendum deinceps omnimode pervenimus: ſicut & Abraham,* Gen. 18. Ego ſum, *inquit*, terra & cinis, *pro eo ac ſi diceret, non ſum dignus cum Deo conloqui homo factus e terra, & omnimodis hoc futurus. Magis ergo dicere debuit, quia terra eris, & in terram reverteris: ſiquidem tunc primum fieret natura mortalis.*

Eiuſdem Theodori ex II. Codice libro III. ante quatuor folia finis libri.

Sed nihil horum perſpicere potuit mirabilis peccati originalis aſſertor, quippe qui in divinis Scripturis nequaquam fuerit exercitatus, nec ab infantia iuxta B Pauli vocem ſacras didicerit literas: ſed ſive de Scripturæ ſenſibus, ſive de dogmate ſæpe declamans, multa frequenter inepta propoſuit, contraria videlicet ipſis Scripturæ dogmatibus, quæ plurimis impudenter exprompſit. Nam potentiæ metus nullum contra ſinebat effari, ſed tantummodo taciti, qui divinarum Scripturarum habebant notitiam, detrahebant. Noviſſime vero in hanc dogmatis recidit novitatem, qua diceret, quod ira atque furore Deus Adam mortalem eſſe præceperit, & propter eius unum delictum cunctos necdum natos homines morte mulctaverit. Sic autem diſputans non veretur, nec confunditur ea ſentire de Deo, quæ nec de hominibus ſanum ſapientibus, & aliquam iuſtitiæ curam gerentibus umquam quis æſtimaret. Sed nec illius divinæ vocis recordatus eſt, quod non diceretur ul- Ezech. 18. *terius iſta parabola in Iſrael:* Patres manducaverunt uvam acerbam, & filiorum dentes obſtupeſcunt: quia hæc dicit Adonai Dominus: dentes eorum qui manducaverunt uvam acerbam, obſtupeſcent. *Oſtendens per hæc, quod alterum pro altero iuxta quorumdam errorem Deus omnino non puniat; ſed unuſquiſque pro delictis ſuis redditurus eſt rationem. His conſonans Beatus* Rom. 2. *quoque Paulus adnectit:* Deus, *inquit*, qui reddet unicuique ſecundum opera ſua; Galat. 6. *&*: unuſquiſque noſtrum onus ſuum por- Rom. 14. tabit; *&*: tu qui iudicas fratrem tuum, aut tu quare ſpernis fratrem tuum? omnes enim adſtabimus ante tribunal Chriſti. *Sed vir mirabilis propter unum peccatum Adæ Deum tanto furore commotum*

A *arbitratus eſt, ut vellet illum atrociſſimæ pœnæ ſubdere, & ad univerſos omnes poſteros eius parem ſententiam promulgare: inter quos quanti iuſti fuerint, non facile numerare quis poterit. Ex quibus eum maxime conſiderare convenerat, quod valde videretur incongruum Noe, Abraham, David, Moyſem, & reliquos innumerabiles iuſtos obnoxios pœnæ redditos ob unius delictum, & unum atque ex guſtu arboris adprobatum; & quod ſic ultra modum iuſtitiæ iram ſuam Deus extenderit, ita ut poſterorum virtutes cunctas abiiceret, eoſque propter unius peccatum Adæ tanto ſupplicio manciparet. Nam & ſi nihil aliud,* B *ſaltem de Abel mente, perpendens convenienter æſtimare debuerat, qui primus iuſtus exiſtens, primus eſt mortuus. Et ſiquidem mortem Deus ad pœnam ſtatuerat hominum, quomodo non impietatis erat extremæ, vivere quidem eum qui fuit cauſa peccati, vivere etiam cum illo & Evam malitiæ repertricem (prætermitto autem Diabolum in immortalitate hactenus perdurantem) primum vero iuſtum repertoremque virtutis, primumque divini cultus curam gerentem, ante omnes pœna peccantium fuiſſe perculſum. Oportebat autem ſapientiſſimum virum & de Henoch, qui non eſt mortuus, diligenter expen-* C *dere: non enim tanta virtute, vel pietate præditus fuit, ut melior omnibus exiſteret, Moyſe dico, & Prophetis, Apoſtoliſque, & reliquis omnibus de quibus ait beatiſſimus Paulus:* quibus dignus non erat mundus; *ita* Hebr. 11. *ut illis mortuis ipſe ſolus ſine mortis experientia perduraret. Sed iam ab initio Deus hoc habuit apud ſe definitum, ut primum quidem mortales fierent, poſtmodum vero immortalitate gauderent, ſic ad utilitatem noſtram fieri ipſe diſponens.* Et poſt paulum. *Manifeſtius*, inquit, *hæc eadem Deus oſtendit, cum transfert Henoch, & immortalem facit. Nam ſi per peccatum cauſa ſupplicii* D *Deus intulit mortem, nec olim definitum hoc habuit, apud ſe ineffabiliter pro nobis iuxta propriam ſapientiam cuncta diſpenſans; nequaquam Henoch quidem immortalis exiſteret, Dominus autem Chriſtus ad mortis experientiam perveniret.* Et poſt paulum. *Idcirco*, inquit, *Dominus auctor omnium bonorum hominibus factus eſt, ut ſicut Adam primi & mortalis ſtatus extitit inchoator, & ipſe ſecundi & immortalis ſtatus initiator exiſtens, primitus Adæ prioris naturalia cuſtodiret, dum naſcitur ex muliere, dum pannis involvitur, & paulatim ætatis incrementa ſortitur. Lucas enim inquit:* Proficic- Cap. 2.

bat

bat ætate, & ſapientia eoram Deo & hominibus, *dum circumciſionem ſuſcipit, dum iuxta legalem conſuetudinem Deo adſtitit in templo, pareutibuſque ſubiicitur, & converſationi legitimæ mancipatur: ſic etiam ad expletionem reliquorum, & mortem, ut pote naturæ tributam, poſtremo ſuſcipit, ut ſecundum legem humanæ naturæ moriens, & a mortuis divina virtute reſurgeus, initium cunctis hominibus, qui mortem ſecundum propriam naturam ſuſcipiuut, fieret, ut a mortuis ſurgant, & ad immortalem ſubſtautiam commutentur. Sicut enim conformes Adæ ſecundum ſtatum præſentem ſumus omnes effecti, ſic Chriſto Domino iuxta carnem confor-*
Philip. 3. 21. *mes efficiemur iu poſterum*. Transfigurabit enim corpus humilitatis noſtræ confor-
1. Cor. 15. 48. mes fieri corporis gloriæ ſuæ. *Et*: Qualis terrenus, tales & terreni, qualis cæleſtis, tales & cæleſtes, & ſicut portavimus imaginem terreni, portemus etiam imaginem cæleſtis. *Oſtendens, quod primi ſtatus Adæ participes effecti, neceſſario etiam ſecundi Adæ Chriſti Domini ſecundum carnem futuri ſtatus participinm conſequemur: utpote qui ex hac eadem natura conſtet exortus, & cuncta, quæ fuerant naturæ, ſuſceperit, & ideo ſuſtinuerit mortem, ut mortem naturæ ſuſcipieus, & a mortuis reſurgens, naturam liberam a morte perficeret, & mortem quidem propterea ſuſcepit, peccatum vero uequaquam, ſed ab hoc immunis omniuo permanſit: quod enim erat naturæ ideſt mortem indubitanter aſſumpſit, peccatum vero, quod non erat naturæ, ſed voluntatis, nullo pacto ſuſcepit, quod ſi ſuiſſet iu natura peccatum iuxta ſapientiſſimi huius eloquium, peccatum in natura prorſus exiſtens neceſſario ſuſcepiſſet.*

Eiuſdem Theodori de Codice II. ex lib. III. fol. XVIII.

Si, inquit, *peccaturum Deus ueſciebat Adam, ſit horum ſapiens ſapieutiſſimorum & iſta reſponſio, quod hoc inſaniſſimum eſt vel in cogitatione percipere: manifeſtum eſt, quod & peccaturum eum noverat, & propter hoc proculdubio moriturum. Quomodo ergo non eſt extremæ dementiæ credere, quod primitus eum immortalem in ſex horis fecerit: uam tantæ fuerunt a conditione eius uſque ad commiſſionem peccati, quandoquidem ſexto die factus e terra, & comedens contra diviunm mandatum, de paradiſo pulſus eſt, mortalem vero poſt peccatum monſtraverit. Cer-*
A *tum eſt enim, quia ſi eum immortalem eſſe voluiſſet, uec intercedens peccatum Dei ſententiam commutaſſet: quia nec Diabolum fecit ex immortali mortalem, equidem cunctorum malorum exiſtens principium.*

Eiuſdem Theodori II. Codice ex lib. III. fol. XXV.

Non euim, inquit, *his qui ab Adamo uſque ad adventum Chriſti Domini in tantis fuerunt impietatibus & iuiquitatibus, quantas B. Paulus propriis verbis expreſſit, ut in ſuperioribus ex eius declaratum eſt vo-*
B *cibus, tamquam magnum quiddam reſurrectionis collaturus eſt præmium, ſi eos ſuppliciis quibuſdam ſine fine, & ſine correctione tradiderit. Nam ubi iam loco muneris reſurrectio computabitur, ſi pœna ſine correctione reſurgentibus iuferetur?* Et poſt paulum. *Quis*, inquit, *ita demens, ut tantum bonum credat materiam fieri reſurgentibus infiniti ſupplicii, quibus utilius erat omnino non ſurgere, quam tantorum & talium malorum poſt reſurrectionem, ſub infinitis pœuis experientiam ſuſtinere.*

Hos vero Theodori libros, quorum excerpta Mercator literis conſignavit, eſ-
C ſe illos ipſos, quorum Photius ſuperius laudatus meminit, certum eſt: hic enim ſcribit ibidem, Theodorum *Origenis ſaltem de fine ſuppliciorum muſſitare ſententiam*: quod Origenis delirium de futuro in die iudicii ſuppliciorum inferni fine, Theodorum tradidiſſe, ex adductis eiuſdem a Mercatore verbis intelligimus. Puto etiam hoſce Theodori libros eoſdem eſſe, qui in Synodo V. collat. 4. eum pleriſque eiuſdem voluminibus nominantur ſub hoc titulo: *Ex libro quinto commeuti de creatura*, ubi hæc Theodori verba recitantur: *Ideo in duos ſtatus diviſit Deus crea-*
D *turam præſentem & futuram; in illo quidem ad immortalitatem & immutabilitatem omnia ducturus, in præſeuti vero creaturam in mortem & mutabilitatem iuterim dimittens: nam ſiquidem ſtatim ab iuitio immortales uos fecerit & immutabiles, nullam differeutiam ad irrationabilia haberemus, proprium neſcieutes bonum &c.* Cur vero in memorata ſynodo in qua Theodori errores diſcuſſi ſunt, impiæ eiuſdem adverſus originalis peccati aſſertionem argumentationes in examen vocatæ non fuerint, illud in cauſa fuit, quod iam inde ab initio Theodorus tamquam Neſtoria-

A næ hæresis magister a catholicis statim post celebratam Synodum Ephesinam publicatus fuerat, pravæque eiusdem de Christi Incarnatione sententiæ ab aliis passim disseminatæ: unde ob easdem præcipue auctor hæreseos accusabatur, omissis aliis plurimis eiusdem erroribus. Ita etiam in Constituto Vigilii Papæ, ubi tot hæretica Theodori asserta referuntur, nullus eiusdem de peccato originali error memoratur, sed solummodo impiæ de Christo opiniones.

Porro licet in illis quinque libris contra Hieronymum præsertim Theodorus scripserit; (illius enim fama toto Oriente B personabat) Augustini etiam libros de Peccatorum meritis & remissione impugnavit, itemque epistolam 89. ad Hilarium. Etenim Hieronymus in fine Dialogorum pauca tantum verba pro peccato originali adstruendo habet: laudat vero pro ea re operosa Augustini volumina de Peccatorum meritis & remissione in Asiam ad se delata, quæ cum Theodorus in Hieronymi Dialogis legerit, eadem quæsivisse indubium est, præsertim cum ex Photii excerptis constet, ea Theodorum impugnasse, quæ apud Augustinum tantum de originis reatu C explicata leguntur. Unde recte Mercator, qui Theodori libros legit, scriptos illos dixit *contra S. Augustinum defendentem originale peccatum*. Profecto Pelagius eiusque discipuli laudata Augustini volumina una cum epistola ad Hilarium, quæ in Synodo Diospolitana contra eosdem lecta fuerat, ad novum sectæ patronum misere, quo catholicorum conatus per eumdem infringerent. Puto autem Theodorum quinque illa volumina exarasse circa annum 416. etenim Theodorus, referente Photio scribit, Hieronymum *libros de recens a se excogita-* D *ta hæresi compositos, ad populares suos in patriam transmittere*: cum vero illos Hieronymus emiserit anno 415. eosdem anno sequenti Theodorus vano ac infelici labore confutare conatus fuit. Et quidem cum anno 418. Zosimus Papa Pelagium, eiusque hæreses condemnasset, encyclicas contra eumdem literas publicavit: quas Marius Mercator in Commonitorio ad Theodosium Imperatorem missas testatur *ad Orientales Ecclesias, Ægypti diœcesim, & Constantinopolim, & Thessalonicam, & Hierosolymam*, & inferius de eadem epistola ait: *Per totum orbem missa subscriptionibus Sanctorum Patrum est roborata*. Quare certum est, Alexandrum Antiochenum, qui id temporis Orientales Ecclesias uti Patriarcha regebat, eamdem encyclicam Zosimi per universam Orientis diœcesim publicasse: contra quam Theodorus tam multa scribere minime ausus fuisset, nec dixisset Occidentales ea hæresi infectos, ut ex eodem Photio habemus, cum Orientales Ecclesiæ Occidentalium Patrum sententiam uti orthodoxam subscripsissent.

CAPUT X.

Synodus Carthaginensis, & Milevitana contra Pelagium ac Cælestium celebrantur. De Milevitanis canonibus contra Pelagianos aliorum sententiæ expenduntur.

Orosius ex Oriente in Africam cum sacris Stephani reliquiis appulerat, quæ non uno loco summa pietate ac veneratione receptæ plura miracula edidere: de quibus Evodius Uzalensis librum scripsit, qui in appendicem tomi decimi Augustiniani reiectus fuit. Ille quidem recta ad Augustinum perrexit, eique tum Hierosolymæ, tum Diospoli in Pelagii causa gesta significavit; literas etiam ostendens, quibus Eros ac Lazarus Africanos Episcopos de Pelagii dolis certiores reddebant. Augustinus his probe cognitis ægre tulit, Orientales Antistites hæretici arte deceptos. Quare auctor Orosio fuit, ut Aurelium Primatem Carthaginensem, qui primus Cælestium anathemate percusserat, conveniret, eique gestorum in Palæstina seriem exponeret. Aurelius rem ad provinciæ Proconsularis Synodum referendam duxit, quæ ubi Carthagine convenit, Pelagianorum causa ab Episcopis LXVIII. cognita est. Patres re serio agitata, ac iis repetitis, quæ *ante ferme quinquennium* contra Cælestium statuta fuerant, simulque gesta in Palæstina considerantes, ubi Pelagius a provinciali Synodo absolutus fuerat, in hanc sententiam descendere: *Etiamsi Pelagius Cælestiusque correcti sunt, vel se ista numquam sensisse dicunt, & quæcumque scripta contra eos prolata fuerint, sua esse negabunt, nec est quemadmodum de mendacio convincantur; generaliter tamen quicumque dogma-*

dogma-

dogmatizat & affirmat humanam sibi ad vincenda peccata, & Dei mandata facienda sufficere posse naturam, & eo modo gratiæ Dei, quæ Sanctorum evidentius orationibus declaratur, adversarius invenitur: Et quicumque negat, parvulos per baptismum Christi a perditione liberari, & salutem percipere sempiternam, anathema sit. Quibus Pelagii ac Cælestii personæ parcentes, eorumdem errores anathemate confixerunt. Porro quo maior decreto vis inesset, illud per literas Innocentio Papæ subscribendum mi sere una cum epistolis Erotis ac Lazari, quas ab Orosio se accepisse Patres testantur in literis Synodalibus, quæ apud Augustinum epist. 90. leguntur.

Paulo post etiam a Numidis celebratum est concilium Milevitanum. Est autem Milevis Numidiæ urbs, cuius sacris id temporis Severus præfectus erat: unde patet errare eos, qui hanc Synodum in insula Melita coactam putant. Convenere ad hunc consessum unus & sexaginta Episcopi, quos inter Sylvanus Numidiæ Primas ac concilii præses, Augustinus, & Alipius. Erat Sylvanus Episcopus Zumensis, & anno 411. tempore collationis Carthaginensis uti Numidiæ Primas encyclicas subscripserat, uti lib. 2. cap. 7. dicemus. Discussa est Pelagianorum causa: nihil tamen contra Pelagium aut Cælestium decretum fuit; sed eosdem uti novorum dogmatum inventores, per literas apud Innocentium Papam accusarunt: in quibus hæc inter cetera conscripsere: *Ut ergo alia omittamus, quæ contra sacras scripturas plurima disserunt, hæc interim duo, quibus omnino totum, quod Christiani sumus, nituntur evertere, quæ fidelia corda sustinent: non esse rogandum Deum, ut contra peccati malum, atque ad operandam iustitiam sit noster adiutor: & non opitulari parvulis ad consequendam vitam æternam Christianæ gratiæ Sacramentum.* Insinuarunt postea, Pontifici Cælestium in Asia ad presbyteratum irrepsisse, Pelagium vero Hierosolymis subsistere, laudantes interim Hieronymum adversus eosdem acriter decertantem. Epistola Synodica est inter Augustinianas 92. Numidæ mitius eo in conventu egere, quam Patres Carthaginenses: nam Pelagianos nullo anathemate percusserunt, sed causam ex integro Romano Pontifici iudicandam detulere. Harum Synodorum mentionem facit S. Prosper in carmine contra Ingratos cap. 2.

A

Tu causam fidei flagrantius Africa nostræ
Exequeris, tecumque suum iungente vigorem
Iuris Apostolici solio, fera viscera belli
Conficis, & lato prosternis limite victos.
Convenere tui de cunctis urbibus almi
Pontifices, geminoque *senum celeberrima* cœtu
Decernis quod Roma probet, quod regna sequantur.

Hi conventus circa autumnum huius anni 416. celebrati fuisse videntur: nam exeunte Ianuario anno sequenti, utrique epistolæ Innocentius respondit.

B

Collectores Conciliorum edidere Synodum Milevitanam coactam, ut in titulo prænotatur, Arcadio & Honorio Augg. Coss. in qua leguntur statuti canones viginti septem, quorum octo priores Pelagianorum hæresim damnant. Cardinalis Baronius præ singulari qua pollebat eruditione, recte observavit, nullos in ea Synodo canones contra Pelagianos potuisse decerni: quippe quæ anno 402. quo fratres Augusti ultimum simul consulatum gessere, celebrata fuit: quo tempore nondum Pelagianorum nomen orbi innotuerat. Ibi autem recte monet, farraginem illam septem & viginti canonum,

C

quos veteres Synodorum collectores per satyram congestos unius Synodi Milevitanæ nomine inscriptos publicarunt, ad diversa Africana Concilia pertinere. Idem tamen arbitratur, octo canones contra Pelagianos, qui ibidem leguntur, non a priori, sed a posteriori Milevitana Synodo anno 416. decretos esse. Digestores vero Conciliorum eiusdem urbis nomine deceptos tradit, itemque *quod utrumque generale concilium fuerit, quibus & unus idemque Aurelius Carthaginensis Episcopus præfuit.* Hæc ille ad annum 402.

D

pag. 164. Baronii sententiam sequuntur eiusdem exscriptor Binius, & in recenti Conciliorum editione Philippus Labbæus: qui pariter Binii tantum notas satis ieiune exscripsit, nihil tamen de Vossii ac Iansenii sententia prælocutus, qui negant octo memoratos canones contra Pelagianos Milevi editos fuisse: quæ etiam sententia placuit Chiffletio in notis ad canonem 50. Ferrandi pag. 287.

Existimo ex viginti septem canonibus, qui vulgo Milevitani dicuntur, tres tantum a priori Synodo ea in urbe habita exaratos fuisse: nempe XIII. XIV. &

XV. reliquos vero alienum fundum occupare. Etenim cum anno 419. in Synodo Carthaginensi recitarentur statuta omnium conciliorum, quæ sub Aurelio Primate in Africa celebrata fuerant, tres tantum canones memorati Milevitanæ priori Synodo deputati sunt, ceteris reapse duobus conciliis Carthaginensibus adscriptis. Primi VIII. canones editi fuerunt, ut mox probabo, a plenaria Synodo Africana Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. anno 418. quando Pelagiana hæresis in universali ex Africa concilio primitus damnata fuit. Canones vero sequentes IX. X. XI. XII. XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. statuti fuerunt a Synodo Carthaginensi Honorio VII. & Theodosio iterum Augg. Coss. anno 407. Canones XXI. XXII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. leguntur iisdem omnino verbis prolati in plenaria Synodo proxime memorata anni 418. Profecto canon XXVII. est ab illa Synodo alienus: nam illic legitur subscriptus Donatianus Teleptensis primæ sedis; cum certum sit anno 402. quando Synodus Milevi habita fuit, Mizonium fuisse Episcopum primæ sedis in Byzacena provincia. Erat Mizonius anno 397. Byzacenorum Primas ex codice laudato, ubi recitatur Synodus Cæsario & Attico Coss. celebrata. Idem pariter memoratur inferius in Synodo indicta Stilichone iterum & Anthemio Coss. anno 405. & vivebat anno 411. ut deducitur ex gestis collationis Carthaginensis capite 173. quo tempore Donatianus nondum ad Primatum provinciæ evaserat, ut dicemus inferius cap. 13. In codice Africanorum conciliorum a capite 53. sex tantum isti canones Milevitanæ priori Synodo adscribuntur. I. Quinam Episcopi alios debeant præcedere. II. De archivo, & matricula Numidiæ. III. De Quodvultdeo Episcopo. IV. De Maximiano Episcopo. V. De epistola diem consecrationis Episcoporum exprimente. VI. De Lectoribus ad alienas ecclesias non promovendis. Cur enim, si Milevitana Synodus tot canones disciplinæ Ecclesiasticæ pernecessarios præscripsisset, in illa eorumdem repetitione anno 419. ab Aurelio iniuncta prætermissi fuissent, & diversis aliis conciliis deputati? Ferrandus Diaconus Carthaginensis in collectione canonum, laudat duo huiusce Milevitani concilii statuta: titulo X. Ut Episcopus ordinatus ab ordinatore literas accipiat: & tit. LXXVII. Ut nullus Episcopus prioribus suis se audeat anteponere. Qui duo canones vere a Milevitanis Patribus emanarunt; nusquam vero ullum aliorum canonum ex iis, qui vulgo Milevitani dicuntur, sub titulo huiusce Synodi adducit. Immo tit. XXX. recitat canonem, quo urgente necessitate, virginis consecratio ante annum vigesimum quintum permittitur: appellat autem non Synodum Milevitanam, sed Carthaginensem, licet inter canones Milevitanos sit vigesimus sextus. Est autem canon XVIII. Synodi Carthaginensis anno 418. celebratæ, & recte ab eodem Ferrando uti canon decimus octavus eiusdem concilii adducitur. Præterea titulo XLIII. recitat canonem ex concilio Carthaginensi tit. 9. quo appellationes ad Imperatorem Episcopis interdicuntur. Hic etiam canon est inter Milevitanos undevicesimus, & vere statutus fuit a Synodo Carthaginensi anno 407. Tamdem tit. CLXIII. laudat canonem, quo continentia præcipitur iis, qui uxores aut viros dimittunt, illumque attribuit Synodo Carthaginensi proxime memoratæ tit. 7. non vero Milevitanæ anni 402. cum tamen titulo 17. ibidem insertus legatur. Ex quibus evincitur, canones Milevitanos a Conciliis Carthaginensibus statutos fuisse teste eiusdem Ecclesiæ Carthaginensis Diacono sanctissimo ac doctissimo. At neque octo illi canones contra Pelagianos adscribi possunt Synodo posteriori Milevitanæ. quoniam nusquam S. Augustinus canones huius Synodi appellat, sed literas tantum ab Africanis scriptas ad Innocentium laudat. Epistola 95. *De conciliis duobus*, inquit, *provinciæ Carthaginensis, atque Numidiæ ad tuam sanctitatem a non parvo Episcoporum numero subscriptas literas misimus contra inimicos gratiæ Christi*. Si vero canones condidissent, memoratis literis adnexi legerentur, eosque Innocentio approbandos misissent. Rursus epist. 94. ad Hilarium ait: *Iam enim cum ista scriberem, cognoveramus in ecclesia Carthaginensi adversus eos Episcopalis concilii conditum fuisse decretum per epistolam sancto & venerabili Papæ Innocentio dirigendum; & nos de concilio Numidiæ ad eamdem Apostolicam Sedem iam similiter scripseramus*; & antea præmittit hæc ipsa: *Nova quædam hæresis inimica gratiæ Christi*

conatur

conatur exurgere, sed nondum evidenter ab Ecclesia separata est. Porro decretum Carthaginensis concilii hic ab Augustino laudatum in hæc verba in epistola Synodali conceptum legitur: *Id communi deliberatione censuimus, huiusmodi persuasionis auctores, quamvis ad presbyterium idem Cælestius postea pervenisse dicatur, nisi hæc apertissime anathematizaverint, ipsos anathematizari oportere, ut si ipsorum non potuerit, saltem eorum, qui ab eis decepti sunt, vel decipi possunt, cognita sententia, quæ in eos lata est, sanitas procuretur. Hoc itaque gestum Domine Frater sancte, caritati tuæ intimandum duximus, ut statutis nostræ mediocritatis etiam Apostolicæ Sedis adhibeatur auctoritas*. Ex quibus constat Africanos nullos contra Pelagianos canones statuisse, sed oi palinodiam errorum canerent, a fidelium communinne eosdem removendos duxisse. At octo illi cannnes a Baronio his Synodis provincialibus Africæ deputati anathemate sigillatim clauduntur, ut iam ea sentientes, quæ per illos damnantur, *evidenter ab Ecclesia separati* appareant: cuius opppositum contigisse Augustinus Hilario per literas conrestatus est. Idem epistola 106. ad Paulinum ait: *Missæ sunt itaque de hac re ex duobus conciliis, Carthaginensi & Milevitano relationes ad Apostolicam Sedem*. Nullos itaque canones Africani condidere; sed integram Pelagianorum causam ad Romanam Ecclesiam detuleruot. Hinc Cælestinus Papa, ut vulgo putant, in literis ad Gallicanos Episcopos cap. 10. scribit: *Illud etiam, quod intra Carthaginensis Synodi decreta constitutum est, quasi proprium Apostolicæ Sedis amplectimur:* statimque subiungit quosdam canones Milevitano concilio a Baronio attributos, qui tamen Carthaginensi ibidem adscribuntur, & quidem plenario ex universa Africa coacto. Postremo cum præterita concilia tempore Aurelii in Africa celebrata anno 419. in plenaria Synodo Carthagine indicta repetereotur, canones illi octo recitati sunt ex concilio Honorio XII. & Theodosio VIII. Augg. Coss. Kalendis Maii Carthagine peracto ex cap. 76. Cod. Africani. Ex his patet perperam tomo 4. Concil. edit. regiæ illos octo canones cum reliquis attribui Synodo Milevitanæ II. cui ibidem canone ultimo dicitur præfuisse Aurelius cum Donatiano Primate Byzaceno, ac provinciarum legatis. Ete-

A nim huic præsedit Sylvanus Zumensis cum Numidiæ Episcopis: neque fuit concilium generale, ut putavit Baronius, cuius verba superius dedimus, sed provinciale ex epigraphe epistolæ 92. apud Augustioum.

Augustinus fidei causam omni conatu adversus Pelagianorum insidias defensurus, privatas etiam ad Innocentium literas dedit: quibus tamen ut maius auctoritatis poodus inesset, easdem ab Alipio, Evodio, ac Possidio subscribendas curavit. Hi quidem olim Augustino convixerant, atque ex Augustiniano Hippo- B nensi monasterio oobiles in Africana ecclesia sedes adepti erant. Alipius Tagastensis Episcopus scientia & auctoritate percelebris, rebusque contra Pelagianes gestis insignis, sæpius nobis inferius commendabitur. Evodius militia relicta ac Christianis sacris initiatus, monachum cum Augustino concive induerat, & paulo post Uzalæ io provincia proconsulari Antistes consecratus, anno 404. contra Donatistas a Synodo Africana legatus ad Honorium missus fuit. Hic Synodo Carthaginensi hoc anno contra Pelagianos peractæ non interfuerat: non C enim in literarum epigraphe nominatur. Possidius erat Episcopus Calamensis, & anno 410. publica legatione contra eosdem Donatistas apud Imperatorem perfunctus fuit; eiusque opera factum est, ut Hoorius Marcellinum in Africam summa cum potestate mitteret, a quo anno sequenti indicta collatiooe Carthaginensi, Possidius unus e septem Episcopis fuit, qui contra Donatistas disputarunt. Egit pariter Augustinus cum Aurelio, ut & ipse tanquam Primas Africæ laudatæ epistolæ nomen daret. Ceterum in his literis Augustinus fucis D omnibus abrasis, suis coloribus Pelagianam fraudem depinxit. Insinuavit Innoceotio, vulgo iactari, Pelagium plures Romæ patronos habere; nonnullos, quod Pontificem in eadem sententia cum Pelagio esse sibi persuadebant, ceteros, quod Pelagio falso eos errores adscribi arbitrabantur. Dein pluribus in Pelagianam hæresim invectus, quo de facie tota ab Innocentio cognosceretur, Pelagii librum ab eiusdem discipulis sibi proditum eidem misit. Ne vero Pontifici tot curis occupato multum laboris iniiceret, asteriscis capitales eiusdem errores notavit.

Addidit

Addidit etiam volumen de Natura & gratia, quo librum hæresiarchæ confutaverat, itemque epistolam abs se ad Pelagium datam, qua respondebat alteri ab ipsomet Pelagio in sui defensionem perscriptæ: curavit autem per Summum Pontificem eamdem transmittere, ut Pelagius magis eum qui misisset, quam qui scripsisset, attenderet. Insinuavit etiam Pontifici, Pelagium aut Romam acciendum, ut divinæ gratiæ suomet ore palam sine ambagibus testimonium daret, vel hoc ipsum per literas agendum. Nondum etiam ad se delata significavit gesta Synodi Palæstinæ, ex quibus Pelagii sententia melius cognosceretur, & concludit epistolam: *Utrum etiam noster rivulus licet exiguus ex eodem, quo etiam tuus, abundans, emanet capite fluentorum, hoc a te probari volumus, tuisque rescriptis de communi participatione unius gratiæ consolari*. Hanc epistolam una cum literis utriusque Synodi Carthaginensis, & Milevitanæ Iulius Episcopus Romam ad Innocentium tulit. Palladio interea Syracusas navigante Augustinus scripsit ad Hilarium, cunctorum quæ tunc in Africa contra Pelagianos gesta fuerant, eumdem certiorem reddens: nam & ante biennium alias ad illum literas dederat, quibus excitatas Syracusis a Cælestii discipulis quæstiones enodarat. Prius etiam scripserat Augustinus ad Iohannem Hierosolymitanum, cum accepisset ab Orosio, quantam Pelagio advocationem commodasset, rogans eumdem, ut gesta Synodalia in Africam transmittere dignaretur: ea etenim ab Africanis enixe desiderabantur. Cum vero diu diuque responsum expectasset, iterato ad eumdem scripsit. Ea autem est epistola 252. in qua hæc habet, quibus nimius Iohannis erga Pelagium amor significatur: *Pelagium vere fratrem nostrum, filium tuum, quem audio, quod multum diligis, hanc illi exhibeas suggero dilectionem, ut homines qui eum noverunt, & diligenter audierunt, non ab eo tuam Sanctitatem existiment falli*. Cumque sibi certo Augustinus persuaderet, ambiguo gratiæ vocabulo Iohannem a Pelagio forte decipi, non solum eumdem fraudis admonuit, verum etiam librum Pelagii, & suum de Natura & gratia trans-

A misit, rogans Iohannem, ut Pelagium erroris admoneret hæc præfatus: *Si diligitis Pelagium, diligat vos etiam ipse, immo magis se ipsum, & non vos fallat*. Video scriptores Carmelitas Baronio subinfensos, quod Iohannem Pelagianismi incusarit. Illud tamen certum est, Augustinum aperte docuisse, Iohannem Pelagii sententiam in congressu Hierosolymitano expugnasse: hæc enim ad perpetuam Iohannis commendationem in lib. de Gestis Pelag. cap. 30. scripta reliquit, nempe *ipsum giganteos montes adversus supereminentiam gratiæ cælestis structos, tribus divinorum*

B *testimoniorum tamquam fulminum ictibus deiecisse*. Iohannes quidem non Pelagii sententiam tenuit, sed Pelagium suam ipsius tenere existimavit: in quo deceptus est. Sed haud mirum, cum hæreticus ipsum Romanum Pontificem Zosimum iis quoque artibus circumvenerit. Num vero Iohannes libros ac literas ab Augustino missas acceperit, in incerto est: paulo enim post diem obiit succedente Praylo, qui Pelagio impensius initio & ipse favebat.

Cum Synodalia gesta de more literis mandanda essent, quo posterorum me-

C moriæ traderentur, utraque Synodus eam provinciam Augustino imposuit: qui Hipponem rediens, quo diligentius iniunctum munus exequeretur, cuilibet se adeundi facultate interdicta, per quinque dies gesta disposuit: quæ postea ad plerosque subinde, ut occasio ferebat, ipse transmisit. Hæc pro concione Hippone recitavit Augustinus: *Placuit*, inquiens, *mihi & vobis propter curam scripturarum, quam mihi Fratres & Patres mei Coepiscopi duobus Conciliis Numidiæ & Carthaginis imponere dignati sunt, ut per quinque dies nemo mihi molestus esset. Gesta con-*

D *fecta sunt: placuit, acclamastis. Recitatur placitum vestrum, & acclamatio vestra:* ep. 110. Quæ tamen non adeo constanter affirmare ausim, quin de aliis forte Synodis illa melius accipi possint: quorum enim tum in Numidia, tum in Proconsulari provincia synodi cogebantur: illa vero Augustinus pro concione dixit anno 426., ut recentiora videri cuipiam possit concilia laudasse, quam olim ante decennium celebrata.

CAPUT

CAPUT XI.

S. Innocentius Papa Pelagianos damnat: paulo post obit: eiusdem mortis tempus aliud a vulgari chronologia probatum. Augustinus contra Pelagii sectatores ad Paulinum scribit.

Anno CCCCXVII.

INnocentius Pontifex Africanorum Patrum literis a Iulio Episcopo acceptis anno 417. re mature considerata Pelagianorum hæresim damnavit. Acceperat idem paulo ante gesta Palæstina, B quibus evolutis probe se cognovisse testatus est, Pelagium *obiecta partim vitando, partim interpretando, partim ad tempus negando tota se obscuritate confudisse*, epist. 96. inter Augustinianas. Quare in Pelagium ac Cælestium novis istis ex Africa literis excitatus anathema pronuntiavit, quod ibidem epist. 93. ad Milevitaoos tale est: *Quare Pelagium Cælestiumque idest inventores vocum novarum, quæ sicut dixit Apostolus, ædificationis nihilum, sed magis vanissimas consueverunt parere quæstiones; ecclesiastica communione privari,* C *Apostolici vigoris auctoritate censemus, donec resipiscant de diaboli laqueis, a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem, eosque interim ovili Dominico non recipi, quod ipsi perversæ viæ secuti tramitem, deserere voluerunt. Datum VI. Kal. Februarias Honorio Aug., & Constantio V.C. Coss.* Postridie vero nempe V. Kal. Februar. rescripsit Patribus Carthagineosis Synodi. Io plerisque tamen codicibus MSS. eadem die utraque epistola data legitur: at privatis literis Aurelii, Alipii, & Augustini respondit Innocentius pridie Kal. Februarias: nam e codice Corbeieosi hanc earumdem subscri- D ptionem profert Sirmondus lib. 2. Propem: eap. 2. *Data pridie Kal. Februarias post consulatum gloriosissimi Theodosii Aug. VII. & Iunii Quarti Palladii V.C.* Porro in epistola ad Augustinum scribit, a laicis quibusdam gesta se Palæstina accepisse: indeque satis colligi, Pelagium suæ absolutioni non fidere: quippe qui oec illa ad se perferenda curasset, nec ab aliquo iudicum ad Sedem Apostolicam mittendum pro sui defensione testimonium impetravisset: haud illum sibi per literas Romam accersendum, sed huic potius fe-

A stinaodum, quo correctus vel coram vel per literas absolutionem obtineat: eiusdem Pelagii librum se evolvisse, multis illum blasphemiis scatere, nihil in illo quod placeret, nihil quod non displiceret, assertum: ipsius vero Augustini epistolam latius cootra Pelagium disputantem *integra ratione consistere, ut & illis omnem tollere posset errorem, & idoneum dato cuiuis nostræ legis exemplo, quem sequi debeat, dignum possit præbere Doctorem.* Hæc Innocentius.

Augustinus amicorum tamdem industria Palæstinæ Synodi gestis aceeptis, B quod vulgo in illa Pelagius absolutus ferebatur, quasi illi Episcopi in eiusdem sententiam pedibus ivissent, operæ pretium duxit librum condere, quo gesta illa orbis catholico exponens, hæretici vafrramenta propalaret, eiusque dolos apertissime demonstraret, simul etiam doctos ac pios Antistites defenderet, qnos fama erat, Pelagianos errores plenis suffragiis approbasse. Librum ergo de Gestis Palæstinis, seu ut alii malunt de Gestis Pelagii, (& hic plane titulus libri legitur) conscriptum Aurelio Carthaginensi nuncupavit, *ne illo velut absoluto* (de C Pelagio loquitur 2. Retract. cap: 47.) *eadem quoque dogmata putarentur iudices approbasse, quæ ille nisi damnasset, nullo modo ab eis nisi damnatus exisset.* Hic liber de Gestis Palæstinis diu latuit, tamdemque in Fesulana Canonicorum Regularium bibliotheca inventum Velserus edidit. Ego Romæ in bibliotheca Vaticana inter eodices olim Ducum Urbini numero CXVIII. aliud eiusdem exempli volumeo pulcherrimis caracteribus exaratum legi.

Innoceotius Pootifex damnatis Pelagianis, quasi nihil unde plus gloriæ ei- D dem adiici posset, esset reliquum, paulo post ad superos evocatur IV. Idus Martii. Video insignem Annalium scriptorem ad annum 417. scribere, S. Innocentium diem obiisse V. Kal. Augusti: quo die eiusdem memoria ab Ecclesia celebratur. Scio Panvinum meum in Chronico Ecclesiastico asserere, Innocentium mortuum anno superiori 416. Verum ab utriusque sententia discedo. Certe Panvini opinio evidenter refellitur ex subscriptione literarum S. Innocentii ad Synodum Milevitanam inter epistolas Augustini 93. datæ enim dicuntur *sexto Kal. Februarias*

rias

rias Honorio & Constantio V. C. Coss. ubi plane designatur præsens annus 417. quo Honorius XI. Constaotius vero alterum consulatum gessit: nam primum consul hic fuit cum Constante anno 414. tertium vero cum Theodosio Augusto anno 420. Baronii & omnium fere sententia ex Anastasio desumpta inde nobis non probatur, quod in omnibus aotiquis Martyrologiis S. Innoceotii Papæ mors recitatur die duodecima Martii. Edidit Bollandus martyrologium S. Hieronymi ante mille annos vetustissimis caracteribus exaratum, ubi legitur: *IV. Idus Martii Romæ depositio S. Innocentii Episcopi.* B Huoc vero non Romanum Episcopum, sed alterius sedis Præsulem Romam profectum, ibique postea mortuum, idem Bollandus existimat. Sed est vetustissimum martyrologium, quod Rosvveydus vir eruditus vocat *fontem omnium aliorum martyrologiorum*, missum ex urbe ad Aquileiensem Antistitem a Romano Pontifice: quod etiam *antiquum* Bollaodus nominat. Porro ad IV. Idus Martii scriptum ibi legimus: *Sanctorum Pontificum Gregorii & Innocentii*. Idem habet martyrologium editum a Luca Holstenio una cum actis martyrum Felicitatis & C Perpetuæ. Hoc item constat ex martyrologiis Bedæ & Adonis, qui auctores antiqui fuot, & ex vetustioribus codicibus sua martyrologia exscripsere. Beda scribit: *IV. Idus Martii Romæ S. Gregorii Papæ &c. Eadem die B. Innocentii Papæ, qui rexit Ecclesiam annos XV. menses duos, dies 21. Hic constitutum fecit de Ecclesia, & Pelagium & Cælestium hæreticos damnavit.* Bollandus addit: *Si aliunde certiora judicentur, ea ut Lector amplectatur, suademus.* Sunt plane eam in rem certiora eruditissimi ac sanctissimi viri verba, quæ omne posthac dubium tollaot. Paschasinus Lilybæi in Sicilia Episcopus, qui D Apostolicæ Sedis Legatus in Synodo celeberrima Calchedooensi primo loco sedit, in epistola ante 64. Leonis ita scribit: *Tempore recordationis Domini mei, prædecessoris vestri Zosimi anno consulatus Honorii Augusti XI. & Constantii II. tunc enim cum declinaretur, ne decimo Kaleud. Maii dies Paschæ teneretur, celebratum est octavo die Kal. Aprilis.* Et postea: *Cum sanctæ memoriæ Domiuo quondam meo, ac beatissimo Papa Zosimo &c. illa nocte, quæ lucescebat in diem Dominicam X. die Kal. Maii fons sacer hora competenti repletus est.* Ecce testimonio viri Zosimi quondam clientis sedisse hunc ipsum Pontificem anno 417 tempore Paschatis. Baronius ad annum 453. scribit, datas hasce literas anno 454. quod in illis solvitur dubium de Paschate anni 455. de quo Leo etiam scripsit ad Iulianum Coensem. Vir insignis cyclos minime advertens, non uno loco procul a vero abit. Anno 455. dies passionis Dominicæ accidit X. Kal. Maii Cyclo Lunæ XIX. Solis XVI. lit. B. itemque IX. Kal. Maiarum dies Sabbato occurrit. At anoo, de quo Paschasini literæ loquuntur, *dies passionis XI. kalendas Maii occurrit*, ac *IX. Kal. Maiarum die, Dominica dies* obvenit. Est plaoe ex recitatis caracteribus annus 444. qui fuit Bissextilis Cyclo Luoæ VIII. Solis V. lit. B. A. quo anno festivitas Paschalis peracta fuit die 23. Aprilis, de qua eo tempore gravis orta erat controversia, quam Paschasinus solvit. Hoc etiam ostenditur ex consulatu Aetii II. & Sigesvulti, a quo annus, de quo scribit Paschasinus, ut ibi testatur, est *octavus embolismalis*. Nam cum illi magistratum inieriot anno quadringentesimo trigesimo septimo, quando incepit cyclus ille octo annorum, patet annum 444. ibidem designari. Quod autem in eisdem literis legimus anoum, de cuius Paschate controvertitur, esse a consulatu Antonini & Syagrii *sexagesimum quartum*, (fuere consules anno 382.) ex librariorum errore descendit: est enim LXIII. atque ita se legisse in Sirmondiano codice testatur Petavius lib. 2. Doctr temp. cap. 62. Quare cum literæ Paschasini superiori anno datæ sint, liquet eas scriptas fuisse anno 443. qui fuit vigesimus sextus a Paschate sub Zosimo a Latinis citra tempus debitum celebrato. Hæc diligentius discussimus, ut literas easdem anno 417. viciniores ostenderemus, ne Paschasini forte memoriæ vitio illa de Zosimo verterentur. Præterea in chronico Iornandis apud Hermannum Contractum legimus: *Anno 417. quæstio de huius anni Pascha oritur sub Zosimo.* Hoc ergo anno erratum est in Paschatis celebratione: oam peractum illud fuit die 25. Martii, eum celebrandum fuisset die 22. Aprilis. Prosper in chronico ait: *Theodosio VII. & Palladio Coss. Zosimus succedit Innocentio regnans annum unum, menses novem,*

novem, dies octo. Cum vero certum sit apud omnes, Zoſimum mortuum die 26. Decembris, eius electio cadit circa diem 17. Martii, vacante ſede quinque dumtaxat diebus. Idatius Epiſcopus, qui iuvenis ſub Innocentio vixit, initium & finem Pontificatus Innocentii duplici caractere cæleſti ſignat: *Arcadii* 8. *Solis facta defectio tertio Idus Novembris feria II. Romanæ Eccleſiæ XXXVIII. habetur Epiſcopus Innocentius*. Altera etiam eclypſi deſignat annum obitus eiuſdem: *Honorii* 24. *Solis facta defectio die* 14. *Kal. Auguſti, qui fuit V. feria Romanæ Eccleſiæ XXXIX. præſidet Epiſcopus Zoſimus*. Initia Innocentii recte ſtatuuntur anno octavo Arcadii, (cum Honnrio fratte die 17. Ianuarii anno 395. imperare cœpit) nempe anno 402. Addit Idatius fuiſſe Olympiadis 295. annum ſecundum, quo ſane anno die 11. Novembris ſemihora poſt ortum Solis cœpit Romæ videri eclypſis, quæ duravit horis 2. 16 Sole in gradu Scorpii 20. 12. Verum Idatius minus recte feriam ſecundam eo anno in tertiam Iduum Novembris incidiſſe putavit: fuit feria III. Cyclo Lunæ IV. Solis XIX. lit. E. Rurſus erravit Idatius, dum annum mortis Innocentii ſtatuit 418. quo Honorii 24. & ſecundus Olympiadis 299. concurrunt, quo anno XIV. Kal. Auguſti accidit eclypſis, de qua Chronicon Alexandrinum: *Honorio XII. & Theodoſio VIII. Coſſ. His Coſſ. Solis eclypſis accidit menſe Iulio XIV. Kal. Aug. die Veneris hora octava*. De hae etiam ſcribit Philoſtorgius lib. 12. num. 8. *Quod menſe Iulio in decimam nonam progreſſo circa octavam diei horam Sol adeo defecerit, ut & ſtellæ lucerent*. Incepit Romæ hora poſt mediam noctem 11. 31. duravit hora 1. 48. Sole in Cancri gradu 27. 55. Erravit etiam ponens ea die 19. Iulii feriam V. fuit enim feria VI. ut diſette tradit Chronicon laudatum Cyclo Lunæ I. Solis VII. lit. F. Denique idem lapſus eſt, dum Innocentium XXXVIII. Romanorum Pontificum nuncupavit, qui XXXX. dicendus erat, unde & Zoſimus ſedit XXXXI. Auguſtinus epiſtola 165. ad Generoſum exacte a D. Petro uſque ad Anaſtaſium Innocentii deceſſorem, Romanorum Pontificum catalogum deducit, eſtque illi Anaſtaſius XXXIX. a D. Petro. Atque hæc de tempore obitus S. Innocentii, euius memoria die 28. Iulii tecolitur; quod forte

A ea die a Sergio II. eius reliquiæ tranſlatæ ſunt in titulum Equitii.

Hic Innocentius relatus eſt inter Divos, atque ab Auguſtinianis ſumma religione colitur, quod primus Romanorum Pontificum S. Auguſtini ſententiam contra Pelagianos in ſynodo Milevitana latam, Apoſtolica auctoritate firmavit. Idem vero Auguſtinum impenſius amavit, habuitque cum illo familiare literatum commercium: quarum nonnullas ſalutationis tantum gratia ſcribere ſolebat, ut patet ex epiſtola 97. inter Auguſtinianas, ubi Auguſtinum *Cariſſimum* nuncu-
B pat. Gennadius in lib. de Illuſtr. Scipt. cap. 43. hæc ait: *Innocentius urbis Romanæ Epiſcopus ſcripſit decretum Occidentalium Eccleſiarum & Orientalium adverſus Pelagianos datum, quod poſtea ſucceſſor eius Papa Zoſimus latius* (non latinis ut vulgo legitur) *promulgavit*. Neſcio quid Orientalis Eccleſia ante Innocentii decretum ſtatuerit contra Pelagianos. In ſola ſynodo Dioſpolitana eorum cauſa agitata eſt: in quo iudicio Pelagius abſolutus fuit, licet reapſe coactus fuerit ad errores obiectos anathematizandos, quod ſexcenties Pelagianis Auguſtinus exprobrat.
C Sane Innocentius noluit approbare acta ſynodi Palæſtinæ: *Unde*, inquit epiſt. 96. ad Auguſtinum, *non poſſumus illorum nec culpare, nec approbare iudicium, cum neſciamus utrum vera ſint geſta, aut ſi vera ſunt, illum*, (Pelagium ſcilicet) *conſtet magis ſubterfugiſſe, quam ſe tota veritate purgaſſe*. Photius Cod. 54. ſcribit, Pelagianos in Oriente ab Alexandrina Eccleſia fuiſſe damnatos: *Eiecti ſunt*, inquit, *qui ita ſenſerunt ex Eccleſia velut hæretici temporibus Theophili Alexandrini & Innocentii Romani Antiſtitis*. Errat Photius: nam Theophilus *lethargo correptus obiit*
D *conſulatu Honorii IX. & Theodoſii V. XV. die Octobris* ex Socrate lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 7. anno ſcilicet 412. At eo anno adhuc Pelagiana hæreſis latebat, neque uſquam prætetquam Catthagine, inſonuerat. Præterea cum Valerianus ſervus Pelagianus Alexandriam ſe recepiſſet, Euſebius Cyrillum Theophili nepotem monuit, ne hæretico locum daret, cum a ceteris Orientalibus Pelagiani expellerentur: *Quomodo nunc*, inquit, *cum beatæ memoriæ Innocentius Pelagium Cæleſtiumque cum ſuis capitibus condemnarit, cunctis eos abiicientibus Orientalibus, Alexandrina Eccleſia*

in communionem receperit: quæ sola & prima inter comprovinciales suos tales refutare debnerat? Nihil hic de lata a Theophilo in Pelagianos sententia dicit: quod tamen nepoti avunculi decretorum ad reprehensionem usque in causa Chrysostomi tenacissimo inculcandum fuerat. Hinc patet, Ecclesiam Orientalem tempore Theophili nihil statuisse contra Pelagianos: unde deceptus est Vossius, qui lib. 1. hist. Pelag. cap. 39. Theophilum inter Pelagii damnatores numerat, Photii testimonio deceptus.

Baronius Anno 416. Num. 14. legens laudatum Gennadii caput 43. putavit Innocentium præter literas adversns Pelagianos ad Africanas synodos datas, condidisse etiam decretum contra eosdem: quod postea Zosimus ad universos orbis Episcopos direxit. Sed non possum his assentiri, cum huius decreti nusquam mentionem fecerit Angustinus. Hic epistola 47. scribit ad Valentinum, mittere se omnia decreta in causa Pelagianorum, ibique nnmerat tres Afrorum epistolas, itemque tria Innocenrii ad eosdem rescripta: rursus concilii Africani lreras ad Zosimum datas, eiusdemque ad universos Episcopos rescriptum: ubi altum de hoc asserto Innocentii decteto silentium. Sed nec putandum est, idem decretum ab Innocentio morte prævento non fuisse publicatum, quod postea Zosimus præstitit. Etenim cur Zosimus initio Pelagianis eredebat? Et quidem cum Cælestius, frandibus per Africanos palam nondum factis, iterum a Zosimo audiretur, Pontifex Innocentii tantum literas ad Carthaginensem & Milevitanam synodum obiecit: quod non uno loco repetit Augustinus. Lib. 2. ad Bonif. cap. 3. ait: *Insuper etiam Cælestium se purgare molientem ad consentiendum supradictis Sedis Apostolicæ literis crebra interlocutione constrinxerit*. Et lib. 2. de Pec. orig. cap. 7. testatur Zosimum instasse Cælestio, *ut Sedis Apostolicæ literis, quæ a sanctæ memoriæ suo præcessore manaverant, præberet assensum*. Sane Innocentii decretum Zosimus Cælestio opposuisset, si in Ecclesiasticis scriniis illud invenisset. Quare Gennadius nomine decreti illud tantum intellexisse dicendus est, quod in memoratis Innocentii literis ad Africanos Patres contra Pelagianos statutum fuerat. Scio Erasmum scribere, Innocentium in dictis literis *suo more sævum potius quam eruditum* apparere, cuius censura sine reprehensione ita a Vossio recitatur libro 1. cap. 27. *An vero epistolæ istæ tanto sint dignæ Antistite, cum quoquam contendere nolumus. Negabat sane id magnus Desiderius*. Verum epistolæ illæ commendantur ab Augustino lib. 1. con. Iul. cap. 4. *Quid enim*, inqnit, *potuit vir ille sanctus Africanis respondere conciliis, nisi quod antiquitns Apostolica Sedes & Romana cum ceteris tenet perseveranter Ecclesia?* & quibusdam eiusdem sententiis laudatis, *Huic responde*, inquit, *immo ipsi Domino, cuius ille Antistes usus est testimonio*. & lib. 2. ad Bonif. cap. 3. *Literis beatæ memoriæ Papæ Innocentii de hac re dubitatio tota sublata est*, & cap. 4. recensitis earumdem literarum verbis exclamat: *Quid ista Sedis Apostolicæ sententia clarius, atque manifestius?* vide lib. 2. de Pec. orig. cap. 8. & 9. Cur enim imperitus censor sævitiem Innocentio exprobat? quod Pelagianos damnavit, quos ille forte voluisset absolvere? Illos tantum uti morbidas oves a catholicis caulis exclusit. At hoc Africanæ synodi antea peregerant, quæ prima hæreticis pœna decernitur. Ineruditum stylum carpit. Ergcne & Sanctus Antistes manum tuæ ferulæ subiiciet, quo dictionis elegantiam vel invitus docearur? In illis literis non sævus, sed pugnax Innocentius exhibetur: plura enim eaque solida argumenta exerit, queis Pelagianam hæresim proscindit. Potuerat quidem plura ex sacris Scripturis testimonia educere, sed optime meminerat, scribere se synodis doctissimorum ac sapientissimorum Patrum. Hinc sunt eius verba in epistola ad concilium Carthaginense: *Possem plura dicere, nisi vos constaret cuncta dixisse*. Augustinus in epistola 106. ad Paulinum Nolanum Innocentii literas hoc grandi elogio exornat: *Scripsimus etiam ad beatæ memoriæ Papam Innocentium præter conciliorum relationes literas familiares, ubi de ipsa causa aliquanto diutius egimus. Ad omnia nobis ille rescripsit eodem modo, quo fas erat atque oportebat Apostolicæ Sedis Antistitem*. Quibus verbis Erasmi iudicium inscitiæ arguitur scribentis, in memoratis literis *ingenium & eruditionem tali dignam Præsule desiderari*.

Interea mortuo Innocentio, Pelagiani in Campania præcipue securius pro secta

loque-

loqoebantur. Nolæ enim nonnulli Pelagianos errores tanta pertinacia defendebant, ut assererent, parvulos sine baptismo decedentes damnari non posse: idqoe se adeo constanter tenere affirmabaot, ut vel Pelagium ipsum, si secus sentiret, se defetturos profiterentur. Paulinus illius urbis sacris præfectus erat: quem Augustinus ob singularem eruditionem ac pietatem mirifice colebat, vicissim & ipse a Paolino dilectus: erat eoim vetus utriusque amicitia ante annum 395. contracta ex epistola 36. ad Romanianum. Com vero S. Doctor probe sciret quaotum a Paulino Pelagius olim amaretur, idque etiam ex epistola ab anno 105. ad Paulinum a Pelagio scripta pateret, quæ teste ipso hæresiarcha apud Augustinum cap. 35. de Gratia Christi, *trecentis forte versibus* constabat, timuit oe Pelagius homini fucum faceret. Quare prolixam satis epistolam ad Paulinum perscripsit, qua certiorem eumdem fecit corum, qoæ tum in Africa per synodos Carthagine & Milevi habitas, tum Romæ per literas ab Innocentio gesta fueraot: quorum omnium exempla etiam ad ipsum, quo plenius instrueretur, transmisit; scribens insuper duodecim præsertim errores in synodo Palæstina Pelagio obiectos fuisse, quos ibi recenset, aitque: *Hæc omnia Pelagius sic anathematizavit, quod satis gesta ipsa testantur, ut nihil ad ea quoquo modo defendenda disputationis attulerit.* Ibidem etiam disputat de electorum prædestinatiooe, ac reproborum damnatiooe, tanta quidem dicendi copia, tantaque argumentorum subtilitate, ot nusquam forte melius. Hioc factum est, ut Semipelagiani, qui gratuitam Augustini prædestinationem respuebant, hanc quoque ad Paulinum epistolam improbarent ex lib. de Dooo perser. cap. 21. Has autem literas exaratas post Innocentii mortem compertum est: nam ibidem *beatæ memoriæ* Innocentium appellat; concludens epistolam ait: *Quæ autem, & de quibus audierimus, quæ multum dolemus, & facile credere nolumus, audiet a communi amico Sanctitas tua.* Quibus suspicor Iulianum io Campania Episcopum communem amicum ac Paulino vicioum, Pelagianis iam publice faventem designari.

A

CAPUT XII.

Pelagiani Zosimo Papæ imponere conantur. De Erote & Lazaro Pelagii accusatoribus nonnulla adnotantur, ac Fl. Dextri Chronicon redarguitur.

SEd ad Pelagium in Oriente degentem redeundum est. Eorum quæ apud Africam in synodo utraque gesta, & postea Romæ à S. Innocentio Apostolica
B
auctoritate firmata fuerant, fama in Asiam delata, Pelagius ac Cælestius, quo rebus suis consulereot, statim Pontificem adeundom sibi esse decreverunt. Itaque e re visum est, Pelagium literis, Cælestium eoram Romæ causam dicere. Scripserat enim Innocentius ep. 96. apud Augustinum de Pelagio: *Potest enim damnare quæ senserat, ac datis literis erroris sui, ut regressum ad nos decet, veniam postulare.* Quare Pelagius literas ad Innocentium dedit, quibus iniuste se infamari questus, Erotem ac Lazarum uti publicos calumniatores accusabat, quo-
C
rum falsis delationibus præsens quidem in Palæstina accusatus, sed plenis suffragiis a iudicibus absolutus fuerat. Ea vero quæ in Africa cootra se gesta fuerant, iisdem accusatoribus impellentibus, sine consultatione ac præcipiti deliberatione, decreta affirmabat. Quo vero facilius Romano Pontifici ea persuaderet, libellum suæ fidei, quem Symbolum dixit, ad eumdem transmisit, *in quo*, ut ait Augustious lib. de Grat. Christi cap. 32. ea de quibus non interrogabatur, pluribus prosecutus, *ab unitate Trinitatis usque ad resurrectionem carnis* late suam
D
fidem deduxit; illa autem quæ præcipue ab eo petebantur, paucis iisque ambiguis verbis inclusit, nempe: *Baptisma unum tenemus, quod iisdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in maioribus, asserimus esse celebrandum.* De libero vero arbitrio hæc posuit: *Liberum sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos semper Dei indigere auxilio, & tam illos errare qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum vitare non posse, quam illos qui cum Ioviniano asserunt, hominem non posse peccare: uterque enim tollit arbitrii libertatem. Nos vero dicimus, hominem semper & peccare, & non*

peccare posse, ut semper nos liberi confiteamur esse arbitrii. Hocce Symbolum inter opera D. Hieronymi diu circumlatum est, sed esse Pelagii patet ex S. Augustino in lib. de Gratia Christi cap. 32. & 33. quibus in locis adductas proxime hæretici sententias exeutiens, ambiguitatis plenas esse demonstrat. Nonnulla etiam fragmenta literarum Pelagii lege ibidem cap. 30. & 31. & sequentibus, in quibus Pelagius ex libris abs se editis, quos recenset, divinam semper gratiam semet asseruisse comprobare conatus est. Praylus Episcopus Hierosolymitanus, qui in demortui Iohannis locum suffectus fuerat, commendatitias pro Pelagii causa literas Romam una cum Pelagii eiusdem libello transmisit: nam Zosimus de Praylo scribit ad Africanos epist. 4. *Causæ Pelagii enixius adstipulator intervenit.* Putat Baronius Palladium Episcopum Helenopolitanum Origenistam celeberrimum, ac Pelagii hæresi qua apathiam docet, infectum Romam eum illis literis venisse, ut Pelagii causæ apud Pontificem patrocinaretur.

Cælestius Innocentii morte intellecta, Romam illico advolaverat: optime enim sciebat, fieri non posse ut Innocentius palinodiam caneret, quasi nimis præcipitem Afrorum Patrum relationibus adversus Pelagium eiusque asseclas fidem accommodasset. Itaque veteres ille amicos adit, præcipue vero Sixtum Presbyterum, quem ex Augustino epist. 104. Pelagiani *magnum suarum partium patronum* iactabant, *& de cuius amicitia plurimum efferebantur*, obtestatus se festinato iudicio inauditos, indefensos tum in Africa tum in Urbe esse damnatos: catholicam se doctrinam docere, nec latum quidem unguem ab illa discedere. Iulianus testatur, se duas ad Zosimum literas dedisse, quas hoc tempore scriptas credibile est, Pelagianis nervis omnibus pro obtinenda absolutione adnitentibus. Contexuit Cælestius suæ fidei libellum, quem Zosimo causam cognoscenti exhiberet: de quo hæc scribit Augustinus lib. de Pec. orig. cap. 23. *Item in libello quem Romæ dedit, cum fidem suam a Trinitate unius Deitatis usque ad resurrectionem, qualis futura est mortuorum, de quibus cum nullus interrogaverat, & unde illi nulla quæstio movebatur, quantum dicere libuit, explicasset &c.* Hae prorsus etiam ratione Pelagium libellum

A fidei, quem Symbolum vocavit, concinasse proxime diximus. Pontifex in basilica S. Clementis Cælestium in iudicium vocavit, qui Pelagianis omnibus dolis instructus tribunali stitit. In primis vero libellum obtulit, in cuius exordio causam his verbis præmunivit. *Si forte ut hominibus quispiam ignorantiæ error obrepserit, nostra sententia corrigatur*: ex Augustino laudato cap. 6. *Quam prælocutionem venerabilis Papa Zosimus tenens egit cum homine, quem falsæ doctrinæ ventus inflaverat, ut ea quæ illi a Diacono Paulino* (nempe anno 412. Carthagine coram An-

B relio) *fuerant obiecta, damnaret, atque ut Sedis Apostolicæ literis, quæ a sanctæ memoriæ suo præcessore manaverant, præberet assensum: at ille noluit quidem Diaconi obiecta damnare, sed B. Papæ Innocentii literis non est ausus obsistere, immo se omnia quæ sedes illa damnaret, damnaturum esse promisit*: ibidem cap. 7. Et quidem Pontifex hac interrogatione Cælestium strinxit: *Illa omnia damnas, quæ iactata sunt de nomine tuo?* Cui ille: *Damno secundum sententiam beatæ memoriæ præcessoris tui Innocentii*: idem lib. 2. ad Bonifacium cap. 4 Baronius uti diximus, scribit, obiectas

C esse Cælestio literas Innocentii ad universam Ecclesiam missas, quas post datas ad Africanos ab Innocentio compositas arbitratur: sed hoc superius reiectum est, & ex ipsa interrogatione Zosimi in libello Paulini aperte refellitur: siquidem Pontifex inquit: *Cognovisti quales literas dederit Sedes Apostolica ad Fratres & Coepiscopos Africanæ Provinciæ?* nec aliarum literarum ibi mentio ulla fit. Porro Cælestius in libello suæ fidei aperte negavit peccatum originis: nam hæc in illo sententia apud Aug lib. de Pec. orig. cap. 6. continebatur. *In remissionem autem pecca-*

D *torum baptizandos infantes, non iccirco diximus, ut peccatum ex traduce firmare videamur: quod longe a catholico sensu alienum est, quia peccatum non cum homine nascitur, quod postmodum exercetur ab homine, quia non naturæ delictum, sed voluntatis esse demonstratur.* Ex quibus sane mirum alicui videbitur, Cælestium non statim tamquam hæreticum condemnatum, cum aperte illa hæresis damnata fuisset eodem anno a S. Innocentio: libellum enim illum lectum in iudicio ipse Zosimus testatur in epistola ad Aurelium & collegas, quem tamen catholicum putavit. Huius au-

tem

tem rationem ipsius Augustini verbis expono: *Cum hoc Cælestius in suo libello posuisset, inter illa dumtaxat de quibus se adhuc dubitare & instrui velle confessus est, in homine acerrimi ingenii, qui profecto, si corrigeretur, plurimis profuisset, voluntas emendationis, non falsitas dogmatis approbata est: & propterea libellus eius catholicus dictus est, quia & hoc catholicæ mentis est, si qua forte aliter sapit, quam veritas exigit, non ea certissime definire, sed detecta ac demonstrata respuere. Hoc in illo factum esse putabatur, quando se literis beatæ memoriæ Papæ Innocentii, quibus de hac re dubitatio tota sublata est, consentire respondit:* lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. Zosimus Cælestium adeo promptam Innocentii literis obedientiam atque assensum profitentem haud damnandum iudicavit, sed ne illum absolvendum statim duceret, iudicium utriusque synodi Carthaginensis & Milevitanæ remorabatur. Quare eumdem anathemati Carthagine ante quinquennium in ipsum lato non exemit, sed gesta omnia in illo iudicio ad Africanos per Basiliscum cum literis transmisit: in quibus acrius invectus est in Erotem & Lazarum tamquam turbarum præsentium auctores. Quod vero ad causam spectat, hæc scripsit: *Unde in præsenti causa nihil præcox immaturumque censuimus, sed innotescere Sanctitatis vestræ super absoluta Cælestii fide nostrum examen, cui etiam prior libellus ab eo intra Africam testimonio apud nos esse debuisset, ne inexploratis famaque iactantibus tam facile crederetur. Quare intra secundum mensem aut veniant, qui præsentem redarguant aliter sentire, quam libellis & confessione contexuit, aut nihil post hæc tam aperta & manifesta, quæ protulit, dubii Sanctitas vestra resedisse cognoscat. Data ... Honorio XI. & Flav. Constan. Coss.* Ex quibus accusatores intra unum & alterum mensem Romam evocatos vides: quod etiam de se testatum reliquit Paulinus Diaconus in libello ad Zosimum, quem recitat Baronius anno sequenti.

Paulo post supervenere literæ Pelagii, qui cum callidius hæresim catholicæ doctrinæ fucis obduxisset, Zosimum magis Pelagianis propitium fecit, longeque eorumdem hostibus acerbiorem. Etenim Pontifex novis literis Aurelium ac ceteros Africanos Patres durius increpuit, dolens Pelagii ac Cælestii vices, qui cum catholica saperent, hæreseos damnati

A fuissent. Romæ vero literas Pelagii eiusque libellum, tum epistolam Prayli Hierosolymitani pro Pelagio publice recitandas iussit: de quibus hæc inter alia ad Aurelium ac collegas scripsit: *Literas quoque suas idem Pelagius purgationem continentes abundantissime misit, quibus & professionis suæ fidem, quid sequeretur, quidve damnaret, sine aliquo fuco, ut cessarent totius interpretationis insidiæ, cumulavit. Harum recitatio publica fuit: omnia quidem paria, & eodem sensu sententiisque formata, quæ Cælestius ante protulerat, continebant. Utinam ullus vestrum, dilectissimi Fratres,* B *recitationi literarum interesse potuisset! Quod Sanctorum virorum qui aderant, gaudium fuit? quæ admiratio singulorum? Vix fletu quidam se & lacrymis temperabant, tales etiam absolutæ fidei infamari potuisse? Estne ullus locus, in quo Dei gratia vel adiutorium prætermissum sit? &c.* Postea vero vehementius Pelagii accusatores increpans hæc addit: *Mirum est, si isti laicum virum ad bonam frugem longa erga Deum servitute nitentem falsis literis percellere voluerunt, qui in fratres & Coepiscopos tanta machinati sunt, qui tot tempestates Ecclesiæ reddiderunt. Non decet Episcopalem* C *auctoritatem, & præcipue prudentiam vestram ad levium susurrorum scripta pendere. Ecce Pelagius Cælestiusque Apostolicæ Sedi in literis suis & confessionibus suis præsto sunt. Ubi Eros? Ubi Lazarus? Erubescenda facta, & damnationibus nomina. Ubi illi adolescentes Timasius & Iacobus, qui scripta quædam, ut afferebatur .... Vos coniicite, si qui talia in Sede Apostolica profitentur, illa quæ de iisdem a pravis ac levibus auctoribus ac dubio rumore iactata sunt, oporteat credi.* Hæc Zosimus. Ex quibus Pelagianorum doli, quibus Summum Pontificem circumvenerant, suis coloribus D exprimuntur. Ex his postea literis, quæ Pelagianæ hæresis auctores tantopere commendabant, istis postea a Zosimo damnatis, Iulianus cum suis Sedem Apostolicam crimine prævaricationis aspergebat, de quibus inferius dicemus. Augustinus vero pro Zosimo hæc reposuit lib. 2. ad Bonif. cap. 3. *Quænam tandem epistola venerandæ memoriæ Papæ Zosimi, quæ interlocutio reperitur, ubi præceperit credi oportere, sine ullo vitio peccati originalis hominem nasci, nusquam prorsus hoc dixit, nusquam omnino conscripsit.* Et in fine: *Profecto quidquid interea lenius*

actum

actum est cum Cælestio, servata dumtaxat antiquissimæ & robustissimæ fidei firmitate, correctionis fuit clementissima suasio, non approbatio exitiosissima pravitatis. Et quod ab eodem sacerdote postea Cælestius & Pelagius repetita auctoritate damnati sunt, paululum intermissæ iam necessario proferendæ ratio severitatis fuit, non prævaricatio prius cognitæ, vel nova cognitio veritatis. Nulla pro Zosimo solidior apologia procudi potest. Literæ illæ Zosimi datæ sunt hoc aooo 417. XI. Kal. Octobris: credo vero Carthagine acceptas IV. Nonas Novembris: nam eo die per Basiliscum Subdiaconum Paulinus se intellexisse scribit Pontificis mandata, quibus Romam evocabatur.

Cum io recitatis Zosimi literis Eros ac Lazarus adeo severe perstriogantur, iidemque fuerint qui & coram in Palæstina contra Pelagium ac Cælestium Syoodum Diospolitanam per Eulogium Metropolitam indicendam curaverint, & postea per literas universam in utrumque Africanam Ecclesiam concitariot, operæ pretium duxi, noonulla hic de eisdem inserere. Eros Sancti Martini Turonensis Episcopi discipulus fuit: Lazarum etiam Turonensis Ecclesiæ presbyterum fuisse, ex eo arbitror quod in Taurineosi synodo Britium Turonensem Episcopum plurium criminum reum detulit. Eros Arelatensem, Lazarus Aquensem Ecclesiam, clero ac populo cootradicente invasere. Zosimus enim hæc de utroque ad Africanos scribit: *Patuit hos inobservatis ordinationibus, plebe, cleroque contradicente, ignotos, alienigenas intra Gallias sacerdotia vendicasse.* Augustinus initio libri de Gestis Pelagii ait: *Sancti fratres, & Coepiscopi nostri Galli Eros & Lazarus,* eosdemque Gallos Episcopos vocavit Pelagius apud Augustinum epist. 252. Lazarus quidem io Taurinensi concilio a Proculo, uti falsorum crimioum delator, reiectus fuerat: a quo tamen *post multos annos*, inquit idem Zosimus epistola quarta, *Sacerdos tyrannici iudicii defensor civitatis Aquensium &c. stetitque in eo hactenus umbra sacerdotii, donec tyranno imago staret imperii: quo loco post internecionem patroni sponte se exuit, & propria cessione damnavit.* Constantinus imperium in Galliis invaserat, quem Lazari patronum Zosimus vocat: at ille *post triennium invasæ tyrannidis ab Honorii duce Constantio intra Gallias occiditur*, eiusdem eapite in conto Ravennam delato XIV. Kalend. Octobris, Theodosio Augusto IV. Cos. Hæc testatur Idatius io Chronico, & in Fastis. Quare Lazarus anno 411. sponte Aquensis Ecclesiæ regimine se abdicavit, ne quid gravius ob tyranni amicitiam contra se ab Honorio statueretur. Paulo post etiam Eros populari tumultu ex Arelatensi sede deiicitur, Patroclo ad eamdem evecto. Prosper in Chronico ad consulatum Honorii IX. & Theodosii V. anno 412. ait: *Eodem tempore Eros vir sanctus, & B. Martini discipulus, cum Arelatensi oppido Episcopus præsideret, a populo ipsius civitatis, insons & nullis insimulationibus obnoxius pulsus est; inque eius locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris Constantii Magistri militum, cuius per ipsum gratia quærebatur: eaque res inter Episcopos regionis illius magnarum discordiarum causa fuit.* Baronius ad annum 412. addit: *Constantius, dum adversus sanctos Episcopos aggressus est inire certamen, expertus est pariter Deum ad postremum suis conatibus adversarium.* Idem etiam ad anoum 517. pag. 402. *De Lazaro*, inquit, *remansit obscura memoria, sed ex Erote Lazarum disce: quos enim calumnia par involvit, eamdem decorasse æqualem virtutem putandum &c.* Quæ quidem mihi non probantur, eum non Coostantii iussu, sed populari tumultu Eros Arelate eiectus fuerit: quod populi factum Apostolicam etiam Sedem ratum habuisse ex Zosimi laudata epistola colligitur: *Patuit hos*, inquit, *inobservatis ordinationibus, plebe, cleroque contradicente, ignotos, alienigenas intra Gallias sacerdotia vendicasse; quibus se ipsi propria abdicavere sententia, nosque licet & alia, tum eorum de se pœnitudinem secuti, sacerdotali eos loco, & omni communione submovimus.* Constantius Arelate ioclusus, eum diutius obsidionem tolerare noo posset, deposita purpura, ad Erotem coofugit: a quo & presbyter statim ordinatus est, ex Sozomeno lib. 9. cap 15. Hinc ob tyrannum sacro honore decoratum, Eros Arelatensium odium sibi contraxit. Sed neque Constaotius post Erotis depositionem quidquam mali ultore Numine passus est: immo ob egregie contra Tyrannos navatam operam, Placidiam Honorii sororem in uxorem obtiouit, ac quinquennio elapso, io imperii consortium assumptus fuit, ut cap. 19. dicemus.

dicemus. At Eros & Lazarus, cum Apostolicæ Sedis iudicio sese depositos cernerent, in longinqua ad insignium orbis catholici Episcoporum suffragia corroganda perrexere: uti olim Chrysostomus fecerat, qui e Constantinopolitana cathedra per vim eiectus, Occidentis Metropolitarum suffragia per literas petiit. Zosimus tamen utriusque Episcopi conatus increpans ait: *Ubi de Episcopatu abdicando agitur, maria terraque lustrantur, nec ulla suffragia prætermittunt &c.* Athanasius, Chrysostomus, aliique plurimi ab Episcopatu depositi, Apostolicæ Sedis ac primos Occidentis Metropolitas in subsidium contra adversantes Episcopos implorarunt: at a Pontificis Romani decreto ad alios Antistites appellare non licuit. Interim Eros ac Lazarus pro recuperanda dignitate in Orientem profecti Pelagium apud Eulogium Palæstinæ Metropolitam hæreseos accusarunt: quo ibidem per dolum absoluto, causam iterum ex integro cognoscendam Africanis Patribus per literas detulerunt: de quibus cap. 8. plura diximus. Anno 417. Lazarus in Gallias redierat, ac Proculo Massiliensi adhærebat. Etenim cum hic Patrocli Arelatensis iura invasisset, atque Ursum & Tuentium Episcopos consecrasset, Lazarus unus e tribus Episcopis fuit, qui ex antiquo Ecclesiæ ritu ad Episcopi consecrationem peragendam requiruntur: quæ ubi Zosimus Papa accepit, datis ad Africæ, Galliæ, & Hispaniæ Antistites literis, Proculum graviter increpuit, non modo quod alienæ diœcesis Episcopos consecrasset, verum etiam quod fuerit *Lazarus in consortio illicitæ ordinationis adscitus;* quem ibidem uti multorum criminum reum ab Aquensi Sede expulsum testatur. Hæ Zosimi literæ datæ sunt Honorio XI. & Constantio II. Coss. Ex his patet Chronicorum Fl. Dextri impostura: ibi enim ad annum 400. Eros Derthosanus, Lazarus Vicensis in Hispania Episcopi affirmantur. Enenim uterque in Galliis Episcopus fuit, & Lazarus a Proculo Massiliensi post annum 400. est consecratus: nam *post multos annos* a celebrata synodo Taurinensi, quam anno 397. Baronius peractam scribit, eumdem Aquensi Ecclesiæ præpositum laudatus Zosimus affirmavit. Bivarius Dextri commentator scribit, utrumque ex Aquitania eiectum novas in Hispania sedes obtinuisse, ac constare ex literis synodi Carthaginensis ad Innocentium, Erotem ac Lazarum fuisse in Hispania Episcopos. Sed oeuter in Aquitania Episcopus fuit, vivebatque adhuc in Galliis Lazarus anno 417. Illos vero postea in Hispaniam secessisse, gratis dicitur: neque id in laudatis literis Synodalibus legitur, in quibus nuda tantum Erotis ac Lazari nomina recitantur. Consulatur epistola 90. inter Augustinianas. Hæc de duobus illis Pelagii accusatoribus in veterum monumentis invenire potuimus.

CAPUT XIII.

Pelagianorum dolis per Africanos Patres detectis, Zosimus illos damnat. Synodi Africanæ canones contra eosdem recitantur. Honorius Imperator Pelagium ac Cælestium proscribit. Præfecti Prætorio edicti promulgatores ex Codice Theodosiano probantur, ac Salmasii de eisdem error castigatur.

Africani Præsules Zosimi literis acceptis, graviter conquesti sunt, post S. Innocentii sententiam iterum Romæ Pelagii ac Cælestii causam retractari, statimque per literas cum Zosimo egere, ne quidquam ante synodi Africanæ relationem de utroque decerneret. Indicitur autem plenarium concilium totius Africæ Carthagine. Romæ vero Pelagiani graves turbas dabant. Credo equidem nonnullos Episcopos illi sectæ adhærentes Romam advolasse, quo Pontificis animum in concepta semel erga Pelagii causam propensione retinerent: nam anno 419. plures Episcopi pro Pelagio cum Iuliano literas subscripsere, ut dicemus. Eorum tamen conatibus Constantius vir clarissimus, ac vicaria præfectura in Urbe perfunctus obviam ivit, pro gratia Dei adversus subdolos Pelagianorum conatus defendenda laborans. Unde *factione eorumdem* (do verba Prosperi in Chronico ad annum 418.) *multa mala pertulit, quæ illum Sanctis confessoribus sociarunt:* eius memoria recolitur in Romano Martyrologio 30. Novembris. Palladius in Lausiaca historia laudatis, qui Romæ vivebant, Macario ac Pammachio, ait cap. 124. *Constantius quoque*

Assessor

Assessor Præfectorum Italiæ, insignes viri & eruditissimi, qui pervenerunt ad summum pietatis & religionis. Baronius anno 418. nom. 1. putat, Romæ iterum causam Pelagianorum recognitam fuisse eodem tempore, quo in Africa pariter retractabatur, addens anno sequeoti 418. Cælestium libellum fidei exhibuisse: de quo plura ex S. Augustino ibidem recitat. Sed hæc facile reiiciuntur: nam libellus Cælestii hoc anno 417. publice coram Zosimo recitatus fuit in basilica S. Clementis. Audiatur Zosimus in epistola ad Aurelium data Hoonorio XI. & Flavio Constantio iterum Coss. hoc nempe anno 417. *Intromisso*, inquit, *Cælestio libellum eius, quem dederat, fecimus recitari*: quod etiam repetit in literis ad eumdem datis XI. Kal. Octobris: quæ literæ Carthagioem, uti ex Paulino diximus, advenere IV. Nonas Novembris, statimque Aurelius rescripsit, nc quid innovaretur aote Africanæ Synodi relationem. At Zosimus prioribus ex Africa literis acceptis, nihil ea in causa iosuper se egisse testatus est in epistola data 21. Martii anno sequenti ad Aurelium his verbis: *Idcireo noverit vestra Fraternitas, nihil nos post illas, quas superius vel literas vestras accepimus, immutasse, sed in eodem cuncta reliquisse statu, in quo dudum fuerant, cum hoc nostris literis vestræ indicavimus Sanctitati, ut illa quæ a vobis ad nos missa erat, obtestatio remaneret*. Quot vero literæ ultro citroque inter Afros & Zosimum id temporis volitarint, liquet ex Augustino lib. 2. ad Booif. cap. 3. *Tot enim*, inquit, *& tantis inter Apostolicam Sedem & Afros Episcopos currentibus & recurrentibus scriptis Ecclesiasticis* &c. Quod autem ait Baronius, Cælestium sese subtrahentem examini, coactum fuisse publice interroganti Zosimo respoodere, plane ad iodicium anno præsente peractum pertinet, in quo eumdem a Zosimo interrogatum ex Augustino & Paulino diximus: oam cum anno 418. post allatas Romam Africanorum literas examini se subduxisset, (videbat enim dolos ac fraudes nudatas) statim sententia io illum ac socios publicata fuit, oec ad aliud iudicium tractus est. Hoc ex Augustino patet, qui cum dixisset, allatas fuisse Romam Africanorum literas, quibus Pelagianorum præstigiæ Zosimo detegebaotor, hæc addit: *Tunc ergo, cum eius præsentia posceretur, ut certis ac dilucidis responsionibus vel astutia hominis, vel correctio dilucesceret, & nulli ambigua remaneret, se subtraxit, & negavit examini. Nec differendum iam fuerat, sicut factum est, quod aliis prodesset, si nimium perversorum pertinaciæ dementiæque non posset* lib. 2 ad Bonif. cap. 3. ex quibus oullum postea iudicium ea io causa habitum fuisse monstratur.

Inierant consulatum Augusti Honorius XII. & Theodosius VIII. qui fuit annus 418. quo Pelagiana hæresis in toto orbe catholico tum sacris Pontificis decretis, tum Imperatorum sanctionibus damnata fuit: sed Africani Patres & præsertim Augustinus, ea fulmina procuderunt, quæ a Romano Præsule validiori brachio eiaculata, novorum gigantum superbiam deiecere. Ineunte anno Africani Episcopi Carthaginem confluxere, omnibusque iterum in Pelagii ac Cælestii causa quam diligeotissime retractatis, Innocentii adversus Pelagianos decreto standum esse plenis suffragiis censuere, ac statim per Marcellioum subdiacooum gesta synodalia Romam ad Zosimum misere. Pontifex, cum ex Africaoorom Patrom literis de cute & intus, ut aiunt, Pelagianam hæresim cognovisset, diem Cælestio dixit: qui quod se detectum convictumque per Africanos sciebat, examini se subtraxit, ut ex Augustino mox dicebamus. Quare cum ea fuga reum se ac pervicacem citra ambages ostendisset, Zosimus haud ulterius morandum ratus, Pelagium ac Cælestium hæreticos, eorumque doctrinam orthodoxo dogmati contrariam lata sententia pronuntiavit, ac datis ad universos orbis Episcopos literis infamem hæresim ubique gentium proscripsit. Hæc sane epistola noo extat; sed illius meminit Augustious epist. 47. ad Valentinum, recitatque eiusdem fragmentum epist. 157. ad Optatum. Literæ quoque concilii Africani interiere; earum tamen summarium legimus apud Augustinum lib. 2. ad Booifacium cap. 3. ubi ait: *Quæ Romam literæ posteaquam venerunt, id continentes, non sufficere hominibus tardioribus & sollicitioribus, quod se generaliter Innocentii Episcopi literis consentire fatebatur, sed aperte eum debere anathematizare, quæ in suo libello prava posuerat; ne, si id non fecisset, multi parum intelligentes, magis in libello*

Anno CCCCXVIII.

bello eius illa fidei venena a Sede Apostolica crederent approbata, propterea quod ab illa dictum erat, enm libellum esse Catbolicum, quam emendata, propter illud quod se Papæ Innocentii literis consentire ipse responderat. Porro libellum Cælestii esse catholicum, dixerat Zosimus in epistola ad Aurelium & collegas. Unde immerito Iohannes Latius lib. 1. Historiæ Pelagianæ cap. 4. Zosimi epistolas uti supposititias reiicit: nihil enim in illis legitur, quod in S. Augustini voluminibus noo contineatur. Hinc Facundus Hermianensis, qui altero sæculo vixit, lib. 7. cap. 3. ait. *Invenient postremo B. quoque Zosimum Apostolicæ Sedis Antistitem contra S. Innocentii decessoris sui sententiam, qui primus Pelagianam hæresim condemnavit, fidem ipsius Pelagii, eiusque complicis Cælestii, quem in Ecclesia Carthaginensi convictum atque appellantem ApostolicamSedem & ipse gestis discusserat, tamquam veram & catholicam laudantem: insuper etiam Africanos culpantem Episcopos, quod ab illis hæretici crederentur, cum necdum ipsis Africanis Episcopis dolos eorum multo manifestius detegentibus, memoratos Pelagium & Cælestium putaret orthodoxos.* Hæc ille.

Sixtus magni inter Romanos sacerdotes nominis, quem suarum partium patronum Pelagiani iactabant; quo tantam a se procul infamiæ notam insigni quodam facto repelleret, primus in Pelagium ac Cælestium coram frequentissimo populo aoathema pronuntiavit: cuius rei, missis per Leonem in Africam literis, Aurelium certiorem fecit: quæ quidem literæ passim ab Afrieanis, teste Augustino epist. 104. ad eumdem Sixtum, descriptæ sunt, passim omnibus lectæ: *Quid enim*, inquit S Doctor, *gratius legi vel audiri potest, quam gratiæ Dei tam pulchra defensio adversus inimicos eius, ex ore eius qui eorumdem inimicorum magni momenti patronus ante iactabatur?* Idem Sixtus ad Augustinum etiam, itemque ad Alipium de eodem argumento perscripsit. Peractæ Romæ Pelagianorum damoationis nuntio in Africam delato, paulo post etiam Zosimi literæ ad Patres Africanos ea de re pervenere: quas laudatæ Sixti etiam epistolæ consecutæ sunt, ex epist. 105. ad Sixtum initio: acceptæ vero dicuntur Apostolicæ literæ *tertio Kal. Maias*: at Patres ipsis Kalendis Maii in secretario basilicæ Fausti Pelagianam hæresim condemnarunt. Adsuere eo in senatu Episcopi ex universa Africa CCXIV. ut scribit Prosper contra Collatorem cap. 10. *Erraverunt*, inquit, *ducenti quatuordecim sacerdotes, qui in epistola quam suis constitutionibus prætulerunt, ita Apostolicæ Sedis Antistitem beatum Zosimum sunt allocuti*. Quod si inChronico eiusdem Prosperi huius synodi Patres numerentur CCXVII. amanuensium error fuit, qui duas priores unitates in inferiore parte iunxerunt, ac ex IV. reddidere VII.

Laudat hanc Synodum Photius cod. LIII. sed eiusdem textus nobis plane restituendus est. Dicuntur ibidem præsedisse io ea Synodo Αυρήλιος Επίσκοπος καὶ Δοτιανὸς τῶ τε Πτεντεσίυ τῶ πρώτυ θρόνου Βυζακηνῆς ἐπαρχίας, *Aurelius Episcopus*; *& Dotianus Ptentesi primæ Sedis Byzacenæ provinciæ*. Sed ex codice antiquissimo Gandavensi apud monasterium S. Bavonis Photii lectio corrigenda est. Ibi enim legitur: *Honorio Augusto XII. consule Kal. Maii in basilica Fausti, cum Aurelius Episcopus simul cum Donatiano Telepteusi primæ Sedis Episcopo provinciæ Byzacenæ* &c. Hoc fragmentum habetur tom. 1. Concil. editionis Coloniensis apud Quiotelum anno 1551. Erat Donatianus Episcopus Teleptis in Byzacena provincia: & in actis collationis Carthaginensis cap. 123. dicitur: *Donatianus Episcopus Ecclesiæ Teleptensis*, contra quem Bellicius Donatista stabat. In Synodo S. Cypriani nominatur ab Augustino lib. 7. de Baptismo cap. 21. ioter alios Episcopos *Iulianus a Telepte*. Binius in notis ad Synodum, ut putat, Teleptensem celebratam ab eodem Donatiano anno 418. VI. Kal. Martias, antequam Carthaginem ad synodum plenariam veniret, scribit, Teleptem fuisse metropolim provinciæ Byzacenæ: quod itidem legitur in scholiis conciliorum editionis regiæ tomo 4. pag. 421. ubi Teleptis dicitur *Metropolis & prima sedes provinciæ Byzacenæ*. Sed aliam apud Afros fuisse Metropolim a prima Sede, ex professo probabimus lib. 2. cap. 7. nam Ecclesia quam regebat senior provinciæ Episcopus, dicebatur prima Sedes, quæ quandoque erat in viliori provinciæ oppido. Adrumetum autem erat civilis metropolis Byzatii, sedes Consularis: quod cap. 23. ostendemus. Ante Donatianum primatus Byzacenarum ecclesiarum penes Mizonium erat: quod

ex synodis Africanis cap. 10. monstravimus. Hinc cap. 61. codicis conciliorum Africæ ad *Mizonium legati* uti ad Primatem destinantur. Videtur autem Mizonius fuisse Episcopus Tzellensis; nam in Collat. 1. Carthagin. cap. 163. hæc recitantur: *Natalicus Episcopus Tzellensis, & cum recitasset, idem dixit, mandavi, & subscripsi*. Statim vero Maximinus Episcopus catholicus dixit: *Diœcesis est Mizoni Episcopi. Presbyteros habet, & abundantem populum, quam ipse*. Verum cap. 135. eiusdem collationis hæc scribuntur: *Donatianus Episcopus plebis Zellensis præsente V. C. Tribuno, & Notario Marcellino superius mandavi & subscripsi: E diverso habeo Natalicum. Et accedente Natalico Episcopo, idem dixit: Agnosco illum*. Quare Natalicus fuit Episcopus Zellensis Donatista, catholico Episcopo Donatiano ibidem sedente. Cur autem Maximinus dixerit, in Natalici diœcesi sedisse Mizonium Episcopum, quod a nemine negatum fuit; ex eo arbitror, quia in una diœcesi spectante ad unicum Episcopum Donatistam sedebant plures Episcopi catholici, quod his visum fuerat, amplas diœceses dividere, ac plures inibi cathedras erigere. Etenim in diœcesi Milevitana ex parte Donatistarum unus aderat Episcopus Adeodatus, at catholici Antistites in tota ea diœcesi tres numerabantur, Severus Monachus olim Augustinianus, qui Milevi sedebat, & duo alii, quorum unus in Tuncensi oppido, alter Ceramussæ residebat, ut colligitur ex cap. 65. collat. 1. Carthaginensis. Constantinæ sacris ex parte Donati unus præerat Petilianus; at apud catholicos Fortunatus & Delphinus Episcopi eamdem diœcesim divisam moderabantur. Et ex cap. 117 eiusdem collationis in diœcesi Ianuarii Casensis Primatis Donatistarum in Numidia quatuor Episcopi catholici numerabantur. Itaque in Natalici Donatistæ diœcesi Donatianus, & Mizonius Episcopi catholici residebant. Uti vero certum est, Donatianum sedisse Zellæ, ita incertum est, in quonam eiusdem diœcesis oppido Mizonius sedem haberet. Non tamen dici possunt duo eodem tempore Natalici fuisse, quorum unus Tzellæ contra Mizonium, alter vero Zellæ contra Donatianum sederet: nam a cap. 157. iterum omnium Donatistarum Episcoporum nomina recensen-

A tur, & unus tantum cap. 163. inter eosdem Natalicus, & hic quidem Tzellensis nominatur. At Tzellam dictam fuisse etiam Thelam, patet ex Augustino conc. 2. in psal. 36. ubi inter Donatistas nominatur idem *Natalicus Thelensis*. Forte apud Afros, uti a Græcis, θ seu t & h, pronuntiantur ac si essent t & z. Ex his tamen habemus, errasse Chiffletium in notis ad Can Ferrandi pag. 279. dum Thelam, seu Tzellam cum Usula Antonini, seu Ουσίλλα Ptolomæi confundit: nam apud Augustinum laudatum nominantur in synodo Donatistarum *Natali-*

B *cus Thelensis & Theodorus Usulensis*. Et in collat. Carthag. cap. 125. sedebat Usulæ Privatus Antistes catholicus, qui ibidem dixit: *Non contra me habeo Episcopum*, nempe Donatistam. Igitur Natalicus Donatista non fuit Usulæ Episcopus, ac proinde Usula a Thela seu Tzella distinguenda est. In hac vero urbe Donatianus hoc anno synodum celebrat, quæ in antiquis codicibus cum Telensis diceretur, collectores conciliorum Donatianum item Telensem Episcopum scripsere. At Baronius ad anoum 418. cum videret Donatianum Teleptensem

C Episcopum, synodum quoque Teleptensem nominavit, eumque secuti sunt Binius aliique passim. Sed ex Ferrando Diacono Carthaginensi error corrigendus venit; qui canones ex Siricii epistola in Synodo Donatiani recitatos attribuit concilio Zellensi: nam tit. VI. CXXX. & CXXXVIII. tribus canonibus recitatis, ait: *Concilio Zellensi ex epistola Siricii Papæ:* quæ quidem epistola cum iisdem decretis lecta est in synodo Donatiani Primatis, ut ex actis patet. *Zella, & Acholla liberæ civitates* Africæ appellantur a Strabone lib. 17. eam vero urbem Zel-

D lam vel Tzellam dictam fuisse, erudite notavit Holstenius in notis ad tabulas ecclesiasticas Caroli a S. Paulo: ex quibus etiam tabulis corrigendus est Chiffletius, qui Zellam cum Usula confundit: diversa enim fuere Byzatii oppida, ut ibidem demonstratur. Sed de his satis. Ceterum libet hic Lectorum oculis subiicere canones Africani concilii, cuius, ut ait Prosper cap. 2. con. Ingratos, *dux Aurelius, ingeniumque Augustinus erat*, veluti de Pelagiana hæresi erectum trophæum.

Gloriosissimis Impp. Honorio XII. & Theodosio

dosio VIII. Consulibus Kalendis Maiis Carthagine in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius Episcopus in universali concilio consedisset adstantibus Diaconis, placuit omnibus Episcopis, quorum nomina & subscriptiones indictæ sunt in sancta synodo Carthaginensis Ecclesiæ constitutis.

I.

Ut quicumque dixerit, Adam primum hominem mortalem factum, ita ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

II.

Item placuit, ut quicumque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lavacro regenerationis expietur; unde fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod
Rom. 5. 12. *ait Apostolus:* Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt, *nisi quemadmodum Ecclesia Catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam parvuli qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt; ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.*

Item placuit, ut si quis dicit, ideo dixisse Dominum,
Ioh. 14. 2 in domo Patris mei mansiones multæ sunt, *ut intelligatur, quia in regno cælorum erit aliquis medius aut ullus alicubi locus, ubi beate vivant parvuli, qui sine baptismo ex hac vita migrarunt, sine quo in regnum cælorum, quod est vita æterna, intrare non possunt*
Ioh. 3. 5. *anathema sit. Nam cum Dominus dicat:* Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum cælorum, *quis catholicus dubitet, participem fore diaboli eum, qui cohæres esse non meruit Christi? Qui enim dextra caret, sinistram procul dubio partem incurret.*

III.

Item placuit, ut quicumque dixerit, gratiam Dei qua iustificamur per Iesum Christum D. N. ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, ut non committantur, anathema sit.

IV.

Item quisquis dixerit, eamdem gratiam Dei per Iesum Christum D. N. propter hoc tantum nos adiuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, & quid vitare debeamus; non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus: Scientia inflat, caritas vero æ- 1. Cor. 8. 1
dificat, *valde impium est, ut credamus, ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ ædificat, non habere; cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante caritate scientia non possit in-*
flare. Sicut autem de Deo scriptum est: Qui Psal. 93. 10.
docet hominem scientiam, *ita etiam scri-*
ptum est: Caritas ex Deo est. 1. Ioh. 4. 7.

V.

Item placuit, ut quicumque dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, ut quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tamquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait, sine me difficilius potestis facere, sed ait,
sine me nihil potestis facere. Ioh. 15. 5.

VI.

Item placuit, quod ait S. Iohannes Aposto-
lus: Si dixerimus quia peccatum non 1. Ioh. 1. 8.
habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: *quisquis sic accipiendum putaverit, ut dicat propter humilitatem non oportere dici, nos non habere peccatum, non quia vere ita est, anathema sit. Sequitur enim Apostolus, & adiungit:* Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. *Ubi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim Apostolus dicere: Si dixerimus quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait,* Nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est: *satis ostendit, eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.*

VII.

Item placuit, ut quicumque dixerit, in ora-
Matth. 6. 12. *tione Dominica ideo dicere sanctos:* Dimitte nobis debita nostra, *ut non pro se ipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere unumquemque Sanctorum,* Dimitte mihi debita mea, *sed* Dimitte nobis debita nostra, *ut hoc pro aliis potius quam pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat Apostolus Iacobus, cum dicebat:*
Iacob. 3. 2. In multis enim offendimus omnes. *Nam quare additum est* omnes? *nisi ut ista sen-*
Psal. 142. 2. *tentia conveniret & psalmo, ubi legitur:* Non intres in iudicium cum servo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens, *& in oratione sapientissimi*
Eccl. 7. 21. *Salomonis:* Non est homo, qui non pec-
Iob. 37. 7. cet: *& in libro Iob:* In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam. *Unde etiam Daniel sanctus & iustus, cum in oratione pluraliter diceret:*
Daniel. 6. 5. Peccavimus, iniquitatem fecimus *& cetera, quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur (quemadmodum quidam sentiunt) hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit:*
Ibidem. Cum orarem, & confiteret peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo meo. *Noluit dicere, peccata nostra, sed populi sui dixit, & sua, quia futuros istos, qui tam male intelligunt, tamquam propheta prævidit.*

VIII.

Item placuit, ut quicumque ipsa verba Do-
Matth. 6. 12. *minicæ orationis, ubi dicimus,* Dimitte nobis debita nostra, *ita volunt a Sanctis dici, ut humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem? qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, debita non habere?*

Canon ille post secundum diverso caractere descriptus in vetustis codicibus reperitur, & ea ratione a collectoribus conciliorum insertus est: & sane magnum auctoritatis pondus Photius illi addit, qui diserte illum ponit, ac canones novem contra Pelagianos ea in synodo Carthaginensi statutos affirmat. Scriptorem vero illum usum optimis exemplaribus, iisque antiquissimis nullus negabit. Do illius verba ex Cod. LIII. ubi de lauda-

A to concilio sermonem facit: *Damnat,* inquit, *hæc synodus eos qui asserunt, Adamum mortalem esse conditum, non autem prævaricationis causa morte mulctatum.* Est primus canon. Addit: *Similiter & eos, qui recens natos infantes baptismo minime indigere dicerent, quod illos peccato originis ex Adamo non putarent obnoxios.* Hic canon est secundo loco positus. Tertium his designat: *Eos quoque qui affirmarent, medio quodam loco, paradisum inter & inferos, non baptizatos infantes beate vivere. Sex item alia his affinia capita, quæ a Pelagianistis & Cælestianis traduntur, anathemate Patres iugu-*
B *lant.* Quare novem auctore Photio ea in synodo canones contra Pelagianos decreti sunt. Huc facit quod scribit S. Augustinus lib. 2. de. Orig. animæ cap. 12. *Novellos,* inquit, *hæreticos Pelagianos iustissime conciliorum catholicorum & Sedis Apostolicæ damnavit auctoritas, eo quod ausi fuerint non baptizatis parvulis dare quietis & salutis locum etiam præter regnum cælorum.* Unde in hoc præsertim concilio illa Pelagianorum opinio videtur damnata, & forte si literæ Zosimi extarent, ibidem pariter reiecta legeretur. Verum intrusum illum canonem probare possum
C ex appendice ad literas S. Cælestini Papæ ad Episcopos Galliæ, quæ licet Cælestini non sit, ut alias demonstrabitur, est tamen antiquissimæ manus: quippe quæ adducitur a Petro Diacono in libro de Incarnatione & gratia cap. 8. Porro in cap. 10. dictæ appendicis initio hæc recitantur: *Illud etiam quod intra Carthaginensis Synodi decreta constitutum est, quasi proprium Apostolicæ Sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est: Ut quicumque dixerit, gratiam Dei qua iustificamur per Iesum Christum D. N. ad solam remissionem peccatorum valere &c.* po-
D stea quartus, & quintus canones ibidem subnectuntur, eo modo quo eosdem superius numeravimus, ut nullus canon contra beatitudinem naturalem puerorum ibidem locum habeat, qui tamen tertio loco ponitur in codice Photii. Hæc circa illum canonem ex antiquis scriptoribus observavimus, de quibus alii iudicent. Octo vero illi canones Pelagianam hæresim iugulant, quorum primi duo peccatum originale spectant, tres intermedii necessitatem gratiæ ad recte sancteque operandum, totidem postremi iustitiæ inhærentis imperfectionem continua

iugique

iugique Dei gratia confirmandam, contra decantatam Pelagianorum ac Stoicorum apathiam.

Zosimus damnatis Pelagio ac Cælestio egit statim cum Honorio Imperatore, ut iidem imperiali auctoritate Romano imperio pellerentur. Quod statim piissimus Princeps executus, rescriptum dedit ad Palladium Præfectum Prætorio Italiæ, quod ex Atrebatensi Monasterio eduxit Henrici Gravii Doctoris Lovaniensis diligentia, & cum subscriptione emendatius e Thuana bibliotheca exhibet Salmasius par. 2. de Eccles. Suburbic. cap. 1. pag. 288. Hoc vero Imperatoris edictum in hæc verba conceptum ac publicatum fuit.

Imperatores Honorius & Theodosius Augusti Palladio Præfecto Prætorii.

Ad contarbandam catholicæ simplicitatis lucem puro semper splendore radiantem dolosæ artis ingenio novam subito emicuisse versutiam pervulgata opinione vognovimus: quæ fallacis scientiæ obumbrata mendaciis & furioso tantum debacchata luctamine, stabilem quietem cœlestis conatur attrectare fidei, dum novi acuminis commendata vento, insignem notam plebeiæ æstimat vilitatis sentire cum cunctis, ac prudentiæ singularis palmam fore, communiter approbata destruere. Cuius impiæ commentationis auctores Pelagium Cælestiumque percrebuit extitisse. Hi parenti cunctarum rerum Deo, præcipuæque semper maiestatis interminatione potenti, omne ultra principium transeunti tam trucem inclementiam sævæ voluntatis assignant, ut cum formandi mundi opificem curam sumeret, qualitatemque hominis struendi profunda spiritus conceptione libraret, fundati muneris finem anteferret exordio, & mortem præmitteret nascituro: non hanc insidiis vetiti fluxisse peccati, sed egisse penitus legem immutabilis constituti: ad declinandum lethi exitialis incursam nihil prodesse abstinentiam delinquendi, cuius ita vis putaretur adstricta, ut non possit aboleri deinceps: primitivi hominis errorem, in quem captæ mentis inops rationis cæcitas irruisset, delapsum ad posteros non fuisse, tantumque apud eum quem malesuadæ gratæ infelix rapuisset illecebra, transgressionem interdicti extitisse discriminis: cum evidens catholicæ legis omnifaria testetur auctoritas, illum interitus omnium fuisse vestibulum, quem divinæ præceptionis sedulum liqueat corrupisse mandatum: aliaque quam plurima, quæ sermo respuit, lex refutat, quæ perexosum sit recordari etiam sub dispositione plectendi, quæ maturato remedio & celeritate festina oportet intercipi, ne corroborato usu nequitiæ adolescentes vix valeant coerceri. Si quidem aures mansuetudinis nostræ recens fama perstrinxerat, intra sacratissimam Urbem aliaque loca ita pestiferum virus quorumdam inoluisse pectoribus, ut interrupto directæ credulitatis tramite, scissis in partes studiis afferendi, materia impacatæ dissensionis indicta sit, novoque scandali fomite concitato, beatissimæ Ecclesiæ acta mutet, & attentata tranquillitas (aliis iter aliud ancipiti interpretatione sectantibus) & absoluta sanctorum apicum claritas, ac dilucide quod sequi universitas debeat, explanans, pro captu versipellis ingenii profanam novorum auctorum moventibus quæstionem, Pallndi purens carissime atque amantissime. Ob quam rem illustris auctoritas tua victura in omne ævum, lege nos statuisse cognoscat, ut pulsis ex Urbe primitus capitibus dogmatis execrandi, Cælestio atque Pelagio, si qua huius de cetero sacrilegii sectatores quibuscumque locis poterint reperiri, aut de pravitate damnata aliquem rursus proferre sermonem, a quocumque correpti ad competentem iudicem pertrahantur: quos sive clericus, sive laicus fuerit, deferendi habeat potestatem, & sine præscriptione aliqua perurgendi, quos relicta communis scientiæ luce, novæ disputationis tenebras introferre deprehenderit, contra Apostolicam scilicet disciplinam, Evangelicamque claram & sine errore sententiam, vafra rudis sectæ calliditate pugnantes, involventesque splendentem fidem veri ambagibus differendo. Hos ergo repertos ubicumque de hoc tam nefando scelere conferentes, a quibuscumque iubemus corripi, deductosque ad audientiam publicam promiscue ab omnibus accusari, ita ut probationem convicti criminis stylus publicus insequatur, ipsis inexorati exilii deportatione damnatis. Decet enim originem vitii a conventu publico sequestrari, nec in communi eos celebritate consistere, qui non solum facto nefario detestandi, verum etiam exemplo venenati spiritus sunt cavendi. Iuvat autem per omnem pene mundum, qua imperium nostrum extenditur, huiusmodi promulgata diffundi, ne scientiæ fortasse dissimulatio pastum præstet errori, atque impune se quisque putet audire, quod condemnatum vigore publico se se finxerit

ignorare

ignorare. Datum pridie Kal. Maias Ravennæ DD. NN. Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. AA.

Exemplar edicti propositi a Palladio Præfecto Prætorio.

Iunius Quartus Palladius, Monaxius, & Agricola iterum Præfecti Prætorio edixerunt.

In Pelagium atque Cælestium catholici dogmatis fidem sævis tractatibus destruentes, sententia principalis invaluit, ut venerabili Urbe submoti, bonorum concilio mulctarentur. Hoc igitur omnes admoneri oportet edicto, ne quis sinistræ persuasionis erroribus credulum præstet assensum. Et si fit ille plebeius ac Clericus, qui in caliginis huius obscœna reciderit, a quocumque tractus ad iudicem sine accusatricis discretione personæ facultatum publicatione nudatus, irrevocabile patietur exilium. Nam superna maiestas, ut colligit ex secreti ignoratione reverentiam, ita ex inepta disputatione iniuriam.

Hoc edictum Baronius anno 420. num. 4. recitat eo tempore, quo Constantius Imperator contra Cælestium ad Volusianum Præfectum Urbi scripsit anno 420. ut ille putat. Sed ex rescriptis Imperatoriis constat hoc anno emissum edictum a memoratis Præfectis Prætorio. Et sane hoc ipso anno 418. Palladius erat Præfectus Prætorio Italiæ ex *Cod. Theod. lib. 15. L. 12. de Indulgentiis debitorum*, ubi recitatur rescriptum ad eumdem *de censibus Campaniæ, Tusciæ, & Piceni*. Flavius Monaxius erat Præfectus Prætorio Orientis ex eodem *Cod. lib. 16. L. de Episcopis, Ecclesiis &c.* est rescriptum *de Parabolanis* pro Antistite Alexandrino. Agricola erat Pr. Prætorio Galliarum ex literis Imperatoris Honorii ad illum datis XV. Kal. Maias *de agendo singulis annis Arelate conventu VII. Provinciarum* apud Sirmondum in notis Sidonianis ad epithalamium Polemii. Omnia hæc rescripta Honorio XII. & Theod. VIII. Coss. data sunt, nempe hoc anno 418. Legem Honorii contra Pelagianos iidem Præfecti Prætorio per singulas suarum præfecturarum diœceses promulgarunt: de qua re Salmasius pagina 293. Hic tamen eiusdem Salmasii error corrigendus est, qui ibidem pag. 291. ait: *sequitur edictum quatuor Præfectorum Prætorio*, & numerantur, *Iunius Quartus, Palladius, Monaxius, Agricola*: cum tamen tres tantum ibidem nominentur Præfecti Prætorio: nam Iunius Quartus Palladius unus idemque fuit, quem prave in duos Salmasius dissecat. Patet hoc ex lapide apud Panvinium meum lib. 3. comment. in fastos ita inscripto, IUNIUS QUARTUS PALLADIUS. V. C. COS. ORD. In codice Augustiniano bibliothecæ Ducum Urbinatum, quæ modo Vaticanæ coniuncta est, numero 518. pag. 567. legitur epistola S. Innocentii Papæ ad Patres Carthaginensis provinciæ cum hac subscriptione: *Data VI. Kal. Februarias post consulatum Theodosii Aug. VI. & Iunii Quarti Palladii V. C.* sed consulatus Theodosii VII. diceudus est: atque ita legitur in MSS. Chisianæ bibliothecæ, itemque Vaticanæ num. 495. pag. 149: ex codice etiam Corbeiensi eiusmodi subscriptionem exhibet Sirmondus lib. 2. Propemptici cap. 2. Eodem anno quadringentesimo decimo octavo Palladius erat Præfectus Prætorio Italiæ & Illyrici: hoc enim non semel ab Imperatoribus factum est. Celebre est rescriptum Gratiani, Valentiniani, & Theodosii ad Probum Præfectum Pr. *Igitur sinceritas tua idipsum per omnem Italiam, tum etiam per Urbicarias, Africanasque regiones, ac per omne Illyricum, prælata oraculi huius auctoritate firmabit*. lib. 15. Cod. Theod. tit. 13. *Si per obreptionem*. Atque ita anno præsenti 418. idem erat Præfectus Prætorio Italiæ, Africæ, & Illyrici; anno vero 421. Philippus erat Præfectus totum Pr. Illyrici, ut ex rescripto Theodosii cap. 19. dicemus.

Ceterum Iulianus Honorii legem a Præfectis Prætorio publicatam sibi favere dictitabat, quem S. Augustinus lib. 3. cap. 1. hisce irridet &c. *Sane ut dicis, si pro vobis potius ab Imperatore responsum est, cur non in medium prosilitis, & hoc ultro publicis potestatibus allegatis, vos esse monstrantes, quorum christianus princeps approbavit fidem?* &c. Quæ verba Augustini Baronius Iuliani Pelagiani esse putavit ad annum 418. pag. 414. De hac Pelagianorum damnatione hæc scripsit ad Pinianum S. Pater lib. 2. de Pec. orig. cap. 17. *Profecto sentitis in tam nefandi erroris auctores Episcopalia concilia, & Apostolicam Sedem, universumque Romanum Ecclesiam, Romanumque imperium, quod Deo propitio christia-*

christianum est, rectissime fuisse commotum, donec resipiscant de Diaboli laqueis. Ubi vides *Romanæ Ecclesiæ* nomine universam Christi fidelium congregationem significari; ut plane constet, Romanam Ecclesiam totius Christianæ religionis regulam censeri.

CAPUT XIV.

Recitata Pelagianorum damnatio, reiectis aliorum Scriptorum sententiis, illustratur. Ex Commonitorio Marii Mercatoris ad Theodosium Augustum nonnulla scitu digna adnotantur.

PEractam in Africa, Romæ, ac Ravennæ Pelagianorum proscriptionem paucis perstrinximus: in qua sane narranda cum plerique extra orbitas excurrerint, huc eorum dicta resellenda sepofuimus, ne subinde altercandi necessitas historiæ filum interrumperet. Baronius unicam hoc anno 418. synodum Carthagine celebratam existimat, quæ initio veris inchoata, usque ad Kalendas Maias duraverit. Usserius duas quidem ponit, sed priorem anno 417. adscribit, posteriorem anno 418. deputat. Vossius lib. 1. cap. 44. duo sub Zosimo concilia statuit, Carthagine contra Pelagianos coacta; sed unum provinciale putat, alterum plenarium ex universa Africa: in qua sententia est etiam Usserius cap. 10. Brit. Antiq. pag. 269. In primis contra Baronium dicendum est, duo concilia ab Africanis Patribus celebrata esse. in quorum primo, quid literis Zosimi queis Pelagianos laudabat, respondendum esset, quave ratione eorum fraudes detegendæ, serio actitatum est. Huius testis est Augustinus epist. 47. ad Valentinum, ubi memoratis synodis Carthagine & Milevi sub Innocentio celebratis, ait: *Item quod Papæ Zosimo de Africano concilio scriptum est, eiusque rescriptum ad universos totius orbis Episcopos missum, & quod posteriori concilio plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constituimus.* Et lib. 2. de Pec. orig. cap. 7. loquens de Cælestii damnatione a Zosimo peracta, ait: *Sed posteaquam ex Africano Episcoporum concilio rescripta directa sunt, quid fuerit consecutum, ut iustissime in eum sententia proferretur, cuncta legite, quia cuncta transmisimus.*

Utramque vero synodum plenariam fuisse, colligitur ex Prospero in Chronico, ubi ait: *Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. concilio apud Carthaginem habito CCXIV. Episcoporum, ad Pontificem Zosimum synodalia decreta perlata sunt: quibus probatis, per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.* En aperte literas, queis Pelagianorum versutias Afri aperiebant, missas esse ad Sedem Apostolicam a Synodo CCXIV. Episcoporum: cui sane numerus non erat ex sola provincia Proconsulari, sed ex universa Africa: etenim CCXVII. anno 419. in concilio plenario de appellationibus interfuere, ex literis synodi ad Bonifacium Papam. Hinc S. Pater priorem sub Zosimo synodum semper Africanam, numquam Carthaginensem nuncupavit. Iansenius nomine synodalium decretorum intellexisse Prosperum ait canones octo, contra Pelagianam hæresim statutos: sed illi in posteriori synodo Kalendis Maii habita exarati sunt: *quod posteriori concilio*, scribit Augustinus epist. 47. *plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constituimus*: at octo illi canones id certe dicendi sunt, quod breviter Patres constituere. In priori congressu procusa est instructio ad Zosimum, qua Pelagianam hæresim de facie posset cognoscere. Audiatur S. Doctor lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. ubi de Cælestio per Africanos convicto scribit: *Hoc ut plenius & manifestius in illo fieret, expectabatur venturis ex Africa literis, in qua provincia eius aliquanto calliditas evidentius innotuerat. Quæ Romam literæ postea quam venerunt, id continentes, non sufficere hominibus tardioribus & solicitioribus, quod se generaliter Innocentii Episcopi literis consentire fatebatur, sed aperte eum debere anathematizare, quæ in suo libello prava posuerat* &c. Neque semel Augustinus canonum ad Sedem Apostolicam transmissorum mentionem facit. In quibusdam Prosperi Chronicis, & præsertim in codice MS. Augustano, quod volumen inter opera eiusdem in Bibl. PP. edit. Colon. anno 1618. legitur, duplex synodus hoc anno Carthagine habita recensetur: *Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. concilio apud Carthaginem habito CCXVII. Episcoporum, ad Pontificem Zosimum synodalia decreta perlata sunt, quibus probatis, per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est. Valentinianus Constantii & Placi-*

Placidiæ filius naſcitur V. Nonas Iulias. Carthaginis concilium contra Pelagianos. Quæ poſtrema verba imprudenter forte exſcriptores eraſerunt, ne idem repeteretur; cum tamen eam lectionem ceteris veriorem exiſtimem: nam duplex eo anno ſynodus habita fuit. Etenim cum literæ Zoſimi queis Africanos præcipitis iudicii in cauſa Cæleſtii accuſabat, Carthaginem IV. Nonas Novembris delatæ fuerint; antequam ſynodus plenaria deliberaretur atque indiceretur, & ex remotis Africæ regionibus Epiſcopi convenirent, reliquum anni tempus elapſum fuit: immo ne Natalem Domini extra ſuas Eccleſias univerſi Epiſcopi celebrarent, indictam ab Aurelio diem ſynodi arbitror prope Kalendas Februarias.

Rurſus neque verum eſt quod nonnulli ſcribunt, Pelagianos Romæ damnatos eſſe Kalendis Maii, qua ipſa die etiam in Africa damnati fuere. Etenim Africani Patres nihil de Pelagianis auſi fuiſſent ſtatuere, niſi prius delato in Africam nuntio eorum quæ Rnmæ a Zoſimo decreta fuiſſent. Porro cum literæ Zoſimi queis ſe plene Pelagianas technas deprehendiſſe ſignificabat, in Africam pervenerint tertio Kal. Maias (ea enim die acceptæ ſignantur) & ipſis Kalendis Maii ab Aurelio & ceteris Patribus Pelagiani Carthagine damnati ſint; conſequens eſt, ut illi Romæ prædamnati fuerint, antequam literæ illæ ſcriberentur. quæ cum datæ dicantur XII. Kal. Aprilis, recte inferimus Pelagianos Romæ damnatos menſe Martio. Inde etiam eadem ſententia improbatur, quod Honorius legem in Pelagianos emiſit pridie Kalend. Maias, ut ex ſubſcriptione patet, unde prius ab Imperatore, quam a Zoſimo proſcripti fuiſſent; oppoſitum ſcribente Poſſidio Epiſcnpo Calamenſe, qui in ſynodo Carthaginenſi contra eoſdem ſententiam dixit. Is enim in libro de Vita Auguſtini hæc ſcribit cap. 18. *Inſtantiſſime etiam conciliis Africanis Sanctorum Epiſcoporum geſt.m eſt, ut Sancto Papæ Urbis Romæ, & prius venerabili Innocentio, & poſtea Sancto Zoſimo eius ſucceſſori perſuaderetur, quod illa ſecta catholica fide & abominanda & d mnanda fuiſſet. At illi tantæ Sedis Antiſtites ſuis diverſis temporibus eoſdem notantes, atque a membris Eccleſiæ præſidentes, datis literis ad Africanas, Orientis, & Occidentis Eccleſias, eos anathematizandos & devitandos ab omnibus catholicis cenſuerunt. Et hoc tale de illis Eccleſiæ Dei catholicæ prolatum iudicium etiam piiſſimus Imperator Honorius AUDIENS AC SEQUENS, ſuis eos legibus damnatos, inter hæreticos haberi debere conſtituit.* Hæc ille.

Ex his Poſſidii verbis refellitur Uſſerius, qui pag. 271. libri memorati ſcribit, Honorium acceptis Geſtis ſynodi Africanæ, haud expectato Zoſimi decreto, legem in Pelagianos ſanxiſſe: nam iſta in codice a Salmaſio e Thuana bibliotheca producto talem, inquit, titulum præfert: *Sacr.m Reſcript.m acceptis ſynodi Geſtis dat.m.* At in Urbana ſynodo Zoſimus Pelagianos damnaverat, uti anno ſuperiori in baſilica S. Clementis coram eadem ſynodo Cæleſtium examini ſubiecerat: & Poſſidius aperte teſtatur, Honorium audiviſſe ac ſecutum fuiſſe latum a Zoſimo contra Pelagianos anathema: hoc enim emiſſum eſt menſe Martio, lex vero Honorii in fine tantum Aprilis. His adde labi Voſſium cap. 45. ubi ſcribit, Oroſium in Apologetico laudare plenarium concilium Africæ Kalendis Maii celebratum anno 418. vocarique ab eodem ſjnndum Africanam. Nam apologiam Oroſii ſcriptam eſſe in Aſia anno 415. eo anno demonſtravimus: Africanam vero ſynodum Oroſius ibidem illam intelligit, quæ anno 412. coram Aurelio in cauſa Cæleſtii Carthagine coacta fuit abſente Auguſtino, a cuius ſententia Romanam Sedem hæreticus appellavit. Oroſius his in Pelagium invehitur: *Non ut tu aſſeris cum diſcipulo tuo Cæleſtio, cui iam apud Africanam ſynodum occulta illa impior.m dogmat.m natura cont:ſa eſt.* At in poſtrema hac contra Pelagianam hæreſim ſynodo Africana, non unus Cæleſtius, ſed & Pelagius quoque damnatus fuit.

Ceterum quantus in plenaria utraque Africana ſynodo Auguſtini labor fuerit, induſtria, ac ſolicitudo, eleganter cecinit Proſper in carmine de Ingratis cap. 2. & 3.

An alium in finem poſſet procedere ſanctum
Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque
Auguſtinus erat: quem Chriſti gratia cornu
Uberiore rigans, noſtro l.men dedit ævo,
Accenſ.m vero de l.mine. Nam cibus illi,
Et vita, & requies Deus eſt, omniſque
voluptas.

Unus

Unus amor Christi est, unus Christi est honor illi. A

Et dum nulla sibi tribuit bona, fit Deus illi
Omnia, & in sancto regnat sapientia templo.

Istius ergo inter cunctos qui de grege sancto
Insanas pepulere feras, industria maior,
Maius opus, totum præstantius imbuit orbem.

Nam quocumque gradum convertit callidus hostis,
Quave per ambages ancepi iter egit opertas,
Huius ab occursu est præventus, mille viarum B
Insidiis aditum non reperientibus ullum.

Unius ergo Augustini præcipue industria hæresis Pelagiana, quæ hucusque sub catholica imagine orbi illuserat, fucis abrasis, de facie a Romano Pontifice Zosimo, atque Romano etiam Imperatore cognita, utrorumque decretis Christiano orbe exacta est.

Non est hic omittendum quod de eadem per Zosimum Pelagianorum damnatione scribit Marius Mercator in Commonitorio ad Theodosium Imperatorem, cum hæretici Principis patrocinium implorarent. *Atque ob hoc*, inquit de Cælestio, *a prædicto Zosimo Episcopo scriptis* C *amplissimis vel longissimis prædamnatus est: in quibus & ipsa capitula de quibus accusatus fuerat, continentur, & omnis causa cum eodem Cælestio suprascripto, quæ de Pelagio magistro eius praviore videretur esse, narratur. Quorum scriptorum & nos hic habemus exemplaria, & ad Orientales ecclesias, Ægypti diœcesim, & Constantinopolim, & Thessalonicam, & Hierosolymam similia eademque scripta ad Episcopos transmissa suggerimus.* Unde Gennadius superius cap. 11. laudatus, recte de Innocentii Papæ contra Pelagianos decreto ait, quod illud *Zosimus* D *latius promulgavit*. Nam ille ad Africanos tantum illud transmisit; hic vero ad Cyrillum Alexandrinum, Atticum C. P., Rufum Thessalonicensem, Praylum Hierosolymitanum, itemque ad Alexandrum Antiochenum, qui Orientalium ecclesiarum Primas erat. Colligitur etiam ex eodem Mercatore, septem illa capita de quibus Cælestius Carthagine coram Aurelio accusatus fuerat, eidem Romæ a Zosimo obiecta, eorumque damnationem encyclicis literis insertam: quæ licet interierint, ex damnatis tamen capitulis integra fere earumdem sententia procul dubio deducitur. Hæc insuper de eadem Zosimi encyclica idem Marius Mercator ibidem scribit: *Et illa beatæ memoriæ Zosimi epistola quæ tractoria dicitur, qua Cælestius Pelagiusque damnati sunt, quæ & Constantinopolim, & per totum orbem missa, subscriptionibus Sanctorum Patrum est roborata. Cui Iulianus & reliqui complices eius subscribere detrectantes, consentaneosque se nolentes iisdem Patribus facere, non solum imperialibus, sed & sacerdotalibus statutis depositi atque exauctorati, ex omni Italia deturbati sunt; ex quibus plurimi resipiscentes, & a prædicto errore correcti, regressi sunt supplices ad Sedem Apostolicam, & susceptis suas ecclesias receperunt.* Fuisse vero octodecim in Italia Episcopos, qui Zosimi encyclicam subscribere recusarunt, ex inferius dicendis constabit: nam totidem pro Pelagianis ad Rufum Thessalonicensem scripsere: quorum tamen maior pars duce Turbanio ad meliorem frugem reversa, amissam dignitatem recepit, Iuliano, Floro, Orontio, Fabio, ac Præsidio obstinate in hæresi perdurantibus, ut lib. 2. cap. 5. dicemus.

CAPUT XV.

Augustinus missis Hierosolymam libris, Pelagii insidias detegit. Pergit iubente Zosimo in Mauritaniam. Disputat Cæsareæ cum Emerito Donatistarum Episcopo. Hipponem reversus, Romam ad Sixtum contra Pelagianos, dein ad Valerium Comitem contra eosdem scribit.

INterea Pelagius Romani iudicii exitum in Palæstina operiebatur, ubi Albinæ, Piniani, eiusque uxoris Melaniæ, senioris alterius neptis, familiaritate gaudebat. Hi quidem nobilissimi Romanorum tanti quondam census fuerant, ut auctor vitæ S. Melaniæ apud Surium die 31. Decembris hæc scripserit: *Neque enim ullus alius, excepto Imperatore, de divitiis cum eis contendisset.* At illi ditissimo patrimonio in pauperes omni fere ex parte erogato, atque monasteriis construendis impenso, in Africam primum, dein in Palæstinam se receperant. Cum iisdem adeo arctam necessitudinem fovebat Augustinus, ut illorum visendorum causa

vel maria sibi volatu pertranseunda esse affirmaret in epist. 127. ad eosdem. Igitur hi, cum Pelagii veteris familiæ & nobilissimæ & ditissimæ clientis vicem dolerent, quod passim tamquam hæreticus traducebatur; hominem conveniunt, rogantque, ut quæcumque contra ipsum iactantur, scripto damnet: gratiam Dei, ac peccatum originale fateatur, quæ ab ipso negari fama erat. Pelagius plusquam Punica fallendi arte usus, de gratia quidem hæc respondit: *Anathema, qui sentit vel dicit, gratiam Dei qua Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, non solum per singulas horas aut per singula momenta, sed etiam per singulos actus nostros non esse necessariam*: ex Augustino lib. de Gratia Christi cap. 2. At de peccato originali ex symbolo, cuius exemplum Romam miserat, hæc reposuit: *iisdem Sacramenti verbis debere baptizari infantes, quibus & maiores*. Læti igitur nobiles illi coniuges citissimas ad Augustinum literas dedere, quibus catholicas, ut rebantur, Pelagii sententias significarunt: eas vero S. Doctor Carthagine accepit, duosque e vestigio libros elucubravit; priorem de Gratia Christi, posteriorem de Peccato originali inscripsit: in quorum præfatione hæc habet: *Festinante enim perlatore, inter occupationes nostras multo apud Carthaginem quam ubicumque alibi densiores, quantum Deus donare dignatus est, ut potuimus, ista dictavimus*: ex quibus laudati libri Carthagine scripti declarantur. Alloquens vero amicos eosdem, ait: *Dilecti a Deo Albine, Piniane, ac Melania*. Baronius ad annum 409. pag. 281. pro Albino Albinam substituendam arbitratur (erat Albina Piniani socrus) anno 419. idem repetit addens: *Nisi præter Albinam matrem fuerit illic Albinus filius*. Sed ea ætate feminæ masculina nominis inflectione a viris doctis nominabantur. Ita Paulæ filia non Eustochia, sed Eustochium dicebatur: S. Paulinus epist. apud Aug. 249. Melaniam *Melanium* nuncupavit, & Hieronymus epist. 79. ait: *Albinus, Pinianus, Melania salutant vos*. Alibi Augustinus epist. 124. & 125. Albinam dixit. Hæc adnotavi, ne quis cum Baronio Albinum filium, Melaniæ fratrem sine teste supponeret. Ceterum S. Doctor in lib. primo de Gratia Christi demonstrat, Pelagium nomine tenus Christi gratiam ad-

A struere: neque illam a libero arbitrio, lege, doctrina Evangelica, aut exemplo Christi distinguere: solam possibilitatem eadem iuxta hæreticum adiuvari, non vero reapse virtutum actus donari: dari illam ex meritis, & ad hoc ut facilius tantum pravis suggestionibus resistamus: varia deinde testimonia, quæ ex editis abs se libellis Pelagius in gratiæ commendationem producit, S. Doctor ventilat, quantumque fraudis singulis insit, exponit: manifestissimis denique pro divinæ gratiæ assertione Ambrosii pronuntiatis opus concludit. Hic tamen eorum B sententia castiganda est, qui putant Pelagium veram gratiam agnovisse, quæ speciale quoddam auxilium esset humanæ voluntati cælitus donatum, intusque eamdem movens; sed inde errasse, quod ad facilius operandum gratiam illam necessariam tantum esse voluerit. Etenim Pelagius sentiebat, eas esse liberi arbitrii vires, ut se solo quarumcumque virtutum actus posset, licet difficulter, elicere: idem vero divinæ legis ac doctrinæ Evangelicæ instructione suffultum, easdem sibi virtutes facilius comparare posse autumabat. Horum luculentissimus C testis venit Augustinus in hoc libro de Gratia Christi, in quo cap. 40. hæc scribit: *In quibus eius verbis certe manifestum est, ita eum velle nos adiuvari gratia Spiritus Sancti, non quia sine illo etiam per solam naturæ possibilitatem non possimus resistere tentatori, sed ut facilius resistamus. Quod tamen qualecumque & quantulumcumque adiutorium eum credibile est in hoc constituere, quod nobis additur scientia, revelante spiritu per doctrinam, quam vel non possumus, vel difficile habere possumus per naturam*. En gratia Pelagiana, qua facilior nobis ad virtutes via sternitur, D nempe scientia & doctrina; non uero interna quædam motio singulari Dei providentia nobis impressa. Non ergo Pelagius veram gratiam umquam agnovit; sed fucato gratiæ vocabulo conatus est invidiam frangere, & piorum offensionem declinare. In altero libro de Peccato originali tradit, Cælestium tum Carrhagine, tum Romæ palam originalem culpam negasse, & utrobique ob illud dogma damnatum: idem & Pelagium docere, licet verbis aliud dicere videatur: vitiatam nasci hominum naturam, nec sanari lege Moysis, vel exemplo Christi,

sti, sed sola gratia, & fide a Deo homi- A ni infusis; bonas esse nuptias, malam autem libidinem, sine qua nuptiarum bonum, nempe filiorum generatio, haberi non potest. Hæc duo ad Pinianum volumina damnatis a Zosimo Pelagianis scripta abs se fuisse testatur S. Doctor lib. 2. Retract. cap 50. Hinc reiicitur Vossius lib. 1. hist. Pelag. cap. 13. scribens, hosce libros editos fuisse *ex synodi* Carthaginensis scilicet sub Innocentio anno 416. *postulato, quemadmodum liquet ex epistola* 110. Nam compositi sunt libri illi Carthagine anno 418., script avero laudata in epistola 110. fuere gesta sy- B nodalia Hippone elucubrata, ut ex memorata epistola aperte deducitur: sed de his cap. 10. abunde diximus.

Augustinus id temporis agebat Numidarum legatum. Etenim cum synodus Kalendis Maii cogi cœpisset, nec ob plurimas ecclesiarum Africæ causas ibidem discutiendas brevi solvi posset; ne tot Episcopi molestiores Carthagine moras pati cogerentur, ex singulis provinciis terni Patres selecti fuerunt, qui ceteris domum reversis qualibet ecclesiastica negotia plena auctoritate discuterent. Pro Numidis legatione fungeban- C tur Alipius Tagastensis, Augustinus Hipponensis, ac Restitutus. Interim Zosimi literæ superveniunc, quibus Augustinus & Alipius Cæsaream Mauritaniæ ad nonnulla expedienda destinantur: ex epist. 157. Cum illuc S. Doctor pervenisset, disputationem publicam habuit cum Emerito conatistarum Cæsareensis urbis Episcopo, præsentibus Deuterio Metropolita catholico Cæsareensi, Alipio, Possidio, aliisque Episcopis, universo Clero, ac frequentissima plebe. Exitum describit Augustinus lib. 2. contra Gaudentium cap. 6. *Affuit maxima* D *multitudo: nihil pro sua seu pro vestra defensione dicere potuit, communicare noluit, dilatus perseveravit, convictus obmutuit, illesus abscessit*. Gesta vero a publicis notariis excepta sunt: quorum hocce initium legitur: *Gloriosissimis Impp. Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. Duodecimo Kal. Octobris Cæsareæ in ecclesia maiori* &c. Erat in ea urbe vetus quidem, sed crudelis consuetudo: solemni congressu, statis diebus, singulis annis cives duas in partes divisi lapidibus se obruebant, quam plusquam civilem pugnam *catervam* nominabant. Eam tamen consuetudinem ab avis per longam annorum seriem traditam suis declamationibus Augustinus tamdem antiquavit, dum ibidem hoc anno moras necteret: ex lib. 4. de Doctr. Christ. cap. 24.

Cum Augustinus Cæsareæ variis occupationibus detineretur, Renatus monachus ipsius familiaris epistolam ab Optato Episcopo, qui ipsum de animæ origine consulebat, accepit: quam cum Augustino legendam tradidisset, accidit ut Muresses Episcopus Optati necessarius eo adveniret, qui de eodem argumento ab hoc ipso ad se missas fuisse literas Augustino significavit, Sanctum Doctorem simul consulens rogansque, ut ipsemet quid sentiendum foret, vel sibi coram, vel Optato per literas exponeret: quod etiam cum Renatus urgeret, Augustinus eruditam ad Optatum epistolam misit: in qua aperte fatetur, dubium iam inde a pluribus annis se esse de animæ origine, num crearetur immediate a Deo, vel per traducem a parentibus in filios derivaret: de qua re nihil ex Scripturis certi colligi posse ostendit: scripsisse se ea de re ad Hieronymum, a quo nondum responsionem acceperat: quodlibet tamen asseratur, adstruendum esse peccatum originale, quod contra Pelagium ac Cælestium ecclesia Romana credendum esse decrevit: mittere vero se exempla recentium literarum, sive quæ speciatim ad Africanos, sive quæ universim ad omnes Episcopos de memorata Sede manarunt: statimque subdit damnatam illis in literis Pelagii argumentationem, qua ex animarum creatione tolli originis peccatum contendebat, recitans etiam fragmentum epistolæ Zosimi, quæ intercidit. Duas alias epistolas Augustini de eodem argumento ad Optatum datas citat Sanctus Fulgentius lib. 3. de Verit. prædest. & grat. versus finem, quæ tamen interiere: illa vero ponitur inter epistolas Augustinianas tomo 2. num. 157.

Rebus Cæsareæ expeditis Augustinus Hipponem rediit, ibique plures ad se transmissas literas accepit. Has inter erant duæ Valerii Comitis, simulque epistola satis prolixa Sixti presbyteri Romani, qui Cælestino Papæ postea successit. Detulerat eas Firmus presbyter, atque absente Augustino literis Hippone relictis,

alio diverterat: ex epistola 105. initio. Hic Firmus Paulæ eiusque filiæ Eustochii amicus anno 414. *ob rem earum Ravennam & inde in Africam Siciliamque* directus, ut scribit Hieronymus epist. 30. apud Augustinum, dum Ravennæ moraretur, Valerii Comitis intima familiaritate usus fuerat. Erat ille Honorii Imperatoris Dux, ad quem etiam aliquoties scripserat Augustinus, sed nullum abeo responsum tulerat: illius tamen hoc anno tres literas accepit, unam per Vindemialem Episcopum & per Firmum, uti diximus, duas ex initio lib. 1. de Nuptiis & concupiscentia. Cum vero Pelagiani a Zosimo Romæ damnati sunt, Firmus aderat Romæ: unde Augustinus eumdem ad Sixtum scribens, vocat *non solum advectorem scriptorum tuorum, verum etiam narratorem testemque factorum*: ep. 105. Sixtus cum falsis Pelagianorum rumoribus qui illum sectæ patronum publicabant, male se in Africa audire intelligeret, breves ad Aurelium literas miserat, queis talem a se notam excuteret, paulo vero post proficiscenti in Africam Firmo epistolam ad Augustinum & Alipium dedit: quam cum Augustinus ingenti lætitia perfusus legisset, eamdem cum breviori responso ad Alipium per Albinum Acoluthum legendam transmisit. Verum remeante ex Africa in Italiam Firmo, prolixiorem ad eumdem Sixtum epistolam Augustinus perscripsit, in qua universæ catholicæ doctrinæ contra Pelagianos assertæ compendium posuit. Ostendit ex eadem massa originali peccato infecta alios misericorditer liberari, aliis iuste in eadem perditionis massa relictis: Pelagianos conclamantium piorum vocibus pressos, gratiæ auxilium iam tamdem fateri, sed ex humanis meritis illud suspendere: ad gratiam nulla merita supponi, quoniam meritis impii non gratia, sed pœna debetur: Pelagianos gratiam sine meritis datam perperam contendere esse humanam naturam: fidem sine ullis meritis a Deo homini donari; idque pluribus sacrarum literarum testimoniis comprobat: orationem ipsam inter gratiæ munera computandam: nullam peccatoribus adversus iudicia Dei inscrutabilia excusationem suppetere; nam si excusatio illa iusta esset, non inde iam gratia, sed iustitia liberaret: qui Deum in gratuitæ gratiæ largi-

A tione personarum acceptorem obiiciunt, in parvulis omnes argumentationis vires perdere, quorum tam plurimi sine meritis salvantur: Iacob sine meritis a Deo electum, Esau ob peccati demeritum reprobatum: non damnari parvulos ob peccata, quæ, si viverent, perpetrarent, cum non commissorum delictorum minime sit ultor Deus: originalis peccati per fideles genitores transfusionem exemplo oleæ & oleastri explicari, illudque ex ecclesiæ cærimoniis in exsufflandis & exorcizandis infantibus in baptismo evidenter convinci. Hæc Epistola 105. ad Sixtum

B (ita enim numeratur inter Augustinianas) non modo ultimo ictu Pelagianos confecit, sed & Semipelagianos antequam orirentur, suffocavit: dum initium fidei ex meritis, & infantium numquam futura merita vel demerita irrisit, atque electionem Dei prædestinantis omnia humana merita præcedere asseruit: unde factum est, ut huic epistolæ Semipelagiani postea exorti acerrime contradixerint, teste Augustino lib. de Dono persever. cap. 21. Vim autem occupationibus suis interrumpendis longioris epistolæ dictandæ gratia se fecisse S. Doctor

C testatur, non solum ut virum eruditum & magni apud Romanos nominis in sententia confirmaret; sed quia probe sciebat, eamdem epistolam Romæ ab universis legendam fore atque exscribendam.

At cum Augustinus intelligeret, nonnullos apud Valerium Comitem sibi imponere, quod nuptias damnaret asserendo originale peccatum, librum priorem de Nuptiis & concupiscentia ad Valerium eumdem transmisit, quem vel hoc anno fere exeunte, cum Cæsarea Hipponem rediit, vel initio sequentis elucubratum

D fuisse non dubito. Docet in eo volumine, bonas esse nuptias, malam vero concupiscentiam, qua bene utuntur nuptiæ: originis reatum tolli per baptismum, cum quo omnis homo nascitur subditus diabolo: hominem factum a creatore, captivatum a deceptore, indignum redemptoris: filios ob originalem maculam nasci peccatores a mundis & sanctis parentibus; idque exemplo oleæ & oleastri satis congrue explicari: nullum in paradiso fuisse nuptiarum pudorem, qui post peccatum ex effrænibus concupiscentiæ motibus nobis inest: esseque eamdem con-

concupiſcentiam vehiculum originalis peccati, eiuſque reatum dimitti in baptiſmo: egregio vero S. Ambroſii Mediolanenſis a Pelagio eximie laudati teſtimonio opus concludit. Erat Valerius Comes Auguſtini ſtudioſus, eiuſque libros libenter evolvebat. *Nam & hoc*, inquit Auguſtinus in proœmio, *comperi, quod inter tuas multas magnaſque curas facile ac libenter legas, noſtriſque opuſculis, etiam quæ ad alios conſcripſimus, ſi quæ in manus tuas venire potuerunt, admodum delecteris:* & in fine libri eiuſdem ſtudium commendans, intelligere ſe dicit, *quod tam libenter legas, ut etiam nocturnas aliquas horas lectioni vigilanter impendas*. Ex quibus calumnia Iuliani evaneſcit, qui Auguſtino poſtea vitio vertit, quod libros viro militari nuncuparet. Valerius enim & literis & armis ſimul vacabat, quo & diſceret facienda, & faceret diſcenda: quæ ſumma virorum laus eſt. Libeat autem hic inſinuare, quantum abhorreret modeſti vir ingenii Auguſtinus a dedicandis libris nobilibus ac principibus viris. Hæc enim ibidem cap. 2. ſcribit: *Mihi numquam placuit, cuiquam illuſtri viro, & tanta, quanta es ipſe, ſublimitate conſpicuo præſertim non otioſa dignitate iam fruenti, ſed adhuc actibus publicis eiſdemque militaribus occupato, aliquid meorum opuſculorum legendum non a me petenti, non tam diligenter, quam impudenter impingere.* Inter cauſas autem, cur eidem Comiti opus præſens inſcripſerit, hanc ſecundo loco poſuit: *Quia profanis*, ait, *iſtis novitatibus, quibus hic diſputando reſiſtimus, tu poteſtate curando & inſtando efficaciter reſtitiſti.* Hunc librum ad Valerium *poſt damnationem Pelagii Cæleſtiique conſcripſi*, inquit Auguſtinus lib. 1. ad Bonif. cap. 5. Iulianus ſociique hunc nobiliſſimum virum pluſquam Vatiniano odio perſequebantur: etenim ipſum Imperatorem Honorium contra Pelagianos ſemper excitans, pravis eorum conatibus obviam ibat. Fuit hic Valerius magna apud Principem in æſtimatione. Anno 425. erat Comes rei privatæ, ad quem datum legitur reſcriptum lib. 10. Cod. Theod. *L.* 32. *de petit. & ultro datis* Theodoſio XI. & Valentiniano Cæſ. Coſſ. Item anno 427. erat Comes ſacrarum largitionum ex lib. 10. Codicis eiuſdem *L.* 17. *de murilegulis &c.* Hierio, & Ardabure Coſſ. Idem etiam anno 432. geſſit conſulatum ordinarium: anno vero 435. erat Magiſter officiorum: extat enim ibidem lib. 7. tit. 8. *L.* 16. *de metatis* reſcriptum ad Valerium *Magiſtrum officiorum & exconſulem*, datum Theodoſio XV. Coſ. Unde Iulianus, cum ab Auguſtino nuncupatos Valerio libros mille dicteriis impeteret, Valerium *Patronum* tantum Auguſtini nuncupavit, & libro 1. Operis imperfecti cap. 17. eumdem *militiæ ſudoribus occupatum* dixit: viri enim potentiam reveritus, ab omni convicio abſtinuit.

CAPUT. XVI.

Moritur Zoſimus. Inde ſchiſma inter Eulalium & Bonifacium conflatur. Placidia ſoror Honorii ad Auguſtinum ſcribit. Quid de ſchiſmate Pelagiani publicarent. De legatione Alipii ad Imperatorem contra Pelagianos Baronii, Ianſenii, ac Scriptorum Auguſtinenſium chronologia non probata. Edictum Honorii contra Pelagii ac Cæleſtii defenſores, itemque literæ Aurelii Primatis Carthaginenſis contra eoſdem.

EXeunte anno ſuperiore 418. deceſſerat Zoſimus Papa de divina gratia optime meritus. *Anno* cccxix. Nam licet initio Pelagianorum fraudibus circumventus, mitius cum ipſis egerit, eorumdem tamen dolis per Africanos Patres ſibi pateſactis, tam vehementi ictu illos poſtravit, ut ſeſe humo tollere numquam poſtea valuerint: datis enim ad totius orbis Epiſcopos literis, eoſdem ſacro anathemate percuſſit. Idem Auguſtinum maxime coluit, ſuumque ad Cæſareenſem Eccleſiam legatum deſtinavit. Ceterum mortuo Zoſimo, periculoſa tempeſtas Romanam Eccleſiam adorta eſt, inter Bonifacium & Eulalium ſchiſmate conflato. Honorius Imperator Urbanis diſſidiis cognitis, ne factionum principes præſentia tumultum augerent, mandavit Symmacho Urbis Præfecto, ut utrumque Pontificem nuper electum Roma dimitteret. At ne Romani futura feſta paſchalia ſine Antiſtite peragerent, eam curam Achilleo Spoletinæ eccleſiæ Epiſcopo demandavit, omnia interim tentans, quo

diſſi-

diſſidentes componeret. Verum cum gravioris difficultatis id negotium cerneret, ſtatuit ſynodum plenariam apud Spoletum cogere. Quare Africanos Patres ad eamdem per literas evocavit. Cardinalis Baronius eaſdem ex codice Vaticano publicavit ad hunc annum 419. queis indicitur ſynodus *intra diem Iduum Iuniarum*. Præter vero ſacras divales, idem Imperator privatas literas, ait Baronius, ad Aurelium Primatem ſcripſit. Eiuſdem pariter exempli literas ab eodem Honorio datas ad Auguſtinum ac ſex alios Epiſcopos, ex laudato codice idem teſtatur, eadem epiſtola ibidem recitata, in qua hæc leguntur: *Sed quamvis ſacra Domini Germani mei Auguſti Principis ad Italiæ ſynodum evocans auctoritas non negligenda provenerit, ſocianda ſpecialiter etiam Serenitatis noſtræ ſcripta indicamus*: dicitur epiſtola data tertio Kal. Aprilis Ravennæ. Cardinalis ſubdit num. 24. *Quod autem ait, alias ante literas datas ad ipſos per Germanum ſuum, Honorius Imperator Conſtantium intelligit, cui ob præclaras res geſtas adverſus tyrannos ſororem ſuam Gallam Placidiam dedit uxorem*. Labitur vir inſignis: nam anno 419. Conſtantius non erat Imperator Auguſtus: ille vero qui priores ad Africanos literas dederat, nuncupatur ibidem *Dominus meus Germanus Auguſtus Princeps*: anno tantum ſequenti ex ipſius Baronii ſententia Conſtantius dictus eſt Auguſtus, vel certe, ut moſtrabo, anno 421. Quare eo titulo illis in literis idem minime deſignatur. Præterea eodem anno, eademque de re Conſtantius ac Symmachus ultro citroque literas conſcripſere, quas ibidem Baronius recitat: Symmachus vero eaſdem ita inſcribit: *Domino ſemper illuſtri & per cuncta magnifico, meritoque ſublimi & præcelſo Conſtantio Symmachus*. Neque ſemel Conſtantium aut Principis, aut Auguſti nomine honoravit. Ex quibus obiter reiicitur ſententia Panvinii conterranei mei, qui lib. 1. Rom. Principum ſcribit, Theodoſio Auguſto VII. & Palladio Coſſ. anno nempe 416. Honorium Placidiam ſororem Conſtantio in uxorem tradidiſſe, eumdemque Cæſarem deſignaſſe: quæ Cuſpiniani, Blondi, aliorumque ſentententia fuit. Etenim Conſtantius a Symmacho Nobiliſſimus, Cæſarque appellatus fuiſſet. Certe in reſcripto Honorii dato anno 416. Ravennæ Kal. Martii ex *Cod. Theod. lib. 15. L. 14. de infirmandis his, quæ a tyrannis &c.* Conſtantius vocatur ſolummodo *Comes, & Patricius*. Quin immo nuptias cum Placidia ineunte anno 417. celebravit, ut ex Olympiodoro cap 19. oſtendemus. Quare binæ illæ privatæ epiſtolæ, quarum una ad Aurelium, altera ad Auguſtinum data fuit, ſcriptæ ſunt citra dubium ab ipſa Placidia Honorii ſorore, atque uxore Conſtantii Comitis ac Patricii: quod poterat ſatis cognoſcere inſignis annalium ſcriptor, dum illa ibidem *Germanum ſuum Auguſtum Principem* appellabat: cuius tantum erat oborto ſchiſmate Epiſcopos ad ſynodos vocare, non vero Conſtantii privati adhuc viri. Ita eadem ipſa Placidia de obliteranda poſtea pſeudoſynodo Epheſina a Dioſcoro Alexandrino contra S.Flavianum celebrata literas dedit ad Theodoſium Imperatorem, itemque ad Æliam Pulcheriam Auguſtam: quæ habentur inter epiſtolas præambulares ſynodi Calchedonenſis. Eo pacto corrigendus eſt Scriptor Sæculorum Auguſtinenſium, qui more ſibi familiari cum Baronio laudatam epiſtolam ad Auguſtinum non Placidiæ, ſed Honorio adſcribit anno 419. itemque Ludovicus ab Angelis lib. 5. de vita Aug. cap. 16. Eulalius Urbe, uti diximus, pulſus XV. Kalen. Aprilis contra Honorii decretum eamdem ingreſſus, atque feſtis paſchalibus in baſilica Conſtantiniana celebratis Imperatorem ad iracundiam excitavit: qui tertio Nonas Aprilis decretum ad Symmachum miſit, quo Eulalio eiecto Bonifacius Pontifex iuſſus eſt ſedere; io quem & cleri Romani, & populi frequentiora ſuffragia conſpiraſſe didicerat. Cum vero Imperatoris literæ Romam VI. Idus Aprilis perveniſſent, Symmachus ſtatim Eulalio expulſo, ac Bonifacio ingenti civium plauſu in Sede Apoſtolica conſtituto, finem diſſidiis fecit: ſimulque mandatum de ſynodo Spoleti habenda per Largum Proconſulem in Africa revocatum fuit.

Interim Pelagiani hocce Eulalii ſchiſma ob damnatam anno ſuperiore Pelagii ac Cæleſtii doctrinam ab ultore Numine permiſſum publicabant. Quam ſane calumniam repellens Auguſtinus dixit: *Memento ſane, quemadmodum de conſtituendo Epiſcopo diſſenſionem populi Romani inſultabundus obiectas. Quod abs te quæro, utrum*

utrum homines ſua fecerint voluntate? Quod ſi neges, quomodo liberum defendis arbitrium? Si autem fateris, quomodo autem eam vocas ultionem Dei, atque a veſtro dogmate exorbitas, dum putari divinitus vindicatum affectas? An tamdem aliquando concedis, quod obſtinatiſſima contentione negaveras, occulto iudicio fieri, ut in ipſis hominum voluntatibus inveniatur aliquid, quod & peccatum ſit, & pœna peccati? Hoc enim niſi in iſta tua ſententia ſapuiſſes, nullo modo factum hominum ultionem Dei eſſe dixiſſes: lib.6. con. Iul. cap. 12. Deinde ſchiſmatis inter S. Damaſum & Urſicinum exemplo uſus, cum nondum Pelagiani orti fuiſſent, inanem hæretici calumniam oſtendit. Pelagianos quidem contra Bonifacium Romæ ſtetiſſe ſcribit Baronius. Et ſane litigantibus paſtoribus lupi ad catholicas caulas fremebant, & Zoſimi timore depoſito ubique turbas dabant: quo etiam tempore Cæleſtium ſe ſe Urbi inſinuaſſe arbitror, qui poſtea inſtante Bonifacio a Conſtantio inde expulſus fuit.

Hic annus CCCCXIX. ob famoſam Alipii noſtri Tagaſtenſis ad Honorium ſuſceptam contra Pelagianos legationem a Baronio, Ianſenio, noſtriſque Rivio, ac Torello celebratur. Mirum in rem plane falſam univerſos tanta concordia conſpiraſſe. Alipium ob Pelagianos præcipue coercendos, aliaque Africanæ eccleſiæ negotia expedienda, ter ad Comitatum in Italiam veniſſe oſtendemus: hoc enim inſtituto noſtro plurimum congruit, cum nullus Patrum poſt Auguſtinum plus Alipio pro divina gratia adverſus ſuperbiſſimos hæreticos inſudaverit. Ille enim non modo ſcriptis ad doctiſſimos quoſque literis eoſdem exagitavit, verum etiam longarum navigationum incommoda devorans, impias eorum machinas fregit: ut plane mirum ſit, apud Pelagianarum rerum ſcriptores adeo tenuem de Alipio mentionem fieri, eamque non eo quo deberet tempore, ut mox oſtendo. Etenim Baronius aliique poſt ipſum, Alipium in Italiam ad Honorium anno 419. profectum fuiſſe ſcribunt, atque ſanctionem contra Pelagianos a Principe impetraſſe datam V. Idus Iunii, eamque ſecum in Africam detuliſſe. Certum tamen eſt eo tempore Alipium Carthagine ſynodi cauſa adfuiſſe: in qua ſubortis gravibus diſſidiis de appellationibus tranſmarinis, Alipius in

A ſeſſione habita VIII. Kal. Iunii ſententiam dixit, idemque III. Kal. eiuſdem menſis acta ſynodi ſubſcripſit, ut capite ſequenti latius patebit. Quare certum eſt eo tempore Alipium non degiſſe apud Ravennam, neque ab Honorio contra Pelagianos reſcriptum coram impetraſſe. Honorius quidem cum aliunde accepiſſet, quoſdam Epiſcopos Pelagianis publice pro ſecta loquendi facultatem in Africa permittere, datis ad Aurelium Carthaginenſem literis, ſeveriſſima id lege prohibuit. Exemplum epiſtolæ e Vaticano codice magni Baronii diligentia exſcri-
B ptum ſubiicimus.

Imperatores Honorius & Theodoſius Auguſti Aurelio Epiſcopo Salutem.

DUdum quidem fuerat conſtitutum, ut Pelagius & Cæleſtius nefandi dogmatis repertores, ab urbe Roma veluti quædam catholicæ veritatis contagia pellerentur, ne per ignorantiam mentes ſæva perſuaſione perverterent. In quo ſecuta eſt clementia noſtra iudicium ſanctitatis tuæ, quo conſtat eos ab univerſis iuſtæ ſententiæ examinatione eſſe damnatos. Sed quia obſtinati criminis per-
C *tinax malum, ut conſtitutio geminaretur coegit, recenti quoque ſanctione decrevimus, ut ſi quis eos in quacumque provinciarum parte latitare non neſciens, aut propellere aut prodere diſtuliſſet, præſcriptæ pœnæ velut particeps ſubiaceret. Præcipue tamen ad quorumdam Epiſcoporum pertinaciam corrigendam, qui pravas eorum diſputationes vel tacito conſenſu adſtruunt, vel publica oppugnatione non deſtruunt, Pater cariſſime atque amantiſſime, ſanctitatis tuæ auctoritatem cavere conveniet, quatenus in abolitione præpoſteræ hæreſis omnium devotio Chriſtiana conſentiat. Religio itaque tua competentibus*
D *ſcriptis univerſos faciat admoneri, ſcituros definitione teſtimonii tui hanc tibi definitionem eſſe præſcriptam, ut quicumque damnationi ſupra memoratorum, quo pateat mens pura, ſubſcribere impia obſtinatione neglexerint, Epiſcopatus amiſſione mulctati, interdicta in perpetuum expulſi civitatibus communione priventur. Nam cum ipſi nos iuxta ſynodum Nicænam confeſſione ſincera conditorem rerum omnium Deum, imperiique noſtri veneremur auctorem, non patietur ſanctitas tua ſectæ deteſtabilis homines in iniuriam religionis nova & inuſitata meditantes, ſecretis tractatibus occultare ſacrilegium pu-*

blica

blica semel auctoritate damnatum. Una enim eademque culpa est eorum, qui aut dissimulando conniventiam, aut non damnando favorem noxium præstiterint. Et alia manu: *Divinitas te per multos annos servet incolumem, Pater carissime atque amantissime. Data V. Idus Iunias Ravennæ, Monaxio & Pliuta Coss.*

Eiusdem exempli literas ab Honorio ad Augustinum scriptas testatur Baronius, qui in eodem codice hæc legit: *Eodem tenore etiam ad S. Augustinum datum rescriptum*, ad annum 419. pag. 445. Aurelius Honorii literis acceptis, encyclicam ad omnes Byzacenos, & Arzugitanos scripsit, qua Imperatoris decreta eisdem significabat. Illius vero exemplum subiicio.

Dilectissimis ac desiderabilibus fratribus ac consacerdotibus, Donatiano primæ sedis, Ianuario, Felici, Palatino, Primiano, Gaiano, & alii Gaiano, Ianuario, Victorino, & ceteris per tractum provinciæ Byzacenæ, & Arzugitanæ constitutis Aurelius Episcopus.

Super Cælestii & Pelagii damnatione, eorumque dogmatibus, participem sanctam dilectionem vestram in plenario concilio fuisse commemini, dilectissimi ac desiderabiles Fratres. Sed quoniam pro honore Dei, in cuius manu cor Regis est constitutum, gloriosissimorum Principum christianorum fidem rectam & catholicam custodientium accessit auctoritas, quam per humilitatem meam universis Coepiscopis meis voluit intimari; idcirco honorabilem fraternitatem vestram missis exemplaribus instruere festinavi, ne quid mali in aliqua parte provinciæ ex supradictorum serpentina persuasione, ab universali ecclesia totius orbis exclusa, fortasse subrepat. Ob hoc ergo tam necessaria constitutio christianorum Principum caritatem vestram latere non debuit, & ad me ab eis datæ literæ: quarum simul exemplaribus lectis, quemadmodum subscribere unusquisque vestrum debeat, dilectio vestra cognoscat, sive quorum synodalibus gestis subscriptio iam tenetur, sive qui non potuistis eidem plenario totius Africæ interesse concilio: quo cum in supradictorum hæreticorum damnatione omnium vestrum fuerit integra subscriptio, nihil omnino fit, unde ullius dissimulationis, vel negligentiæ, vel occultæ forsitan pravitatis aliqua videatur merito remansisse suspicio. Et alia manu: *Opto, Fratres, bene vivatis mei memores. Data Kalendis Augusti Carthagine Monaxio & Pliuta Coss.*

Arzugitanæ regionis mentionem facit codex synodorum Africæ cap. 16. *Quia in Tripoli forte, & in Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes:* & cap. 19. *Cogitare etiam debetis, Fratres, quia hoc sibi & Tripolitani, & Arzugitani fratres potuerunt exigere.* Ex quibus patet, minus recte ab Ortelio in tabulis geographicis ubi Africam describit, Tripolim cum Arzuge confundi. Arzugem magis quam Byzacium, & Tripolim ad meridiem accedere, diserte scribit Augustinus epist. 48. ad Vincentium: irridens enim vanum illud interpretamentum, cui Donatistæ illa Scripturæ verba, *ubi pascas, ubi cubes in meridie*, subiiciebant, quasi Deus fidem orthodoxam apud solos Donatistas in meridianis Africæ regionibus degentes remansuram denuntiasset, hæc habet: *Si enim hoc scripturarum loco meridies Africa intelligenda est in parte Donati, quæ sub cæli ferventiori plaga est, omnes vos Maximianistæ superabunt, quorum schisma in Byzacio, & in Tripoli exarsit. Sed confligant cum eis Arzuges, & hoc magis ad se pertinere contendant. Mauritania tamen Cæsareensis occidentali, quam meridianæ parti vicinior, quando nec Africam se vult dici, quomodo de meridie gloriabitur?* Hæc Augustinus. Sed de Arzugitana provincia vide inferius lib. 2. cap. 7.

CAPUT XVII.

Cogitur synodus Africana, ac de appellationibus transmarinis agitur. Recitatur codex conciliorum Africæ, & canones contra Pelagianos statuti in eadem synodo leguntur. Marius Mercator Pelagianorum hostis, ac S. Doctoris Hipponensis amicus laudatur. Bucherii metachronismus castigatur. S. Augustinus a M. Antonii de Dominis calumnia in causa de appellationibus vindicatur.

Gravis hoc anno controversia Augustinum ceterosque Africanos Patres

tres exercuit. Urbanus ex Hipponensi A eiusdem Augustini clero ad Siccensem cathedram promotus, Apiarium presbyterum quorumdam criminum reum synodali sententia ex Siccensi ecclesia amovendum curaverat. At ille appellationem ad Zosimum interposuerat; qui statim Faustinum Potentiæ in Piceno Episcopum, unaque Philippum & Asellum presbyteros suos e latere legatos in Africam destinavit, ut Apiarii causam retractarent. At Africani ægre ferebant & acerbe, damnatos in provinciis Africæ ad transmarina iudicia provocare. Cum vero Apostolici legati eas appella- B tiones a Nicæna synodo approbatas asserèrent, neque id in Nicænis canonibus qui in Africanis ecclesiis servabantur, legeretur, gravissima ac pæne diuturna contentio suborta est. Mortuo paulo post Zosimo, ac succedente Bonifacio hoc anno 419. in plenaria synodo Africana de appellationibus disputatum fuit. Africani prætendebant insolitam vel ab ipsis christianæ religionis apud Africam primordiis consuetudinem, nempe ut presbyteri, diaconi, ac clerici inferiores in suis quique provinciis iudicarentur, ad transmarinos iudices appellatione omni- C no interdicta. Hoc ipsum Baronius ceterique arbitrantur decretum fuisse in synodo priori Milevitana canone XXII. At canones illos ad illam synodum non pertinere superius cap. 10. ostendimus. Ille canon iisdem omnino verbis conditus fuit a plenaria synodo Carthaginensi Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. anno superiore 418. in qua canone XVII. transmarinæ appellationes vetantur. Quod decretum ob tentatam id temporis contra Africanæ ecclesiæ consuetudinem ab Apiario appellationem emissum existimo. Laudata vero consuetudo col- D ligitur ex Augustino epist. 162. ubi de Cæciliano Carthaginensi ac collegis Episcopis ait: *Neque enim de presbyteris, aut diaconis, aut inferioris ordinis clericis, sed de collegis agebatur, qui possent aliorum collegarum iudicio, præsertim Apostolicarum ecclesiarum, causam suam integram reservare*. Scripta fuit hæc epistola ad Episcopos Donatistas, post quam ad eosdem alteram dedit, nempe 163. In hac vero scribit Augustinus, se ad Cirtensem ecclesiam perrexisse ordinandi causa Episcopi. Fuit hic Fortunatus anno 398. ut lib. 2. cap. 7. probabimus in Profuturi locum suffectus. Quæ ideo ex Augustino adduxi, ne quis forte arbitraretur, S. Doctorem in laudata epistola 162. canonem illum 22. vulgo Milevitanum secutum; cum epistola quadriennio ad minus istam synodum præcesserit. Et quidem de canonibus Milevitanis video Chiffletium in eadem mecum esse sententia. At non modo perpetua Africæ consuetudo memoratis appellationibus obstabat, verum etiam summa prosequendi extra provinciam iudicii difficultas. Hæc enim Africani ad Cælestinum scripsere: *Quomodo ipsum transmarinum iudicium ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ, vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, vel multis aliis intercurrentibus impedimentis, adduci non poterunt?* Statimque addunt: *Nam ut aliqui, tamquam a tuæ Sanctitatis latere mittantur, nulla invenimus Patrum synodo constitutum*.

Baronius scribit ad annum 419. pagina 448. Africanos non uno Apiarii facto turbatos fuisse, sed & ob Cælestii quoque appellationem, qui Carthagine damnatus ad Romanum Pontificem provocaverat. Ego duplex causarum genus distinguendum censeo; unum, quod fidei dogmata spectat, alterum, quod ad Ecclesiasticam politiam pertinet. Numquam Africani in causis fidei appellationem ad Romanam Sedem vetitam voluere: immo illam quam libentissime admiserunt. Cælestius Carthagine ab Aurelio in Proconsularis provinciæ synodo damnatus, Romanum Antistitem appellavit: quo intellecto Paulinus diaconus Carthaginensis e vestigio Romam se contulit, quo lata contra Cælestium sententia Apostolico iudicio iterum confirmaretur. Neque Aurelius Primas Africæ de Cælestii appellatione questus fuit, aut Paulino Romanum iter inhibuit, ne eo facto Afrorum iura lædere videretur. Quantum vero Africani in causis fidei Romanæ Sedi detulerint, non uno exemplo comprobatur. Cum Pelagius ac Cælestius Carthagine ac Milevi in Numidia anno 416. damnati fuissent, scribit Augustinus epist. 94. ad Hilarium: *Nova quædam hæresis inimica gratiæ Christi conatur exsurgere, sed nondum evidenter ab Ecclesia separata est*. Id temporis nondum Innocentii rescriptum Africanæ synodi receperant, quarum scripta *venerabili*

Papæ Innocentio directa S. Doctor laudat: at cum Innocentius ratum habuisset Africanorum decretum contra utrumque hæreticum publicatum, Augustinus serm. 2. de V. Apost. ait: *Iam enim de hac causa duo concilia missa sunt ad Sedem Apostolicam: inde etiam rescripta venerunt. Causa finita est, utinam aliquando finiatur error.* Finitam causam dixit, quod nullus appellationi aditus pateret, postrema sententia a Romana Sede promulgata: at Pelagiana hæresis post Innocentii decretum *evidenter ab Ecclesia separata est.* Zosimus epist. 4. ad Africanos scribit: *Grave fuit Lazaro & Eroti literarum suarum pedissequos esse? An nesciebant dilectionem vestram ad Sedem Apostolicam relaturam? Hac certo calumniæ compendio navigassent.* Ex quibus patet, in causis fidei Africanos suorum decretorum confirmationem ab Apostolica Sede petere consuesse. Hincmarus Rhemensium Antistes, qui sæculo nono vetera Africanorum iura Galliis asserere volebat, appellationes quoad Ecclesiasticam tantum politiam impedire conatus fuit, ut patet ex epistola 47. scripta nomine Caroli Calvi Imperatoris: in causis vero fidei licet Hincmarus Gotteschalcum ad Romanum tribunal provocantem in carcerem detrusit, illius tamen appellationem nusquam irritam dixit, sed malis artibus fecit. Horum omnium ratio est, quod in causis politicis, quæ regimen Ecclesiasticum spectant, ad pleniorem earumdem intelligentiam assequendam testes plurimi requiruntur; qui cum in longinqua difficulter peregrinari possint, inde prosequendæ extra provinciam appellationis difficultas emergit. At in causis fidei Romani Pontifices non hominum, sed sacrarum literarum testimonia consulunt: unde de quibuscumque rebus ad fidei dogmata pertinentibus, licet in provinciis per synodos discussis, integrum iudicium Romano Pontifici reservatur.

Apiarius non læsæ fidei, sed quorumdam criminum accusatus, extra Siccensis Ecclesiæ confinia vivere iussus, Apostolicam Sedem appellaverat. Quare hoc anno VIII. Kal. Iunii coram Pontificiis legatis in synodo, cui omnium provinciarum Africæ legati intererant, de Apiarii causa actitatum est. In primis lectum fuit Commonitorium Faustino ac collegis a Zosimo traditum, in quo duo

A canones tamquam a Nicæna synodo statuti laudabantur; unus, quo Episcoporum totius christiani orbis ad Romanum Pontificem appellatio probabatur, alter quo presbyteros a diœcesano Episcopo damnatos, ad finitimorum Antistitum iudicium provocare posse decernebatur. Porro his auditis Alipius Numidarum legatus palam negavit tecitatos canones in synodo Nicæna, cuius tum Græca tum Latina exemplaria plurima penes Africanos erant, repetiri: quod cum ab universis assereretur, in hanc sententiam, Alipio nostro præeunte ceteri pedibus

B ivere; ut legati ad Antistites Alexandriæ, Antiochiæ & Constantinopolis ad sinceriores Nicænæ synodi codices, quos illis in ecclesiis servari fama erat, investigandos mitterentur. Quam vero honorifice Alipius & Augustinus de Apostolicæ Sedis auctoritate eo in concilio senserint, ex eorumdem verbis intelligitur. Etenim Legatis Romani Pontificis iura, Patribus synodi e contra Africanæ ecclesiæ perpetuam consuetudinem prætendentibus, Alipius de iis quæ in Zosimi Commonitorio continebantur, ita censuit: *Ista nos tamen tantisper servaturos, ut antea dixi, donec integra exempla-*

C *ria veniant, profitemur.* Hinc Faustinus legatus dixit: *Nec vestra Sanctitas præiudicat ecclesiæ Romanæ sive de hoc capitulo, sive de aliis.* Eidem sententiæ Augustinus consentiens dixit: *Et hoc nos servaturos profitemur, salva diligentiore inquisitione concilii Nicæni.* Quare duo illi doctissimi Patres Romanæ Sedis decreta insolitæ Africanarum ecclesiarum consuetudini, re dubia, anteponenda esse censuerunt. Ex his Scriptoris sæculorum Augustinensium error corrigendus est; qui ad annum 419. num. 5. tradit, Augustini no-

D men in hac synodo non legi; a qua Alipium etiam absentem facit: nam eum Baronio id temporis Ravennæ eumdem moratum scribit. Uterque enim non modo eo in concilio sedit, verum etiam ambo sententiam pronuntiarunt, cui ceter Senatus albos calculos adiecit, ut patet ex epistola synodali ad Bonifacium.

Ceterum Innocentius presbyter Alexandriam, & Marcellus subdiaconus Constantinopolim Oratores destinati paulo post ex Africa in Orientem transmisere. Cuspinianus vir magnæ lectionis in Comment. fast. Cassiodori ad consulatum

Mona-

Monaxii & Plintæ ait: *Augustinus epistolam scribit ad Episcopos Græcos, in cuius datis ponit hos consules*. Hæc epistola latet: certe de canonibus Nicænis S. Doctorem scripsisse, iure possumus suspicari. Interim Pontificii legati Apiarium synodo conciliarant. Etenim hic ob tentatam appellationem, ex canone 17. synodi anni superioris, fidelium io Africa communione privatus fuerat: at cum patratorum criminum veniam supplex petiisset, intercedente præsertim Faustino Episcopo Potentino, absolutionem impetravit hac conditione, ut io Trabacena ecclesia procul a Siccensi territorio degeret. His vero peractis Legati cum literis synodi Africanæ, quæ etiamnum extant, in Italiam reversi sunt, ut ex gestis synodi aperte colligitur: nam in Cod. conc. Africæ cap. 100. in decretis exaratis III. Kal. Iulii hæc leguntur: *Die sequenti per fratres nostros Faustinum Episcopum, Philippum & Asellum presbyteros venerabili Fratri & Coepiscopo nostro Bonifacio rescribemus*. In fine vero epistolæ synodalis ad Bonifacium legati Apostolici dicuntur *secum ferre* gesta in synodo: quæ hic adnotavi, quod noonulli scripsere legatos usque ad pootificatum Cælestini in Africa moras traxisse; cum tamen paulo ante mortem Zosimi illuc appulsi, octavo postea mense transacto, in Italiam æstate iam incumbente redierint.

In hac synodo lecti suot canones præteritorum conciliorum, quæ tempore Aurelii Primatis in Africa peracta sunt. In primis vero recitata est synodus Hippone habita Theodosio Aug. III. & Abuodantio Coss. anno 393. quando Augustinus adhuc presbyter publice de symbolo coram Patribus disseruit. Hæc ergo est prima synodus sub Aurelio celebrata. Unde synodus quæ indicta legitur Valentiniano IV. & Theodosio Coss. Carthagine, perperam Aurelii nomen exhibet, ac mendosa prorsus est. Pater Lupus in quæstione quodlibetica de Origine Augustinensium, cum in ea synodo legeret; Genethlium ac Aurelium velut collegas consessui præsidentes, suspicatus est, adhuc superstiti Genethlio Primati Carthaginensi suffectum fuisse veluti coadiutorem Aurelium. Sed id sine teste gratis asseritur, primaque syoodus ab Aurelio indicta appellatur Hipponensis, quæ anno 393. celebrata est: Præterea

A in actis synodalibus Alipius & Fortunatus, itemque *Valentinus primæ sedis provinciæ Numidiæ* nomioaotur; cum Alipius anno tantum 394. Tagastensis ecclesiæ regimen susceperit, Fortunatus anno 398. Cirtæ primum sederit, Valentinus vero post annum 416. Numidarum Primas evaserit: quæ omnia lib. 2. cap. 7. nobis ostendeotur. Chiffletius in calce opusculorum nostri Fulgentii Ruspensis e MSS. codicibus germana illius concilii acta vulgavit, in quibus laudatorum proxime Patrum nomina non leguntur: consules vero in titulo ponuntur Valenti-
B nianus IV. & Fl. Neoterius, qui magistratum gessere anno nostræ epochæ 390. Video tamen numeros canonum ibidem descriptorum oon convenire cum iis, quos Ferrandus Diaconus Carthaginensis appellat: etenim canones VII. & IX. apud Ferrandum sunt Chiffletio IX. & XI. Sed his omissis, hoc pro comperto habeo, primam synodum sub Aurelio Genethlii successore esse Hipponensem, quæ primo loco in recensione laudata conciliorum oominata fuit.

Deinde repetita fuere decreta aliarum XVI. synodorum, usque ad annum 419.
C ab Aurelio celebratarum: quarum ultima relecta fuit, quæ superiori anno contra Pelagianos habita est. Hæc autem continebat ante alios octo canones cootra Pelagianos, qui iterum cum reliquis & lecti, & oova subscriptione firmati sunt. Porro ex iis synodalibus decretis conflatus est Codex ille famosus conciliorum Africæ, a Dionysio Exiguo Codici canonum Occidentalis ecclesiæ insertus, & a Iohanne C. P. vulgo Scholastico Nomocanoni intextus, io conventu Trullano can. 2. ut membrum codicis canonum Orientalis ecclesiæ approbatus, atque a
D Theodoro Balsamone græco, & a Iustello latino etiam sermone cum notis io lucem emissus. Iacobus Usserius cap. 10. de Antiq. Eccles. Britan. pag. 293. putat in hac plenaria synodo quædam hoc anno 419. contra Pelagianos oominatim sancita fuisse; quod Augustinus epist. 47. ad Valentinum scribit: *Quod Papæ Zosimo de Africano concilio scriptum est, eiusque rescriptum ad universos totius Orbis Episcopos, & quod posteriori concilio plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constituimus*: ubi palam Augustinus duo plenaria Africana concilia laudat, a quibus

Pelagianos damnatos dicit. At anno tantum 418 in plenaria synodo hæretici illi primum proscripti sunt. Quare in synodo huius anni 419. novis contra eosdem statutis publicatis iterum damnati fuere. Ita Usserius. Sed plane hallucinatur: nam Augustinus suo ordine cuncta in Pelagiana causa gesta recenset. In primis ibidem literas synodales Numidarum & Proconsularium Episcoporum ad Innocentium laudat, eiusque ad eosdem rescripta, postea concilii Africani literas ad Zosimum, dein Pontificis encyclicam epistolam, alterumque subsecutum in Africa concilium. At concilium anno superiori contra Pelagianos celebratum fuit post acceptam Zosimi encyclicam. Quod si & hoc anno quidpiam contra Pelagianos eosdem specialiter statutum fuisset in plenaria synodo Africana, ut contendit Usserius, iam a duobus plenariis conciliis post memoratas Zosimi literas canones contra eosdem hæreticos editi fuissent: cuius oppositum ex Augustino colligitur. Quale vero S. Doctor concilium ante latum a Zosimo contra Pelagium anathema intelligat, iam satis explicuimus cap. 14.

Legatis Apostolicis Romam reversis soluta est synodus, ac sub initium Iulii mensis Augustinus Hipponem rediit. Scribit in proœmio libri de VIII. Quæstionibus ad Dulcitium: *Per pascha quippe hoc anno, quo dominicus eius fuit tertio Kal. Aprilis, a Carthagine mihi missas literas tuæ dilectionis accepi, post eos autem dies sanctos confestim Carthaginem sum profectus*. Hoc anno celebratum est pascha III. Kal. Aprilis Cyclo Solis VIII. Lunæ II. lit. E. Addit vero ibidem: *Post tres menses redire permissus sum*. Ineunte ergo Iulio mense suis restitutus est, quindecim vero diebus componendis Hipponensium rebus insumptis, literis ante quatuor fere menses a Dulcitio acceptis respondit. Fuerat is ab Honorio Imperatore in Marcellini locum contra Donatistas in Africam delegatus, qui cum Augustino singulari amicitia iunctus esset, octo quæstiones sancto Doctori sibi solvendas proposuit. Augustinus cum vetera sibi dubia obiici animadverteret, nibil novi elucubrare statuit, sed ex editis olim abs se voluminibus responsiones ad singulas dubitationes excerpere, ea facti ratione reddita: *Ut nec studio tuæ sanctitatis deessem, quod mihi est gratissimum, nec alio modo eadem dicere cogerer, quod mihi esset laboriosissimum, nec te aliquo amplius adiuvaret*. Porro in solutione tertiæ quæstionis meminit epistolæ ad Mercatorem datæ contra Pelagianos: *In quadam epistola*, inquit, *quam scripsi ad filium meum nomine Mercatorem, quæ incipit*: Proculdubio notissimum vobis, *cum me consuluisset de quibusdam quæstionibus Pelagianorum, qui negant mortem esse peccato retributam, quatenus disputaverim, in subditis lege*. Hic est celebris ille Marius Mercator Pelagianorum hostis acerrimus, cuius scripta toties in hac historia laudamus, qui anno 429. Constantinopolim profectus, Iuliani ac aliorum Pelagianorum Exepiscoporum apud Imperatorem conatus elusit, ut lib. 2. cap. 5. dicemus. Hæ quidem literæ S. Patris ad Marium Mercatorem interiere, illarum tamen meminit Possidius in indice. Et quidem plures epistolas scripsit Augustinus contra Pelagianos, quæ quo anno datæ sint, non liquet. Has inter insigniores sunt epistola 144. ad Anastasium, epistola 200. ad Asselicum Episcopum Tusuritanum ex cap. 120. collat. 1. Carthaginensis.

In eodem libro ad Dulcitium in solutione secundæ quæstionis recitatur S. Doctoris Enchiridion. Laurentius Romanæ ecclesiæ Primicerius Augustini fama permotus petiit a S. Doctore Enchiridion, hoc est veluti omnium credendorum summarium, *quod manibus posset astringi, non quod armaria posset onerare*, ex Aug. ibidem cap. 6. quod nempe contineret, quid iuxta dogma catholicum sequendum, quid ob plurimas subortas hæreses fugiendum, quid ab orthodoxa fide probaretur, improbareturve. Augustinus illa occasione Pelagianam hæresim solidissime confutavit: nam per plura capita post vigesimum quintum in eamdem toto impetu invectus docet, nasci hominem originali macula infectum; neque reparari amissum nitorem meritis, sed gratia Dei; fidem a nobis ortum non habere, sed esse donum Dei; totum illi dandum, qui hominis voluntatem bonam & præparat adiuvandam, & adiuvat præparatam; Deum prævenire nolentem, ut velit, subsequi volentem, ne frustra velit: atque hæc usque ad cap. 34. Inde hæresim, quam postea Nestorius docuit latissime insequitur; illam enim in Leporio olim damnaverat: & cum Nestoriana hæresis ex Pelagia-

lagiana ortum traxerit cap. 36. utramque sic erudite confutat: *Hic omnino granditer & evidenter Dei gratia commendatur. Quid enim humana natura in homine Christo meruit, ut in unitatem personæ unici Filii Dei singulariter esset assumpta? Quæ bona voluntas, cuius boni propositi studium, quæ bona opera præcessere, quibus mereretur iste homo, ut una fieret persona cum Deo? Numquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficium præstitum est, ut singulariter promereretur Deum? Nempe ex quo homo esse cœpit, non aliud cœpit esse quam Dei filius, & hoc unicus, & propter Deum Verbum, quod illo suscepto caro factum est, utique Deus; ut quemadmodum est una persona quilibet homo, anima scilicet rationalis & caro, ita sit Christus una persona, Verbum & homo. Unde naturæ humanæ tanta gloria, nullis præcedentibus meritis sine dubitatione gratuita, nisi quia magna hic & sola Dei gratia fideliter & sobrie considerantibus evidenter ostenditur?* Quo uno ictu Pelagiana hæresis, eiusque filia Nestoriana conficiuntur. Aureus plane liber ille est, quem S. Doctor in indice librorum ab se retractatorum lib. 2. cap. 63. nominari voluit: *De Fide, Spe, & Caritate*: cuius rationem vide apud eumdem cap. 3. laudati operis. Et licet S. Pater Enchiridon post editos libros contra Iulianum locaverit in libris Retractationum, illud tamen scriptum fuisse ante volumen VIII. Quæstionum ad Dulcitium constat: nam quæstione secunda ait: *Dixi etiam tale aliquid ad Laurentium*: ibique ex cap. 109. Enchiridii sententiam longiorem exscribit. Quare ultra annum 419. liber ad Laurentium minime scriptus fuit.

Dum hæc ac pleraque alia in Africa ab Augustino scribuntur, Innocentius ac Marcellus felici navigatione usi, Attico ac Cyrillo Africanorum Antistitum postulata exposuerant: a quibus benigne excepti exemplaria canonum Nicænorum ex antiquioribus codicibus exscripta una cum utriusque Episcopi literis ad Africanam synodum deferendis acceperunt, nullaque mora interposita eadem maria remensi Carthaginem rediere. Hic tamen nobis corrigendus venit error, qui in literas Cyrilli ad Aurelium, Augustinum & collegas irrepsit, antequam ad alia gradum faciamus. Hæc ibidem leguntur: *De pascha vero, ut scripsistis, nuntiamus vobis XVII. Kal. Maias nos futura*

A *indictione celebrare*. Bucherius in comment. ad can. paschal. Victorii Aquirani cap. 1. & 3. scribit in melioribus codicibus legi IX. Kal. Maii, ex quo paschali caractere colligit designari pascha anni 444. unde pag. 96. ait: *Idem probat Cyrilli ad synodum Carthaginensem epistola anno Christi 443. scripta*. Hic auctor totus hospes apparet in Ecclesiastica historia: nam anno 443. gemebat sub Genserico Vandalo Carthago: obierat ante tria lustra Aurelius, eiusque post Capreolum successor Quodvultdeus in exilium ab Ariano Rege deportatus fuerat ex Vi-
B ctore Vitensi lib. 1. de Persecutione Vandalica. Cum vero Africani literas ad Cyrillum pro impetrandis exemplaribus canonum Nicænorum anno 419. per legatum miserint, feram nimium responsionem anno 443. Cyrillus reposuisset, viginti quatuor annis ab accepta epistola elapsis. Quare nota illa paschalis mendosa est. Erroris vero causam paucis explicamus. Cyrillus græce quidem scripserat, atque his plane verbis pascha anni sequentis designarat, scribens celebrandum τῇ τρίτῃ καὶ εἰκάδι τῦ Φαρμουθὶ μηνὸς, nempe die *tertia & vicesima mensis Phar-*
C *muthi*, interpres vero transtulit IX. Kal. Maias, puri puti grammatici functus munere, cyclorum Ægyptiorum a Latinis diversitate minime prænotata. Pharmuthus apud Ægyptios quinque diebus Latinorum Aprilem antecedit: scribit S. Ambrosius in epistola de paschalis celebrationis ratione ad Episcopos per Æmiliam: *Primus mensis apud Aegyptios dicitur Pharmuthi, & incipit VI. Kal. Aprilis, & finitur VII. Kal. Maii*: & antea, si quartadecima Luna in dominicam inciderit, *adiungendam*, ait, *hebdomadam alteram, sicut & septuagesimo sexto anno ex die impe-*
D *rii Diocletiani factum est. Nam tunc vigesimo octavo die Pharmuthi mensis, qui est IX. Kal. Maii dominicam pascha celebravimus*. Epocha Diocletiani incepit anno 284. Quare anno 360. pascha ab Alexandrinis peractum fuit 28. Pharmuthi, a Latinis vero die 23. Aprilis Cyclo Solis V. Lunæ XIX. lit. B. A. cum quartadecima Luna inciderit die 16. Aprilis, quæ erat dominica. Quare dies vigesima tertia Pharmuthi apud Alexandrinos correspondebat diei decimæ octavæ Aprilis apud Latinos, eademque dies, quæ est apud nostrates XIV. Kal. Maii, est apud Ægy-

Ægyptios IX. Kal. Maii. Ex caractere ergo paschali laudatæ epistolæ S. Cyrilli designatur pascha anni 420. quo celebrata fuit dies resurrectionis Domini 23. Pharmuthi Alexandriæ, Romæ vero XIV. Kal. Maii, Cyclo Solis IX. Lunæ III. lit. D. C. Antiqui interpretes recte quidem iuxta Latinorum cyclos epistolam Cyrilli e græco vertentes scripsere XIV. Kal. Maias; sed ex amanuensium imperiria ac negligentia priores duæ unitates in inferiori patte connexæ VII. reddidere: quem mendosum etiam numerum Theodorus Balsamon, aliique etiam Græci & Latini omnes conciliorum collectores huc usque secuti sunt. Hoc pascha S. Cytillus homilia octava designavir, in cuius calce ita fatur: ἑορτάζοντες δὲ τῇ ἑξῆς ἐπιφωσκούσῃ κυριακῇ τῇ τρίτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ αὐτοῦ φαρμουθὶ μηνὸς &c. *Celebrantes vero* pascha *illucescente deinceps dominica die tertia & vicesima eiusdem mensis Pharmuthi*. Et hæc de Cyrilli ad Africanos epistola, quæ scripta est ante Septembrem præsentis anni 419. nam ibidem indicitur pascha *futura indictione* celebrandum: indictio vero III. quæ fluebat tempore paschatis anno 420, inceperat initio Septembris anno superiori.

Ceterum Africani ubi has a Cyrillo, itemque alias ab Attico literas una cum canonibus Nicænis ex autographis exsctiptis accepissent, neque in iis duo illi canones, quos uti a Nicæna synodo editos Apostolici legati publicaverant, minime legerentur, decrevere eosdem iterum legatos Innocentium & Marcellum cum delatis ex Oriente scriptis Romam ad Bonifacium mittere. In antiquis codicibus hæc leguntur: *Exemplaria concilii Nicæni directa sub die VI. Kal. Decembris post consulatum gloriosissimorum Impp. Honorii XII. & Theodosii VIII. Bonifacio urbis Romæ Episcopo*. Ex quibus metachronismus Baronii paret, hæc de Innocentio & Marcello legatis Africanis scribentis ad annum 419. pag. 459. *Antequam legati redirent, contigit Bonifacium mori, & in eius locum suffici Cælestinum*. Etenim hoc ipso anno Carthaginem rediere, & ante Decembrem Romana legatione perfungi iussi sunt. Cur enim legati anno 419. ex Africa profecti, pleno quadriennio Alexandriæ & Constantinopoli usque ad annum 423. quo VIII. Kal. Novembris Bonifacius decessit, morati fuissent? Sed A & hoc ipsum testatur in literis ad Cælestinum synodus Africana: *In conciliis*, inquit, *verioribus, quæ accipiuntur Nicæna, a Cyrillo Coepiscopo nostro Alexandrinæ Ecclesiæ, & a venerabili Attico C. P. Antistite ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum & Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ Bonifacio Episcopo prædecessori vestro a nobis transmissa sunt*. In eam vero opinionem vir insignis descendit, quod legens proxime recitatam ad Cælestinum epistolam, vidit adhuc sub Cælestino in causa Apiarii B Faustinum legatum degisse Carthagine: unde eiusdem causæ cognitionem usque ad Cælestini pontificatum protractam existimavit. Sed bis Faustinus in eiusdem Apiarii causa legatus in Africam venit; primo quidem anno 418. sub finem pontificatus Zosimi, ac paucos menses Carthagine moratus, cum Apiarium Episcopis Africanis conciliasset, Romam reversus est. At idem Apiarius Cælestino Pontifice immanium criminum apud Tabracenos patratorum iterum accusatus damnatusque, Cælestini patrocinium imploravit; a quo Ecclesiasticæ commu- C nioni restitutus fuit, misso in Africam eodem Faustino legato, ut cum Episcopis Apiarii causam retractaret. Ille vero conscientiæ reæ stimulis actus, universa crimina quæ diu perfricta fronre negaverat, tamdem confessus fuit: quæ omnia narrantur in epistola synodi Africanæ ad Cælestinum.

Hic vero ea statim cogitatio animum pulsat, cur Romani Pontifices duos superius memoratos canones uti Nicænos publicarint, cum constet esse Sardicenses? itemque cur Africani Antistites Sardicensis concilii canones ignoraverint, D cum tamen Sardicæ sederit cum aliis ex Africa collegis Gratus Carthaginensis, qui etiam in synodo plenaria abs se postea in Africa celebrata canone 5. Sardicensis concilii meminit? Doctissimi Cardinales Baronius ac Bellarminus, quos postea ceteri secuti sunt, respondent, synodum Sardicensem non fuisse nisi clariorem Nicænæ explicationem: unde nil mirum, si sub nomine Nicænæ proposita fuerit. Illud sane mirum videtur, Africanos Sardicensem synodum a priori concilio Carthaginensi laudatam ignorasse; summo illam non tantum ignorarunt, verum

rum etiam putarunt, eamdem fuisse ab Arianis celebratam. Horum testis est Augustinus lib 3. contra Ctesconium cap. 34. scribens: *Disce ergo quod nescis. Sardicense concilium Arianorum fuit, quod notum iam diu est.* Ariani Episcopi Sardica profecti Philippopolim secessere, ibique novum fidei Symbolum edidere, scribentes postea & ipsi encyclicas. In harum epigraphe Donatum Carthaginensem cum aliis eiusdem farinæ Episcopis nominarunt: ita enim illorum epistola inscribitur: *Gregorio Alexandriæ Episcopo, Amphioni Nicomediæ Episcopo, Donato Carthaginis Episcopo* &c. *qui ad civitatem Sardicam congregati concilium celebravimus in Domino salus.* tom. 3. Concil. edit. regiæ pag. 82. Harum literarum meminit S. Doctor epist. 163. ad Eleusium, Glorium &c. quas cum arbitraretur scriptas fuisse a Sardicensi concilio (id enim in titulo Arianorum fraude prænotatum fuerat) Sardicensem conventum ab Arianis habitum censuit: non enim Sardicensem synodum a Philippopolitano conventu distinguere potuit, cum veri Sardicensis concilii canones id temporis Africanos laterent, ac epistola ficto Sardicensis confessus titulo prænotata, in sinistram de memorata synodo opinionem eosdem induceret. Immo Africani non solum Sardicenses, verum & ipsos Nicænos canones diu ignorarunt. Etenim Augustinus a Valerio Hipponensi Episcopo in consortium dignitatis adscitus fuit contra canonem Nicænum 8. statuentem: *Nec in una civitate duo Episcopi probentur existere.* Aurelius tamen totius Africæ Primas id permisit teste Possidio lib. de Vita S. Augustini cap. 8. & Megalius Numidiæ Primas eumdem consecravit, facto *transmarinis, & Africanis ecclesiæ exemplis* comprobato: quod etiam testatus est idem Augustinus in epistola 34. ad Paulinum. *Quod in se ipso*, scribit de Augustino Possidius, *postea fieri non debuisse, ut vivo suo Episcopo ordinaretur, & dixit & scripsit, propter concilii universalis vetitum, quod iam ordinatus didicit.* Unde auctor fuit, ut Episcopo initiando synodalia statuta proponerentur.

Hic nobis impudentissima calumnia, quam M. Antonius de Dominis lib 4. de Republ. Eccles. cap. 8. num. 28. Augustino importat, reiicienda est: *Africana*, inquit, *Ecclesia Romano Papatui vehementer* A *restitit tempore Augustini, Augustino etiam ipso cum reliquis adversus Papatum reclamante.* Pro Africanis enim stabat antiquissima consuetudo, qua nullus presbyter, diaconus, aut inferioris ordinis clericus ad transmarina iudicia umquam provocaverat: quæ etiam canone synodali confirmata fuerat. Ignorabant Africani canones Sardicenses: unde duo illi canones, quos Legati Apostolici pro Romanæ cathedræ privilegiis asserendis proferebant, nusquam ab Africanis inventi fuerant; non in Nicæna synodo, a qua reapse conditi non fuerant; non in B Sardicensi, quam ignorabant. Inde ergo orta dissensio inter Africanam & Romanam ecclesiam: in qua quidem Africani Pontificio primatui minime restitere: immo Augustinus, uti ostendimus, Zosimi decreta insolitæ apud Afros consuetudini præponenda esse censuit. Etiamnum ex Adriani IV. Pontificis per Innocentium III roborato privilegio inferior Siciliæ clerus Romam appellare non potest, & tamen non dubitat de primatu Romano. Profecto uti superius observavimus, Africani appellationes in rebus fidei admisere. Episcopis tamen C Africanis licitum fuisse ad Romanam sedem appellare tradit diserte Augustinus epist. 163. ubi agens de sententia lata contra Cæcilianum a Secundo Tigisitano Numidarum Primate ait: *Neque enim de presbyteris aut diaconis, aut inferioris ordinis clericis, sed de collegis agebatur, qui possent aliorum collegarum iudicio, præsertim Apostolicarum ecclesiarum causam suam integram reservare.* Præterea cum Antonius Fussalensis in Numidiæ synodo damnatus Romanum Pontificem Bonifacium appellasset, isto vero interim defuncto, Cælestinus eamdem appellationem D admisisset; Augustinus epistolam 261. ad Cælestinum dedit; qua enixe eumdem deprecatus est, ne Antonius, si in illius favorem iudicaret, cum militari apparitura Fussalæ restitueretur: non enim se pati posse dicebat, *publicas potestates & militares impetus tamquam executuros Apostolicæ Sedis sententiam.* Appellationes vero Episcoporum in eadem epistola palam admittit: *Existunt*, inquiens, *exempla, ipsa Sede Apostolica iudicante, vel aliorum iudicata firmante, quosdam pro culpis quibusdam nec Episcopali spoliatos honore, nec relictos omnimodis impunitos.* Hæc luculentissima

lentissima Augustini testimonia posuerat Cardinalis Baronius: unde apostata satis intelligere poterat quali Augustinus esset erga Romanam Sedem obsequio. Michael Roussellus lib. 4. Hist. iurisd. Pont. pag. 499. putat, laudatas Africanorum ad Cælestinum literas esse suppositias, quod in illis etiam Episcoporum Africæ ad Romanum Antistitem appellationes interdicuntur. At veras easdem arbitror. Africani enim iura extendere conabantur: sed Augustinum in alia fuisse sententia, ex memorata epistola 261. nobis probatum est. Hæc quidem postea evenere: quæ tamen hic a nobis recitata sunt, quo plenior Africanarum appellationum, de quibus hoc anno in synodo ab Aurelio, Alipio, Augustino, aliisque actitatum fuit, notitia haberetur. At secutis temporibus non semel apud Romanos Pontifices Africani appellationes prosecuti sunt: pertinebat enim Africa ad Patriarchatum Romanum; unde Urbis Antistitem, uti supremum Ecclesiasticæ rei Principem, quiliber iure optimo poterat ex eadem provincia appellare. S. Leo Magnus ep. 85. ad Mauritanos ait: *Causam quoque Lupicini Episcopi illic iubemus audiri; cui multum & sæpius postulanti communionem hac ratione reddidimus, quoniam ad nostrum iudicium provocasset: immerito eum pendente negotio a communione videbamus fuisse suspensum* &c. Circumfertur epistola Bonifacii II. in qua hæc leguntur: *Aurelius enim præfatæ Carthaginensis Ecclesiæ olim Episcopus cum collegis suis, instigante Diabolo, superbire temporibus prædecessorum nostrorum Bonifacii atque Cælestini contra Romanam Ecclesiam cœpit.* Scripta est hæc epistola ad Eulalium Antistitem Alexandrinum, cui narrat, Eulalium Episcopum Carthaginensem postliminio tamdem in Apostolicæ Sedis gratiam, damnato Aurelii ac successorum facto, rediisse. Verum hasce literas commentitias esse, recte observavit Baronius ad hunc annum 419. pag. 456. quod nullus tunc sederet Alexandriæ Eulalius, sed Timotheus, itemque quod *tempore eiusdem Bonifacii, regnante Gelimere Vandalorum Rege, nec unus esset reperiri in Africa catholicæ communionis Episcopus.* Primum quidem optime rem conficit. Addo etiam nec Eulalium tunc sedisse Carthagine, sed Bonifacium, qui anno 523. electus fuit illius Ecclesiæ Antistes, & anno 535. ex Victore Tunonensi decessit. Alterum vero, quod insignis historicus scribit, admitti nulla ratione potest. Vivebat enim id temporis Bonifacius Primas Carthaginensis, Liberatus Primas Byzacenus, itemque Fulgentius noster Ruspensis, ceterique Africanarum Ecclesiarum Antistites: non enim Gelimer illos in exilium deportandos iussit. Præterea in eisdem literis scribit Bonifacius, una cum Eulalii epistola se mittere etiam Iustini clementissimi Principis Orientis sacrarum literarum exemplaria. At biennio antequam Bonifacius Pontificatum iniret, Iustinus & vivendi, & imperandi finem fecerat: obiit enim anno 527. Kal. Augusti; Bonifacius vero in Pontificem inauguratus est anno 529. IV. Kal. Novembris. Fœdis ergo mendaciis tota illa epistola scatet; neque Alipius, Augustinus, ceterique collegæ cum Primate Aurelio appellationibus transmarinis sese opposuere instigante Diabolo, sed antiquissima Africanarum Ecclesiarum consuetudine moti, quam ægre ferebant Apiarii sceleztissimi hominis conatibus primum infringi.

CAPUT XVIII.

Iulianus Episcopus Eclanensis novus Pelagianus. Eiusdem Patria, Parentes, Nuptiæ, Episcopatus, Hæresis exponuntur.

CUm liber S. Augustini de Nuptiis ac concupiscentia delatus fuisset in Italiam, passimque in varia exemplaria spargeretur, Iulianus Eclanensis Episcopus eumdem quatuor libris impugnavit. Fatetur hæreticus apud Augustinum lib. 1. Oper. imperf. cap. 18. vivente Zosimo nullum se in Pelagiana causa librum scripsisse, & in his quatuor Eulalianum schisma catholicis obiicit: quod eum præsenti anno contigerit, vel hoc ipso eodem anno, vel sequenti Iulianus manum stylo admovit, iudicatam causam per summam audaciam retractaturus. Cum vero hic linguarum peritia, ingenii acumine, orationis elegantia, librorum copia, ac concepta præsertim contra Augustinum rabie, ceteros Pelagianos longo post se intervallo reliquerit, ad alia properantem in sui consideratione remoratur. De Iuliani patria ac sede Episco-

pali

pali inter scriptores non convenit: & uti olim septem urbes de natali solo Homeri poetarum Græcorum Principis contenderunt, ita Iuliano septem seu patrias seu sedes ecclesiasticas assignari video. Gennadius in lib. de Script. illustr. cap. 45. Iulianum *Capuanum* Episcopum dicit: cui Baronius, Ughellus, aliique frequentius adhæsere. Gelasius in decreto de Libris apocryphis, itemque Beda in præfat. in Cantica *Celanensem* eumdem faciunt. Petrus Diaconns in fine lib. de Incar. & grat. *Edanensem* illum vocat. Vignierius in præfatione ad Opus imperfectum S. Augustini tradit, eumdem natum *Celiæ* in Apulia. Holstenius ac Rosveydus, hic in notis ad carmen 14. Paulini, ille in notis ad Italiam Cluverii, *Celennensem* in Campania Iulianum pronuntiant. Nonnolli ex Prosperi depravato Chronico *Attelensem* fuisse contendunt: est autem Attella Neapolim inter & Capuam, *Aversa* Italis vulgo nuncupata. At ex melioribus codicibus Scaliget ac Pontacus ita in Prospero legunt ad consulatum Theodosii Augusti XVII. *Hac tempestate Iulianus Eclanensis iactantissimus Pelagiani erroris assertor* &c. Vossius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 6. *Heracleensem* illum dicendum esse suspicatur. Has inter opiniones non recenseo, quod libro 2. de Vita S. Augustini Gallice scripta a Claudio Maimburgio cap. 11. Iulianus Patavii, ubi hæc ipsa conscribimus, Episcopus asseratur: typographi enim forte error fuit. Verum ex Mario Mercatore Iuliani antagonistæ lis ex parte finem sortitur: nam pag. 13. codicis Vaticani cap. 9. laudati ait: *Simul admonere volens, Inlianum etiam Episcopum oppidi Eclanensis, hæreticum Pelagianum seu Cælestianum hunc secutum esse Theodorum* &c. Quare Prospero concinit, qui itidem & ipse Inliano convixit. Et sane codices Gelasii, Bedæ ac Petri Diaconi depravati sunt unius literæ transpositione vel coniunctione: etenim in voce Celanensi E per imperitiam amannensinm post C ponitur; quæ litera si præponatur, *EClanensem* leges. In codice vero Petri Diaconi, ubi *Edanensis* appellatur, litera D dividenda est in C & L, quæ perperam iunctæ errorem continent. Hæc minnta adnotare libuit, nt ex communi veterum sententia Iulianus Eclanensis Episcopus appareat. Illustrissimus Suaresius Augnstini studiosissimns in dissert. 2. de Opere imperfecto S. Doctoris pag. 19. scribit, Iulianum *Eclanensem Episcopatum obtinuisse:* qui quidem doctissimus raræque eruditionis Antistes Iuliani sedem mihi primitus indicavit, antequam in Mercatoris codicem incidissem. Fuit Eclanum seu Eculanum antiqua Hirpinorum urbs, Plinio, Ptolemæo, Ciceroni aliisque memorata, distans Benevento ex itinerario Antonini M. P. XV. seu ex tabulis Peutingerianis XVI. Camillus Peregrinius in eruditis commentariis de Ducatu Beneventano pag. 15. scribit Eclanum postea Frequentum dictum fuisse: quod anno 986. terræmotu deiectum, ut ait Ostiensis in Chronico, dein ob bella propemodum civibus viduatum, anno 1465. die 7. Maii Sedem Episcopalem amisit, atque in Abellinensis Episcopi iurisdictionem transiit, ut ex tabulis Ughelli tomo 8. Italiæ Sacræ intelligitur. At Lucas Holstenius in Frequenti territorio prope Mirabellam fuisse Eclanum contendit, ubi etiamoum antiquorum mœnium ruinæ visuntur: in quibus nobiles statuæ repertæ sunt, & a Prorege Neapolitano in Hispanias transmissæ. Addit, posteriori ævo Quintodecimum fuisse appellatum, cuius mentio fit in actis S. Mercurii martyris, ac postea a Constantino Græcorum Imperatore funditus eversum anno 669. in notis ad pag. 1203. Italiæ Cluverii. Verum in Chronico antiquo Beneventano monasterii S. Sophiæ in calce tomi 9. Ughelli non semel Quintodecimi mentio habetur: pag. 620. *Qui habitare videntur in Decimo-Quinto loco, qui Pontilia dicitur.* Insuper quædam donatio ibidem recitatur facta anno 17. Radelchis Principis Longobardi indictione 3. Iulio mense. Radelchim Beneventi dominum Leo Ostiensis lib. 1. cap. 31. memorat anno 851. Indictio vero tertia currebat Iulio mense anno 855. qno anno adhuc extabat Quintodecimum. Eclanum vero Quintodecimum dictum fuisse cum eodem Holstenio affirmo: is enim ea loca præsens diligentissime exploravit. Et distantia a Benevento hoc ipsum comprobat: nam Frequentum inde M. P. XII. circiter distat, Eclanum vero XV. unde Quintodecimum postea appellatum. Certum tamen est episcopalem sedem, Eclano destructo, Frequentum vulgo *Fri-*

gento, fuisse translatam, ut plane idem antea Eclanensis qui postea Frequeotinus Episcopus fuerit. De patria vero Iuliani non constat. Attellanensem fuisse scribit Baronius ad annum 430. num. 6. Verum noo in Campania, ubi Attella sita est, sed io Apulia eumdem natum diserte tradit S. Augustinus lib. 6. Oper. imperf. cap. 18. *Neque enim*, inquit, *quia te Apulia genuit, ideo Pœnos vincendos existimas gente, quos non potes mente*. Cum vero sciamus, urbes antiquitus doctissimos cives in Episcopos elegisse, Eclani pariter natum Iulianum suspicor: alteraque coniectura idipsum indicatur, quod Æmilius Beneventanus filiam Iuliaoo in vicina urbe degeoti, ac proinde sibi satis superque noto despondit. Neque quis repugnet, quod Augustinus gente Apulum Iulianum dixit; cum Eclanum io Campania fuerit, ut ex itinerario Antonini patet, ubi ait: *A Capua Equo Tutico M. P. LIII. ubi Campania limitem habet*. Distat autem Equus Tuticus a Benevento intra Hirpinos M. P. XXI. Nam Hirpioi medii sunt inter Campaniam & Apuliam: unde modo Campaniæ, modo Apuliæ deputati. Servius lib. 7. Æneid. Hirpinos intra Apuliam locat, & Vossius lib. 1. Hist. Pelag. c. 6. Eclanum Apuliæ Peucetiæ oppidum dicit, laudatque *veteres & recentiores Geographos*. Ex divisione vero Hadriani Eclanum & Beneveotum ad Campaniam pertinebant: unde leguntur Beneventi epigrammata inscripta Consularibus Campaniæ.

T. AVONIO. MARCELLINO.
V. C. CONS. CAMP. PATRO
NO DIGNISSIMO. OB. IN
SIGNIA. BENEFICIA. QVI
BVS. LONGA. POPVLI. TAE
DIA. SEDAVIT. VNIVER
SA. PLEBS. BENEVENTA
NA. CENSVIT. PONENDAM.

Item aliud.

CLAVDIO IVLIO
PACATO. V. C. CONS. CAMP.
OB. ÆQVITATEM. IVDICII.
ET PATROCINIA. IAM. PRIVATI.
ORDO. BENEVENTANVS
PATRONO. POST FASCES DEPOSITOS
CENSVIT COLLOCANDAM.

Prior inscriptio recitatur a Grutero pag. CCCLXXI. altera vero pag. CCCCXXV. Hinc Iulianus etiam a Beda dicitur *Episcopus a Campania*, & in codicibus melioribus Gennadii, teste Peregrinio, Iulianus Episcopus non Capuanus, sed Campanus asseritur. Trithemius etiam Iulianum Episcopum Campanum vocat. Unde & Prosper Iulianum itidem Campaoum appellat in epigrammate contra S. Augustini detractorem.

Aut hunc fruge sua æquorei pavere Britanni,
Aut huic Campano gramine corda tument.

Qua phrasi Pelagium, ac Iulianum designavit. Atque hæc de patria & ecclesia Iuliani Episcopi. Idem nobili familia ortus fuit, patre Memorio, matre Iuliana, a qua & nomen sortitus est. Hæc illi exprobrat Marius Mercator pag. 5. eiusdem codicis: *Tune sanctæ ac beatæ recordationis Memoris Episcopi filius? Tu Iulianæ primariæ feminæ, & qua nihil honestius inter reverendissimas matronas invenias, utero editus?* Neque hic placet correctio Baronii, qui non Memorem, sed Memorium Iuliani Patrem dicendum contendit: nam Augustious quoque & Paulious, ut patebit, eumdem Memorem etiam nominaruot. In sacris Capuanæ ecclesiæ tabulis Memorius inter illius urbis Episcopos recensetur: quod in Italia Sacra Ughelli apparet. Ex quibus tameo Memorii successor Iulianus expungendus est, ac inter Frequentinos Episcopos, ut ea tameo dignitate indigous, reponendus. Erat Memorius S. Augusti-

ni inter

hi inter paucos amicus, ut constat ex A epistola S. Doctoris 131. ad illum scripta. Alterius etiam epistolæ ad eumdem datæ mentionem facit Possidius in indiculo. Audiatur Augustinus lib. 1. con Iul. cap. 4. *Ego certe beatæ memoriæ Memoris patris tui non immemor, qui mecum non parvam inierat amicitiam colloquio literarum, teque ipsum mihi carissimum fecerat* &c.

Iulianus adolescens latinis iuxta ac græcis literis operam dedit, teste Gennadio laudato cap. 41. *Rhetor peritissimus* dicitur a Beda in præfatione ad Cantica: additque ex coniectura Vossius, *ut Romanus Demosthenes haberetur vulgo*. Et B sane eiusdem eloquentiam pomposam ac phaleratam fuisse, ex fragmentis Operi imperfecto S. Augustini insertis intelligimus. Iuvenis nobilissimam uxorem duxit Æmilii Episcopi Beneventani filiam; qui dudum ab Innocentio Papa in causa Chrysostomi cum literis ad Aoysium Thessalonicensem totius Illyricianæ diœcescos Apostolicæ Sedis Vicarium, & ad Atticum C. P. missus fuerat, ac Eudoxia iubente in carcerem detrusus, quarto demum mense dimissus, re infecta, in Italiam redierat: quæ pluribus prosequitur Metaphrastes apud Surium die C 27. Ianuarii cap. 128. de Vita Chrysostomi. Celebres sane evasere Iuliani nuptiæ ob epithalamium, quod illarum occasione cecinit S. Paulinus Episcopus Nolanus. De nonnulla carmina, quorum priora sic corrigenda arbitror.

Infula Pontifices divino iungit honore,
Humano pietas iungit amore patres.
Hanc Memor officii nec immemor ordine recto
Tradit ad Æmilii pignora cara manus.
Ille iugans capita amborum sub pace iugali,
Velat eos dextra, quos prece sanctificat.

Postea utrique Antistiti sponsorum D parenti longam nepotum seriem auguratus addit:

Casta sacerdotale genus ventura propago,
Et domus Aron sit tota domus Memoris.

Erat vero Iulianus clericus lectoribus adnumeratus, cum uxorem duxit; unde canit idem sacer Poeta:

Clericus uxorem Christo comente decoram
Diligat, & pulchram lumine cordis amet.
Auxilioque viri divino munere factam
Lector cælesti discat ab historia.

Lectores in plerisque ecclesiis uxorem ducebant, ut patet ex canone 14. synodi Calchedonensis: de qua re in concilio Carthaginensi celebrato Cæsareo & Attico Coss. cap. 19. extat hic canon: *Lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri*. Lege novellam Iustiniani ad Iohannem Præfectum Pr. lib. 1. Cod. tit. 3. cap. 45. Uxor Iuliani ex Paulini epithalamio Ia vocabatur: estque huius nominis femina apud Terentium in Adelpho, & sancta martyr in Romano Martyrologio 4. Augusti: cuius templum vetustate collapsum Iustinianus restituit ex Procopio lib. 1. de Ædificiis eiusdem Imperatoris. Verum Iulianus vel mortua uxore, vel ex mutuo consensu ab eadem seiunctus, diaconus consecratus est: quo tempore S. Augustinus epistolam 131. ad Memorium scripsit: in qua ægre se ferre testatur, Iulianum *adolescentem* tanto studio liberalibus disciplinis vacare; additque hæc ista, quæ in eximiam Iuliani commendationem veniunt, loquens de sex libris Musicæ ad Memorium una cum eadem epistola missis: *Nam superiores quinque vix filio nostro & condiacono Iuliano (quoniam & ipse iam nobiscum commilitat) lectione & cognitione digni videbuntur. Quem quidem, non audeo dicere, plus amo quam te (quia nec veraciter dico) sed tamen audeo dicere, plus desidero quam te*: rogatque Memorium, ut ad se in Africam Iulianum mittat. Profecto S. Doctor tanto amore Iulianum prosecutus est, ut eidem mille postea conviciis in se debacchanti hæc responderit: *Ego quidem pro dilectione quæ mihi est erga te, quam Deo propitio quibuslibet conviciis absit ut de medullis mei cordis extirpes, mallem, fili Iuliane, ut iuventute meliore atque fortiore te vinceres:* lib. 1. cap. 7. Iulianum vero ante hæresim in Africam transfretasse patet ex lib. 5. Oper. imperf. cap. 26. ubi hæc eiusdem verba leguntur: *Nam cum ante hos annos essemus Carthagini, a quodam mihi honorato homine necessario tuo Manichæo æque, sicut epistolæ nostræ indicant, idipsum propositum est* &c. Hic tamen textus ita restituendus est: *a quodam mihi Honorato homine necessario tuo Manichæo æque, sicut epistolæ vestræ indicant*. Hic enim est ille Honoratus, ad quem Augustinus scripsit librum de Utilitate credendi, ut eumdem

 a Ma-

a Manichæo ad verum dogma revocaret. Appellat autem Iulianus etiam epistolam Augustini 120. ad eumdem Honoratum iam catechumenum, in qua fuse contra Pelagianos disputat. Idem Iulianus adhuc iuvenis Eclanensis ecclesiæ in Hirpinis Antistes ab Innocentio Papa consecratus fuit: quo superstite nihil contra latam ab eodem Pontifice contra Pelagianos sententiam tentavit. Scribit Marius Mercator in Commonitorio ad Theodosium: *Prædicti sane Cælestius & Pelagius non tunc primo a S. memoriæ Zosimo videntur esse damnati, sed ab eius decessore sanctæ recordationis Innocentio, a quo & Iulianus fuerat ordinatus; quippe post illorum damnationem usque ad prædicti Innocentii Episcopi excessum e vita in eius communione permanens, & perseverans in sincera sententia, & communicans damnatori prædicto, & ipse quoque sine dubio Pelagium Cælestiumque damnavit.* Sub Zosimo cum in Urbe de peccato originali disputaretur, Iulianus qui Romæ tunc erat, libere pro hæresi loquebatur. Horum auctor venit Mercator pag. 7. Commonitorii ad Pintam: *Meminimus enim*, inquit, *tempore quo præsens in urbe Roma cum participibus huius amentissimi erroris tui in nonnullis simplicioribus ecclesiæ ventilabas, qualiter interrogabas, quid est peccatum, inquient, malumne aliquid, an bonum? malum utique, respondebatur tibi. Ad hæc addebas, Deus ne huius mali auctor & opifex? absit, absit* &c. Cum vero a Zosimo Pelagiani damnati fuissent anno 418, atque ea de re per universum orbem encyclicas ad Episcopos misisset; Iulianus renuit in eorumdem damnationem consentire: quo tempore Pelagianum dogma non ex toto sectabatur; sed mortem ex peccato Adæ humano generi inflictam in epistola ad Zosimum palam confessus est. Hoc testatur Mercator pag. 6. Vaticani codicis: *Audi nunc*, ait, *& tu, & qui me & te dignanter habuerint legere, quid contra hunc sensum tuum impiissimum, pravissimum, impudentissimum, petulantissimumque, quæ olim ipse pronuntiaveris, in epistola videlicet tua, quam ad Sedem Apostolicam illo tempore ausus es mittere, quando conventus detrectasti cum universa ecclesia per totum orbem Pelagium Cælestiumque damnare: quæ antequam in manus sancti illius Romanæ ecclesiæ veniret Antistitis, te agente a nonnullis a te deceptis per totam pæne Italiam circumlata est, & tamquam magnum aliquid multorum auribus insinnata cognoscitur: ibi namque inter cetera ita ais:* Qui est igitur assertor, quod neque per mortem Adæ omne genus hominum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat, contra Apostolum sentit dicentem: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes vivificabuntur &c. *1.Cor.15.22.* Et pag. 10. appellans eamdem Iuliani epistolam ait: *Quæ ut memoravimus ad sanctæ memoriæ Papam Zosimum missa est, displicet tibi, eumque condemnas qui sentit*, Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret, fuisset moriturus; *& ais*, nec hoc esse ratione subnixum. Credo enim, *inquis*, immortalem quidem factum, sed qui, si non peccasset, per gustum ligni vitæ posset virtutem immortalitatis adipisci. *&c.* Verum in libris postea editis obstinate negavit, Adam sine peccato non fuisse moriturum, addens tamen *leniter* fuisse moriturum teste Augustino lib. 6. Oper. imperf. cap. 27. Iulianus fatetur apud Augustinum lib. 1. Operis eiusdem cap. 18. duas se ad Zosimum literas dedisse: *Ad Zosimum*, inquit, *quondam illius civitatis Episcopum super his quæstionibus duas epistolas destinavi eo tempore, quo adhuc libros exorsus non eram.* Scripsit itaque Iulianus quatuor libros contra prius volumen S. Augustini de Nuptiis ac concupiscentia initio pontificatus Bonifacii: nam uti diximus ex Augustino, in illis Eulaliani schismatis mentionem fecit.

Et quidem Pelagio ac Cælestio a Zosimo & ab Honorio proscriptis, ac tot fulminibus circumquaque strepentibus territis, Iulianus Eclanensis Pelagiani belli summa in se suscepta, desperatis suorum rebus opem laturus in unum Augustinum furibundus infremuit proclamans: *Maioris sibi esse apud Deum gloriæ destitutam veritatem tueri:* apud Aug. lib. 2. con. Iul. cap. 10. Primi autem Iuliani impetus fuere contra laudatum librum S. Patris ad Valerium Comitem missum. Porro tanta superbia tumidus in arenam descendit, ut Augustinum Goliath, se vero Davidem appellans Virgiliano carmine S. Doctorem ad monomachiam provocarit: *Oblato placuit componi fœdere bellum, ut pugnas omnium contentio nostra dirimeret:* *Æne. 12.* apud Aug. lib. 6. c. 8. Totus vero in eo est Iulianus, ut probet, Augu-

Augustinum nuptias damnare, filios recens oatos Diaboli opus asserere, Deum homioum cooditorem negare, liberum arbitrium fato subdere, mali naturam a Manichæis fictam iterum in ecclesiam invehere: contendens nullum contrahi ab infantibus originale delictum, concupiscentiam esse bonam, neque ex peccato ortam, naturales esse miserias ipsamque mortem. Quid plura? Latam contra Pelagianos ab Honorio Imperatore legem pro se suaque secta facere mentitus est: quem Augustinus his lepide postea irrisit: *Verum si Dei legem non sicut sese habet, sed sicut vobis placet, intelligitis; quid mirum si & de lege Imperatoris hoc facitis?* lib. 3. con. Iul. cap. 1. In illis vero quatuor libris ea fere Iulianus inculcat, quæ Theodorus Mopsuestenus in quinque contra Hieronymum & Augustinum voluminibus dudum scripserat: quæ credibile est Iulianum accepisse ab Anoiano diacono Pelagiano, cum ex Oriente paulo post Diospolitanam synodum, cui interfuerat, in Italiam rediisset: de qua relegantur dicta cap. 9. De hoc Anniano proximo capite dicendum est.

CAPUT XIX.

De Anniano Pelagiano Baronii, Vossii ac Iansenii divinationes. Sigeberti, itemque Haberti de eodem dicta corriguntur. S. Eusebius Cremonensis Pelagianos insequitur. Moritur D. Hieronymus. Vincentius Victor ab Augustino impugnatur. Fastidius Episcopus in Britannia pelagianizat.

DUo illi divinæ gratiæ defeosores Augustinus & Alipius de damnata ubique tum in Africa, tum in Italia a synodis, Pontifice, atque ipso etiam Honorio hæresi Pelagiana literas ad Hieronymum dederaot; illud etiam ab eo quærentes, num Anniani libros, quos contra epistolam ipsius ad Ctesipbontem publicaverat, confutasset. His vero literis respondit hoc anno Hieronymus: nam epistola 24. apud Augustinianas tradit, se ob Eustochii nobilissimæ virginis mortem pæne dolore confectum, ne dum a libris conscribendis avocatum. Obiit vero Eustochium hoc ipso anno 28. Septem-

A bris. Ceterum in epistola sanctissimus senex, & emeritæ militiæ dux recentem victoriam contra Pelagianos utrique gratulatus ait: *Testem invocant Deum, quod si posset fieri, assumptis alis columbæ vestris amplexibus implicarer, semper quidem pro merito virtutum vestrarum, sed nunc maxime, quia cooperatoribus & adiutoribus vobis hæresis Cælestina iugulata est: quæ ita infecit corda multorum, ut cum superatos damnatosque esse se sentiant, tamen venena mentium non omittant, & quod solum possunt, nos oderint, per quos putant se libertatem docendæ hæreseos perdidisse.* De Anniani vero

B libris respondet, accepisse se quidem illos ab Eusebio presbytero, & vel adversa valetudine vel morte Eustocbii, ingenti adeo dolore correptum, ut contemnendos petulantissimi sycophantæ insultus putarit; vita tamen superstite obviam se hæretico iturum, meliusque boc fieri posse ab Alipio & Augustino, ne ipse epistolæ ab se perscriptæ defensionem adornans, sua laudare cogeretur. At quinam iste Annianus fuerit diversæ suot auctorum divinationes, cum Anniani Pelagiani scripta nusquam legerint. Baronius ad Annum 417. num. 16. pu-

C tat errorem codici irrepsisse, ac loco Anniani *Valeriani* nomen substituendum: etenim cum Eusebius de Valeriano ad Cyrillum scripserit, de eodem ad Hieronymum etiam literas dedisse arbitratur. Vossius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 6. Iuliaoum Pelagiaoum intelligi suspicatur, qui ioitio hæresis sub Anniaoi nomine veluti casside tectus io aciem prodierit. Iansenius existimat a Hieronymo Pelagium designari: etenim familiare illi fuit, ridiculis ac fictis nomioibus suos hostes delineare: sic Rufinum Grunnium, Scorpium, Hydram ignominiæ causa no-

D minat. Usserius cap. 10. rem sub dubio relinquit. Miror hos scriptores Annianum oeque ex epistola apud Bedam neque ex præfatione io homilias Cbrysostomi cogoovisse. Is uous fuit e præcipuis Pelagianæ scholæ magistris; cuius opera primum Pelagius, dein Orontius Episcopus ad sectam promovendam usi sunt. Erat Annianus diaconus, atque ob Latinæ Græcæque linguæ peritiam magna in æstimatione a sectariis habebatur. Pelagii lateri adhærens io Asiam se contulit, suamque eidem operam in Diospolitana synodo præstitit. Nam de Anniano

lagianam Annianus iuxta scholæ suæ phrasim intelligebat, nempe quæ in doctrina, lege, exemplo consisteret, sub quorum vocabulorum ambiguo, deformissimæ hæresis nuditatem occulere versipelles illi tentabant. Postea vero S. Augustini explicationem in illud Pauli dictum: *Non enim hoc facio quod volo bonum, sed quod nolo malum, hoc ago*, Rom. 7. quæ in propria persona Paulum locutum contendit libro 1. de Nupt. & concup. cap. 17, & 31. lib. 1. Oper. imperf. cap. 67. his refellit: *Sexto solvendo omnes illas quæstiones, quibus Traducianum os innitens, beatum Paulum vitiorum offuscatione commaculat, ut scilicet fidelibus suis Apostolico exemplo peccata conciliet*. Forte novum Traducianorum nomen, quo postea Iulianus semper ignominiæ causa contra Augustinum usus est, Annianus primum invexit. Hinc Iulianus S. Augustinum appellabat Traducianæ gentis primatem lib. Oper. imperf. cap. 66. cui Augustinus cap. 76. respondet: *Vos vero soli nos appellatis Traducianos*.

Idem Annianus grande opus homiliarum Iohannis Chrysostomi in Matthæum in latinum sermonem transferendum suscepit. Octo eodem interprete latinas orationes Chrysostomi legimus. Omnes quidem interpretaturum spoponderat: idne reapse præstiterit, vel manum de tabula amoverit, incertum est. Hocce volumen Orontio Episcopo Pelagiano, quem in Ephesina synodo cum aliis Episcopis Pelagianis damnatum videbimus, pro quo etiam duæ leguntur Nestorii epistolæ datæ ad Cælestinum Papam, inscripsit. Præfationem sic orditur: *Domino vere sancto & beatissimo Orontio Episcopo Annianus. Piissimi Patris affectum, & sapientissimi artem magistri mecum pariter exercet, quem inter has quas pro fidei vobiscum amore perpetimur tentationum procellas, & a mœrore simul & a torpore subducis, animumque anxietate marcentem ad studium scripturarum remittis. Iubet enim beatissime, ut commentarium S. Iohannis Constantinopolitani Episcopi, quem in Matthæo Evangelista nonaginta & uno libro explicuit, in latinam linguam, quo possim sermone, transfundam*. Ex his patet, ab Orontio Pelagiano Episcopo ad illam interpretationem Annianum impulsum fuisse. Postea in Augustinum, immo in ecclesiam catholicam invectus addit: *Quid, inquam, ille pressius commendat, quam ingenitæ nobis a Deo libertatis decus, cuius confessio præcipuum inter nos Gentilesque discrimen est? Qui hominem ad imaginem Dei conditum tam infeliciter fati violentia, & peccandi putant necessitate devinctum, ut is etiam pecoribus invidere cogatur. Quid ille adversus eosdem magistros potius insinuat, quam Dei esse possibilia mandata, & hominem totius, vel quæ iubetur, vel suadetur a Deo, capacem esse virtutis? quo quidem solo & iniquitas ab impetrante propellitur, & prævaricanti reatus affigitur*. Ita ex mandatorum possibilitate Pelagiani divinæ gratiæ auxilia solebant refutare: de qua re pluribus agit Augustinus in lib. de Perfectione iustitiæ, & lib. 5. con. Iul. oper. posterioris. Hæc de Anniano ex vetustis monumentis eruere potui, quæ ad hunc annum reduximus occasione epistolæ Hieronymi id temporis ad Augustinum scriptæ.

Ex his nonnulli scriptores corrigendi sunt. Isaac Habertus Episcopus Vabrensis in Concordia Patrum Latinorum & Græcorum de Gratia cap. 2. minus considerate laudavit *Anniani veteris ecclesiæ scriptoris iudicium*: nam ab ecclesia eiectus inter Pelagianos ille militavit. Sigebertus in lib. de Script. Eccles. cap. 70. confundit hunc Annianum cum altero Anniano, qui ex legibus Theodosianis grande volumen conflavit; cum tamen inter utrumque fere sæculum intercesserit. Scribit Annianus legum collector in præfatione: *Annianus vir spectabilis ex præceptione D.N. gloriosissimi Alarici Regis hunc Codicem de Theodosianis legibus atque sententiis iuris, vel diversis libris electum, Aduris anno XXII. eo regnante edidi*. Annus XXII. memorati Regis labebatur anno 506. nostræ Epochæ, ex subscriptione synodi Agathensis: *Die III. Idus Septembris Messala V.C. Consule anno XXII. regni Domini Nostri Alarici Regis*. Possevinus in Catalogo Scriptorum duos Annianos facit; unum qui septem homilias Chrysostomi de laudibus D. Pauli interpretatus est, & alterum qui eiusdem Græci Patris homilias in Matthæum Latinis auribus donavit; cum tamen unus idemque Annianus utriusque operis scriptor fuerit. At nullus hunc Annianum Pelagianum fuisse animadvertit: quod ex epistola ad Evangelum presbyterum evidenter ostenditur. Hæc epistola legi-

tur

tur præfixa septem homiliis Chrysostomi de laudibus D. Pauli, quæ tomo 6. Bedæ operum editionis Coloniensis anni 1612. pag. 823. itemque eiusdem commentariis in epistolas Pauli editis Parisiis 1649. insertæ sunt.

Ceterum cum Hieronymus scribat Augustino, se Anniani *libros in schedulis missos a sancto fratre Eusebio presbytero suscepisse non ante multum temporis*, æquum est, ut nonnulla de Eusebio hoc ob egregie contra Pelagianos navatam operam hic inseramus. Eusebius patria Cremonensis fuit, teste Hieronymo in epistola ad Pammachium. Forenses causas agitavit, ut ait Rufinus in Invectiva priori, *& a tergiversatione illa actuum publicorum ad monasterium conversus, adhæsit Magistro nobili*, nempe Hieronymo. Diu eidem S. Doctori in monasterio Bethlehemitico comes fuit: exortis vero postea inter Rufinum & Hieronymum dissidiis, Eusebius uti a Rufino pluribus calumniis perstrictus fuit, ita a Hieronymo in priori Apologia acerrime defensus est. Eusebio inscripsit Hieronymus libros Commentariorum in Matthæum, & post aliquot annos etiam Commentaria in Hieremiam eidem nuncupavit: in quorum posteriorum voluminum præfationibus Pelagium ac Cælestium sugillat, ut superius cap. 4. narravimus. Cum vero Rufino atque Origenistis Pelagius ac discipuli successissent, paribusque & forte gravioribus Hieronymum odiis exercerent, Eusebius pro magistri atque amici honore excubuit. Cum in Italiam venisset, ac Valerianum Valerii Comitis servum ex his quos in Ariminensi agro possidebat, hominem gulæ deditum, ac Pelagianorum erroribus infectum, ex Italia Alexandriam aufugisse cognovisset; egit per literas cum Cyrillo ut nequissimum nebulonem ex Ægypto pelleret. Epistolam recitat Baronius anno 417. inter alia hæc ibidem leguntur: *Quomodo nunc, cum beatæ memoriæ Innocentius Pelagium Cælestiumque cum suis capitibus condemnarit, cunctis eos abiicientibus Orientalibus, Alexandrina ecclesia in communionem recepit, quæ sola & prima inter comprovinciales suos, tales refutare debuerat?* Patet, scriptam epistolam initio pontificatus Zosimi, ante latam ab eodem in Pelagianos sententiam; alias & Zosimi celeberrimum iudicium nominasset. Unde cor-

A rigendus est Ferrarius scriptor vitæ S. Eusebii, dum cap. 4. num. 18. apud Bollandum V. Martii, scriptam illam epistolam dicit *tempore Innocentii Papæ*, qui tamen *beatæ memoriæ* ibidem dicitur. Eodem fere tempore cum libros Anniani diaconi contra epistolam Hieronymi ad Ctesiphontem reperisset, eosdem in Asiam in schedulis ad S. Doctorem transmisit. Eusebium anno sequenti 420. morienti Hieronymo adstitisse, aliaque quam plurima de eodem narrantur in literis supposititiis S. Cyrilli ad Augustinum, quæ libens hic omitto. S. Eusebii memoria
B colitur Cremonæ, & in monastrio Patrum Minorum apud Bethlehem: ubi summa veneratione eiusdem sepulchrum invisitur: quæ legere poteris apud Bollandum ad V. Martii, qua die Eusebii festum agitur.

Hieronymus transmissis ad se ab Eusebio presbytero Anniani excerptis non *Anno* CCCCXX. respondit ut sperabat: morte enim præventus decessit anno 420. Theodosio IX. & Constantio III. Coss. ut scribit Prosper in Chronico. De hoc sapientissimo æque ac sanctissimo ecclesiæ Doctore præstat silere potius quam pauca dice-
C re. Illum post plures hæreticos confutatos stylum in Pelagianos vertisse dictum est. Propius Pelagii impetum & sustinuit & fregit: uti enim Iulianus in unum Augustinum infremuit, ita unum Hieronymum Pelagius persecutus est. Initio quidem Pelagiani belli collegam Augustino sese exhibuit, acremque in rebelles impressionem fecit, editis post epistolam ad Ctesiphontem tribus contra Pelagium Dialogorum voluminibus: at lectis prioribus S. Augustini adversus eumdem libris de Peccatorum meritis & remissione, pedem ex acie revocavit, quod
D unus Augustinus expugnandis Pelagianis sufficeret: & quidem silentium in posterum tanta religione servavit, ut oppugnatus quinque libris a Theodoro Mopsuesteno, & quatuor aliis ab ipso Pelagio, itemque postremo ab Anniano, non modo stylo pepercerit, sed Augustinum etiam per literas rogaverit, ut contra eosdem decretoria arma in sui ipsius defensionem indueret. Idatius Episcopus, qui iuvenis de facie Hieronymum novit, scribit de eodem in Chronico: *Pelagianorum sectam cum eiusdem auctore, adamantino veritatis malleo contrivit*. De Hiero-

nymi

nymi contra Pelagianos certaminibus canit Prnſper in carmine de Ingratis cap. 2.

Tunc & Bethlæi præclari nominis hoſpes,
Hebræo ſimul & Graio Latioque venuſtus
Eloquio, morum exemplum, mundique magiſter
Hieronymus, libris valde excellentius hoſtem
Diſſecuit, noſcique dedit, quo turbine veram
Vellent exortæ lucem obſcurare tenebræ.

Barnnius ac Rivius ſcribunt, quatunr libros de Origine animæ ab Auguſtinn hoc anno exaratns, quibus aſſentinr: nam initin libri primi ait, libros Vincentii, quibus eo in opere reſpondet, *proxima æſtate* ſibi a Renato monachn miſſos, *quamvis*, inquit, *mihi eo quod abſens fuiſſem, in autumni fine ſint redditi*. At anno 418. circa æſtatem Auguſtinus Cæſaream perrexerat, ubi de Origine animæ petente eodem Renato ad Epiſcopum Optatum ſcripſit. Certe die 2n. Septembris ibidem cum Emeritn Donatiſta diſputavit. Annn vero ſequenti circa initium Iulii Hipponem redierat, ex initin VIII. Quæſt. ad Dulcitium. Cum vern lib. 1. cap. 19. Pelagianam hæreſim *nuperrime damnatam* dicat, huic anno 420. libri illi deputari iure poſſunt. Vincentius Victor iuvenis, cui plus audaciæ inerat quam doctrinæ, cum in Mauritania Cæſareenſi apud quemdam Perrum presbyterum Hiſpanum quoddam Auguſtini npuſculum reperiſſet, in quo de origine animæ magnus Doctnr dubitabat, duos e veſtigin libros cnntra Hipponenſem Antiſtitem ſcripturivit: quos Renatus monachus Auguſtini ſtudioſiſſimns, Cæſarea ad eumdem æſtate iam incumbente tranſmiſit; eos vern exeunte autumno reverſus Hipponem Auguſtinus invenit. Quatunr vern libros contra illos duos Auguſtinus exaravit; prinrem, quem Renato ipſi inſcripſit, ſtatim cnmpnſuit, de qun in fine eiuſdem hæc fatur: *Hunc ad te librum, mox ut illos legi, ſine aliqua dilatione conſcripſi*. Pauln vero poſt alterum librum emiſit ad eumdem Petrum preſbyterum, qui Vincentium ob duos illos editos libellos plurimum diligebat. Diſtuliſſe vero aliquantulum duos poſtremos contra ipſummet Vincentium Victorem elucubrare, colligitur ex his quæ habet lib. 2. cap. 4. *Si autem Dominus*, inquit, *voluerit, ut ad illum ipſum iuvenem ſcribam, ſicut deſidero* &c. Scripſit vero

A duos eruditiſſimos libros, in quibus hæreſis Pelagiana acerrime impugnatur. Nam Victnr hic, qui ſe Vincentii a Vincentio Rogati Donatiſtæ ſucceſſnre, quem plurimum venerabatur, cognomine nuncupari honnris cauſa volebat, undecim errorum auctnr ab Auguſtino convictus eſt; quorum ſex Pelagiana paradoxa, immo & hæc quidem Pelagianis peiora continebant. Docebat enim: infantes ante baptiſmum mnrte præventos pervenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatnrum: rurſus quos Dnminus prædeſtinavit ad baptiſmum, prædeſtinationi
B eius eripi poſſe, & ante deſungi, quam in eis fuerit, qund omnipntens prædeſtinavit impletum: ſacrificium Chriſtianorum prn non bapizatis mnrtuis poſſe offerri: aliquas eſſe manſinnes extra regnum cælorum, ubi uſque ad diem iudicii infantes ncn baptizati beate ac feliciter vivunt. Hæc quidem aliaque peſſima dngmata Auguſtinus impugnat, his increpans Victnrem lib. 3. cap. 13. *Neque conſideras, in hac cauſa quanto deterius ſapias quam Pelagius*. Ceterum hunc iuvenem lectis quatunr illis Auguſtini libris ad melinrem frugem reverſum, ac ad ſe
C *correctionis reſcripta* miſiſſe teſtatur S. Doctor lib. 2. Retract. capite 56.

Trithemius ſcribit, Faſtidium Britannnrum Epiſcopum claruiſſe ſub Hnnnrio & Theodnſin Principibus anno Dnmini CCCCXX. Fertur ſcripſiſſe plures libros, inter quns *ad Fatalem quemdam de Vita Chriſtiana unum librum, & alium de Viduitate ſervanda, ſana & Deo digna doctrina* verba ſunt Gennadii in ſun Catalngo. Sed plane Gennadium erraſſe mihi prnbatur ex libro ipſo de Vita Chriſtiana, qui ad viduam quamdam, non ad virum, Fatalem miſſus eſt, & inter npe-
D ra ſuppoſitia S. Auguſtini tnmn octavn reponitur: quem librum Lucas Hnlſtenius in vetuſtiſſimo codice Faſtidii Epiſcopi nnmine inſeriptum inveniens, ſuo tamdem auctori poſt. liminio reſtitutum vulgavit. Ibi vero non ex omni parte ſana & Den digna doctrina legitur: nam cap. 13. (ita enim apud Auguſtinianam appendicem habetur) ſcribit de Adamo: *In quo nihil fuiſſe incredulitatis invenio præter ſolam inobedientiam, cuius cauſa ille damnatus eſt, & omnes ſuo damnantur exemplo*. Quæ ſane eſt Pelagii hæreſis dicentis, *poſteris exemplo nocuiſſe, non tranſitu*, apud

Prosp. in epist. ad Demetriadem: cuius pravæ doctrinæ plena sunt Commentaria Pelagiana in cap. 5. epist. Pauli ad Romanos in appendice Hieronymi, uti diximus cap. 3. Idem vero Fastidius cap. 11. hæc scribit: *Ille enim merito ad Deum extollit manus, ille preces bonæ conscientiæ fundit, qui potest dicere: Tu nosti Domine, quam sanctæ, quam innocentes, quam puræ sunt ab omni fraude & iniuria & rapina, quas ad te expando manus; quam immaculata labia & ab omni mendacio libera, quibus tibi, ut mihi miserearis, preces fundo.* Hæc ipsissima verba posita in libro Pelagii ad Viduam recitat S. Hieronymus lib. 3. Dialogorum, exclamans statim: *Christiani est hæc, an Pharisæi superbientis oratio?* quo loco superbam illam orandi formam pluribus insequitur. Scripsisse totam eam sententiam Pelagium in libro ad Viduam testatur Augustinus in libro de Gestis Pelagii cap. 6. Quare cum Fastidius hic dicto libro de Vita Christiana impias Pelagii sententias exscriptas inseruerit, Pelagiana illum loligine aspersum fuisse non dubito: indeque suspicio crescit, quod Pelagius Britanniam patriam infecit: lateque ea pestis universam insulam pervagata fuit. Unde anno 429. a concilio Gallicano legati contra Pelagianos in Britanniam missi sunt; ut ad eum annum nobis memorabitur.

CAPUT XX.

Constantius Imperator Pelagianos Roma exturbat. Annus imperii eiusdem contra vulgarem sententiam ex Codice Theodosiano & Olympiodoro demonstratur. Rufus Thessalonicensis, & Atticus Constantinopolitanus a Pelagianis frustra tentati. Ea occasione quædam de Vicariatu Thessalonicensi adnotantur. Iustiniani Novella castigatur. Vicariatus Corinthiorum a Morino & Halliero assertus improbatur.

Anno CCCCXXI. HAud din Hieronymi morte Pelagiani lætati sunt, paulo post contra eosdem potenti hoste exorto. Fuit is Constantius Honorii Imperatoris dux fortissimus idemque felicissimus; cuius res gestas pluribus Olympiodorus illius A ætatis historicus literis prodidit, sed malo rei literariæ fato præclara illa monnmenta interiere; pauca tamen Photii diligentia ad posteros transmisit. Fuit Constantius genere Illyrius e Panæsonrbe Cadiæ, qui multis obitis iam inde a Theodosii magni temporibus militiæ muneribus, ouptias demum cnm Placidia Honorii sorore celebravit anno 417. Audiatur Olympiodnrus apud Photium Cod. LXXX. *Honorius XI. & Constantius iterum consules creati Placidiæ nuptias conciliant, sed has ipsa nuptias cum vehementer detrectaret, effecit, ut ipsius famulis indignare-* B *tur Constantius. Tamdem nihilominus ipso, quo consulatum iniit die, manu ipsam arreptam Honorius Imperator frater eius invitam Constantio in manum tradit, nuptiæque splendide celebrantur.* Scribit Prosper in Chronico Constantium anno 420. in regni societatem ab Honorio adscitum his verbis: *Theodosio IX. & Constantio III. Coss. Constantius ab Honorio in consortium regni assumitur.* Prosperum omnes Latini chronologi secuti sunt: sed errasse Prosperum unius anni prochronismo inferins demonstrabo: accidit enim Constantii inauguratio anno 421. VI Idus Februa- C rias. Ceterum uti bellicæ virtutes Constantium Honorio affinem, dein in imperio collegam reddiderant, ita eiusdem religio ac pietas Bonifacio Pontifici illam electionem gratissimam fecerant. Quare cum Cælestius Epheso eiectus & in Italiam reversns sese urbi insinuasset, ac clancnlum per domos cursitaret, Pontifex cum oovo Imperatore egit, ut tanta pestis Urbe pelleretur. Constantins, qui privatus iam diu Pelagianos oderat, ad Volusianum Urbi Præfectum literas dedit, queis Cælestii proscriptionem statim ininnxit, Officio, si secus ageret, ca- D pitalem sententiam interminatus. Exemplnm literarum ab Henrico Gravio acceptum Baronius publicavit; sed idem emendatius ex Cod. Thuano exhibet Salmasius 2. p. de Ecclesiis Suburbicariis pag. 283.

Imp. Fl. Constantius Pius Felix Augustus Victor &c. Volusiano Præfecto Urbi.

QUnm tum præterita superstitionis, tum recentia plena vanitatis iamdudum corrigi iusserimus, quotidianis insinuationibus

tionibus maiora fieri nuntiantur: & quoniam discordia animos commovet populorum, ea quæ iamdudum iusseramus, præcipimus iterari. Unde his lectis, Eximietas tua omnes qui Dei invident pietati, diligenter inquirat; & eos faciat statim e muris Urbis expelli: ita tamen ut ne intra centesimum quidem lapidem habeant licentiam consistendi. Cæleſtium quoque magis ac magis ex Urbe pelli mandamus. Constat enim, iisdem e medio sublatis, gratiam & concordiam tenere veterem firmitatem. Sane deinceps si tale quicquam fuerit nuntiatum, Officium præstantiæ tuæ capitali sententiæ subdendum esse cognosce. Non enim patimur impunitum esse, præcepta nostræ executionis negligentia protelari. Vale Parens cariſſime atque amantiſſime. Et adiecta subscriptio. *Impleatur quod iussimus, quia hoc famæ tuæ expedit.*

Harum literarum Constantii ad Volusianum Præfectum Urbi memioit Photius Cod. LIII, licet loco Constantii Κωνσταντῖνος ibidem per errorem legatur. Porro Volusianus nondum Christianorum mysteriis imbutus Ethnicorum superstitionem sectabatur; erat ille tamen Augustini studiosissimus, ut patet ex epistola 2. tom. 2. Operum Augustini. Et quidem S. Pater eumdem ad verum cultum traducere non semel per literas conatus fuerat. Legatur epistola tertia ad Volusianum. Hic sane tam alte de Augustini ingenio sentiebat, ut scribere non dubitarit: *Cum ad Antistitem Augustinum venitur, legi Dei deest, quicquid Augustinum contigerit ignorare.* Quare Volusianus accepto Principis mandato etiam atque etiam Augustino, eiusque amicis gratulatus, edictum io hæc verba conceptum statim emisit.

Volusianus Præfectus Urbi edixit.

H*Actenus Cæleſtium divinæ fidei & quietis publicæ turbatorem iudiciis amica reis secreta subduxerunt. Iam leges etiam & edicta persequentur absentem. Cui, quod primum est, æternæ Urbis negatur habitatio, ut si vel in proximis fuerit diversatus, debitum non evadat exitium. Pro merito etiam temeritatis atque ausus sui, cunctos huius edicti cautione præmonemus, ne quis iniquo noxius latebram putet esse præbendam; ne cum huiusmodi posita pœna supplicium ac stylum necesse sit proscriptionis incurrere, quis-quis reum divinis humanisque legibus apud se putaverit occultandum.*

Cum Constantii literæ, quibus consulibus datæ fueriot, non aperiant, Baronius, Usserius, aliique scriptas easdem anno 420. existimarunt. Sed anno sequenti deputandæ sunt. Scribit Olympiodorus Constantium ob ipsius effigiem a Theodosio Orientis Imperatore reiectam, io iram mæroremque incidisse, ac septimo imperii mense morbo extinctum: *Igitur*, inquit, *septimo imperii mense, quemadmodum & somnium sic indicaverat*, (sextus abiit, septimus inchoatur) *pleuritide extinctus est*. Extant io Codice Theodosiano nonnulla rescripta data Ravennæ Coss. Eustathio & Agricola, nempe hoc anno 421. cum titulo: *Imppp. Honorius, Theodosius, & Constantius A.ggg.* Primum *lib. 3. L. 2. de Repudiis*, Dat. VI. Idus Martii. Alterum *lib. 10 L. 30. de Petit. & ultro datis*, Dat. VIII. Idus Iulias. Postremum *lib. 2. L. 1. Si certum petatur de chirographis*, Dat. V. Kal. Augusti. Unus Theophanes in Chronographia exacte initium imperii Constantii designat: *Hoc anno*, inquieos, *Constantius Valentiniani pater imperium obtinuit VI. Idus Februarias*. Quare edictum illud contra Cæleſtium anno 421. intra Februarium ac Septembrem emissum fuit.

Interea memorata ioter Constantium & Theodosium, itemque inter Orientalis imperii Metropolitas diſſidia, ut mox dicemus, desperatis Pelagianorum rebus melioris fortunæ spem iniecerant. Ægre tulerat Theodosius Orientis Imperator Constantium ab Honorio io imperii consortium adlectum: decedente enim sine mascula prole patruo, Occidentis provincias Orientali imperio addendas sperabat. Quare tanta spe deiectus missam, ut moris erat, ad se novi Imperatoris effigiem reiecerat, neque in rescriptis Constantinopoli eo anno datis ullam in titulo Constantii mentionem fecerat, ut videre est in Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. Pridie Idus Iulias Eustathio & Agricola Coss. Illud igitur Imperatorum diſſidium Pelagianos in nova consilia impulit. Placuit Cæleſtium legatum Byzantium destinari. Uti enim aula Orientis contra utrumque Occidentis Imperatorem fremebat, ita contra ipsorum hostem Constantium querelas iniusti exilii,

aliarumque calamitatum querimonias apud iratum Principem sibi deponendas existimarunt, simulque Artici regiæ urbis Episcopi animum tentandum. Neque id difficile videbatur: illius enim urbis Antistites Augustorum genio indulgere soliti, amoris irarumque causas erga Occidentales easdem cum Byzantinis Imperatoribus suscipiebant.

Verum aliunde etiam suppetias petere decreverunt. Quare e re visum est, dum Cælestius Constantinopoli gnaviter mandata exsequebatur, per literas Antistitem Thessalonicensem in partes pellicere. Metropolita Thessalonicensis in Illyricianis provinciis Apostolicæ sedis vicarium agebat: eratque illius sedis Metropolitanorum singulare privilegium antiquitus a Romanis Pontificibus eidem concessum. Nam quod Iustinianus Imperator Novella undecima scribit, Attilanis temporibus Sirmio destructo, Thessaloniceosi Ecclesiæ eam dignitatem primitus collatam, plane falsum est. Extant epistolæ Damasi, Siricii, Innocentii ac Bonifacii Pontificum ab Holstenio viro eruditissimo collectæ, atque ab Eminentissimo Principe Francisco Barberino literariæ Reipublicæ eximio Mæcenate in lucem editæ, una cum synodo Romana sub Bonifacio II. ex quibus omnibus Iustiniani error evincitur. Sanctus Innocentius Ruso Episcopo Thessalonicensi suas vices commisit in provinciis Achaiæ, Thessaliæ, Epiri veteris, & novæ, Cretæ, Daciæ Mediterraneæ, Daciæ Ripensis, Mœsiæ, Dardaniæ, & Prævalis, addens: *Non primitus hæc ita statuentes, sed præcessores nostros Apostolicos imitati, qui beatissimis Acholio & Anysio iniungi pro eorum meritis ista voluerunt:* epist. 5. Habemus etiam S. Leonis Magni epistolam ad Anastasium Rufi successorem, in qua eidem suas vices delegat: *Sicut prædecessores mei*, inquit, *præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ priorum sequutus exemplum, vices mei moderaminis delegavi, ut curam, quam universis ecclesiis principaliter ex divina institutione debemus, imitator nostræ magnitudinis effectus adiuvares, & longinquis ab Apostolica sede provinciis præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes*. Ex quibus patet Iustiniani error de recentiori Thessalonicensis ecclesiæ dignitate: nam Sirmium anno 441. dirutum fuit, cum ex

A Marcellino ad consulatum Cyri, Bleda ac Attila Hunnorum reges *oppida Illyrici plurima exciderunt*; at vicariatus Thessalonicensis diu ante præcesserat.

Magnum itaque auctoritatis pondus sectæ adiicere Pelagiani arbitrabantur, si Metropolitam Thessalonicensem eidem faventem reddidissent; quod longiori ad ipsum data epistola pertentarunt: eam vero decem & octo Episcopi Pelagiani subscripsere, nempe Florus, Iulianus, Turbantius, Orontius, Persidius, aliique, qui Ephesi postea damnati fuere, Turbantio ad meliorem frugem reverso.
B Eodem etiam tempore Iulianus Romam literas misit. Audiatur Augustinus lib. 1. ad Bonifacium Papam cap. 1. *Duabus epistolis eorum respondeo; uni scilicet quam dicitur Romam misisse Iulianus, credo ut per illam, quos posset, suos aut inveniret aut faceret; alteri autem, quam decem & octo velut Episcopi participes eius erroris non ad quoslibet, sed ad loci illius Episcopum sua calliditate tentandum, & ad suas partes, si posset fieri, traducendum, ausi sunt Thessalonicam scribere*. Cum vero Augustinus non nominet Episcopum Thessalonicensem, Baronius ac Vossius suspicari se
C dixerunt, fuisse illum Rufum, quem in Ephesina synodo schismatici literis solicitarunt. Sed res est citra suspicionem certissima: id enim videre poterant in epistolis Innocentii ad Episcopos Macedoniæ; in quibus primo loco Rufus semper nominatur: at Primas Macedoniæ erat Episcopus Thessalonicensis. Rufus sedente Romæ Innocentio suffectus fuerat Anysio, obiitque Xysto Pontifice, succedente Anastasio. Extant plures epistolæ Innocentii, Bonifacii ac Cælestini ad Rufum Thessalonicensem in synodo laudata Romæ a Bonifacio II. celebrata.
D Anno 435. sedebat Præsul Thessalonicæ Anastasius, ex epistola 15. Xysti Papæ ibidem recitata. Porro inter Rufum Thessalonicensem, atque Atticum C-P. gravissima lis intercedebat. Hic enim Illyricos Episcopos plerosque sibi subdere satagebat; ille vero Thessalonicensium Antistitum iura mordicus tutabatur. Theodosius Imperator ob Constantii electionem Bonifacio etiam Pontifici nonnihil indignatus, Attico causam adiudicavit hoc ipso anno: legiturque rescriptum ad Philippum Præfectum Prætorio Illyrici datum pridie Idus Iulias Cod. Theod. lib. 2.

lib. 2. L. 42. *De Episcopis, Ecclesiis* &c. in quo hæc habentur. *Omni innovatione cessante vetustatem & canones Ecclesiasticos, qui usque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici provincias servari præcipimus. Si quid dubietatis emerserit, id oporteat non absque scientia viri reverendissimi sacrosanctæ legis Antistitis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris prærogativa lætatur, conventui sacerdotali, sanctoque iudicio reservari*. Verum Bonifacius Papa Attici rapinæ se se opponebat, eamque in rem datis literis Rufum animabat. Certe epistola 8. scribit: *Non est enim eorum cedendum studiis, quos novitas rerum, & indebitæ desiderium dignitatis accendit*. Et postea: *Quapropter, frater carissime, fretus iamdudum a te auctoritate suscepta, contra inimicas turmas idoneus Dei nostri miles armare. Nihil hic timebis dubii, nihil incerti formidabis eventus*. Ibidem epistola nona Thessalos Episcopos, sequenti vero universos Illyricianæ diœceseos Antistites monet, ne ab Apostolica sede, cui semper immediate subiecti fuere, in Attici iurisdictionem transeant, Rufo super singulos potestate delegata iis verbis: *Episcopos per Illyricum citra conscientiam Coepiscopi nostri Rufi nullus ordinare præsumat*.

Pelagiani ergo Rufo atque Attico dissidentibus, turbidis in Oriente rebus aliquid sibi patrocinii expiscaturi, illum per literas, hunc per legatos adorti sunt. In epistola ad Rufum missa in primis Zosimum Papam ac Romanum clerum prævaricationis accusavere dicentes: *Romanos clericos iussionis terrore perculsos non erubuisse prævaricationis crimen admittere, ut contra priorem sententiam suam, qua gestis catholico dogmati affuerant, postea pronuntiarent, malam hominum esse naturam:* apud Augustinum lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. Addebant, adversarios liberum arbitrium de medio tollere; fatum inducere; Deum acceptatorem personarum fingere; legem ab illis datam asseri non ad tollenda, sed ad augenda peccata; Prophetas, & Apostolos non fuisse sanctos, sed impiorum comparatione minus malos; damnatos se extra synodum a paucis Episcopis, & ab horum plerisque subscriptiones extortas; appellare se tandem synodum œcumenicam. Huius epistolæ mendaciis atque imposturis refellendis tres libros Augustinus insumpsit: de quibus postea nobis sermo erit.

Quid Rufus Pelagianis responderit, non constat, sed de Thessalonicensi Episcopo tam altum in posterioribus Iuliani libris silentium Pelagiana ab eodem paradoxa damnata fuisse, satis evidenter ostendit. Neque secus, si sapuissent, opinandum hæreticis fuerat de doctissimo Præsule, ac tot acceptis beneficiis Romanæ sedis arctius obstricto. Qua enim fronte Pontificis sententiam eiusdem Vicarius damnasset? Ille paulo antea Zosimi encyclicam epistolam, qua Pelagianos damnabat, subscripserat; ut ex Mercatore cap. 14. suggessimus. Idem etiam postea anno 431. in Ephesina synodo per Flavianum Philippensem Pelagianos anathemate percusit. Legitur enim in ea synodo, in qua Nestorianorum ac Pelagianorum damnatio conclamata fuit, isthæc Flaviani subscriptio: *His quoque sanctissimum Patrem nostrum Rufum subscribere affirmo: nam cum propter ægritudinem huc venire non posset, mihi hæc mandata dedit*.

Sed neque suscepta ad Atticum legatio feliciorem exitum sortita est. Etenim ubi Cælestius Constantinopolim appulit, ac pro suorum causa apud Atticum egit, statim uti hæreticus damnatus, regiaque urbe expulsus fuit. Huius apud Byzantium peractæ Pelagianorum damnationis meminit Augustinus lib. 3. con. Iul. cap. 1. *Ego autem*, inquit, *absit, ut ad monomachiam vos provocem, quos, ubicumque apparueritis, ubique diffusus Christi debellat exercitus, qui debellavit apud Carthaginem Cælestium, quando illic ipse non eram, & rursus Constantinopolim tam longe a regionibus Africanis*. De hac ipsa hæreticorum condemnatione cecinit Prosper in carmine de Ingratis cap. 2.

Quid loquar & curam magnam, quam gessit in urbe
Constantinopoli docto bonus ore sacerdos
Atticus antiqua legatos hæreticorum
Confutando fide? de qua tunc impia corda,
Quamvis se obducta tegerent velamine forma,
Iudicii & tacitæ tulerant tormenta repulsæ.

S. Cælestinus Papa Nestorium Pelagianos protegentem in epistola ad eumdem data his increpat: *Eiicerentur denique, si tibi quoque similiter displicerent. Cur tamen ea, quæ in hos tunc sunt acta, quæruntur? Cum certum sit illinc ad nos a catholico tunc*

Antistite

Antiſtite Attico geſta directa? Cur non ſanctæ memoriæ Siſinnius iſta quæſiuit? Quia utique ſub deceſſore ſuo probaverat eos iure damnatos. Ita magna Pelagianorum arte ſtructæ contra orthodnxos in Oriente machinæ confractæ cecidere.

Hoc anno die ſecunda Septembris Conſtantius Imperator animi mærore, ac pleuritide laborans, vitam cum imperio reliquit. Laudatus Theophanes ſcribit: *Hoc anno Conſtantius Valentiniani Pater imperium obtinuit VI Idus Februarias; quinto vero nonas Septembriles occiſus eſt*. Quare idem cum Honorio vixit in Imperio menſes ſex, dies 25. Sed erravit Theophanes, dum ſcripſit de eodem: ἐσφάγη, ſcilicet *iugulatus eſt*: etenim morbo eumdem extinctum, ex Olympiodoro certum

A eſt. Corrigendus eſt Idatius, qui ſcripſit obiiſſe Conſtantium *in ſuo tertio conſulatu*, nempe anno 420. Suſcepit Conſtantius ex Placidia Honoriam filiam, ac dein Valentinianum, qui poſtea imperavit. Do eumdem Olympiodorum teſtem: *Hinc nata filia, quam Honoriam nominarunt, filius item, cui Valentiniano nomen datum, qui ſuperſtite etiamnum Honorio Nobiliſſimus dictus eſt*. Hæc libuit ſubnotare: nam Proſper ad annum 423. Caſſiodorus ibidem, Paulus Diaconus, Cuſpinianus, & recentiores Petavius, Ricciolius, aliique maſculam utramque prolem ſecere, nem-

B pe Honorium & Valentinianum: ſed priorem feminam fuiſſe conſtat ex inſcriptione Ravennate apud Rubeum lib. 2. Hiſt. Raven.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO APOSTOLO
IOANNI EVANGELISTÆ
GALLA PLACIDIA AVGVSTA
CVM SVO FILIO
PLAC. VALENTINIANO AVGVSTO
ET FILIA SVA
IVSTA GRATA HONORIA AVG.
LIBERATIONIS MARIS VOTA SOLVIT.

Exiſtimo tamen, Proſperum more antiquis familiari, ut cap. 15. de Albino dictum eſt, maſculini nominis uſurpatione feminam deſignaſſe. Ex his patet, numiſma inſcriptum *D. N. Iuſt. Grat. Honoria P. F. Aug.* de quo Baronius tom. 9. in appendice dubitat, non eſſe fictitium. Quod enim ait vir eruditiſſimus in appendice tomi noni pag 869. nullum fuiſſe eidem *maternum cognomen, ut dicta ſit Galla vel Placidia, ſed Grata*, ex Socrate lib. 4. eap. 26. reiicitur. Etenim ſcribit, Valentinianum I. ex Iuſtina Auguſta *Valentinianum iuniorem, & tres filias Iuſtam, Gratam, & Gallam ſuſcepiſſe*. Gal-

D lam duxit Theodoſius Imperator, e qua illi nata eſt Placidia, Arcadius, & Honorius. Placidia autem iuncta Conſtantio filiam ab utriuſque materteræ nomine Iuſtam & Gratam, a fratre vero Auguſto Honoriam nuncupavit. Minus etiam recte de eodem numiſmate dubitat, quod ſorores Imperatorum Auguſtæ non dicebantur: nam id plane falſum eſſe conſtat ex epiſt. 24. S. Leonis, in qua Pulcheria Theodoſii adhuc viventis ſoror Auguſta appellatur, itemque ex laudata inſcriptione Ravennate, ubi Hono-

C ria dicitur Auguſta. Illuſtriſſimus D. Comes Iohannes de Lazara Patricius Patavinus & Eques, inter rara ac ſingularia numiſmata quæ ſupra novem millia ingenti labore ac ſumptu comparavit, aureum numiſma mihi oſtendit eiuſdem Honoriæ inſcriptum. *D. N. Iuſt. Grat. Honoria P. F. Aug.* ex adverſo cruce coronata ſignatum. Duo inſuper alia exhibuit, quorum unum ita inſcriptum eſt. *Divæ Iuliæ Aug. Divi Titi F. S. P. Q. R.* Alterum vero cum epigraphe: *Diva Auguſta Marciana*. Fuit hæc ſoror Traiani; illa vero Titi filia. De hac Honoria legatur Priſcus Panites in lib. de Excerpt. Legat.

Conſtantium Auguſtino carum fuiſſe, ex eo ſatis intelligitur, quod lata olim a Marcellino contra Donatiſtas ſententia, cum ob Heraclianos tumultus executioni mandari minime potuiſſet, Conſtantii opera optatum denique exitum ſortita fuit. Rem narrat Oroſius lib. 7. cap. 4. *In his*, inquit, *diebus præcipiente Honorio, & adiuvante Conſtantio, pax & unitas per univerſam Africam Eccleſiæ catholicæ reddita eſt; & corpus Chriſti, quod nos ſumus, redintegrata diſciſſione ſanatum eſt, impoſita executione*

tione sancti præcepti a Marcellino tribuno viro in primis prudenti & industrio, omniumque studiorum bonorum appetentissimo. Lex contra Donatistas, qua S. Marcellini sententia intimatur, legitur in Cod. Theod. lib. 16. tit. de *Hæreticis* data anno 414. Consulibus Constantio & Constante. Hunc Constantem Baronius Constantii filium facit: sed ex Olympiodoro Constantinopolitanum illum consulem fuisse colligitur: quod fastorum Pater vidit Panvinius.

Theodosius mortuo Constantio conceptam contra Honorium indignationem deposuit; & Rufi atque Attici lites diremptæ sunt: nam Theodosius emissum in favorem Attici rescriptum abrogavit. Etenim Bonifacius Papa per Legatos cum Honorio egit, ut apud Theodosium Thessalonicensis ecclesiæ patronum se præberet: quod libenter piissimus Imperator præstitit, datis ad nepotem literis, quæ in laudata synodo num. XI. leguntur; quibus Theodosius permotus latam paulo ante legem revocavit, scribens ad Præfectos Prætorio Illyrici: *Ut cessantibus Episcoporum subreptionibus antiquum ordinem specialiter faciant custodiri, ne venerabilis Ecclesia sanctissimæ Urbis privilegia a veteribus constituta amittat, quæ perenne nobis sui nominis consecravit imperium:* epist. 12. ibidem. Unde apparet Iustiniani, seu potius eiusdem assessorum imperitia immo malitia, qui prius illud rescriptum Theodosii posteriori lege ab eodem abrogatum libro primo Iustinianæi codicis inseruere. Fatetur autem Theodosius prius rescriptum ab Episcopis Illyricis novarum rerum studiosis, atque a Patriarcha Romano ad Constantinopolitanum defectionem meditantibus, sibi fuisse surreptum: *Unde*, inquit, *omni supplicantium Episcoporum per Illyricum subreptione remota statuimus observari: quod prisca apostolica disciplina, & canones veteres eloquuntur.*

Integra ergo antiqua Metropolitæ Thessalonicensis, ac Apostolici Patriarchatus per Illyricas provincias iurisdictio defensa fuit: de qua re eruditi recentiores egregie scripserunt Morinus lib. 1. Exercit. 21, Hallier lib. 4. de Hierar. Eccles. sect. 4. cap. 2. art. 3, & meus Lupus in notis ad canonem 16. synodi Sardicensis. In eo autem Morinus ac Hallier minus certe mihi probantur, quod in Oriente alterum Apostolicæ Sedis Vicarium posuere a Thessalonicensi distinctum, nempe Metropolitam Corinthium, ea moti ratione, quod Gregorius Magnus ad Iohannem Episcopum Corinthi pallium mittens, ad Episcopos Helladis lib. 4. epist. 56. hæc scripsit: *Pallium Iohanni fratri nostro Corinthiorum Episcopo nos transmisisse cognoscite, cui vos magnopere convenit obedire, præsertim dum hoc sibi & antiquæ consuetudinis ordo defendat* &c. At una cum pallio vicarias Apostolicæ Sedis vices Romanos Pontifices delegasse iidem contendunt. Fateor Corinthium Metropolitam conatum quidem se se Thessalonicensi Vicario Apostolico subducere, sed novitati Romani Pontifices obstiterunt. Erat Corinthus Metropolis Achaiæ ac sedes Proconsulis. Quare uti Carthago, & Proconsulis Africæ, itemque supremi illarum provinciarum Primatis Ecclesiastici uni Romano Pontifici subiecta sedes erat, eadem privilegia suæ sedi Corinthius arrogare tentavit. Primus fuit Perigenes Corinthius, qui Anastasio Vicario Thessalonicensi litem movit; sed Xysti decreto Thessalonicensis iurisdictioni veteri exemplo adscriptus fuit: ut patet ex literis Xysti ad eumdem Perigenem in synodo Bonifacii num. 14. recitatis: *Sancto fratri*, inquit, *& Coepiscopo nostro Anastasio Thessalonicensis urbis Antistiti eam servato reverentiam, quam ceteri quoque Pontifices per Illyricum constituti erga prædicti dignitatem reservare non abnuunt; cum sciamus nil novum illi a nobis fuisse concessum, sed id, quod eius decessoribus nostri decessores detulerant.* Et epistola sequenti ad Episcopos per Illyricum ait: *Noverit Corinthius Episcopus sibi licentiam potestatis liberæ minime tribuendam.* Datæ sunt literæ anno 435. Theodosio XV. & Valentiniano IV. Coss. Rursus sub Leone Magno Metropolita Corinthius idem tentavit: at Leo datis ad Achaiæ Episcopos literis, quæ num. 26. in memorata synodo exhibentur, eiusdem conatibus obviam ivit: cum enim præmisisset, Thessalonicensem Metropolitam abs se Apostolicæ sedis illa in provincia, totoque Illyriciano tractu Vicarium esse constitutum, addit: *Memorati fratris nostri Anastasii Thessalonicensis solicita relatione cognovimus, Achaiæ provinciæ Metropolitanum, illicitas & constitutis Patrum nostrisque auctoritatibus interdictas ordinationes sæpe celebrasse.* Datæ dicuntur literæ Ætio III. & Symmacho Coss.

Coss. nempe anno 446. Quare usque ad A Leonis Pontificatum Metropolita Corinthius non fuit Sedis Apostolicæ Vicarius, sed uous Thessalnnicensis eo privilegio io Orientali Romani Patriarchatus diœcesi gaudebat.

Neque ex pallio a Gregorio Magno ad Corinthium misso huius vicaria potestas recte infertur: nam semel quidem pallium ab Apostolica Sede ad Primatem Thessalonicensem mittebatur, at vicaria pnteftas a novis Pontificibus novo privilegio confirmabatur; ut plane appareat, cum donatione pallii vicarias Apostolicæ Sedis vices connexas oon fuisse. Anysius B Tbessalonicensis episcopatum sub Damaso accepit, & ab eodem Pontifice Illyrici Vicarius constitutus fuit: at hoc privilegium eidem iterum dedit Siricius, dein Aoastasius, & tamdem Innocentius; ut ex literis eorumdem in synodo sæpius laudata num. 3. & 4. cnlligitur. Anysio Rufus successit, quem suum apud Illyricos Vicarium Innocentius declaravit, ibidem epist. 5. At Bonifacius idem privilegium ratum habuit epist. 6. & 7. Cælestinus etiam epistnla ibidem oum. 13. de Rufo ait: *Cui vicem nostram per vestram provinciam noveritis esse commissam*. Post C Rufum sedit Thessalonicæ Aoastasius; de quo scribit ad Illyricos Episcopos Xystus num. 17. *Qui vices Apostolicæ Sedis agere, ut beatæ mem. Rufus decessor ipsius, ex nostra voluntate cognoscitur*. Leo eamdem viecariam potestatem rogatus ab eodem Anastasin confirmavit, ut constat ex epistola Leonis oum. 24. *Postquam itaque nobis petitio tuæ dilectionis innotuit per filium nostrum Nicolaum presbyterum, ut tibi quoque a nobis, sicut decessoribus tuis, per Illyricum cum nostra vice, propter custodiam regularum, auctoritas præstaretur; præbentes assensum nostra adhortatione compellimus, ut* D *nulla dissimulantia, negligentia nulla proveniat circa ecclesiarum regimen per Illyricum positarum, quas dilectioni tuæ vice nostra committimus* &c Hoc etiam ex ipso Gregorio demonstratur, qui lib. 2. ep. 4. ad Maximianum Syracusanum ait: *Deinde super cunctas Siciliæ ecclesias reverendissimum te Maximianum fratrem & coepiscopum nostrum vices Sedis Apostolicæ ministrare decernimus*. Tunc ergo primum vicaria potestate a Gregorin exornatus fuit; pallium vero antea Romæ acceperat, cum ex monacho a Gregorio consecratus fuit Syracusanus Antistes. Libro 5. epist. 8. ad Donum Messanensem scribit: *Fraternitati tuæ, quam in Messanensis ecclesiæ gubernatione suscepisse constat officium, pallii usum providimus concedendum, illis videlicet temporibus atque ordine, quibus decessorem quoque tuum usum esse non ambigimus*. At Doni decessor licet pallio uteretur, erat tamen Maximiano Vicario *super cunctas Siciliæ ecclesias* constituto subiectus. Quod aperte patet ex lib. 3. epist. 12. ubi Maximiano Gregorius præcipit, ut inquirat & iudicet in causa homiois *de possessione Messanensis ecclesiæ*. Immo mortuo Maximiano, Cyprianus diacoous Vicarius Apostolicus io Siciliam a Gregorio missus fuit, quem Pontifex *Rectorem Siciliæ* lib. 5. epist. 13. & lib. 6. epist. 38. ouocupavit. Illum vero lib. eodem epist. 41. iubet inquirere io homines *Messanensis ecclesiæ* Theodorum contra quamdam feminam concitantes: quod indicat Episcopum Messanensem pallium quidem a Romano Pontifice accepisse, at non vicariam potestatem. Idem Gregorius lib. 4. ep. 8. ad Iohannem Metropolitam primæ Iustinianæ ait: *Pallium vero ex more transmisimus, & vices vos Apostolicæ Sedis agere iterata innovatione decernimus*. Quare cum in epistola ad Corinthium pallii tantum mentionem faciat, non vero & vicariæ auctoritatis, hanc Corinthio tribuere ex solius pallii usu non debemus. Post schisma Acacianum, quod Metropolitæ Thessalonicenses Acacio adhæsere, vicaria potestate privati sunt; neque illis videtur amplius restituta.

Sirmondus in appendice ad Cod. Theod. recitat ex MS. Virdunensi fragmentum epistolæ Felicis III. in qua Andreas Thessalonicensis Episcopus *ad Sedis B. Petri communionem venire* dicitur desiderare, sed cui haud integram fidem Pontifex præstat. Gelasius Felicis successor in epist. 11. ad Episcopos Dardaniæ & Illyrici, eiusdem Thessalonicensis obduratam in schismate obstinationem increpat. Cum vero paulo post Dorotheus Thessalonicensis decessorum privilegio per totam Illyricam diœcesim uti vellet, Iohanne Nicopolitano Epiri Metropolita contradicente, hisce eumdem Hormisdas epistola 22. increpuit: *Quo pudore, rogo, privilegia circa te illorum manere desideras, quorum mandata non servas? & reverentiam, quam non exhibes fidei, cupis tibi ecclesiastica potestate*

ftate deferri? Verum licet postea sub Iustino Acacianum schisma profligatum fuerit ab eodem Hormisda, succedente in imperio Iustiniano, vicariatus per Illyricum translatus fuit ad Archiepiscopum primæ Iustinianæ; ita tamen, ut Gregorius Magnus semper in titulo literarum ad Episcopos Romano Patriarchatui subiectos, priori loco Thessalonicensem nominaverit, ut patet ex lib. 7. epist. 11. & 70. Sed de his plura dicere non est nostri instituti.

CAPUT XXI.

Alipius in Italiam venit, idemque in Africam revertens Iuliani scripta ad Augustinum defert. Eadem S. Doctor pluribus libris statim impugnat.

HOc anno 421. Alipium Tagastensem ex Africa in Italiam navigasse recte observavit Thomas de Herrera in MS. Bibliotheca Augustiniana in notis ad lib. 2. de Nupt. & concup. ubi ait: *Anno 421. circa Iulium vel Augustum Alipius a Papa Bonifacio accepit duas epistolas Pelagianorum, quorum alteram Iulianus Romam, aliam vero decem & octo Episcopi eadem labe infecti ad Episcopum Thessalonicensem miserant.* Alipius in Italiam veniens recta Ravennam se contulit, ut Valerio Comite intercedente Africanorum Præsulum causam in quæstione de appellationibus Imperatori commendatam faceret, ne gravioribus inter Episcopos Africanos ac Romanos Pontifices dissidiis concertaretur, simulque ut novis Pelagianorum conatibus obviam iretur: nam in Italia novas iterum turbas eosdem dare fama erat. Alipius iniuncta legatione perfunctus, antequam Ravenna discederet, a Valerio Comite intellexit, quæ contra Augustini librum de Nuptiis & concupiscentia Pelagiani garrirent, a quo etiam literas ad Augustinum deferendas accepit. Inde Romam profectus perhonorifice a Bonifacio Pontifice excipitur: illum enim & natalium splendor, & eximia eruditio, ac sanctioris vitæ professio plurimum decorabant. His accedit, quod Bonifacius iam olim a Legatis intellexerat, quantum in magna synodo Carthaginensi anno 419. pro Apostolicæ Sedis honorificentia insudasset. Inter familiaria colloquia frequens de Augustini ingenio ac doctrina mentio habita fuit: de qua re iuvat S. Doctorem audire in prooemio librorum, quos eidem Bonifacio Papæ nuncupavit: *Postquam te etiam præsentia corporali frater meus vidit Alipius, acceptusque a te benignissime ac sincerissime mutua miscuit dictante dilectione colloquia, tecumque convivens, & parvulo licet tempore, magno tamen tibi iunctus affectu, se simul & me refudit animo tuo, teque mihi reportavit in suo, tanto maior in me tuæ Sanctitatis est facta notitia, quant. certior amicitia.* Interea Alipius excerpta quædam ex quatuor Iuliani libris, quos recens contra volumen Augustini de Nuptiis & concupiscentia emiserat, a Valerio Comite transmissa accepit; quæ una cum binis eiusdem hæretici literis sibi a Bonifacio datis paulo post in Africam ad Augustinum detulit.

Hoc sane Bonifacii Papæ triennio ingentes labores subiit Augustinus: nam non modo tot subinde occurrentibus occupationibus intermissa grandia illa volumina de Civitate Dei, & Trinitate continuavit, sed etiam contra Arrianos, Donatistas, Marcionistas, aliosque turbidos homines libros exaravit, ut vix illi umquam spiritum colligere licuerit. Recitantur libri eo tempore elucubrati in posteriori Retractationum volumine. Ceterum acceptis ab Alipio Pelagianis literis, & excerptis, illa statim dubitatione perculsus est, expectandi ne essent integri quatuor Iuliani libri, quo exactiorem responsionem adornaret. Verebatur enim, ne excerptor necessaria quædam omisisset, quibus non solutis victoriam sibi postea adversarius caneret: sed responsionem ea ratione non distulit, quod nec Valerius integros quatuor libros exspectasset: unde sunt illius verba ad eumdem Comitem lib. 2. de Nupt. & concup. cap. 2. *Nisi & ego responsionem differre noluissem, sicut nec tu transmissionem scriptorum, quibus respondendum est, distulisti.* Itaque alterum statim librum eodem titulo inscriptum in defensionem prioris de Nuptiis & concupiscentia submisit Valerio suo pariter nuncupatum. In eo probat catholicorum dogmata multum a Manichæorum deliriis distare; nasci pueros sub Dæmonis potestate ob originale peccatum; malam esse concupiscentiam, bonas autem nuptias, quæ

bene utantur malo; circumcisionem in vetere testamento pueros originariæ labi exemisse; bonum esse hominem a Deo factum, sed malum deputari Dæmoni, quo auctore homo est vitiatus; ex D Paulo aperte originalem culpam deduci, in eadem sententia fuisse Ambrosium, aç Cyprianum. Eodem pariter sudore Iuliani eiusdem epistolas consutavit, editis contra easdem quatuor libris Bonifacio Pontifici inscriptis. Initio quidem omnia eiusdem censuræ subiiciens, *Hæc ergo*, inquit, *quæ istis, ut dixi, duabus epistolis illorum ista disputatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem, non tam discenda, quam examinanda, & ubi forsitan aliquid displicuerit, emendanda constitui*. Primo autem libro respondet epistolæ Iuliani Romam missæ, docens peccato Adæ liberum arbitrium non periisse, sed libertatem ad faciendum bonum, quæ sola gratia Servatoris restituitur; nuptias, ac membra coniugum esse a Deo, sed peccatum originale, quod nuptiarum fœcunditatem atque usum membrorum consequitur, non esse a Deo; malam esse concupiscentiam, nec cum illa potuisse feliciter vivere in paradiso terrestri primos parentes; ab ipsa se absolui Apostolum desiderasse captivum carne, non mente, motiooe, non consensu; gratiam non dari ex meritis boni inchoati, baptismum omnia delere peccata & in primis originale. In reliquis tribus libris non nnius Iuliani, sed decem & octo velut Episcoporum calumnias epistolæ Thessalonicam scriptæ insertas repellit, docens, Catholicos non declinare ad Manichæos, sed hos inter ac Pelagianos regia via tutos incedere; Zosimum numquam Cælestii errorem approbasse, sed lenius eum illo tantum egisse; gratiam non inferre fatalem necessitatem; hanc aliquibus dari, aliis negari, oullamque inde personarum acceptionem Deo imputandam: & hæc in altero libro asseruntur. In tertio ostendit, lege Dei cognosci peccata, sed gratia vitari; baptismum auferre omnia peccata, at non infirmitates ex Adami delicto in posteros derivatas; gratiam Christi omnium ætatum hominibus necessariam, nullumque sine fide in Mediatorem posse salvari. Cum vero Augustinus ostendisset, ea catholicis obiici, quæ ne somoiarent quidem, quasi castris defensis ad hostium munitiones expugnandas erumpens, in quarto volumine Pelagianorum calumnias confutat; Ecclesiam regia via Manichæos inter ac Pelagianos gradiri in laude creaturæ, in laude nuptiarum, in laude legis, in laude liberi arbitrii, in laude denique sanctorum; atque universa hæc in sui defensionem inepte a Pelagianis adduci; booam quidem esse hominis naturam, quam fecit Deus, sed malum esse peccatum originale, quod non fecit Deus, bonas esse nuptias, sed malam esse concupisceotiam, sine qua proles nuptiarum bonum haberi non potest; bonam esse legem, noo quia sanat, sed quia ducit ad medicum sanantem per gratiam; bonum esse arbitrium, non cum liberum est in malo, sed cum liberatum est a malo, ut faciat bonum; denique bonos esse sanctos, sed illis orandum semper in hac vita esse Deum, ne culpa eos inficiat. Quibus acute, ac solide probatis vana eorum vota de synodo œcumenica, quam plenis bnccis appellabant, his irridet: *Verum istorum superbia, quæ tantum se extollit adversus Deum, ut non in illo velit sed potius in libero arbitrio gloriari, hanc etiam gloriam captare intelligitur, ut propter illos Orientis & Occidentis synodus congregetur. Orbem quippe catholicum, quoniam Domino eis resistente pervertere nequeunt, saltem commovere conantur; cum potius vigilantia & diligentia pastorali post factum illis competens sufficiensque iudicium, ubicumque isti lupi apparu rint, conterendi sint* &c. in fine libri quarti.

Hic cum Baronio nobis res non erit, qui promiscue ea, quæ per plures annos gesta sunt inter Augustinum ac Iulianum certamina, ad annum 419. congessit. Cum Iansenio ageodum est, qui in improbabilem prorsus sententiam ivit. Tradit Alipium octennio post primum in Italiam iter rursus ad transmarina venisse, deferentem librum de Nuptiis & concupiscentia contra quatuor Iuliani libellos ab Augustino elucubratum. Hoc etiamsi aliis evideotioribus testimoniis non refelleretur, satis improbabile videtur, Augustinum adeo tarde librum illum in Italiam mitrendum curasse, qui tanta celeritate responsionem præcoci labore procuderat, ut ne integros quidem quatuor Iuliani libros expectandos duxerit. & quidem initio lib. 2. cap. 2. *Nisi & ego*, inquit, *responsionem differre noluissem*,

noluissem, sicut nec tu transmissionem scriptorum, quibus respondendum est, distulisti. Item in epistola ad Claudium ante lib. 1. con. Iul. testatur se non distulisse, excerpta Iuliani sibi a Valerio transmissa confutare. Quare si tanta celeritate manum operi admovit, cur post tot annos librum ad Valerium deferendum distulit? Sed historiam extra coniecturas prosequamur. Alipius uti libros Iuliani in Africam detulerat, ita suum quoque esse putavit, S. Doctoris responsionem in Italiam ferre. Quare divinæ gratiæ patrocinio suffultus, iterum remenso mare in Italiam veniens libros quatuor ad ipsum Bonifacium portavit. Quod si ille iterum Romam venisset transacto octennio a prima in Italia commoratione, quam perperam anno 419. contigisse Iansenius existimavit; in Italiam advectus esset mortuo ante quatuor annos Bonifacio, qui diem obiit anno 423. VIII. Kal. Novembris. Porro libros ab Alipio ad Bonifacium delatos testatur Iulianus lib. 1. cap. 85. ubi de illis quatuor libris hæc scribit contra Augustinum: *Sicut in his libris, quos nunc per Alipium ad Bonifacium misisti, dic captivum esse arbitrium, quod nos liberum dicimus*, & lib. 2. cap. 179. idem repetit: *Quod*, inquit, *tam nefarium est, ut cum a nobis in epistola quam ad Orientem misimus, fuisses obiectum, tu his libris, quos nuper ad Bonifacium misisti, negando a te propulsare coneris*. Quare Alipius iis Augustini quatuor libris Bonifacio Pontifici datis recta Ravennam contendit, ut alterum librum S. Doctoris de Nuptiis & concupiscentia, eisdem patrono Valerio Comiti traderet. Huius quoque testem habemus ipsum Iulianum lib. 1. Oper. imperf. cap. 8. ubi alloquens Florum Episcopum Pelagianum ait: *Quia id impendio poposcisti, immo indixisti auctoritate patria, ut libro tractatoris Pœni, quem ad Valerium Comitem vernula peccatorum eius Alipius nuper detulit, obviarem*. Secunda igitur Alipii in Italiam navigatio contigit, statim ac Augustinus libros quatuor contra duas epistolas Pelagianorum, alterumque de Nuptiis & concupiscentia elucubravit, adhuc superstite Bonifacio Pontifice. Hocce vero Alipii Ravennam iter Iulianus postea mille calumniis infamavit: eo enim institutum dixit, ut acceptis ab Augustino muneribus Honorii duces corrupti, ipsum Imperatorem in Pelagianos facilius excitarent. Augustinum quidem sic carpit lib. 3. Oper. imperf. cap. 35. *Cur sumptibus pauperum saginastis per totam fere Africam equorum greges, quos persequente Alipio tribunis & centurionibus destinastis? Cur matronarum oblatis facultatibus potestates sæculi corrupistis, ut in nos stipula publici furoris arderet?* Conqueritur etiam Iulianus, Valerium Comitem sua auctoritate apud Principem obstitisse, quo minus ipsi Pelagiani in novo concilio audirentur; in quo facta contra ipsos tum in Africa tum Romæ non punirentur quidem, sed emendarentur lib. 1. eiusd. Oper. c. 10 Verum S. Augustinus a se & ab Alipio illam calumniam ab impostore impudentissimo abiectam procul arcet lib. 1. cap. 35. *Iam vero quod etiam scribere ausus es, neque veritus ne ad ea loca libri pervenirent tui, quæ terra marique transeuntem seu venientem collegam meum Alipium susceperunt, ubi legi apertissima tua falsiloquia sine tua irrisione, vel potius detestatione non possunt, cui non dico impudentiæ, sed dementiæ comparatur?*

Interim Claudii Episcopi industria integri libri illi quatuor Iuliani, contra quorum excerpta Valerio petente Augustinus scripserat, in eiusdem manus venerant: quos diligenter evolvens comperit illum, qui quædam inde selegerat, non omnia posuisse, aut non ita, ut in illis quatuor libris invenerat; cum nonnulla aliquantum putaverit esse mutanda, fortasse ut eo modo quasi sua faceret, quæ aliena esse constaret. Totum igitur se colligens Augustinus grande volumen elucubravit tanto studio, labore ac diligentia, ut modestissimi vir ingenii illud nuncupaverit *tantum tamque elaboratum opus*, 2. Retr. cap. 62. Et quidem cum in ceteris abs se adversus Pelagianos editis libris mirabilis fuerit, in hoc opere pæne divinus apparuit. In reliquis lucubrationibus hastatis pugnasse visus est, in hac vero universum triariorum robur emisit. In prioribus duobus eius operis libris (nam in sex illud distinctum edidit) procul a catholicis amovet Manichæismi infamiam, qua Iulianus nostros in invidiam immo in detestationem trahere conabatur; ostenditque orthodoxos veterum Patrum illis in quæstionibus sententiæ inhærere, a qua Pelagiani misere exorbitabant. Suam ibi Augustinus eruditionem ostendit: etenim luculentissimis

Anno CCCCXXII.

simis tum Græcorum tum Latinorum Patrum testimoniis, quasi grandi mole adversarium opprimit, his eumdem compellans lib. 2. cont. Iul. c. 10. *Eorum ergo appende sententias. Nolo esse plures, ut eas te pigeat numerare; sed non sunt leves, ut eas dedigneris appendere, immo tam sunt graves, ut te videam sub earum onere laborare.* In fine prioris libri obiectum sibi Manichæismi crimeo in Iuliani caput ingeniose retorquet; qui cum suis ea doceret, quibus Manichæorum paradoxa ac deliria plurimum promoveret: quod ubique passim postea Iuliano S. Doctor exprobravit.

Nihil autem magis in votis erat Augustino, quam Iulianum grande quidem, sed falso dogmate corruptum ingenium, eumdemque sibi carissimum Ecclesiæ lucrari, & ad catholica castra ex Pelagianorum turmis revocare. Hinc illæ mitissimæ cum superbissimo ac ferociente hoste voces: *Ego quidem pro dilectione quæ mihi est erga te, quam Deo propitio quibuslibet conviciis absit ut de medullis mei cordis extirpes, mallem, fili Iuliane, ut iuventute meliore atque fortiore te vinceres*, lib 1. cap. 7: & initio tertii libri ait: *Ita tibi, dilecte fili Iuliane, Domino donante respondere debeo;* ut fere nescias, utri palma adscribenda sit, eruditioni, qua ceteros doctores hac in palæstra superavit, ao lenitati, qua offeosi tot contumeliis animi motus iogeoti virtute repressit. Itaque duobus prioribus libris ex Patrum sententiis contextis pugnat: quatuor reliquos totidem Iuliani libris opponit. In horum primo, nempe tertio eius voluminis id agit, ut appareat, cum Deus verus & bonus sit homioum conditor, bonæque sint ouptiæ ab ipsomet Deo iostitutæ, malam tameo esse concupiscentiam carois, eoque malo bene uti pudicitiam coniugalem, meliusque non uti continentiam sanctiorem; illud malum nobis non ex substaotia alia, quam Deus non condidit, nobis permistum esse, ut Manichæus insanit, sed per Adæ inobedientiam exortum, ac in posteros traductum sola baptismatis gratia expiari. Io quarto demonstrat, malam esse concupiscentiam ex peccato ortam; virtutes Gentilium superbiæ typho inflatas in vitia desiisse; gratiam neque ex meritis dari, neque necessitatem homini inferre; nuptiarum bonum mederi concupiscentiæ malo; Ethnicos cogoovisse malam esse concupiscentiam; nullum pudorem ex illa oriturum fuisse Adamo non peccante; eam tamen in brutis esse bonam, quod in illis nullam rebellionem fovet. Libro quioto tradit, imagini Dei magnam pœnam esse excludi a regno Dei; pudorem ortum ex primo peccato posse peccatum esse alterius peccati pœnam; ex eadem massa humani generis damnata alios gratis prædestinari ad gloriam, alios in damnatione relinqui; concupiscentiam *susceptam* Pelagianorum esse naturæ vitium, esse malam, etiamsi ei non consentiatur; fuisse semper in orbe salutare remedium ad delendum peccatum originis. In ultimo denique ostendit, nasci iosantes peccato originali infectos, idque oleæ & oleastri exemplo congruenter explicari; tolli per baptismum eius reatum, quo omoes sub Dæmonis potestate nascuotur; tantis vitæ miseriis peccati reum oriri hominem probari, inepteque ab hæreticis Pauli testimonia exponi. Hi libri taotis divinæ scripturæ testimoniis, tot Patrum sententiis referti sunt, ac tantis e subtiliori philosophiæ rationibus præmuniti, ut Iulianus iis pæne victum se fassus sit. Nihil enim contra eosdem scripturire ausus, toto hoc campo eiectus intra silentii latebras sese occuluit. Hos libros Augustinus dicavit Claudio Episcopo, qui quatuor Iuliani libros ad ipsum transmiserat. Edito hoc volumine S. Doctor per quatuor fere annos nullis Pelagianorum iosultibus distractus fuit. Quare pacata cuncta fuere usque ad annum 427. quo tempore iterum adversus Pelagianos stylum distrinxit.

CAPUT XXII.

Moritur Honorius Imperator, ac postea Bonifacius Papa. Pelagiani a Cælestino ex Italia eiecti. Iulianus cum collegis in Ciliciam ad Theodorum Mopsuestenum navigans, eodem magistro octo contra S. Augustinum libros ibidem conscribit.

OBiit aono 423. dei 15. Augusti Honorius Imperator. Fuit hic catho- *Anno* CCCCXXIII.
licæ religionis vindex acerrimus, & ob latas contra Donatistas & Pelagianos leges Augustino unice dilectus. Cum vero sine prole decessisset, vacantem Occi-

deotis

dentis regiam Iohannes Scribarum Præfectus occnpavit. Placidia enim Honorii ſoror cum filiis ab eodem ex Italia expulſa ad Theodoſium ſe receperat. Die vero 25. Octobris Bonifacio etiam Pontifice mortuo, Cæleſtinus ſnbrogatus fuit. Quantum Bonifacius Auguſtino detulerit, patet ex iis quæ ſuperius nobis deſcripta ſunt. S. Proſper. contra Collat. cap. 41. hæc ait: *Sanctæ memoriæ Papa Bonifacius piiſſimorum Imperatorum catholica devotione gaudebat, & contra inimicos gratiæ Dei non ſolum apoſtolicis, ſed etiam regiis utebatur edictis; et quando idem, cum eſſet doctiſſimus, adverſus tamen libros Pelagianorum beati Auguſtini Epiſcopi reſponſa poſcebat.* Cæleſtinus deceſſorum veſtigia ſequens Pelagianorum conatus infregit, totaque illos Italia excluſit. Illi quidem ſingulos quoſque Romanæ Eccleſiæ Præſules ſub eorumdem pontificatus initiis ſubdole tentare ſueti, iiſdem artibus in Cæleſtini gratiam irrepere ſatagerunt: at deceſſoribus longe ſibi infeſtiorem Cæleſtinum experti ſunt. Nam ubi ſub Bonifacio extra centeſimum ab Urbe lapidem ex Conſtantii Imperatoris decreto degere iuſſi ſunt, Cæleſtinus procul ab Italiæ finibus eoſdem eiecit. Teſtatur hoc laudatus Proſper; *Venerabilis*, inquiens, *memoriæ Pontifex Cæleſtinus, cui ad catholicæ Eccleſiæ præſidium multa Dominus gratiæ ſuæ dona largitus eſt, ſciens damnatis non examen iudicii, ſed ſolum pœnitentiæ remedium eſſe præſtandum, Cæleſtium quaſi non diſcuſſo negotio audientiam poſtulantem totius Italiæ finibus iuſſit excludi.* At non unus Cæleſtius, ſed ſectatores etiam irati Pontificis minas reveriti Italiam reliquerunt.

Iulianus accepto Auguſtini altero de Nuptiis & concupiſcentia volumine, quod Alipius ad Valerium ex Africa detulerat, hortante Floro Epiſcopo Pelagiano reſponſionem præcoci ingenio meditatus, ſtatim manum operi admoverat. Unum enim & alterum librum vivente Bonifacio illum ſcripſiſſe collign ex iis, quæ idem habet initio fere libri primi: *Indixiſti*, inquit, *auctoritate patria, ut libro Tractatoris Pœni, quem ad Valerium Comitem vernula peccatorum eius Alipius nuper detulit, obviarem:* cap. 8. Ibidem etiam hæreticus vellicat quatuor Auguſtini libros ad Bonifacium ſcriptos, quos cum lib. 1. cap. 85. ab Auguſtino *nunc*, & lib. 2. cap. 179. *nuper* ad Bonifacium miſſos ſcribat, non obſcure indicatur, eoſdem adhuc Bonifacio ſuperſtite inchoatos. Cum vero lib. 3. cap. 104. dicat: *Etiam illorum ſcriptorum quæ ad Bonifacium miſeras, inſertione pateſeci*, liquet tertium librum ac reliquos poſt Bonifacii obitum eſſe exaratos. Iulianus ac collegæ Cæleſtini decreto Italia excedere coacti, in Ciliciam ad Theodorum Mopſueſtenum navigare decreverunt: ſciebant enim quanta Theodorus benevolentia ſuam ipſorum ſectam, cuius idem primus magiſter fuerat, complecteretur. Idem etiam Iulianus plurimum ex Theodori ſermonibus adiumenti ſibi pollicebatur, quo validius inchoatum adverſus Auguſtinum opus communiret. Horum auctor venit Marius Mercator in Commonitorio contra Iulianum pag. 13. in MSS. Bibliothecæ Palatinæ apud Vaticanum num. 234. *Simul*, inquit, *admonere volens Iulianum etiam Epiſcopum oppidi Eclanenſis hæreticum Pelagianum ſeu Cæleſtianum hunc ſecutum eſſe Theodorum, ad quem peragratis terris, & exarato mare, atque Oriente luſtrato cum ſociis & participibus ſane ſyntalæporis ſuis magno niſu tamquam ad Chriſtianorum dogmatum prædicatum magiſtrum tetendit: unde hæreſis Pelagiana ſeu Cæleſtiana, quam defendendam & ſequendam ſuſcepit, ab ipſo confirmaretur, atque inde velut inſtructus octo contra fidem catholicam potius, quam ſanctæ memoriæ Auguſtinum volumina illa, ut putat, prudentiſſima conderet.* Ex his conſtat alios quoque Epiſcopos Pelagianos una cum Iuliano longiſſimam in Ciliciam peregrinationem ſuſcepiſſe.

Ceterum Iulianus ſcribens ibidem octo contra unum S. Auguſtini libros, Theodori doctrinam in quinque contra Dialogos S. Hieronymi voluminibus ab eodem aſſertam ſuis illis lucubrationibus inſeruit: quod etiam in aliis prioribus ſcriptis fecerat, in quibus Theodori argumenta repetit: ut fragmenta huius apud Photium Cod. 177. cum Iuliani dictis conferenti patet. Hæreticus amiſſi epiſcopatus dedecore atque exilii miſeriis exagitatus, tanta rabie in poſteriori hoc opere in Cilicia confecto contra Auguſtinum debacchatus eſt; ut infamia quæque dicteria in prioribus contra S. Doctorem libris effutita in laudum fere loco cenſeri poſſint, ſi cum his calumniis com-

comparentur, quas Theodoro favente
Auguſtino importavit. Vocat enim eum-
dem ignominiæ cauſa Numidam cetra-
tum, tractatorem Pœnum, philoſopha-
ſtrum, piſtillo obtuſiorem, vituperato-
rem ſanctorum, patronum aſinorum.
Io præfatione lib. 1. & 2. ſcribit, ſibi
quanto duriorem, tanto honeſtiorem
tuendæ veritatis cauſam eſſe factam; re-
ceptui minime canendum; haud decere
ulciſci ſilentio contumelias, & de con-
ſcientiæ portu aliorum ridere naufragia;
moveri ſe ad ſcribendum contra Augu-
ſtinum benignitate debita humano gene-
ri, ſpe ac fide in Deum, qui frequenter
deſperatis rebus opem tulit; at ſi opta-
to exitu fruſtraretur, Dei renumeratio-
ne dooandum; ſupra caſus ancipites ſuum
ipſius opus evaſiſſe, & invincibilis clue-
re poſteſſione victoriæ; non pendere
ſe ad proſperitatis popularis eventum;
ſub ambiguo rerum exitu ſtare piorum
certam ſententiam, idola reſpuendi, ſup-
plicia perferendi; nptare denique ſe per-
ſecutionum tumore compreſſo etiam po-
pulis ſubvenire; & ſi ſecus accideret,
malle quicquid acerbum eſt conrumelia-
rum & periculorum perpeti, quam non
aveſſari illuviem ſordeſque Manichæas
Hæc & ſimilia hæreticis familiaria Iu-
lianus evomuit. Hos octo libros Floro
Epiſcopo Pelagiano nuncupavit, a quo
Manetis epiſtolam Conſtantinopoli in-
ventam acceperat: ex qua pleraſque ſen-
tentias in hiſce voluminibus exſcribit,
eaſque Auguſtino ceteriſque orthodoxis
petulanter æque ac falſo exprobrat, qua-
ſi cum Manichæis in ſententiarum para-
dnxis colluderent. Porro Iulianus mul-
tum temporis illis libris ſcriptnriendis
impendit. Illorum exemplaria anno tan-
tum 427. ab Alipio Romæ reperta ad
S. Auguſtinum confutanda tranſmiſſa
ſunt, ut ſuo loco dicetur. Scribit Ma-
rius Mercator contra Iulianum: *Id nunc
iſto opere tuo poſt longum tempus elaborato
in Cilicia ingeris. Neceſſaria igitur capitu-
li repetitione quid mare exarato, & Orien-
te luſtrato novum inauditumque inde attule-
ris, denuo perſcrutemur.* Ex quibus Iulia-
num diuturniores in Cilicia moras feciſ-
ſe arbitror forte uſque ad obitum Theo-
dori ſui Mœcenatis ac magiſtri, qui cir-
ca annum 427. fatis conceſſit: de qua re
ex profeſſo lib. 2. cap. 4. ſermo redibit.
Porro Iulianus, quo patrono eidemque

A magiſtro gratas obſequii vices redderet,
in hiſce octo libris ubique Theodori ſen-
tentias, & auctoritatem ſupra ceteros
illius ætatis ſcriptores ad invidiam uſque
inculcavit: & licet in fragmentis apud
D. Auguſtinum in Opere imperfecto id
non appareat, hoc tamen a Mario Mer-
catore, qui eoſdem libros impugnavit,
expreſſe affirmatur in hæc plane verba:
*Non itaque iraſcatur vel ſuccenſeat nobis,
ſi eum cum Theodoro, cuius in libris ſuis in-
finitas laudes exſequitur, eiuſque ſancta au-
ctoritate ſententiæ in ſuo errore gloriatur,
alienum a fide catbolica eſſe iuſteque damna-*
B *tum detegimus, evincimus, atque deflemus.*
Iulianus in his octo libris, in prioribus
quatuor abs ſe aſſerta operoſius commu-
nire tentavit, Apoſtoli teſtimonia ab Au-
guſtino adducta pravis interpretamentis
expoſuit: concupiſcentiam inter natura-
lia bona recenſuit; nullum eſſe origina-
le peccatum, neque ex illo humanæ vi-
tæ miſerias derivaſſe; liberum arbitrium
nullam ex pe.cato Adæ pronitatem ad
peccandum conrraxiſſe ſed in æquilibrio
tam ad bonum, quam ad malum æqua
ad utrumque poteſtate conſiſtere; gra-
riam quidem per baptiſmum infundi,
C ſed quæ adoptionem ad regnum cælo-
rum largiatur, non quæ primigeniam ali-
quam labem a pueris in baptiſmo con-
tractam amoveat; mortem denique, ac
partus dolores etiam Adamo non pec-
canre poſteros ſubituros. Quæ ſane tan-
ta verborum copia, tanta orationis ele-
gantia, tanto denique argumentorum ap-
paratu exſequitur, ut Theodori inge-
nium ac magiſterium ibi reluceat, ac
plane conſtet tantas ab hæreſiarcha ere-
ctas contra catholicam fidem macbinas
unius Auguſtini manu everti potuiſſe.

Inſignis Annalium eccleſiaſticorum
D ſcriptor ad annnm 419. num. 52. puta-
vit hoſce octo Iuliani libros ediros fuiſſe
contra ſex S. Auguſtini, quibus priora
quatuor Iuliani volumina confutarat.
Sed non ita eſt: nam cum octo libros
Iulianus in Cilicia componeret, Augu-
ſtinus ſex illos in Africa ſcribebat. Et
quidem S. Doctor diſerte affirmat octo
Iuliani libros contra alterum abs ſe de
Nuptiis & concupiſceotia editum depu-
gnare: *Factum eſt*, inquit in præfatione
Operis imperfecti, *ut ſub eodem titulo
etiam ſecundum librum ſcriberem, contra
quem Iulianus alios octo nimia loquacitate*
con-

conſcripſit. Et libro 4. cap. 5. palam idem teſtatur, addeos nihil a Iuliano contra ſex illos ſuos ſcriptitatum fuiſſe. *Si ergo*, ait, *talibus incrementis loquacitas tua promovetur, quem non terreat non veritas, ſed numeroſitas librorum tuorum, quam computare me piget? Homo enim ſtupenda ubertate facundus, qui prius uni meo tuos quatuor, & alteri meo tuos octo putaſti eſſe reddendos, quis non timeat, ne forte ſex libris meis amplius quam mille tuos reddere mediteris*. Idem etiam BaroOius num. 53. Geonadium repreheodit, quod ſcripſerit, Iulianum ſeptem contra S. Auguſtinum libros edidiſſe: quod itidem Honorius Auguſtodunenſis Gennadii exſcriptor affirmavit. Video Gennadium in editiooe Suffridi ita loqui, ſed Suffridus in depravatos codices incidit: nam in Gennadin typis Frobenianis apud Baſileam inter opera S. Hieronymi excuſo hæc de Iuliano leguntur: *Hæreſim Pelagii defendere niſus ſcripſit adverſus Auguſtinum impugnatorem illius libros quatuor, & iterum libros octo*.

CAPUT XXIII.

Monachi Adrumetini in Africa de gratia & libero arbitrio litigantes, acceptis ab Auguſtino libris in concordiam revocantur. Fuerint ne iidem monachi Auguſtiniani inſtituti? De Monachatus apud Africam origine Holſtenii ſententia expenditur. Adrumetini monaſterii inſigne privilegium refertur. Leporii monachi per Auguſtinum converſio ea occaſione hic recitatur.

ADrumetum maritima Africæ urbs eſt a Phœoicibus condita inter parvam Leptim & Aphrodiſium, diſtans Carthagine M. P. LXXXV, Utica vero M. P. CXX. A noſtro Veronenſe Plinio lib. 4. cap. 4. liberum oppidum, & a D. Cypriano epiſt. 45. colonia ouncupatur. Erat Byzacenæ proviociæ metropolis ex Procopio lib 6. de Ædificiis Iuſtiniani: *In Byzacio*, inquit, *urbs eſt maritima Adrumetum dicta, magna olim ac populoſa, & ob id metropoleos nomen & dignitatem ſortita*. Ex quibus patet lapſum eſſe Binium tomo 1. Conciliorum io notis ad ſynodum Teleptenſem, ut ipſe pu-

A tat; ubi ait Teleptim fuiſſe metropolim Byzacii, quod Donatianus Telepteuſis non ſemel io conciliis Africanis Primas Byzacenæ proviociæ ouncupatur. Nam anno 411. uti cap. 13. prænotavimus, cum Donatianus ſederet Telepte, quæ Fulgentii noſtri Ruſpenſis Epiſcopi patria fuit, Mizooius erat Primas Byzacii; neque eadem erat apud Africanos metropolis civilis, & eccleſiaſtica: quod fuſius lib. 2. cap. 8. contra Salmaſium nſtendemus. Iuſtinianus Vandalis debellatis Adrumeto ingentem murum circumdedit, validumque præſidium impoſuit: B unde oppidani teſte Procopio, quo munificentiſſimo Priocipi grati animi vices rependereot, urbem deinceps Iuſtinianam diceodam decrevere. At Romano imperio everſo, ac barbaris Africam occupantibus eadem civitas Mahameta nuncupata fuit, quo nomine etiamnum appellatur.

Erat in hac urbe inſigne cœnobium, cuius anno noſtræ epochæ 424. Valeotinus præfecturam gerebat: quo tempore novæ de gratia: & libero arbitrio inter monachos Adrumetinos contentiones exortæ, novos etiam Auguſtino labores C peperere. Florus eiuſdem cœnobii monachus Uzalam ad ſuos profectus ad Auguſtioianos monachos divertit. Uzala, vel ut ait Auguſtinus, Uzalis erat urbs provinciæ Proconſularis inter Hipponem & Carthaginem prope Uticam ex eodem Patre in lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. *Uzali*, inquit, *quæ colonia Uticæ eſt, multa præclara per eumdem martyrem Stephanum facta cognovimus*. Huius urbis ſacra adminiſtrabat Evodius: qui ex Auguſtini monaſterio Hipponenſi, ut poſtea patebit, ad illam eccleſiam promotus Auguſtinianum inſtitutum illuc inve- D xerat. Florus ibidem dictante Felice monacho epiſtolam celeberrimam Auguſtini 105. ad Xyxtum, qui poſtea Romæ Pontifex ſedit, exſcripſit; atque Adrumetum cito citius tranſmiſſa Carthagioem ſe contulit. Monachi Adrumetini acceptam epiſtolam curioſius legere cœperunt: at quod illa altiſſima divinæ gratiæ & prædeſtinationis myſteria contioebat, non omnes germanam eiuſdem intelligentiam aſſecuti ſunt, ſed in varios & ab auctoris mente prorſus alienos illam ſeoſus diſtraxeruot: unde graviora eo in cœnobio diſſidia emerſere.

Inte-

Interim Florus Carthagine reversus, cum A male se audire intelligeret, quod ob missam Augustini epistolam dissidiorum auctor publicabatur, rem Valentino Monasteriarchæ significavit: eas enim suorum ille contentiones ignorabat. Valentinus epistolæ interpretationem ab Evodio Uzalensi petendam esse censebat: erat enim Evodius Augustini discipulus, & ob legationem ad Honorium anno abhinc vicesimo una cum Theasio Episcopo Memblositensi summa cum laude obitam ex epistola 65. Augustini & cap. 56. Cod. Africani, tota Africa percelebris. Idem etiam Sabinum monasterii presby- B terum virum literis apprime eruditum rogavit, ut laudatæ epistolæ sensum exponeret: quod etiam ille satis diligenter exsecutus est. At Cresconius & Felix monachi ab ipso auctore rectam epistolæ intelligentiam accipiendam contendebant: nullus enim Augustinianæ sententiæ melior Augustino intepres videbatur. Valentinus moleste ferebat, isthæc dissidia S. Doctori innotescere: at cum certam utrique ad Augustinum pergendi sententiam stare animadverteret, dato viatico eosdem Hipponem ire permisit. Scribit hæc Valentinus ad Augustinum C epistola 256. *Quibus propter ipsam pietatem sumptus dedimus, ne vulnera ipsorum cumularemus.* Nullas tamen ad Augustinum literas deferendas eisdem tradidit. Quæ vero Cresconius ac Felix Augustino narraverint, idem S. Pater epistolæ 46. ad Valentinum missa significat: *Retulerunt*, inquit, *monasterium vestrum nonnulla dissensione turbatum, eo quod quidam in vobis sic gratiam prædicent, ut negent hominis esse liberum arbitrium, & quod est gravius, dicant, quod in die iudicii non sit vel redditurus Deus* unicuique secundum opera D eius. *Etiam hoc tamen indicaverunt, quod plures vestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adiuvari fateantur per Dei gratiam, ut recta sapiamus atque faciamus.* Ceterum Valentinus ea de re ad Evodium scripsit: nam Evodii responsum in bibliotheca monasterii Trevirensis S. Maximini invenit Sirmondus, eiusque fragmentum capiti 1. Historiæ Prædestinatianæ inseruit, maiori longe laude donandus, si integrum Evodianæ epistolæ exemplum publicasset.

Matth. 16, 28.

Augustinus hactenus invectus contra divinæ gratiæ hostes, quasi mutata velificatione pro libero etiam arbitrio sibi pugnandum esse cognovit. Librum igitur illis instruendis statim elucubravit, quem de Gratia & libero arbitrio inscripsit: in quo ex arcanis sacrarum literarum liberum arbitrium probari ostendit, ubi hominibus a Deo præcepta imponuntur; divinam tamen gratiam ad divina mandata necessariam, illamque non ex meritis dari; legem absque gratia reos facere iubendo, gratiam bonos facere adiuvando; nullum bonum desiderium gratiam præcedere; Deum iubere quandoque, quæ non possumus, ut ab illo noverimus, quid petamus; exemplo parvulorum statim post baptismum decedentium ostendi, gratiam sine meritis dari, occultumque esse Dei iudicium, cur unus salvetur, alter vero damnetur. Hoc libro accepto *iuvenes* illi (ita enim ab Augustino vocantur epist. 46. ad Valentinum) statim ad suos redire destinarant, ut cum sociis paschalia festa celebrarent. Quare S. Pater laudatam modo epistolam illis tradiderat præfecto cœnobii Valentino, reliquisse sub eo religiosis viris scriptam. At Augustinus, quo instructiores ad suos reverterentur, ad aliquot insuper dies secum illos detinendos duxit: quæ postea eidem Valentino epistola 47. significavit: *Cresconium*, inquit, *Felicem, & alium Felicem Dei servos, qui ex vestra congregatione ad nos venerunt, nobiscum egisse pascha noverit caritas vestra, quos ideo tenuimus aliquanto diutius, ut instructiores ad vos redirent adversus novos hæreticos Pelagianos.* Addidit Augustinus libro de Gratia & libero arbitrio epistolas synodi Carthaginensis, itemque Milevitanæ, ac quinque pariter Episcoporum ad Innocentium Papam, atque huius ad omnes rescripta; rursus epistolas synodi Africanæ ad Zosimum, & eiusdem Pontificis literas ad totius orbis Episcopos, postremo etiam canones plenarii concilii Carthaginensis anno 418. Kalendis Maii celebrati. Verum ubi illi cum tot scriptis Adrumetum advenere, novo errori locus datus est: nam cum quidam legisset, omnia opera bona esse dona Dei, in id absurdi deflexit, ut dixerit, neminem corripiendum, si Dei præcepta non faceret, sed pro illo tantummodo orandum Deum, ut ipso donante faceret, quod iubebatur.

Valentinus dogmatis novitate turba-

tus

tus rem per literas Augustino renuntiavit (illæ numero 257. inter Augustinianas leguntur:) in quibus gratias agit de libro atque ecclesiasticis literis ad se transmissis, novaque dissidia suo in monasterio ex eiusdem libri lectione suborta intimat. Epistolam per Florum, cuius alloquendi se cupidum Augustinus significaverat, transmisit. Ubi Hipponem Florus ac socii advenere, Augustinus Florum exactam epistolæ ad Xystum intelligentiam tenere gavisus est: quod initio libri de Cor. & grat. his testatur. *Hanc fidem, quæ sine dubio vera, & prophetica, & apostolica, & catholica fides est, etiam in fratre nostro Floro invenisse me gaudeo: unde hi potius corrigendi sunt, quos quidem propitio Deo correctos esse iam existimo, qui eum non intelligebant*. Ex quibus patet, quam iniuste a Sirmondo in libro de Hæresi Prædestinatiana cap. 1. Florus tamquam *pravæ interpretationis auctor* traducitur. Ceterum Augustinus, quo procul ab Adrumetinis omnem errorum caliginem expelleret, nitidioris doctrinæ librum de Correptione & gratia inscriptum composuit. Hic quidem liber parvus mole est, sed doctrina maximus, totus mysteriis refertus, universam divinæ gratiæ œconominam oculis subiicit; ut iure merito aureus a doctissimis nuncupetur. Docet in eo sapientissimus Antistes, non esse electionem luti sed figuli; cur in eadem massa perditionis unum vas fiat ad honorem, alterum ad contumeliam; perseverantiam in bono esse donum Dei; homines prædestinari ad gloriam & gratiam non secundum eorumdem propositum, sed Dei; voluntatem hominis non libertate gratiam consequi, sed gratia libertatem; mysterium gratuitæ prædestinationis in parvulis elucere; diversam esse gratiam hominis innocentis, & reparati; esse illam adiutorium quo fit ut possimus bene agere si volumus, hanc vero reapse facere ut velimus: unde una est adiutorium *sine quo non*, altera adiutorium *quo*: ista enim humana voluntas *indeclinabiliter & insuperabiliter* agitur. Ego quidem hunc librum soleo appellare clavem, qua ad universam Augustini de divina gratia & libero arbitrio doctrinam aditus aperitur; quem sane librum S. Prosper merito *plenum divinæ auctoritatis* in epistola ad Augustinum nuncupavit. In eodem vero volumine Semipelagianos, qui postea in Galliis emersere, solidissime evertit: unde contra illud ea gens acerrimis odiis linguas acuit, ut inferius dicetur.

Hos Adrumetinorum Monachorum tumultus Baronius, anno 418. contigisse scribit ibidem num. 18. At Torellus tom. 1. Sæcul. August. anno 417. eosdem alligat. Sed falsam esse eorum opinionem certum est; uti etiam quod putavit Iansenius, decennio post nempe anno 428. ea dissidia apud Adrumetum emersisse. Baronius inde refellitur, quod monachi illi ante pascha Augustinum adierunt, ut ex epistola 46. & 47. ad Valentinum patet; epistola vero ad Xyxtum scripta fuit exeunte fere eo anno 418. vel certius aperiente se mare anno sequenti, Firmo presbytero eamdem ex Africa in Italiam deferente. Etenim epistolam Xyxti datam anno 418. post Pelagianorum damnationem Firmus Hipponem detulit absente Augustino, qui initio æstatis eo anno morabatur Carthagine, ubi synodus agebatur: die vero 20. Septembris erat Cæsareæ, ex initio gestorum cum Emerito Donatista. Quare circa autumnum Hipponem reversus Xyxti epistolam ad se missam invenit, cui ubi per Albinum Romam proficiscentem rescribendi occasio se se obtulit, brevem epistolam rescripsit, quæ est numero 104. Deinde per Firmum longiorem alteram submisit, quam cum monachi Adrumetini non intelligerent, dissensionibus locum dedere. Hinc anno 418. memorata Adrnmetinorum litigia non contigere. Præterea Augustinus epistola illa 47. scribit, se mittere Adrumetum præter Innocentii & Zosimi literas, *quod posteriori concilio plenario totius Africæ contra ipsum errorem breviter constitutimus*. At literæ Zosimi in Africam anno 418. pervenere III. Kalendas Maias, & synodus plenaria Kalendis Maii habita fuit Carthagine: qua ergo ratione circa pascha illius anni, quod celebratum fuit VII. die Aprilis Cyclo Solis VII. Lunæ I. lit. F. mittere potuit Augustinus Zosimi epistolam encyclicam & canones concilii plenarii Carthaginensis? Quare circa annum 424. pro componendis Adrumetinis de divina gratia rumoribus duos illos Augustini libros procusos dicimus, quod illos in fine suorum operum in libris Retractationum S. Doctor

ctor recenſuit. Ex quibus errare etiam Ianſenium patet, dum decennio poſt annum a Baronio aſſignatum, ſcriptos eoſdem libros autumat; cum libros Retractationum anno 427. ab Auguſtino ad exitum perducti ſint, in quorum calce, uti diximus, libri ſcripti ad Adrumetinos memorantur.

Auguſtiniani inſtituti Scriptores, memoratos Adrumetini cœnobii monachos inter noſtros numerant; adeoque confidenter Aloyſius Torellus hoc ipſum ſibi perſuaſit, ut in Sæculis Auguſtinenſibus ad annum 402. num. 2. id *extra dubium* eſſe pronuntiaverit, ea præſertim opinione ductus, quod unica Auguſtini regula id temporis in Africa vigebat. Et quidem noſtri homines monachos ab Auguſtino Africæ primitus invectos adeo manifeſtis argumentis evicere, ut apud æquos iudices id extra dubium poſuerint. Eos inter eminent ſuperſtites Patres doctiſſimi atque eruditiſſimi, Chriſtianus Lupus Doctor ac Profeſſor Lovanienſis, Ioſeph Sabbatinus Ravennas, & qui eo in campo totis lacertis depugnavit, laudatus Torellus Bononienſis, quos viros amoris & honoris cauſa nomino. Quare ſatis erit illud ipſum paucis hic indicare. Cum S. Pater eſſet Mediolani, antequam baptizaretur, cum Potitiano concive ac inſigni Theodoſii duce verba fecit: de quo colloquio inter alia hæc refert lib. 8. Confeſſ. cap. 6. *Inde ſermo eius devolutus eſt ad monaſteriorum greges, & mores ſuaveolentiæ tuæ, & ubera deſerta eremi, quorum nos nihil ſciebamus*. Ignota ergo erat Auguſtino monaſtica profeſſio; atque adeo numquam illius inſtituti cœnobium nec Carthagine, nec alibi in ſua provincia viderat, antequam in Italiam tranſmitteret. Hinc lib. 2 Retract. cap. 21. ſcribit: *Ut de opere monachorum librum conſcriberem, illa. me neceſſitas compulit, quod cum apud Carthaginem monaſteria eſſe cœpiſſent, alii de ſuis manibus tranſigebant* &c. Quare recens erat apud Carthaginem monaſteriorum exſtructio. In eo vero volumine cap. 28. ait: *Sub generali nomine monachorum veſtrum propoſitum blaſphematur tam bonum, tam ſanctum, quod in Chriſti nomine cupimus, ſicut per alias terras, ſic per totam Africam pullulare*. Nova erat monaſteriorum in Africa plantatio, quam tamen latius per eam regionem propagari Auguſtinus optabat. Hinc Circumcelliones peſſima Donatiſtarum factio novum monachorum nomen catholicis exprobrabant, teſte Auguſtino in pſal. 132. *Quando vos recte hæreticis de Circumcellionibus inſultare experitis, illi vobis inſultant de monachis. Dicere conſueverunt, quid ſibi vult nomen monachorum?* Adeo Afris nova prorſus & incognita erat monachiſmi profeſſio, ut nec nomine tenus eamdem cognoſcerent.

Porro hoc ſanctioris vitæ inſtitutum ab Auguſtino primitus Africæ invectum probatur luculentiſſimo S. Patris teſtimonio: in quo noſtri Scriptores iure ſibi triumphum canunt. Lib. 3. con. Pet. cap. 40. hæc ſcribit: *Deinceps perrexit ore maledico in vituperationem monaſteriorum ac monachorum, arguens etiam me, quod hoc genus vitæ a me fuerit inſtitutum. Quod genus vitæ omnino quale ſit, neſcit, vel potius toto orbe notiſſimum neſcire ſe fingit*. Viden, ut Petilianus tamquam inuſitatum ac prorſus in Africa novum monachorum genus traducit? Erat vero Petilianus Epiſcopus Cirtenſis inter Donatiſtas magni nominis, & in collatione Carthaginenſi a Fortunatiano Siccenſi Epiſcopo collat. 1. cap. 217, itemque a Marcellino iudice collat. 3. cap. 190. cum honoris præfatione nominatus fuit. Quomodo ergo vir talis adeo palam mentiri auſus fuiſſet? At mentitus fuerit, cur Auguſtinus apertæ falſitatis eumdem reum non peregit? Monaſticæ ergo vitæ inſtitutor in Africa vel ipſorum hæreticorum confeſſione fuit Auguſtinus. Hinc recte magnus Eccleſiaſticorum Annalium conditor Baronius ſcribit ad annum 504. *Sed unde huiuſmodi monaſtica inſtitutio fluxit in Africam? Si recte memoria tenes non ab alio, quam ab ipſo S. Auguſtino, qui eamdem ex Romana, & Mediolanenſi eccleſia primitus mutuatus in Africam invexit, atque latiſſime propagavit*.

Lucas Holſtenius novam prorſus ſententiam tenuit de origine Africani monachatus. Etenim in præfatione ad collectionem regularum cap. 2. ait: *E Capraria inſula, ubi greges fuiſſe monachorum indicat Rutilius Numatinus ſcribens circiter annum Chriſti 416, miſſi ad S. Auguſtinum monachi id inſtitutum in Africam intulerunt: quod ibi receptum eſt, nequicquam Donatiſtis obſtantibus*. Vir doctiſſimus, & antiquarum ſchedarum diligentiſſimus perſcruta-

scrutator illius dicti nemioem testem laudavit; neque illud a nobis ullo pacto admitti poteit. Scribit S. Augustious epistolam 81. ad Monachos Caprariæ, & quidem iam Episcnpus, oam ibidem inquit: *Nostras (orationes) sæpe fauciat, & debilitat ealigo & tumultus sæcularium actionum: quas etsi nostras non babemus, eorum tamen, qui nos angariant mille passus, & iubemur ire cum iis alia duo, tantæ nobis ingeruntur, ut vix respirare possimus.* Iohannes Marquez vir doctissimus putavit hasce literas scriptas suisse ab Augustino presbytero & nondum Episcopo, ex hac epigraphe: *Domino dilecto & exoptatissimo fratri & compresbytero Eudoxio, & qui tecum sunt fratribus, Augustinus, & qui mecum sunt fratres in Domino S.* Sed labitur vir eruditus: nam Augustious epistolam 105. datam anno 418. ita inscribit *Sancto fratri & compresbytero Xyxto;* item epistolam 86. *Casulano compresbytero;* rursus epistolam 122. *Compresbytero Victoriano;* immo epistolæ 62. hunc titulum ponit: *Condiacono Cælestino Augustinus.* In laudata autem epistola ad Caprariæ monachos ait: *Nam & ante iam fama & nunc, fratres, qui venerunt a vobis Eustathius & Andreas bonum Christi odorem de vestra sancta conversatione ad nos attulerunt.* At Augustinus antequam baptizaretur, mooachnrum nomen ignorabat: Africæ dein restitutus monachum statim induerat, & paulo post Episcopus suerat designatus: quo tempote sama tenus Caprarienses moachos sibi notos fuisse affirmat; duos vero illos Caprarienses monachos ad se venisse, cum iam Episcopus esset, patet ex illis verbis: *Nunc fratres, qui venerunt a vobis,* ut plane appareat, falsum esse, missos ad S. Augustinum e Capraria monachos cœnobiticum iostitutum Africæ primitus intulisse. Quo anno Caprarienses ascetæ in Africam transfretarint, ex Orosiolib. 7. cap. 36. satis intelligitur. Gildone enim contra Hoorium in Africa rebellante, Mascezil tyranni frater ab Imperatore contra eumdem dux designatus, antequam in Africam traosmitteret, *Caprariam insulam adiit: unde secum sanctos servos Dei aliquot permotos precibus suis sumpsit.* Horum ille potius supplicationibus, quam oumero militum, acie superior evadens, tyranno ad laqueum adacto, tumultus compressit, Honorio IV. & Eu-

A tychiano Coss. Quare annn 398. cum imperatoria classe monachi Caprarienses in Africam delati, & Augustinensium monachorum fama permoti, ad Hippcnensem Episcopum religiosi per Africam instituti conditorem perrexere; qui tuoc prima eos vice præseotes vidit, cum fama tenus eorumdem antea nomen taotum iotellexisset.

His de Augustiniano mooachatu indicatis, quæ pluribus nostri scriptores prosequuntur, ad Adrumetinos monachos sermo iterum vertendus est, atque eorumdem institutum indagandum. De Au-
B gustiniano Hipponensi monasterio eiusdem mnnachus, dein Calamensis Episcopus Possidius scribit cap. 11. *Proficiente doctrina divina sub Sancto ac cum Sancto Augustino in monasterio Deo servientes, ecclesiæ Hipponensi clerici ordinari cœperunt. Ac deinde innotescente & clarescente de die in diem Ecclesiæ catholicæ prædicationis veritate, sanctorumque Dei proposito, continentia, paupertate profunda, ex monasterio quod per illum memorabilem virum esse & crescere cœperat, magno desiderio poscere atque accipere Episcopos & clericos pax Ecclesiæ atque unitas & cœpit primo, & postea
C consecuta est. Nam ferme decem, quos ipse novi, sanctos ac venerabiles viros, continentes & doctissimos Beatus Augustinus diversis ecclesiis, nonnullis quoque eminentioribus rogatus dedit. Similiterque & ipsi ex illorum sanctorum proposito venientes, Domini ecclesiis propagatis, & monasteria instituerunt, & ceteris ecclesiis promotos fratres ad sacerdotium præstiterunt.* Habes hic ex uno Augustini monasterio per eiusdem monachos ad episcopatum promotos per Africam mooachismi propagationem. Loqui vero Possidium de monasterio monachorum, non clericorum compertum
D est: scribit enim, *in monasterio Deo servientes Hipponensi ecclesiæ ordinari cœpisse.* Noo ergo erat monasterium Hipponeosium clericorum, sed monachorum, qui postea in clerum traoscribebantur. Eos inter, qui ex eodem cœnobin ad sacras cathedras evecti sunt, fuit Evodius Episcopus Uzalensis in provincia Proconsulari, qui io sua urbe monasterium pariter iostituit. Hic Christianis sacris initiatus Mediolani cuoi Augustino aliquantulum moratus, cum eodem in Africam redierat ex lib. 9 Confess. cap. 8. ibique sub eiusdem disciplina monachum indue-

P 2 rat

rat ex epiſtola eiuſdem inter Auguſtinianas 258. Dein Uzalenſis Epiſcopus deſignatus, ea in urbe monaſterium ſe habuiſſe teſtatur in fine libri 2. de Miraculis D. Stephani in appendice tom. 10. S. Auguſtini; ubi de Florentio ad D. Stephani aras pro recuperata valetudine ſolvendi cauſa voti Uzalam adveniente ſcribit: *Monaſteria quoque ingreſſus, venerabili Epiſcopo ſimulque ſervorum Dei ad ſe concurrenti choro, omnia hæc enarravit*. Fuiſſe vero illud monaſterium non clericorum, ſed monachorum patet ex epiſtola 258. in qua Evodius ſcribit iuvenem quo exceptore utebatur, filium fuiſſe *presbyteri Armeni Melouitani*, additque, *ægrotavit ſexdecim diebus apud parentes ſuos*. Itaque Armenus presbyter non vivebat in monaſterio in domo Epiſcopi clericus regularis. Rurſus mortuo eodem puero ait: *Pater ipſius presbyter cum ſene Theaſio in monaſterio eſſe cœperant conſolandi ſe gratia*. Ex his colligitur presbyterum e domo propria, in qua filius obierat, ipſeque habitabat, in monaſterium ſe recepiſſe: unde Evodius Uzalæ clericos ſub regulam non adegit. Ex hoc monaſterio Uzalenſi Adrumetinum inde plurimum diſtans derivaſſe noſtris probabile videtur: ſiquidem cum Adrumetini monachi Uzalam ſe conferebant, in Auguſtiniani inſtituti cœnobio ab Evodio extructo benigne excepti degebant, ex epiſtola 256. Valentini ad Auguſtinum. Ea enim occaſione Florus in Uzalenſi monaſterio epiſtolam Auguſtinianam ad Xyxtum exſcripſit, atque ad Adrumetinum cœnobium miſit. Poſtea vero diſſidiis obortis (in varios enim ſenſus eadem epiſtola diſtrahebatur) Valentinus Cœnobiarcha ad Evodium Uzalenſem rem componendam deferre ſtatuit: *Propoſui*, inquit, *ad auferendas impias quæſtiones, ut ad Dominum ſanctum Patrem Evodium mitteremus, ut ipſe nobis de hoc ſacroſancto libro propter ignaros aliquid certius reſcripſiſſet*. At cur Valentinus Epiſcopum Adrumetinum de proximo non conſuluit? Sederintne tunc Adrumeti Filocius qui anno 411. collationi Carthaginenſi interfuerat, vel Felix qui ſub Genſerico eamdem eccleſiam regebat, teſte Victore Vitenſi lib. 1. de Perſecutione Vandalica, vel alter neſcio quis medius inter utrumque, in incerto eſt. Ex his noſtri putant probabiliter inferri, ab Evodii diſcipulis monaſterium illud apud Adrumetum exſtructum: nam & Evodium *Patrem* Valentinus appellabat, & pro ea, qua pollebat auctoritate, monaſterii diſſidia eumdem componere poſſe ſperabat. Quod vero Adrumetini monachi S. Auguſtinum uti ſupremum monachorum Patrem, a quo univerſus Africæ monachatus natales traxerat, revererentur, ex fine laudatæ epiſtolæ Valentini iidem colligunt: ita enim concludit: *Si quid autem famulus tuæ ſanctitatis frater ſuggeſſerit Florus pro regula monaſterii digneris, PATER, petimus libenter accipere, per omnia nos infirmos inſtruere*. Hæc pro monachatu Auguſtiniano Adrumetinorum syncellitæ congerunt: quæ refero quidem, ſed nec probo, nec improbo. Unum hic nobis notandum venit, exemptionem monaſteriorum a iuriſdictione Epiſcopi diœceſani fuiſſe apud Africanos antiquiſſimam. Hoc patet ex ſynodo Carthaginenſi a Bonifacio Primate Africæ anno 525. celebrata: in qua Petri abbatis monaſterium in provincia Byzacena non modo a diœceſani Epiſcopi, verum etiam a Liberati id temporis Byzacenarum eccleſiarum Primatis iuriſdictione exemptum fuit. Nam monachi dato libello ſupplici Bonifacio: *Poſcimus*, dixere, *ut noſtrum monaſterium facias tuæ beatitudinis regimini ſubiacere*, to. 38. Concil. edit. regiæ pag. 332. Ibidem vero pag. 334. idem Petrus abbas, ac concellitæ hæc teſtantur: *De Adrumetino monaſterio nullo modo ſilere poſſumus, qui prætermiſſo eiuſdem civitatis Epiſcopo, de transmarinis partibus ſibi ſemper presbyteros ordinaverunt, Valentinum, Epiphanium, Victorianum, & Paulum*. Ex quibus luce clarius conſtat, Adrumetinos non fuiſſe canonicos regulares, ut perperam ſcripſit Petrus a S. Trudone (tunc enim Adrumetino Epiſcopo in omnibus morem tamquam ſubditi geſſiſſent,) ſed fuiſſe monachos ex inſtituto religioſo in Africa ab Auguſtino primum plantato derivatos.

Occaſione monachorum Adrumetinorum ab Auguſtino in bonam frugem revocatorum, libeat hic extra ordinem alterius Auguſtini monachi a Pelagianiſmo ad rectum dogma Auguſtino auctore converſi hiſtoriam inſerere: in qua narratione non temporis ſeries, ſed facti exemplum me ad eumdem hic recitan-

dam

dam movet. Baronius ac Usserius ad annum 420. scribunt, Leporium monachum non modo Pelagianorum errores secutum, verum etiam Nestorii hæresim de Christo Domino prædocuisse, ex Cassiano lib. 1. de Incarnat. cap. 4. ubi ait: *Leporius tunc monachus, modo presbyter, qui ex Pelagii institutione vel potius pravitate descendent, apud Gallias assertor prædictæ hæreseos aut inter primos aut inter maximos fuit, a nobis admonitus, a Deo emendatus, ita male conceptam persuasionem magnifice condemnavit, ut non minus pæne admiranda sit correctio illius, quam illæsa multorum fides.* De eodem scribit Gennadius lib. de Script. cap. 59. *Leporius adhuc monachus, postea presbyter præsumens de puritate vitæ, quam arbitrio tamen & conatu proprio, non Dei adiutorio obtinuisse crediderat, Pelagianum dogma cœperat sequi; sed a Gallicanis doctoribus admonitus, & in Africa per Augustinum emendatus,] scripsit emendationis suæ libellum* &c. Hic libellus diu latuit, donec antiquarum schedarum excussor Sirmondus illum invenit: editus vero legitur tom. 38. Concil. edit. regiæ pag. 16. Docuerat Leporius in quadam epistola errorem de Christo Domino, quem postea Nestorius latius propagavit, nempe Deum non fuisse ex Virgine natum, sed purum putum hominem, qui secluso quolibet Dei adiutorio vitia carnis domuerat. Audiatur Leporius: *Non ipsum Deum*, inquit, *hominem natum, sed perfectum cum Deo natum hominem dicebamus, pertimescentes scilicet ne divinitati conditionem adsignaremus humanam.* Errorem vero, qui postea Pelagianorum proprius fuit, olim se tenuisse, hisce declarat: *Illud etiam minime reticendum censeo, quod in eadem epistola simili devians errore subiunxi, Christum Dominum nostrum sic omnia quæ erant passionum, implesse, ut in nullo quasi perfectus homo a divinitatis auxilio iuvaretur; volens scilicet, ita in Christo hominem adsignare perfectum, quo alienum & ab his passionibus Verbum Patris adsererem: & solum per se hominem egisse hæc omnia possibilitate naturæ mortalis, sine aliquo Deitatis adiutorio, probare conabar.* Ita virtutes etiam in Christo ex solis naturæ viribus, non vero ex divinæ gratiæ adiutorio derivatas autumabat. Is autem cum in Galliis falsi dogmatis magister detectus fuisset, nec admonitus pravam opinionem dese-

A rere voluisset, Proculo Massiliense & Cylinnio Foroiulense adnitentibus, e Provincia expulsus, in Africam transfretavit; ubi Augustini præsertim argumentis convictus errores deposuit, sanæque doctrinæ aures dedit. Hinc cum pluribus in Galliis se scandalo fuisse cognosceret, palinodiæ libellum composuit; quem hac subscriptione firmavit: *Ego Leporius libellum meo sensu dictatum, in quo fidem meam Deo volente in finem usque tenebo, medullitus exprimere volens, in ecclesia Carthaginensi relectum subscripsi.* Nomina eidem dedere Aurelius Carthaginen-
B sis, Augustinus Hipponensis, Florentius ab Hippone Diarrhytorum, & Secundus Megarmitanus, qui pariter de eadem Leporii conversione ad provinciæ Episcopos scripsere. Hasce literas exhibet Sirmondus tomo 1. Concil. Galliæ, atque insertæ sunt tomo 4. Concil. edit. regiæ pag. 667. cum hac epigraphe: *Dilectissimis & honorabilibus fratribus & consacerdotibus Proculo & Cylinnio Aurelius, Augustinus, Florentius, & Secundinus in Domino salutem.* De illius vero errore hæc tradunt: *Cum enim præoccupatus esset, sicut homo in aliquo delicto, eodemque non*
C *parvo, ut de unigenito Filio Dei, quod erat in principio Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, cum autem venit plenitudo temporis, Verbum caro factum est, & habitavit in nobis; non recta quædam saperet, nec vera sentiret, negans hominem factum, ne videlicet substantiæ divinæ quæ æqualis est Patri, indigna mutatio vel corruptio sequeretur* &c. In quibus tamen literis, cum nullus Leporii error de divina gratia correctus afferatur, palam fit, eumdem ante publicatam Pelagianorum hæresim libellum memoratum scripsisse: quod pluribus lib. 2. c. 3.
D ostendemus, quo loco Leporii conversionem citra annum 410. retrahemus.

Sed nec convenit inter scriptores, quis fuerit iste Leporius, quove tempore ab errore correctus recesserit. Flavii Dextri Chronicon anno 406. hæc habet: *Leporius Episcopus Uticensis in Bætica, prius monachus e familia S. Augustini mutat perditam suam priorem sententiam, admonitus a S. Augustino præceptore suo.* Quid hic dicam? Magni enim fiunt Chronica Dextri & Maximi ab Augustiniani instituti scriptoribus. At apud alios inter apocryphorum quisquilias reiiciuntur. Pugnat

gnat tamen pro utroque Bivarius Cistertiensis, ac laboriosissimis commentariis utrumque defendere conatur. Illud certum est, Leporium anno 430. presbyterum fuisse: nam Cassianus, qui eo anno libros suos de Incarnatione composuit, scribit lib. 1. cap. 4. *Leporius tunc monachus, modo presbyter*. Et postea: *Is ergo in se reversus non solum in Africa, ubi tunc erat, atque nunc est* &c. Itaque anno 430. erat Leporius presbyter in Africa. Reponit Bivarius anno 406. errorem suum revocasse, & hoc Dextrum intelligere, qui tamen postea post plures annos sedem Uticensem obtinuit: quæ interpretatio quam violenta sit, nemo non videt. Iohannes Marquez Augustinianus vir eruditissimus in libro de Origine Augustiniensium cap. 10. §. 4. tradit, hunc Leporium esse illum, qui legitur in subscriptione synodi primæ Toletanæ. Errat. Nam laudata synodus celebrata est Stilichone II. Consule anno 405. Leporius autem nec post quinque lustra inter Episcopos recensebatur. S. Augustinus epist. 110. vel potius Notarii recenseotes presbyteros, qui Eradii electioni aderant in Hipponensi ecclesia, scribunt: *Cum Augustinus Episcopus una cum Religiano, & Marciano coepiscopis fuit consedisset in ecclesia Pacis Hipponensium regionum* (forte *regiorum*) *præsentibus Saturnino, Leporio* &c. *presbyteris*. Ea electio contigit anno 426. Quare ego hunc eumdem Leporium puto, qui olim in Gallia monachus, postea ab errore in Africa revocatus a S. Augustino, quod satis doctus censebatur, ibidem presbyter apud Hipponem consecratus fuit. Hunc vero Leporium presbyterum Hipponensem fuisse alienigenam diserte tradit Augustinus serm. 50. de Diversis.

CAPUT XXIV.

Pelagiani Iohanne tyranno in Occidente imperante tumultuant. Valentinianus occiso Iohanne legem in Pelagianos promulgat. S. Augustinus libros Retractationum scribens, eosdem hæreticos confutat, & novis Iuliani libris respondet.

Anno CCCCXXV. IOhannes occupato per vim imperio, contra Theodosium exercitus ubique in Italia conscribebat. Hæretici ac Pelagiani præsertim, optimam sectæ promovendæ occasionem nacti, non modo ubique turbas ciebant, sed Romæ etiam a Cælestini Papæ communione palam se suspenderant. In Galliis etiam nonnulli non e plebe tantum, sed ex Antistitum numero pro hæresi liberius stare, ac loqui occœpere. Nullus tunc Imperatoris metus: nam tyrannus Theodosiani apparatus fama perculsus, quo universis gratior fieret, unicuique pro libidine de religione sentire permittebat. *Is*, auctore Procopio lib. 2. de Bello Vandalico, *vir leni animo, rerum intellectu valens, & virtutem suo pretio æstimare gnarus quinque per annos imperium tenuit*. Fallitur: neque enim biennium in regno explevit. Theodosius Cæsare prius designato Valentiniano consobrino puero quinquenni, ac Placidia amita Augusta nuncupata, utrumque in Italiam remisit, additis Ardaburio rebus Persico bello fortiter gestis satis percelebri, Asparéque eiusdem filio cum validissimis copiis: alterum etiam exercitum Candidianus ductavit. Ardaburius cum Salonas advenisset, & Aquileiam adnavigaret, improvisa tempestate suborta, prætoria navi ventorum vi in hostile litus impulsa a Iohannis militibus captus, in tyranni potestatem vivus venit; a quo tamen honorifice exceptus, & amici loco habitus sine custodia Ravennæ apud ipsum degere iussus est. Placidia cum Cæsare filio Aspareque ægre Aquileiam pervenere. Vota ea in procella pro incolumitate suscepta, postea Ravennæ ab Augusta persoluta sunt, tyranno occiso, gratesque redditæ lapidi insculptæ. Inscriptionem dedimus cap. 20. ad annum 421. Auctor est Rubeus, qui Ravennatum res in literas digessit, post Placidiæ adventum universam Italiam ad Theodosii partes transiisse, una Ravenna, ubi Iohannes morabatur, excepta. Sed ex Olympiodoro redarguitur apud Photium Cod. LXXX. qui commentarios de Bello contra Iohannem Theodosio ipsi inscripsit: Capto Ardaburio, *eius interim*, inquit, *filius Aspar una cum Placidia in magna rerum desperatione luctuque versabantur: sed Candidianus multis occupatis urbibus, partaque rebus bene gestis nominis claritate luctum dissipavit, animosque reddidit*. Hic Candidianus olim nuptiarum inter Placidiam & Ataulphum Gothorum Regem conci-

conciliator fuerat, magnaque in hoc bello victoriæ pars fuit; illius tamen ceteri historici ne meminere quidem. Hic idem est Candidianus, qui postea Comes Domesticorum ab eodem Theodosio ad Ephesinam synodum cum milite missus, quo citra tumultus eadem perageretur, omnem pro Nestorio lapidem impius movit; belloque partam gloriam præpostero hæretici patrocinio corrupit. Interim Ardaburius clam filium monuit, tyrannum Ravennæ moras nectere, atque Ætium cum ingentibus Hunnorum copiis exspectari; in Ravennatem agrum ante barbarorum adventum legiones quam citius reperet, bellum de proximo tyranno ostentatu us. Aspar, qui Aquileiæ substiterat, nil moratus cum expeditissimo equitatu Venetorum fluminibus superatis, in Ravennatum fines advolat. Adest magnis ausis propitium Numen: etenim cum urbs stagnis undique circumflua navibus tantum adiretur, pastore quodam duce vadum nulli hactenus tentatum invenit, atque improvisus incustoditam portam occupat; eodemque impetu in urbem irrumpens vivum tyrannum capit, ferroque gravatum ad Placidiam Aquileiæ belli exitum opperientem transmittit. Hanc victoriam die tertia Octobris contigisse Panvinius putat: sed æstate ineunte Iohannem captum, ac paulo post supplicio traditum existimo. Scribit Socrates lib. 7 cap. 24. Theodosio ludos Circenses Constantinopoli edenti tyranni necem significatam, qui ludis e vestigio intermissis, superis gratias relaturus in templum secessit, ac paulo post iter in Italiam Valentinianum Imperatorem designaturus suscepit. At Thessalonicæ morbo impeditus ulterius non est progressus: Helionem tamen officiorum magistrum cum corona in Italiam misit. Ipse interim valetudine recuperata Constantinopolim rediit, cum pridie Atticus Antistes sepulchro traditus fuisset, qui *decima die Octobris* obierat. Hæc Socrates. Ex quibus mense Octobris Iohannem & vivendi & imperandi finem fecisse, ut Panvinius dixit, falsum esse intelligitur. Addit Socrates: *Haud diu autem postea, nempe vicesima tertia mensis eiusdem, iunioris Valentiniani inauguratio publicata est*. Consonat Chronicon Alexandrinum Coss. Theodosio XI. & Valentiniano Cæsare:

A *His Coss. Valentinianus iunior a Theodosio creatus est Augustus mense Hyperberetæo X. Kal. Novembris*. Nempe Constantinopoli die 23. Octobris publicata est Valentiniani Augusti designata inauguratio. Hinc errant, qui ea die Ravennæ dictum eumdem Imperatorem putant; quos inter est Ricciolius lib. 4. cap. 12. Chronologiæ, ut vocat, reformatæ, itemque meus Panvinius, qui Idibus Octobris id contigisse scribit. Certum est Valentinianum VIII. Idus Octobris adhuc Aquileiæ Cæsarem, nondum Augustum fuisse ex Cod. Theod. lib. 16. L. 47. *de*
B *Episcopis* &c. ubi hæc subscriptio legitur: *Dat. VIII. Idus Octobris Aquileiæ D. N. Theodosio Augusto XI. & Valentiniano Cæsare Coss.*

Placidia Augusta, ut ait Sozomenus lib. 9 cap. 16. *magnam gerens curam pro religione & ecclesiis*, plures, leges Aquileiæ condidit, Iohanne iam neci tradito. Contra hæreticos (quos inter Pelagianos fuisse nulli dubium est) Romæ tumultuantes hocce rescriptum nomine Valentiniani publicavit: *Manichæos hæreticos, schismaticos, omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso aspectu urbis Ro-*
C *mæ exterminari præcipimus, ut nec præsentiæ criminosorum contagione fœdentur. Circa hos autem maxime urgenda commotio est, qui pravis suasionibus a Ven. Papæ se se communione suspendunt; quorum schismate plebs etiam reliqua vitiatur. His conventione præmissa 20. dierum condonavimus inducias, qui nisi ad communionis redierint unitatem, expulsi usque ad centesimum lapidem solitudine, quam elegerunt, macerentur. Dat. XVI. Kal. Aug. Aquileiæ Theod. XI Aug. & Valentiniano Cæsare Coss.* Habetur lib. 16. Cod. Theod. tit. V. Ante octavum etiam diem rescriptum dederat ad Ama-
D cium Præfectum Prætorio Galliarum, in quo cap. 3. in Pelagianos Episcopos hanc sententiam scribit: *Diversos Episcopos nefarium Pelagiani & Cælestiani dogmatis errorem sequentes, per Patroclum sacrosanctæ legis Antistitem præcipimus conveniri: & nisi intra viginti dies ex conventionis tempore (intra quos deliberandi tribuimus facultatem) errata correxerint, seseque catholicæ fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum sacerdotium fidelibus subrogari; quatenus præsentis erroris macula de populorum animis tergeatur, & futuræ bonum disciplinæ iustioris instituatur*

tuatur &c. *Data VII. Idus Iulias Aquileiæ* eisdem Consulibus. Hanc legem refert Sirmondus tomo 1. Conciliorum Galliæ; itemque habetur tomo 4. Concil. edit. regiæ pag. 672.

His sane legibus Pelagianorum arrogantia compressa est, & Placidia reportatam de tyranno victoriam longe eisdem illustriorem reddidit. Præmium autem pietatis statim subsecutum est: nam per Hellionem Valentinianus adhuc septennis imperiale diadema atque Augusti titulum a Theodosio accepit. Henricus Palladius lib. 10. rerum Foroiuliensium Valentinianum Aquileiæ Augustum declaratum sine teste narrat. Panvinius ac Sigonius, Marcellinum Comitem secuti, Ravennæ id contigisse scribunt. Sed plane credendum est Idatio & Olympiodoro, qui tunc vivebant. Ille in Chronico hæc habet: *Valentinianus qui erat Cæsar, Romæ Augustus appellatur.* Hic vero in fine libri ultimi apud Photium Codice laudato ait: *Cæso dein Iohanne tyranno Placidia una cum Cæsare filio Ravennam iniit. Hellion vero Magister & Patricius Romam se contulit, omnibusque eo confluentibus Valentinianum iam septennem veste induit imperatoria.* Cum vero Valentinianus die 8. Octobris ex rescripto ad Bassum lib 16. Codicis Theodosiani superius memorato, Aquileiæ adhuc moraretur, patet exeunte tantum anno Romæ Augustum fuisse per Hellionem declaratum. Extat rescriptum datum Romæ ab eodem iam Augusto initio anni sequentis die tertia Ianuarii, lib. 10. Cod Theod. L. 1. *de Conductoribus, & hominibus domus Augustæ* ad Senatum Urbis Romæ cum hac subscriptione, *Datum III. Non. Ianuarias Romæ DD. NN. Theodosio XII. & Valentiniano II. Augustis Coss.* Ex quibus etiam deducimus, Placidiæ matris opera Romæ contra Pelagianos aliosque hæreticos ecclesiasticam rem stabilitam. Haud tamen diutius in Urbe Valentinianus substitit: nam die 6. Martii erat Ravennæ ex rescripto ad eumdem Bassum Pr. P. Cod. Theod. lib. 20. L. 2. *de Conductoribus* &c. *Dat. Pridie Non. Martii Ravennæ Theodosio XII. & Valentiniano II. Augg. Coss.*

Dum hæc in Italia gerebantur, Augustinus quasi a Pelagianis feriatus, plerosque libros ab anno 423. usque ad annum 426. elucubravit. Hos inter principem A locum tenent duo prægrandia volumina de Trinitate, & Civitate Dei; illud in libros quindecim digestum, hocce vero libros duos & viginti complectens. De priori scribit S. Doctor in præfatione ad Aurelium: *De Trinitate quæ Deus summus & verus est, libros iuvenis inchoavi, senex edidi.* Baronius anno 426. num. 17. putat libros de Civitate Dei perfectos fuisse a S. Doctore anno 429. in qua opinione est etiam noster Coquæus in commentariis ad lib. 18. eius operis cap. 54. Nam S. Doctor ibidem a consulatu Manlii Theodori usque ad illud B tempus quo librum scribebat, annos ferme triginta computat: at ille consulatum gessit anno 399. Quod autem S. Pater lib. 2. Retract. cap. 43. numerat viginti duos libros de Civitate Dei, cum tamen anno 426. duo Retractationum volumina conscripserit, Baronius ait, illum libros 22. nominasse, non quod eosdem integros tum temporis edidisset, sed quod universo operi eum librorum numerum destinasset. Verum oppositum ex Augustino habemus: hæc enim scribit lib. 2. Retract. cap. 41. *Utrum vel quomodo Deus, qui spiritus est, etiam per* C *corpus videatur: sed eam postea quæstionem sane difficillimam in novissimo, idest vicesimo & secundo libro de Civitate Dei satis, quantum arbitror, explicavi.* Explicatur autem cap. 29. quod est totius operis penultimum. Universum igitur volumen de Civitate Dei ante libros Retractationum terminatum fuit. Quod vero opponunt, non officit: nam triginta illi anni numerandi sunt non a consulatu Manlii, sed a superioris anni consulibus Honorio Aug. IV. & Fl. Eutychiano anno nostræ Epochæ 398. Ibi enim Augustinus confutat illud Gentilium oraculum D fabulosum, post annum CCCLXV. a primo Petri miraculo cultum Christianum desiturum; aitque illum numerum Honorio & Eutychiano Coss. terminatum Idibus Maii: *Ex quo*, addit, *usque ad hoc tempus per triginta ferme annos, quis non videat, quantum creverit cultus nominis Christi?* Non dixit absolute triginta, sed *ferme triginta*, quo loquendi modo aliquot annos ad illum numerum deficere significavit, nempe unum aut alterum. Ceterum in his libris de Civitate Dei & peccatum originale eiusque pœnas, & divinæ gratiæ necessitatem sæpe probat, præ-

præsertim lib. 13. & 14, qui toti contra Pelagianam hæresim decertant: quam etiam libro ultimo cap. 22. a fundamentis evertit.

Anno CCCCXXVI. Augustinus Pelagianis ubique terrarum prostratis, veluti foris re feliciter gesta, domesticis iam veluti postliminio animum intendens, diu meditatum opus exequi constanter decrevit. Vivente adhuc Marcellino anno 413. editos abs se libros censoria auctoritate recognoscere cupiebat, sed & negotiorum subinde ingruentium ac librorum scribendorum necessitate præpeditus, in ultimam senectam postremam illam ac laboriosam curam distulerat. Ad ipsum tamquam ad oraculum ex Christiano orbe epistolæ volitabant: eumdem plurimi ex remotissimis provinciis consilii causa conveniebant: neque minus laborum Africani addebant: Hipponenses veluti suo iure ceteris illo frequentius utebantur. Hinc Augustinus, quo suorum voluminum Retractationem commodius perageret, neve ad alia distraheretur, de successore nominando serio deliberavit. Quare pro concione cives Hipponenses adhortatus est, ut Eradium presbyterum scientia ac pietate florentem, sibi quoad viveret, coadiutorem darent, dein mortuo successorem. Quod vero hæc Eradii inauguratio peracta est coram frequentissimo populo VI. Kal. Octobris Theodosio XII. & Valentiniano iterum Coss. eo fere modo, si pompam excipias, quo Augusti Cæsares collegas imperii designabant, gestorum ordinem ex ep. 110. oculis subdo. Hipponensibus igitur in templo Pacis coactis, Augustinus brevi quidem sed luculenta oratione Eradium collegam sibi dari deprecatus est: dubium mortalibus ultimum diem; sperari in pueritia adolescentiam, in adolescentia iuventam, in iuventute optari senectam; utrum ista mortali postea contingat, incertum, sperari tamen; nullam reliquam, quam speret ætatem, senectuti relictam; senem se esse, ac diei supremo proximum; urbes graves plerumque turbas pati in præsulibus eligendis; sibi in votis esse, ne quid mali se mortuo Hipponenses subirent; decrevisse Severi Antistitis Milevitani paulo ante defuncti exemplum sequi, qui ante obitum successorem omnium optimum nominaverat; hinc se quoque in colle-

A gam Eradium ab illis deposcere. Tunc a populo acclamatum: *Deo gratias, Christo laudes: dictum est vicies ter. Augustino vita: dictum est tredecies. Te Patrem, te Episcopum: dictum est octies.* Cumque reticeretur, iterum Augustinus: *Non est opus*, inquit, *me de laudibus eius aliquid dicere. Faveo sapientiæ, & parco verecundiæ. Sufficit, quia nostis eum: & hoc me velle dico, quod vos velle scio; & si ante nescirem, hodie probarem. Hoc ergo volo, hoc a Domino Deo nostro nunc etiam in ætate frigida votis ferventibus posco, hoc ut mecum oretis exhortor, admoneo, rogo, ut omnium in pace*

B *Christi collatis & conflatis mentibus confirmet Deus, quod operatus est in nobis. Qui misit mihi eum, servet eum, servet incolumem, servet sine crimine, ut qui facit gaudium viventis, locum suppleat morientis* &c. A populo acclamatum est *trigesies sexies: Deo gratias, Christo laudes, exaudi Christe. Augustino vita: dictum est tredecies. Te Patrem, te Episcopum: dictum est octies. Dignus, & iustus est: dictum est vicies. Bene meritus, bene dignus: dictum est quinquies.* His, aliisque populi acclamationibus finitis Augustinus, *Ego caritati*, ait, *& benevolentiæ vestræ apud Dominum*

C *Deum nostrum gratias ago, immo de illa Deo gratias. Ergo, Fratres, quidquid est, quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Ubi necessarium habuerit consilium, meum non negabo auxilium. Absit ut me abstraham: tamen quidquid illud est, quod ad me perferebatur, ad illum perferatur. Ipse me autem consulat, si forte non invenit, quid facere debeat; aut poscat adiutorem, quem novit patrem; ut & nobis nihil desit, & ego tamdem aliquando, si quantulumcumque spatium mihi huius vitæ donaverit Deus, ipsam meam quantulamcumque vitam non desegnitiei, nec donem inertiæ, sed in sanctis*

D *scripturis quantum ipse permittit & largitur, exerceam. Hoc & ipsi proderit, & per ipsum etiam vobis. Nemo ergo invideat otio meo, quia meum otium magnum habet negotium. Video me de hac re, propter quam vos invitavi, omnia vobiscum egisse, quæ debui. Hoc ad ultimum rogo, ut gestis istis dignemini subscribere, qui potestis. Hic mihi responsione vestra opus est: teneam responsionem vestram: de hac assensione aliquid acclamate.* A populo acclamatum est: *Fiat, fiat: dictum est vicies quinquies. Dignus est, iustus est: dictum est vicies octies. Fiat, fiat: dictum est quater decies. Olim dignus,*

Q olim

olim meritus; dictum est viciet quinquiet. Iudicio tuo gratias agimus; dictum est tredeciet. Exaudi Christe, Eradium conserva; dictum octiet deciet. His peractis Augustinus ad sacra facienda descendit Superos precaturus, ut eo die gesta Hipponensibus bene verterent. De memoratis Hipponensis populi acclamationibus in Eradii facta per Augustinum electione agit in lib. 7. de Vet. acclamat. & plausu cap. 3. Franciscus Bernardinus Ferrarius V. C. & de sacra iuxta ac profana literatura optime meritus; cuius modo nepos Octavius Ferrarius in hac Academia Patavina oratoriam cathedram moderatur, & eiusdem nominis famam æquat, & extendit. Tanta enim est viri eruditio, tanta orationis copia, tantus in dicendo lepor, ut suum iterum Patavinis Livium lacteo eloquentiæ fonte manantem restituat. Hoc tamen Livio Octavius felicior visus, quod illius invisendi gratia privatos tantum Romam usque semel profectos accepimus: hic vero omnium literariæ Reipublicæ procerum oculos in sui admirationem trahit, & summorum Principum munificentiam plena manu effusam continenter experitur.

Augustinus novis iisque assiduis iterum sese laboribus exercuit, ut non otia invenisse, sed negotia mutasse visus sit: etenim qui hucusque contra hæreticos tot ac tanta bella gesserat, victricia contra semet veluti arma convertit, ac editos abs se libros censorio stylo notavit. In his nonnulla, quæ Pelagianis favere a minus intelligente forte putari poterant, commode explicat, ut ex libro primo Retract. cap. 7. 9. 10. 13. 23. aliisque colligitur. Porro edita opera nonaginta tria in CCXXXII. libros digesta correxit. Duo autem hæc Retractationum volumina anno 426. exeunte inchoasse, & sequenti perfecisse colligunt scriptores ex Eradii electione: quæ ad hoc fuit ab Augustino instituta, ut grande hoc opus exequi posset. Nos altero id argumento probamus. Augustinus anno 418. fuerat Cæsareæ in Mauritania (ibi enim ipsomet teste disputavit publice cum Emerito eius loci Episcopo Donatista Imperatoribus *Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. XII. Kal. Octobris*, ex initio libri de Gestis cum Emerito:) octennio vero post scripsit libros Retractationum. Nam cum corrigendum suscepisset opus de Doctrina Christiana inscriptum, imperfectum illud agnovit: *Libros*, inquit, *de Doctrina Christiana, cum imperfectos comperissem, perficere malui, quam eis sic relictis ad alia retractanda transire*, lib. 2. Retract. cap. 4. Tertium igitur librum perfecit: *Addidi etiam*, inquit, *novissimum librum, & quatuor libris opus illud implevi*. At in libro isto quarto inter librorum Retractationem elucubrato cap. 24. tradit se ab octennio apud Cæsaream Mauritaniæ dissuasisse populo pugnam civilem, quam lapidibus peragebat: *Et ecce iam ferme octo vel amplius anni sunt*, inquit, *propitio Christo, ex quo illic nihil tale tentatum est*. Igitur hæc scribebat anno 426. cum ante octo annos Cæsareenses a tam immani spectaculo luculenta oratione dimovisset. Hos Retractationum libros completos fuisse anno 427. inde patet, quod multum operæ ab occupatissimo alias viro ea correctio exigebat, cum præsertim libri quidam addendi essent, alii ad umbelicum deducendi. P. Torellus tom. 1. Sæcul. August. anno 416. num. 39. hoc ipsum affirmat: eo quod Augustinus literis Prosperi interpellatus librum scripsit de Prædestinatione Sanctorum: unde Retractationum libros anno demum 427. terminavit. Sed falso nititur fundamento. Nam liber de Prædestinatione Sanctorum est scriptus post duos libros Retractationum. Do testem ipsum auctorem libro eodem de Prædest. SS. c. 3. *Denique*, inquit, *cum mea cuncta opuscula retractarem, eamque retractationem stylo prosequerer, cuius operis iam duos absolveram libros, antequam scripta vestra prolixiora sumpsissem*. Iansenius etiam libros Retractationum inter ultima morientis Augustini scripta reponit; cum tamen S. Doctor triennio superstes fuerit, decemque alios insuper libros ediderit, ut dicemus. Possidius in libro de Vita Augustini cap. 28. de hac voluminum recognitione ita scribit: *Ante proximum vero diem infirmitatis obitus sui a se dictatos & editos recensuit libros*. Et postea: *Unde etiam duo conscripsit volumina, quorum est titulus de Recensione librorum*. Hæc autem quo tempore accipienda sint, statim his significat: *Verum brevi consequenti tempore divina voluntate & potestate provenit, ut manus ingens diversis telis armata, & bellis exercitata*


tata immanium hostium Vandalorum & Alanorum commistam secum habentes Gothorum gentem aliarumque diversarum gentium personas, ex Hispaniæ partibus transmarinis navibus Africæ influxisset & irruisset. At hæc Vandalorum irruptio in Africam accidit anno 427; quæ cum ex Possidio consecuta sit scriptionem duorum librorum Retractationum, patet istos anno 427. ex eodem Possidio completos: quod vidit etiam Baronius ad annum 426. p. 496.

Anno CCCCXXVII. Augustinus exaratis duobus Retractationum libris, sacras conciones (homilias Græci vocant) epistolas & alia, quæ secundo, octavo, nono, & decimo B tomo continentur, retractanda susceperat, cum inopinato in nova prælia a Iuliano provocari se sensit. Alipius iam tertio Romam navigarat: ubi cum negotiis expediendis incumberet, cognovit Iulianum alterum librum Augustini de Nuptiis & concupiscentia quatuor abhinc fere annis ab se ad Valerium Comitem delatum octo adversariis libris impugnasse. Quare illorum quinque priores celerrime transcriptos opportunam occasionem præterire nolens, cito citius ad Augustinum transmisit, promittens alios tres quam primum trascriptos se C missurum, & multum instans, ne responsionem differret. Augustinus scribit de his Iuliani libris ad Quodvultdeum; cuius epistola præponitur libro de Hæresibus; ex qua colligimus, quæ hac de re nobis describentur. Annus erat 427, & Alipius Romæ aderat, qui cum ad Bonifacium Pontificem libros quatuor Augustini tulerit, tertio Italicam peregrinationem absque dubio suscepit. Cum enim Alipio Roma Iuliani libros transmittente Augustinus dicat, se iam duos Retractationum libros absoluisse, quos editos diximus anno 427, Alipius qua- D drienoio fere Romæ commoratus fuisset (nam Bonifacius anno 423. VIII. Kal. Novemb. obierat:) quod cum ecclesiasticæ eorum temporum disciplinæ repugnet, tertio Alipius Romam venisse dicendus est. Itaque hosce quinque Iuliani libros Sanctus Doctor accepit, quando iam retractatis CCXXXII. libris, reliqua opera, quæ quatuor laudatis prægrandibus voluminibus continentur, iam iam censuræ admoturus erat. Et quidem epistolarum volumen relegerat: at nondum quidpiam inde corrigendo dictarat. Hæc sunt eius verba in epistola ad Quodvultdeum: *Restabant epistolæ, & tractatus populares, quos Græci homilias vocant. Et plurimas epistolarum legeram, sed adhuc nihil inde dictaveram, cum me etiam isti Iuliani libri occupare cœperunt, quorum nunc quarto respondere cœpi*. Ex quibus Iansenius corrigendus venit, qui putat libros de Prædestinatione SS. & de Dono perseverantiæ scriptos esse ante libros posteriores contra Iulianum. Nam cum Iuliani libros accepit, testatur Augustinus, terminatis duobus libris Retractationum se quidem epistolas legisse, sed nihil inde expungendum dictasse: at vere cum cap. 3. de Prædest. SS. dixerit, se iam absolvisse duos libros Retractationum, capite tamen 21. de Dono persev. ait: *propterea nunc facio libros, in quibus opuscula mea retractanda suscepi* &c. Ex quibus constat Augustinum, cum scribebat ad Prosperum, iam inchoasse alios libros Retractationum, qui imperfecti postea remanserunt, neque editi sunt; cum tamen acceptis Iuliani libris ab Alipio nihil reliquorum operum se retractasse affirmaverit.

Augustinus reliquorum voluminum emendationem altius animo infixam tenebat, quam ut ulla ab incepto opere instantia revocari posset. Verum Alipio etiam atque etiam responsionem per literas urgente, manum tabulæ admovit; *Cuius* (nempe Alipii) ait, *instantia coactus sum, remissius semper agere quod agebam, ut operi utrique non deessem, uni diebus, alteri noctibus, quando mihi ab aliis occupationibus hinc atque hinc venire non desinentibus parceretur*, in epist. ad Quodvultdeum. Itaque sanctissimus senex a devicto iam toties hoste provocatus somno horas negabat, quo eumdem datis responsionibus confutaret. Hoc postremum contra Iulianum opus eadem prorsus methodo exaravit, qua & Faustum Manichæum, & Petilianum Donatistam olim reiecerat. Nam quasi alternis sermonibus in præsentia dissereret, verba Iuliani sub eius nomine posuit, reddita sub suomet etiam nomine responsione, tamquam ea fuissent inter disputandum a notariis excepta. Itaque pertinaci labore die noctuque operi incumbens, iam quarto Iuliani libro respondere cœperat, cum ad alia distrahitur. Quodvultdeus diaconus Carthaginensis omnium hæse-

ſum catalogum ab Auguſtioo per literas inſtaoter petiit. Ille operis laborem cauſari, in quo olim Epiphanius magni apud Cyprios nominis Antiſtes, & apud Latinos Philaſtrius Brixienſis deſudaraot; tranſmiſſurum ſe Epiphanii eodicem Græcum quem ipſemet Quodvultdeus Carthagine per interpretes Latio donaret. Non acquievit Quodvultdeus, ſed ab Auguſtioo diſcere ſe ea cuncta velle reſpondit; Epiphanium relatis hæreſibus ſingulis ſingulas eccleſiæ contrarias definitiones forte oon ſubdidiſſe; prolixum eſſe Epiphanii opus; brevem ſe indiculi in modum libellum petere; neſcire ſe Græcas literas; interpretes vero plerumque difficiles evadere vel obſcuros. Auguſtinus amiciſſimi iuvenis inſtantia motus, refutato quarto Iuliaoi libro, volumen de Hæreſibus una cum Retractationum altero conſeribere aggreſſus eſt. Porro in fine prioris operis eap. 88. Pelagianam hæreſim ponit; illud tamen imperfectum ad diaconum miſit: non enim hæreſum recitationi eccleſiæ definitiones ſubtexuit. Quare librum concluſit: *Ad id, quod reſtat implendum, quod tam magnum eſſe cernitis, me orationibus adiuvetis*. Ceterum mortuo S. Doctore, Primaſius Epiſcopus Africanus Auguſtinianæ doctrinæ ſtudioſiſſimus, ut ex eiuſdem in Epiſtolas Pauli commentariis liquet, idem opus complevit, teſte S. Iſidoro de Eccleſ. Script. cap. 9: ubi affirmat, Primaſium io tribus libris de Hæreſibus ad Fortunatum Epiſcopum explicuiſſe, *quod olim beatiſſimus Auguſtinus in libro hæreſeon imperfectum morte interveniente reliquerat*.

FINIS LIBRI PRIMI.





HISTORIÆ PELAGIANÆ

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Cassianus apud Massiliam Semipelagianismi auctor. De Cassiani patria Holstenii sententia laudata. Plura Guesnay de Cassiano dicta confutantur.



Ucusque de gestis ac scriptis S. Augustini contra Pelagianos dictum est, modo transimus ad eos, qui eiurato Pelagio nonnihil tamen eiusdem errorum retinuere. Hos scholastici recentiores dixere Semipelagianos: quorum cum princeps fuerit Iohannes Cassianus, vir literis ac morum integritate illustris, de eiusdem origine, atque in Galliam adventu nonnulla præmittenda esse duximus. Is enim non modo Massilienses, apud quos monasterium condiderat, Augustino hostes fecit, verum etiam vicinos Lerinæ monachos quoad illam de gratuita prædestinatione ad fidem sententiam in partes contra Doctorem Hipponensem traxit: unde gravissimi per universam Galliam tumultus excitati sunt, nonnullis S. Augustini dicta acerrime defensantibus, aliis longe pluribus eadem pertinaciter impugnantibus: quæ omnia in præsenti volumine nobis describentur.

Prodivit anno 1652. Lugduni excusus liber satis iustæ molis inscriptus *S. Iohannes Cassianus illustratus*, auctore Iohanne Baptista Guesnay, qui Xenophontis Cyropædiam imitatus, Cassianum non qualis reapse fuit, sed qualem ipse eumdem esse voluerit, nobis exhibuit. Ini-

A

tio libri Scythicam Cherronesum fusius describit, ibique cap. 1. apud Theodosiam urbem, quam Scythicarum omnium principem facit, avitam Cassianorum gentem *in honoribus amplissimis fortunisque maximis constitutam* fingit. Ex hac, inquit, ortus magni ingenii adolescens Athenas scientiarum discendarum causa missus, nobilem ibidem adolescentulam adamavit, nuptiisque celebratis ex eadem paulo post Cassianum suscepit Athenis natum patre Scytha, matre indigena. Hoc pacto facili negotio Guesnaius Gennadium, qui Cassianum *natione Scy-*

B

tham dixit, cuidam Chronico Massiliensi monasterii S. Victoris, in quo Cassianus apud Athenas natus dicitur, conciliavit. Addit cap. 3. Cassianum adhuc quadrimum in Palæstinam a genitoribus deductum fuisse, atque celeberrimi monasterii patribus traditum, quo simul & pietatis ac literarum rudimenta perdisceret. Addit cap 6. septennem Athenas revocatum in nobilissima orbis academia gravioribus disciplinis animum addixisse; ibique cum Germano itidem ex Scythia oriundo arctissimam amicitiam coluisse, cum quo demum, ut scri-

C

bit cap. 8. in Palæstinam reversus monachum induit. Quæ omnia sine ullo teste post annos mille ducentos, & quod excurrit, animose ille scriptor asseruit, quasi Cassiani ephemeridem legisset. At

Lucas

Lucas Holstenius eximiæ eruditionis vir cap. 3. præfationis ad Regulas Monachorum, in Galliis apud Provinciam Cassianum ortum arbitratur: idque non modo ex stylo Gallicanis illius ætatis scriptoribus familiari, verum etiam ex eiusdem asceticis commentariis deduci existimat. Nam collat. 24. cap. 1. scribit: *Quia ad repetendam Provinciam nostram, atque ad revisendos parentes quotidianis acrius æstibus urgebamur*. Quibus verbis provinciam Provinciæ palam a Cassiano designatam putat. Præterea hæc de sua patria Cassianus subiicit: *Ipsorum locorum situs, in quibus erat a maioribus nostris avita possessio, ipsarumque amœnitas iocunda regionum ante oculos pingebatur, quam gratæ & congruæ solitudinis spatiis tenderentur, ita ut non solum delectare monachum possent secreta sylvarum, sed etiam magna victus præbere compendia*. Quæ Scythicorum desertorum squallori ac Caucaseis rigoribus minime convenire posse, laudatus scriptor observat.

Video hanc Holstenii de patria Cassiani sententiam viris doctis probari, quos inter ob eximiam eruditionem merito nominandus venit Illustrissimus D. Iohannes Gualterius Slusius a Secretis Brevium S. D. N. Clementis X. Et ut verum fatear, neque violenter ex eodem Cassiano hoc ipsum colligi videtur. Cum Germanus, ac Cassianus Abrahamo Ægyptio monacho desiderium repetendæ patriæ, quo æstuabant, aperuissent, tale responsum tulere: *Vos, qui summo animi & corporis nisu in hac regione dumtaxat quasi naturam patriæ vestræ in multis impugnare conamini, diligenter expendite, utrum in illis torpidis, ut fama est, regionibus, & velut frigore nimiæ infidelitatis obstrictis, hanc, ut ita dixerim, nuditatem sustentare possitis*, collat. 24. cap. 8. At idem Cassianus collat. 11. in præfatione scribit, Eucherium Lugdunensem postea Episcopum in Ægyptum pergere voluisse, *ut hanc quasi frigoris Gallicani rigore torpentem Provinciam derelinquens ad illas, quas Sol iustitiæ proximus respicit terras, maturis virtutum frugibus redundantes velut turtur castissimus transvolaret*. Ita utrobique Provincia, in qua ortus Cassianus fuit, *frigore torpida* describitur. Præterea Cassianus, ac Germanus anachoreticam vitam instituere se velle dicebant, nullo visitantium subinde monachorum adventu turbatam; cui tranquillitati minus aptas esse dicebant Ægypti eremos: *quod*, aiebant, *interdum a fratribus frequentati, iugi secreto, ac diuturno silentio secundum desiderium nostrum nequaquam possumus inhærere* &c. *Quod sine dubio nullatenus in nostra Provincia credimus eventurum, in qua aut nullum, aut certe rarissimum professionis huius virum invenire possibile est*. Idem vero in præfatione collat. 18. anachoreticam vitam *incognitam fere in hac regione*, nempe Gallicana pronuntiavit: ubi laudans Minervium, Leontium, ac Theodorum, queis collationes illas nuncupat, ait: *Anachoreticam sitire sublimitatem vestris institutionibus provocastis*. Quare cum Cassianus iuvenis in Ægypto degebat, incognita fere Gallis erat anachoreseos disciplina.

Guesnaius e Cherroneso Scythiæ oriundum Cassianum exhibet, patre quidem, uti diximus, Theodosiæ cive nobilissimo, a quo Athenis ipse postea genitus fuit, matre Atheniensi. Sed Cassianus se non fuisse Atheniensem diserte ostendit lib. 1. de Instit. cap. 6. ubi describens monachos Ægyptios ait: *Gestant etiam resticulas duplices laneo plexas subtegmine, quas Græci ἀναβολὰς, nos vero succinctoria seu redimicula, vel proprie rebrachiatoria possumus appellare*. Numquam homo Atticus se a Græcis distinxisset. Unde vero Guesnaio Theodosia in mentem venerit, nescio. Non est hic animus singula quæque refellere, quæ de Cassiano idem scriptor literis mandavit: inanem enim prorsus operam ponerem, atque lectorum patientia plus iusto abuterer; nonnulla tamen hic subiiciam, ut universa illius operis facies cognoscatur. Narrat cap. 7. Cassianum cum Germano arctissimam familiaritatem in academia Atheniensi inter ipsa literarum commercia iniviſſe; cum tamen Cassianus hæc scribat collat. 1. initio: *Cum quo* (nempe Germano) *mihi ab ipso tyrocinio ac rudimentis militiæ spiritalis ita individuum deinceps contubernium tam in cœnobio quam in eremo fuit, ut cuncti ad significandam sodalitatis ac propositi nostri parilitatem pronuntiarent, unam mentem atque animam duobus inesse corporibus*: quæ repetit cap. 1. collat. 16. Non ergo in academia Atheniensi, sed in Bethlehemitico cœnobio arcta illorum amicitia initium auspicata est. Scribit in fine cap. 7. Cassianum ad reli-

religiosæ vitæ studium ardentius capes-
sendum a sodali suo Germano excitatum:
Quo liberius, inquit, *omnem curam atque
operam in cogaitione altiorum rerum consu-
meret, Germani tamen auctoritas & exem-
plum inflexit, ad altiora Christianæ discipli-
ne fundamenoa iacienda*. At sui statim
oblitus in eadem pagina 19. initio cap. 8.
ait: *Et quidem Germanus, quod docile in-
genium nactus esset & obsequens, nec adpa-
rendum pervicax, ita paulatim mente sensi-
busque immutatus est, ut Cassiani verbis in
cognitionem vanitatis mundanæ, rerumque
caducarum adductus, novis illico exarserit
desideriis*. Ita contraria subinde pronun-
tiavit. Recte inquit Seneca initio libri
1. de Clementia: *ficta cito in naturam suam
recidunt*. Varias ibidem Cassiani navi-
gationes ac peregrinationes narrat, ante-
quam eumdem Massiliam deducat. Si
navigatio describitur, modo flantibus
etesiis, tranquillo pelago, plenis velis
Cassianus vehitur cap 2 pag. 10. cap. 43
pag. 140, modo eumdem adversis flu-
ctibus agitatum, proximumque nufra-
giis facit cap. 5. pag. 12. cap. 19. pag 52.
cap. 24. pag 76. cap. 30. pag. 85. mare,
quando libet, quando lubet, pacans, agi-
tans, ac si in utre, uti olim Ulysses,
ventos includeret. Exacte etiam institu-
tæ a Cassiano navigationis tempora no-
vit: unde cap. 41. *Sub exitum anni*; at
cap. 30. *iaclinante hyeme* navigasse eum-
dem tradit. Si vero terrestri itinere Cas-
siano per Palæstinam pergendum est,
compendiarias quasdam vias describit,
sacra loca visitantibus hueusque inco-
gnitas. Nam cap. 18. pag. 51. narrat,
Cassianum salutationum officiis persun-
ctum e Bethlehemitico oppido profe-
ctum, *Ioppem versus stadiis vix quatuor
aut quinque supra octo distantem*. Ita au-
ctore Guesnaio Bethlehem nec plenis
duobus milliariis Ioppe distat; cum ta-
men sciamus, a Ioppe Rammam esse
M. P. X, a Ramma Hierusalem M. P.
XL, Bethlehem vero M. P. VI. Hiero-
solymis distare scribit S. Hieronymus.
Consulenda sunt itineraria Hierosoly-
mitana, ac Geograpborum tabulæ. Iti-
nerarium equitis Iohannis Zuallardi om-
nium Italorum manibus teritur.

Anno 398. Iohanne Chrysostomo ad
Constantinopolitanam sedem evecto,
Cassianus ac Germanus eiusdem clero
adscripti sunt, Germanus presbyter, Cas-
A siauus diaconus designatus fuit. Gues-
naius, ut ubique veris falsa misceat, di-
cit Theophilum Alexandrinum Chryso-
stomi electioni se se opposuisse *ex iure
prætenso a Patriarchis Alexandrinis in ele-
ctione Episcopi eius civitatis*, cap. 32. pag.
94. Næ Theophilus vir doctissimus ca-
nonem sextum Nicænum ignorabat, qui
Alexandrinæ diœcesi limites præfixit?
Sedes C. P. suberat Primati autocepha-
lo Heracleensi in Thracia. Et quidem
cum inter confinia diœcesis Constantino-
politanæ interponatur ampla diœcesis
Asiatica autocephalo Ephesino subiecta,
B ac plures Patriarchæ Antiocheni pro-
vinciæ, unde aliquod ius supra sedem
C. P. Alexandrinus Antistes somniare
potuisset ignoro. Porro Cassianus palam
fatetur se fuisse inter Chrysostomi cle-
ricos lib. 7. de Incarnat. cap. ult. & Gen-
nadius cap. 61. de Script. illustr. ait:
*Cassiaaus natione Scytha Constantinopoli a
Iobanne magno Episcopo diaconus ordinatus*
&c Verum Chrysostomo postea Eudo-
xiæ Augustæ furore in exilium acto, Ger-
manus ac Cassianus pro suo Antistite Ro-
mam ad S. Innocentium Papam nomine
cleri C. P. legati venerunt. Scribit enim
C Innocentius hæc ipsa in literis ad eum-
dem clerum: *Ex literis caritatis vestræ,
quas per Germanum presbyterum & Cassia-
num diaconum misistis, tragœdiam malorum
quam ob oculos posuistis, anxia solicitudine
cognovi*. Guesnaius hae Cassiani legatio-
ne recitata hæc addit cap. 35. pag. 106.
*Designatus fuerat e Romaais inter colloqu-
tores Leo Innocentii archidiaconus, vir egre-
giæ sanctimoniæ atque doctrinæ, qui deinde
Sixto succedens ordinatus est Romanus Pon-
tifex, quantique referret boc etiam com-
militone partem ac studia Chrysostomi stabi-
liri Cassianus intelligens, privatis quoque of-
D ficiis bunc demereri, ac rei controversæ ra-
tiones edocere annisus est*. Hæc ille. No-
lo interrogare, undenam Leonem inter
colloquutores designatum acceperit: vi-
deo enim cuncta ex libito sine teste ab
eodem scribi. Certe tunc Leo non erat
Innocentii arehidiaconus, uti neque etiam
fuit tempore Zosimi, qui Innocentio suc-
cessit. Etenim anno 418. sedente Zosi-
mo erat Eulalius Romanæ Ecclesiæ Ar-
chi diaconus, qui contra Bonifacium
scl.isma conflavit. Nam in libello sup-
pli· eleri Romani ad Honorium Im-
peratorem apud Baronium anno 419.
pag. 432.

pag. 432. appellatur *archidiaconus Eulalius*. Id temporis erat Leo Romanæ ecclesiæ archidiaconus', quando mortuo Xyxto Pontifice eiusdem successor plenis suffragiis electus fuit, quod contigit anno 440. Quare ultra annos triginta durasset Leonis archidiaconatus. Ceterum omnium bonorum vota irrita cecidere, mortuo in exilio Chrysostomo anno 407. die 14. Septembris. Quare Cassianus Byzantio discedens in Galliam se contulit, atque apud Massiliam sedem fixit.

Rursus hic nobis Guesnaius confutandus est. Scribit Cassianum post Chrysostomi mortem Romam venisse; ibique a S. Innocentio presbyterum ordinatum, statim Pelagii tunc Romæ degentis hæresim acerrime confutasse: quæ fusius prosequitur cap. 39. Idem cap. 40. Urbis direptionem recitat; additque Cassianum exeunte anno 410. ex Italia profectum ad Lerinenses monachos; dein ad Leontium se contulisse, quod cap. 42. enarrat; illum denique io Massiliæ portum appellit cap. 44. Quæ omnia procul a vero abeunt. Nam Pelagius licet Romæ nonoulla contra divinam gratiam garriret, nondum tamen uti hæreseos assertor cognitus fuerat; immo ibidem adeo celebris habebatur, ut illius oomen vel apud Africanos eximie commendaretur, ipso etiam teste Augustino cap. 22. de Gestis Pelagii, seu rectius Palæstinis: *Prius absentis*, inquit, *& Romæ constituti Pelagii nomen cum magna eius laude cognovi*. Sed cum Cassianus ex Italia in Galliam contendit, profecto non potuit officii gratia visitare Lerinenses, aut Leontium. Nam cum Cassianus primum Massiliam appulit, nondum Lerina monachis habitabatur, & Foroiuliensem sedem tenebat S. Cylinnius Leontii decessor; ut ex ipsomet Cassiano, & literis S. Augustini ad Cylinnium ostendam cap. 3. Guesnaius c. 34. scriptorem nescio quid falsi de Cassiano narrantem vocat *inconsultum, temerarium, ac frigidum fictorem*; additque: *Compingentes Cassiani vitam una cum aliis mendaciis istud ipsum præteriisse noluerunt*. Quæ verba suo auctori an potiori iure reddenda sint, alii iudicent. Hoc saoe constat posse nos Guesnay exemplum imitatos, quorumcumque hominum, quorum nudum tantum nomen ad posteros transiit, gesta literis consignare, si nullo teste laudato ex proprio cerebro dicta ac facta quælibet confingere liceat: quod non est heroum virtutes laudare sed fabulas vendere, ac præclarissimorum virorum gesta ex mendaciis compacta posteritati irridenda obtrudere.

Interim Cassianus constructo apud Massiliam cœnobio in ore famæ esse cœperat. Quare Castor Aptensium Antistes egit per literas cum Cassiano, ut commentaria de Institutis monachorum Ægypti sibi transmitteret. Morem gessit Cassianus, ac duodecim de eo argumento libros exaravit: in quibus postremam Pelagianæ sententiæ moderationem secutus, posse nos, dixit, bona opera humanis quidem viribus inchoare, at non sine divina gratia eadem perficere. Scribit enim lib. 12. cap. 14. *Nec hoc dico, ut humanos conatus evacuans ab industria & laboris intentione quemquam revocare contendam. Sed plane constantissime non mea, sed seniorum sententia definio, perfectionem quidem sine his omnino capi non posse, his autem solis sine gratia Dei posse eam a nemine consummari. Ut enim dicimus conatus humanos apprehendere eam per se ipsos sine adiutorio Dei non posse, ita pronuntiamus laborantibus tamen ac desudantibus misericordiam Dei gratiamque conferri, & ut verbis Apostoli loquar*, volentibus & currentibus *impartiri*. Ne tamen putaretur sentire, gratiam Dei secundum merita dari, quæ erat Pelagianorum sententia, subiungit: *Dicimus enim secundum Salvatoris sententiam, dari quidem petentibus, & aperiri pulsantibus, & a quærentibus inveniri, sed petitionem & inquisitionem & pulsationem nostram non esse condignam, nisi misericordia Dei id quod petimus dederit, vel aperuerit quod pulsamus, vel illud quod quærimus, fecerit invenire. Præsto est namque occasione sibi tantummodo a nobis bonæ voluntatis oblata ad hæc omnia conferenda*. Ceterum Cassianum noo bono fuisse in Augustinum animo inde colligitur, quod tacite eius operosas de divina gratia disputationes videtur sugillare, dum ad eamdem contra Pelagianos probandam potiores esse scribit magistros ac duces Ægyptios monachos, qui ad eamdem nos multis virtutum exemplis conducere possunt, quam illos, qui eam demonstrare conati sunt *verborum iactantia* cap. 13. *vaniloqua disputatione*, aut *syllogismis diale-*

dialecticis, vel Tulliana facundia. cap. 15. quæ Augustinum certe notant, qui unus divinam gratiam tot libris ac disputationibus contra hæreticos stabilivit. Quo anno hosce libros ad Castorem Cassianus perscripserit, mihi non liquet. Saussaius in Supplemento Martyrologii Gallicani ad diem 21. Semptembris tradit, Castorem monasterio ædificato regulam a Cassiano impetrasse, cumque diu eo in cœnobio abbatem egisset, Aptensium Episcopum in demortui Quintini locum subrogatum, gravesque eum Arcadii Imperatoris ministro in Galliis lites habuisse. Sed profecto hæc falsa sunt. Nam, ut nihil de ministro Arcadii dicam, (Galliæ enim diviso inter fratres imperio ad Honorium pertinebant) Castor iam Episcopus a Cassiano regulam postulavit, ut ex præfatione Cassiani habetur, in qua Castorem *beatissimum Papam* vocat, & postea: *In provincia siquidem tua cœnobiorum ex parte Orientalium maximeque Ægyptiorum volens instituta fundare* &c. *me quoque elinguem & pauperem sermone atque scientia, ut aliquid ad explementum tui desiderii de inopia sensus mei conferam, poscis*. Sane Arcadius obiit anno 408. quo tempore nondum lites de gratia emerserant: Cassianus vero, ut patet ex lib. 12. cap. 14. post exortas de eadem gratia disputationes volumen illud emisit. Verum ante damnatam hæresim Pelagii anno 417 ab Innocentio, vel anno sequenti a Zosimo illum scripsisse puto: nam Pelagii sententiam qua gratiam non nisi legem esse contendebat, cap. 18. refert, illamque absque ulla reprehensione dimittit. Ægyptios monachos divinæ providentiæ gratias egisse tradit, *quod adiuvat nos & illuminat, ut ipsum adiutorium nostrum, quod non aliud quidam interpretari volunt quam legem, intelligere & agnoscere valeamus*. In quibus graviter a Cassiano peccatum est, tum quod divinam gratiam ex Pelagii sensu explicatam citra reprehensionem proposuit, tum quod Augustini veram interpretationem tacitus præterivit, data inde forte monachis Aptensibus errandi occasione. Ex quibus ante Pelagianorum damnationem libros duodecim de Institutis monachorum illum auctorem scripsisse suspicor: nam postea ex libris contra Nestorium Pelagianorum hostem

A Cassianum agnovimus. Cum vero lib. 2. cap. 9. Collationes Patrum vita superstite se literis mandaturum Castori promisisset, crebris eiusdem Episcopi precibus interpellatus, manum operi admovet: quod dum prosequitur, Castor diem obit. at ubi decem collationes compilavit, easdem Leontio Episcopo, atque Helladio monacho dicatas vulgavit. Hinc maius in dies apud Gallos Cassiani nomen evadebat. Castor quidem adhuc vivebat anno 419. nam nominatur in epistola Bonifacii Papæ ad Episcopos Galliæ data Idibus Iunii Monaxio V. C. Cos.

B Erant tunc in ore famæ ob vitæ sanctitatem, ac monasticæ disciplinæ rigorem Lerinenses. Est autem Lerina insula Provinciæ adiacens adversus Antipolim. Hi quidem Cassiani volumina avide perlegebant, adeoque eisdem delectabantur, ut novas a Cassiano collationes efflagitarint. S. Honoratus Lerinensis cœnobii conditor & rector erat: celebres aderant monachi Eucherius, Maximus, Hilarius, Faustus, Lupus, aliique, qui postea summa cum laude Gallicanas ecclesias gubernarunt. Eucherius in pro-

C xima Leronis insula anachoretam agebat: Lerinam tamen initio incoluerat; unde *suam* eamdem insulam solebat appellare. Hic septem alias collationes iteratis literis a Cassiano extorsit, teste eodem in præfatione ante collationem 18. *Post conspectum*, inquit, *atque colloquium trium illorum senum, quorum collationes sancto fratre nostro Eucherio compellente utcumque digessimus*. In his collationibus liberius de gratia & libero arbitrio sensit, quam in illis prioribus decem: nam licet collatione tertia a cap. 11. usque ad 22. de divinæ gratiæ necessitate

D disseruit, non adeo tamen confidenter locutus est, uti in collatione 13. ad Lerinenses. Etenim collat. 3. cap. 15. ait: *Hic quoque & initium conversionis ac fidei nostræ, & passionum tolerantiam donari nobis a Domino declaravit. Quod intelligens David quoque, similiter orat sibi hoc ipsum Domini miseratione concedi, dicens*: confirma hoc Deus quod operatus es in nobis; *Psal. 67. 29.* *ostendens non sufficere sibi salutis principia, dono Dei gratiaque collata, nisi fuerint eadem miseratione ipsius, & quotidiana opitulatione perfecta*. Postea: *Hæc autem dicimus, non ut studium nostrum vel laborem*

atque industriam quasi inaniter & superfluo impendenda vacuemus; sed ut noverimus, nos sine auxilio Dei nec adniti posse, nec efficaces nostros esse conatus ad capessendum tam immane præmium puritatis, nisi nobis adiutorio Domini ac misericordia fuerit contributum. Verum licet de initio fidei ita sentiret, capite tamen 16. aperte initialem fidem quandoque viribus liberi arbitrii attribuit his verbis: *In tantum itaque senserunt evangelici & apostolici viri universa quæ bona sunt, auxilio Domini consummari, ut ne ipsam quidem fidem suam confisi sint illæsam se posse suis viribus vel arbitrii libertate servare, ut hanc vel adiuvari in se, vel donari sibi a Domino postularent*. Ita disiunctim loquitur, quasi non semper fides a Deo donetur, sed quandoque in nobis per nos exorta a Deo confortanda sit. Rursus cap. 19. ait: *Quod divinæ sit gratiæ præstare nobis proventus secundos atque victoriam, nostrum vero esse, ut concessa Dei beneficia vel intensius vel segnius exsequamur*. Quibus maiorem operis perfectionem in liberi arbitrii sub priori gratia conatum refundit. Sed postea peius loquitur: nam illud multi theologorum tuentur: *Quam rationem*, ait, *etiam illorum cæcorum curatione satis evidenter videmus expressam. Quod enim transiit ante eos Iesus, divinæ providentiæ & dignationis est gratia: quod vociferantur & dicunt:*
Matth.9.28. miserere nostri Domine fili David, *fidei ipsorum & credulitatis est opus*.

Hæc quidem Cassianus scripserat Helladio nondum Episcopo, postea vero in collatione 13. animosior factus, non iam titubanter, sed aperte atque audacter liberi arbitrii vires plus iusto contra Dei gratiam evexit: nam sine Dei gratia docuit, posse nos habere scientiam boni cap. 12. ubi & gratiam quandoque prævenire liberum arbitrium, quandoque ab isto præveniri tradit: dici Deum Salvatorem cum prævenit, susceptorem cum prævenitur cap. 17: posse homines suis viribus habere fidem cap. 14. spem & desiderium boni cap. 9. orare Deum cap. 12. tentationes vel gravissimas, quales Iob passus est, sine gratia posse superari cap. 14. Ne tamen Pelagianam sententiam tenere putaretur, ea bona opera a libero arbitrio inchoari tantum, at sine Dei gratia perfici nullo modo posse dicebat. Hæc habet cap. 8. *Qui cum in nobis ortum quemdam bonæ voluntatis inspexerit, illuminat eam confestim atque confortat, & incitat ad salutem, incrementum tribuens ei, quam vel ipse plantavit, vel nostro conatu viderit emersisse*. Et cap. 9. in fine: *Ut autem evidentius clareat, etiam per naturæ bonum quod beneficio Creatoris indultum est, nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia, quæ tamen nisi a Domino dirigantur, ad consummationem virtutum pervenire non possunt, Apostolus testis est dicens*: Velle adiacet mihi; perficere autem bonum non invenio. Rom. 7. Tamdem invidiose iterum perstringens Augustinum, ut in libro 12. de Institutis Monachorum dudum fecerat, concludit capite 18. Ægyptios monachos ad Dei gratiam cognoscendam optimos magistros esse; quos asserit perfectionem cordis non loquacibus verbis, non inani disputatione, sed re atque opere divini esse muneris didicisse: nisi velimus eos potius a Cassiano intelligi, qui in Gallia acrius de gratia & libero arbitrio disputabant. sed Semipelagianismi magistrum Augustino minus detulisse certo scio. Ceterum de divina prædestinatione haud sermonem fecit Cassianus, quod forte dum illa perscribebat, nondum Augustiniani libri de Correptione & gratia, neque epistolæ ad Xyxtum, vel ad Paulinum in Gallias delatæ fuerant: quas postea Massilienses impugnasse testis est S. Pater lib. de Dono perseverantiæ c. 21.

Has collationes septem non fuisse editas post annum 426. si non eodem ipso anno emissæ sunt, pro certo habeo. Nam Honoratus abbas Lerinensis circa finem eius anni in occisi Patrocli locum subrogatus, Arelatensem ecclesiam moderandam suscepit. Patroclum vero occisum anno 426. testatur Prosper in Chronico. At cum eas collationes scripsit Cassianus, Honoratus nondum erat Episcopus, ut ex præfatione patet: *Tamen vos*, inquit, *o sancti fratres Honorate & Eucheri*. Reliquas autem collationes septem quas Monachis in Stœchadibus degentibus inscripsit, cum hasce ad Lerinenses emisit, iam in manibus habebat: earum enim mentionem facit in fine præfationis ad Honoratum: *Si vero sanctam studii vestri sitim etiam hæc satiare non quiverint, septem aliæ collationes, quæ ad sanctos qui in Stœchadibus consistunt insulis, emittendæ sunt, fratres, desiderium, ut arbitror, vestri ardoris explebunt*. Has

autem

autem editas citra annum 429. certum A est: nam in præfatione meminit Honorati Episcopi adhuc superstitis, qui initio fere illius anni defunctus est. Ex his colligitur, neque Prosperum Tyronem, neque Vossium exactam notitiam habuisse, quo tempore collationes publicatæ fuerint; dum ille anno 429. vulgatas scribit. Etenim non uno simul tempore emissæ sunt, cum decem priores, itemque septem sequentes ante 426. elucubratæ fuerint. Unde ceteris longius a veritate Iansenius aberravit; dum post mortem S. Augustini collationes editas scribit, eo ductus argumento, quod Prosper in epi- B stola ad Rufinum hisce Cassianum sociosque perstringit: *Quæ si vera sunt, cur ipsi tam negligentes, ne dicam tam impii sunt, ut tam abruptam perniciem ab Ecclesia non repellant? tam insanis prædicationibus non resistant? nec saltem aliquibus scriptis eum a quo talis emanat doctrina, conveniant? Magna enim gloria sua humano generi consuluerint, si Augustinum ab errore revocaverint*: ex quibus vivente Augustino nihil a Cassiano scripti emissum Iprensis contendit. Vossius etiam putavit in lib. de Hist. Latinis, editas a Cassiano collationes anno 432. Sed plane C uterque reiicitur ipsomet teste Cassiano, qui in præfatione librorum de Incarnatione contra Nestorium editorum anno 430. ait: *Absolutis dudum Collationum spiritualium libellis, sensu magis quam sermone insignibus* &c. ut interim sileam ante S. Augustinum Honoratum decessisse, cui septem collationes, & præcipue decimam tertiam, qua Augustini doctrina pulsatur, Cassianus dicavit. Verborum vero Prosperi non is sensus est, qualem ille scriptor autumavit; sed dolere se dixit Prosper, quod Cassianus illis de rebus ad Augustinum non perscriberet, D eorum quæ in dubium vocabat, comprobationem intellecturus, sed eidem occultis susurrationibus obloquetetur. Ceterum paulo post aperte collationes Cassiani nominat; ut mirum sit, Iansenium ex illa epistola in eam sententiam adductum. Scribit enim: *Moleste ferunt, quod his, quæ adversum excellentissimæ auctoritatis virum inter multas collationes asseruere, restitimus*.

CAPUT II.

Lerinenses Monachi Cassiano contra Sanctum Augustinum adhærent. De Hilario Episcopo Arelatensi id præsertim contra vulgarem sententiam evidenter ostenditur.

EX dictis iam tamdem patet, undenam Semipelagianismus in Lerinam navigarit, nempe cum Cassiani collationibus Honorato Lerinensium Monasteriarchæ atque Eucherio monacho nuncupatis. Vignierius in præfatione ad Opus imperfectum S Augustini contra Iulianum putavit, Faustum Lerinensium abbatem ex Iuliani eiusdem quem eo appulisse scribit, sermonibus contrarias Augustino opiniones defendendas suscepisse at ex iis quæ narraturi sumus, germana eius apud Lerinam morbi origo innotescet. Anno 428. florebant in insula, uti diximus, Honorati discipuli Maximus abbas, Hilarius Arelatensis, Faustus postea Reiorum Antistes, Lupus Trecensis cum Vincentio fratre, quem auctorem Commonitorii vulgo faciunt, illisque proximus Eucherius Lugdunensis; quo impellente Cassianus collationem memoratam decimam tertiam aliasque sex insuper procuderat: qui vero ex iis in Cassiani partes transierint, paucis ostendam. Et quidem cum nulla Honorati, nec Maximi, nec Lupi scripta extent, nil sinistri de illis suspicari fas sit: turpe enim est sanctos illos viros, quorum errata nullo certo testimonio constant, in depravatæ sententiæ suspicionem vocare. Utinam & de reliquis syncelitis tam sancte iudicare possemus: sed illis nulla per nos iniuria importabitur: ita enim tunc illis sentire licuit, quando res quæstionis erat, non dogmatis: atque excepta illa Augustini sententia de prædestinatione gratuita ad fidem, a qua prorsus abhorrebant, in aliis adversus Pelagianos cum eodem S. Doctore conveniebant.

Faustum, qui anno 433. Lerinensium abbas renuntiatus fuit, ut inferius nobis describetur, fuisse post Cassianum Semipelagianorum coriphæum nulli dubium est. Extant enim de gratia & libero arbitrio duo ab eodem scripta volu-

mina, in quibus Cassiani errores appareot: unde & eiusdem libri in Romana synodo a S. Gelasio Augustinianæ doctrinæ tenacissimo reiecti sunt; eosdem etiam impugnavit S. Fulgentius noster Ruspensis aliique, ut susius ex dicendis constabit. Hæc de Fausto monachorum Scytharum ad S. Hormisdam Papam Oratores scripsere ad Sanctos Episcopos Africaoos; quorum prioceps laudatus Fulgentius erat: *Libros Fausti Galliarum Episcopi, qui de monasterio Lerinensi provectus est, contra prædestinationis sententiam scriptos esse, non dubium est*: lib. de Incar. & grat. cap. 8. Sed & Vincentium Lerinensem Cassiano atque abbati suo Fausto mordicus cootra Augustinum adhæsisse cap. 10. aperte ostendam: idque non utcumque probabilibus coniecturis evincam, sed ex illo ipso Commooitorio; ut mirari satis non desinam, viros eruditos, qui laudatum volumen notis illustrarunt, eos in illo nævos non adnotasse.

Porro ceteris Lerinensibus Hilarius Arelatensis & literarum & sanctitatis gloria superior, non modo cum memoratis concellitis Cassiani sententias defensavit, verum etiam anno 429. ad Arelatensem cathedram promotus, præcipuus ioter illos habebatur, qui a S. Augustino io quæstione de prædestinatione discedentes Cassiani partes fovebant. Video hac io re mihi esse luctaodum cum Augustiniaoi nostri iostituti viris doctissimis eruditissimisque, qui duce numquam satis laudato ecclesiasticorum Annalium scriptore ad annum 426. Hilarium Arelatensem S. Augustini discipulum, illiusque adversus Semipelagianos propugnatorem streouissimum publicarunt. Et ita plane de Hilario post Baronium seosere Marquez, Herrera, Crusenius, meique amantissimus ac de Augustiniana Republica benemeritus Alnysius Torellus: quorum seotentiam adeo evidenter refellam, ut mioime dubitem, nostros homines a vulgari ac inveterata illa opinione iam tamdem discessuros. S. Prosper data ad Augustinum epistola, omnium quæ a Cassiano ac sectatoribus contra eiusdem de prædestinatione gratuita sententiam in Galliis disputabantur, certiorem faciens, ut editis libris adversantium impetum retunderet, eumdem rogavit, addiditque hæc ipsa: *Speramus non solum tenuitatem nostram dis-*

A *putationum tuarum præsidio roborandam, sed etiam ipsos quos meritis atque honoribus claros caligo istius opinionis obscurat, defæcatissimum lumen gratiæ recepturos. Nam unum eorum præcipuæ auctoritatis & spiritalium studiorum virum Sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum, sciat beatitudo tua admiratorem sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ, & de hoc quod in querelam trahit, iam pridem apud sanctitatem tuam sensum suum per literas velle conferre. Sed quia utrum hoc facturus, aut quo fine sit facturus, incertum est* &c. Clariusne a Prospero poterat Hilarius Are-
B latensis ioter Semipelagiaons connumerari? Tradit, insignem hunc Arelatensem Episcopum esse *unum eorum*, nempe Semipelagianorum, quos ea in epistola describit, qui gratuitam prædestinationem ad initium fidei ab Augustino assertam *in quæstionem trahebat*. Alter etiam Hilarius Augustioi discipulus & monachus Augustinianus, qui tunc in Galliis una cum Prospero cootra Cassianum & asseclas acerrime pro magistri doctrioa depugnabat, literas de eorumdem Semipelagianorum opinionibus una cum laudata Prosperi epistola ad S. Do-
C ctorem perferendas scripsit, in quibus de Hilario Arelatensi plane Prosperi dictis consormia narrat: *Sed plane*, inquit, *illud tacere non debeo, quod se dicant tuam sanctitatem, hoc excepto, in factis ac dictis omnibus admirari*. De Hilario Episcopo dicit Prosper io epistola ad Augustinum: *admiratorem sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ, & de hoc, quod in querelam trahit* &c. At Sanctus Augustinus utriusque literis duos libros reposuit de Prædestinatione Sanctorum, ac de Dono perseveraotiæ inscriptos: in huius vero posterioris capite 21. de Hi-
D lario Arelatensi hæc illis rescripsit: *Videant tamen ii* (nempe Hilarius sociique) *quibus amantibus me ingratus esse non debeo, qui præter hoc* (depravate enim in editis libris *propter hoc* legitur) *quod in quæstionem venit, omnia mea, sicut scribitis, se profitentur amplecti: videant, inquam, utrum in primi libri posterioribus partibus eorum duorum, quos mei episcopatus initio, antequam Pelagiana hæresis appareret, ad Simplicianum Mediolanensem Episcopum scripsi, remanserit aliquid, quo vocetur in dubium, gratiam Dei non secundum merita nostra dari; & utrum ibi non satis egerim,*

etiam

etiam initium fidei esse donum Dei; & utrum ex iis, quæ ibi dicta sunt, non consequenter eluceat, etsi non sit expressum, etiam usque in finem perseverantiam non nisi ab eo donari, qui nos prædestinavit in suum regnum & gloriam, & postea: *Unde recolant adversus hæresim Pelagianam iam ante aliquot annos ista dicta esse atque conscripta, quæ nunc eis displicere mirandum est.* Ergo teste S. Augustino Hilarius Episcopus Arelatensis in quæstione de initio fidei ac dono perseverantiæ ab eiusdem sententia abhorrebat; at *præter hoc omnia* S. Doctoris dicta *se profitebatur amplecti*, quod tamen illi posse *displicere* Augustinus miratur. Ex his palam fit, S. Hilarium Lerinensem monachum, dein celeberrimum Galliarum Episcopum cum Cassiano contra Augustinum ea in quæstione conspirasse.

Baronius ad annum 426. laudatæ Prosperi epistolæ textum emendat, atque ab Hilario episcopatum removet, scribens id ex margine, ubi Hilarius Episcopus designabatur, in codicem irrepsisse. Putat enim eas Prosperi literas datas anno 426. quo tempore Honoratus erat Episcopus Arelatensis, quem etiam diu superstitem facit sub Cælestino & Xyxto III. Pontificibus. Vossius huic ipsi fundamento innixus codicem corrigendum putat, in locum Hilarii Honorato substituto. Hic quidem Hilarium Arelatensem uti Semipelagianum à Prospero notari animadvertit, sed cum arbitraretur loqui Prosperum de Episcopis, quos *meritis & honoribus claros* affirmavit, ea de Honorato intelligenda esse existimavit, Hilario etiamnum Lerinam incolente.

Sed isti Scriptores in eo decepti sunt, quod duos Hilarios in unum eumdemque confuderint, cum tamen Hilarius qui de Semipelagianis ad Augustinum scribit, longe diversus ab Hilario Arelatensi Episcopo sit, uti olim præmonuit Bellarminus in catalago Scriptorum V. Hilarius. Etenim Hilarius Arelatensis sententiam S. Augustini *in quæstionem trahebat*; alter vero hæc ad S. Patrem scribit: *Nolo autem sanctitas tua sic me arbitretur hæc scribere, quasi de his quæ nunc edidisti, ego dubitem.* Hilarius Arelatensis numquam vixit in Africa, sed iuvenis Arelate a S. Honorato abbate ad meliorem frugem revocatus fuit; alter autem testatur se in Africa fuisse Augustini discipulum: at de his iterum sermo redibit. Præterea Hilarius qui ad Augustinum scribit, Prosperum rogavit, ut longioribus literis Semipelagianorum querelas ad Augustinum deferret: *Egi*, inquit, *cum viro tum moribus, tum eloquio & studio claro, ut quanta posset collecta suis literis intimaret, quas coniunctas his destinare curavi.* De Episcopo vero Arelatensi ait Prosper: *Iam pridem apud sanctitatem tuam sensum suum per literas velle conferre; sed quia utrum hoc facturus, aut quo fine sit facturus, incertum* &c. quæ de Hilario in defendendo Augustino collega, cuius instantia literas exaratas una cum illius epistola in Africam deferendas sciebat, nullo pacto intelligi possunt.

Sed omne dubium absolvemus, si quo anno Hilarius Arelatensis Episcopus factus sit, ostendamus. Bollandus ad diem 16. Ianuarii non constare ait, quot annis sederit Honoratus Arelate: unde & initia dignitatis Hilarii successoris eidem incerta sunt. Baronius in Martyrologii notis ad eamdem 16. Ianuarii scribit, vixisse Honoratum sub Xyxto qui anno 432. pontificatum inivit; cuius sententiæ Vossius accedit lib. 6. Hist. Pelag. thesi 14. Sed mihi res certa est. Honoratum anno 426. exeunte Episcopum habemus ex Chronico Prosperi, quod auctores illi probe affirmant: quem tamen parvo tempore sacris Arelatensibus præfuisse tradit eiusdem successor Hilarius in oratione de S. Honorato cap. 6. apud Bollandum: *In summa ex illo brevi quo vobis indultus est, tempore facile metiri datur* &c. Hocce vero breve tempus biennii spatio circumscribitur ab Honorato Episcopo Massiliensi in vita Hilarii Arelatensis apud Surium die 5. Maii cap. 3. *Emenso*, inquit, *biennio cum ad meriti proprii percipiendum ex merito præmium ex vitæ istius cursu beatus Pontifex vocaretur Honoratus, missis epistolis, ut extremis suis interesse deberet, admonuit*, nempe Hilarium. Itaque anno 429. die 16. Ianuarii, qua die ab Ecclesia Honorati memoria recolitur, obiit idem Episcopus *emenso biennio*, ex quo circa finem anni 426. in occisi Patrocli locum subrogatus fuerat. At vero Honorato statim a populo substitutus est Hilarius, qui illuc evocatus fuerat ab

eodem,

eodem, quo morienti adesset. Habemus aliud pro hoc ipso confirmando testimonium. S. Germanus Antisiodorensis Episcopus cum anno 429, ut scribit Baronius, verius anno 430. ut dicemus, ex legatione Britannica in suam urbem rediisset, statim ob cives gravissimorum tributorum onere sublevandos, Arelatem ad Auxiliarem Præfectum Prætorio Galliarum se contulit: ita Constantius lib. 1. cap. 29. apud Surium die 30. Iulii, *Et pro quiete*, inquit, *vel requie quæsiturus remedia civitati, post marina discrimina labores terrenæ expeditionis ingreditur*. At idem auctor c. 23. scribit eo tempore Hilarium fuisse Episcopum Arelatensem: *Illustrabatur eo tempore civitas Hilario sacerdote multimoda virtute pretioso*. Quare anno 430. Hilarius erat Episcopus. At id temporis alter Hilarius qui auctor est epistolæ ad Augustinum, erat laicus; ut patet ex literis S. Cælestini ad Episcopos Galliæ, ubi etiam cap. 1. postponitur Hilarius Prospero: quas literas datas esse post annum 430. certum est, nam defuncto Augustino emissæ sunt. Cum vero Prosper vocet Hilarium Episcopum, eodem tempore Hilarius alter non modo se laicum testatur, sed etiam alterum Hilarium Episcopum hisce describit in epistola ad Augustinum: *Sunt ex parte tales personæ, ut his consuetudine ecclesiastica laicos summam reverentiam necesse sit exhibere. Quod quidem ita curavimus Deo iuvante servare, ut cum opus fuit, non taceremus, quæ ad quæstionis huius assertionem exiguitas nostrarum virium suggerebat*. Sed de his iam satis.

Baronius Hilarii dignitatem ex literis Prosperi abrasit ex prava verborum Eucherii intelligentia. Hic enim in epistola parænetica ad Valerianum, recitatis plurimorum exemplis, qui divitiis ac supremarum dignitatum titulis dimissis, sacris se se addixerant, *Hilarius*, inquit, *nuper, & in Italia nunc Antistes Petronius ambo ex illa plenissima, ut aiunt, mundanæ potestatis sede, unus in religionis, alter in sacerdotii nomen ascendit*. Addit hoc scholion Annalium scriptor: *Hæc Eucherius, cum creatus est Petronius Episcopus Bononiensis perseverante Hilario in vita monastica:* ad annum 426. num. 22. At Petronius electus est Episcopus Bononiensis anno 430. ut tradit Sigonius magni nominis scriptor in historia Bononiensi.

A Verum quis non videat oppositum, & quidem aperte colligi ex Eucherii verbis: etenim *nuper* refertur ad *nunc*; quasi diceret, Hilarius nuper Episcopus in Gallia, & nunc Petronius in Italia: alias sensus ac proprietas dictionis omnino corrumpitur. Quare cum Petronius anno 430. Episcopus renuntiatus fuerit, anno 429. itidem Hilarius Antistes dictus est.

Sed quid de meis Augustinianis dicam? Etenim Marquez, Herrera, Crusenius, Staibanus ceterique quos novissime Aloysius Torellus in Sæculis Augustinianis ad annum 400. & seq. secu-B tus est, cum in epistola Hilarii ad Augustinum legerent: *Sufficiat mihi pœna mea, quod a præsentiæ tuæ deliciis exulatus, ubi salubribus tuis uberibus nutriebar, non solum absentia tua crucior* &c. queis se Augustini discipulum in Africa fuisse significat; Augustinianum illum monachum arguentes, nec ab altero Hilario distinguentes, eumdem Arelatensium Archiepiscopum faciunt. Immo Torellus ceteris animosior Augustini regulam Lerinensi monasterio ab eodem Hilario ex Africa invectam ad annum quadringentesimum imaginatur tomo 1. Sæcul. Au-C gustinen. anno eodem. *Verum* isthæc a nemine admitti possunt. Hilarius Arelatensis Episcopus numquam fuit in Africa, neque ab Augustino monasticam vestem accepit: id enim minime tacuisset S. Honoratus Episcopus Massiliensis, qui Hilarii vitam diligentissime descripsit: quem quidem Hilarii *meritorem* vocat Gennadius cap. 99. de Illustr. Scriptoribus. Hilarius ipse in oratione de laudibus S. Honorati ad Arelatenses recitata testatur, se deliciis terrenis immersum ad monasticam vitam peragendam ab Honorato abbate persuasum. *Venit*, inquit, D *meque in illis iam annis nimis amicum sæculo & contumacem Deo, ut seductor & verax ad amorem Christi blanda manu tentat*. Illud vero de illata Galliis ab Hilario anno 400. Augustini regula falsum est. Eo anno exeunte aut insequenti Hilarius natus erat: nam quadragesimo octavo ætatis anno eumdem obiisse scribit S. Honoratus; mortuum autem anno 449. ex S. Leonis Papæ epistola inferius cap. 12. dicemus. Hinc cadunt coniecturæ illæ, quibus nostri moti sunt ad Hilarii Augustinianum monachatum asserendum; quod una cum Prospero stre-

nuissi-

nuissimus fuerit Augustinianæ doctrinæ defensor: nam teste Prospero *unus eorum* fuit, qui Augustini de prædestinatione doctrinam *in quæstionem trahebat*.

Cum Hilario adversus S. Augustini doctrinam sensere eiusdem concellitæ Faustus & Vincentius monachi, ut indicavimus. Hilarii vero amicissimus Eucherius, cuius præsertim precibus Cassianus collationem XIII. exaravit, a S. Augustini de prædestinatione gratuita sententia non recessit, ut cap. 12. dicetur.

CAPUT III.

Lerinenses monachi fuerintne Augustiniani. Illorum initia ea occasione indagata, ac de variis monasteriorum Galliæ regulis usque ad pontificatum S. Gregorii Magni plura adnotata. Agaunenses itemque Iurenses in Gallia monachos Augustinianos fuisse, ex eorumdem regula demonstratur.

INtelligo, Augustinianos nostros Lerinense monasterium sub Augustini regulam antiquitus adactum asserere, existimantes unicam S. Patris regulam in Occidente usque ad S. Benedicti tempora viguisse; immo eosdem Lerinenses ab Hilario Arelatensi Augustini discipulo ad eiusdem doctrinam toto conatu defendendam ardentius inflammatos. Hinc Augustinus Lubin Galliarum Regis chorographus, qui sacros Martyrologii Romani fastos geographicis tabulis summa cum laude nuper illustravit, hæc scribit: Lerinenses *ascetæ se S. Augustini discipulos dicebant, an doctrina? an vitæ instituto? an utroque?* At postremum approbat. quæ sane sententia modo mihi excutienda est, Cum vero videam, celeberrimi illius monasterii initia ab aliis minus recte statui, hæc quoque nobis indaganda sunt. Et quidem hoc secundum prius expediendum videtur.

Scriptores plerique Baronii ac Barralis chronologiam secuti, circa annum 375. Lerinensis cœnobii initia locant: quod probari nulla ratione nobis potest. Certum est, eo tempore quo S. Honoratus cum sene Caprasio Lerinam primum ingressus est, sedisse apud Foroiulinm Leontium Episcopum: etenim ob id præsertim Honoratus Lerinam elegit, ut Leontio de proximo frueretur. Do verba Hilarii Arelatensis Antistitis, atque Honorati discipuli cap. 12. de Vita S. Honorati: *Vacantem itaque insulam ob nimietatem squalloris, & inaccessam venenatorum animalium metu, alpino haud longe iugo subditam petiit, præter secreti opportunitatem, sancti & beatissimi in Christo viri Leontii Episcopi oblectatus vicinia, & caritate constrictus*. Habuit tunc Honoratus comitem, immo magistrum S. Caprasium; quo etiam socio usus est, dum in Peloponnensium transfretaret, hæc eodem Hilario cap. 2. scribente: *Ne quid tamen iuvenili ausu temere ab ipsis inceptum putaretur, assumunt* (nempe Honoratus eiusque frater Venantius) *senem perfectæ consummatæque gravitatis, quem semper in Christo patrem computantes, patrem nominarunt, Sanctum Caprasium angelica adhuc in terris conversatione agentem*. Erat ergo tunc Caprasius, cum in Græciam navigarunt, fere sexagenarius. At Caprasium diem obiisse inter annum 445. & 449. certum est. Nam morienti Caprasio Kal. Iunii adfuere Hilarius Arelatensis, Theodorus Foroiuliensis, ac Maximus Reiensis. Hæc testatur S. Honoratus Massiliensis in vita S. Hilarii c. 5. apud Surium die 5. Maii: *Cum Caprasium infirmitate fatigari corporea certis nuntiis comperisset, ad eius occursum celeri se festinatione proripuit* &c. *In eodem loco tunc temporis S. Faustum presbyterum & abbatem ita futurorum præscius honoravit, ut inter se & sanctos sacerdotes Theodorum & Maximum medium compelleret residere*. At cum Hilarius obierit anno 449. die 5. Maii, ut ex Tyrone Prospero & S. Leonis literis ad Ravennium cap. 12. dicemus, citra illum annnm Caprasii mors retrahenda est. Rursus anno 445. nondum apud Foroinlium sedebat Teodorus, sed huius decessor Leontius: nam eo anno S. Leo Papa Leontium nobili privilegio ornandum duxit epistola 87. ad Episcopos provinciæ Viennensis: *Quoniam*, inquit, *honoranda est semper antiquitas, fratrem & coepiscopum nostrum Leontium probabilem sacerdotem hac, si vobis placet, dignitate volumus decorari, ut præter eius consensum alterius provinciæ non indicatur a vestra sanctitate concilium, & a vobis omnibus, quemadmodum vetustas eius & probitas exigit, honoretur*. Has vero literas datas esse anno 445.

ex literis Valentiniani Imperatoris optime ostendit Cardinalis Baronius. Quare Caprasius obiit post annum 445. ad defuncti Leontii sedem Theodoro promoto. Quare si anno 375. ad minus sexagesimum ætatis annum agebat, quando cum Honnrato Lerinam petiit, vixisset ultra aonos centum & triginta, & Leootius post Lerinensis cœnobii constructionem supra annos LXX. in episcopatu superstes fuisset: quæ sine teste affirmare non possumus.

Extat apud Sirmondum tomo. 1. Concil. Galliæ, & tomo 4. Concil. edit. regiæ pag. 667. epistola de Leporii conversione scripta a S. Augustino ac cnllegis ex Africa ad Episcopos Galliæ Prneulum Massiliensem, & Cylionium Foroiuliensem, cum hac epigrapbe: *Dilectissimis & honorabilibus fratribus & consacerdotibus Proculo & Cylinnio Aurelius, Augustinus, Florentius, & Secundinus in Domino Salutem*. Fuit Cylinnius Leontii in Foroiuliensi cathedra decessor, ut patet ex eruditis tabulis Sammarthanorum. Denique inventus est libellus Leporii, quem tomo 38. Concil. edit. regiæ pagina 16. editum habemus, in qun leguntur subscripti post Aurelium & Augustinum *Florentius Episcopus Hipponensium Diarrhytorum*, itemque *Secundus Episcopus Ecclesiæ Aquensis, sive Magarmitanæ*. Florentius anno 401. eiecto Equitio homine facinornso, electus fuit Episcopus: etenim in synodo Carthaginensi Vincentio & Flavita Coss. anno 401. Idibus Septembris celebrata, hæc leguntur: *Rursum placuit, ut quoniam Hipponensium Diarrhytorum ecclesiæ desti utio non est diutius negligenda* &c. *cum omnium voto eis ordinetur Episcopus*: cap. 45. Cod. Africani, tomo 4. Concil. edit. regiæ pag. 538. Electum vero fuisse Florentium liquet ex laudata epigraphe, & ex collatione Carthaginensi primæ diei cap. 139 ubi ioter septem consiliarios catholicorum contra Dooatistas nominatus fuit *Florentius* (oon Florentinus, ut ex cap. 55. & 2. colla. 2. patet) *Episcopus ecclesiæ catholicæ Hippensis Zaritonensis*. Eadem urbs in Provincia Proconsulari dicebatur Hippo Diarrhytus & Hippo Zarytus, ut ab altero Hippone regio Numidiæ distingueretur. In itinerario Antonini ponitur *Hippo Zarytbus* distans ab altero Hippone ubi Augustinus sedebat, M.P. CLXII. Plinius lib. 5. cap. 4. scribit: *Diarrhytum a Græcis dictum propter aquarum irrigua*. Et Solinus cap. 40. Polyhistoris ait: *Hipponem alterum de interfluente freto Diarrhyton nuncupatum*. Idem habet Pnmponius Mela lib. 1. cap. 7. Notarunt viri eruditi, promiscue syllabam *Dia* in *Za* ab antiquis mutatam: ita Patres Zabulum pro Diabolus scripsere: ita pro diæta leges apud Plinium lib. 2. epist. 17. Zeta; unde Zetarii apud Paull. lib. 3. sent. tit. 6. iidem qui diætarii. Hinc memoratæ urbis Episcopus diversimode scriptus reperitur. Apud S. Augustinum lib. 6. de Baptismo cap. 3. in synodo S. Cypriani nnminatur *Petrus martyr ab Hippone Zarito* edit. Basil. anni 1542. In notitia Episcoporum Africæ inter Patres Proconsularis provinciæ recensetur *Marianus Hippozaritensis*. In Synodo Lateranensi Martino I. Pontifice consultat. 2. inter Episcopos qui e Carthaginensi provincia synodum habuerant, legitur *Donatus Episcopus S. E. Ippozaritensis*: & in collatione laudata dicitur *Hippensis Zaritonensis*. Hæc adnotavi, ne quis duos Florentios poneret, quorum unus esset Episcopus *Hipponis Diarrhytorum*, alter *Hippensis Zaritonensis*. In memorata etiam collatione anni 411. laudatur cap. 190. *Secundus Episcopus plebis Magarmalitensis*. Uterque autem, nempe Florentius Hipponis Diarrhytorum & Secuodus, nominati fuere iudices anno 407. in causa Maurentii Tubursicensis ex cap. 67 eiusdem Codicis. Insequenti vero anno Florentius designatus fuit legatus ad Honorium contra Paganos & hæreticos Coss. Basso & Philippo, & rursus anno 410. post consulatum Honorii VIII. & Theodosii II. ex laudato codice. Ex his patet, Cylinnium Foroiuliensem vixisse post annum 401. cum ad eumdem Florentius Episcopus Hipponis Diarrhytorum qui eo tantum anno sedere cœpit, literas miserit. Unde colligimus, Lerinensium cellulas, quæ sedente apud Foroiulium Leontio Cylinnii successore ab Honorato primitus exstructæ sunt, ante annum 402. noo extitisse.

Rursus etiam post annum 405. Lerinense cœnobium exstructum fuisse, altero argumento evincam. Cassianus scribit Leporium, de cuius conversione Africani Patres ad Galliæ Episcopos scripsere, abs se in Galliis erroris admonitum

tum fuisse. Audiatur lib. 1. de Incarn. A cap. 4. *Leporius tunc monachus, modo presbyter, apud Gallias assertor prædictæ hæreseos aut inter primos aut inter maximos fuit, a nobis admonitus, a Deo emendatus* &c. At Cassianus post annum tantum 405. in Gallias venire potuit. Constantinopoli enim diaconus degebat, cum Chrysostomus in exilium iterum missus fuit; pro quo legationem etiam obivisse cap. 1. dictum est. Itaque si Leporius in Galliis a Cassiano admonitus in Africam secessit, ibique S. Augustini opera, ut scribit Gennadius cap. 59. correctus fuit, & hoc ipsum per literas a Sirmondo editas S. B Cylionio Foroiuliensi significavit, condum anno 405. Foroiuliensem ecclesiam Leontius regebat; & ex consequenti Honoratus Lerinensis cœnobii fundamenta nondum eo anno posuerat. Quare in re incerta memorati monasterii initia post annum 405. & ante annum 410. afferri possunt. Nam eo pacto Leontius anno 485. prope quadraginta in episcopatu annos exegit: unde ut ceteris seniori laudatum privilegium a Leone Magno conferri potuit; præsertim cum anno eodem 410. sederent in Africa Florentius Hyppensis & Secundus Magarmalitensis. C Non ergo anno 475. sed prope annum 410. Lerinense Monasterium conditum fuit.

Hac ergo Lerinensi chronologia præmissa, de illorum monachorum regula dicendum est. Constans est scriptorum sententia, monachismum ex nostra Italia in Gallias derivasse. Et quidem auctore Athanasio Alexandrino & Eusebio Vercellense, monastica disciplina ex Ægypto & Syria in Italiam venit. Scribit Hieronymus de S. Marcella epist. 16. ad Principiam: *Nulla eo tempore nobilium feminarum noverat Romæ propositum mo-* D *nachorum, nec audebat propter rei novitatem ignominiosum, ut tunc putabatur, & vile in populis nomen assumere. Marcella ab Alexandrinis prius sacerdotibus, Papaque Athanasio, & postea Petro, qui persecutionem Arianæ hæreseos declinantes, quasi ad tutissimum communionis suæ portum Romam confugerant, vitam Beati Antonii adhuc tunc viventis, monasteriorumque in Thebaide Pachomii, & virginum & viduarum didicit disciplinam* &c. De Eusebio idipsum testatur S. Ambrosius epistola 82. Sanctus Martinus in Italia monachum induit teste Sulpitio lib. 1. cap. 4. *Cum Gallias quoque*, inquit, *discessu S. Hilarii, quem ad exilium hæreticorum vis coegerat, turbatam ecclesiam comperisset, Mediolani sibi monasterium statuit.* Hoc est celebre illud cœnobium, quod se Mediolani vidisse testatus est S. Augustinus in lib. de Moribus ecclesiæ catholicæ cap. 33. & lib. 8. Confess. cap. 6. *Et erat*, inquit, *monasterium Mediolani plenum bonis fratribus extra urbis mœnia sub Ambrosio nutritore.* Martinus, durante Hilarii exilio, sanctissimam ibidem vitam degit. Cum vero accepisset, Hilario *regis pœnitentia*, ait Sulpitius, *potestatem indultam fuisse redeundi, Romæ ei tentavit occurrere, profectusque est ad Urbem; cum iam Hilarius præteriisset, Ita est eum vestigiis prosequutus; cumque gratissime ab eo esset susceptus, haud longe sibi ab oppido monasterium collocavit.* Primi ergo Pictaviensis huius in Gallia monasterii constructio contigit anno 361. Nam Constantinus anno imperii ultimo Hilarium ab exilio revocavit: quo tempore Augustinus adhuc puer septimum ætatis annum agebat. Alterum postea cœnobium prope Turonem idem Martinus eiusdem urbis Episcopus erexit. Fuere hæc duo monasteria sanctissimorum Episcoporum seminaria. Hæc enim oculatus testis Sulpitius scribit cap. 7. *Pluresque ex his postea Episcopos vidimus. Quæ enim esset civitas aut ecclesia, quæ non sibi de Martini monasterio caperet sacerdotem?* Et hos quoque in suis diœcesibus cœnobia condidisse certum est: unde Martino auctore monachismus latius per Gallias est propagatus. Hinc Cassianus lib. 3. de Instit. cap 4. *Galliæ monasteria* laudat, ex S. Martini certe Turonensis cœnobiis derivata. Monasticum vero eorumdem institutum paucis describit Sulpitius ca. 7. *Nemo ibi quicquam proprium habebat: omnia in medium conferebantur. Non emere, non vendere, ut plerisque monachis moris est, inquam, licebat. Ars ibi, exceptis scriptoribus, nulla habebatur: cui tamen operi minor ætas deputabatur; maiores orationi vacabant. Vinum nemo noverat, nisi quem infirmitas coegisset. plerique camelorum setis vestiebantur.* Hæc ille.

Verum post annum quadringentesimum monachorum cœtus, veluti fœcundissima apum examina, passim tota Gallia excrevere. Etenim Cassianus apud

Massiliam, Honoratus apud Lerinam, A Castor Aptæ, Iovinianus, Theodorus, aliique in Stœcadibus nobilissima monasteria condiderunt. De Cassiano scribit Gennadius cap. 61. *Cassianus natione Scytha &c. apud Massiliam presbyter condidit duo, idest virorum & mulierum, monasteria, quæ usque hodie extant*. In Chronico Massilienſi S. Victoris legimus fuisse in monasterio Cassiani *usque ad quinque millia monachorum* apud Guesnay ante c. 46. cuius dicti fides sit penes auctorem. De cœnobio Aptensi scribit Cassianus in præfatione ad Castorem: idemque de monachis Stœcades inhabitantibus hæc ha- B bet in præfatione Collat. 18. *Non solum Occiduas regiones, verum etiam insulas maximis fratrum catervis fecistis florere*. Ceteris tamen monasteriis anteibat Lerinense cœnobium, omnium illius sæculi scriptorum encomiis celebratum. De Lerina in proxima insula degens Eucherius scribebat in epistola ad Hilarium: *Hæc nunc habet sanctos senes illos, qui divisis cellulis Aegyptios Patres Galliis nostris intulerunt. Quos ego illic, Iesu bone, sanctorum cœtus conventusque vidi?* De eadem scribit S. Cæsarius Arelatensis: *Hæc est quæ eximios nutrit monachos, & præ- C stantissimos per omnes provincias erogat sacerdotes. Vix enim reperire erat, qui his temporibus assumptus in regionibus illis ad regimen ecclesiarum, non delectus esset ex nobilissimo & regularis institutionis observantissimo cœnobio Lerinensi*. Et hæ quidem fuere primæ monachorum coloniæ ante vigesimum quinti sæculi annum in Galliis fundatæ, quæ postea latius deductæ sunt: quo tempore etiam per universam Africam Augustino auctore monachismus propagatus fuit.

Plerique & quidem alias nobiles huius sæculi scriptores unam tantummodo D monasticam ante S. Benedicti tempora regulam in Occidente viguisse arbitrati, universa Galliæ cœnobia iisdem omnino legibus paruisse publicarunt. Iohannes Marquez insignis Salmanticensium theologus, & in profana ac sacra historia summa cum laude versatus, ne aliarum familiarum scriptoribus eo in campo cedere videretur, antiquissima quæque Galliarum monasteria Augustinianæ reipublicæ adscripsit. Quem secuti Crusenius in suo Monastico, Herrera in Alphabeto Augustinensi, sed ceteris animosius amicissimus P. Aloysius Torellus sacræ theologiæ Doctor, summusque per universam Italiam divini verbi declamator, nobilissima Galliæ cœnobia sub D. Patris Augustini regulam adigunt; ac universos illius regionis monachos, seu doctrinæ seu sanctitatis fama illustres, volentes nolentes Augustiniana toga obvolvunt, & hos inter Lerinenses præsertim nostræ genti asserunt. Horum mihi sententia paucis examinanda est. Video enim laudatos scriptores partium studio plus iusto rem promovisse. Neque enim adeo exilis est Augustiniana respublica, quæ iam faventibus superis per universum orbem colonias deduxit, ut Gallicanorum monasteriorum, si fas est ita loqui, rapinis augenda esse videatur. Uti plures fuere in Oriente monachorum regulæ, nempe Antonii, Pachomii, Basilii, aliorumque; ita neque una fuit monachorum in Occidente regula, sed variæ atque diversæ. Italiæ cœnobia, quæ apud urbem & Mediolani se vidisse S. Augustinus scribit, itemque laudata a Hieronymo epistola 30. ad Oceanum Volscorum atque in Tusciæ insulis monasteria, S. Athanasii instituta secuta esse non dubito. Hoc ipsum dicendum existimo de insigni monasterio nostræ provinciæ Aquileiensi; in quo monachum circa annum 380. se fuisse scribit Ruffinus in priori Invectiva, cuiusque monachos laudat in fine Chronici S. Hieronymus. Diu enim Aquileiæ substitit Athanasius Alexandria Arianorum insidiis ac furore eiectus. In præsentiarum de regulis cœnobiorum Galliæ differendum est. In primis monasteria S. Martini Augustinianæ regulæ parere non poterant. Erat enim tunc Augustinus puer, ac ipse sub Grammaticorum regulas adactus Deum rogabat, *ne in schola vapularet* 1. Confess. cap. 9. Cassianus nobile postea monasterium apud Massiliam construxit; qui cum Syrorum atque Ægyptiorum monachorum institutis a puero esset innutritus, iisdem non modo Massilienses monachos, verum etiam Aptenses imbuit. Etenim S. Castor Aptæ Episcopus in sua diœcesi cœnobium iuxta regulam Ægyptiorum instituere volens, regulam a Cassiano per literas petiit impetravitque. Quæ ex præfatione ad Castorem intelliguntur, ubi ait: *In provincia siquidem tua cœnobiorum ex parte Orientalium*,

talium, maximeque Ægyptiorum volent instituta fundare &c. Vel ergo Castor Augustini regulam ignoravit, quod nondum Galliis post annum 410. innotuerat, vel illi Ægyptiorum regulam prætulit. Hoc constat, utrumque monasterium Massiliæ atque Aptæ constructum, Orientalium Patrum regulam secutum.

Lerinenses deinde, ac Grinnincenses familiæ monachorum in Galliis apparuere. Priores quidem monachos S. Honoratus instituit; tantaque & sanctitatis & literarum gloria floruerunt, ut dubio procul ceteros religiosorum hominum cœtus in Galliis superaverint. Grinnincenses erant in diœcesi Viennensi: de quibus auctor vitæ S. Clari Abbatis apud Bollandum die 1 Ianuarii scribit cap. 2 *Grinniacensium cœnobia a sanctis Pontificibus urbis fundata, in quorum maximo ossa beatissimi Ferreoli martyris condita venerabantur*; additque *Grinniacensium loca quadringentos monachos alebant*. Scribit S. Avitus Viennensis cp. 65. ad Maximum. *Monasteriis Grinnicensibus occupatus aliquamdiu iam habitaculo civitatis abfueram*. Porro diversa fuisse Lerinensium, ac Grinnincensium instituta diserte tradit Sidonius lib. 7. epist. 17. ad Volusianum fratrem: *Fluctuantemque*, inquit, *regulam fratrum destisutorum secundum statuta Lerinensium Patrum, vel Grinnicensium festinus informa*. Erant illi monachi apud Arvernos instituti ab Abrabamo monacbo Orientali, quem Gregorius Turonensis non uno loco laudat. Ergone & iste Africanam Augustinensium regulam ex remotis Orientis cœnobiis Aruernis intulit? Et huius quidem monasterii regula a Lerinensi ac Grinnincensi diversa erat. Quæ vero fuerit Lerinensium regula, cum illa non extet, vel saltem adhuc in angulis cum blattis luctetur, incertum est. Illud tamen constat iuxta Orientalium Patrum statuta conscriptam fuisse: quod evidenter tradit auctor vitæ S. Eugendi cap. 14. num. 14. apud eruditissimum Bollandum die 1. Ianuarii (erat ille Agaunensis instituti monachus.) *Sic namque*, ait, *quod non omnino illa, quæ quondam sanctus ac præcipuus Basilius Cappadociæ urbis Antistes, vel ea quæ sanctorum Lerinensium Patres, Sanctus quoque Pachomius Syrorum priscus abbas, sive illa quæ recentior venerabilis Cassianus edidit, fastidiosa præsumptione calcemus, sed ea quotidie lectitantes, ista pro qualitate loci & instantia laboris invicta, potius quam Orientalium, perficere affectamus; quia procul dubio efficacius hæc faciliusque natura vel infirmitas exsequitur Gallicana*. Vides Agaunensium regulam mitiorem fuisse ac Gallorum naturæ conformiorem, Lerinensem vero cum Orientalibus regulis computatam. Et cum auctor Lerinensium ac Pachomii regulas recitans disiunctione non utatur, suspicari iure possumus, eosdem Lerinenses S. Pachomii regulam maiori ex parte secutos. Etenim cum S. Hieronymus Pachomii regulam Latio donasset, a plurimis in Occidente legi cœpta est. Eam enim translationem se fecisse Hieronymus testatus est, quod plurimi Latinorum Ægyptiaci ac Græci sermonis ignari illius Cœnobiarchæ insignium Tabennensiotarum Patris instituta cognoscere desiderabant. Nec alias ex sua illa peregrinatione regulas Lerinam secum ferre potuit Honoratus, qui Italiæ tantum cœnobia lustraverat, ut ex cap. 3. vitæ eiusdem habemus: *Huius Italia benedici gaudet introitu, hunc Tuscia venerata complectitur, ac blandissimas per sacerdotes suos moras nectit*. Hinc S. Benedictus Annianensis abbas in Concordia regularum, cum ex regulis Orientalium Patrum, ac nostrorum Tarnatensium, itemque Cæsarii, Aureliani, ac Columbani regulis sententias ad verbum exscriptas recitaret, nusquam Lerinensem regulam laudavit; quod certe fecisset, si S Honoratus regulam ab Orientalibus statutis distinctam suis monachis præscripsisset. Lerinenses vero a S. Honorato regulam accepisse, ex synodo III. Arelatensi colligitur, in qua lis inter Theodorum Foroiuliensem, & Faustum abbatem Lerinensem composita fuit. Ibi enim laudatur *Regula, quæ a fundatore ipsius monasterii dudum constituta est*. Hinc vero palam fit, Lerinenses S. Augustini regulam non secutos: nam Agaunenses monachi, ut mox probabo, S. Augustini regulam observabant, quam ab illa Lerinensium laudatus monachus Agaunensis auctor vitæ S. Eugendi distinguit. Immo Lerinenses monachos Augustinianam Agaunensium regulam usque ad Marini Lerinensis abbatis tempora ignorasse insinuat memoratus scriptor in fine vitæ S. Eugendi c. 15. *Instituta quoque*, inquiens, *quæ*

de formatione monasterii nostri Agaunensis cœnobii, Sancto Marino presbytero insulæ Lerinensis abbate compellente digessimus, desideria vestra tam pro institutionis insignibus, quam pro iubentis auctoritate, Christo opitulante, luculenter explebunt. Quare si Marinus abbas Lerinensis transmitti ad se optabat Agaunensis cœnobii leges, illa sane ignorabat. Scriptorem vero vitæ Eugendi circa anoum 500. vixisse ex dicendis constabit.

Video, quid his reponat eruditissimus Aloysius Torellus, nempe unam quidem in Galliis viguisse Augustinianam regulam, sed non easdem fuisse in omnibus monasteriis constitutiones, quo pacto eremitæ omoes Augustiniani unam quidem S. Patris regulam sequuntur, unique moderatori totius Reipublicæ Eremitanæ obediunt, specialibus tamen statutis diversi reguntur. Speciales eoim quasdam leges habent Patres Excalceati Italiæ, suas Recollecti in Hispania, alias Bituricenses Galli, a quibus diversis etiam nos statutis subiicimur. Invitus quidem ab hac opinione discedo, sed is veritati cultus debetur, ut ne amico præponatur, quem æqui bonique nostram hanc io dicenda sententia libertatem consulturum scio: novi enim virum strenuissimum ubique veritatis indagatorem. Dabo hic regulas celebriores, quæ ante Gregorii Magni tempora in Galliæ monasteriis floruere.

Sanctus Cæsarius, qui anno 503. ad Arelatensem sedem evectus est, specialem abs se extructo monasterio regulam indixit, quæ postea ad pleraque alia cœnobia derivavit. Hanc vero regulam typis excudit Prosper Stellartius vir Augustiniani instituti; quam etiam suæ collectioni regularum Lucas Holstenius inseruit. Præfert autem hunc titulum in vetustissimis MSS. *Incipit regula a S. Tetradio presbytero nepote beatæ mem. S. Cæsarii Episcopi Arelatensis, Abbati mea parva persona rogante transmissa, quam a suo supra memorato Domino Cæsario dixit ipse dictatam, quam, dum esset sacerdos, ipse per diversa monasteria transmisit*. Post Cæsarium et Auxanium, Arelatensem Ecclesiam rexit S. Aurelianus, quo tempore Childebertus Fraocorum Rex in eadem urbe nobile cœnobium condidit. Porro S. Aurelianus noo modo ullam ex antiquiorum Galliæ monasteriorum regulis selegit, verum etiam nec decesso-

A ris Cæsarii regula uti voluit, sed novam prorsus procudit; in cuius prologo ita fatur: *Regulam vobis ac disciplinam instituimus, quæ vos ad viam perfectionis recte faceret gradiri, & ad regna cælorum feliciter pervenire*. Illic vero titulus inscriptus est: *Incipit institutio sanctæ regulæ*. Huius monasterii mentionem facit S. Gregorius Magnus lib 7. epistola 117. Regnante eodem Childeberto S. Ferreolus Ucetiensis in Gallia Narbonensi Episcopus monasterium coodidit, propriamque illis monachis regulam dedit; io cuius præfatione hæc ad Lucretium scribit:
B *Regulam, quæ ab eis pro lege servetur, licentia a vobis tam petita, quam accepta conscripsimus*. Ita vero illa inchoatur: *Regulæ principium de his, quæ observanda monachis Ferriolacensis monasterii statui institutor*. Novam etiam regulam Galliis intulit insignis Luxoviensis cœnobii conditor S. Columbanus: de qua re Ionas monachus cap 9. libri de Vita S. Columbani hæc scribit: *His ergo in locis monachorum plebibus constitutis, ipse vicissim omnibus intererat, regulamque quam tenerent, Spiritu Sancto repletus condidit*. Pleraque etiam monasteria sub eamdem regulam
C adacta recitat cap. 6. Illius vero titulus est: *Incipit regula cœnobialis*; statimque caput primum incipit in hæc verba: *Primo omnium docemur Deum diligere ex toto corde* &c. Harum regularum collectionem conflavit S. Benedictus abbas Anianensis, qui floruit anno 820. quas una cum aliis plerisque e codicibus antiquissimis monasterii S. Maximini apud Treviros, ac selectæ bibliothecæ Serenissimæ Suecorum Reginæ Christinæ exscripsit Holstenius. Sed vir numquam sibi satisfaciens, ultraque nonum annum scripta sua premens, morte præventus non evul-
D gavit. Illæ tamen cura & studio Eminentissimi Principis Francisci Cardinalis Barberini Romanis typis excusæ prodiere anno 1661. Et quidem regula S. Cæsarii Augustiniana brevior est, cuius nec unam senteotiam ad verbum reddit. Regula S. Aureliani sex tantummodo paginis continetur; illa vero S. Ferreoli tredecim; regula denique S. Columbani io decem tantum capita digesta est. Ex quibus patet horum Patrum institutiones monasticas vere ac rigorose regulas ouocupandas esse, non minus quam Augustinianam nostram. Ridiculum enim esset

set asserere, ceteras monachorum leges esse constitutiones, Augustini vero statuta unice Regulæ nomen mereri. Frustra ergo Augustiniani scriptores insignia quæque Galliarum cœnobia nostræ genti asserunt, quod una tantum in Galliis ante Benedictinam S. Augustini regula regnaret.

Vereor tamen, ne Lerinensibus extra Augustinianæ reipublicæ confinia deportatis, tantum mihi invidiæ apud nostrates conflem, quantum sibi laudis alii comparasse putant, qui omnia Galliarum monasteria in rei nostræ censum satis confidenter retulere. Quare ne quid per me gens nostra detrimenti subeat, insulæ Lerinensis, ut queruntur, damna longe plurium in continenti coloniarum & quidem nobilissimarum accessione compensabo. Etenim Agaunenses monachos, qui sæculo quinto in Galliis exorti sunt, Augustinianos fuisse, non vana illa de unica in Galliis ea ætate S. Augustini regula vigente, sed ex eorumdem statutis, quæ universam Sancti Patris regulam ad verbum exhibent, solide evincam: indeque etiam insigne Iurensium monachorum institutum, ex quo Agaunenses derivarunt, eidem nostræ familiæ asseram. Ubi Rhodanus tenuior adhuc a fontibus ingenti aquarum fragore inter montium angustias in Lemanum lacum procurrit, brevior sane planities procul ab Octoduro alpium Graiarum urbe M. P. XII. aperitur. Agaunus incolis locus nuncupatur: ita enim saxum prisco vocabulo Galli appellabant. Locus exacte describitur in actis S. Mauritii ac Thebæorum militum, qui ibidem passi sunt: *Legio Thebæa præteriens Octodurense oppidum, ad locum cui Agauno nomen est, celeriter properavit, ut XII. millium spatio ab Octoduro separata necessitatem committendi sacrilegii præteriret. Agaunum accolæ interpretatione Gallici sermonis saxum dicunt. Quo in loco ita vastis rupibus fluminis cursus arctatur, ut commeandi facultate subtracta, constratis pontibus viam fieri itineris necessitas imperaret.* Undique tamen imminentibus saxis parvus quidem sed amænus irriguis fontibus campus includitur. In hac vero angusta planitie parvus vicus antiquitus exstructus fuit, quem Tornatam seu Tornanam incolæ appellarunt. In Itinerario Antonini distare legimus ab Octoduro *Tornadam M. P. XII*, ut plane intelligamus Tornatam apud Agaunum ædificatam. Ioseph Simlerus, qui Vallesiam diligentissime descripsit, libro primo hæc habet: *Sub Octoduro ad sinistram Rhodani hi viculi sequuntur Iuviana, Servantia, Verosa, mox Tarnadæ oppidum. Tarnadæ autem Antoninum secuti oppidum hoc nominamus: veterum plerique Agaunum nominarunt.* Quare Agaunum, & Tornata ex hoc solummodo distinguuntur, quod Agaunus situm, Tornata oppidulum inibi conditum significat. Celebre vero monasterium a Sigismundo Burgundionum Rege apud Tornatam exstructum tradit laudatus Simlerus: *Sigismundus rex Burgundionum Maximi Genevensis, Theodori Sedunensis, & aliorum Episcoporum oratione impulsus, eodem loco in honorem martyrum cœnobium celebre construxit: oppidulum Tarnadæ iuxta positum manibus ampliatis cœnobio coniunxit.* Scribit hoc ipsum eiusdem sæculi auctor Marius Aventicensis in Chronico ad annum 515. *Florentio & Anthemio Coss. monasterium Acauno a Rege Sigismundo constructum est.* Verum ex actis S. Severini abbatis Agaunensis seu Tarnatensis constat, insigne illud cœnobium ante annum quingentesimum exstructum fuisse. Nam cum Clodoveus Magnus Francorum Rex qui *iam per annos viginti quinque* regnarat, insanabili morbo laboraret, Tranquillinus medicus his regem alloquutus est: *Est sane in sacrosancto Agaunensium monasterio, ubi pretiosus Christi martyr Mauritius requiescit, abbas & sacerdos vir quidam moribus & vita laudabilis Severinus nomine* &c. cap. 1. num. 5. apud Bollandum die 11. Februarii. At Clodoveus circa annum 480. regnum indeptus est. Quare anno regni XXV. nempe circa annum 505. florebat Tarnatense monasterium sub Severino abbate. Præterea cum iussu Sigismundi Regis anno 515. S. Avitus Viennensis una cum collegis novam psallendi formam Tarnatensibus præscriberet, sacram concionem idem recitavit: cuius tantum titulum e Thuanis schedis vir diligentissimus Sirmondus pag. 158. S. Aviti epistolis ac poematibus inseruit. Est vero talis: *Homilia VII. dicta in basilica sanctorum Agaunensium in innovatione monasterii ipsius* &c. Ex quibus patet, non quidem eo anno Tarnatense cænobium primitus exstructum, sed iugis, nullaque umquam

hora interpolatæ psalmodiæ institutione sanctiorem in formam restitutum. De S. Hymnemodo, qui primus anno memorato 515. Tarnatense monasterium rexit, hocce fragmentum ex memorato codice exhibet Bollandus in prolegomenis ad vitam S. Severini: *Psallendi interim vel subsistendi regula instituta S. Hymnemodo, a cœtu Episcoporum qui illuc ad constituendum monasterium venerant, traditur*. Plerique tamen Tarnatense monasterium a Sigismundo Burgundionum rege fundatum existimarunt, quod ille & novis ædificiis auxit, redditibus locupletavit, iugique psalmodia instituta sanctius reformandum curavit. Sammarthani tomo 4. Galliæ Christianæ tabulas donationis ab eodem rege peractæ recensent, ubi & nobiles Episcopi qui interfuere, nominantur: sed de regula tunc vel veteri firmata vel nova inducta nihil asseritur.

De Tarnatensium seu Agaunensium monachorum regula hæc scribit vir eruditissimus *Haeftenus* tract. 5. disquisit. Monast. XI. *Qualis vero regulæ huius fuerit observantia, nusquam legere me memini.* Sed Lucæ Holstenii V. C. diligentia Tarnatensis Regula tamdem innotuit: illam enim una cum reliquis a Sancto Benedicto Annianensi collectis publicavit. Hunc titulum præfert: *Incipit regula monasterii Tarnatensis*. In tria & viginti capita digeritur, & S. Augustini regulam ad verbum exscriptam continet: quod Lectorum commoditati consulens paucis ostendo, eamdem cum Augustiniana, quo pacto utraque in capita ab Holstenio distincta fuit, conferendo. Caput XIV. regulæ Tarnatensis conflatur ex capite primo, secundo, & tertio regulæ Augustinianæ. Caput XV. Tarnatensium unit quartum, & ex parte quintum nostræ regulæ. Caput XVI. conformia tradit posteriori parti capitis quinti regulæ Augustinianæ. Caput XVII. est apud S. Augustinum sextum, ac septimi prior pars. Caput XVIII. reliquam septimi, & priorem octavi Augustinianæ regulæ reddit. Caput XIX. componitur ex nono, decimo, & undecimo laudatæ regulæ. Caput XXI. & duo priores versus capitis XXII. sub unico decimotertio Augustiniano continentur. At omissum est caput duodecimum regulæ Augustinianæ; quia inibi de lotio-

A ne in balneis agitur, quæ tempore S. Augustini omnibus etiam sanctioris instituti viris immo & feminis sanitatis servandæ gratia familiaris erat; sed paulo post apud monachos, dein apud reliquos Christianos obsolevit. Reliqua pars capitis eiusdem XXII. constat ex capite 15. & 16. itemque initio 19 Augustiniani canonis. Nam media tria capita Augustiniana, quod explicationes tantum visa fuerint capitis 15. consulto omissa fuere a Tarnatensibus. Caput XXIII. quod & postremum est regulæ Tarnatensium, exhibet ad verbum caput 20.
B 21. 22. 23. & 24. Augustinianæ regulæ, quo tamdem & ipsa concluditur. Volo hic tamen finem Tarnatensium Patrum apud Agaunum regulæ recitare. *Ut autem vos in hoc libello tamquam in speculo possitis inspicere, ne per oblivionem aliquid negligatis, semel in septimana vobis legatur. Et ubi vos inveneritis ea quæ scripta sunt facientes, agite gratias Deo bonorum omnium largitori: ubi autem sibi quisque vestrum videat aliquid deesse, doleat de præterito, caveat de futuro, orans ut debitum dimittatur, & in tentationem non inducatur.* EXPLICIT REGULA TAR-
C NATENSIS. Atque idem est Augustinensium Eremitarum regulæ terminus.

Prima capita regulæ Agaunensium monachorum, quæ in regula Augustiniana non reperiuntur, agunt de modo recipiendi tyrones, recitandi divinam psalmodiam, distinguendi horas precibus atque operibus destinatas, de quibus in Augustini regula siletur. Sed certum est, S. Patrem Africanis suis monachis illis etiam de rebus leges tulisse: nam cap. 4. ait: *Orationibus instate horis & temporibus constitutis*. Erant ergo & apud Au-
D gustinianos stata orandi tempora, quæ nobis specialibus decretis a regula distincta indicuntur. Rursus Augustinianos in Africa monachos antiquitus vitam manuum labore transegisse certum est. Quare quo omnis confusio tolleretur, debito in omnibus ordine servato, constat specialia statuta S. Augustinum de faciendo opere suis monachis præscripsisse; quæ tamen intercidere.

Ceterum ex laudata Tarnatensium seu Agaunensium regula duo colliguntur. Primum est, monasterium illud initio non fuisse clericorum regularium Augusti-

Augustiniensium, qui anno tantum 1150. ibidem primum apparuere, teste Bollando in Prolegomenis laudatis ad vitam S. Severini; ubi rem ex antiquis monumentis more solito nempe eruditissime ostendit §. 2. num. 20. Erant illi monachi Augustiniani ut plurimum parum literis exculti, rusticanis atque artificiosis operibus vitam transigentes. Nam cap. 8. regulæ hæc legimus: *Sedentes ad mensam, lectionem quæ legitur, cum silentio audiant, si vero defuerit persona lectoris, ad instar cibi sanctarum Scripturarum meditatio ruminetur*. Rarus ergo erat inter illos monachus literarum gnarus. B Additur ibidem: *Arator stivam tenens Alleluia cantet: sudans messor psalmis se avocet & dum palmitem curvum tondet vinitor falce, aliquid Davidicum canat. Hæc sint vestra carmina; hæc, ut vulgo aiunt, amatoriæ cantiones; hæc pastorum sibilus; hæc instrumenta culturæ*. Agriculturæ ergo plerique vacabant. Alii extra monasterium quæstum ibant. Nam cap. 11. scribitur *Ea quæ a fratribus colliguntur, summa cura pro Domini timore conservent*. Multi etiam artificiosis operibus deputabantur. Hinc cap. 7. hæc lex intimatur: *Ubi artifices operantur, absque suprascriptis personis nullus præsumat accedere*. C Alterum vero ex superius dictis colligitur, regulam illam observatam in monasterio Agaunensi ante annum 500. Nam cap. 9. tempus psalmodiæ peragendæ omnibus præscribitur: *Æstatis tempore Matutinis ex more completis, & Prima dicta, omnes opera quæ iubentur, assumant*. Item: *Post horam vero Nonam, aut in horto, aut ubi poscit utilitas, usque ad horam Lucernarii omnes in unum solatium commeabunt*. At postea anno 515. Sigismundo Burgundionum Rege adnitente in Agaunensi monasterio iugis die noctuque continuata, nec um- D quam interrupta psalmodia instituta fuit. Scribit Gregorius Turonensis de eodem rege libro 3. Hist. Franc. cap. 6. *Ille ad sanctos Agaunenses abiens per multos dies in fletu & ieiuniis durans veniam precabatur, psallentium ibi assiduum instituens*. Aimonius lib 3. de Gestis Francorum cap. 80. de Guntramno rege monasterium instituente ait: *Synodum LX. Episcoporum aggregari præcipiens, ut ordo psallendi qui in loco sanctorum Agaunensium temporibus Sigismundi regis ab Avito & ceteris Pontificibus illius temporis institutus fuerat, in*

A *cœnobio quod ipse fabricarat, teneretur, effecit*. Bona Agaunensi huic monasterio a Sigismundo Burgundiæ rege summa cum pompa anno 515 legata pridie Kalendas Maias præsentibus sexaginta Episcopis ac pluribus nobilibus legimus tomo 4. Sammarthanorum: ubi & plurima oppida illius cœnobii monachis data recensentur, ut plane artificioso opere illis vita deinceps nequaquam fuerit transigenda.

At cum Agaunenses monachi a Iurensibus, Lemano lacu inter utrosque stagnante, derivarint, atque eamdem isti paB riter Augustinianam regulam observavarint, nonnulla etiam de Iurensibus monachis subdenda sunt. Sanctus Romanus sanctioris vitæ desiderio actus in Iurenses saltus secessit, atque in loco *Candedescone* vulgo nuncupato primum in Sequanorum Gallia monasterium erexit. Situm exacte describit anonymus Iurensis monachus in vita S. Romani apud Bollandum die 28. Februarii, ubi capite primo ait: *Ante* (Romanum) *nullus omnino monachorum intra ipsam provinciam religionis obtentu, aut solitariam, aut consortialis observantiæ sectatus est vitam*. RoC manum secutus est in eremum Lupicinus eiusdem frater: cuius vitam idem anonymus scripsit, & habetur apud Bollandum die 21. Martii. Baronius, ac Tinellus utriusque monachatum recensent anno 465. integri sæculi metachronismo; cum certum sit Romanum ante annum 444. plura monasteria in vicinis regionibus per discipulos condidisse. Scribit anonymus cap. 1. num 5. *Cœperunt exinde venerabilia Patrum examina velut ex referto apum alveario Spiritu Sancto ructante diffundi, ita ut non solum Sequanorum provinciæ loca secretiora, verum* D *etiam territoria longe lateque spatiis distincta terrarum divinæ sobolis diffusa gratia monasteriis atque ecclesiis repleri*. At capite postea sequenti idem de Romano addit: *Audita namque memoratorum fama, S. Hilarius Arelatensis Episcopus missis in causa cleriçis beatissimum Romanum haud longe sibi a Vesontionensi urbe fecit occurrere*. Quod tunc contigisse notat, cum Hilarius Celedonium Episcopum Vesontionensem deposuit quæ depositio accidit anno 444. ut ex literis S. Leonis Papæ, & ex scriptore vitæ S. Germani ostendemus inferius cap. 11. Fuere ergo illi sancti

ſancti fratres coævi Hilario Arelatenſi, qui anno 449. ad ſuperos tranſiit. Aliam chronologicam notam ſubiiciam ex vita S. Lupicini cap. 3. num. 8. ubi de eodem hæc ſcribuntur: *Hic namque aliquando, quod longævos forſitan meminiſſe non ambigo, magnam ac miram abſolutionem fide dicta amico orans in monaſterio, vincto in ergaſtulis præſtitit Romæ. Vir quondam illuſtris Agrippinus ſagacitate præditus ſingulari, atque ad dignitatem militiæ ſæcularis Comes Galliæ a Principe conſtitutus, per Ægidium tum magiſtrum militum callida malitioſaque apud Imperatorem arte fuerat obſcuratus, eo quod Romanis faſcibus lucens barbaris procul dubio favere, & ſubreptione clandeſtina provincias a publica niteretur ditione deiicere*. At Ægidii & Agrippini tempus pluribus chronologicis notis Idatius in Chronico illuſtrat. Hæc enim habet iuxta editionem Sirmondi olympiade CCCXI. *Agrippinus Gallus & Comes & civis, Ægidio Comiti inſigni inimicus, ut Gothorum mereretur auxilia, Narbonam tradit Theudorico*. Annum vero ait fuiſſe ſextum Leonis Orientis Imperatoris, & alterum Severi qui in Occidente regnabat, Æra Hiſpanica D. quo anno VI. Nonas Martias ab occaſu ſolis luna defecit feria ſexta. Eſt annus omnino 462. quo a 26. Ianuarii currebat ſextus Leonis, & die 19. Novembris ſecundus Severi inchoabatur, cum ſecunda dies Martii incidit in feriam ſextam Cyclo Solis XXIII. Lunæ VII. lit. G. qua die exeunte contigit eclypſis, quam erudite exponit Petavius lib. 8. de Doct. temporum pag. 846. Scribit etiam Marius Aventicenſis. *Baſilio & Bibiano. His Coſſ. pugna facta eſt inter Ægidium & Gothos* &c. Fuit annus 463. Anno vero ſequenti Ægidium obiiſſe Idatius illius temporis ſcriptor affirmat, nobilibus etiam caracteribus eumdem annum demonſtrans, quod eſſet ſeptimus Leonis, quando XIII. Kal. Auguſti feria ſecunda ſolis eclypſis accidit ab hora tertia ad horam ſextam. Et quidem anno 464. Leonis ſeptimo die 20. Iulii feria ſecunda Cyclo Solis 25. Lunæ 9. lit. E F. contigit plenilunium, fuitque eclypſis hora 7. 52′. 32″. quam laudatus Petavius pluribus deſcribit. Ex quibus patet, difficulter cum iis componi quæ ceteri omnes ſcriptores de Ægidio narrant, nempe anno 461. ex magiſtro militum a Francis, electo

A Chilperico, regem electum, plenoſque octo apud eoſdem annos regnaſſe. Ex his ergo conſtat, Lupicinum anno 462. monaſticam vitam egiſſe. At Baronius legens in libro Gregorii Turonenſis, Lupicinum cum Chilperico Burgundionum rege locutum, id de Chilperico qui in Gallia regnabat anno 565. intellexit. At ille Chilpericus fuit filius Gundiochi Burgundionum regis, cuius filia circa annum 490. Clodoveo nupſit ex Fredegario & Gregorio Turonenſi tomo 1. Cheſnau. Et quidem ex actis S. Lupicini die 21. Martii cap. 3. habemus, eum-
B dem ab audaci viro ac petulanti coram Chilperico mendacii reprehenſum, quod ante decem annos Romani apud Sequanos imperii excidium prædixiſſet, nondum *in nullo rei triſtis probatione firmata*. Unde illa prædixit Lupicinus ante annum 446. nam anno 456. ſcribit Marius Aventicenſis: *Iohanne & Varane Coſſ. Eo anno Burgundiones partem Galliæ occupaverunt, terraſque cum Galliæ Senatoribus diviſerunt*. Ex his deduco, ante annum 456. colloquium illud inter Ægidium magiſtrum militum & Agrippinum S. Lupicino præſente, quod pluribus monachus
C Iurenſis ſæpe laudatus deſcribit, contigiſſe: nam poſt illum annum Romani duces tota Gallia Sequanica excluſi fuerunt. Hæc diligentius proſequutus ſum, ut tempus quo anonymus ille vitas Romani, Lupicini & Eugendi abbatum Iurenſium exaravit, intelligatur: id enim noſtro inſtituto plurimum congruit. Etenim cum dicat, *longævos* citra dubium meminiſſe eorum quæ de Agrippino a Lupicino liberato narrabat, circa annum quingenteſimum ſe illa ſcribere oſtendit: annis enim quatuor fere ac quadraginta elapſis, recte ſeniores in te-
D ſtes appellare poterat. Ex hucuſque dictis colligitur, minus recte celebres illos Iurenſium monachorum Patres martyrologio Benedictinæ familiæ inſertos, cum integro ſæculo ante S. Benedictum floruerint.

His ergo de tempore Iurenſium monaſteriorum ſtabilitis, probandum nobis eſt, hos ipſos Auguſtinianam Tarnatenſium ſeu Agaunenſium regulam coluiſſe. Nullus autem melior teſtis adduci poteſt quam Iurenſis monachus, qui in præfatione vitæ S. Romani ad Iohannem & Armentarium monachos Tarnatenſes

hæc

hæc habet: *Quamvis ergo Agaunus vester Gallico priscoque sermone tam primitus per naturam, quam nunc quoque per Ecclesiam veridica præfiguratione Petri petra esse dignoscitur, agnoscat tamen caritas vestra, & inter pinoas abiegnasque Iurensium sylvas ipsam quondam a psalmographo in campis sylvæ mystica significatione repertam, quæ nunc inibi a sanctis fratribus, sublato iam præfigurationis ænigmate, pedissequa stabilitate calcatur*. Monastica ergo regula apud Tarnatensium Agaunum culta, in Iurensi monasterio prius observari cœpta fuit, indeque Agaunum portata. Rursus idem monachus in fine vitæ S. Eugendi abbatis Iurensis scribit apud Bollandum die 1. Ianuarii: *Instituta quoque, quæ de formatione monasterii nostri Agaunensis cœnobii Sancto Marino presbytero insulæ Lerinensis abbate compellente digessimus, desideria vestra tam pro institutionis insignibus quam pro iubentis auctoritate, Christo opitulante, luculenter explebunt*. Erant ergo eiusdem instituti Augustiniani eremitæ Iurenses & Agaunenses seu Tarnatenses, ut pote sub eamdem S. Augustini regulam adacti: unde laudatus monachus Iurensis Agaunense monasterium *nostrum* iure optimo nuncupavit.

Arbitror Augustinianos meos mecum minime conquesturos. Nam licet Lerinenses alterius a nostro instituti fuisse ostenderim, Iurenses & Tarnatenses monachos in nostræ reipublicæ censum retuli; quorum colonias longe lateque per Galliam propagatas fuisse non modo anonymus ille oculatus testis asseruit, verum etiam Gregorius Turonensis in libro de Vitis Patrum cap. 1. Sed anonymi verba plane repetenda sunt: *Cœperunt exinde venerabilia Patrum examina velut ex referto apum alveario Spiritu Sancto ructante diffundi, ita ut non solum Sequanorum provinciæ loca secretiora, verum etiam territoria longe lateque spatiis distincta terrarum, divinæ sobolis diffusa gratia, monasteriis atque ecclesiis repleri*. Initio quidem hi monachi in cellulis hinc inde per Condadesconensem saltum dispersis habitabant (mandræ divisæ illæ mansiones Syris vocabantur): at Romanus, cum eremitarum numerus excrevisset, in cœnobium colligendos eosdem duxit. Audiatur anonymus cap. 14. num. 21. *Iste etiam refutato Archimandritarum more, utilius omnes univit in medium: destructis namque mansionum ædiculis, uno cunctos se-*

A *cum xenodochio quiescere fecit, ut quos etiam causa unitæ refectionis una claudebat ædicula, discretis quoque lectulis una ambiret & mansio*. Quo anno Iurenses eremitæ Augustiniani esse cœperint, incertum est. Paulo post S. Augustini obitum, qui anno 430. contigit, eorumdem initia recensenda esse videntur. Etenim anno 444. quando Hilarius Arelatensis Romanum ac Lupicinum ad se evocavit, iam plura per universam provinciam monasteria condiderant. Sexennium circiter cœnobiorum propagationi dandum est. At antequam Lupicinus ad Romanum
B se conferret, monasticam cum fratre vitam instituturus, iam plures in eremo annos Romanus exegerat, scribente anonymo cap. 2. num. 4. *Cum ergo in supradicto loco multo iam tempore prisci imitator Antonii Romanus vita frueretur angelica*, (Lupicinus) *germanitate minor* illuc ad fratrem se contulit. Octennium ad minus dandum est, ut multum temporis effluxisse dicatur. Romanus quinque & triginta annos natus in eremum secessit: eumdem vero anno 456. non amplius superstitem fuisse credo. Nam Lupicinum cum Hilperico Patritio, Agrippino Co-
C mite, & Ægidio magistro militum pro suorum monachorum aliorumque negotiis egisse, idem scriptor testatur. Lupicinus post Romanum monachos rexit, cui S. Eugendus successit; qui septem vix annos natus Romano a genitoribus oblatus fuit: de qua re legendus anonymus c. 4. de Vita Romani. Quare ante annum 436. Eugendus trigesimum ætatis annum exegerat, qui cum annos vixerit sexaginta quinque, obiit circa annum 490. Anonymus vero ille Iurensis, qui trium illorum abbatum vitam descripsit, morienti Eugendo se adfuisse te-
D statur.

Tarnatensem regulam sæpe laudat S. Benedictus abbas Anianæ in Concordia Regularum; longiores etiam ex eadem sententias exscriptas suæ collectioni inseruit cap. 2. §. 5. cap. 31. §. 18. cap. 43. §. 16. & 17. ubi Augustinianæ regulæ verba leguntur: quod etiam patet ex cap. 47. §. 11. & 59. §. 4. & cap. 61. §. 12. Hugo Menardus in præfatione commentariorum ad Collectionem S. Benedicti Anianensis de regula Tarnatensi scribit: *Quædam sumit a regula Sancti Augustini*. Sed vir eruditus Tarnatensem

regulam nondum ab Holstenio editam non viderat: nam plane constat ex recitata superius collatione universam S. Patris regulam Tarnatensi illi insertam.

CAPUT IV.

Theodoti Patriarchæ Antiocheni, ac Theodori Mopsuesteni obitus. De Theodoti synodo contra Pelagianos. Praylus Antistes Pelagium Hierosolyma exturbat. Nestorius novus Antistes Constantinopolitanus.

AD Pelagianos iterum redeo, unde instituta de Lerinensium monachorum initiis ac sacris legibus dissertatio parumper averterat. Etenim ex Gallia in Ciliciam Theodori Mopsuesteni obitus vocat; non ut illi quidem sacras inferias faciamus, sed ut Pelagianorum patroni, & Nestorianorum magistri sepulchrum anathemate signemus. Post illos quinque libros, quos ab eodem contra D. Hieronymum præsertim scriptos fuisse diximus lib. 1. cap. 9. num aliquid ille postea eadem in causa ediderit, mihi prorsus incompertum est. Quo tempore mortuus sit, designat Theodoretus in calce Historiæ ecclesiasticæ: *Eo vero tempore*, inquit, *quo Divus Theodotus Antiochenam ecclesiam regebat, moritur Theodorus Episcopus Mopsuestiæ*. At Theodoti tempus non omnibus certum est. Baronius ad annum 411. num. 69. eo anno Theodotum Alexandro suffectum scribit, ac post sexdecim annos obiisse anno 427. Consentit in Chronologia reformata in tabulis Patriarcharum Antiochenorum Ricciolius. Meus Panvinius in Chronico ecclesiastico Theodoti tempus intra annos 420. & 424. contrahit, & quidem usque ad annum 424. Theodoti vitam protrahit P. Lupus in notis ad collat. 5. synodi V. ubi de Theodoreto agit. Sed nulla ex recitatis sententiis nobis probari potest: nam neque ad annum 411. Theodoti episcopatus retrahendus est, & plane ultra 424. producendus. Theodoretus, qui magnam vitæ partem Antiochiæ exegit, quive historiam finivit, *exitu*, ut ait, *laudatissimorum virorum Theodori ac Theodoti mortis*, dubium solvet. Is in vita Zenonis anachoretæ hæc scribit: *Cum primum enim*

A *Imperator Valens fuisset de medio sublatus, militare deposuit cingulum, ac prope Antiochiam se contulit*. At Valens a Gothis victus occubuit Valente VI. ac Valentin. II. Coss. ex Marcellino, Idatio, aliisque nempe anno 378. die IX. mensis Augusti. Zeno vero ex milite eremicola quadraginta & amplius annos austeram vitam duxit. Eum Theodoretus visitavit miratus, quod *in tam profunda philosophia tanta esset modestia ac moderatione vir senex: quadraginta enim annis perpetuis versans erat in monastica exercitatione*. Itaque attigit annum 418. Postea recen-

B set Theodoretus quid cum Alexandro Episcopo idem Zeno egerit his verbis: *Accersito itaque civitatis Antistite, (is autem magnus erat Alexander* &c. *Quoniam iubeor migrare ex hac vita, te earum* (sc. facultatum quas intestatus olim reliquerat) *constituo dispensatorem, qui es & Pontifex, & pontificatum ex lege optime geris*. Itaque Alexander ultra annum 418. fuit Episcopus Antiochenus. Extat epistola Theodoreti ad Dioscorum, in qua egregie anni Theodoti Episcopi traduntur: *Sex enim*, inquit, *annos ibi ego docens tempore beatæ mem. Theodoti Antio-*

C *cheni Episcopi, qui tum vitæ splendore polluit & fulsit, tum etiam divinorum dogmatum cognitione. Alios deinde tredecim annos tempore B. Iohannis* &c. *Præter hæc iam septimus agitur annus, quo Deo dilectissimus Archiepiscopus Domnus sedit*. Baronius ad annum 444. num. 19. eo anno contendit scriptam a Theodoreto illam epistolam; sed plane scripta est anno 447. cum post biennium depositus fuerit Domnus in pseudo-synodo Dioscoriana, cum sedisset annos novem.

Refert Photius codice 52. epistolam Sisinnii C. P. & Theodoti Antiocheni

D ad Episcopos Pampbiliæ cum hac inscriptione: *Sisinnius ac Theodotus & universa S. Synodus, quæ Dei gratia in magna urbe Constantinopolitana coacta est consecrandi gratia Dei amantissimi Episcopi Sisinnii*. At Sisinnius consecratus est Episcopus post obitum S Attici anno 426. die 28. Februarii ex Socrate lib. 7. cap. 26. Ex his moritur Theodotus anno 427. Sisinnio Constantinopoli sedente, qui nondum biennio exacto 24. Decembris Hierio & Ardabure Coss. anno eodem 427. decessit. Hinc Photius codice 31. agens de Theodoreto mortuum Theodotum scribit,

scribit, *quando Constantinopoli sacrorum Antistes Sisinnius fuit*. Anno ergo 421. mortuo Alexandro sacris Antiochenorum præsidere cœpit Theodotus: nam sex illos tantum annos in ea sede vixisse ex Theodoreto colligitur. Neque quis reponat, Theodoretum sex illos tantum annos Theodoti numerasse, quibus eodem Antistite viveote in Antiochena ecclesia catechesim ipsemet docuit, quasi antea sederit ibidem Theodotus, cum nondum Theodoretus Antiochiæ sacras literas explanaret. Nam scribit superstite adhuc Alexandro se ad Zeoonem visitationis officia persoluturum venisse, a quo cum benedictionem peteret discessurus, *illo recusabat*, inquit, *se ipsum privatum quidem, non autem milites appellans: tunc enim sacros codices legebam populo Dei.* Quare etiam sub Alexandro sacras literas Theodoretus ioterpretabatur.

Inter cetera, ob quæ idem Theodotus nobis commendandus venit, reponenda est synodus, quam contra Pelagianos celebravit: cuius rei tamen habemus lucolentissimum Marium Mercatorem in Commonitorio ad Theodosium iuniorem, cuius verba antequam referam, res est altius repetenda. Cum Pelagios Hierosolymis a Iohanne Episcopo absolutus fuisset, tamquam ab omni hæresi immunis, catholici id ægre ferentes ad Eulogium Cæsareensem Antistitem totius Palæstinæ Primatem appellarunt. At ille Diospoli provinciæ synodum coegit, qua Pelagius subdola arte sese c...blicæ doctrinæ assertorem vend...ans, iterum absolotiooem suffi...atus fuit: de quibus lib. 1. cap. 7. & s. fusius diximus. Uti vero Hierosol...itanus Antistes Metropolitæ Cæsareensi suberat, ita hic Patriarchæ Antiocheoo totius Orientis supremo Exarcho subiectus erat; ad quem quæcumque causa tum Hierosolymis tum Cæsareæ iudicata, iterum iudicanda referri poterat. Scribit ista diserte Hieronymos in epistola adversus errores Iohannis Hierosolymitani: *Ni fallor*, inquit, *hoc tibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsareensem Episcopum referre debueras, cui spreta communione tua communicare nos noveras, aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potius literæ dirigendæ.* Ex quibus patet error palmaris Hincmari ac

A Theodori Balsamonis existimantium ex septimo canone Nicæno Hierosolymitanom Episcopum erectum in Primatem aut Patriarcham. Inde enim solummodo primus aidem post Metropolitam Cæsareensem locus deceroitur: io synodo eoim Diospolitana anno 415. primo loco tamquam Præses sedit Eulogius Metropolita Cæsareensis, eoi proximus venit Iohannes Hierosolymitanus, ut patet ex S. Augustino lib. 1. con. Iul. cap. 5. & 7. Iuvenalis, qui tertius a Iohanne memorato Hierosolymitanam ecclesiam rexit, a Cæsareensis Metropolitæ iure primum

B se subduxit. Cum ergo Pelagius rectæ fidei professor a Iohanne Hierosolymitano, iterumque ab Eulogio Metropolita Cæsareensi iudicatus fuisset, ad Theodotum totius Orientis Patriarcham appellationem iterum orthodoxi interposuere: ille vero coacta Aotiochiæ syoodo Pelagium uti hæreticum lata sententia damnavit. Audiatur Mercator: *adhuc etiam Hierosolymis constitutus Pelagius accusatus apud synodum, & prius quidem tergiversando ambiguis quibusdam se professionibus tegens, & prosequens dubia vel respondens, illam tunc videtur Episcoporum au-*

C *dientiam delusisse. Sed postmodum evidenter deprehensus, insistentibus accusatoribus a posteriore synodo, cui sanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præsedit Episcopus atque directus, a sanctis quoque ac venerabilibus Hierosolymorum locis est detrusatus, eiusdemque sancti Theodoti ad reverendissimum urbis Romæ Episcopum, & sanctæ recordationis Prayli Hierosolymitani Episcopi missa rescripta testantur; quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus.* Ex quibus liquet Praylum, qui anno 417. ad Innocentium Papam pro Pelagio literas miserat, eiusdem postea erroribus, quos

D hæreticus mille fucis dudum obduxerat, probe cognitis, illum ex Hierosolymitana diœcesi expulisse. Hæc vero ab anno 421. qoi acceptæ a Theodoto sedis primus numeratur, contigere. Quo se Pelagius inde eiectus receperit, incertum est.

Sedente Antiochiæ Theodoto Theodorum Mopsuestenum magnum Pelagiaoæ sectæ patronum extremum diem clausisse, ex Theodoreto proxime laodato diximus: quoto vero aooo sexennii, quo vixit Theodotos Patriarcha, obierit Theodorus, non constat. Satis probabiliter ex memorato scriptore deducitur,

A decessisse Mopsuestenum prope annum 427. nam scribit se historiæ finem imponere *exitu laudatissimorum virorum Theodori ac Theodoti mortis*; ut palam fit, eodem fere tempore utrumque vivendi finem fecisse.

Vixit Theodorus Mopsuestenus, teste eodem Theodoreto, in episcopatu annos triginta sex. Ingenio fuit adeo fœcundo, ut decem mille eumdem libros exarasse testatus sit Iohannes Antiochenus in epistola ad S. Cyrillum: *In episcopatu defunctus, agonibus autem adversus Arianos & alios hæreticos decem millibus per omnem suam vitam decoratus est*. Hoc B postea schismatici, qui contra V. synodum pro Theodoro conspirarunt, solebant plenis buccis exaggerare: unde sunt illa eosdem corrigentis S. Pelagii Papæ verba in epistola ultima ad Episcopos Histriæ: *Ecce quales plusquam decem millia librorum Theodorus scripsisse perhibetur. Pensate quæso, si non tanto acriora tormenta promeruit, quanto pluriora conscripsit.* Multæ sane hæreses ex illius libris referuntur collat. 4. synodi V. ac in constituto Vigilii Papæ. Ibi inter cetera docet: *Adam mortalem factum communi ceteris belluis conditione*: quæ capitalis hæ- C resis Pelagii fuit. Vidimus Pelagium suos discipulos secreto docuisse, multumque curasse, ne ipsius dogmata in vulgus propagerentur. Laudata sunt verba S. Hieronymi in epistola ad Ctesiphontem contra Pelagium: *Nosti enim quid intrinsecus discipulos tuos doceas, aliud ore commemorans, & aliud celans conscientia; nobisque alienis & indoctis loqueris per parabolas, tuis autem mysteria confiteris*. Eadem arte usus est Theodorus: de quo hæc scribit Rabbulas Metropolita Edessenus ad S. Cyrillum: *Alios autem laqueos in scriptis ponebat, qui in principiis* D *quorumdam eius codicum anathemate circumcludebat inspicientem, non manifestare aliis scripta sua*, collat. 5. synodi V. Hunc Rabbulam laudat eximie Cyrillus, & plura de eo dabimus alibi. Ceterum tanta librorum Theodori multitudo non ad paucitatem, sed ad nihilum fere redacta est, illos persequentibus Imperatorum edictis. Nusquam tamen peius locutus est quam in postremis scriptis de Incarnatione. Audiatur Hesychius Hierosolymitanus in ecclesiastica historia hæc de Mopsuesteno memoriæ prodens: *Senectute iam cana debilitatus, sed minima pietatis scintilla, si qua forte in eo fuisset, inveterata, libros componere adversus Domini Dei apparitionem præsumpsit*, in synodo V. memorata. Plures vero eo de argumento libros scripsisse patet: nam illius errores synodus produxit *ex libro quartodecimo de Incarnatione*. In his Nestorianam ac Pelagianam hæresim tradidit. Docuit enim loquit Hesychius, *Hunc non incarnatum Verbum, sicut evangelicis vocibus edocti sumus, sed hominem per vitæ provectionem & passionum perfectionem coniunctum Deo Verbo*. Plus sane nocuit Theodorus mortuus, quam vivens. Nam superstes quidem unus tantum insertis sui libris erroribus Ecclesiæ non modicam perniciem intulit; at mortuus mille doctissimorum Patrum dexteras pro ipsius nomine defendendo armavit, synodos synodis obiecit, atque in quæstione facti Apostolicam Sedem a se ipsa dissentientem fecit, uti fusius altero volumine.

Ne ob Theodori mortem strenuo patrono amisso Pelagiani animos desponderent, Nestorius eorumdem patrocinium suscepit anno 428. Theodosii Imperatoris opera Ecclesiæ C.P. præfectus. Etenim cum ante biennium mortuo Attico ingentes in urbe regia tumultus fuissent, nonnullis Philippum, multis Proclum, pluribus Sisinnium in Antistitem postulantibus, Imperator Sisinnio, qui tunc ceteris prælatus fuerat, post biennium defuncto, ab Antiochena ecclesia Episcopum petiit, unde olim a patruo Iohannes Chrysostomus adscitus fuerat; cumque Nestorius in ore omnium versaretur, idem C.P. Antistes electus fuit. Hic Theodori Mopsuesteni dudum fama permotus ad eumdem se contulerat, a quo & prava doctrina imbutus fuit, scribit hæc Evagrius Epiphaniensis lib. .. cap. 2. *Apud Theodorum in Mopsuestia degens Nestorius, audita illius doctrina, pietatis naufragium fecit*. Hinc S. Cyrillus non uno loco Nestorio obiicit, quod Theodorum magistrum audiverit. In epistola ad Acacium Melitenum ait: *Nec enim Theodorus Nestorii fuit discipulus, sed iste illius, & velut ex uno loquuntur ore, & unum malæ doctrinæ ex suo corde evomunt venenum*. Longe vero peius de Christo Domino Theodorum, quam Nestorium sensisse, idem Cyrillus testatur in epistola ad Clericos & Lamponem: *Transilientes autem*,

Anno CCCCXX

autem, ait, *ad Theodori codices de Incarnatione factos, in quibus multo peiores Nestorii blasphemiis positæ sunt. Pater enim fuit Nestorii perfidiæ* &c. Nestorium ex *Germania oriundum* scripsere Ripamontius lib. 6. Hist. ecclesiæ Mediolanensis, Ricciolius tomo 3. Chronol. refor. par. 3. in catalogo hæreticorum, & collectores Concil. edit. regiæ in notis ad Ephesinam synodum, aliique: sed errant, nam Germaniciæ natus fuit teste Socrate lib. 7. cap. 29. de qua urbe scribit Theodoretus lib. 2. cap. 25. *Germanicia urbs sita est in finibus Cilicum, Syrorum, & Cappadocum, censeturque in Euphratensi provincia*. In Itinerario Antonini plures viæ recensentur a Germanicia usque Edessam, & in synodo Calchedonensi actione 3. publico Patrum nomine cum quibusdam aliis missus fuit ad vocandum Dioscorum Alexandrinum *Iohannes Germaniciæ civitatis Orientalis*. Ceterum Nestorius suis coloribus affabre exprimitur a Theodoreto ipsius quondam defensore in epistola ad Sporacium: *Fusca veste indutus, tristis incedens, strepitus forenses declinans, pallore corporis continens videri affectans, libris domi ut plurimum incumbens, & quiete secum habitans. Hoc habitu & hac simulatione populum inescans, magnam ætatis partem transegit, Christianus potius videri quam esse studens*. Nestorius eadem die, qua consecratus est Episcopus, quæ fuit Kal. Aprilis Felice & Tauro Coss. per Anastasium presbyterum, quem Antiochia secum adduxerat, universam regiam urbem pro concione turbavit, dicente discipulo, Virginem nequaquam Deiparam posse appellari. Ea vero die Nestorium inauguratum Antistitem scribit Liberatus Diaconus cap. 4. sui Breviarii. Socrates autem tradit die 10. Aprilis eumdem consecratum, ut dicemus cap. 24. Porro si Kalendis Aprilis consecratus fuit, cum eo anno 428. Kalendæ Aprilis inciderint in diem Dominicam Cyclo Solis XVII. Lunæ XI. lit. A G. videtur ecclesia C P. quod diem attinet, in consecrandis Episcopis cum Romana convenisse. Nam Sisinnius anno 426. die 27. Februarii, Maximianus vero anno 431. die 25. Dominica die consecrati sunt. Unde Nestorius qui inter utrumque sedit, eadem die resurrectionis Domini ad sacrum thronum evectus videtur. Nestorius tamen peccatum o-

A riginale fatebatur; in quo a magistro Theodoro discessit: unde Cælestinus hæc ad eumdem perscripsit: *Legimus, quod de originis vitio recte sentias, quodque naturam ipsam culpa obstrictam non neges, & quod eam tamdem exactum debitum iuste exsolvere doceas, quod a debitrice generatione ortum trahit*. Et ex hac parte contra Pelagianos stetit. Num vero senserit, purum hominem ingenitis naturæ viribus, an vero divinæ gratiæ auxiliis fultum, meruisse affectivam unionem cum Verbo, in medio relinquo. Scribit de Nestorianis Photius Cod. 54. *Asse-* B *runt, quandoquidem nostræ Christus naturæ fit particeps factus, & Deus omnes homines similiter salvos fieri velit, unumquemlibet etiam per arbitrii libertatem proprium peccatum corrigere, & Deo dignum se facere; idcirco non genitum esse Verbum, sed eum qui ex Maria natus est, ob naturalis voluntatis dignitatem habuisse Verbum concomitans cum sola ista nobilitate, & eadem appellatione communicaret eum ratione filiationis*. Quare Nestorii discipuli Pelagianum dogma sorbuerunt, magistro interim palam Pelagii paradoxa non adstruente. Hic enim ex literis Zosimi ad Alexan- C drum Patriarcham Antiochenum, itemque ex synodo Theodori eiusdem urbis Antistitis, cui & ipse tunc presbyter interfuit, eadem damnata cognoscebat.

CAPUT V.

Semipelagiani ab Augustino & Prospero confutati. Quam honorifice uterque de eisdem loquatur. Germanus Antisiodorensis, ac Lupus Trecensis a synodo Gallicana in Britanniam D *contra Pelagianos delegantur.*

INterea Semipelagiani in Galliis, ducibus Cassiano ac monachis Lerinensibus, sententiam S. Augustini de gratuita prædestinatione tum ad fidem tum ad gloriam acerrime insequebantur. *Anno ccccxxix* Passim cuncti in illorum sententiam pedibus ibant, atque ubique Augustinus uti novorum dogmatum assertor traducebatur. Nam ut scribit Prosper, Augustini libros contra Pelagianos editos non in omnibus recipiebant, sed *contrarium putabant Patrum opinioni & ecclesiastico sensui, quicquid eis de vocatione electo-*

rum

rum secundum Dei propositum disputaverat. Delaro vero in Gallias anreo S. Doctoris libro de Correptione & gratia, quo Africanos Semipelagianos Adrumeti exorientes suffocaverat, novis veluti plagis percussi hostes aversiores longe evasere. Eorum sententiam ita describunt Prosper & Hilarius in literis ad Augustinum: Prædestinationem ante prævisa merita ex mero Dei beneplacito, & lapsis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem teporis afferre, eo quod utraque parte superfluus sit labor, si neque reiectus in gloriam ulla industria possit intrare, neque electus ulla negligentia inde possit excidere: removeri omnem industriam, tollique virtutes, si eo pacto divina constitutio humanas præveniat voluntates; ac sub prædestinationis nomine fatalem necessitatem induci: posse homines propriis viribus quærendo, pulsando, petendo divinam opem promereri: paratam omnibus æqualiter salutem, quantum ad Deum pertinet, at ab his apprehendi, qui Deo sponte crediderint, & auxilium gratiæ merito credulitatis acceperint. Postremo moleste ferebant ita dividi ab Augustino donum perseverantiæ, quæ tunc primo homini data est, vel nunc omnibus datur, ut ille acceperit perseverantiam, non qua fieret, ut perseveraret, sed sine qua per libetum arbitrium perseverare non posset; nunc vero sanctis ad regnum prædestinatis non solum dari illud adiutorium, sine quo perseverantes esse non possint, sed tale ut non nisi perseverantes sint. Hæc illis sententia stabat. Sed non deerant in Galliis, qui Augustini, immo divinæ gratiæ partes adversus Semipelagianos defendendas susciperent. Horum princeps fuit Prosper Aquitanus, qui in Europa Africani nostri Doctoris veluti vices sustinens, unum se universis hostibus opposuit, ac lucnlentissimis scriptis eorumdem furorem non semel compescuit. Huic socium se dederat Hilarius Augustini quondam in Africa discipulus, qui vulgo Arelatensis dictus est: sed an ab aliquo, qui cum eiusdem nominis Episcopo Arelatensi illum confuderit, ea illi patria data sit, in incerto est. Quantos vero Augustinus in Galliis sectatores habuerit, non una videtur Prosperi sententia. Etenim in epistola ad Augustinum paucos sane illos

A fuisse testatur his verbis: *Nec facile quisquam præter paucos perfectæ gratiæ intrepidos amatores tantis superiorum disputationibus ausus est contraire*. Alibi vero in epistola ad Rufinum Augustini sectatores plurimos fuisse scribit: *In his ipsis locis, in quibus adversus eum* (nempe Augustinum) *querimonia concitatur, esse propitio Deo plurimos, qui ad perceptionem evangelicæ apostolicæque doctrinæ saluberrimis eius disputationibus imbuuntur, & quotidie in membris corporis Christi, in quantum ea ipse multiplicat, dilatantur*. Plurimi S. Doctoris sententiam sequebantur, qui tamen
B cum iis qui eamdem reiiciebant, comparati, pauci censebantur: adeo Cassiani sectatorum opinio prævalebat. Sane Prosper adversariorum Augustini auctoritate, atque vulgari de eisdem opinione pæne se obrutum fatetur in epistola ad Augnstinum. Ita ibi loquitur: *Possumus quidem ad credendum esse constantes, sed ad auctoritatem talia sentientium non sumus pares: quia multum nos & vitæ meritis antecellunt, & aliqui eorum adepto nuper summo sacerdotii honore supereminent*. Quibus plane designat Hilarium monachum Lerinensem nuper electum Episcopum Are-
C latensem. Prosper vero ac Hilarius inito consilio Augustinum de iis, quæ contra ipsum adversarii in Galliis mnliebantur, certiorem per literas reddendum decrevere: idque sine mora exsecuti sunt. Literarum compendium in fine præsentis capitis dedimus: leguntur vero epistolæ utriusque præfixæ libro de Prædestinatione Sanctorum tnmo septimo. Hasce literas Baronius scribit datas anno 426. ad quem Vossius etiam accessit lib. 6. Hist. Pelag. thesi 14. & nuper Alnysius Torellus in Sæculis Aug. ad
D eumdem annum num. 39. Sed cum in literis Prosperi dicatur Hilarius Episcopus Arelatensis, qui anno 429 ineunte in illins urbis cathedra sedere cœpit, addatque idem Prosper adversariorum nonnullos *nuper* episcopatum adeptos, aperte eo ipso anno 429. datas non ambigimus. Verum aliunde etiam sententia illa reiicitur. Nam anno 426. S. Doctor libros Retractationum inchoavit; duos anno tantum sequenti 427. confecisse consentiente Baronio dictum est: postea quatuor libros Operis imperfecti contra Iuliannm scripsit, ac reliquorum operum retractationem, quam dum prosequitur,

literas,

literas hasce ex Gallia aceipit: quæ lib. 1. eap. 24. ipsius S. Doctoris testimonio confirmavimus.

Augustinus his acceptis, quæ per Galliam adversus suos libros publieabantur, intermissis ceteris, luculentissimam responsioem adornavit duobus libris distinctam, quos Hilario ac Prospero inscripsit. In horum primo quem *de Prædestinatione Sanctorum* nuncupavit, docet Semipelagianos caligare in quæstione de prædestinatione Sanctorum, nec recedere eos a Pelagii sententia, si humani arbitrii viribus initia fidei adscribant: incrementum certe eiusdem Deo dare superbiæ esse, quasi velknt priores sibi partes tribuere, posteriores Deo: nil novi se obtrudere, sed quæ Cyprianus atque Ambrosius ante docuerant, nempe fidem esse a Deo, quod se quoque olim negasse fatetur: prædestinationem ponere quidem, non autem supponere nostra merita: Deum adeo esse iustum in aliquibus tantum prædestinandis, ut etiamsi omnes ob originalis culpæ reatum a gloria exclusisset, nullo posset iure culpari: oeminem vel præmio affici a Deo, vel supplicio ob ea, quæ si diu vixisset, bona vel mala patrasset: prædestinationem sine meritis non solum aperte ex Apostoli epistolis deduci, verum etiam ex Christo Domino præclarissimo gratuitæ prædestinationis exemplari. In posteriori vero volumine, quod *de Dono Perseverantiæ* dictum est, tradit, perseverantiam in bono esse donum Dei: gratiam aliquibus a Deo dari, quia misericors est, aliis negari, quia iustus est: cur unus salvetur altero pereunte secretis Dei iudiciis reservari, id tamen evidenter in parvulis apparere: sententiam de prædestinatione sine meritis non evacuare correptiones, non torporem, non desperationem incutere: nihil se novi procudere, sed quæ dudum adversus Pelagianos in epistolis ad Xyxtum ac Paulinum Nolanum, & longe antea in quæstionibus etiam ad Simplicianum Episcopum Mediolanensem tradiderat: prædestinationem congrua ratione esse populis prædicandam: perseveraotiam usque in finem solis prædestinatis dari, quorum nullus perit, eorumdem numero apud Deum stabilito. Hæc quidem ille. Ceterum hisce duobus libris diu a Gallicanis Doctoribus contradictum

A est, donec tamdem ab Hormisda Papa laudati pari cum reliquis auctoritate ac reverentia excepti suot: de quibus suo inferius loco dicetur.

Dum hæc in Africa scribuntur, Prosper a Rufino viro amicissimo literas accepit, quibus quid contra ipsum atque Augustioum passim spargebatur, significabat. Prosper e vestigio eruditissimam epistolam reposuit. Illud erat calumoiarum compeodium: *Augustinum liberum arbitrium penitus submovere, & sub gratiæ nomine necessitatem prædicare fatalem. Adiicientes etiam duas illum humani generis mas-* B *sas, & duas credi velle naturas, ut scilicet tantæ pietatis viro Paganorum & Manichæorum adscribatur impietas.* Hunc Rufinum Gabriel Vasquez 1. p. disput. 91. c. 5. num. 74 spisso nimium errore accepit pro Rufino illo Aquileiensi, amicitia & odio postea in Hieronymum satis celebri. Hic enim iam ante viginti annos in Sicilia occubuerat. Ceterum ea in epistola Prosper totus in præconia sui Augustini effusus, eiusdem calumniatores sic perstringit: *Magna enim gloria sua humano generi consuluerint, si Augustinum ab errore revocaverint. Nisi forte modesti homines* C *novique censores magnorum prius meritorum seni honorabiliter & misericorditer parcunt, & securi quia libros eius nemo uspiam recipiat, conquiescunt; atque ignoverint, immo noverint non solum Romanam Africanamque ecclesiam, & per omnes mundi partes universos promissionis filios cum doctrina huius viri, sicut in tota fide, ita in gratiæ confessione congruere.* Ex his liquet laudatam epistolam scriptam esse vivente Augustino. Ibidem vero reprobans adversariorum sententiam de initio fidei ex viribus naturæ, illaque Apostoli, *Deus vult omnes salvos* 1. Timoth.
fieri congrua explicatione interpretatus, 2. 4.
D hunc epistolæ colophonem imponit: *Tu autem dilectissime & venerandissime mihi frater, si vere de his quæstionibus instrui desideras, sicut desiderare te convenit, ipsis Beati Augustini disputationibus cognoscendis impende curam, ut in confitenda Dei gratia defæcatissimam ac saluberrimam evangelicæ apostolicæque doctrinæ intelligentiam consequaris.*

Scire ramen ioterest, quam honorifice S. Augustinus ac Prosper de Semipelagianis locuti sint: non enim illos Augustinus hæreticos, sed fratres ac dilectores suos appellabat, atque inter catholicos numerabat, licet io aliquo ab ipso

dissi-

diſſiderent, nempe in aſſerenda gratuita
prædeſtinatione ſive ad fidem ſive ad
gloriam. Hinc in fine libri de Dono per-
ſeverantiæ ait S. Pater: *Hoc Pelagianis
optamus, ut habeant, iſtis* autem *noſtris,
ut plenius habeant*. Item: *Oremus dilectiſ-
ſimi, oremus ut Deus gratiæ det etiam ini-
micis noſtris, maximeque fratribus & dile-
ctoribus noſtris, intelligere & confiteri poſt
ingentem & ineffabilem ruinam, qua in uno
omnes cecidimus, neminem niſi gratia Dei
liberari*. Et initio ſtatim lib. de Prædeſt.
SS. *Conſideratis enim literis veſtris videre
mihi videor eos fratres, pro quibus geritis
piam curam, ne teneant poeticam ſenten-
tiam, qua dictum eſt*, ſpes ſibi quiſque &c.
*Adhuc quippe in quæſtione caligant de præ-
deſtinatione ſanctorum*. Et in fine cap. 20.
vocat eoſdem *bona ingenia*. Eos vero &
catholicos fuiſſe, & Pelagianum dogma
averſatos his tradit cap. 14. *Quocirca
non debent fratres noſtri, qui nobiſcum pro
catholica fide perniciem Pelagiani erroris
impugnant, huic Pelagianæ in tantum fa-
vere opinioni* &c. Proſper etiam in epiſto-
la ad Auguſtinum ait: *Poſſumus quidem
ad credendum eſſe conſtantes, ſed ad aucto-
ritatem talia ſentientium non ſumus pares,
quia multum nos & vitæ meritis antecell. ut*
&c. Et antea: *Hoc totum ab iſtis ſanctis
intentioſiſſime conclamatur*. Mortuo autem
Auguſtino, eiuſque libris a Cæleſtino ap-
probatis, cum videret Proſper adhuc
Caſſianum, Hilarium, alioſque pertina-
citer S. Doctori refragari, ſeverioribus
dictis eoſdem excepit: nam *calumniato-
res, lupos occultos, hypocritas* illos ignomi-
niæ cauſa appellavit in opere contra
Collatorem.

Itaque Hilarius ac ceteri Epiſcopi,
quos *honoribus claros* Proſper dicebat, hoc
ipſo anno, licet in aliquo ab Auguſtino
diſſiderent, adverſus tamen Pelagium
miſſa in Britanniam legatione, catholicæ
reipublicæ egregiam operam navarunt.
Huiuſce rei narrationem Conſtantius
presbyter ſuis de vita Germani Antiſio-
dorenſis commentariis inſeruit; a quo il-
lam Ado, Beda, ceterique mutuarunt.
Agricola quidam (ita enim vocabatur
Severiani Epiſcopi Pelagiani filius) in
Britannia Pelagii dogma diſſeminaverat,
& teſte anonymo ſcriptore libelli de ge-
ſtis Lupi Trecenſis apud Surium die 29
Iunii, univerſam inſulam ea peſtis infe-
cerat. Severianum hunc Epiſcopum cum

A Severo Sulpitio nonnulli confundunt, ſed
perperam: nam Gennadius cap. 19. de
Script. Illuſt. illum quidem tradit in ſe-
nectute a Pelagianis deceptum, attamen
teſtatur eumdem etiam reſipuiſſe: *Hic*,
inquiens, *in ſenectute ſua a Pelagianis de-
ceptus, & agnoſcens loquacitatis culpam, ſi-
lentium uſque ad mortem tenuit, ut pecca-
tum, quod loquendo contraxerat, tacendo
penitus emendaret*. Magno in diſcrimine
Britannica eccleſia verſabatur: nam cum
Pelagianorum doctrinam recipere nol-
let, eorum tamen argumentis facere ſa-
tis non poterat. Etenim hæreſis magiſtri
B in Britannia aderant illis in quæſtioni-
bus longo tempore exerciti.

Cæleſtius egerat per amicos apud Cæ-
leſtinum Pontificem, ut denuo audire-
tur, queſtus indiſcuſſa cauſa ſe ſuoſque
a Zoſimo eſſe damnatos. Verum Cæle-
ſtius non modo adverſantem Cæleſti-
num expertus eſt, ſed ab eodem univer-
ſa Italia eiectus fuit. Illum autem una
cum collegis in Britanniam ſe recepiſſe
nonnulli contendunt ex Proſpero in lib.
con. Collat. cap. 41. ubi cum illum Ita-
lia a Cæleſtino pulſum dixiſſet, eiuſdem
Pontificis adverſus Pelagianos geſta pro-
C ſecutus addit: *Nec vero ſegniore cura ab
hoc eodem morbo Britannias liberavit, quan-
do quoſdam inimicos gratiæ ſolum ſuæ origi-
nis occupantes etiam ab illo ſecreto excluſit
Oceani*. Video tamen poſſe etiam iſta
accipi, ut originem notent hæreſis, non
vero hæreticorum, a quibus primitus il-
la derivavit: ſed nec volo, nec vacat de
his diſputare. Illud modo certum ſit,
Britannias pravo dogmate a Pelagianis
infectas, quorum princeps Agricola teſte
Proſpero, qui nec Cæleſtium ſubticuiſ-
ſet, ſi Agricolæ ſuppetias allaturus illuc
navigaſſet. Britanni cum per ſe hære-
D ticos refutare non poſſent, a Gallicanis
Epiſcopis ſubſidium implorare decreve-
runt. Horum legatione in Gallia intel-
lecta, cogitur magna, ait Beda lib. 1. Hiſt.
Angl. cap. 17, ſynodus, quam *numeroſam*
etiam Conſtantius lib. 1. cap. 19. appel-
lat; in qua omnium ſuffragiis Germanus
Epiſcopus Antiſiodorenſis, & Lupus Tre-
cenſis legati in Britanniam adverſus Pe-
lagianos deſtinantur. Hos inter Patres
non modo fuit Hilarius, ſed licet iuve-
nis, ob doctrinæ famam inter primos ha-
bitus eſt. Pleroſque horum Epiſcopo-
rum cum Semipelagianis ſenſiſſe, atque

ea in

ea io disputatione, quæ de prædestinatione agitabatur, Augustino adversatos, colligo ex Prospero in epistola ad Augustinum hoc ipso anno exarata; ubi ait *paucos perfectæ gratiæ amatores* eidem adstipulatos. Alii eredent Vasquio 1. p. disput. 91. cap. 8. num. 43. dicenti: *Horum Massiliensium dux fuit Cassianus, quem secuti sunt per Galliam Episcopi fere omnes suæ ætatis*. Hanc synodum Gallicanam circa autumnum huius anni celebratam deduco. Nam Constantius lib. 1. cap. 19. ubi de Episcopis a synodo in Britanniam destinatis ait: *Et quanto necessitas laboriosior apparebat, tanto eam promptius heroes devotissimi susceperunt, celeritatem negotii fidei stimulis maturantes*. Ex auctore vero vitæ Lupi constat, eos profectos hyeme incepta, apud Surium laudatum: *Qui uno*, inquit, *spiritu iuncti & pari voluntate concordes, terribiles Oceani fluctus, temporibus hybernis mari se committentes, orationum gubernaculis mitigarunt*. Quare cum statim post synodum iter susceperint, ac hyeme iam incumbente Oceanum transfretarint, exeunte autumno Gallicana synodus soluta est. Hanc legationem Britannicam accidisse hoc anno 429. auctor est Prosper in Chronico, Consulibus Florentio & Dionysio, & ex scriptore vitæ Lupi erudite idem colligit Baronius. Nam Lupum sub Honorato cœnobium Lerinense petiisse scribit, ac per annum ibidem degisse. At Eucherius in oratione de laudibus eremi missa ad Hilarium anno 427, ut probabimus cap. 11. ubi de Vincentio Lerinense disputabimus, scribit Lupum Lerinam deseruisse, cum Trecensis ecclesiæ regimen suscepit; qua in dignitate biennio exacto legationem ad Britannos peregisse idem anonymus affirmat. Ex quibus manifestum est, eiusdem legationem hoc ipso anno 429. contigisse. Itaque hyeme ingruente uterque Episcopus Britannicum iter suscepit. At vix e Gallico litore in altum navis evecta est, cum fœda tempestate oborta, vicina naufragiis videbatur. Sed Germani precibus furenti pelago malacia datur. Eam vero procellam a se concitatam dæmones postea fassi sunt ex Constantio lib. 2. cap. 10. Interim eorum adventu per insulam publicato, ingens recti dogmatis assertores consolatio occupaverat. Pelagiani vero latebras quærere, moras ne-

A ctere, varia comminisci, ne publicæ disputationis aleam subirent. Ceterum cum ex silentio ac timore sectam in dies minui cernerent, plerisque ad catholicorum partes transeuntibus, pudore simulque transfugarum iactura in publicum tandem erumpere coacti sunt, ac publica collatione rem cum legatis decidere. Porro quo fastu ac pompa illi in literariam arenam descenderint, fusius describit Constantius in libro 1. de Vita Germani cap. 23. Libeat ipsius disputationis formam eiusdem verbis audire: *Primo in loco*, inquit, *beatissimi sacerdotes*
B *præbuerunt adversariis copiam disputandi, quæ sola verborum nuditate diu inaniter & aures occupavit & tempora. Deinde Antistites venerandi, torrentes eloquii sui cum apostolicis & evangelicis tonitruis profuderunt. Miscebatur sermo proprius cum divino, & assertiones violentissimas lectionum testimonia sequebantur. Convincitur vanitas, perfidia confutatur, ita ut ad singulas verborum obiectiones reos se, dum respondere nequeunt, faterentur. Populus arbiter vix manus continet* &c. Inter hasce autem populi acclamationes Tribunus quidam filiam luminibus orbatam sanctis Episcopis sa-
C nandam obtulit. Illi vero rei difficultatem obiecere, rens se ac miraculorum patrandorum gratia indignos contestari, Pelagianæ sectæ doctoribus, quibuscum disputabant, tanti prodigii gloriam integram relinquere. Pelagiani eventus difficultate perterriti, conscientia stimulante, Germanum etiam atque etiam rogarunt, ut oculorum usum puellæ restitueret. Germanus, quo mirabili eventu suam de divina gratia doctrinam confirmaret, Divorum reliquias puellæ admovit; cui statim lumen restituit, simulque parentibus ac catholicis læti-
D tiam, Pelagianis timorem ingessit. Cum vero paulo ante paschalia festa Britannia Pictorum ac Saxonum incursionibus vastaretur, Germanus insulanorum precibus motus exercitui sese ducem præbens, ubi acies in hostium conspectum venit, ut iterato portento divinæ gratiæ virtutem ostenderet, suis iniunxit, ut altiori voce *Alleluia* conclamarent. Qua sacra voce totis castris personante barbari conterriti, fugæ se statim dedere, ac insignem ea die Britannis victoriam reliquerunt. *Composita itaque*, ut ait Constantius, *opulentissima insula secu-*

ritate multiplici, superatisque hostibus vel spiritualibus vel carne conspicuis (quippe qui vicissent Pelagianistas & Saxones) cum totius numero regionis reditum moliuntur. Et hunc quidem exitum habuit Britannica Germani legatio: qua ille egregie feliciterque defunctus Antisiodorum reversus est.

CAPUT VI.

Iulianus ac collegæ exepiscopi Pelagiani Theodosii Imperatoris ac cleri C.P. patrocinium implorant. Marius Mercator Commonitorium Principi ac clero contra eosdem offert. Idem Commonitorium ex codice Vaticano recitatur: ex quo tempus damnati apud Constantinopolim ab Attico Cælestii exactius traditur, ac pleraque alia scitu digna colliguntur.

NEstorius ingentes Constantinopoli turbas ciebat, commentus duas personas in Christo, quarum unam nempe humanam, propriis meritis unionem cum Verbo non physicam illam quidem & hypostaticam, ut scholastici loquuntur, sed penes affectum tantum assecutam contendebat. Hac inflata meritorum tuba ex Oriente personante, Pelagiani exepiscopi turbidis rebus sua promoturi, e vestigio Constantinopolim se contulerant, omnem Nestorio operam navaturi. Nec contemnendos Nestorius putabat hos veteranos duces, qui iam diu humanis meritis adversus Dei gratiam militaverant. Erant hi Florus cui Iulianus octo contra Augustinum libros nuncupaverat, Orontius qui auctor fuerat Anniano Pelagiano, ut Chrysostomi homilias Latio donaret, nescio quis Fabius, itemque Persidius, & totius manipuli ductor Iulianus. Hos quidem antea Nestorio cognitos arbitror: ex una enim cum eisdem Theodori Mopsuesteni schola eruperat. Hos omnes suis e cathedris eiectos Apostolica Sedes solum vertere coegerat. At illi Constantinopolim appulsi Imperatoris patrocinium implorare, Nestorio dogmatum veritatem ostendere, cleri universi suffragia corrogare, universam denique regiam urbem querelis ac eiulatibus complere. Aderat hoc anno Constantinopoli Marius Mercator S. Augustini amicus, ut lib. 1. cap. 9. & 17. ostendimus, qui Pelagianorum conatibus probe cognitis, veritus ne homines tota arte fallendi præditi, Principi atque ecclesiasticis fucum facerent, Commonitorium scripsit; in quo ubique gentium contra Pelagianos gesta tum in Africa & Asia, tum in Europa paucis exposuit, quod Theodosio postea ac clero obtulit. Hoc Mercatoris Commonitorium Lucas Holstenius V.C. ex Palatino codice num. 234. pag. 36. exscriptum eximio P. Magistro Christiano Lupo anno 1655. me præsente ostendit. Quare cum ex hoc libello pleraque hucusque in Pelagiana causa ignota intelligantur, & sæpius in hac historia eumdem laudaverimus, operæ pretium duxi idem Commonitorium subdere, & Mercatoris nostri scripta e bibliothecarum angulis eruta eruditorum oculis postliminio tamdem subiicere; in quo nonnulla præmittuntur, quæ addidit, cum post biennium illud in Latinum sermonem vertit post celebratam anno 431. synodum Ephesinam.

Commonitorium Marii Mercatoris non solum ecclesiæ C.P. sed etiam plurimis religiosissimis viris, oblatum quoque piissimo principi Theodosio semper Augusto per eumdem Marium Mercatorem Christi servum in consulatu Florentii & Dionysii; per quod Commonitorium cognito funestissimo errore, imperiali præcepto tam Iulianus defensor & sequaces eius cum ceteris sociis & participibus suis, quam postea idem Cælestius de Constantinopolitana urbe detrusi, in synodo quoque Ephesiensi ducentorum septuaginta quinque Episcoporum sententia postmodum in præsenti damnati sunt.

Commonitorium Marii Mercatoris contra Pelagianos.

Cælestius quidam eunuchus matris utero editus, ante viginti plus minus annos discipulus & auditor Pelagii, egressus ex urbe Romana Carthaginem Africæ totius Metropolim venit, ibique de infrascriptis capitulis apud Aurelium Episcopum memoratæ urbis per libellum a quodam Paulino diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis Episcopi est accusatus, sicut gestorum confectio se habet, quibus idem libellus insertus est: quorum gestorum exemplaria habemus in manibus. Tamquam hæc non solum

ipse

ipse doceret, sed etiam per provincias conspirantes sibi diversos, qui hæc per populos disseminarent, misisset: idest Adam mortalem factum, qui sive peccaret, sive non peccaret moriturus fuisset. *Quoniam* peccatum Adæ ipsum solum læsit, & non genus humanum. *Quoniam* parvuli qui nascuntur, in eo statu sunt, in quo Adam fuit ante prævaricationem. *Quoniam* neque per mortem vel prævaricationem Adæ omne genus hominum moriatur, neque per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgat. *Quoniam* lex sic mittit ad regnum cælorum, quomodo & Evangelium. *Quoniam* & ante adventum Domini fuerunt homines impeccabiles, idest sine peccato. *De quibus omnibus capitulis suprascriptis insertis partibus synodalium gestorum Patres & Episcopi regionis illius restiterunt Cælestio, & insserunt ut eadem condemnaret, quia essent hæretici sensus. Sed Cælestius nullo modo adquiescens, quin immo resistens actis iisdem quibus frequenter auditus est, ecclesiastica communione privatus est. A qua sententia ad Romani Episcopi euamen credidit appellandum. Q·a mox ipse appellatione neglecta, Ephesum Asiæ urbem contendit, ibique ausus est per obreptionem locum presbyterorum petere. Inde post aliquantos annos, sub S. memoriæ Attico Episcopo, urbem C. P. petiit, ubi in similibus detectus magno studio sancti illius viri, eu prædicta alma urbe detrusus est, literis super eius nomine & in Asiam & Thessalonicam & Carthaginem ad Episcopos missis, quarum exemplaria habentes proferre sumus parati. Prædictus tamen Cælestius etiam hinc eiectus, ad urbem Romam sub sanctæ memoriæ Zosimo Episcopo tota festinatione perreuit: ubi actis, quorum euemplaria habemus, interrogatus, cum ab illo cognitore aliquatenus terreretur, crebris responsionibus & prosecutionibus suis spem proseminavit, condemnare se illa capitula, de quibus apud Carthaginem fuerat accusatus, promittens. Id euim instautius iubebatur, ab eoque vehementius ut id faceret exspectabatur, atque ob hoc ipsum nonnulla illius sancti sacerdotis humanitate dignus est habitus; & sic epistolam quamdam benignitate plenam ad Afros episcopos meruit; qua ille abusus est, vel adhuc abutitur ad multorum ignorantium deceptionem. Episcopis vero eu Africa rescribentibus, omnemque causam quæ apud eos facta fuerat, euponentibus, missis etiam gestis exinde, quæ fuerant ante, cum illo videlicet de illo confecta; vocatus ad audientiam pleniorem, ut quæ promiserat festinanter impleret, idest ut damnatis prædictis capitulis, sententia Afrorum Pontificum, qua fuerat communione privatus, absolveretur; non solum non adfuit, sed etiam ex memorata Urbe profugit, atque ob hoc a beatæ mem. prædicto Zosimo Episcopo scriptis amplissimis vel longissimis prædamnatus est: in quibus & ipsa capitula de quibus accusatus fuerat, continentur, & omnis causa tam de Cælestio suprascripto, quam quæ de Pelagio magistro eius praviore videretur esse, narratur. Quorum scriptorum & nos hic habemus exemplaria, & ad Orientales ecclesias, Ægypti diœcesim, & Constantinopolim, & Thessalonicam, & Hierosolymam, sim'lia eademque scripta ad episcopos transmissa esse s·ggerimus. Ut autem & Pelagius cum isto pariter damnaretur, istud in causa est. Ausus est memoratus ante vastationem urbis Romæ in Apostolum Paulum commentarios condere, & his edere de quorum amicitia præsumebat. Euplanare autem reputavit singula Apostoli verba vel sensus. In epistola igitur quæ est ad Romanos, cum ad illa loca venisset, ubi vas electionis ita loquitur:* Propterea sicut per unum [*Rom. 5. 12.*] hominem in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, *hactenus credidit exponendum. Quem librum eius habemus in manibus, & proferimus ad convincendum inimicum errorem. Ita ergo idem ait:* Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors. Exemplo, *inquit*, seu imagine usus est: quia sicut cum non esset peccatum, per Adam subintravit, sic & cum non remansisset iustitia apud aliquem, vita per Christum reparata est. Et in omnes homines mors pertransiit. Cum sic, *inquit*, qui peccant, similiter & moriuntur. Neque enim aut in Abraham, ac Isaac, aut Iacob mors pertransiit, de quibus Dominus ait, Hi omnes vivunt. Hic [*Luc. 20. 38.*] autem propterea dicit omnes mortuos, quia in multitudine peccatorum non excipiuntur pauci iusti, sicut & ibi inquit, [*Psal. 13. 3.*] Non est qui facit bonitatem, non est usque ad unum. Et iterum illud inquit, omnis homo mendax. Aut certe in illos [*Psal. 115. 11.*] Omnes pertransiit, *inquit*, qui humano ritu, non cælesti sunt conversati. *Et post pauca:* Sed regnavit mors ab Adam usque [*Rom. 5. 14.*] ad Moysen, etiam in eos qui non præ-

varicaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ: Sive cum nnn esset, *inquit*, qui inter iustum & iniustum discerneret, putabat mors se omnium dnminari, sive in eos qui mandatum tamquam Adam prævaricati sunt, hne est de filiis Noe, quibus præceptum est ut animam in sangnine non manducarent, & de filiis Abrahæ, quibus circumcisio mandata est, sed & in eos qui præter mandatum

Ibidem. legem contempserant naturalem. Qui est forma futuri: Quia, *inquit*, sicut Adam præter coitum a Den formatus est, sic & Christus ex virgine fabricante Spiritu Sanctn processit: sive sicut quidam dicunt, forma a contrarin, hoc est, sicut ille caput peccati, sic iste caput

Ib. vers. 15 iustitiæ sit. Sed non sicut delictum, ita & donum. Ne in fnrma, *inquit*, æqua-

Ibid. litas putaretur. Si enim in unius prævaricatinne multi mortui sunt, multo magis dnnum & gratia Dei per unum hominem Christum in multos abundavit. Plus valuit, inquit Apostnlus, gratia in vivificando, quam peccatum in occidendn; quia Adam se solum & suns posteros interfecit, Christus vern & eos qui tunc erant in cnrpore, & hns qui postea futuri erant, liberavit. *Hic solicitus catholicus lector notet quid dicat, Adam non sibi soli, sed & posteris suis nocuisse. Tene superiorem desinitionem eius. Posteros enim hic dicit, non omnes omnino & ubique totos homines læsos illius peccato, sed illos tantum, qui per imitationem similiter suis peccatis & propriis facti sunt in prævaricationem, sicut Adam; quia sine dubio ii ipsi pronepotes eius & posteri esse inveniuntur.* [Hi autem, *inquit*, qui contra traducem peccati sentiunt, aliter eos qui defendunt traducem, impugnare conantur. Si peccatum, inquiunt, Adæ etiam non peccantibus nocuit, ergn & Christi iustitia non credentibus prodest: quia similiter, immn plus dicit Apostnlus per unum liberari, quam per unum ante perierunt.] [Deinde dicunt, *inquit*, si baptismus mundat antiquum illud veternosumque peccatum, qui de dunbus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato: non enim potuerunt ad posteros transmittere qund ipsi minime habuerunt. Ita hne addunt, *inquit*, quia si anima non est ex traduce, (*sicut nec est*,) sed snla caro habet traducem peccati, sola & pœnam meretur. Iniustum est enim, ut hodie nata anima non ex massa Adæ, tam antiquum peccatum portet alienum: quia nec rationale est, ut Deus qui propria peccata dimittit, unum imputet alienum.] *Et iterum in alio sermone suo idem Pelagius*: Si peccatnr genuit, *inquit*, peccatnrem, ut parvuln eius peccatum nriginale in baptismi acceptione solvatur, iustus ergo iustum gignere debuit. Si parentes, *inquit*, post conversionem prnpria peccata non lædunt, multo magis filiis eorum per eos nocere non potuerunt. Si prinrem hominem contigit causam mnrtis fecisse; ergn per Christi adventum mnri iam non nportebat. Si per peccatum Adæ mors nrta esset, numquam post remissionem peccatnrum, quam nobis liberatnr donavit, mnreremur. Plus ergo valuit peccatum Adæ omnes omnino hnmines occidendn, quam Christi gratia in salvandn; quæ non omnibus, sed tantum credentibus prnfuit. Neque enim nmnes qui nascuntur ex Adam, ii etiam renascuntur in Christo: & *reliqua*: *Quæ omnia suprascripta capitula, ut iam superius dictum est, continet illa beatæ memoriæ Episcopi Zosimi epistola, quæ Tractoria dicitur, qua Cælestius Pelagiusque damnati sunt; quæ & Constantinopolim, & per totum orbem missa subscriptionibus Sanctorum Patrum est roborata. Cui Iulianus & reliqui complices eius subscribere detrectantes, consentaneosque se nolentes iisdem Patribus facere, non solum imperialibus legibus, sed & sacerdotalibus statutis depositi atque exauctorati, ex omni Italia deturbati sunt. Ex quibus plurimi resipiscentes, & a prædicto errore correcti regressi sunt supplices ad Sedem Apostolicam, & suscepti suas ecclesias receperunt. Prædicti sane Cælestius & Pelagius non tunc primo a sanctæ mem. Zosimo videntur esse damnati, sed ab eius decessore sanctæ recordationis Innocentio, a quo & Iulianus fuerat ordinatus; quique post illorum damnationem usque ad prædicti Innocentii Episcopi excessum e vita in eius communione permanens, & perseverans in sincera sententia, & communicans damnatori prædictorum, cum ipso quoque sine dubio Pelagium Cælestiumque damnavit. Et quid nunc desiderat, aut de quo queritur, ignoratur. Ut autem a sanctæ recordationis Innocentio damnarentur, talis extitit causa. Post Romanæ urbis vastationem in Palæstina degebat Pelagius. Inventi sunt a quibusdam studiosis*

diosis

diosis Episcopis libri eius, in quibus multa & varia adversus fidem catholicam conscripta esse videntur. Hi cum literis in Africam Patribus & Episcopis missi sunt; ubi tribus conciliis congregatis, memorati lecti sunt libri. Exinde relationibus Romam missis, ipsis quoque libris pariter destinatis, Apostolica sententia rescribentis ad prædicta concilia emanavit, quæ eosdem ipsos Cælestium Pelagiumque ecclesiastica communione privavit: quorum scriptorum exemplaria habemus in manibus. Adhuc etiam Hierosolymis constitutus Pelagius, accusatus fuit apud synodum. Et primo quidem tergiversando, ambiguis quibusdam se professionibus tegens, & prosequens dubia vel respondens, illam tunc videtur Episcoporum audientiam delusisse. Sed postmodum evidenter deprehensus, insistentibus accusatoribus, a posteriore synodo, cui S. mem. Theodotus Antiochiæ præsedit Episcopus, atque detectus, a sanctis quoque ac venerabilibus Hierosolymorum locis est deturbatus; eiusdemque Sancti Theodoti ad reverendissimum urbis Romæ Episcopum, & sanctæ recordationis Prayli Hierosolymitani Episcopi missa scripta testantur: quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus. In ipsa autem accusatione capitulorum, quæ eidem tunc Pelagio obiecta sunt, etiam hoc continetur cum aliis execrandis, quæ Cælestius tamquam eius discipulus sentit, id est quod infantes, etiamsi non baptizentur, habeant vitam æternam. *Illud quoque quod superius positum est capitulum sentiri a Cælestio, & esse consentaneum magistri sui doctrinæ memoravimus, id est* legem sic mittere ad regnum cælorum sicut Evangelium, *Pelagius quibusdam scriptis suis aperte confirmat atque pronuntiat. Denique libellus est eius, quem habemus in manibus, ad quamdam Livaniam viduam sermonem continens exhortatorium, in quo hæc habentur;* Simplicitatem sequi Christi famulam decet, non hanc quæ stultitia magis est quam simplicitas, sed illam de qua Scriptura dicit: *benedicta anima omnis simplex;* dicente alibi Scriptura: *maledictus omnis homo qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* [Galat 3.10.] Hinc, *inquit*, ostenditur hanc esse simplicitatem veram, non quæ Dei mandatum insensata securitate contemnit, sed eam quæ legis præcepta sapienti timore custodit. Dicendo enim maledictum esse eum qui non permanet in his quæ scripta sunt, a contrario benedictum esse non vult qui non omnia præcepta servaverit. Et si omnis simplex benedictus est, ergo simplex ille est qui omnia præcepta legis impleverit. *Adserere hunc illud quod toties iam superius dictum est,* ad regnum cælorum libros Moysis sicut Evangelium mittere, *nullus catholicorum, qui hoc capitulum legerit, dubitat, nec intelligendo difficultatem aliquam poterit sustinere. Et quia indiscretim legem in eodem impiissimo capitulo nominavit, scilicet Mosaicam, cuius testimonium maledicti posuit, aperte nos in Iudaismum adtrahere tentat. Quod si ad agendam semper fallaciam, legis nomine Evangelium appellat, non errat; sed in eo est impius, in quo sub simili & æquali nos maledicto qui sub Evangelio sumus, constituere non pertimescit, exæquans legi circumcisionis & omni Iudaismo Evangelicam gratiam. Unde etiam discipulus eius Cælestius aperte ausus est pronuntiare,* legem sic mittere ad regna cælorum sicut Evangelium. *Manifestum est enim secundum Pelagium, quia si sub eodem vel etiam simili adhuc sumus vinculo, etiam sub Evangelii tempore, ut si quid tamquam homines erraverimus, aut unum de præceptis Evangelicis non impleverimus, esse nos maledictos. Quod si ita est, (quod absit) iam ut ille vult sit dictum, exæquatum est legi veteri Evangelium. At ubi erat dictum Pauli Apostoli:* Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum; quia scriptum est: Maledictus omnis homo qui non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea? *Quin etiam subdescendens, hunc ipsum sensum latius in eodem sermone libelli huius exsequitur, & latius eum commendat. Post multa enim ibidem ait:* maledicere, & invidere, mentiri, detrahere, & detrahentibus credere, leve aut nullum putatur esse peccatum: sed hi qui hoc putant, obliti sunt, quia ob levis præcepti transgressores obnoxios gehennæ legimus esse mancipandos; cum, inquit Dominus, manifestum est: Quicumque dixerit fratri suo, Fatue vel Racha, reus erit gehennæ. [Matt. 5.22.] *Hos igitur in eiusmodi impiissimis erroribus deprehensos, Pelagium scilicet & Cælestium, ad satisfactionem ecclesiæ Iulianus & ceteri sui participes vel modo condemnent: & si quos confidunt adversus catholicam fidem non recte sentire, nominatim designare non dubitent, & ecclesiastico ordine a nobis*

accipient

accipient pro nostra possibilitate responsum, aut ab eo certe quem dicunt a sensu catholico deviare. Sicut enim in superius præfati sumus, iam multi qui Cælestium & Pelagium cum eo fuerant secuti, Iuliani quoque participes & socii facti, derelicto eo, Pelagioque damnato, Sedi se Apostolicæ submittentes, & pœnitere super his quæ male senserant, profitentes, a Sanctis Patribus digni habiti miseratione suscepti sunt. Finis.

A Nonnulla hic nobis notanda veniunt, antequam ad ulteriora gradum faciamus. Scribit Mercator Cælestium prius ab Attico Constantinopoli eiectum fuisse, quam Zosimus de eodem Romæ iudicaret: cui quidem scriptori integra fides præstanda est. Edidit enim laudatum Commonitorium Constantinopoli, ac præ manibus habuit quæcumque in Pelagiana causa ab orthodoxis ubique terrarum gesta fuerant. Quæ sane, ut ingenue fatear, cum minus diligenter observassem, scripsi lib. 1. cap. 20. Cælestium anno 421. Constantinopoli ab Attico auditum, atque inde procul detrusum; cum tamen ex Mercatore colligatur, eumdem ab Africanis synodis anno 416. & ineunte anno 417. ab Innocentio quoque Pontifice hæreseos damnatum Constantinopolim statim perrexisse, ut causam coram Attico restauraret, cum quo Innocentius Papa dudum ob erasum e diptychis Chrysostomi nomen longiores lites habebat. Non enim anno 412. Atticus in Romanæ ecclesiæ gratiam redierat, relato in sacras tabulas Chrysostomo, ut putavit Baronius. Nam Innocentius Papa in epistola 16. ad Maximianum Episcopum scripta post peractam anno 414 in Macedonia synodum, ut erudite notavit magnæ lectionis vir Bollandus ad diem VIII. Ianuarii in notis ad vitam S. Attici, nondum eidem Attico conciliatus fuerat; quem ibidem Pontifex apostolicarum literarum commercio privatum scribit. Ille usque ad Bonifacii pontificatum distulit nomen Chrysostomi diptychis restituere: quod se tamdem fecisse ad Cyrillum scribit. Etenim plebs C. P. cum accepisset, a Theodoto Antiochiæ Patriarcha Chrysostomum in sacris tabulis recitari, tumultuari cœpit, nec alia ratione sedari potuit, nisi audito in diptychis eiusdem Sancti Episcopi nomine. At Theodotum anno 421. renuntiatum fuisse Antistitem luculenter probavimus superius cap. 4. Hinc factum est ut Cælestius ab Innocentio damnatus ad Atticum confugerit, quem Romano Pontifici subiofensum norat: a quo tamen reiectus, audita Innocentii morte, Romam statim advolavit, uti lib. 1. cap. 12. fusius narravimus. Ceterum post Cælestii proscriptionem, Pelagianos missa legatione iterum Attici animum tentasse testatur Prosper carmine de Ingratis cap. 2.

B *Quid loquar & curam, magna quam gessit in urbe*
Constantinopoli docto bonus ore sacerdos
Atticus, antiqua legatos hæreticorum
Confutando fide: de qua, tunc impia corda
Quamvis se obducta tegerent velamine forma,
Iudicii & tacitæ tulerant tormenta repulsæ?

Ubi Prosper Cælestium iam antea turpiter ab Attico repulsam tulisse scribit, post quam rursus Pelagiani per legatos suam ipsorum causam Attico discutiendam obtrusere. Quam quidem legationem anno 421. contigisse lib. 1. cap. 20. affirmavimus; cuius tamen procinpem minus recte Cælestium fecimus.

C Neque enim probabile videtur, hominem ante quadriennium ab Attico iudicio exclusum, eidem iterum se stitisse.

Verba illa quæ ex commentariis Pelagii in caput V. epistolæ Pauli ad Romanos Mercator recitat, haud plane omnia leguntur in expositionibus eiusdem epistolæ, quæ Hieronymi commentariis adsutæ sunt; sed illa tantum priori loco recensita. Nam eiusdem ratiocinationes inter hæc signa [ ] repositæ apud S. Augustinum habentur lib. 3. de Pec. mer. & remissione cap. 3. de qua re consulantur a nobis scripta lib. 1. c. 3. Præterea

D hanc Pelagii argumentationem, *Si anima non est ex traduce* (sicut nec est) *sed sola caro habet traducem peccati, sola & pœnam meretur;* ita descripsimus, ut assertio ibidem per parenthesim inserta, non Pelagium, sed ipsum Mercatorem auctorem habeat. Nam Augustinus cap. 3. laudato ita Pelagii verba recitat: *Si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantum habet traducem peccati.* Et cap. 10. inde hisce Pelagium commendat: *Attende, obsecro te, quemadmodum circumspectus vir Pelagius (nam ex eius libro hæc quæ modo posui verba transcripsi) sensit*

quam

quam in difficili de anima quæstione versetur. Non enim ait, quia anima non est ex traduce, sed si anima non est ex traduce: additque *cunctanter loqui potius quam fidenter*. Et quidem sine illa parenthesi in literis encyclicis Zosimi eadem Pelagii sententia damnata fuit teste eodem Augustino epist. 157. ad Optatum: *Nam Pelagii*, inquit, *de hac re argumentatio, quæ inter alia eius damnabilia etiam literis Apostolicæ Sedis adiuncta est, ita habet: si anima, inquit, ex traduce non est, sed sola caro tantum habet traducem* &c. Ex quibus patet, Mercatorem in ea de animæ origine quæstione, quæ ea ætate celeberrima erat, cum Hieronymo sensisse, nempe creari a Deo omnium hominum animas; nisi aliena manu ea verba commonitorio insarta dicamus. Fuit enim Mercator Augustinianæ doctrinæ studiosissimus. Quare in ea difficultate assecutum potius cum Augustino suspendisse crediderim, quam sententiæ de animarum creatione adhæsisse.

Inserimus ex eodem Commonitorio, quid Zosimi encyclica contra Pelagium atque Cælestium contineret: nam literæ illæ intercidere. Etenim inserta erant Cælestii capitula, de quibus Carthagine accusatus fuerat coram Aurelio Primate. Pelagii item errores, eiusdemque paralogismi recensebantur, quos suis in epistolam Pauli expositionibus indiderat. Insuper ex eodem Commonitorio colligimus, Zosimum ad ecclesias Alexandriæ, Antiochiæ, & Constantinopolis, de Pelagianis abs se damnatis scripsisse. Unde licet Cyrillus & Atticus id temporis nondum Chrysostomi nomen in diptycha retulissent, uti proxime dicebamus; noluit tamen Zosimus Innocentii vestigiis inhærere, sed ea dissensione omissa, eosdem per literas convenit. Cum autem ibidem præmittat, Cælestio Constantinopoli ab Attico damnato, de eiusdem proscriptione literas ab Antistite C.P. *in Asiam, & Thessalonicam, & Carthagine ad Episcopos missas*; patet id contigisse Innocentio adhuc pontificatum gerente; cum nullæ Attici literæ ad Romanum Antistitem laudentur, quod cum eodem Atticus non conveniret. At de Zosimi epistola scribit Mercator: *Quæ & Constantinopolim, & per totum Orbem missa, subscriptionibus Sanctorum Patrum est roborata*. Et antea de iisdem Zosimi literis A ait: *Et ad Orientales ecclesias, Ægypti diœcesim, & Constantinopolim, & Thessalonicam, & Hierosolymam, similia eademque scripta ad Episcopos transmissa suggerimus*. Ex cuibus infero, anno primo Zosimi inter Romanam & Orientis ecclesiam pacem conflatam, pro qua ante decennium Augustinus cum ceteris Africanis Patribus collaboraverat. Nam in synodo Honorio VII. & Theodosio II. Coss. nempe anno 407. Carthagine celebrata legitur hic canon: *Placuit etiam, ut de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ ecclesiæ ad Sanctum Papam Innocentium scribatur, quo utraque ecclesia intra se pacem, quam præcepit Dominus, teneat*. Est canon 68. in Cod. Concil. Africæ. Hinc apparet supina Marci Antonii de Dominis ignorantia libro 4. de Republica Eccles. c. 8. num. 28 post recitatum eumdem canonem scribentis: *Hæc sane verba Romanam magis quam Alexandrinam ecclesiam accusant, & faciunt culpabilem. Sed quodnam fuerit hoc dissidium, mihi nunc est ignotum*. Quis autem non videat, ineptum hunc iudicem de incognita sibi causa contra Romanum Pontificem sententiam pronuntiantem? Ob expunctum e diptychis a Theophilo Alexandrino Chrysostomi nomen controversia erat; in qua tamdem aliquando Romanæ Ecclesiæ sententia vicit, Chrysostomo ubique gentium orthodoxarum diptychis restituto.

Marius Mercator, qui anno præsenti Commonitorium Theodosio Imperatori contra Pelagianos exepiscopos obtulit, scripsit etiam alterum Commonitorium contra Iulianum ad Pintam presbyterum: in quo contra scripta eiusdem in ultimis octo adversus Augustinum libris invehitur, pluribus probans, Adamo non peccante genus humanum haud futurum fuisse morti obnoxium. Scripsit etiam contra Iudaicum symbolum Theodori Mopsuesteni, in quo opere tradit Theodorum Iuliani ac Nestorii magistrum fuisse. Verba eiusdem superius dedimus. Hos libellos post annum 430. ab eodem lucubratos inde patet, quod Augustinum *sanctæ recordationis* Episcopum vocat: cuius etiam doctrinam contra Iuliani argumenta defendit. Quantum vero hic scriptor Augustino detulerit, colligitur ex his, quæ pag. 12 col. 2. Cod. Palatino-Vaticani num. 434. leguntur: *In hunc*, inquit, *Scripturarum divinarum sensum, in hæc*

hæc verba iuravimus, salva sane reverentia & debita honorificentia sanctæ & beatæ memoriæ Episcopi Augustini, qui te pastorali clava ab ecclesia deterruit, proturbavit, atque confregit. Quasi veniam precetur, quod post Augustinum quidpiam contra Iulianum scriptis mandare ausus fuerat. Et p. 4. ait: *Sanctus autem sæpe dictus Episcopus Augustinus & suis libris quatuor illius priores evertit, octo quoque posteriores singulis responsionibus suis ad singula capitula subiectis; ac sic vanos eius ac plumbeos pugiones malleo catholicæ veritatis obtudit, immo confregit.* Erat Mercator Græco Latinoque sermone eruditus; sacras etiam literas ac Patrum statuta adeo percallebat, ut Iulianum *iactantissimum Pelagiani erroris assertorem* (ita hæreticum nuncupat Prosper in Chronico) ad certamen Constantinopoli provocaverit. Hæc enim in calce Commonitorii pronuntiavit: *Si quos confidunt adversus catholicam fidem non recte sentire, nominatim designare non dubitent, & ecclesiastico ordine a nobis accipient pro nostra possibilitate responsum.* Hactenus de Mario Mercatore, eiusque contra Pelagianos scriptis. Qui licet diu incognitus in bibliothecarum angulis latuerit, in posterum inter præcipuos divinæ gratiæ ac S. Doctoris defensores, eiusdem doctrinæ professoribus sera quamvis commendatione memorabitur.

CAPUT VII.

Nestorius pro Iuliano ac collegis apud Cælestinum intercedens, ab eodem Pontifice increpatur. Pelagiani exepiscopi a Theodosio Imperatore Constantinopoli expelluntur. Augustinus contra Iulianum scribens moritur. De eodem elogium atque epinicia.

INierant consulatum Augusti Theodosius XIII. Valentinianus III. nempe anno Christianæ epochæ quadringentesimo trigesimo, qui sane ater ac luctuosus orthodoxis fuit, amisso Pelagianorum domitore Augustino. Iulianus ac collegæ Constantinopoli in uno Nestorio illius urbis Episcopo recuperandarum sedium spem locabant. Nestorius quidem benigne illos acceperat, ut ex iis, quæ postea secuta sunt, intelligitur, licet eosdem a se reiectos fuisse ad Cælestinum

A scripserit. Etenim novum se illismet advocatum pollicitus, eorum causam defensurus, iteratas ad Cælestinum literas dedit. In prioribus autem hæc scripsit: *Iulianus quidam & Florus & Orontius & Fabius, dicentes se Occidentalium partium Episcopos, sæpe & piissimum & prædicatissimum Imperatorem adierunt, ac suas causas adfleverunt, tamquam orthodoxi temporibus orthodoxis persecutionem passi. Sæpe eadem & apud nos lamentantes, ac sæpe reiecti eadem facere non desierunt, sed insistunt in dies singulos, implentes aures omnium vocibus lacrymosis.* Postea nescire se fingit B causas, ob quas illi proscripti essent; enixe rogans ut brevi responso significaret, num forent inter catholicos numerandi, an cum hæreticis computandi. Hæ Nestorii literæ apud Binium ponuntur datæ III. Idus Augusti Theodosio XIII. & Valentin. III Coss. qui apertus error est. Nam Cælestini responsio ad hasce Nestorii literas eo ipso die eiusdem anni data significatur, ut mox dicam. Quare ante aliquot menses datæ fuerunt. Immo prior epistola, cuius fragmentum proxime recitavimus, superiori anno scripta videtur, cum Pelagia- C ni Constantinopolim appulsi, illius opem operamque implorarunt. At plures ea de re Nestorium ad Cælestinum literas dedisse, ex altera hæretici epistola ad eumdem intelligitur, in qua ait: *Sæpe scripsi Beatitudini tuæ propter Iulianum, Orontium, & ceteros qui sibi usurpant episcopalem dignitatem, & creberrimam aditionem ad piissimum & prædicatissimum Imperatorem faciunt, nosque concidunt frequentibus lamentationibus, tamquam temporibus orthodoxis de Occidente proiecti. At hucusque scripta de his a tua veneratione non D suscepimus: quæ si haberem, possem eis respondere, daremque compendiosam responsum luctibus eorum.* Hæc novus Pelagianorum advocatus.

Cælestinus Nestorio indignatus, quod Pelagianis Episcopis olim ab Apostolica Sede exauctoratis advocationem commodaret, diutius responsionem distulit. At acceptis a Cyrillo Alexandrino literis, queis Antistitis C.P. contra orthodoxam Ecclesiam conatus significabantur, haud ulterius moraodum ratus, acres ad Nestorium literas dedit, quibus illum uti veterum hæreticorum patronum, novæque insuper hæreseos auctorem

ctorem increpuit. *Dudum*, inquit, *sumpsimus epistolas tuas, quibus in angusto nihil potuimus dare responsi: erat enim in Latinum sermo vertendus. Quod cum, licet sero, fecimus, sancti fratris & coepiscopi mei Cyrilli probatissimi sacerdotis per filium meum Possidonium diaconum talia de te scripta suscepimus, quibus his quae de tua ordinatione retulerant, periisse suum testimonium doleremus* &c. *Haereticos de quibus nos, velut eorum quae gesta sunt nescius, consulere voluisti, sedibus suis iniusta dicentes expulit iusta damnatio. Quos illic invenisse requiem, non putamus esse mirandum: invenerunt enim impiam praedicationem, cuius comparatione se aestiment innocentes. Hoc loco, quia opportunitas sermonis exposcit, tacere non possumus quod stupemus. Legimus quam bene teneas originale peccatum, qualiter ipsam naturam asseris debitricem, & eum debitum merito reddere, qui descendit de genere debitoris. Quid tecum faciunt qui sunt haec negando damnati? Numquam sine suspicione ea quae sibi sunt adversa, conveniunt. Eiicerentur denique, si tibi quoque similiter displicerent. Cur tamen ea quae in eos tunc sunt acta, quaeruntur; cum certum sit, illinc ad nos a catholico tunc Antistite Attico gesta directa? Cur non sanctae memoriae Sisinnius ista quaesivit? Quia utique sub decessore suo probaverat eos iure damnatos. Defleant infelices spe se hominum fuisse deceptos, quibus iam potuit propter communionem sola poenitentia subvenire. Ecce scire de his incipis, si quae ante nescivisti. Causam tuam magis modo quam aliorum, catholica & festina deliberatione curato, quia convenienter dici-*
Luc. 4. 23. *mus*, Medice cura te ipsum, *qui aliis desideras subvenire*. Ibi vero damnato eiusdem Nestorii de Christi incarnatione dogmate, iubet ut intra decimum diem ab his literis acceptis ad orthodoxorum sententiam accedat: quod si renuat, anathemati illum subiicit. Data est epistola Caelestini III. Idus Augusti Theodosio XIII. & Valentiniano III. Augg. Coss. nempe anno 430. Ceterum laudatas literas non recta ad Nestorium perferendas curavit, sed per Possidonium easdem ad Cyrillum in Aegyptum misit, qui illas Constantinopolim transmitteret. *Quam nostri*, inquit ibidem, *in te iudicii formulam cum ceteris omnibus chartis & commentariis per filium nostrum Possidonium diaconum, cuius supra meminimus, ad*

A *Sanctum Cyrillum memoratae Alexandrinae ecclesiae Episcopum, qui ea ipsa quoque de re fusius ad nos retulerat, transmisimus, ut noster hac in parte Vicarius efficiat, quo nostrum decretum & tibi & reliquis quoque omnibus fratribus patefiat*. Hanc vero Caelestini contra Pelagianos epistolam una cum adiunctis postea Cyrilli literis accepit Nestorius die 6. Decembris. Nam codice Palatino-Vaticano num. 234. pag. 22. recitatur sermo quidam Nestorii cum hac epigraphe: *Item eiusdem* (Nestorii) *sermo in ecclesia habitus, postquam literas Caelestini Romani Episcopi, & Cyrilli A-*
B *lexandrini denuntiationis accepit VIII. Idus Decembris, Coss. Theodosio XIII. & Valentiniano III. Augg. post sextam diem quam easdem literas sumpsit. Dulcem nobis praecedens doctor* &c. Verum antequam hae literae Constantinopolim pervenirent, Iulianum cum collegis urbe regia, accepto a Mario Mercatore contra eosdem Commonitorio, a Theodosio expulsos fuisse idem Marius testatur pag. 36. memorati codicis Palatini: *Per quod Commonitorium*, inquit, *cognito funestissimo errore, imperiali praecepto tam Iulianus defensor & sequax eius cum ceteris sociis & participibus*
C *suis, quam postea etiam Caelestius de Constantinopolitana urbe detrusi sunt*. Commonitorium enim anno superiori ab eodem Mario oblatum fuisse Principi ac clero, superius ostensum est. Illi tamen Pelagiani exepiscopi Byzantio pulsi, cum anno sequenti indictam apud Ephesum synodum accepissent, in vicinia moras traxerunt; ac pergenti stato tempore ad synodum Nestorio sese comites adiunxere; ut postea nobis describetur.

Interim Africae res in deterius ruebant. Nam Vandali late per eas provin-
D cias caedibus ac rapinis grassabantur, & quadringentis & triginta ecclesiis exscissis, Hipponi regio exercitum admoverant, ac validissima classe accita, terra marique obsidione urgebant. Augustinus nec civibus nec Ecclesiae deerat, illos verbo, hanc calamo confirmans: neque tamen tantas inter obsessae urbis angustias, a Pelagianis expugnandis potuit revocari. Nam adversus postremos Iuliani libros responsionem nocturnis fere horis expediebat. Anno 327. quatuor iam volumina compleverat: dein Quodvultdei literis, & Gallorum novis tumul-

tibus, atque quotidianis amicorum petitionibus, & reliquorum præsertim operum retractatiooe interpellatus, imperfectam contra Iulianum responsionem reliquerat: eidem tamen ioter Vandalicam obsidionem ultimam manum imponere conabatur. Illud sane notandum est, Augustinum in quarto libro quem anno 427. elucubrasse osteodimus, Nestorii hæresim quæ anno 428. ex impio Anastasii presbyteri Nestorii discipuli ore primum erupit, coofutasse. Etenim cum Iulianus lib. 4. c. 82. dixisset de Christo: *Etiam illud claro testimonio docetur, quod suscepti hominis iustitia non de naturæ diversitate, sed de voluntaria actione substiterit;* Augustinus hisce hæreticum redarguit: *Ergone ista susceptio quæ Deum & hominem unam fecit esse personam, nihil illi homini valuit ad excellentiam iustitiæ, quam dicis ei de voluntaria actione substitisse? Siccine vos contra Dei gratiam defensio liberi arbitrii præcipites egit, ut etiam ipsum mediatorem, ut esset Dei filius unicus, voluntate sua meruisse dicatis, & falsum esse quod tota confitetur Ecclesia, credere se in Iesum Christum Filium Dei Patris omnipotentem unicum Dominum nostrum, natum de Spiritu Sancto & Virgine Maria? Secundum vos enim non a Verbo Dei homo susceptus est, ut ex Virgine nasceretur, sed natus ex Virgine suæ postea voluntatis virtute profecit, & fecit ut a Verbo Dei susciperetur; non talem ac tantam voluntatem illa susceptione habens, sed ad illam susceptionem tali ac tanta voluntate pervenient. Hæc si dicitis, ubi est vestra frons? si non dicitis, ubi est hæresis vestra?* Vides Iulianum ante Nestorium pessime de persona Christi Domini dogmatizasse. Quæ a Theodoro Mopsuesteno, apud quem eos libros eumdem scripsisse narravimus, didicisse nullus inficias ibit; ut mirum noo sit, tanto studio Nestorium Pelagianorum causam apud Cælestinum promovisse. Idem tamen Augustious etiam in libro de Prædest. SS. c. 15. edito cum in Africam Nestorianæ hæresis rumor forte delatus esset, hæc perscripsit: *Respondeatur quæso, ille homo, ut a Verbo Patri coæterno in unitatem personæ assumptus, filius Dei unigenitus esset, unde hoc meruerit? quod eius bonum qualecumque præcessit? quid egit ante, quid credidit, quid petivit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Nonne faciente ac suscipiente Verbo, ipse homo ex quo esse cœpit, filius Dei unicus esse cœpit?* &c.

A Sed de his iterum capite sequeoti sermo redibit. Tertium iam mensem Hipponenses obsidionem tolerabant, & Augustinus sexto Iuliani libro responderat, duoque alii restabant consutandi; cum gravi febre correptus, iotra paucos dies & vivendi & scribendi finem fecit, Vandalico simul ac Pelagiaoo bello immortuus V. Kalend. Septembris, Theodosio XIII. & Valentiniano III. Coss. cum vixisset annos LXXV. menses IX. dies XV. Pelagiani vero belli anno XIX. Scribit sanctus Prosper in Chronico ad consulatum memoratum duorum Augustorum:
B *Augustinus Episcopus per omnia excellentissimus moritur V. Kal. Septembris, libris Iuliani inter impetus obsidentium Vandalorum in ipso dierum suorum fine respondens, & gloriose in defensione Christianæ gratiæ perseverans.* Opus illud contra Iuliaoum vulgo *Imperfectum* dicitur: ita enim Possidius io indice illud inseripsit. Diu quidem latuit: at nostro sæculo duo priores libri a Claudio Menardo ioveoti suot; quatuor vero alios Hieronymus Vignierius e Clarevallensis bibliothecæ angulo erutos in lucem emisit. Duo tamen libri desiderantur: nam ex octo Iuliani li-
C bris sex tantum a S. Doctore consutantur. Quod vero hæc volumina legitimi Augustini partus siot, aperte demonstrabo in appendice ad dissertationem historieam de Synodo V. cap. 2. Cuius quidem rei testem idoneum & locupletissimum dabimus Marium Mercatorem, toties in hac historia a oobis laudatum. Scio Peonotum ac nostrum Coquæum existimasse, Augustinum obiisse anno 431. Sed oon modo Prosperi, verum etiam Capreoli Antistitis Carthaginensis in literis ad synodum Ephesinam testimonio falsitatis conviocuntur. Illarum verba inferius cap. 9. recitabimus: ubi etiam dicemus,
D cur Theodosius Imperator anno 431. post lunium literas ad totius Romani imperii Metropolitas scribens, hos inter Augustinum oominaverit: qui tamen anno superiore decesserat.

Hunc vitæ exitum habuit Augustinus, omnium mortalium, si eos quos Canonicos scriptores appellamus, exeipias, sapientissimus, editis adversus divinæ gratiæ hostes libris XXX. præter tot sacras declamationes, tractatus, & epistolas, queis superbissimam hæresim proseidit. Patria illi Tagastis fuit Numidiæ municipium.

cipium. A parentibus in Christiana religione educatus, sensim in Manichæorum sectam decidit, nimia discendi cupiditate allectus. Sed secreto divinæ providentiæ consilio Augustinus novennio Manichæorum errores exploravit, quo melius sibi notos validissime postea confutaret. Cum domi tenuis ac curta illi supellex esset, Romanianum nobilissimum ac ditissimum civem Mæcenatem sortitus est; a quo operam atque opes tulit. Eidem postea tribus contra Academicos libris inscriptis, ingenti fœnore immortalitas repensa. Liberales artes ceterasque scientias proprio marte percepit. Neque enim fas erat eum, qui omnium magister futurus erat, aliquando inter discipulos censeri. Carthagine, Romæ, ac tandem Mediolani rhetoricam docuit. Lubrica iuventute in voluptates decidit; non ita tamen ut iisdem ingenii vires enervaret. Immo tam pertinaci studio scientias sectabatur, ut unica in illis eidem voluptas esse videretur. Sacris Ambrosii Antistitis declamationibus ad bonam frugem reductus, Manetem execratus, ac salutaribus undis lotus, catholicæ militiæ nomen dedit. In Africam reversus monachum induit: eius monastici instituti professores per orbem postea late colonias frequentissimas deduxere. At dum sibi vivere studet, omnium utilitati vivere cogitur, ad sacras Hipponensis urbis infulas promotus. Hæresi bellum intulit: ac mille victoriis reportatis, tota illam Africa, immo orbe pæne toto exegit; ut quantum catholica respublica habuit hostium, tantum & unus Augustinus ostenderit triumphorum. In Manichæos primum, deio in Donatistas, tamdem in Pelagianos aciem movit; ac superis faventibus de universis triumphavit. Factumque est, ut per Augustinum minus monstrorum Africa numeraret. Cum in reliquis hæreticis expugnandis ceteros acumine ingenii, rationum pondere, ac gravi disputationis impetu superasset; in Pelagianis debellandis se ipso quoque maior evasit. Contra illos enim totis ingenii viribus decertavit. Uti vero illi doctrinæ subtilitate, & argumentorum vi ceteros hæreticos longo post se intervallo reliquere; ita Augustinus in eisdem tanta virtute superandis supra homines evectus est. Neque enim ingratam gratiam dixetim, quæ sui strenuissimo defensori larga manu suppetias non tulerit. Hinc divina pæne Augustini doctrina contra Pelagianos credita est. Illa enim in Pontificum Romanorum oracula, in synodorum canones, in fidei regulam transiit. Nam subsecuti Ecclesiæ Præsules unius Augustini vocibus contra superbam hæresim sententias dixere. Ultima senecta errata sua publicare voluit, Retractationum libros edendo. At cum in ceteris ducentis & amplius libris plurima censoria ille virga corrigeret, in libris contra Pelagianos editis nullam sententiam retractavit: nihil quod displiceret invenit. Nemo Augustino melius divinæ gratiæ vires expertus fuit: nemo Augustino melius eiusdem efficaciam probavit. Hinc factum est, ut qui post Augustinum divinam gratiam propugnarunt, sub unius Augustini auspiciis in aciem descenderint, ut ex iis quæ dicturi sumus, apparebit. De eiusdem gestis ac scriptis plurimi ex Augustiniana familia commentarios edidere, Cornelius Lancellotus, Ludovicus ab Angelis, Aloysius Torellus, aliique: quorum tamen studia vicit sapientissimus Pater Iohannes Rivius Belga. Ex quibus alii plurima mutuarunt. Strenuissimo huic duci de Pelagiana hæresi aliisque triumphanti, epinicia cecinit Michael Hoyerus Augustinianus, libro 2. Flammularum Amoris S. Augustini carm. XXIX:

Fallimur? an curru vovus æthera victor eburno,
Tempora Phœbæa virgine nexus adit?
Ecquis In Pacem vasti super atria cœli,
Ecquis Io clara voce triumphe sonat?
Non hic edomita Bromius Gangetide terra
Lauriger adiunctis tigribus astra petit.
Non fragilem maior molitur Atrida triumphum
Truncandus patriis, heu miser! ante Deos.
Non ardens sceptris rerum insatiata vorago,
Festa coronatis Roma triumphat equis.
Sed superas victor scandit Pater aureus arces,
Impositis Erebi monstra premens pedibus,
Aulæis festiva micant delubra superbis,
Semita iactatis erubuitque rosis.
Hic Arabum messes, Syrios liquat alter odores,
Huius Achemenios halat acerra focos.
Hostica spectatis spolia, & de Dite superbo
Exuvias, pompæ fercula longa sacræ?
Cernitis anguineos ut eat demissa capillos,
Terribiles spirans hæresis ore minas?
Vincla gravant ærata caput, tamen usque ferocit,
Terraque de sævo corde venena spuit.

A *Pone subit Manes, scelerumque Pelagius auctor,*
Tabida demissis squallidus ora comis.
Ut fcendeut, oculisque vibrant hostilibus ignes,
Laurigeras prælens fœdus uterque cotas.
Infelicem aulmam ponaut: temerare Deorum
Discaut impura relligioue metum.
Hostia tam periuea sacras iamiam imbuat aras.
Non est Tarpeis dignior ulla focis.
Tu quoque nequitiæ semen, Donate, peribis,
Donasti socio qui mala verba gregi,
Eia triumphales umbreut tua tempora lauri.
Omnis, magne Pater, victima fusa iacet.
Victima fusa iacet, tristi quam protulit alvo
Styx uigra, tartareum sugere sueta merum,
B *Eximiis hæc est victoria digna triumphis,*
Cæsus ubi unius viribus hostis obit.
Cum rueret Carthago decem succeusa diebus,
Magno Scipiadæ pars quota laudis erat?
Partem plebeius, partemque triarius huius
Excidii haud parvum, si bene reris, habeat
At tua, magne Pater, seposita est laurea ab omni
Compare, Palladia laurea parta manu,

Sed quid nuperum Poetam ad Augustini victorias concinendas conduco? Eia tu, qui in defendenda gratia Augustini demortui vices gessisti, magne Prosper, tuam intende chelyn, & rriumphanti Imperatori carmina modulare. Pone en-
C sem, quo superborum hostium capita feris, & plectrum solicita, in aciem postea sub Augustini auspiciis iterum descensurus, Hæc ille canit in carmine contra Ingratos;

Augustinus erat, quem Christi gratia cornu
Uberiore rigans, nostro lumen dedit ævo,
Accensum vero de lumine. Nam cibus illi,
Et vita & requies Deus est, omnisque voluptas
Unus amor Christi est: unus Christi est honor illi
Et dum nulla sibi tribuit bona, fit Deus illi
Omnia, & in sancto regnat sapientia templo.
Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto
D *Infanas pepulere feras, industria maior,*
Maius opus, totum præstantius imbuit orbem.
Nam quacumque gradum convertit callidus hostis,
Quaque per ambages anceps iter egit opertas,
Huius ab occursu est præventus, mille viarum
Insidiis aditum uon repperientibus ullum.
Cumque foris rabies avidorum exclusa luporum
Frenderet, inque omnes mendacia verteret artes,
Ne mentes ullarum ovium corrumpere posset,
Neu dubia obliquis turbaret corda querelis,
Istius ore viri fecit Deus: istius ore
Flumina librorum mundum effluxere per omnem,
Quæ mites humilesque bibunt, campisque animorum
Certant vitalis doctrinæ immittere rivos.

CAPUT VIII.

Alipius Tagastensis Numidiæ Primas. Civilis, ac ecclesiastica provinciarum Africæ divisio præmittitur: ubi de Arzugitana provincia nonnulla adnotantur. De Numidiæ Primatum vivente Augustino successione Cardinalis Baronii sententia ab objectis a Christiano Lupo erroribus vindicatur. Scriptorum Augustinensium de Profuturo Episcopo narratio expenditur. De primatiali Numidarum sede Salmasii opinio reiecta. Caroli a S. Paulo, ac Holstenii tabulæ Numidia suppleta. Gregorii Magni textus restituitur. Mors Alipii, itemque Aurelii Carthaginensis, ac de utroque elogium.

ALipium Tagastensem sæpius nobis in Pelagiana causa memoratum Numidiæ Primatem fuisse, ex epigraphe epistolæ 67. Augustini ad eumdem erudite colligit Chiffletius in notis ad Breviarium canonum Cresconii pag. 316. Etenim laudata epistola sic inscribitur: *Augustinus Alipio seni*. Idem etiam in epist. 55. a Dioscoro dicitur *Senex Alipius*. Quo nomine, ut inferius ostendam, cum soli Primates vulgo appellarentur, palam fit, Alipium prope annum 430. fuisse Numidarum Primatem, ac Valentino qui anno 423. erat Numidiæ Metropolita, successisse. Anno 416. in literis synodicis Numidarum ad Innocentium Papam, post Sylvanum Primatem quinque Episcopi ante Alipium subscripti leguntur: quorum unus tantum primatum indeptus est. Ex depravato tamen textu epistolæ Augustinianæ, de tempore obitus Alipii, itemque Numidiæ Primatum successione, nobiles scriptores in varias sententias abiere. De his igitur agemus, ut inde etiam pateat, quinam Primates vivente Augustino Numidiam rexerint, quibus S. Episcopus Hipponensis uti subditus morem gessit. Eos autem ab anno 395. usque ad annum 430. describemus: toto enim medio illo tempore Augustinus Hipponæ Episcopus vixit. Hoc tamen antequam

quam exsequamur, nonnulla præmittenda sunt, quo plenior Africanarum ecclesiarum hierarchiæ cognitio habeatur.

Africa in Romanorum potestatem redacta, in septem provincias divisa fuit, diversis gubernatoribus singulis præpositis. Provincia Carthaginensis, quæ Zeugitana & Proconsularis ex Victore Vitensi initio fere lib. 1. de Persecutione Vandalica dicta fuit, a Proconsule regebatur. Numidiæ, ac Byzacio duo Consulares præerant. Tripoli autem, & Mauritaniæ Sitifensi, itemque Cæsareensi tres Præsides iura dabant: unde a Sexto Rufo illæ consulares, hæ præsidales provinciæ appellatæ sunt. Præter hasce sex provincias, septima Romanis in eadem Africa parebat, quæ Tingitana dicebatur: eratque extima Mauritaniæ pars versus Occidentem, Oceano Atlantico contermina. Hanc cum Mauritania Sitifensi plerique scriptores confundunt. In subscriptionibus synodi plenariæ Africanæ anno 419. Carthagine celebratæ, Mauritania Sitifensis cum Tingitana perperam confunditur. Nam legati Mauritaniæ Sitifensis ita subscripti leguntur: *Novatus Sitifensis legatus provinciæ Sitifensis, vel Mauritaniæ Tingitanæ.* Eodem modo duo alteri collegæ describuntur. Eumdem lapidem offendit Pamelius in notis ad epistolam 45. S. Cypriani: quo loco ex Sex. Rufo Africanarum provinciarum divisionem recitat; cum tamen ibidem Rufus duabus Mauritaniis Sitifensi ac Cæsareensi recensitis, statim hæc scribat: *Trans fretum etiam in solo Africæ provincia Hispaniarum est, quæ Tingitanica Mauritania appellatur.* Inter provinciam Sitifensem ac Tingitanam, Cæsareensis Mauritania interiacet. Sitifensis a Sitifi metropoli, Tingitana vero a Tingi urbibus provinciarum primariis nuncupabantur. Tingitana provincia Hispaniarum a Rufo dicta est, quod una esset ex quatuor provinciis præsidalibus Hispaniæ, ut patet ex Notitia imperii Occidentalis cap. 3. & 67. & Panvinio laudato. Plinio lib. 5. initio, ac Ptolemæo lib. 4. duplex tantum Mauritania memoratur, Cæsareensis, ac Tingitana: nam Sitifensis Cæsareensi id temporis accensebatur. Ptolemæus enim lib. 4. Geographiæ cap. 1. Sitifim inter Mauritaniæ Cæsareensis urbes numerat. Et Plinius scribit, Ampsaga flumine Mau-

A ritaniam Cæsareensem a Numidia divisam esse. Sitifenses autem ultra Ampsagam sunt. Tres Mauritaniæ unum olim regnum fuere usque ad imperium C. Cæsaris, *sævitia eius in duas divisæ provincias*, teste Plinio cap. 1. libri eiusdem. Etenim Caligula, Ptolemæo Mauritaniæ Rege impia fraude perempto, regnum in duas provincias dissecuit, quas per duos Procuratores Romani initio regebant. Lucius Albinus a Nerone Mauritaniæ Cæsareensi præfectus, a successore Galba etiam Tingitanæ præpositus fuit, ex Tacito lib. 2. historiarum. Posteriori tamen Romani imperii tempore Tingitana
B ab Africæ provinciis avulsa cum Hispania computabatur.

Hæc quidem civilis provinciarum Africæ divisio fuit, cui minime ecclesiasticæ earumdem distinctio conformis evasit. Cypriano Carthaginense Antistite, tres tantum provinciæ ecclesiasticæ in Africa censebantur, nempe Proconsularis, Numidia, & Mauritania, ut colligitur ex initio synodi a S. Cypriano coactæ apud Augustinum lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 2. Tunc enim amplissima erat provincia Zeugitana, quæ
C postea in tres provincias discreta est, nempe Proconsularem, Byzacenam, & Tripolitanam. Mauritania Sitifensis unam olim cum Numidia provinciam conflabat: postea tamen divisa fuit. Legitur hic canon tit. 82. apud Ferrandum diaconum: *Ut Primatem proprium Mauritania Sitifensis habeat. Concilio Carthaginensi titulo* 6. Certum est, anno 397. Sitifenses habuisse Primatem a Numidarum Primate diversum, uti proxime narrabimus. Provincia Tingitana, licet quod civilem politiam respicit, Hispaniis accensebatur, spectato tamen regi-
D mine ecclesiastico ad Mauritaniam Cæsareensem pertinebat, ut patet ex Notia Episcoporum Africæ: ubi Cæsareenses & Tingitani Episcopi uni tantummodo provinciæ deputantur. Hæ quidem sex fuere vivente Augustino Africanæ ecclesiæ provinciæ, in quibus ingens Episcoporum numerus recensebatur. In actis Collationis Carthaginensis anno 411. Episcopi catholici præsentes 286. subscripti leguntur. At Alipius noster Collat. 1. diei cap. 217. dixit absentes Antistites fuisse ducentos & viginti. Addidit Fortunatianus vacasse tum temporis

cathe-

cathedras LXIV. Verum Augustinus in Breviculo collat. 1. diei cap. 14. ait, absentes Episcopos fuisse *centum viginti*, vacasse vero sedes LX. Errorem vero in codicem Collationis irrepsisse, constat ex Augustino ibidem. Scribit Donatistas, cum audissent centum viginti Episcopos catholicos Carthaginem non venisse, respondisse, *etiam suos multo plures non venisse Carthaginem*. Quos inde S. Pater falsitatis convictos narrat: *Quandoquidem soli ægroti non venerant Carthaginem, pro quibus tamen in itinere ægrotantibus alii subscripserant; & omnium nomina cum ipsis etiam pro quibus alii subscripserant, ducenta septuaginta novem subscriptio continebat. Neque ullo modo credibile sit multo plures, quam centum viginti, hoc est tertiam partem omnium eorum, in suis sedibus ægrotasse potuisse, & ideo non venisse Carthaginem*. At CXX. additis XIII. sunt plane tertia pars totius numeri, quem Donatistæ iactabant. Itaque erant id temporis Episcopi in Africa CCCCLXVI.

Cum libro primo cap. 18. recitaverim literas Primatis Carthaginensis datas ad Episcopos, per tractum Byzacenæ & Arzugitanæ provinciæ constitutos; quæri potest, quænam fuerit isthæc provincia Arzugitana. Ego quidem cum apud veteres geographos nusquam in Africa Arzugum mentionem invenirem, quos tamen in epistola Augustini mox laudanda nominatos legeram, consului ea de re illustrissimum D. Hieronymum Casanatam S. R. Inquisitionis assessorem, ob singularem tum ecclesiasticæ tum profanæ eruditionis peritiam, eximium reipublicæ literariæ ornamentum ac decus: quod in aliis quoque difficultatibus, quas ægre per me expediri posse sentiebam, tam importune feci, ut doctissimo Præsuli, eidemque innumeris orthodoxi orbis negotiis occupatissimo non semel fastidio fuerim. Ille autem quicquid notitiæ de Arzugibus e veterum monumentorum ruderibus erui poterat, pari eruditione ac comitate indicavit. In primis Arzuges a Tripolitanis distincti erant: quod colligitur ex synodo Africana anno 401. Carthagine celebrata. Etenim Aurelius Primas hæc ibidem ait: *Quia in Tripoli forte, & in Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes* &c. Et postea: *Cogitare etiam debetis fratres, quia hoc sibi & Tripolitani & Arzugitani fratres poterunt exigere, si ratio pateretur*. A Quare Arzuges erant distincti a Tripolitanis, ac positi in confiniis Romani imperii in Africa. Ex Orosio lib. 1. Historiarum Orbis, quas Augustino iubente literis consignavit, ubi Africam cap. 3. describit, exacta notitia Arzugum traditur. Ibi enim hæc tradit: *Tripolitana provincia, quæ & Subventana, vel regio Arzugum dicitur, ubi Leptis magna civitas est. Quamvis Arzuges per longum Africæ limitem generaliter vocentur*. Ex his liquet Tripolitanos per antonomasiam quandoque Arzuges appellatos fuisse, ita tamen B ut aliæ quoque gentes extra Tripolis confinia eodem nomine nuncupatæ fuerint. Arzugum meminit Publicola vir illustris in epistola ad Augustinum, quæ tomo 2. inter Augustinianas est 153. *In Arzugibus*, inquit, *ut audivi, decurioni, qui limiti præest, vel tribuno, solent iurare barbari iurantes per dæmones suos*. Et inferius: *Si quem misero ad Arzuges, si licet ei iuramentum accipere a barbaro*. Arzugitana regio erat sub cura Ducis limitis Tripolitani, cui quatuordecim præpositi limitum suberant, qui in Notitia imperii Occidentalis apud Pancirolum cap. 70. C & Panvinium meum lib. 3. de Romano imperio recitantur. Hæc autem præsidia insidebant confinia plurium provinciarum Africæ. Nam ibidem legitur præses limitis Macomadiensis: hæc vero urbs spectabat ad Numidiam. Et in Collatione Carthaginensi laudatur Aurelius Macomadiensis, qui in epigraphe epistolæ 92. apud Augustinum tertio loco sedit in synodo Numidiæ Milevi celebrata contra Pelagianos anno 416. Rursus ponitur præses limitis Thamallomensis, quæ quidem civitas erat intra Byzacium. Nam in Notitia Episcoporum Africæ D inter Byzacenos nominatur Habetdeum Thamallomensis. Quare dubium est, num Arzugitanus tractus incluserit limites Tripolis, Byzacii & Numidiæ; cum præsertim scribat Orosius, quod *Arzuges per longum Africæ limitem vocentur*. Ego quidem censeo limitaneam regionem Byzacii fuisse partem tractus Arzugitani ex hac epigraphe literarum Aurelii Primatis, quas libro primo laudavimus: *Dilectissimis ac desiderabilibus fratribus ac consacerdotibus Donatiano primæ Sedis, Ianuario, Felice, Palatino, Primiano, Gaiano & alii Gaiano, Ianuario,*

Victo-

Victorino, & ceteris per tractum provinciae Byzacenae & Arzugitanae constitutis Aurelius Episcopus. Etenim cum Aurelius Donatianum tantum Primatem appellet, palam est, Arzugitanae regionis Episcopos intra eiusdem provinciam recensitos fuisse. Has literas neque ad Tripolitanos, neque ad Numidas datas fuisse, inde mihi probatur, quod in earumdem titulo utriusque provinciae Primatem nominasset, non autem solum Byzacenum. Tripolitanos autem proprium Primatem habuisse certum est. Nam unum legatum ea provincia ad synodos mittebat, eratque a ceteris Africae provinciis distincta, licet quinque tantum in illa Episcopi essent ex cap. 16. Cod. Concil. Africae, & ex Notitia Episcoporum superius laudata. In collat. 1. Carthaginensi cap. 107. haec leguntur: *Asellicus Episcopus ecclesiae catholicae municipii Tusurritensis dixit: Sub testificatione omnipotentis Dei & Iesu Christi Salvatoris nostri dico, nos sic esse de Arzugibus profectos die tertia Kal. Maiarum.* At ecclesia Tusurritensis spectabat ad provinciam Byzacenam. Unde in Notitia Episcoporum Africae inter Byzacenos numeratur *Florentius Tuzirritanus.* Erat autem Tusurrus urbs mediterranea Byzacii ad radices montis Mampsari in regione Giplonsiorum versus meridiem. Tisurus a Ptolemaeo nuncupatur. Itaque Asellicus erat Episcopus in Arzugibus, Donatiano Primati Byzaceno subiectus. Quod colligitur etiam ex epistola 200. S. Augustini ad eumdem Asellicum, cuius est exordium: *Literas sanctitatis tuae quas ad venerabilem senem Donatianum de cavendi Iudaismi disceptatione misisti, ad me ipse dignatus est mittere.* Ubi etiam scribit, Pelagium ac Caelestium *recenti iudicio Dei per diligentes & fideles servos eius etiam catholica communione privatos.* Ex quibus intelligitur, quanta in aestimatione erat Augustinus, cum Primates aliarum provinciarum dubiorum solutionem ab ipso peterent. Ex his constat, Arzuges eos Africae populos dictos fuisse, qui Tripolitanae & Byzacenae provinciae limites versus meridiem longo terrarum spatio incolebant. Unde dixit Augustinus epistola 48. ad Vincentium: *Si enim hoc Scripturarum loco meridies Africa intelligenda est in parte Donati, quae sub caeli ardentiori plaga est, omnes vos Maximianistae superabunt; quorum schisma in Byzacio & in Tripoli exarsit. Sed confligant cum eis Arzuges, & hoc magis ad se pertinere contendant* &c. Haec pluribus prosecutus sum, tum quod nulla Arzugitanae regionis mentio fiat in tabulis Caroli a S. Paulo, & ad easdem notis Holstenii; & collectores conciliorum, ubi de Arzugibus sermo est, quasdam lectiones margini apposuere, quae ex laudatis Augustini & Aurelii, atque utrique coaetanei Orosii testimonio corriguntur; tum etiam quod de Arzugitana provincia lib. 1. cap. 16. pluribus disserere noluimus, sed diligentiorem inquisitionem huc distulimus, ubi de provinciis Africae consulto sermo instituendus erat.

Hac ergo ecclesiasticarum Africae provinciarum divisione praemissa, ad earumdem Primates sermo vertendus est. Africanae ecclesiae in suarum provinciarum Primatibus statuendis longe a ceteris diversa consuetudo fuit. Etenim illum qui Carthaginis totius Africae metropolis sacris praeerat, uti supremum Exarchum aliarum provinciarum venerabatur, nempe Numidiae, Byzacii, utriusque Mauritaniae, ac Tripolis; & Primates non ab earumdem provinciarum metropolitanis urbibus, sed ab antiquitate delatae dignitatis appellabat. Testis est Leo IX. epist. 9. ad Petrum & Iohannem Episcopos Afros, ubi ait: *Sed de Africae Primatibus aliter intelligendum est, quia in singulis eius provinciis antiquitus Primates instituebantur non secundum potentiam alicuius civitatis, sed secundum tempus suae ordinationis: quibus tamen omnibus praeerat unus, scilicet Carthaginensis Archiepiscopus* &c. Quod ipsum exemplis Primatum Numidiae inferius ostendetur. Hanc peculiarem Africanae hierarchiae consuetudinem a Sirmondo primitus publicatam scribit Morinus: sed ante Sirmondum idipsum detexerat Bernardus Vindingus in Critico Augustiniano in notis ad epist. 217. Porro Afri provinciae Primatem vulgo *Senem* appellabant, quod ceteros tempore consecrationis superabat. Hinc Sylvanus Numidiae Primas in subscriptione priorum literarum in collat. 1. Carthaginensi cap. 16. dicitur *Sylvanus Senex.* Eo modo appellatur in synodo Cirtensi, & in epigraphe literarum S. Innocentii Papae ad Patres synodi Milevitanae II. *Innocentius Sylvano Seni, Valen-*

Valentino &c. Quare cum epistola Augustini 67. hunc titulum habeat, *Augustinus Alipio Seni*, palam fit, Alipium Tagastensem fuisse Numidiæ Primatem, ac Valentino successisse, qui anno 423. erat Primas Numidarum. Verum cum Christianus Lupus vir huius ætatis eruditissimus contendat, Valentino Xantippum successisse, ac Baronium Cardinalem secus opinantem plurium errorum auctorem faciat, operæ pretium duxi, rem hanc diligentius examinare; non modo ut doctissimi Annalium Ecclesiasticorum conditoris sententiam ab oppositis erroribus vindicem, verum etiam ut pareat, quinam Primates vivente Augustino Numidiam rexerint, quibus uti suffraganeus noster Hipponensis Antistes morem gessit. Illi ergo ab anno 395. usque ad annum 430. nobis describentur.

Lupus noster quem tanti facio, ut veritatem tantum illi præponendam ducam, in quæstione quodlibetica de Origine Augustinensium cap. 8. pag. 114. hæc scribit: *Dico itaque Megalio successisse Sylvanum, Sylvano Valentinum, huic autem Xantippum*. Probat, quia Augustinus ep. 217. ad Victorinum vocat Xantippum Primatem Episcopum Tagastensem. At certum est ex synodo Carthaginensi plenaria, anno 419. Alipium vixisse, ac inter reliquos sententiam dixisse; itemque constat ex literis eiusdem Concilii ad Bonifacium, Valentinum tunc fuisse Primatem Numidiæ. Unde fit consequens ut Xantippus mortuo Alipio in Tagastensem sedem successerit, atque uti ceteris antiquior primatialem apicem attigerit. Hinc concludit pag. 113. *Quapropter omnino lapsus est eminentissimus Cardinalis Baronius, dum Xantippum facit Sylvano antiquiorem*. Et pag. 117. relata sententia Cardinalis, addit: *Varii hic concurrunt errores*. Video opinionem Lupi placuisse amicissimo nostro Torello, qui pedibus in eamdem ivit: unde anno 420. inferias Alipio celebrat, dato eidem successore Xantippo. Ceterum his scriptoribus doctissimis, eruditissimis, meique in primis amantissimis, celebre illud adagium quadrat, bonum quandoque Homerum dormitare. Etenim Lupus præsertim prave Numidiæ Primates enumerat, quosdam omittens, alios non suo ordine recensens; insuper quædam Baronii dicta censuræ subiicit, quæ mibi verissima videntur.

A Anno CCCXCV. Megalius Episcopus Calamensis totius Numidiæ Primas Hipponem veniens, eiusdem urbis Episcopum Augustinum consecravit, ut tradit Prosper in Chronico. Possidius lib. de Vita Augustini cap. 8. scribit S. Doctorem ordinatum fuisse a *Primate Numidiæ Megalio Calamensi Episcopo*. Et cum in collatione Carthaginensi Donatistæ instarent, a quonam Augustinus consecratus esset, respondit S. Pater: *Megalius me ordinavit Primas ecclesiæ Numidiæ catholicæ*, cap. 247. collat. tertiæ diei. At necdum biennio exacto Megalius decessit. B De cuius obitu scribens Augustinus ad Profuturum Episcopum Constantinensem ait: *Quod senex Megalius defunctus sit, iam vos audisse quis dubitet? Erant autem a depositione corporis eius, cum hæc scriberem, dies ferme viginti quatuor*. Mortuus est Megalius anno 397. circa Augustum. Megalio successit non Sylvanus, ut dixit Lupus, sed Crescentianus. Patet hoc ex synodo Carthaginensi III. apud Binium, celebrata Cæsario & Attico VV. CC. Coss. V. Kalend. Septembris, nempe anno 397. ubi Aurelius Archiepiscopus Carthaginensis dixit: C *Frater etiam Reginus ecclesiæ Vegeselitanæ literas ad parvitatem meam datas Crescentiani primæ sedis, ut ipse insinuat, Numidiarum*. Ex his Aurelii verbis liquet, tunc primum Crescentiani primatum eidem innotuisse. At Africæ Primates statim Archiepiscopum Carthaginensem de obtenta dignitate certiorem reddebant. Erant enim eidem subiecti, ut contra Salmasium pluribus ostendo in Dissert. hist. de Synodo V. cap. 10.

Ex dictis supina omnium pæne scriptorum Augustinensium hallucinatio reiicienda est. Putant enim, Profuturum D monachum olim Augustinianum ex epistola 258. Evodii nostri ad Augustinum anno 398. in Lusitaniam profectum, ibique electum fuisse Metropolitam Bracarensem. Ita Marquez de Origine August. cap. 10. §. 2. Crusenius lib. 1. Monasticon cap. 13. & omnium operosissime Magister Antonius a Purificatione tom. 1. Hist. Lusitaniæ Augustinianæ lib. 1. tit. 5. & in Apologetico, & nuper Mauritius a Matre Dei excalceatus lib. 1. de Sacra eremo Aug. §. 1. Argumentum fabulæ dedit Iulianus Toletanus in Chronico ad annum 398. hæc

scribens

scribens: *Profuturus presbyter Africæ venit in Hispaniam, & ob egregias virtutes & meutis sanctitatem, succedit Paterno in sede Bracarensi*. Hinc Antonius a Purificatione contendit, Profuturum Bracarensem Episcopum Augustioianum monachatum in Lusitaniam primum invexisse. At eo anno 398. Profuturum in vivis non fuisse, immo neqne in Lusitania, sed in Numidia Episcopum dicendum esse, aperte demonstro. Et ut a posteriori incipiam, S. Augustinus in lib. de Unico bapt. cap. 16. hæc contra Petilianum Cirtensium Donatistarum Episcopum scribit: *Iam vero quod etiam de Cirtensi ecclesia dicere voluit, & Episcopos ibi catholicos maledictis insectatus est, quibus voluit* &c. *Proinde si Profuturus ante paucissimos annos defunctus, & Fortunatus, qui iu corpore adhuc est, atque illi successit Episcopo* &c. Fuit ergo Profuturus Cirtæ in Numidia Episcopus Fnrtunati decessor. Circa eadem urbs cum Constantina fuit. Unde Augustinus Petilianum modo dicit Cirtensem Episcopum lib. 3. con. lit. Pet. cap. 53. & initio lib. 1. eon. Cresconium, modo Constantinensem lib. 2 Retract. cap. 34. & lib. 2. con. Pet eap. 99. Ipse Petilianus collat. 1. cap. 65. dixit: *In plebe mea, idest civitate Constantinensi, adversarium habeo Fortunatum*. Augustinus eumdem etiam Fortunatum Constantinensem appellat lib. 3. cap. 38. & lib. 1. con. lit. Pet. cap. 1. Cirtensem vero lib. de Uoico baptismo c. 16. Unde errant illi qui cum Baronio duos Petilianos fuisse suspicantur, vel cum Francisco Balduino io notis ad Optatum, eumdem ab una ad aliam ecclesiam translatum putant. Corrigendus etiam venit Rosuveydus, qui cum Baronio ad annum 395. num. 43. facit Profuturum Episcnpum Calamensem. Ego sane moleste fero, Marquez, aliosque adeo obscitanter laudatam epistolam Augustini ad Profuturum legisse. Illius initium est: *Quod seuex Megalius defunctus sit, iam vos audisse quis dubitet? Eraut autem a depositione corporis eius, cum hæc scriberem, dies ferme viginti quatuor*. Itane minime dubitandum dixisset, intra dies viginti Megalii mortem in Numidia eognitam fuisse remotissimæ Lusitaniæ urbi, cuius sacra Profuturus moderabatur? Addit: *Successorem primatus eius, si fieri potest, nosse volumus*. Næ Augustinus Hippone in Numidia degens, novi Numidarum Primatis electionem a Bracarensi in Lusitania Episeopo iotelligere optasset. A Profuturo id scire cito citius sperabat, quia erat in metropoli provinciæ, ubi residebat eonsularis Numidiæ Rectnr, ad quem novi Primates statim scribere solebant. Rursus io eadem epistola, *Si recolis*, inquit, *quid mecum nuper in itinere quodam locutus sis*. Erat ergo Profuturus in Africa Episeopus. Hoc postremo testimonio convictus P. Thomas de Herrera lib. 3. Bibl. Aug. in notis ad epist. 8. S. Augustini, fassus est Profuturum minime Bracarensem Episcopum fuisse. In fine epistolæ rogat Profuturum, ut Victori, *Coustautinam dum pergeret*, adiumento sit, eidemque insinuet, ut velit *per Calamam remeare*. Quæ urbes in Numidia erant; & palam Profuturus ibidem ut Constantinæ degens describitur. Præterea S. Paulinus Nolanus epist. 36. apud Augustinianas, scribit Romaniano se accepisse literas *ex Africa Aurelii, Alipii, Augustini, Profuturi, Severi, iam omnium pariter Episcoporum*. Alius ergo est ille Profuturus Bracarensis a nostro Constantinensi; qui electus Antistes *in brevi defunctus est* ex epistola Augustioi 10. ad Hieronymum.

Eo vero anno 398. Profuturum non fuisse superstitem certum est. Nam Megalius Calamensis, ex literis Crescentiani ad synodum Africanam anno 397. in fine Augusti celebratam, tune obierat. Atqui Megalio in Calamensem sedem successit Possidius Augustinianus monachus. Quare anno eodem sedebat Calamæ Possidius. Ex alia autem parte constat, Fortunatum, qui post Profuturum Constantinensem ecclesiam rexit, electum fuisse Episcopum ante Possidium. Nam in magna collatione Carthaginensi anno 411. *Fortunatus Constantinensis* quinto loco numeratur, at *Possidius Calamensis* postremo loco inter septem Episcopos, qui ad disputandum contra totidem Donatistas electi suot. Rursus in synodo Milevitana II. anno 416. eontra Pelagianos coacta, Fortnnatus undecimus, Possidius duodecimus inter Patres recensetur io titulo epistolæ 92. Augustinianæ. Quam vero exacte in Africana ecclesia, iuxta tempus delati episcopatus, in sedendo ac subscribendo ordo servaretur, colligitur ex Cod. Afric,

Y cap. 53.

cap. 53. *Ut nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere*. Hinc S. Augustinus increpat Victorinum ob non servatum iuxta tempus collatæ dignitatis ordinem in nominandis Episcopis in Tractoria: *Ad ipsos Numidas*, inquit, *ita perturbato & neglecto ordine scriptum est, ut nomen meum tertio loco invenerim, qui novi quam post multos Episcopus factus sum*, ep. 217. Quare Profuturus paulo post acceptam epistolam illam Augustini e vivis excessit: eique prius datus est successor Fortunatus, quam Possidius Calamæ Megalio subrogaretur; ut in synodis ante Possidium iure Fortunatus sederet. Sed ad Numidiæ Primates redeundum est.

Errat præterea Lupus, dum Xantippum Sylvano & Valentino posteriorem Primatem facit: nam Crescentianus Xantippum excepit. Nihil hoc ipso clarius in synodis Africanis habetur. Mortuo Crescentiano, lis orta fuit inter Xantippum & Victorinum de primatu Numidiæ, eam sibi utroque certatim dignitatem vindicante, ut patet ex S. Augustino epist. 217. Cardinalis Baronius inde illam controversiam exortam putat, quod cum duæ Numidiæ essent, & in una Xantippus, in altera vero Victorinus degeret, uterque suæ metropoli primatum asserere satagebat. At causam Xantippo adiudicatam scribit, quod esset Episcopus Constantinæ, quæ totius Numidiæ erat metropolis. Lupus vero negat duas fuisse Numidias: sed ait Mauritaniam Sitifensem seiunctam fuisse a iurisdictione Primatis Numidiæ, *ita tamen ut ista Mauritania non fieret provincia primatialis, sed iuxta Africæ leges devolveretur sub solicitudinem Primatis Carthaginensis*. Ita fatur pag. 119. addens in synodi VI. prologo nomine duarum Numidiarum intelligi Numidiam ipsam, & Mauritaniam Sitifensem. Litigia autem illorum duorum Præsulum fuisse tradit, non de iure sedium sed personæ, quinam scilicet esset senior Episcopus Numidiæ. Hoc Lupi postremum dictum verum est. Neque enim apud Afros sedes primatialis erat in metropoli provinciæ, sed quandoque in vilissimo oppido, in quo ætate maior reliquis Episcopus degebat. Profecto erravit Salmasius parte 2. Eucharistici cap. 4. pag. 576. dicens: *Constantina metropolis erat Numidiæ, prima sedes & metropolis idem*. Etenim Episco-

A po S. Augustino, fuere primates Numidiæ Megalius Calamensis, Cresconius nescio cuius urbis Episcopus, (certe non Constantinæ; nam Fortunatus ibidem sacra Antistes administrabat) Xantippus Tagosensis, Sylvanus Zummensis, Valentinus Baianensis, ac denique Alipius Tagastensis. Quæ partim demonstrata sunt, partim proxime ostendentur. Non ergo quæstio erat de metropoli Numidiæ, sed de antiquitate in episcopatu. Quod ex ipsamet epistola Augustini intelligitur: *Ambo*, inquit, *convocate collegas vestros, eos maxime qui vobis episcopatus æta-*
B *te vicini sunt, qui facile quis vestrum verum dicat agnoscant, ut inter vos paucos eadem præ ceteris quæstio dirimatur, & errore sublato minores a ceteris convocentur; qui nec debent nisi vobis in hac re tamquam prioribus credere, & nunc ignorant cui vestrum potissimum credant*. Ecce iuniores Numidiæ Episcopi nesciebant, uter esset antiquior Episcopus: seniores atque *ætate vicini* consulendi erant, quibus longe melius quam iunioribus, tempus ordinationis ipsorum poterat innotescere,

Nullo autem iure Lupus reprehendit
C Baronium, quod duas Numidias dixit; contendens pro altera Numidia intelligi Mauritaniam Sitifensem, quæ ita ab antiqua iurisdictione primatus Numidici segregata fuit, *ut non fieret provincia primatialis* pag. 119. Nam reapse Mauritania Sitifensis, non minus quam Numidia, suum habuit ab aliis diversum Primatem, & quidem Episcopo Augustino. In concilio plenario Milevitano I. Arcadio & Honorio AA. VV. Coss. anno 402. hæc habentur; *Xantippus Episcopus primæ sedis Numidiæ sua manu confirmavit* &c.
D *Nicetius Episcopus primæ sedis Mauritaniæ Sitifensis dixit* &c. Vides Sitifenses Mauritanos, ac Numidas Episcopos habuisse distinctos Primates? Canone 2. Concilii III. Carthaginensis apud Binium dicitur: *Omnes provinciæ, quæ primas sedes habent, legatos mittant*. At Mauritani Sitifenses tempore Augustini legatos semper misere ad synodos Africanas. In synodo anni 397. Cæsario & Attico Coss. Honoratus & Urbanus nominantur legati Mauritaniæ Sitifensis. Anno 401. in synodo Carthaginensi post consul. Fl. Stilichonis, laudantur iidem *Honoratus & Urbanus Episcopi lega-*

ti pro-

ti provinciæ Mauritaniæ Sitifensis. Rursus in synodo Carthaginensi, Theodosio & Rurimondo Coss. anoo 403. cap. 57. Cod. Afric. hæc habeotur: *Lucianus & Sylvanus legati provinciæ Mauritaniæ Sitifensis dixerunt* &c. Idem patet ex conciliis annn 418. & 419. in causa de appellationibus Africanis, in quibus eum legatis aliarum proviociarum nominantur etiam tres legati provinciæ Sitifensis. Habebat igitur Mauritaoia Sitifensis sedem primatialem. Hoc ipsum expresse Augustious tradit epist. 217. *Legi*, inquit, *in eadem Tractoria etiam ad Mauritanias esse scriptum, quas provincias scimus suos babere Primates*; cum de primatu Numidiæ Xantippus ac Victorious Episcopi litigarent ante annum 402.

Recte etiam Cardinalis historieus duas Numidias dixit: nam Crescentianus loco superius laudato dicitur Episcopus *primæ sedis Numidiarum*. Non intelligi vero ibi etiam Mauritaniam Sitifeosem, quod Primati Numidiæ subiecta erat, ut putat Lupus, aperte colligitur ex prologo plenarii concilii Africani sub Booifacio Papa anno 419. post consulatom Honorii XII. & Theodnsii VIII. Carthagine celebrati; ubi hæc recitantur: *Præsentibus legatis diversarum provinciarum Africanarum, Numidiarum duarum, Byzacenæ, Mauritaniæ Sitifensis, & Mauritaniæ Cæsareensis, sed & Tripolis* &c. Mauritania Sitifensis nominatur tamquam proviocia a duabus Numidiis distincta. Item in collatione Carthaginensi primæ diei cap. 201. legitur *Ianuarius Episcopus de Tubursicu Numidiarnm*. Uti noster Primas Aquileiensis utriusqoe Norici Mediterranei & Ripensis ecclesiis præest, ita utramque Numidiam unus idemque Primas administrabat. Quinam autem essent duarum Numidiarum limites, queis invicem discernerentur, quove vocabulo distingui solereot, apud scriptores ecclesiasticos non invenin. Erit fortasse qui Numidiam in consularem & proconsularem discernat. Nam S. Augustinus ep. 134. ait: *in media Numidia consulari*. In Codice vero Theod. lib. 11. tit 1. L. 29. *proconsularis Numidiæ* mentio fit. Sed plane codicis textus est corruptus: nam ibi legitor: *Ita ut proconsularis Numidiæ cognoscat octonos & denos solidos pro singulis equis debere persolvere, Byzaceni etiam Tripolitanique cognoscant quinos denos pro singulis equis se debere præstare*. Neque enim Numidiæ Proconsul, sed Consularis iura dicebat, ut patet ex Notitia imperii Occideotalis, & ex ep. 230. Augustini. Quare ita legendum est: *Proconsulares & Numidæ cognoscant* &c. Augustinus vero Numidiam consularem appellavit, quod a viro consulari, ut mox dicebam, regebatur. Ptolemæus lib. 4. cap. 3. *Numidiæ novæ* urbes recensens, inter illas neque Cirtam, neque Vagam oominat: unde istæ videotur pertinere ad Numidiam veterem. Cur Numidia *novæ provinciæ* nomen sortita sit, tradit Appianus Alexandrinus lib. 4. de Bello civili noo longe ab initio. Numidiæ oovæ geograpbicam tabulam exhibet Ortelius. Duas ergo Numidias, nempe novam & veterem, io laudatis synodis appellatas existimo. Quare perperam P. Lupus Baronium accusat, quod duas Numidias dixit, & has a Mauritania Sitisensi distinctas. Atque hæc sufficiant pro intelligentia dissidii inter Xantippum & Victorinum de primatu Numidiæ; quod ex sola epistola 217. S. Augustini nnbis innotuit.

Longius autem a veritate abit Lupus, dum erroris insignem annallstam insimulat, quod Xantippum Primatem ante Sylvanum posuit. Etenim Baronii sententia vera est, & Lupus ex mendoso codice in transversam opinionem abductus fuit. Nihil plane tam ccrto constat ex conciliis & S. Augustioo, quam Xantippum ante Sylvanum fuisse Numidarum Primatem. In Synodo Milevitana I. celebrata *Gloriosiss. Impp. Arcadio & Honorio V. Coss. VI. Kal. Septembris*, anoo 402. Christianæ epochæ, hæc leguntur: *Xantippus Episcopus primæ sedis Numidiæ dixit*. Ad minus anno 401. contigit Xantippi primatus. Nam Augustious epist. 217. V. Idus Novembris, scribit incertum fuisse apud Numidas primatum, Xantippo & Victorinn de eodem contendeotibus. At aono sequeoti mense Augustn, Xantippus citra dubium erat tamquam Primas a synodo receptus. Rursus in synodo Carthagiocosi coacta *Gloriosiss. Impp. Honorio VII. & Theodosio II. AA. Coss. Idibus Iunii*, nempe anno 407. hæc recitata suot: *Censuit sanctum Concilium, ut literæ ad eumdem Senem Xantippum prærogentur*, cap. 67. Cod. Afric. Conciliorum. Augustinus nobili caracte-

re in epiſt. 236. ad Senem Xantippum eiuſdem primatus tempora aperte deſignans, de cognita ab ſe cauſa Abundantii presbyteri hæc ait: *Audivi autem cauſam eius, cum centum dies eſſent ad Dominicum Paſchæ, qui futurus eſt VIII. Idus Aprilis.* At paſchalis ſolemnitas tempore epiſcopatus Auguſtini, ſemel & iterum tantum contigit die 6. Aprilis, nempe anno 402. Cyclo Solis XIX. Lunæ IV. lit. E. & rurſus anno 424. Cyclo Solis XIII. Lunæ VII. lit. F. E. At cum anno 411. Sylvanus Xantippi ſucceſſor Primas Numidiæ fuerit, literæ illæ datæ ſunt ante paſcha anni 402. Xantippo Numidiæ Primare.

Uti certum eſt tempus primatus Xantippi, æque incerta eſt ſedes eiuſdem. In epiſtola 217. Auguſtini ad Victorinum hæc leguntur: *Venerabilis frater & collega noſter Xantippus Tagaſtenſis dicit, quod eum primatus ipſe contingat.* At id temporis Alipius erat Epiſcopus Tagaſtenſis; qui ante Auguſtinum, cuius conſecratio contigit anno 395. Epiſcopus ordinatus fuit; & in ſynodo Carthaginenſi, Vincentio & Flavita Coſſ. Idibus Septembris anno 401. electus fuit ad quærendum idoneum Epiſcopum, qui eccleſiæ Hipponenſi Diarrhytorum præficeretur. Interfuit etiam collationi Carthaginenſi anno 411. aliiſque ſynodis, & vivebat anno 428. quo anno Roma ad Auguſtinum in Africam quinque Iuliani Pelagiani libros miſit, ut lib. 1. cap. 24. dictum eſt. Sane Auguſtinus in epiſtola ad Quodvultdeum ſcribit, ſe accepiſſe ab Alipio Romæ commorante Iuliani libros, duobus Retractationum voluminibus abſolutis; quæ anno 427. completa fuiſſe certum eſt. Alipius ergo erat ſub Xantippo Primate Epiſcopus Tagaſtenſis, & iniuſte Lupus invehitur in Baronium pag. 118. quod in margine pro Tagaſtenſi Conſtantinenſem Xantippum dixerit, cum tale mendum Lovanienſes non agnoverint: aitque Tagaſtenſem aſſerendum, mortuo Alipio circa annum 419. vel ſequenti, ac ſuccedente in eamdem ſedem Xantippo. Quæ quidem omnia falſa ſunt. Verumtamen nec correctio Baronii admitti poteſt: nam id temporis ſedebat Conſtantinæ Fortunatus. Etenim ſcribit S. Auguſtinus lib. 1. con. lit. Pet. cap. 1. *Nunc vero cum eſſem in eccleſia Conſtantinenſi, Abſentio præſente*

A *& collega meo Fortunato eius Epiſcopo* &c. Hi vero libri ſcripti ſunt ante mortem S. Anaſtaſii Papæ, quæ accidit anno 402. V. Kal. Maii. Scribit enim lib. 2. c. 51. *Cathedra tibi quid fecit eccleſiæ Romanæ, in qua Petrus ſedit, & in qua hodie Anaſtaſius ſedet.* Idem Fortunatus Conſtantinenſis vivebat anno 411. fuitque unus ex ſeptem ad diſputandum contra Donatiſtas ſelectis in Collatione Carthaginenſi, ut ſuperius oſtenſum eſt. Ego quidem pluribus codicibus Vaticanæ bibliothecæ conſultis, ubique legi Xantippum *Tagoſenſem* nuncupatum. Ita habe-

B tur in MSS. codicibus tribus, nempe num. 494. pag. 140. num. 495. pag. 91. num. 499. pag. 209. Quare edita hucuſque volumina, quæ Xantippum Tagaſtenſem dicunt, ſunt corrigenda. Scio Holſtenium in notis ad pag. 96. Geographiæ ſacræ Caroli a S. Paulo *Tagorenſem* legere. Duas autem fuiſſe Tagoras in Africa habemus ex Collatione 1. Carthaginenſi. Nam c. 133. Poſthumianus Tagorenſis, & cap. 142. Reſtitutus Tagorenſis recitantur. At Tagora una erat in provincia proconſulari, & in Notitia Epiſcoporum Africæ dicitur Tagara,

C cuius Epiſcopus ibidem ponitur Honoratus. Tagora vero Numidiæ Thagura ibidem dicitur, laudaturque *Timotheus Thagurenſis.* Sed cum tot codices antiquiſſimi Xantippum Tagoſenſem exhibeant, Tagoſam in Numidia fuiſſe dicendum eſt. Nec mirum hanc urbem in geographicis tabulis non reperiri. Nam Africani Primates, ut ait Gregorius lib. 1. epiſt. 72. ad Gennadium, *paſſim per villas*, non in civitatibus primariis reſidebant; & tempore collationis Carthaginenſis erant in univerſa Africa Epiſcopi quingenti ac ſexaginta ſex; cum tamen

D tot oppida nec Ptolemæi, nec Ortelii tabulæ exprimant. Vide epiſtolam 87. S. Leonis ad Epiſcopos Mauritaniæ Cæſareenſis.

Mortuo Xantippo, erat anno 411. Primas Numidiæ Sylvanus. Pater Lupus pag. 110. eumdem Perdicenſem Epiſcopum nominaverat; at poſtea ex Collatione Carthaginenſi errorem in pagella ad calcem libri corrigit, ſcribens fuiſſe Epiſcopum Zummenſem. Sed aliunde etiam error poterat innoteſcere. Nam eccleſia Perdicenſis non pertinebat ad provinciam Numidiæ, ſed Mauritaniæ

Siti-

Sitifensis: cuius provinciæ nomine legationem idem Sylvanus obivit in synodo Carthaginensi, ut superius prænotabam; & *Victorinus Perdicensis* ponitur in Mauritania Sitifensi in Notitia Episcoporum Africæ. *Sylvanus Zammensis* in laudata collatione nominatus est a Fortunatiano Siccensi capite 200. & ab ipso Officio cap. 201. Hic autem cap. 18. collat. 1. ita literas subscribit: *Sylvanus primæ Sedis provinciæ Numidiæ subscripsi*. Idem anno 412. præfuit synodo Cirtensi ex epistola 152. Augustini, quæ incipit: *Sylvanus Senex, Valentinus, Aurelius* &c. Subscripta ponitur apud Lovaniensium editionem, *Honorio VII. Cos. 17. Kal. Iulias*. Est annus 407. Sed post collationem anni 411. ea synodus habita est, nam collationis eiusdem ibidem mentio habetur. Baronius recte legendum scribit, Honorio IX. Cos. anno 412. Idem etiam anno 416. coegit Milevi synodum contra Pelagianos, ac synodales literas ad Innocentium Pontificem dedit; quæ num 92. apud Augustinum habentur, quibus Summus Pontifex epistolam ibidem 93 reposuit cum epigraphe, *Innocentius Sylvano Seni, Valentino, & ceteris, qui in Milevitana synodo interfuerunt* &c.

Haud diu superstes fuit Sylvanus: nam anno 419. Valentinus erat Numidiæ Primas. In literis ad Bonifacium Papam datis, in quibus epistolæ *priore anno ad venerabilis memoriæ Zosimum* mentio fit, hic titulus ab Africanis ponitur: *Domino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus primæ sedis provinciæ Numidiæ, & ceteri Episcopi* &c. Erat vivente Sylvano ceteris senior. Unde in synodis Cirtensi & Milevitana, ut diximus, proximus Sylvano nominabatur, eoque mortuo primatum indeptus est. Lupus meus cap. 39. pag. 404. *Valentinus*, ait, *fuit Episcopus ecclesiæ Vaienensis*. Et certe in collatione 1. Carthag. cap. 99. post Sylvanum Zummensem Primatem, vocatus fuit *Valentinus Episcopus Vaienensis*. Antea tamen a Lupo pag. 111. c. 8. dictus fuerat *nescio cuius sedis Episcopus Valentinus*. Ego tamen Baianensem Episcopum appellandum illum existimo. Uti enim apud Græcos & Hispanos litera V. & B. confunduntur ab exceptoribus, cum eodem modo a dictante pronuntientur, hac ratione notarii acta Collatioonum excipientes, pro Baiannensi Vaienensem scripserunt. Fuere in Africa duæ istæ ecclesiæ, Baianensis & Bagaiensis, inter se distinctæ: quas tamen Carolus a S. Paulo in tabulis Africanis omittit. Holstenius vero in notis ad eumdem pag. 95. posteriorem cum Vagensi confundit, asserens famosam Donatistarum CCCX. synodum Bagaitanam Vagæ in Numidia celebratam: unde & Vagaitana non semel dicitur ab Augustino. Verum secus dicendum arbitror. Nam in collatione 1. Carthag. cap. 99. laudatur *Valentinus Episcopus Baianensis*. At cap. 177. nominaotur *Donatianus Episcopus Bagaiensis, & Privatus Episcopus Vagensis*. Erant ergo tres ecclesiæ distinctæ inter se Baianensis, Bagaiensis, ac Vagensis. Augustinus lib. 4. con. Cresconinm cap. 4. damnatum in synodo Bagaiensi a Donatistis Primianistis cum undecim aliis nominat *Beianam Baianensem*, uti Maximianistam; quod antea dixerat lib. 3. cap. 19. Item synodum Carthaginensem sub Grato Archiepiscopo subscripsere cum quibusdam aliis *Felix Baianensis*, & *Crescens Vagensis*; ut nulli dubium esse possit, quin Baianensis a Vagensi ecclesia diversa sit. At Bagai a Vaga etiam distingui iterum contra Holstenium demonstro. S. Augustinus lib. 6. de Baptismo recitat singulas sententias, quas Africani in synodo S. Cypriani pronuntiarunt, & quidem ad verbum ex actis Synodalibus. Ibi vero inter alios nominaotnr *Felix a Bagai* cap. 19. & *Libosus a Vaga* cap. 37. Hinc idem S. Doctor lib. 4. con. Cresconium ubique *Bagaiense* concilium dicit, & *Bagaiense* oppidum lib. 3. c. 13. Ex quibus locis innumeris corrigendus est textus, ubi Vagaitanum concilium vel oppidum legitur, ut in Breviculo collat. tertiæ diei, & in lib. de Unico baptismo cap. 18. Exceptores enim pro B. posuerunt literam V. Illa enim Synodus Donatistarum Episcoporum CCCX. non Vagæ, sed apud Bagai habita fuit. Unde sunt illa Augustini conc. 2. in psal. 36. *Tu purgasti te apud Bagai*; & antea: *Quomodo tu servasti concilio Numidarum*. Erat Bagai in Numidia.

P. Lupus p. 112. scribit de hoc Valentino Baianensi Primate Numidiæ: *Protraxit porro vitam usque ad initium Pontificis Cælestini. Extant enim eius ad Cælestinum, at Cælestini literæ ad ipsum*. Ego quidem arbitror usque ad annum 428. eumdem vixisse;

vixisse: quia Alipius, ut dicemus, forte eo ipso anno eidem in primatialem sedem successit. Nescio vero ubinam Lupus legerit literas Cælestini ad Valentinum. Nullam certe eiusdem Pontificis epistolam ad Africanos Patres habemus. Addit pag. 112. *Ipse est ille Numidiæ Primas, qui ad Sancti Augustini instantiam erexit episcopatum Fussalensem, eique ordinavit primum Episcopum Antonium.* Scribit ob eumdem postea Antonium alieno ab Augustino animo fuisse, ac de eodem suas apud Cælestinum querelas S. Doctorem deposuisse, ut patet ex epist. 261. At sub Sylvano Antonii ordinationem contigisse, aperte colligitur ex modo loquendi S. Patris. Ita enim scribit ad Cælestinum: *Propter quem ordinandum, sanctum Senem qui tunc primatum Numidiæ gerebat, de longinquo ut veniret rogans, literis impetravi.* Loquitur de Primate uti iam defuncto. Hic est ille Antonius, qui anno 416. interfuit synodo provinciali Milevi contra Pelagianos peractæ, cum LX. aliis Episcopis; quorum octo tantum infra se habuit, reliquos superiores, uti ex titulo epistolæ 92. apud Augustinum intelligitur. Erat ergo Antonius sub Sylvano Episcopus ante Valentini primatum, a quo etiam forte consecratus fuit. Huic autem Valentino Alipium nostrum successisse, ex laudata superius epigraphe epistolæ 67. apud Augustinum mihi certum est: ita enim inscribitur: *Augustinus Alipio Seni.* Est enim Senex apud Africanos idem ac Primas provinciæ. Quo anno id contigerit, incertum est. Citra annum 428. Alipii primatus initia statui nequeunt. Nam Augustinus scribens eo anno libros Operis imperfecti contra Iulianum, ubi non semel Alipium nominat, *Senis* titulo eumdem honoris causa decorasset. Est forte levis coniectura: sed nil melius occurrit.

Volo hic institutum de Numidiæ primatibus dissertationem una & altera animadversione concludere. Libro 10. Registri Gregorii Magni epistola 32. inscribitur, *Victori Episcopo Panormitano*: in qua iubet eidem Pontifex, ut inquirat in causa Pauli Episcopi *Regiensis*. At in epistola antecedenti de eodem argumento ad Columbum Episcopum Numidiæ perscripta, de memorato Victore ait idem Gregorius: *Victori fratri & coepiscopo nostro, qui primatus inter vos locum tenet, curavimus scribendum.* Quibus sane manifestus error irrepsit. Neque enim Episcopus Panormitanus in Sicilia fuit umquam Primas Numidiæ in Africa. Sed cum editor epistolarum plures Gregorii literas Victori Panormitano inscriptas ibidem legeret, Victorem Numidarum Primatem per errorem Panormitanum scripsit. Sed plane expungenda est sedes episcopalis Victoris Numidiæ: nam in codice Vaticano num. 617. ita exhibetur pag. 336. eiusdem epistolæ titulus: *Gregorius Victori Episcopo.* In editis voluminibus idem Paulus Regiensis Episcopus dicitur: at in laudato codice Gregorius illum vocat, *Tegesis civitatis Episcopum.* Sed retineri etiam potest editorum voluminum lectio. Etenim in Numidia nominatur Crescon ius Villaregensis cap. 15. cod. Conc. Africæ, & Felix Villaregensis cap. 125. Collat. Carthag. & in Notitia Episcoporum Africæ Regianensis inter Numidas ponitur, qui idem est cum Villaregensi.

Alterum vero, quod circa Numidiæ Primates notandum venit, paucis perstringo. Baronius ad annum 399. pag. 97. scribit, quod *Ecclesia* (Calamensis) *sub diœcesi Hipponensi constituta erat; adeo ut eius visitatio ipsi incumberet Augustino, ut Possidius eiusdem ecclesiæ Episcopus docet.* Appellatur autem in margine c. 12. de Vita Augustini. Hoc ipsum docuit Iohannes Rivius in volumine eruditissimo de Vita eiusdem Hipponensis Antistitis. Sed hoc est plane contra ius primatiale Numidiæ: visitatio enim ad solum Primatem pertinebat. Erat quidem Calama Hipponi regio proxima ex lib. 2. con. Petil. c. 99. at peculiarem diœcesim habebat, in qua nullum Hipponensi Episcopo ius inerat, licet Augustinus obtumultus ea in urbe exortos eo se statim de proximo contulerit, ex epistola 202. ad Nectarium. In capite vero illo 12. Possidius hæc scribit: *Cum forte unus ex iis, quos de suo monasterio & clero Episcopos ecclesiæ propagaverat, ad suam curam pertinentem Calamensis ecclesiæ diœcesim visitaret, ut quæ didicerat pro pace ecclesiæ, contra illam hæresim prædicaret* &c. Ex quibus liquet, Possidium laudare lustrationem Calamensis diœcesis, quam ipse, non vero quam Augustinus instituerat, ut duo illi scriptores existimarunt.

Sed

Sed iam tamdem ad Alipium nostrum, a quo ecclesiasticæ Numidiarnm hierarchiæ consideratio diverterat, redeundum est. Quo anno idem obierit, licet curiosius quæsiverim, invenire oon potui, nobilissimis Africanarum ecclesiarum mooumentis a Vandalis impie dissipatis. Aono 430. teste Possidio, universam illi Numidiam vastaverant. Cirta tantum ac Hipponenses in eorum manus ooo veoerant. Eo tamen anno Augustini urbs obsessa est a barbaris mense Iunio: quo tempore Alipium Primatem Hipponem se recepisse, antequam obsidium inciperet, non improbabiliter asserimus. Nam scribit hæc Possidius Calameosis cap. 19 de Vita Augustini: *Hipponem etiam nos ipsi de vicino cum aliis nostris coepiscopis confugeramus, in eademque omni obsidionis tempore fuimus.* Hos inter Episcopos fuit Alipius. Quo enim nisi Hipponem, ad suum Augustinum Tagastensis Antistes coofugisset? Distabat autem Tagastis ab Hippone M. P. LIII. ex Antonini Itinerario. Natus est Alipius Tagaste in Numidia gente nobilissima. Augustini tum in patria, tum Carthagine discipulus fuit, in Pelagiano bello collega postea futurus. Cum adhuc iuveois Romæ Comitis Italicarum largitionum a consiliis esset, eiusdem fides a potentissimo Senatore tum prece tum pretio frustra tentata fuit. Tertia vero eumdem assessione cum laude perfunctum tradit S. Pater lib. 8. Confess. cap. 6. Ille concivis sui Augustini individuus socius ac fidus Achates, arcanorum omnium eiusdem conscius & sequester, cum Augustino Manichæis adhærens erravit, cum Augustino resipuit, cum Augustino Mediolani sacris lymphis lotus, cum eodem in Africam redux, primum Tagaste, postea Hippone monachus vixit. Libri S. Patris contra Academicos, itemque volumeo de Ordine, interlocutorem Alipium habent; oon vana illa benevolentia, qua olim Plato sui Socratis personam in dialogis colloquentem facit, quod multis postea exemplo fuit; sed reapse disputantem. Testem do Augustinum, qui Alipium hac gloria haud fraudatum voluit lib. 1. contra Acad. cap. 1. Romaniaoum alloquens ait: *Adhibito itaque notario, ne auræ laborem nostrum discerperent, nihil perire permisi. Sane in hoc libro res & sententias illorum* (oempe Tregetii

A & Licentii iuvenum) *mea vero, & Alipii etiam verba lecturus es.* Hierosolymam ex Africa profectus, Hieronymo Augustioum amicissimum reddidit, mutuique inter eosdem summos viros amoris conciliator fuit. Reversus ex Asia, Tagastensibus sacris acclamante universo populo præfectus, optimi Antistitis numeros semper explevit; idemque paulo post Augustino ad Hipponenses iosulas promoto, in hæreticis coofutandis se collegam exhibuit. Anno 411. una cum Augustino ac quioque aliis Episcopis, in maximo illo totius Africæ congressu catho-
B licorum partes contra Donatistas sustinuit; unusque fuit e septem Episcopis, qui contra totidem Donatistas disputaruot. Aono 418. cum Augustino, Zosimo iubente, Apostolicæ sedis legatum egit, ac pluribus syoodis Africanis summa cum laude semper interfuit. Sed præ ceteris eius sapientia atque industria enituit in Pelagianis extirpandis. In Milevitaoa synodo anno 416. & in tribus conciliis Carthaginensibus contra eosdem sententiam dixit. Plures cum Augustino cootra memoratos hostes epistolas conscripsit. Videbat enim Augu-
C stinus, ex Alipii nomine magnum suis literis auctoritatis pondus accedere. Ita epistola 95. ad Innoceotium, 106. ad Paulioum Nolanum, 143. ad Demetriadis matrem Iulianam, quibus Pelagiana hæresis proscioditur, Alipii subscriptione firmatæ sunt. Hinc factum est ut præclarissimi Patres, qui contra Pelagianos epistolas ad Augustinum dabaot, easdem cum Alipio communes facerent. Xyxtus, qui postea summus Pontifex fuit, damnatis a Zosimo Pelagianis, ea de re unam & eamdem epistolam ad Augustinum & Alipium traosmisit: quod
D ex responsione Augustini epist. 104. ad Xyxtum colligitur. *Quod autem*, inquit, *quibus simul scripsisti, tunc non eramus simul, ideo factum est, ut singulorum singulas, non unam amborum epistolam sumeres. Ame quippe digressus est perlator huius, per venerabilem fratrem & coepiscopum meum Alipium, qui tuæ Sanctitati aliam rescriberet, transiturus; ad quem etiam ipsas, quas ego iam legeram, literas tuas ipse portavit.* S. Hieronymus audita eadem Pelagianorum proscriptione, epistolam gratulatoriam ad utrumque misit, quæ est inter Augustinianas 24. in qua Augustini & Alipii

Alipii opera Pelagianos damnatos hisce testatur: *Mibi enim omnis occasio gratissima est, per quam scribo vestræ reverentiæ, testem invocans Deum, quod si posset fieri, assumptis alis columbæ, vestris amplexibus implicarer; semper quidem pro merito virtutum vestrarum, sed nunc maxime quia cooperatoribus & adiutoribus vobis, hæresis Cælestina iugulata est*. Legatione ad Honorium contra Pelagianos publico nomine fuoctus, Principem illis totamque aulam infestam reddidit; egitque cum Valerio Comite Honorii duce clarissimo, ne Pelagianis synodum postulantibus ab Imperatore aures darentur. Hinc Iulianus Alipium *collegam & vernulam* Augustini ignominiæ causa appellabat; qui delatis ex Africa equis tota Numidia saginatis, Hnnorii duces corrupisset, quo Pelagianis obsisterent. At S. Augustious lib. 1. Oper. imperf. cap. 42. hanc procul ab Alipin calumniam excutiens ait. *Iam vero quid etiam scribere ausus es, neque veritus, ne ad ea loca libri pervenirent tui, quæ terra marique transeuntem seu venientem collegam meum Alipium susceperunt, ubi legi apertissima tua falsiloquia sine tua irrisione, vel potius destatione non possunt.* Cum Romam venisset, Bonifacio Pontifici Augustinum commendavit. Quo autem honore exceptus ille a Pontifice fuerit, scribit S. Doctor lib. 1. ad eumdem Bonifacium cap 1. *Sed posteaquam te etiam præsentia corporali frater meus vidit Alipius, acceptusque a te benignissime ac sincerissime, mutua miscuit dictante dilectione colloquia, tecumque convivens, & parvulo licet tempore, magno tamen tibi iunctus affectu, se simul & me refudit animo tuo, teque mibi reportavit in suo, tanto maior in me tuæ sanctitatis est facta notitia, quanto certior amicitia*. Roma discedenti idem Pontifex duas Pelagianorum epistolas tradidit ad Augustinum perferendas, uti paulo ante etiam Valerius Comes Ravenna excerpta ex quatuor Iuliani libris ad eumdem transmiserat. Quæ quidem cum Augustinus accepisset, ac statim confutasset, iterato Alipius in Italiam venit, ae quatuor ad Bonifacium libros, alterumque ad Valerium Comitem portavit; quibus S. Pater Pelagianorum obiecta resellebat. Immo cum tertio ille in Italiam navigasset, ac librum ad Valerium octo adversariis libris a Iuliano impugnatum videret, hos

A ipsos magna celeritate transcriptos ad Augustinum confutandos transmisit; de quibus fusius in superioribus diximus; ut quantum Augustinus calamo, tantum Alipius coram Romanis Pontificibus atque Imperatore, Pelagianorum conatus verbo infregerit. Exorta vero inter Romanos Præsules & Africanos Episcopos ingenti illa de canonibus Nicænis controversia, quantum Apostolicæ sedi ab uno Alipio delatum sit, ad annum 419. ostendimus. Quare Alipius longinquarum peregrinationum periculis pro Pelagianis exstirpandis devoratis, doctissimis episto-
B lis contra eosdem perscriptis, nobilissima etiam ad Honorium legatione ea de causa perfunctus, inter divinæ gratiæ propugnatores secundus ab Augustino nominandus venit: ut mirum sit præclarissimos scriptores, qui res Pelagianas literis maodarunt, adeo mancam de Alipio mentionem fecisse, primoque loco inter gratiæ defensores post Augustinum Prosperum Aquitanum collocasse. Sane Romana ecclesia in Martyrolngio ad diem 15. Augusti, Alipii memoriam his recolit: *Tagaste in Africa Sancti Alipii Episcopi, qui Beati Augustini olim discipu-*
C *lus, postea in conversione socius, in munere pastorali collega, & in certaminibus adversus hæreticos commilito strenuus, ac demum in cælesti gloria consors fuit*. Sanctus Paulinus Nolanus, vir suo satis nomine percelebris, Alipium adeo amabat, ut illius vitam literis tradere io animo habuerit, data ea de re ad ipsummet Alipium epistola, quæ est apud Augustinum 35. ubi totus in Alipii laudes effunditur. Qua de re hæc scribit Augustinus ad Paulinum ep. 32. *Alipium toto pectore amplecteris: & merito. Nam quisquis de illo viro benigne cogitat, de magna Dei misericordia, & de mi-*
D *rabilibus Dei muneribus cogitat. Itaque cum legisset petitionem tuam, qua desiderare te indicasti, ut bistoriam suam tibi scriberet, & volebat facere propter benevolentiam tuam, & nolebat propter verecundiam suam. Quem viderem inter amorem pudoremque fluctuantem, onus ab illo in bumeros meos transtuli: nam boc mibi etiam per epistolam iussit. Cito ergo, si Dominus adiuverit, totum Alipium inseram præcordiis tuis. Nam boc sum ego maxime veritus, ne ille vereretur aperire omnia quæ in eum Dominus contulit* &c. Alipii quidem vitam a teneris unguiculis usque ad conversionem, quando secum

Medio-

Mediolani Christianis sacris initiatus fuit, late describit S. Augustinus lib. 6. 8. & 9. Confessionum. Quantum vero Alipium dilexerit his lib. 8. cap. 8. expressit: *Abscessi ergo in hortum, & Alipius pede post pedem. Neque enim secretum meum non erat, ubi ille aderat.* Atque hæc de strenuissimo S. Augustini in Pelagiano bello collega sufficiant. Interim universa Augustiniana respublica ingentes gratias refert illustrissimo D. Iosepho Eusanio Episcopo Porphyriensi & Apostolici sacrarii Præfecto, qui nuper a S. D. N. Clemente X. impetravit, ut Augustini filii XVIII. Kal. Septembris inter diurna precum officia S. Alipii Tagastensis memoriam quotannis solemni ritu recolerent.

At nec postremas partes dabimus Aurelio Carthaginensi, qui totius Africæ Primas fuit; licet eumdem post Augustinum & Alipium commendamus. Ille enim adhuc silente Augustino, primus omnium Cælestium in judicium Carthagine anno 412. traxit, renuentemque peccatum originis admittere, sacro anathemate fulguritum tota Africa exclusit. Hic anno 388, cum Augustinus occiso Maximo tyranno in Africam rediit, erat diaconus Carthaginensis ecclesiæ, ex epistola 64. August. & libro 22. de Civitate Dei cap. 8. Anno 390. nondum erat Antistes: eo enim anno, Genethlius synodum Carthagine celebravit, uti scripsimus lib. 1. cap. 17. At paulo post defuncto Genethlio Aurelius successor datus est. Priorem synodum Africanam Hippone celebravit Theodosio III. & Abundantio Coss. anno 393. Eximie Augustinum coluit, vicissim & ipse ab Augustino dilectus. Cum accepisset, Augustinum Tagaste, dein Hippone monasteria exstruxisse, Augustiniani instituti monachos Carthaginem evocavit, agrumque ædificando cœnobio tradidit. Quare Augustinus gratias eidem referens epistola 64. ait: *Agrum fratribus datum provisione & liberalitate tua didicimus.* Fuit ergo Aurelius insignis Augustiniani nostri instituti promotor. Hinc sunt illa Augustini ibidem verba: *Omnis itaque fratrum cœtus, qui apud nos cœpit coalescere, tanta tibi prærogativa obstrictus est, ut locis terrarum tantum disjunctis ita nobis consuleris, tamquam præsentissimus spiritu.* Plures ille synodos celebravit, quæ Codicem Conciliorum Africæ conflaruot. Contra Pelagianos binas synodos provinciales coegit, & binas itidem plenarias. Priorem provincialem contra Cælestium proxime laudavimus; posteriorem vero egit anno 416. in qua eumdem cum Pelagio magistro damnavit. Anno 418. binas synodos ex universa Africa contra Pelagianos indixit, de quibus fusius diximus lib. 1. cap. 13. Cum Pelagiani Zosimo Papæ imponerent, ac multa de arbitrii libertate magnifice dicentes, & plurima etiam in speciem de divina gratia honorifica publicantes, se se catholicos Romano clero venditarent, (unde & pro Pelagio ac Cælestio idem Pontifex ad Aurelium semel atque iterum scripsit) Aurelius operam consiliumque Augustino communicante, hæreticorum dolos per literas Zosimo significavit: quibus intellectis Pontifex encyclicis literis Pelagianos damnavit, atque orthodoxo orbe eosdem expulit. Literas etiam contra illos ab Augustino ac tribus collegis subscriptas, propria & ipse approbatione firmatas ad Innocentium transmisit. Hinc factum est, ut Xyxtus citissimas de Pelagianorum damnatione literas ad Aurelium scripserit. Idem etiam anno insequenti ad Byzacenos & Arzugitanos Episcopos pro iisdem hæreticis compescendis epistolam misit, quam lib. 1. cap. 16. exhibuimus. Et hæc contra superbam hæresim Aurelius gessit. Hinc Prosper in carmine contra Ingratos cecinit de Pelagianis in synodo ab eodem damnatis.

An alium in finem potuit procedere sanctum
Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque Augustinus erat?

Aurelio Sanctus Doctor plures libros honoris gratia nuncupavit, nempe ingens ac doctum volumen de Trinitate, librum de Opere Monachorum, & tertium de Gestis Palæstinis seu Pelagii.

Quo anno Aurelius decesserit, in incerto est. Putavit Baronius Aurelium effœta iam ætate Genedium sibi coadiutorem substituendum curasse; eo quod in synodo quæ in antiquis codicibus Valentiniano Aug. IV. & Theodosio Coss. coacta dicitur, tum Aurelius tum Genedius uti una simul Præsides sententiam dicunt: quem tamen conventum celebratum existimat Theodosio Aug. XI. & Valentiniano Cæsare Coss. anno 425. Ita

Z

425. Ita scribit vir insignis in Appendice in calce tomi 10. pag. 951. in addendis ad tom. 5. an. 397. Sed hanc sententiam consutavi lib. 1. capite 17. Quibus accedit, quod Genethlius (nam ita vocabatur) decessor, non successor Aurelii fuit. Augustinus epist. 163. ad Elusium inquit: *Inde nescio quomodo ventum est ad commemorationem beatæ memoriæ Genethlii Episcopi* &c. Itaque obierat Genethlius, cum illa Augustinus literis mandabat. Scripta autem est hæc epistola non quidem anno 412. cum Augustinus ad synodum Cirtam se conferret, ut ad hunc annum Baronius putavit, sed anno 397. eum Cirtam idem pergeret, Fortunatum eius urbis Episcopum in demortui Profuturi locum consecraturus: ut lib. 1. superius notavimus, & patet ex iis quæ versus finem scribit. *Sed quia*, inquit, *ordinandi Episcopi necessitas nos inde iamiamque rapiebat, diutius cum illo* (apud Tuburficum) *esse nequivimus*. Anno 427. vivebat Aurelius. Nam Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. ait: *Ex quibus* (diaconis Carthaginensibus) *solus est nunc in rebus humanis iam Episcopus cum honore a nobis debito nominandus Aurelius*. At illum librum 22. scriptum fuisse circa annum 427. ostendimus lib. 1. cap. 24. Ex Marii Mercatoris libello ad Theodosium colligimus, anno 429. quo libellus ille scriptus fuit, Aurelium adhuc superstitem fuisse. Nam hic scriptor laudans Ambrosium, Innocentium, Zosimum, Theodotum, Praylum, eosdem *beatæ recordationis*, quod obierant, nuncupavit: at de Aurelio non ita loquitur. Etenim de Cælestio verba faciens ait: *Ibique* (scilicet Carthagine) *de infrascriptis capitulis apud Aurelium Episcopum memoratæ urbis, per libellum a quodam Paulino diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis Episcopi est accusatus*. Quare eo anno adhuc in vivis erat Aurelius, qui tamen pauln post decessit. Siquidem ante pascha anni 431. sedebat Carthagine Capreolus, cuius literæ in synodo Ephesina laudantur par. 2. cap. 9. Hinc videtur decessisse eodem forte anno, quo S. Augustinus inter superos relatus fuit; cum primatum Africæ tenuisset annos fere quadraginta, Donatistis universa fere Africa exclusis, Pelagianis in pluribus synodis anathemate percussis, Paganorum etiam templis in Christianæ religionis usum redactis, ac in decem & septem plenariis ex universa Africa conciliis orthodoxa doctrina ac disciplina egregiis legibus confirmata. Porro tantum ab universis illarum provinciarum Episcopis uni Aurelio tributum est, ut in concilio Carthaginensi, Honorio VII. & Theodosio II. celebrato, Patres hæc eidem dixerint: *Placuit etiam petitu omnium, ut epistolis omnibus de concilio dandis sanctitas tua sola subscribat*. Aurelius in epistola Bonifacii II. nomine publicata, acriter reprehenditur, quod appellationibus transmarinis sese opposuit. Sed memoratas literas esse supposititias notavimus lib. 1. cap. 17. Nam Aurelius, Augustinus, aliique, appellationes in causis fidei admisere: in illis enim supremum iudicium in Romano Pontifice esse cognoscebant, ut ibidem probatum est. Quod etiam egregio S. Doctoris testimonio epist. 162. obiter confirmatur, ubi Donatistas Melchiadis sententiam latam in favorem Cæciliani Carthaginensis in Africa a LXX. Episcopis damnati repudiantes, veluti ecclesiasticarum rerum ignaros his verbis increpat: *An forte non debuit Romanæ ecclesiæ Melchiades Episcopus cum collegis transmarinis Episcopis illud sibi usurpare iudicium, quod ab Afris septuaginta, ubi Primas Tisigitanus præsedit, fuerat terminatum?* Et hæc de Aurelio Carthaginensi.

Num Pelagius tribus laudatis Patribus, quos acerrimos hostes expertus est, superstes fuerit, mihi plane incompertum fateor. Ille enim dudum a Praylo Hierosolyma eiectus, obscuro exitu vitæ finem imposuit. Cælestium anno 427. adhuc in vivis fuisse liquet ex Mario Mercatore, qui in Commonitorio ad Theodosium Imperatorem hæc scribit de Cælestio: *Sic epistolam quamdam* (Zosimi) *benignitate plenam ad Afros Episcopos meruit, qua ille abusus est, vel adhuc abutitur ad multorum ignorantium deceptionem*. Quo testimonio reiiciuntur ii qui cum Iohanne Latio lib. 1. de Hæresi Pelag. c. 4. putarunt eas Zosimi literas pro Cælestio ad Africanos datas fictitias esse. In præfatione autem eiusdem Commonitorii hæc leguntur: *Per quod commonitorium cognito funestissimo errore, imperiali præcepto tam Iulianus defensor & sequax eius cum ceteris sociis & participibus suis, quam postea idem Cælestius de Constantinopolitana urbe detrusi, in synodo quoque Ephesensi CCLXXV. Epi-*

Episcoporum sententia postmodum in præsenti A *damnati sunt*. Quibus Marius Mercator significat, post Pelagianos exepiscopos anno 430. Constantinopoli eiectos, Cælestium quoque ex eadem regia urbe detrusum ante celebratam anno 431. die 28. Iunii synodum Ephesinam. Nulla deinceps Pelagii vel Cælestii mentio in veterum monumentis invenio: illi enim igni aquaque interdicti, miseri, extorres, ubinam latitarint, quove anno decesserint, ignoratur. Libros, quos superbi illi divinæ gratiæ hostes scripsere, sparsim in hoc opere indicavimus, eorumque elenchum exhibet Vossius lib. 1. Hist. B Pelagianæ cap. 4. & 5.

CAPUT IX.

Pelagiani in synodo Ephesina cum Nestorio damnati. Episcopos schismaticos nullum canonem in favorem Pelagianorum statuisse monstratur.

Anno CCCCXXXI Ultra promissa extendere opus forte videbor, cum historia de gestis & scriptis S. Augustini adversus Pelagianos una cum eiusdem S. Doctoris vita ad finem perducta, ea prosequor, quæ in C hac ipsa Pelagianorum causa post sanctissimi magistri obitum integro sæculo evenere. Sed quicumque attentiori cura considerabit, id bellum unius Augustini armis esse ab ecclesia profligatum, id a me iure factum dicet, qui de Augustinianis scriptis narrationem institui. Immo longe maiori gloriæ vertitur, vel mortuum Augustinum, novis subinde cladibus hostibus fugatis, continua catholicæ religioni trophæa erexisse, quam superstitem toties de eisdem triumphasse. Mortuo Augustino Pelagiani in Oriente, Semipelagiani in Occi- D dente novas res moliri, meliora sperare, & securius loqui. Etenim Pelagiani Nestorio novum atque affine dogma de Christo docenti suppetias tulerant, a cuius latere Imperatoris decreto avulsi, de proximo consilia ministrabant. Theodosius, quo exortos in Oriente tumultus componeret, per Petronium virum clarissimum cum Cælestino Pontifice egit de synodo œcumenica cogenda: quo annuente synodum ad festum pentecostes anno 431. Ephesum indixit. Porro cum Theodosius adhuc in vivis esse Augustinum putaret, tantum virum synodo pernecessarium ad eamdem acciendum duxit, destinato ad id muneris Ebagnio Magistriano: qui ubi Carthaginem cum sacris divalibus appulit, a Capreolo qui in Aurelii loco successerat, intelligit Augustinum obiisse, datisque eidem Imperatoris literis, re infecta Byzantium revertitur. Scriptores Augustiniani regiæ epistolæ exemplum producunt prorsus apocryphum. Etenim illæ literæ dicuntur datæ IV. Idus Augusti Coss. Basso & Antiocho, cum tamen synodus mense Iunio eiusdem anni celebranda foret. Curtius ac Torellus Consules tantum ponunt, mensem quo literæ scriptæ sint, omittentes. Sed cum literæ pro synodo cogenda ad Cyrillum datæ sint XIII. Kal. Novembris anno 430, itemque sacra imperatoria eodem mense ad omnes Episcopos emanarint, dubiæ illæ literæ videntur, Consules anni 432. præferentes. At cum Ebagnius Carthaginem tantum circa pascha venerit, teste Capreolo in literis ad synodum, rectius forte videri poterunt emissæ ineunte anno eodem 431. de quo nolo cum quopiam contentionis funem ducere. Aliunde tamen earum fides in dubium revocatur. Omitto enim stylum humilem & abiectum, nec Theodosianas literas redolentem: (id enim interpreti vitio deputetur) ex ipso contextu redarguuntur. Hæc enim ab Imperatore scripta leguntur: *Decrevimus ad S. D. N. Cælestinum totius ecclesiæ Antistitem scribere, concilium cogat observato antiquitatis more; & ut nostrum pectus agnosceret, rogavimus, eligeret, quam volet nostri imperii civitatem, & cum Episcopis definiat, quæ nos secuturi sumus omnes inferiores. Ad ipsum tamquam primarium pertinet, omnibus adhibere remedium: mihi restat qui filius sum, & ecclesiæ ipsi deservire* &c. Hæc quidem viri eruditi atque antiquitatis studiosi illius sæculi stylum sapere negabunt, sed paucis illius epistolæ dicta falsitatis convinco. Imprimis ille titulus eorum temporum epistolis non addebatur: non enim Imperatores Pontificem sanctissimum Dominum nostrum appellabant, immo Pontifices ita literas claudebant: *Dominis nostris Imperatoribus Coss.* ut in literis Zosimi aliorumque passim legitur. Rursus non Pontifex sed Imperator sacra divali synodum indixit. Ita ipsa synodus ad Cælestinum

Z 2 Papam

Papam ſcribit: *Quia vero neceſſe eſt, ut omnia quæ conſecuta ſunt, ſanctitati tuæ ſignificentur, non potuimus non ſcribere ſecundum omnium noſtrum Salvatoris Chriſti voluntatem, piiſſimorumque ac Chriſti amantium Imperatorum noſtrorum ſanctionem, ex multis variiſque provinciis Epiſcopos ſupra CC. in Epheſiorum metropoli nos conveniſſe.* Poſtea: *Cum pia Chriſti amantium Imperatorum edicta, per quæ fuimus evocati, tempus S. Synodi conſeſſui præſcriberent diem ſanctæ pentecoſtes* &c. Quin immo hoc ipſum teſtatus eſt Cæleſtinus in epiſtola ad Theodoſium. *Huic cæleſti curæ*, ait, *vel gloriæ unuſquiſque noſtrum pro ſacerdotali officio, operam noſtram in quantum valemus impendimus, & huic ſynodo quam eſſe iuſſiſtis, noſtram præſentiam in his, quos miſimus, exhibemus*, ep. 9. apud Binium. Locum vero ſynodo deputatum non a Pontifice, ſed ab Imperatore ex his ipſius Theodoſii verbis in epiſtola ad Orientales deducitur. *Deputavimus enim*, inquit, *Epheſiorum civitatem, terra marique acceſſu percommodam.* S. Leo epiſtola 23. ad eumdem Theodoſium, pro abroganda latrocinali ſynodo Dioſcori ſcribit: *Generalem ſynodum iubeatis intra Italiam celebrari.* Pro qua re etiam ad eumdem literas dedere Valentinianus Auguſtus eiuſque ſoror atque uxor; quibus tamen Theodoſius male conſultus aures non dedit. Illo autem, anno ſequenti, defuncto licet Marcianus Imperator Leoni obediens concilium cogi conſenſit, ſcribens ad eumdem errorem Eutychetis auferendum *per celebrandam ſynodum te auctore*; noluit tamen eamdem intra Italiam cogi, ſed ſcripſit ſe ſacras miſſurum, *ut ad quemdam definitum locum, ubi nobis placuerit, omnes ſanctiſſimi Epiſcopi debeant convenire.* Hæ literæ leguntur ante actionem primam ſynodi Calchedonenſis. Cetera vero quam parum congruant cum actis ea in cauſa a Theodoſio, nullus non videt. Hic enim falſa Candidiani Comitis relatione deceptus, acta ſynodi reſcidit, ac Cyrillum ſedis Apoſtolicæ legatum cuſtodiæ tradendum præcepit, eumque una cum Memnone Epiſcopo Epheſino dignitate privavit; licet re poſtea melius cognita, ſententiam hanc revocarit. Ipſemet Cyrillus heſce titulos ſuis literis ad ſynodum appoſuit: *Sanctæ ſynodo, gratia Dei, pientiſſimorumque & Chriſtianiſſimorum Imperatorum decreto in hac Epheſiorum metropoli congregatæ.* Sed tempus forte in his plus iuſto abſumo. Utut ſit de his literis, conſtat tamen Theodoſium per Ebagnium Magiſtrianum data ad Auguſtinum epiſtola, eumdem Epheſum invitaſſe; quam Capreolus mortuo iam Auguſtino legit, ut ipſemet in epiſtola ad ſynodum affirmat. *Domini*, inquit, *& filii noſtri religioſiſſimi Theodoſii Imperatoris literæ huiuſmodi erant, quæ felicis recordationis fratris & coepiſcopi noſtri Auguſtini præſentiam peculiari ratione inſtagitabant. Verum quod eæ illum iam tum e vivis exceſſiſſe comperiſſent, ego ægram illam inſinuationem, licet ad prædictum Auguſtinum deſtinata foret, excipere compulſus* &c. par. 2, ſynodi Epheſinæ cap. 9. Eadem tradit Liberatus diaconus Carthaginenſis cap. 5. Breviarii. Verum S. Doctor iam ſæpe Neſtorianam hæreſim ſuis ſcriptis confutarat, ut patet ex lib. de Prædeſt. SS. cap. 15. & de Dono perſev. cap. 24. (quos libros iam Neſtorio tumultus ciente conſcripſit) & in Enchiridio cap. 40. quod opus ſtatim poſt damnatos Pelagianos emiſit. Immo in epiſtola ſeu libro ad Dardanum ante Pelagianorum damnationem ſcripto, quos etiam nondum nominatim impugnabat ex 2 Retr. cap. 49. quærens an ſit aliqua differentia alia, præter ibi aſſignatas, inter Chriſtum & ceteros ſanctos, ait: *Eſt plane, quod ſingulari quadam ſuſceptione hominis illius una facta eſt perſona cum Verbo. De nullo enim Sanctorum dici potuit aut poteſt aut poterit, Verbum caro factum eſt.* Plura in eamdem rem adducens, ſacrilegam Neſtorii ſententiam aperte deteſtatus, *Quis enim*, inquit, *tam ſit ſacrilegus, ut audeat affirmare, aliquam poſſe animam per meritum liberi arbitrii, ut alter ſit Chriſtus efficere?* Hæc quidem ante annum 418. ſcripſit, immo & ante annum 410. in literis ad Gallicanos Epiſcopos de Leporii palinodia, eamdem hæreſim prædamnaverat, ut lib. 1. cap. 23. narravimus. Neſtoriana autem hæreſis orbi innoteſcere cœpit die 10. menſis Aprilis, Coſſ. Felice & Tauro, qui fuere anno 428. dicente pro concione Anaſtaſio eiuſdem Neſtorii conſiliario: *Dei genitricem nullus dicere præſumat, quoniam Maria homo fuit; & Deum ab homine generari nimis eſt impoſſibile.* Ex quibus verbis a Neſtorio acrius propugnatis, hæreſis exordium habuit. Legatur Liberatus

tus

tus diaconus Carthaginensis in Breviar. A cap. 4. Sed ad synodum Ephesinam redeo.

Nestorius quo maturato ad synodum itinere causæ securitatem ostentaret, peractis paschalibus solemniis, magna caterva comitante, Ephesum se contulit. Adfuere inter primos comites Iulianus, Florus, Orontius, aliique Episcopi Pelagiani: quod ex Cælestini Papæ literis patet. *Adfuerunt*, inquit, *nec deseruerunt eum Cælestiani iniquitatis operarii* &c. *Habuit ergo secum sui magistros exilii: habuit huiusce rei perfectos tyro doctores. Nam separare difficile est, quos scelera iunxerunt: quia maiore ligantur glutino fœdera vitiorum.* B Cum Cyrillus Alexandriæ Præsul cum maxima Patrum multitudine Ephesum venisset, nec Iohannes Antiochenus cum suis Orientalibus adveniret, itinerum difficultatem causatus, synodus cœpta est. Nestorius cum Cyrillum aliosque Patres contra se stare intelligeret, licet ter vocatus, cum reliquis interesse noluit; immo paulo post Epheso discessit. Quare a Patribus lata in ipsum sententia est, atque hæresis damnatus. Pelagianos eumdem comitatos fuisse, ex Cælestini Papæ verbis deduco in epistola contra Nestorium, quam supra laudavi. C *Adfuerunt*, inquit, *nec deseruerunt eum Cælestiani iniquitatis operarii*. Interim advenit Iohannes Antiochenus, qui Cyrillo indignatus, quod se fuisque Orientalibus inexspectatis Nestorium condemnasset, adhuc ex itinere pulveruleotus, cum 40. fere Episcopis acta synodi rescindit; Cyrillum & Memnonem sacris interdicit; damnat duodecim capitula Cyrilli a Patribus nuper approbata; atque horum confirmationem ab Imperatore furtim impetrat: quæ postea Princeps re melius intellecta revocavit, ac synodo accessit. Porro illi Episcopi qua- D draginta, trigintaquinque postea remansere, ut colligitur ex relatione synodi, ad Theodosium per Palladium Magistrianum missa. In actis synodi par. 4. cap. 7. & 9. nominatim omnes damnantur. Lege Liberatum diaconum cap. 6. Breviarii. Et quidem isti facto schismate sæpe simul convenerunt, legatos cum literis ad Imperatorem miserunt, aliaque permulta moliti sunt; quæ in actis pseudosynodi Ephesinæ leguntur.

Porro ubi legati Sedis Apostolicæ gesta Romæ adversus Pelagianos synodo exposuere, a Patribus uno ore Pelagianorum damnatio conclamata est. Testatur hoc ipsa synodus in fine epistolæ ad Cælestinum Pontificem: *Ceterum ubi lecti sunt in sancta synodo commentarii de depositione impiorum Pelagianorum Cælestii, Pelagii, Iuliani, Persidii, Flori, Marcellini, Orontii, & reliquorum eadem cum istis sentientium, iudicavimus & nos solida & firma permanere debere, quæ a pietate tua sunt decreta, sumusque omnes eiusdem sententiæ.* Ex quibus Cælestinum contra Pelagianos decreta publicasse intelligimus, quæ tamen temporum iniuria interiere. Sancivit etiam synodus duos canones contra Pelagianos, qui Cælestiani eo in concilio nuncupantur, quod Cælestius apud Ephesum presbyter consecratus, longe Pelagio notior, ibidem cum sectatoribus evaserat. Canones autem leguntur post decretum synodi contra Orientales, ad totius orbis Episcopos transmissum; quorum quartus his plane verbis conceptus fuit: *Si qui autem clericorum defecerint, & ausi fuerint vel privatim vel publice, Nestorii Cælestiive sequi dogmata, sancitum est a S. Synodo istos quoque depositos esse.* Ita hæresis Pelagiana anno undevicesimo postquam in Africa primum damnata fuit, in Asia ab œcumenico concilio proscripta est, longisque Pelagianorum votis satisfactum, qui synodum damnari passim & ubique appellabant. Unde Cælestinus in literis ad synodum datis Idibus Martii anno 432. *Quod loquimur*, inquit, *Cælestianorum testantur exempla, quod spem de synodo huc usque gesserunt*. Legatur Augustinus in calce libri quarti ad Bonifacium contra duas epistolas Pelagianorum.

Inter acta synodi huius Ephesinæ legitur canon, totus Pelagii hæresim docens, ut observarunt Baronius ac Iansenius ex S. Gregorio Papa lib. 7. epistola 47. ad Anastasium Antiochenum, ubi ait: *Illa enim synodus, quæ sub primo Ephesinæ imagine facta est, quædam in se oblata capitula asserit approbata, quæ sunt Cælestii atque Pelagii prædicamenta*. Quare Baronius anno 431. num. 76. quem sequuntur Iansenius, Vossius, Usserius, aliique omnes, ait illum canonem editum fuisse a Iohanne Antiocheno in gratiam Episcoporum Pelagianorum, qui illius factioni se se adiunxerant. Canon autem apud S. Gregorium lib. 6. epistola 31. ad Eulo-

Eulogium talis eſt: *De Adæ anima, quia in peccato mortua non fuerit, eo quod diabolus in cor hominis non ingrediatur, & ſi quis hoc dixiſſet, anathema eſſet*. Cæleſtianos ſeu Pelagianos Epiſcopos una cum Iohanne Antiocheno & ſchiſmaticis Orientalibus conciliabulo adſuiſſe probant illi ſcriptores ex epiſtola Cyrilli & ex literis ſanctæ ſynodi, in quibus hæc leguntur: *Sunt autem cum illis* (nempe ſchiſmaticis) *etiam Pelagiani & Cæleſtiani, & ex illis quidam qui ex Theſſalia ſunt eiecti*. Quare Iobannes Antiochenus reliquive ſchiſmatici, quod egregiam ſibi operam Pelagiani Epiſcopi navaſſent, ut gratiam aliquo pacto rependerent, canonem Pelagianæ doctrinæ conformem edidere. Hæc quidem illorum ſententia eſt.

Verum falli eos auctores, non dubiis argumentis oſtendam. Certum in primis eſt, Iohannem Antiochenum non admiſiſſe ad ſuffragia ferenda in ſuo conciliabulo eos Pelagianos, qui Neſtorium ſecuti fuerant, nempe Iulianum, Florum, Orontium, Perſidium aliosque: in quo illi ſcriptores hallucinati ſunt. Nam initio quadraginta & amplius Epiſcopi Iohannis conciliabulum ſubſcripſere, quorum nomina in actis recenſentur; nullusque Pelagianorum nominatur. Rurſus cum a S. Synodo in relatione ad Theodoſium per Palladium Magiſtrianum miſſa, trigintaquinque Epiſcopi ſchiſmatici nominatim recenſeantur, nullus inter eos Pelagianorum cernitur: quod ipſum in literis ſynodalibus, in quibus damnantur Orientales, oſtenditur. Quid evidentius adduci poteſt ad probandum, nec Iulianum nec Florum ceterosque Epiſcopos Pelagianos Neſtorii comites, ſua ſuffragia in conciliabulo Iohanni Antiocheno commodaſſe? Hoc ipſum colligitur ex literis concilii ad Cæleſtinum, in quibus Patres loquentes de Iohanne Antiocheno hæc habent: *Sibi ipſi velut collegium circiter triginta hominum nomen Epiſcoporum habentium collegit, quorum alii extorres vagantur nec eccleſias habent, alii ſæpe numero gravibus de cauſis a Metropolitanis ſuis depoſiti ſunt (ſunt autem cum illis etiam Pelagiani & Cæleſtiani, & ex illis quidam, qui ex Theſſalia ſunt eiecti* &c. Ex quibus Pelagianos non inter illos triginta, ſed potius illorum triginta comites vel adſtipulatores eſſe deducimus: alias, cur una cum illis triginta Epiſcopis conciliabuli acta non ſubſcripſere?

Sed neque illud dici poteſt, Epiſcopos Orientales, qui pro Antiocheno contra Cyrillum conſpirarunt, Pelagiana hæreſi infectos fuiſſe. Nam cum abſoluta ſynodo, Antiochenus obſtinato contra illam animo diſceſſiſſet, iterumque cum iiſdem Epiſcopis Antiochiæ Cyrillum ſacris interdixiſſet, acceptis minacibus literis Theodoſii ab Ariſtolao Tribuno delatis, quibus illi & Cyrillo, ſi quam primum non conveniſſent, exilium indicebatur, fidei ſuæ ſymbolum texuit; quod ceteri Epiſcopi Antiochiam vocati ſubſcripſere, ac per Paulum Epiſcopum Emiſſenum ad Cyrillum perferendum curavit: in quo ſane ſymbolo, quod in actis concilii Epheſini legitur, & recitatur a Liberato cap. 8, niſi de Chriſto Domino verba facit, altumque de controverſiis Pelagianis ſilentium. Porro S. Cyrillus eo ſymbolo lecto, catholicum Iohannem cum ceteris ſuis Orientalibus pronuntiavit, datis de hac ipſa re ad amicos literis. Valeriano Iconii hæc ſcripſit: *Univerſi Orientales Epiſcopi ſimul cum Domino meo religioſiſſimo Antiochenorum Epiſcopo Iohanne per ſcriptam manifeſtamque conditionem clarum conſtituere univerſis, quoniam pollutas quidem Neſtorii novitates condemnant, anathematizantque nobiſcum*: quod ipſum ex ſuggeſto publice in Alexandrino templo teſtatus fuit. At ſi Iohannes & collegæ Pelagiana dogmata propugnaſſent, mancum fidei ſymbolum edidiſſet; neque catholici pronuntiari a Cyrillo debuiſſent, niſi etiam Cæleſtii errores ſcripto damnaſſent. Hinc cum ſynodus de illis triginta ſchiſmaticis Cæleſtino ſcripſiſſet, non eos quidem dignitate privatos, ſed eccleſiaſtica tantum communione excluſos, reſcripſit Cæleſtinus: *De his autem, qui cum Neſtorio videntur pari impietate ſenſiſſe, atque ſe ſocios eius ſceleribus addiderunt, quamquam legatur in eos veſtra ſententia, tamen nos quoque decernimus, quod videtur. Multa proſpicienda ſunt in talibus cauſis, quæ Apoſtolica Sedes ſemper aſpexit. Quod loquimur, Cæleſtianorum teſtantur exempla, quod ſpem de ſynodo hucuſque geſſerunt*. Quibus Pontifex diverſam Orientalium, & Cæleſtianorum cauſam declarat, neque in Orientalium depoſitionem conſentit,

sentit, sed tempus resipiscendi tribuit; cum tamen Cælestianis hanc indulgentiam non exhiberet: eos enim solum vertere coegerat.

Sane Orientales irati Cyrillo, quod capitula illa duodecim exarasset, quæ dein synodus sequeretur, eisdem reluctabantur, quasi Cyrillus unus conciliorum magister haberi vellet. Hinc latæ contra Nestorium sententiæ nomina addere recusabant: unde Cælestio, ne dum Nestorio, patronos semet præbere videbantur. Ex quo ea nata suspicio est, Nestorianos eos esse vel Cælestianos. Ecce verba synodi in epistola ad provinciarum Episcopos: *Cum primis Nestorii & Cælestii sententias sequi manifeste sunt ex eo deprehensi, quod Nestorium nobiscum condemnare noluerunt.*

Utraque pars tum Cyrilli, tum Iohannis Antiocheni, communionem cum Cælestianis sibi invicem exprobrabat, quo adversarios in hominum detestationem atque odia traheret. Cyrillus loquens de Iohanne Antiocheno ait: *Cum vix curru dissiliisset Iohannes, cubiculumque ingressus esset, adhuc pulverulentus, sententiam putidam & stultam cum iis tulit, quos consentientes habebat. Erant autem viri agrestes, & Cælestiani depositi, & qui Nestorii dementiam tuebantur:* in epistola ad Cælestinum. Porro hanc eamdem calumniam Cyrillo schismatici inurebant, ut ex eorum literis ad Rufum Thessalonicensem patet, quæ in conciliabulo Ephesino leguntur: *Sed nec istud*, aiunt, *sanctitatem tuam prætereat*, Cyrillum & Memnonem *non contentos fuisse orthodoxam fidem corrupisse, verum omnes quoque canonicas sanctiones proculcavisse. Nam qui a diversis diœcesibus atque provinciis excommunicatione perculsi fuerunt, illos ipsos statim in communionem receperunt. Alios præterea de diversis etiam hæresibus accusatos, eadem sentientes cum Cælestio & Pelagio, (Enthitæ enim sunt seu Enthusianistæ) & ob id a suo Diœcesano vel Metropolitano excommunicatos, ecclesiastica disciplina contempta, communioni restituerunt.* Haoc quidem ab Orientalibus de Cyrillo calumniam falso dissamatam adeo certum est, ut a nullo in dubium id vocari possit. Etenim Cyrillus cum catholicis Pelagianos damnavit. Illa vero quæ Cyrillus de Orientalibus publicabat, quod Cælestianos in communionem admitterent, non per calumniam

A quidem scripta sunt, sed ex suspicione concepta, tum quod Pelagiani tamquam Nestorii excubitores advenerant, tum quod Orientales eidem Nestorio favere videbantur, & siqui aderant Pelagianorum, eos ad colloquia admittebant. Ex quibus tamen non fit, Orientales posse a quoquam tamquam Pelagiana hæresi infectos traduci, cum numquam Pelagianos ad ferenda secum suffragia admiserint, ac Cyrillum infamaturi, eumdem communicati cum Pelagianis consilii accusaverint. Quæ aperte demonstrant Orientales damnasse non modo

B Pelagianorum doctrinam, verum etiam personas, & nisi suspicione collusionis cum Cælestio accusatos fuisse a catholicis: quod ex supra datis synodi verbis non obscure colligitur. Reiiciendus plane est Ricciolius, in cuius catalogo Præsulum Antiochenorum par. 1. tomo 3. Chronol. ita legitur: *Iohannes hæreticus* 427. Fuit enim Iohannes orthodoxus, ut datis ad eumdem literis Xyxtus Papa, Cyrillus, ac Proclus ostendunt. In synodo Calchedonensi act. 16. his encomiis ornatur: *Sapientissimus Iohannes Antiochenus Episcopus, qui hæreticorum maledicta*

C *repellens, & apostolicæ doctrinæ rectissimum dogma declarans, totius Orientis confessionem, velut ex uno ore, sanctissimo Proclo, & ei qui per idem tempus mundi regebat gubernacula, destinavit.* Videatur Liberatus cap. 10. Breviarii.

Hic tamen Vossii insignis scriptoris, itemque Claudii Menardi, cuius opera duos priores libros Operis imperfecti contra Iulianum ab Augustino exaratos primum obtinuimus, sententia reiicienda est. Menardus cum in actis synodi Ephesinæ par. 4. c. 7. itemque c. 9. inter schismaticos a Patribus fidelium com-

D munione privatos Iulianum Episcopum legerit, hunc Iulianum Pelagianum esse contendit. Vossius vero lib. 1. c. 6. Hist. Pelag. cum a schismaticorum legatis in epistola ad Rufum par. 3. cap. 13. Iulianum nominatum viderit præsentem tunc Ephesi, ac vocatum ab eisdem *piissimum ac sanctissimum Eridicæ Episcopum*, hæc subdit: *Nec dubitamus, quin idem sit qui Campanus antea fuerat Episcopus;* additque, *Iulianum Campano per imperiale edictum episcopatu deiectum, ad Asiaticos confugisse, atque ab his seu verum veri Episcopatus Eridicensis honorem, seu titulum saltem*

honoris

honoris ergo consecutum. In primis Menardi dictum refellitur: quoniam Iulianus, qui excommunicationis sententiam inibi subiit, erat Episcopus Larissæ. Nam par. 3. in qua schismaticorum apud Ephesum acta recensentur, cap. 2. post Metropolitas inter minores Episcopos subscribit, *Iulianus Larissæ Episcopus.* At hic erat Asiaticus Episcopus: nam in synodo Calchedonensi act. 1. inter acta Ephesini latrocinii sub die IV. Idus Augusti nominatur *Meletius Larissæ Syriæ*, qui tum ibi tum in synodo Calchedonensi locum tenuit Domni Metropolitæ secundæ Syriæ; passim vero in huius concilii subscriptionibus legitur, *Vigilantius Larissæ Thessaliæ*. Lege initium act. 6. Tempore synodi Ephesinæ, Larissæ in provincia Thessaliæ erat Episcopus Basilius, qui cum schismaticis sentiebat, & par. 3. cap. 2. dicitur: *Basilius Thessaliæ Metropolitanus*. Larissæ vero sedem fuisse metropolitanam Thessaliæ patet ex sess. 2. synodi Romanæ sub Bonifacio II. ubi in literis trium Episcoporum ad Bonifacium hæc leguntur: *Sanctæ Larisseæ ecclesiæ, quæ est metropolitana civitas provinciæ Thessaliæ.* Ad hunc Basilium Larissæ Metropolitam habentur literæ Cælestini editæ ab Holstenio cum laudata synodo Romana. Iulianus ergo Pelagianus non erat Episcopus Larissæ in Thessalia; alter vero Iulianus erat ex provincia Syriæ secundæ, qui suo Patriarchæ Antiocheno contra Cyrillum cum Orientalibus adhærebat. At Vossio nova hæc civitas Eridica persuaderi forte potuit ex his verbis schismaticorum in literis ad Rufum Thessalonicensem par. 3. cap. 13. *Siquidem ex literis, quas pietas tua ad Iulianum piissimum sanctissimumque Eridicæ Episcopum perscripsit, aliud te statuisse haud omnino obscure cognovimus. Monet hic autem piissimum illum Episcopum, & quidem serio monet, ne pro fidei quam Beati Patres Nicæni exposuerunt, defensione, ullum omnino laborem aut molestiam detrectet* &c. *Neque is segniter, qui accepit, literarum consilium exsequi hactenus contendit.* At hunc Iulianum non esse illum Pelagianum, inde evidenter constat, quod Rufus Apostolicæ Sedis per Illyricum Vicarius Iulianum tamquam hæreticum, ac fidelium communione privatum minime per literas convenisset, aut fidei tutelam hæretico infami commendasset. Quantum Rufus Pelagianos detestaretur, ostendimus libro 1. cap. 19. Certe in hac ipsa synodo per Flavianum Philippensem legatum nominatim Iulianum cum aliis Episcopis Pelagianis damnavit. Laudanda est correctio Lucæ Holstenii, qui in notis ad synodum Romanam memoratam p. 285. ubi de Cælestini epistolæ titulo verba facit, librarii mendum advertit, qui pro τῆς Σερδικῆς scripsit τῆς Εριδικῆς, pro Serdica Eridicam reddens. Ille enim Iulianus erat Metropolita Serdicæ in Dacia mediterranea, ad quem extant literæ Theodosii Imperatoris par. 3. cap. 15. in titulo inscriptæ post alios Metropolitas: *Iuliano Basilio*, Illyricianis Metropolitis. Iidem etiam nominantur in titulo epistolæ Cælestini ad Episcopos per Illyricum, quæ num. 13. in synodo Bonifacii II. recitantur. Hinc schismatici in epistola memorata, quo plurimorum suffragia pro se venditarent, inter reliquos Episcopos eos etiam publicarunt sibi favere, qui *Daciam* inhabitabant, Iulianum Dacorum Metropolitam intelligentes. At cum nusquam inter schismaticos, quorum catalogus sæpe ibi recitatur, idem connumeretur, vana ac ficta de eodem Iuliano eosdem scripsisse non dubito: quem tamen, cum neque inter Patres legitimi concilii legam, puto eumdem dubium, in quam partem transiret, universa urbe Episcoporum dissensionibus turbata, neutri parti nomen dedisse. Atque hæc contra fictum apud Ephesum a Vossio Iuliani Pelagianistæ episcopatum dicta sufficiant.

Illud hic occasione literarum Theodosii Imperatoris, in quibus Iulianum Serdicæ Metropolitam nominari diximus, quærendum occurrit, cur earumdem literarum titulus insigniores Episcopos recensens, ita incipiat: *Cælestino Rufo, Augustino* &c. nam Augustinus anno superiore obierat. Certe epistola Imperatoris scripta est ad minus mense Iulio undecimo mense ab obitu S. Doctoris. Scribit enim Imperator probare se peractam apud Ephesum Nestorii, Cyrilli, ac Memnonis exauctorationem; at Nestorius die 22. Iunii depositus fuit, ac quinto postea die eadem sententia a schismaticis lata est contra Cyrillum ac Memnonem. Respondeo nondum Constantinopoli innotuisse Augustini ad superos transi-

transitum. Africa enim non ad Orientale Theodosii, sed ad Occidentale Valentiniani imperium spectabat: unde Africæ res minus Constantinopoli notæ erant. Quare dictator epistolæ hanc ipsam inscripsit non his tantum qui reapse in Ephesina urbe synodum agebant, quamvis latam ab ipsis contra tres illos Episcopos sententiam se probare Imperator scribat; sed eorum nomina repetivit, ad quos Imperator sacram ad concilium evocatoriam miserat; quos inter fuit S. Augustinus, ut ex literis Capreoli ad synodum colligitur. Certe neque Cælestinus Papa, neque Rufus Thessalonicensis, neque Rembulus, alias Rabulas Edessenus, aliique, qui ibidem cum Augustino nominantur, interfuere synodo Ephesinæ. Illud tamen Augustino gloriæ vertitur, quod idem in literis imperatoriis, post Romanum Pontificem ac Rufum Apostolicæ Sedis per universum Illyricum Vicarium perpetuum, ante reliquos Metropolitas nominatur. Tantum illi honorem ob eximiæ eruditionis ac sanctitatis famam, Theodosius deferendum decrevit.

Orientalibus a Pelagianæ hæreseos nota vindicatis, quid de canone illo Pelagiano, quem Gregorii Magni testimonio in schismaticorum actis legi Baronius aliique scripserunt, dicendum sit, paucis exponam. Profecto evincam canonem illum ab iisdem Orientalibus nequaquam procusum fuisse. Nec huius dicti alterum a Gregorio testem dabo, qui lib. 6. epist. 31. ad Eulogium, Orientales, qui cum Iohanne Antiocheno contra Cyrillum stetere, ab omni Pelagianismi suspicione absolvit. Etenim postquam dixit, transmissas sibi fuisse definitiones veluti ab Ephesina synodo assertas, quarum una erat, *Adæ animam peccato non esse mortuam, quoniam diabolus in cor hominis non ingreditur*; hæc scribit: *Quia ergo perscrutantes Ephesinam synodum, nihil in ea tale invenimus contineri; de Ravennati quoque ecclesia vetustum valde codicem eiusdem synodi ad nos deferri fecimus, & ad synodum quam habebamus, eum ita concordare invenimus, ut in nullo discreparet, & nihil aliud contineret in definitione anathematis & reprobationis, nisi quod duodecim capitula beatæ mem. Cyrilli reprobant.* En apertissime testatur Gregorius Orientales schismaticos nihil Pelagiano simile

A dogmati docuisse, sed tantum anathemata publicasse contra duodecim Cyrilli capitula, quæ etiamnum ex actis conciliabuli schismaticorum patent. Et ut verum fatear, scriptores quos impugnamus, Gregorii sensum minime assecuti sunt. Hic enim non scribit in ea epistola seu ad Eulogium, seu ad Narsem Comitem, canonem illum Pelagianum Ephesi ab hæreticis vel a schismaticis insertum; sed ait, quemdam Pelagianum acta synodi suis annotationibus correxisse, & dictum catholicum Ephesinæ synodi expunxisse, addito canone Pelagiano.

B Ut enim intelligatur epistola lib. 6. 31. ad Eulogium, legenda prius est epistola ad Narsem Comitem lib. 5. num. 14. In hac scribit Sanctus Pontifex: *Hunc ergo locum* (nempe cum peccavit Adam, eius est anima mortua) *qui in eodem codice qui mihi a fratre meo Iohanne Episcopo transmissus est, annotavit hæreticum. Pelagianus est, quia sententia ista evidenter Pelagii est.* At in epistola ad Eulogium scribit: *Præterea ante triennium, cogente causa monachorum Isauriæ, qui hæretici accusabantur, satisfaciens mihi quondam frater & consacerdos meus Dominus Iohannes literas misit,* C *quibus nitebatur ostendere eos Ephesinæ synodi definitionibus contradixisse, & velut ex eadem synodo certa nobis, quibus ipsi obsisterent, capitula destinavit. Inter alia autem scriptum illic continebatur de Adæ anima, quia in peccato mortua non fuerit, eo quod diabolus in cor hominis non ingrediatur, & si quis hoc dixisset, anathema esset.* Ille vero codex transmissus a Iohanne Patriarcha Constantinopolitano, non erat codex continens acta synodi Ephesinæ, ut contrariæ sententiæ auctores existimarunt; sed codex contra quemdam Athanasium presbyterum, ex epistola 14. ad Narsem. D Neque oppositum docet lib. 7. epist. 47. ad Anastasium Antiochenum, dum scribit: *Sed quia ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex regia urbe transmissus est, agnovi hoc, quod quædam capitula catholica cum hæreticis fuerant reprehensa*, nempe signis & annotationibus a Pelagiano appositis, de quibus lib. 5. ep. 14.

His omnibus accedit, Theodotum Patriarcham Antiochenum in Orientalium Patrum synodo Pelagianos damnasse, ut cap. 4. observavimus. Unde Iohannem etiam eiusdem immediatum successorem eadem cum Theodoto sensisse non dubito,

dubito; præsertim cum Nestorius ipse eiusdem ecclesiæ Antiochenæ presbyter originale peccatum minime negaverit, teste S. Cælestino Papa in literis ad ipsum Nestorium datis. Hoc argumento solide probatur, Orientales Episcopos canonem pro Pelagianis non scripsisse, quos paulo ante in synodo concordi sententia damnaverant. Hæc autem a me scripta sunt, ut vel minimam honoris umbram Pelagianis Ephesi defuisse monstrarem. In ea enim synodo tum a catholicis tum a schismaticis tamquam humani generis pestis eiecti, non dare suffragia, non causam dicere, non loqui permissi sunt. Orientales enim probe norant, iam illos a quatuor Romanis Pontificibus esse damnatos, expulsos ab Attico Constantinopoli, a pluribus conciliis Africanis proscriptos, & paulo ante a semet in synodo a Theodoto Antiochiæ habita erroris notatos. Damnata igitur in synodo Ephesina una cum Nestoriana hæresi Pelagiana, S. Prosper vir sane lepidi & arguti ingenii, utrique hocce epitaphium inscripsit.

EPITAPHIUM
Hæreseos Nestorianæ & Pelagianæ.

Nestoriana lues successi Pelagianæ,
Quæ tamen est utero progenerata meo.
Infelix miseræ genitrix & filia natæ,
Prodivi ex ipso germine quod peperi.
Nam fundare arcem meritis prior orsa superbis,
De capite ad corpus ducere opus volui.
Sed mea dum proles in summa armatur ab imis,
Congrua bellandi tempora non habui.
Et consanguineæ post tristia vulnera fraudis,
Aspera consertu prælia sine pari.
Me tamen una dedit victam sententia letho,
Illa volens iterum surgere, bis cecidit.
Mecum oritur, mecum moritur, mecumque sepulchrum
Intrat, & inferni carceris ima subit.
Quo nos præcipites insana superbia mersit,
Exutas donis, & tumidas meritis?
Nam Christum pietate operum & mercede volentes
Esse Deum, in capitis fœdere non stetimus,
Sperantesque animi de libertate coronam,
Perdidimus quam dat gratia iustitiam.
Quique igitur geminæ miseraris busta ruinæ,
Ne nostro exitio consociare, cave.
Nam si, quæ Domini data munera sero fatetur,
Hæc homini credis debita, noster eris.

Sane decuit consanguineas hæreses eodem ictu eodemque loco decumbere. Nestorius prope Antiochiam in suburbano S. Euprepii monasterio vivere iussus, quadriennio ibidem degit. At cum pessimæ doctrinæ peste singulos quosque afflaret, Iohanne Antiocheno curante, Oasim exul deportatus fuit. Erat ea Marmaricæ urbs in confiniis Ægypti. Ibidem vivebat anno 439. teste Socrate lib. 7. cap. 34. ubi de Nestorio ait: *Etiamnum depositus, & in exilium actus, Oasim incolit.* Scribebat autem ista Socrates ex cap. 48. Theodosio Aug. XVII. Cos. Quas postea calamitates ex barbarorum incursione, ac frequenti mutatione exilii, iusto Dei iudicio perpessus fuit, antequam turpi exitu vitam finiret, recitat Evagrius lib. 1. cap. 7. Nestorio ergo intra monasterii septa concluso, Iulianus cum collegis in Italiam reversus quid postea tentarit, inferius exponemus.

CAPUT X.

Cælestinus Pontifex S. Augustini reprehensores compescit, ac Pelagianos damnat. Mors eiusdem. Cassianus a S. Prospero confutatur. Semipelagianorum ex eodem descriptio.

DUm hæc in Oriente adversus Nestorium gerebantur, Semipelagianorum factio in Galliis in dies augebatur. Horum petulantiam postremi duo libri ab Augustino paulo ante obitum ad Prosperum & Hilarium transmissi, non modo non represserant, sed insolentiores quoque in S. Doctorem longe reddiderant. Nam passim Augustinum traducere illis familiare erat, quasi nimio disputandi fervore contra Pelagium abreptus, in periculosos excessus exorbitasset. Quare Prosper & Hilarius, qui Augustini libros adversus calumniantium insultationes defendendos susceperant, non magis de eiusdem quam de Ecclesiæ totius auctoritate soliciti, cum per se validissimo tot hostium impetui obviam ire posse diffiderent, Romam ad Cælestinum Papam profecti, novorum S. Augustini hostium conatus, insidias, ac consilia eidem exposuere. Cælestinus de sui quondam amicissimi Antistitis honore anxius, gravi rescripto hominum audaciam compressit, datis ad Galliæ Episcopos literis: in quibus eosdem acrius increpuit,

puit, qui tantum licentiæ nescio quibus presbyteris darent: *Timeo*, inquit, *ne connivere sit hoc tacere. Timeo ne magis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas: quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque causa nos respicit, si cum silentio faveamus errori. Ergo corripiantur huiusmodi, non sit his liberum habere pro voluntate sermonem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare*. Postea Semipelagianorum adversus Prosperum & Hilarium conatus sugillans, totus in Augustini laudes effunditur: *Nec tamen*, ait, *mirari possumus, si hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare. Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus; nec umquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote qui ubique cunctis & amori fuerit & honori. Unde resistendum talibus, quos male crescere videmus*.

Cælestinus apostolica auctoritate adversus Semipelagianos Augustini doctrina defensa, paulo ante obitum contra Nestorianos & Pelagianos eadem die ternas literas exaravit, datas Idibus Martii anno 432. In primis gratulatus Maximiano Byzantii in Nestorii locum suffecto, eumdem his contra Pelagianos instruxit: *Locum impietas novella non habeat, & compresso olim per totum orbem sua damnatione noto Cælestiano errori a tua vigilantia resistatur; ut quicumque huius dogmatis sunt sequaces, ab omni societate repellantur. Obsistat illis per te Spiritus Sanctus his in omnibus, qui ad has quascumque conantur provincias pervenire, ne eorum impia prædicatio resurgat. Obsiste eis. Ita enim, ut damnentur, quocumque perveniunt, innotescunt, & tamquam non illis sententia toties repetita sufficiat, longinquas terras, remotasque provincias inquietant*. Eadem etiam die leguntur scriptæ literæ ad Constantinopolitanos, in quibus de Pelagianis Nestorii sociis inquit: *Adfuerunt inter alios, nec deseruerunt eum Cælestiani iniquitatis operarii. Habuit ergo secum sui magistros exilii, habuit huiusce rei perfectos tyro doctores. Nam separare difficile est, quos*

A *scelera iunxerunt: quin maiore ligantur glutino fœdera vitiorum. Quis tamdem horum finis est? nempe ille quem legimus*: Irridebit illos Dominus, & erunt post hæc decidentes sine honore in contumelia inter mortuos in æternum &c. Sap. 4. 18. & 19. In epistola vero ad sanctam synodum ait: *Quod loquimur Cælestianorum testantur exempla, quod spem de synodo hucusque gesserunt*. Verum intra paucos dies, nempe V. Idus Aprilis Cælestinus obiit, magno apud ecclesiam & Augustini cultores præsertim sui desiderio relicto: quippe qui contra Pelagianos synodum animavit, eius se- B ctæ Episcopos suis sedibus exclusit, & sectæ quoque magistrum Cælestium e conspectu amotum tota Italia eiecit. Hic idem S. Augustini iam inter superos, se Pontifice, relati primus Romanorum Præsulum doctrinam consecravit, habuitque cum illo literarum commercium; ut ex epistola 261. patet, in qua Augustinus animi sui angores in causa Antonii Fussalensis Cælestino patefacit. Epistolam etiam Augustini 62. *Condiacono Cælestino* inscriptam cum altera annexa ad hunc eumdem Cælestinum, qui ex Romanæ ecclesiæ diacono Pontifex eva- C sit, datam existimo: nam missa est per *Albinum acoluthum*, quando idem anno 418. literas ad Xyxtum eiusdem Romanæ ecclesiæ presbyterum detulit, ex epistola 104. & 105. Utraque vero epistola Cælestini scilicet ac Xyxti Hipponem, Augustino absente, delata fuerat, ut ex responsione S. Doctoris intelligitur. Initio epist. 62. ad Cælestinum ait: *Quamvis longe absens fuerim, quando per Proiectum clericum ad me directa Hipponem sanctitatis tuæ scripta venerunt*. Etenim Cæsaream usque perrexerat, uti cap. 15. lib. 1. nobis narratum est. Laudata Au- D gustini epistola eximium eiusdem erga Cælestinum amorem ostendit. Sed de his accuratius agent eruditissimi ac doctissimi Patres nobilissimæ Benedictinæ familiæ in nova voluminum Augustinensium editione, quam grandi apparatu, maiorique reipublicæ ecclesiasticæ utilitate Parisiis ad D. Germani a Pratis adornant, dum epistolas S. Doctoris hucusque præpostero ordine locatas, suo loco restituent, additisque notis ultra eruditorum vota (mirum enim dictu est, quanto labore operi diu noctuque incumbant) illustrabunt. Cælestinn successit Xyxtus III,

qui ante annos quatuordecim sub Zosimo primus in Pelagianos anathema pronuntiaverat, Sanctorum Augustini & Alipii amicus, ut ex epist. 104. cognoscitur.

Anno CDXXXIII. Massilienses tamen in Gallia Cælestini literis haud repressi sunt, sed commendatam in illis dicebant priorum Sancti Augustini voluminum doctrinam, non vero approbata ea, quæ ad Adrumetinos, & paulo post ad Prosperum & Hilarium scripserat. Collationes etiam Cassiani passim per totam Galliam non modo legebantur, sed acriter defendebantur. Quare Prosper Semipelagianorum audaciæ obviam eundum ratus, volumen emisit, quod contra Collatorem inscripsit, in quo ea, quæ Cassianus in decima tertia collatione ad Lerinenses perperam de divina gratia docuerat, vellicat ac confutat. In præfatione quidem Semipelagianos Lerinenses & Massilienses monachos Cassiani describit, ut postea dicemus. Ille autem statim pro S. Augustino se in arenam descendere profitetur, inquiens: *Gratiam Dei, qua Christiani sumus, quidam dicere audent a sanctæ memoriæ Augustino Episcopo non recte esse defensam, librosque eius contra errorem Pelagianum conditos immoderatis calumniis impetere non quiescunt*. Testatur autem Prosper, se unum Cassianum arguere, quod illis omnibus in sanctarum scripturam studio præstaret, & disputandi usu excelleret inter eos, quibuscum degebat. Porro duodecim Cassiani assertiones eo in opere examinat, quarum indicem versus finem subnectit: & uti ab Augustini encomiis eius libri initium fecit, ita & delatis Augustino laudibus eumdem conclusit, argute adversarios irrideos, qui Cælestini Papæ approbationem prioribus tantum Augustini libris applicandam esse contenderent. Quo vero Xyxti Pontificis animum ad favorem Augustinianæ doctrinæ inclinaret, hæc scribit: *Confidimus Domini protectione præstandum, ut quod operatus est in Innocentio, Zosimo, Bonifacio, Cælestino, operetur & in Xyxto, & in custodia Dominici gregis hæc sit pars gloriæ huic reservata Pastori, ut sicut illi lupos abigere manifestos, ita hic depellat occultos, illo auribus suis doctissimi senis insonante sermone, quo collaborantem secum hortatus est*. Laudatque Augustini verba ad eumdem Xyxtum epistola 104. Brevissima postea peroratione concludens ait: *Sufficienter, ut arbitror, demonstratum est, reprehensores S. Augustini & vana obiicere, & recta impugnare, & prava defendere, peremptorumque armis intestinum bellum moventes, divinis atque humanis constitutionibus rebellare*. Hæc autem scripsisse Prosperum circa anoum 433. colligitur ex iis, quæ de Augustino tradit in præfatione: *Viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei catholica acies, huius viri ductu pugnat & vincit*. Cum Augustinus anno 412. ut lib. 1. cap. 4. dictum est, Pelagianos impugnare cœperit, palam fit, Prosperum contra Collatorem scripsisse ad annum 433. Noonulli arbitrantur hoc tempore Cassianum non fuisse superstitem, quasi Prosper mortuo insultare voluisset, quo vivente, calamo timoris gratia pepercisset. Video illos cum Vossio lib. 1. cap. 7. Gennadium auctorem dare, qui in lib. de Viris illustr. cap. 61. de Cassiano ait: *Rogatus a Leone urbis Romæ Episcopo, scripsit adversus Nestorem de Incarnatione Domini libros septem, & in his scribendi apud Massiliam & vivendi finem fecit*. Hosce vero libros scriptos anno 430. patet: nam nondum damnato Nestorio editi sunt, hoc est ante annum 431. Certe Cassianus lib. 1. de Iocarn. cap. 3. meminit literatum Nestorii pro Episcopis Pelagianis ad Cælestinum, hæc scribens: *Intercessionibus suis Pelagianistarum querelas fovet, & scriptis suis causas illorum adserit*: quibus Nestorii literis Cælestinus responsum dedit anno 430. III. Idus Augusti. At scripsisse Prosperum vivo adhuc Cassiano, ex ipsomet Prospero habemus, qui de eodem ita loquitur: *Unius potissimum definitionem, quem non dubium est illis omnibus in sanctarum scripturarum studio præstare, referemus*. Item: *Vir quidam sacerdotalis ordinis, qui disputandi usu inter eos quibuscum egit, excellit, abbatem quemdam introducit* &c. Quod vero Prosper diu distulerit scriptis Cassianum confutare, hoc ipsius modestiæ, & erga hominem tota Gallia celeberrimum reverentiæ dandum est: nam vivo adhuc Augustino impugnasse illum Cassiani collationes, ex epistola ad Rufinum ad annum 429. probavimus. Immo in Chronico ad hunc ipsum annum Theodosio XIV. Cos. Cassiani ut adhuc superstitis mentionem satis honorificam facit: quo iterum argumento Vossii sententia confutatur; si ta-

fi tameo illa Profperi manu fcripta fuot: de quo viri eruditi dubitant, cum in multis codicibus oon legaotur.

Nonnulli eo fere tempore quindecim breviores fententias, & has prorfus abfurdas publicarunt veluti ab Auguftino affertas, ut tali commento & deteftationem eius, quem impeterent, obtinerent, & ab his, quæ infamaffent, curam exterriti lectoris averterent. At idem Profper, qui mortuo Auguftino totius belli onus fubierat, edito libello, quem *Ad capitula Gallorum Refponfiones* vocavit, calumniarum oebulas procul ab Auguftioo amovit. Hoc autem opufculum poft librum cootra Collatorem editum exiftimo, quod ioitio illius cootra Caffianum fe fcribere poteftatur, omittens interim, *quæ vulgus*, inquit, *ignobile, & procax ineptorum loquacitas intemperanter effundit*. Itaque Profper veluti Auguftini interpres & defeofor in ore famæ verfabatur. Quare Camillus, & Theodorus Geoueníes presbyteri cum quibufdam difficultatibus in libro S. Auguftini de Prædeftinatione SS. premereotur, per literas Profperum convenientes, dubiorum folutiooem rogarunt, quibus e veftigio Aquitaous nofter fatisfecit, miffo volumine infcripto: *Ad excerpta Genuenfium Refponfiones*.

Hi quidem, contra quos Profper pro Auguftiniana doctrina acerrime depugnavit, fuperiori fæculo Semipelagiani vulgo dicti funt. Unde apud plerofque rerum ecclefiafticarum minus peritos tamquam hæretici traducuntur; cum tamen catholici viri fuerint, & literarum fama, ac fanctitatis opinione illuftres. Quæ quidem quamvis cap. 2. paucis iofiouaverim, operæ pretium duxi, hæc ipfa fufius ex Divo Profpero oftendere, præfertim cum infequenti capite probaturus fim, Fauftum Abbatem Lerinenfem, ac Viocentium fub eo monachum ad Semipelagianos acceffiffe, & S. Auguftioi fententiam de prædeftinatione gratuita impugnaffe. Nam video plerofque ægre ferre, Vincentium Semipelagianis accenferi, quafi ea ratione inter profcripta hæreticorum capita reponatur. Quare ut hominum cenfuras fugiam, vel faltem mitigem, fimulque invidiam declinem, Semipelagianorum doctrioam, fanctitatem, ac confilia ex Profpero defcribam. Hic enim cum ei-

A dem convixerit, ac fæpius pro fuo Auguftioo manus conferuerit, fuis coloribus illos affabre delineavit. Ille ergo licet durius Semipelagianos excepit, nufquam tamen eofdem hæreticos nuncupavit, fed orthodoxi eos dogmatis profeffores plane affirmavit. Scribit cap. 33. contra Collatorem: *Quis hæc prædicari a catholicis inter catholicos crederet, nifi ea, quæ in colluctationibus domefticis fæpe defenfa funt, etiam fcripta legerentur?* Idem in epiftola ad Auguftinum ait: *Quicquid etiam in libris contra Iulianum ab ipfo fub hac quæftione objectum potentiffime debella-*
B *fti, hoc totum ab iftis fanctis intentioffime conclamatur*. Et verfus finem addit: *Quorum tam abrupta diffenfio primum propter ipfos metuenda eft, ne tam claris tamque egregiis in omnium virtutum ftudio viris, fpiritus Pelagianæ impietatis illudat. Deinde ne fimpliciores quique, apud quos horum magna eft de probitatis contemplatione reverentia, hoc tutiffimum fibi æftiment, quod audiunt eos, quorum auctoritatem fine judicio fequuntur, afferere*. Quanto autem in honore effent ob vitæ fanctimoniam vulgo de ipfis iactatam, in eadem epiftola hifce fignificat: *Poffumus quidem ad credendum*
C *effe conftantes, fed ad auctoritatem talia fentientium non fumus pares: quia multum nos & vitæ meritis antecellunt, & aliqui eorum adepto nuper fummo facerdotii honore fupereminent, nec facile quifquam, præter paucos perfectæ gratiæ intrepidos amatores, tantis fuperiorum difputationibus aufus eft contraire*. Tanta quidem auctoritate apud univerfos pollebaot, ut pauci tantum, quibus Dei magis, quam hominum gratia cordi erat, eifdem fe fe opponere auderent. Immo licet nonnulli eorumdem opiniones abhorrerent, hominum tamen
D potentiam reveriti, id publice conteftari pertimefcebant. Ceteri autem Semipelagianorum fama permoti, pedibus in illorum fententias ibant, hæc fcribente eodem Profpero ad Auguftinum: *Multos reverentia eorum, aut inutili cohibet filentio, aut incuriofo ducit affenfu*. Cum tamen fcirent, quanta in æftimatione Auguftinus ubique orthodoxarum geotium effet, quo citra iovidiam eiufdem fcripta cenfuræ fubiicerent, publicabant fe in uoo aut altero tantum dogmate ab Auguftino difcedere, in ceteris vero eiufdem doctrinam noo modo fe tenere, verum etiam admirari. Huius quoque te-

ftis

ſtis venit Proſper, cuius verba dedimus cap. 2. Novo autem commento ac ſubdolo conſilio ſecuriorem ſibi ad Auguſtinum oppugnandum aditum faciebant: etenim quædam dicebant ſe non probare, quæ Auguſtino æſtu diſputationis abrepto exciderant, commendare vero alias eiuſdem ſententias, quas procul ab omni impetu veluti pacata ac tranquilla mente docuerat; id fere ubique in ore habentes, nempe ſe Apoſtolicæ Sedis contra Pelagianos decreta ad minimum uſque iota admittere, tantam autem reverentiam Auguſtino ſe nec poſſe præſtare, nec debere. Hæc de Semipelagianis ſcribuntur in cap. 3. epiſtolæ nomine Cæleſtini Papæ ad Epiſcopos Galliarum datæ: *Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis autem hæreticorum ſenſibus ſeu pravitate ſeu imperitia demorantes, piiſſimis diſputatoribus obviare præſumunt, & cum Pelagium atque Cæleſtium anathematizare non dubitent, magiſtris tamen noſtris, tamquam neceſſarium modum exceſſerint, obloquuntur; eaque tantummodo ſequi & probare profitentur, quæ ſacratiſſima B. Apoſtoli Petri ſedes contra inimicos gratiæ Dei per miniſterium Præſulum ſuorum ſanxit & docuit* &c. Qua quidem conteſtatione, & famæ ac ſuæ ipſorum ſententiæ callide conſulebant, dum ſe & catholicos, & Apoſtolicæ Sedi obſequentes profitebantur.

A S. Proſper, eum optime intelligeret in Semipelagiano bello, non modo cum hoſtium doctrina, verum etiam cum vulgi de eiuſdem opinione ſibi luctandum eſſe, antequam cum Caſſiano adverſarii agminis duce manum confereret, paucis ſignificavit, quod hominum genus impugnandum ſuſcepiſſet. Ita ergo præfatur: *Gratiam Dei, qua Chriſtiani ſumus, quidam dicere audent a ſanctæ memoriæ Auguſtino Epiſcopo non recte eſſe defenſam, libroſque eius contra errorem Pelagianorum conditos immoderatis calumniis impetere non quieſcunt. Quorum intus interſtrepens domeſtica malignitas non minus ſpernenda eſſet, quam foris latrans hæretica loquacitas, niſi eiectis extra ovile Dominicum lupis ſub nomine ovium ſuffragarentur, eſſentque huiuſmodi, ut ordo eorum in eccleſia, nec ingenia deſpicienda eſſe videantur. Siquidem habentes ſpeciem pietatis in ſtudio, cuius virtutem diffitentur in ſenſu, trahunt ad ſe multos ineruditos, & non habentia ſpiritum diſcretionis corda conturbant; atque in eum ſtatum deducere cauſam eccleſiæ moliuntur, ut dum noſtros affirmant non veraciter pro gratia locutos, inimicos gratiæ perſuadeant iniuſte damnatos eſſe. Non ergo negligendum eſt hoc malum, quod ab occultis praviſque ſeminibus augetur quotidie, & ab ortu ſuo latius longinſque diſtenditur. Sed ſtudendum eſt, quantum Dominus adiuvat, ut fallacium calumniatorum hypocriſis detegatur, qui ex ipſa iniuriæ magnitudine, quam in uno cunctis, ac præcipue Apoſtolicæ Sedis Pontificibus intulerunt, ab indoctis & parum cautis excellentioris ſcientiæ iudicantur, & miſero perverſoque ſucceſſu facilem mendacio conſenſum eliciunt, quia reverentiam ſibi præſumptione pepererunt. Nec enim, cum ſint bonæ opinionis viri, creduntur ullo modo tarditate intelligentiæ aut temeritate iudicii in ſuperfluæ querelæ conclamationem potuiſſe prorumpere, & non potius magno ingenio, ac vehementi ſtudio laboraſſe, ut ſubtiliſſimi tractatoris diſputationibus comprehenſis, cenſura nunc diſtrictior, & inſpectio ſagacior inveniret, quod antea ſecurus favor, & benignitas incurioſa non viderat. Unde ergo hæc diligentia tam ſeveri emerſit examinis? Unde in hanc auſteritatem ſupercilium tam tetricæ frontis ſe armavit, ut menſuras ſenſuum, pondera locutionum, numeros ſyllabarum inſidioſus ſcrutator eventilet, magnumque ſe aliquid conficere præſumat, ſi catholico prædicatori notam erroris affigat? Quaſi incognitum aliquod opus, & quod hactenus latuerit impetatur, ac non illa his morſibus doctrina lanietur, quæ novorum hæreticorum commenta diiecit, & diabolicum tumorem Pelagianæ elationis eliſit. Viginti amplius annis, contra inimicos gratiæ Dei catholica acies, huius viri ductu pugnat & vincit. Vincit dico, quia non patitur reſpirare quos vicit, & in quorum excidium unam cunctorum ſacerdotum manu ſententiam ſcripſit. Pulſi Pontificio, & communione privati querantur quaſi de felicitate noſtræ victoriæ, & arment linguas ſuas, quia exulare a veritate, quam cives eſſe eccleſiæ maluerunt. Noſtri autem concorporales & participes gratiæ Chriſti, cur de his armis, quibus communis fides eſt defenſata, cauſantur? Cur bellum confectum retractant, & munitiones ſecuræ dudum pacis infirmant? An victores diſplicent, & victi placent? Tantaque inſolentia damnati foventur errores, ut auctores noſtri pulſentur & iudices. An vero ita ſe novo-*

rum

rum censorum norma exactior temperavit, ut nulla eorum quæ excisa sunt, afferat, & quædam ex his quæ defensa sunt, respuat? Ecce salva catholicæ pace victoriæ, salva indissolubilium reverentia decretorum, parati sumus patronos doctrinæ emendatioris audire, & circumcisas ab omni errore lineas subtilissimæ discretionis agnoscere. Constituatur in medio quod de novis emersit ingeniis. Hæc magnus Augustini defensor.

Idem etiam in eodem opere contra Collatorem, postquam Semipelagianorum opiniones in illorum magistro Cassiano expugnasset, in eosdem rursus invehitur a capite 41. ubi fusius eorum conatus & artes pluribus exaggerat: quæ quidem omnino legenda sunt. Non possum tamen eiusdem perorationem omittere. *Sufficienter*, inquit, *ut arbitror, demonstratum est, reprehensores S. Augustini & vana obiicere, & recta impugnare, & prava defendere, peremptorumque armis intestinum bellum moventes, divinis atque humanis constitutionibus rebellare. Quorum tamen, dum adhuc non sunt a fraterna societate divisi, toleranda magis est iutentio, quam desperanda correctio, donec Dominus per ecclesiæ Principes, & legitimos iudiciorum suorum ministros, hæc quæ per paucorum superbiam, & quorumdam imperitiam sunt turbata, componat* &c.

Hæc Prosper. Cuius fides in dubium a nemine revocari potest; *cum constet adeo esse antiquiorem Prosperum, ut aliqua etiam temporis parte coætaneus fuerit Augustini, habueritque cum illo literarum & doctrinæ familiare commercium, in iis præsertim quæstionibus quæ cum Semipelagianis disputabantur; cum convixerit Semipelagianis, & in ea vitæ ac contentionum consuetudine, quid sentirent, aut in quo dissentirent vel ab Augustino vel ab ecclesia quasi oculis usurparit suis; cum nemo umquam ardentius eorum errores insectatus sit, nemo acrius egerit causam Augustini postea defuncti; ut videatur illius & arma & vices gessisse, ad tuendam quam veluti depósito acceperat, eius doctrinam.* Hæc testatur, seu melius fatetur P. Franciscus Annatus libro 2. sui Aug. vindicati capit. 5. §. 2. Cui fideli echo concinit ex eadem familia P. Stephanus Decamps libro 3. de Hær. Iansen. disp. 7. cap. 1. num. 2.

CAPUT XI.

Faustus abbas Lerinensis, & Vincentius monachus, ambo Semipelagiani. De Vincentio Lerinense id pluribus contra vulgarem opinionem ostenditur.

Hoc ipso anno 433. Faustus, qui postea Reiorum Episcopus duos contra S. Augustinum libros scripsit, electus est Lerinensium abbas, ut dicemus. Qui quod plurimos Augustino hostes fecit, stylum ad alia properantem sistit, ut de hoc S. Doctoris adversario pauca præmittamus, quæ minus diligenter ab aliis observata sunt; præsertim cum Baronius ad annum 490. plura de Fausto congerat, quæ suis, quoad fieri poterit, temporibus assignabimus. Faustus eamdem quam Pelagius, habuit patriam, nempe Britanniam. Etenim Sidonius, qui supra ceteros Fausti cultor fuit, hæc ad eumdem scribit lib. 9. epistola 9. *Legi volumina, quæ Riochatus Antistes ac monachus, atque istius mundi bis Peregrinus, Britannis tuis pro te reportat.* S. Avitus Episcopus Viennensis, qui Fausto convixit, in epistola ad Regem Burgundionum, Faustum *Britannum ortu* affirmat. Iuventam optimis disciplinis dicavit. Philosophiæ præsertim se totum addixit, a cuius studio neque inter Lerinensis eremi squallores animum revocavit. Hæc Fausto scribit idem Sidonius de philosophia loquens: *Hæc ab annis vestra iam dudum pedissequa primoribus, hæc tuo lateri comes inseparabilis, sive in palæstris exercereris urbanis, sive in abstrusis macerarere solitudinibus.* Ex quibus forenses prius causas Faustum agitasse suspicor. At Honorati aliorumque Lerinensium Patrum fama permotus, Deo arctius adhærendi desiderio flagrans, apud Lerinam monasticam vitam professus, tanto omnium virtutum fulgore nituit, ut Maximi successor esse meruerit, Sidonio dicente in Eucharistico ad Faustum:

.... fuerit quis Maximus ille,
Urbem tu cuius, monachosque Antistes & abbas,
Bis successor agis.

Quo vero anno Faustus post Maximum præfecturam Lerinensem iodeptus sit,

sit, non una est virorum eruditorum sententia. Baronius ad annum 441. pag. 10. ait Maximum electum Episcopum Reiorum post Prosperum, nempe anoo 466. Quare hoc anoo Faustus apud Lerioam Maximo suffectus fuisset. Hæc tamen sententia extra veram chrooologiam vagatur. Nam S. Honoratus Episcopus Massiliensis in vita S. Hilarii Arelatensis cap. 5. *In eodem*, inquit de Hilario, *loco tunc temporis S. Faustum presbyterum pariter & abbatem, ita futurorum præscius honoravit, ut inter se & sanctos sacerdotes Theodorum & Maximum, medium compelleret residere:* quando nempe Hilarius morienti seni Caprasio primo Lerinensis insulæ monachio adesse voluit. Cum vero Hilarius decesserit anno 449. habemus ante eum annum & Maximum Episcopum, & Faustum Abbatem. Ufferius ad annum 429. episcopatum Maximi statuit, eo ductus argumento, quod ex vetusto codice Lerinensi, quem recitat Barralius in Chronologia Lerinensi, legatur Caprasium *transiisse ex hac vita die Kalendarum Iuniarum in sacra Lerinensi insula, circa annos humanæ redemptionis triginta supra quadringentos* (præsentibus) *Fausto, Theodoro, Maximo, & Hilario.* At Faustum tunc fuisse abbatem, ex verbis recitatis ex Hooorato Massiliensi patet. Ita hic scriptor discurrit cap. 11. Antiq. Britan. pag. 243. Sed Caprasium vixisse ultra annum 430. mihi certum est. Nam Hilarius una cum Maximo Episcopo Reiorum, & Theodoro Antistite Foroiulieosi, Caprasio morienti adfuit. At Maximus, ut proxime ostendam, anno 433. adeptus est sedem Reiensem, Theodorus vero post annum 445. Foroiuliensem episcopatum obtinuit. Nam S. Leo epist. 87. ad Episcopos per provinciam Viennensem, eo anno Leontium Foroiuliensem singulari privilegio in synodis prnvinciæ cogendis exornat. Quare cum Hilarius mortuus sit die 5. Maii anno 449. ex literis Leonis ad Ravennium, & S. Honorato Massiliensi in vita eiusdem, Caprasius vero obierit prima Iunii; huius mortis tempus statui debet citra annum 449. ut Hilarius morieoti assistere potuerit. Rursus cum S. Leontius ad superos transierit die prima Decembris, qui ineunte æstate anni 445. vivebat (eo enim tempore literæ memoratæ Leonis datæ sunt, ut postea dicemus) Caprasii mors absque dubio, trieonio quod ab anno 445. ad 449. exclusis termiois numeratur, alliganda est, ut Theodorus Leontii successor saoctissimo seni morienti cum aliis Episcopis & Fausto abbate, adesse potuerit. Plenus igitur dierum prope centesimum annum, ut ex dictis capite 3. colligitur, Caprasius migravit ad Dominum. Unde senem illum nominavit Sidonius in Eucharistico:

. . . . . . *Quantos illa insula plana*
Miserit ad cælos montes; quæ sancta Caprasi
Vita senis &c.

Anonymum vero, qui eiusdem vitam apud Surium & Barralium scribit, longe post illa tempora vixisse, inde constat, quod epochæ a Christi nativitate usus nondum id temporis invaluerat. Immo satis imperitum se fuisse prodit. Tradit Caprasium una eum fratribus Honorato & Venantio, immensa terrarum ac maris spatia vel ultra Nicomediam percurrisse, ae postea Cisalpinam Galliam petentes, tres simul Lerinam ingressos. Sed ex Hilarii oratiooe patet, illos in Peloponnesum tantum traiecisse, ac Venantio Methone defuncto, Caprasium & Honoratum in Galliam reversos in Lerinensem eremum se contulisse. Sane nec constare sibi ille auctor tempus mortis S. Caprasii significat, dum scribit mortuum *circa* trigesimum annum quinti sæculi.

Ego quidem puto initium Episcopatus Maximi deprehendi ex homilia, quæ sub titulo *de S. Maximo* inter conciones Eusebii Gallieani recensetur tom. 5. Biblioth. PP par. 1. editionis Coloniensis 1618. in qua de S. Maximo hæc recitantur: *Lerinensis sedem, immo latebram petit; ubi a mundi tamquam ab inimici periculis tutus, multis laboribus desudatis, tamquam aliam in matrimonium sumpturus, & quasi annorum hebdomada transacta (nam plenis septem annis ibidem Christi gregem pavit) Rachel acquisiturus, præfertur insulæ, præparatur ecclesiæ.* Ex quibus colligitur Maximum septem annis Lerinensem abbatem fuisse. Cum vero successerit Honorato, anno 426. ad Episcopatum Arelatensem evecto, ipse anno præsenti 433. fit Episcopus Reiorum. Unde hoc ipso anno Faustus eligitur Lerinensium abbas tertius. Franciseus Fulvius Frugonius in libro Italice scripto, & quidem satis eleganter, de vita S. Maximi Reiensis, quem

Tri-

Trimegiſtum inſcribit, lib. 2. pag. 203. tradit eumdem viginti annos apud Lerinam moratum, antequam Honorato in præfectura inſulæ ſufficeretur. Addit pagina 275. poſt ſex luſtra duoſque inſuper annos a monachatu ſuſcepto, ad Reienſem cathedram evectum. Quare Frugonio auctore, anno 406. Maximus Lerinam petiit; anno autem 444. Epiſcopus conſecratus fuit, cum abbas Lerinenſes rexiſſet annos decem & octo. Quæ ſane, ut pleraque alia quæ ibidem ſine teſte ſcribit, admitti nulla ratione poſſunt: ſeptem enim annos tantum abbas fuit ex homilia memorata. Auctorem huius homiliæ, ex qua veritas ſtatutæ chronologiæ aperte deducitur, Baronius in notis ad Martyrol. ad diem 27 Novembris, ubi de S. Maximo agit, facit Eucherium Lugdunenſem: alii eam tribuunt Cæſario Epiſcopo Arelatenſi. Sed horum ſententia prorſus falſa eſt: nam Cæſarius natus eſt anno 470. ut dicemus. Baronius vero redarguitur, quod auctor ille dicat ſe ſub Maximi diſciplina fuiſſe: *Huius ergo tanti & tam præclari, quæſo ut nos ei diſcipulos meminerimus & filios*. At Eucherius non vixit ſub Maximo apud Lerinam: nam in Leronis inſula degebat, ut teſtatur S. Hilarius in oratione de S. Honorato: in quo erravit Voſſius libro 1. Hiſt. Pelag. cap. 8 quo loco etiam perperam negat Cæſarium inter Lerinenſes vixiſſe, ut hæc homilia haud illi adſcribenda videatur. Bene tamen ibidem Voſſius notat homiliam illam recitatam eſſe Reienſibus ex his verbis: *Quia ſuperius memoravimus quam magnifice inſulano illo ſtudio perfectionis vias cucurrit, plus eſt quod huc inſulam ipſam inſtitutis ac ſtudiis ſuis tranſtulit*. Quare Eucherio qui Lugdunenſis Epiſcopus fuit, tribui illa nullo modo poteſt, inquit Voſſius; ſed Fauſto danda eſt Reiorum Antiſtiti.

Et hoc ſane ex verbis eiuſdem Fauſti ibidem patet. *Merito*, ait, *ſe vobis imputet beata illa inſula ex hoc uno atque unico munere, licet multum erubeſcat ex altero;* ſcilicet Lerinam duos Reiis dediſſe Epiſcopos; Maximum, de quo iure gloriari poſſit, & Fauſtum ipſum, de quo erubeſcat. Quæ verba, ut erudite notat Sirmondus in notis ad Euchar. Sidonii num. 113. niſi unus Fauſtus modeſtiæ cauſa uſurpaſſet. Fauſtus itaque ab-

A bas renuntiatus, omnium virtutum monaſteriarcham exhibuit; & non modo numeroſum monachorum gregem, ſed nobiles etiam adoleſcentes ſanctioribus diſciplinis imbuebat. Hos inter fuit C. Sollii Appollinaris frater; unde illi poſtea gratiæ actæ in laudato carmine Euchariſtico. Auguſtinianam doctrinam de prædeſtinatione tum ad fidem tum ad gloriam, ſemper abhorruit impugnavitque. Etenim in epiſtola ad Græcum diaconum, quem illum ipſum nonnulli ſuſpicantur fuiſſe, qui poſtea Maſſiliæ Epiſcopus cum Fauſto ſynodo Lugdu- B nenſi interfuit, aperte neſcio quid in Auguſtino ſibi ac aliis diſplicere teſtatur. *In ſcriptis*, inquit, *S. Pontificis Auguſtini etiamſi quid putatur apud doctiſſimos viros eſſe ſuſpectum, ex his quæ damnanda indicaſti, nihil noveris reprehenſum*. In Fauſti etiam gratiam Vincentius Lerinenſis anno ſequenti librum Commonitorii evulgavit, in quo ſectatores S. Auguſtini aperte hæreticos per ſummam iniuriam vocat.

Ceterum viginti & amplius annos Fauſtus Lerinenſes monachos gubernavit, & ob iuriſdictionem lites cum Theo- C doro Epiſcopo Foroiulienſi ſuſcepit; quæ poſtea in ſynodo Arelatenſi III. præſide Ravennio Metropolita, deciſæ ſunt. Annus ſynodi ignoratur. Cum vero Ravennius ab anno. 449. ſederit, nec annum. 462. attigerit (hoc enim tempore Leontius vivebat) intra illud tempus concilium locandum eſt. Sirmondus qui acta illa ſynodalia tomo 1. Conciliorum Galliæ publici iuris fecit, illum congreſſum anno 455. alligat. Sed coniecturis tantum, non certo argumento id ſtatui poteſt.

Iam vero de Vincentii Lerinenſis Com- D monitorio ſermo inſtituendus eſt. In qua *Anno* CCCCXXXIV. quidem re non modo Baronium, ſed omnes fere ſcriptores adverſarios habemus: quos tamen minus illum librum diligenter legiſſe probabimus. Nam non modo Semipelagianum ſe prodit, ſed diſertis verbis Auguſtini diſcipulos, ut mox dicebam, tamquam hæreticos traducit. Quo tamen omnis confuſio e medio tollatur, prius de doctrina libri dicemus, dein de auctore. Nam de iſto quæ apud ceteros ſcriptores certa ſunt, incerta ſatis, ne falſa dicam, demonſtrabo. Prodiit hoc anno, auctore Peregrino mona-

cho, Commonitorium adversus profanas vocum novitates; nam is plane volumini titulus præfixus est. Scriptum illud hoc anno, colligitur ex cap. 42. ubi laudat *concilium ante triennium ferme in Asia apud Ephesum a ducentis fere numero sacerdotibus adversus Nestorium celebratum*. Cum vero synodus anno 431. peracta sit, anno 434. Commonitorium scriptum est.

Huius operis unus scopus est, novitatem quamlibet doctrinæ esse suspectam; antiqua tantum & communi auctorum sensu celebrata dogmata, retinenda ac defendenda. Porro hic Peregrini liber omnium laudes demeruit. Baronius in Annalibus ad hunc annum, & Possevinus in Apparatu, *aureum* volumen appellant: *parvum mole, virtute maximum* Bellarminus in libro de Scriptoribus ecclesiasticis: *validissimum* Gennadius: *nobilissimum* Saussaius ad 24. Maii in Martyrologio Gallicano: *longe optimum, eiusque lectionem non tantum utilem*, sed & *necessariam* Iohannes Costerius, qui etiam idem volumen commentariis illustravit. Immo addit Baronius in notis Martyrol. ad diem 24. Maii, auctorem magnam sui nominis in ecclesia catholica laudem reliquisse. At Vossius magnus scriptorum censor, in extremam prorsus opinionem de memorato Commonitorio descendit: hæc enim lib. 1. Hist. Pelagianæ cap. 9. scribit: *Iustæ nihilominus rationes sunt, cur Commonitorii scriptorem non solum ab Augustiniana de prædestinatione sententia abhorruisse credamus, sed etiam Commonitorium adversus Augustinum ipsum, vel eos saltem qui Augustini sententiam sequerentur, scripsisse existimemus*. Ego quidem ad Vossii sententiam plane accessissem, nisi tot delatæ a sapientissimis scriptoribus Commonitorio laudes religionem mihi pæne iniecissent. Attamen cum inter opuscula Prosperi legamus libellum ita inscriptum: *Responsiones ad capitula obiectionum Vincentianarum*, & aliunde satis nobis probatum sit, Lerinenses a S. Augustini de prædestinatione ad fidem sententia recessisse; iure dubitandi occasio datur, fueritne Vincentius Lerinensis auctor Commonitorii, ille idem quem S. Prosper impugnavit. Ego quidem libere sententiam promam, & nisi nobismet oculos eruamus, palam faciam, hunc Vincentium cum Hilario Arelatensi, Fausto abbate, aliisque syncellitis Leri-

A nensibus, contra S. Augustini de prædestinatione doctrinam conspirasse; idque ex eiusdem verbis evincam. Quæ miramur non modo nuperos scriptores, qui commentariis Commonitorium illustrarunt, non observasse, verum etiam nec ipsum Vossium, qui non omnes illius libri nævos notavit.

Capitale Massiliensium dogma fuit, communem omnino esse omnibus gratiam Dei; dari vero illam suismet viribus quærentibus, pulsantibus, petentibus. Legantur duo illius factionis coryphæi, Cassianus lib. 12. de Institut. cœnob.
B cap. 14. Faustus lib. 2. cap. 10. Huius sane hæc verba sunt: *Adiutorii itaque sermo duos indicat, operantem & cooperantem, petentem & promittentem, pulsantem & aperientem, quærentem pariter & retribuentem. Hoc solum nostrum est, ut qui pro fragilitate idonei non sumus, saltem quærendi & pulsandi importunitate placeamus. Ubi erit sedulitas miserentis Dei, si cum persona nihil mereatur indigni, & ad hoc desideria accedant otiosi?* De universis vern hoc ipsum eos sentire scripsit Prosper ad Augustinum, nempe *ad hanc gratiam qua in Christo renascimur, pervenire per natu-*
C *ralem scilicet facultatem, petendo, quærendo, pulsando; ut ideo accipiat, ideo inveniat, ideo introeat, quia bono naturæ bene usus, ad istam salvantem gratiam initialis gratiæ ope meruerit pervenire*. Hanc vero senrentiam reiecerat S. Doctor cap. 23. de Dono perseverantiæ his verbis: *Attendant ergo quomodo falluntur qui putant, esse a nobis, non dari nobis, ut petamus, quæramus, pulsemus & hoc esse dicunt, quod gratia præceditur merito nostro, ut sequatur illa, cum accipimus petentes, & invenimus quærentes, aperiturque pulsantibus: nec volunt intelligere etiam hoc divini muneris es-*
D *se ut oremus, hoc est petamus, quæramus, atque pulsemus*. Eumdem Semipelagianorum errorem damnat synodus Arausicana canone VI. Rursus iidem negabant gratiam Dei esse donum *speciale & personale*, volentes eam omnibus dari. Hinc Faustus lib. 1. cap. 15. ait *non specialem esse circa credentes Dei munificentiam*, & apud Maxentium in Resp. ad epist. Hormisdæ ait: *Sed dicis quia non omnibus detur, sed donum sit personale credulitas, & illis tantum credere suppetat, quibus Deus specialiter donavit ut crederent. Non ita est*. Audiamus iam Vincentium egregie

his

his concinentem, dum irridet asserentes gratiam specialem & personalem, subinferens dari petentibus, pulsantibus, quærentibus. Etenim in eodem Commonitorio cap. 37. ait: *Iam vero illis quæ sequuntur promissionibus, miro modo incautos homines hæretici decipere consueverunt. Audent etenim polliceri & docere, quod in ecclesia sua, idest in communionis suæ conventiculo, magna & specialis ac plane personalis quædam sit Dei gratia, adeo ut sine ullo labore, sine ullo studio, sine ulla industria, etiamsi nec petant, nec quærant, nec pulsent, quicumque illi ad numerum suum pertinent, tamen ita divinitus dispensentur, ut angelicis evecti manibus, id est angelica protectione servati, numquam possint offendere ad lapidem pedem suum.* Quibus ultimis verbis sententiam S. Augustini de prædestinatione & de dono perseverantiæ, reprehensioni subiicit. In quo sane culpandus est, quod Augustinianæ sententiæ sectatores hæreticos dixit, cum Semipelagiani doctiores Augustini sententiam errorem, non hæresim appellarint. Gennadius de Augustino loquens ait: *Error illius sermone multo, ut dixi, contractus, lucta hostium exaggeratus, necdum hæresis quæstionem dedit.* Et Faustus in præfatione ad Leontium: *In condemnando prædestinationis errore concilium summorum Antistitum congregastis.* Porro Vincentius hæreticos nuncupat asserentes, *quamdam Dei gratiam esse specialem & personalem, quæ sine ullius laboris, studii, & industriæ merito detur nec petentibus, nec quærentibus, nec pulsantibus.* An vero disertius suam sententiam potuerit exprimere, vel reapse expresserit Faustus, certe non video.

Semipelagiani Augustinianæ de prædestinatione sententiæ novitatem obiiciebant, dictitantes ipsorum opinionem veterum omnium Patrum unanimi consensu adprobatam. Ita de illis ad Augustinum scripsere Prosper & Hilarius. Quorum primus ait: *Obstinationem suam vetustate defendunt, & ea quæ de epistola Apostoli Pauli Romanis scribentis, ad manifestationem divinæ gratiæ prævenientis electorum merita proferuntur, a nullo umquam ecclesiasticorum ita esse intellecta, ut nunc sentiuntur, affirmant.* Quibus S. Doctor respondet lib. de Prædest. SS. cap. 14. *Si ergo huius sententiæ defensionem ex divinorum eloquiorum nos præcedentibus catholicis tractatoribus promerem, profecto hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerent: hoc enim significastis literis vestris. Quid igitur opus est ut eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quæstione versari: quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur? Unde factum est ut de gratia Dei quid sentirent, breviter quibusdam scriptorum suorum locis & transeunter attingerent* &c. Idem habet de Dono persever. cap. 19. & 20. In fine vero huius ait: *Didicimus enim singulas quasque hæreses intulisse ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura divina, quam si nulla talis necessitas cogeret. Quid autem coegit loca Scripturarum, quibus prædestinatio commendata est, copiosius & enucleatius isto nostro labore defendi, nisi quod Pelagiani dicunt, gratiam Dei secundum merita nostra dari?* Ex quibus patet, S. Augustinum hanc novitatis suspicionem passum ingenue fateri, se copiosius & enucleatius quam ceteri Patres ante ipsum Apostoli testimonia, queis gratuita prædestinatio adstruitur, explicuisse, ut nove non nova tamen diceret. At Vincentius toto eo libro hoc unum urget, nihil noviter dicendum, non modo contra omnes, sed nec præter omnes: unde sunt illius verba capite 39. *Quicquid vero, quamvis ille sanctus & doctus, quamvis Episcopus, quamvis confessor & martyr, præter omnes aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias & occultas & privatas opiniunculas, a communis & publicæ generalis sententiæ auctoritate secretum sit; nec cum summo æternæ salutis periculo, iuxta sacrilegam hæreticorum & schismaticorum consuetudinem, universalis dogmatis antiqua veritate dimissa, unius hominis novitium sectemur errorem.* Hæc contra Augustinum dicta fuisse quibusdam forte videbuntur, quibus tamen nec consentio nec repugno.

Verum quanta arte idem Vincentius Cælestini literas, adversus Semipelagianos in favorem Prosperi & Hilarii datas, contra eumdem Prosperum sociosque, vana quidem sed arguta interpretatione detorqueat, videamus. Igitur circa finem libri, quo vetustatem novitati semper præferendam ostendat, post Xyxti viventis decretum, decessoris Cælestini sententiam hanc profert: *Sed & S. Papa Cælestinus pari modo eademque sen-*

sententia. *Ait enim in epistola quam Gallo-* A
rum sacerdotibus misit, arguens eorum con-
niventiam, quod antiquam fidem silentio de-
stituentes, profanas novitates exsurgere pa-
terentur; merito, inquit, causa nos respicit,
si silentio foveamus errorem. Ergo corripian-
tur huiusmodi: non sit his liberum habere pro
voluntate sermonem. Hæc est illa cele-
bris Cælestini epistola, qua S. Augusti-
num miris præconiis effert, uti pluribus
dictum est ad annum 432. Hæc cum le-
gisset Baronius, in notis ad diem 24. Maii
scripsit pro Vincentio: *Hic non tantum*
non impugnavit defensores S. Augustini, sed
magnopere laudavit. Nam in libro quem B
scripsit adversus hæreses capite 43. vehe-
menter commendavit Cælestini Romani Pon-
tificis epistolam, in defensionem scriptorum
S. Augustini datam ad Episcopos Galliarum
adversus eos qui tanti Patris doctrinam au-
si fuerant impugnare. Verum eruditus hic
scriptor, qui Faustum abbatem vulpe-
culam dixit in Annalibus ad annum 490.
Vincentii sub eodem monachi, ut vo-
lunt, artem non detexit. Et ut verum
fatear, & ipse quoque initio Vincentium
ex hac ab eodem laudata epistola Se-
mipelagianismi suspicione absolvebam.
Itane eas literas commendaret, queis C
Cælestinus Semipelagianorum in Augu-
stino impugnando insolentiam perstrin-
gebat? Sed dum sequentia attentius le-
gi, Vincentii artem novi. *Hic aliquis for-*
tasse, inquit, *addubitet, quinam sint illi,*
quos habere prohibeat liberum pro volunta-
te sermonem; vetustatis prædicatores, an
novitatis inventores. Ipse dicat, & dubita-
tionem legentium ipse dissolvat. Etenim
Prosper & Hilarius, in favorem Augusti-
nianæ sententiæ Cælestini literas pro-
ducebant, quas Romam profecti ipsi-
met impetrarant. Semipelagiani vero
negabant literas illas Augustinum lau- D
dantes, in favorem librorum posterio-
rum, in quibus ille nova docebat, scri-
ptas fuisse, sed in commendationem prio-
rum voluminum, in quibus cum ceteris
Patribus veterem sententiam tenebat.
Prosper in fine libri con. Collatorem
ait illos dixisse, *istam in Sanctum Augu-*
stinum laudationem pro anteriorum scripto-
rum meritis fuisse collatam. Hosce autem
anteriores libros, utpote vetustati con-
sentientes, adversariis acceptos fuisse
scribit Hilarius ad Augustinum. *Hoc e-*
nim, ait, *& illis locis suorum opusculorum,*
& aliorum quæ persequi longum est, se de-
monstrare testantur. Itaque Vincentius ur-
get, quinam sint illi, quos Cælestinus
iubet ne libere loquantur, ex ipso Cæ-
lestino cognoscendum: *Sequitur enim: De-*
sinat, si ita res est, idest si ita est, ut apud me
quidam urbes & provincias vestras criminan-
tur, quod eas quibusdam novitatibus consenti-
re noxia simulatione faciatis; Desinat itaque,
inquit, si ita est, incessere novitas vetustatem.
Videas quomodo Prosperum & Hila-
rium despicit. Inducit enim Cælestinum
dicentem de illis, *ut apud me quidam cri-*
minantur; cum tamen Cælestinus non va-
go quodam nomine sed proprio, illos cum
laude appellet: *Filii nostri præsentes Pro-*
sper & Hilarius, quorum circa Deum solici-
tudo laudanda est. At hos quos Pontifex
laudat, Vincentius vocat criminatores.
Rursus Prosper & Hilarius, Cassianum,
Faustum, & ipsum etiam Vincentium
(quos omnes fuisse presbyteros ex nostra
historia patet, in qua ex testimoniis ve-
terum id sæpe insertum est) paucosque
insuper alios apud Cælestinum accusa-
runt, quod S. Augustini doctrinam iniu-
riis lacesserent. Audiatur Cælestinus:
Filii nostri præsentes Prosper & Hilarius,
quorum circa Deum nostrum solicitudo lau-
danda est, tantum nescio quibus presbyteris
illic licere, qui dissensioni ecclesiarum stu-
deant, sunt apud nos prosecuti, ut indiscipli-
natas quæstiones vocantes in medium, per-
tinaciter eos dicant prædicare adversantia
veritati. At Vincentius, quo contra Pro-
sperum integræ non modo urbes, sed &
Galliarum provinciæ stare credantur,
fingit illum criminatum fuisse *urbes &*
provincias. Itane Vincenti, *nescio quos pres-*
byteros urbes & provincias vocas? Pro-
sper & Hilarius non Episcopos accusa-
rant, quod Gallicanas provincias quibus-
dam novitatibus consentire noxia simu-
latione facerent, uti perperam scribit
Vincentius, quo duos illos Lerinensium
ac Massiliensium delatores in Episcopo-
rum invidiam trahat; sed nescio quos
presbyteros tantum detulerant. At ipsius
Cælestini sententia fuit, Episcopis eos
tumultus imputandos. *Sed vestræ*, inquit,
dilectioni iustius imputamus, quando illi su-
pra vos habent copiam disputandi. Legimus
supra magistrum non esse discipulum, hoc est
non sibi debere quemquam ad iniuriam do-
ctorum vindicare doctrinam &c. Iam ve-
ro Sanctum Augustinum, qui ad supe-
ros

ros abierat, antiquis magistris adnumerabat: unde novos doctores Faustum, Cassianum, Vincentium, illum arguentes reprehendit illis verbis, *desinat, si ita res sunt, incessere novitas vetustatem*: & cap. 2. post laudatum Augustinum addit: *Unde resistendum talibus, quos male crescere videmus.*

Rursus Vincentium collusionis cum Fausto suo abbate alio argumento reum ostendo; quod postea a Vossio etiam vidi adnotatum. Cur enim Vincentius intra unum & alterum versum reponit, *Si ita res est*? Repeto illius verba: *Desinat*, inquit, *si ita res est, idest si ita est, ut apud me quidam urbes & provincias vestras criminantur, quod eas quibusdam novitatibus consentire noxia dissimulatione faciatis*; *Desinat itaque, inquit, si ita res est, incessere novitas vetustatem*. Urgendo toties illud, *si ita est*, falsam se denotare significat Prosperi & Hilarii delationem, seu Pontificem literas illas transmisisse innixas tantum delationi illorum: de cuius veritate haud diligentius quaerere insuper volens, illa verba inseruit, *si ita res est*; quae forte toties Prospero veluti in faciem illidit, ut accusatorem in Caelestini decreto perperam gloriatum ostendat. Tandem Vincentius, suismet veluti armis Prospero reiecto, exclamat: *Ergo hac fuit Beati Caelestini sententia, non ut vetustas cessaret obruere novitatem*, hoc est non ut nos qui veterem sententiam aliorum Patrum sequimur, cessaremus obruere novitatem Augustinianae opinionis; *sed potius novitas desineret incessere vetustatem*, nempe potius nova Augustini, & sectatorum Prosperi & Hilarii doctrina desineret incessere vetustatem sententiae Cassiani, Fausti, & nescio quorum presbyterorum. Quis ad ista non haereat? Nam eo ipso loco, ubi Baronius, Suarius, Vasquez, & fere omnes putarunt, defendi ab illo Augustinianae doctrinae sectatores, hos ipsos criminatores urbium ac provinciarum vocat, Caelestini Pontificis verba arguta arte praevertit, atque contra illos eiusdem sententiam detorquet, in quorum favorem lata fuit. Haec de Commonitorio Vincentii nostra sententia est; quam Augustinianae doctrinae cultus, ac veritatis amor invito prorsus extorsit; non quod idem volumen ex loco honoris, quo nobiles scriptores illud evexere, deiectum velim. Vincentio idem quod chymicae artis professoribus, contigit; quorum labor cum ad aurum conficiendum collimaret, licet intento sine frandati sint, utilia tamen medicamina reperere, auro ipso longe pretiosiora. Ita ille, cum Augustini fortasse doctrinam de praedestinatione veluti per cuniculos eo opusculo subruere tentaret, ceteras haereses a fundamentis evertit; at Augustini doctrinam, quae catholica semper fuit, nec loco quidem movit.

Hic idem Vincentius contra Prosperum aliosque absurdissima quaedam asserta publicavit, quasi ab Augustinianis illa eadem defenderentur. At hasce calumnias idem Aquitanus solide reiecit edito libello, cui titulus: *Responsiones ad capitula obiectionum Vincentianarum*. In praefatione haec contra Vincentium scribit: *Quidam Christianae ac fraternae caritatis obliti, in tantum existimationem nostram quoquo modo student laedere, ut suam se evertere nocendi cupiditate non videant. Contexunt enim, & qualibus possunt sententiis comprehendunt ineptissimarum quarumdam blasphemiarum prodigiosa mendacia, eaque ostendenda & ingerenda multis, publice privatimque circumferunt*. Addit etiam ibidem, se fidem contra Pelagianos ex *Apostolicae Sedis auctoritate* defendere. Unde a Caelestino Romae eidem iniunctum videtur, ut in Galliis contra novos Massiliensium conatus excubaret: quod eidem summae gloriae vertitur. Quippe qui laicus probatae adeo fidei atque doctrinae esset, ut tanti negotii onus illius humeris ab Apostolica Sede imponeretur. Baronius ad diem 24. Maii in Martyrologio, Vincentium alterum Gallicanum presbyterum auctorem obiectionum, quas laudatus Prosper refutavit, affirmat, testatus *eodem saeculo alterum Vincentium claruisse in Gallia, de quo idem Gennadius scribit eodem lib. cap. 80. cui potius opus illud tribuendum putarem*. Sed non video, quo iure in Vincentium presbyterum id devolvi possit, de quo nulla suspicio nec umbra Semipelagianismi nobis constat; (nam illius interpretationes in psalmos interiere) cum de Vincentio vulgo Lerinensi tanta non dicam praesumptio sit, sed evidentia, ut fusius probatum est. Praeterea Vincentius de quo cap. 80. scribit Gennadius, iunior

nior est: convixit enim eidem Gennadio, quem se etiam audivisse testatur. Floruit vero Gennadius sexaginta & amplius annis post Gallicanos illos de gratia tumultus, vivente Prospero circa annum 426. excitatos. Tradit ibi Gennadius, se præsente, Vincentium legisse expositiones memoratas *sancto homini Dei Cannato*. At hic successit Græco Episcopo Massiliensi anno circiter 480. ex tabulis Sammarthanis; ut plane obiectiones a Prospero reiectæ illi Vincentio minime attribui posse videantur.

Hæc quidem dicta sint de doctrina Commonitorii, cuius Vincentium fuisse auctorem ex Gennadio habemus lib. de Script. illustr. c. 64. Modo an Lerinensis monachus fuerit, & qualis, videndum est. Etenim auctor se initio *Peregrinum* vocavit: primus autem eiusdem nomen Gennadius publicavit. Saussaius in Martyrologio Gallicano ad diem 24. Maii, quem communiter alii sequuntur, & ante docuerat Barralius in chronologia Lerinensium, tradit Vincentium Lerinensem monachum, cuius memoria IX. Kal. Iunias in Martyrologio celebratur, fuisse fratrem germanum S. Lupi Trecensis Episcopi, ut ex epistola Eucherii de laude eremi ad Hilarium colligitur: ubi recitans egregios monachos Lerinæ, inter alios Vincentium nominat. Eucherii verba sunt de Lerina loquentis: *Hæc nunc successorem eius tenet Maximum nomine clarum, quia post ipsum meruit adsciri. Hæc habuit reverendi nominis Lupum, qui illum nobis ex tribu Beniamin lupum retulit. Hæc habuit germanum eius Vincentium, interno gemmarum splendore perspicuum. Hæc nunc possidet venerabilem dignitate Caprasium, veteribus sanctis parem. Hæc nunc habet sanctos senes illos, qui divisis cellulis, Ægyptios Patres Galliis nostris intulerunt*. Cum Eucherius illam epistolam dictavit, duo illi fratres Lupus & Vincentius non amplius in secessu Lerinensi degebant. Nam Maximum, Caprasium, aliosque Lerina habebat, dum illa Eucherius scribebat; eamdem vero ait, habuisse Lupum & Vincentium. Illa epistola data est anno 426. vel initio anni 427. cum Hilarius ab Honorati latere, quem initio Episcopatus Arelatem comitatus fuerat, discedens, iterum Lerinæ se se restituit, ut ibidem Eucherius ipse fatetur: *Ho-*

A *rum tu mi carissime Hilari, redditus insertusque consortio, plurimum tibi, plurimum etiam illis contulisti, qui nunc pro reditu tuo alacri exultatione lætantur*. Hilarium vero circa initia Episcopatus Honorati, se Lerinæ iterum reddidisse testatur S. Honoratus Massiliensis cap. 2. de Vita Hilarii apud Surium 5. Maii: & ipse Hilarius in oratione de S. Honorato c. 28. ait: *Ab insula cui me, derelictis Episcopatus eius principiis, secreti amore reddideram, non audeo dicere nesciens, fortasse præscius amovere satagebat*. Quare manifestum est, anno 426. quo exeunte Ho-
B noratus sedebat novus Arelatensis Episcopus, Lupum & Vincentium, Eucherio monacho teste, Lerinam non incoluisse. Ex altera vero parte auctor Commonitorii se monachum fatetur, cum scriberet illud volumen anno 434. ut ex ipsius verbis initio statim apparet: *Locus autem, quod urbium frequentiam turbasque vitantes, remotioris villulæ, & in ea secretum monasterii incolamus habitaculum* &c. Quibus verbis scriptor monachum quidem se profitetur, at non Lerinensem. Tradit enim se *remotioris villulæ, & in ea secretum monasterii incolere habitaculum*.
C At in Lerina nulla villa erat, sed tantum monachorum cellulæ tota insula dispersæ. Antequam enim S. Honoratus, sub cuius disciplina Lupus eiusque frater Vincentius vixere, Lerinam appelleret, hæc a nullo habitabatur: unde Hilarius in oratione de S. Honorato cap. 12. Lerinam dixit *vacantem insulam ob nimietatem squalloris, & inaccessam venenatorum animalium metu*. Quare nec ante Honorati adventum nec postea ulla ibidem villula exstructa fuit; sed tota ubique insula, exstructis cellulis, unum veluti monasterium evasit.

D Ex his colligimus, Vincentium auctorem Commonitorii, cum hoc opus literis mandabat, nondum fuisse monachum Lerinensem. Credo eumdem in Massiliensi quodam monasterio degisse. Nam Eucherius Episcopus Lugdunensis in præfatione ad librum quæst. novi & veteris testamenti, his Salonium alloquitur: *Cum te illic* (nempe apud Lerinam) *beatissimi Hilarii tunc insulani tyronis, sed iam nunc summi Pontificis doctrina firmaret per omnes spiritualium rerum disciplinas, ad hoc etiam te postea consummantibus sanctis viris Salviano atque Vincentio,*

elo-

eloquentia pariter sapientiaque præeminentibus &c. At Salvianus Massiliæ presbyter morabatur, a quo & a Vincentio inibi monacho, Salonius e Lerinensi secessu in continentem profectus, sanctiores disciplinas didicit. Video posse quempiam dicere, Vincentium Lupi Trecensis fratrem e Lerinensi cœnobio egressum diu in Massiliensi monasterio habitasse, ac postea veteres Lerinæ cellulas repetiisse. Ut ut sit de hoc, illud certo constare videtur, Vincentium Commonitorii scriptorem apud Lerinenses diem obiisse. Illum enim Lerinensem vocat Gennadius, omnium vetustarum schedarum indagator diligentissimus, qui in proxima Massiliensi urbe vixit. Et P. Macedo vir satis superque suo nomine illustris mihi testatus est, se Lerinensis monasterii in Galliis antiquissimi fama permotum illuc divertisse, ac Vincentii monachi reliquias nobili loco repositas supplicem veneratum. Illius etiam nomen sacris Romanæ ecclesiæ fastis adscriptum legitur IX. Kal. Iunii. Nulla tamen per nos Vincentii sive eruditioni sive sanctitati iniuria importatur, dum illum cum iis Massiliensibus censuimus, qui Semipelagiani vulgo audiunt. Neque enim isti erant id temporis hæretici, sed viri doctissimi ac sanctissimi, quos S. Augustinus *fratres ac dilectores sui*, Prosper vero, licet alias eorum hostis, *sanctos, honoribus & meritis claros, & egregios in omnium virtutum studio viros*, honoris causa appellabant, uti cap. 5. notavimus. Quis autem nesciat Hilarium Arelatensem, Iohannem Cassianum, ac Faustum Reiensem, adhuc in vivis magna in æstimatione in Galliis fuisse, mortuos vero, Arelate, Massiliæ, & apud Reios uti Sanctos coli, cum tamen iidem fuerint Semipelagianæ scholæ magistri? Tunc ab Augustino in controversia de prædestinatione ad fidem recedebant, quando fas erat, ea de re in utramque partem disputare. Anno enim demum centesimo ab Augustini obitu, S. Doctoris sententia in Arausicana synodo inter fidei canones relata est. Laudati vero Patres Pelagianos quidem acerrime insectabantur. Iohannes Cassianus lib. 1. de Incarnat. cap. 3. Pelagium refellit. Idem præstat Faustus lib. 1. de Gratia & lib. arbitrio cap. 1. Gennadius tres contra eumdem hæresiarcham libros scripsit. Hilarius in plenaria Galliæ synodo legatos in Britanniam contra Pelagii sectatores destinavit. Vincentius etiam in Commonitorio cap. 14. ait: *Contra reclamant ranæ quædam & muscæ moriturae*. Et cap. 34. *Quis enim umquam*, ait, *ante profanum illum Pelagium, tantam virtutem liberi præsumpsit arbitrii, ut ad hoc in bonis rebus per actus singulos adiuvandum necessariam Dei gratiam non putaret? Quis ante prodigiosum discipulum eius Cælestium, reatu prævaricationis Adæ omne humanum genus denegavit adstrictum?* Hi quidem omnes, licet Pelagium execrabantur, quod etiam testatur Prosper contra Ingratos, S. Doctoris tamen sententiam de prædestinatione ad primam gratiam admittere recusabant: quædam enim humana merita eidem præmittebant, ne inertibus & otiosis Dei munera tribui viderentur. Gabriel Vasquez magnus Theologus, ac in Semipelagiana historia summa cum laude versatus scripsit, omnes fere Episcopos Galliarum ad Semipelagianos accessisse, ut c. 5. notavimus. Quare cum in omnium pæne sententia, illa Augustini doctrina de efficaci electione ad primam gratiam *contraria putaretur Patrum opinioni, & ecclesiastico sensui*, teste Prospero in epistola ad eumdem S. Doctorem, & *præter paucos* reliqui uno consensu contra eumdem conspirarent; quid mirum, si Vincentius qui toto eo eruditissimo ac elegantissimo volumine unum hoc urget, nempe communem sententiam *privatis opiniunculis*, ut eiusdem verbis utar, præponendam esse, ea in controversia communi inter Galliæ Doctores sententiæ sibi inhærendum esse putaverit, relicta Augustini Africani opinione, quæ nova putabatur, & *contraria Patrum opinioni, & ecclesiastico sensui?* Hæc fusius prosecutus sum, quo nonnullorum querelis facerem satis, qui grandi piaculo astringi putant eum qui Vincentium Lerinensem, eximiæ eruditionis ac sanctitatis Patrem, in Massiliensium album refert, quasi Semipelagiani id temporis hæretici fuerint, non vero viri supra ceteros in Galliis doctissimi ac sanctissimi.

CA-

CAPUT XII.

De legatione Episcoporum Galliæ ad Britannos, ac synodo Reiensi, Baronii sententiæ expensa. Iulianus Xyxto P. repulsus. Annus mortis Cyrilli statuitur. Pelagiani a Leone Magno apud Venetos repressi, & a Germano ex Britannia expulsi. Mors Germani, ac Adonis de eodem historia confutata. De anno obitus Cassiani, aliaque de eodem Guesnay dicta reiecta.

Anno CCCCXXXV. HUcusque continuata annorum serie Pelagianam historiam produximus: imposterum quæ interpolatis quibusdam annis in veterum monumentis ea de re recitantur, describemus. Subinde enim, veluti e Vesuvio flammæ, novi Pelagianorum vel Semipelagianorum conatus erupere. Baronius ad annum 435. num. 16. alteram S. Germani Autisiodorensis in Britanniam navigationem ad Pelagianos exturbandos refert; quo etiam anno eiusdem mortem recitat. Eruditissimus Cardinalis immani annalium descriptione, ac rerum gestarum multitudine pæne obrutus, dum illas describendas aggressus est, temporis angustiis pressus, minus exactam chronologiæ rationem habuit: quam diligentiorem curam cum longe inferiori gloriæ portione posteris dereliquit. Quæ ille de Germani novo in Britanniam itinere, ac de Pelagianis Episcopis in synodo Reiorum damnatis scribit, paucis examinabimus.

Altero tantum ante obitum anno Germanum in Britanniam traiecisse, ex Constantio omnes consentiunt; diu vero eumdem post annum 435. vixisse, Usserius, Annales Trecenses, ac Sigebertus cum Sigonio aliisque tradunt. Cum anno 444. Hilarius Arelatensis synodum pro deponendo Celidonio Episcopo celebraturus esset, diu Germanum moras nectentem exspectavit, Hoc testatum facit S. Honoratus Massiliensis in vita Hilarii apud Surium 5. Maii cap. 10. ubi ait: *Ubi eius* (nempe Germani) *adventus innotuit, flammata ad utrosque nobilium & mediocrium studia convolarunt, adstruentes Celidonium internuptam suo adhibuisse consortio, quod Apostolicæ Sedis auctoritas, & canonum prohibent statuta*. Quare Celidonius deponitur; qui statim Leonem Magnum appellans Romam se contulit. Quod ubi Hilario innotuit, *non hyemis asperitatem, non alpium stridores attendens*, Romam & ipse contendit. At Leo coacta synodo, Hilario acriter increpito, Celidonio sedem restituit. Hilarius vero, inquit Honoratus, *adhuc hyemis rigore sæviente, quos ratione non flexerat, credidit derelinquendos*. Leo ea de re ad Episcopos Galliæ contra Hilarium literas dedit, quæ numero 81. inter Leonis epistolas habentur. Quo vero anno datæ sint, deducitur ex literis Valentiniani Imperatoris, eadem in causa rogante Leone transmissis ad Attieum, qui Galliarum exercitus regebat. Datæ illæ sunt VIII. Idus Iunii, Valentiniano Aug. VI. Cos. nempe anno 445. Hinc synodus Gallicana, cui Germanus adfuit, celebrata est anno superiori 444. exeunte Autumno; ut initio Decembris Hilarius Romanum iter aggressus fuerit, & anno proximo causa cadens, adhuc hyeme sæviente, Arelatem redierit. Quare novennio ultra annum 435. Germanum superstitem habemus.

Anno CCCCXXXIX. Idem scriptor Annalium anno 439. num. 44. recitat ab Hilario Arelatensi synodum apud Reios in Gallia coactam, in qua satis optime de Pelagianis Episcopis consultum fuisse his verbis narrat: *Accidit enim, ut cum his temporibus nonnulli Episcopi qui sectati essent Pelagium, ad ecclesiam se redire pœnitentes simularent, iis omnem recipiendi sedem spem ademerint iidem Patres, qui ipsi concilio Reiensi interfuerunt*. Rursus: *Præter ea autem quæ de ordinatione perperam facta Episcopi Ebredunensis in hac tractata sunt synodo, de illis etiam actum Episcopis, qui ex hæresi vel schismate ad ecclesiam redirent: qui quo loco essent habendi, Patres matura consultatione definiverunt. Egerunt & de exequiis defunctorum Episcoporum*. Verum unde contra Pelagianos Episcopos aliquid ab synodo Reiensi statutum fuisse collegerit, prorsus non video. Etenim nulla in eo Patrum congressu Pelagianorum mentio fit. In errorem forte Baronium duxit collector Conciliorum, quod iste in indice capitum sic tertium prænotavit: *De hæreticis & schismaticis Episcopis*,

scopis, si ad catholicam fidem venerint, quid observari debeat. Sed plane inepte. Nam in eo tertio capite de uno Armentario Episcopo Ebredunensi sermo fit, & eo quidem punito, non ob Pelagianismum, sed quod idem contra canonum decreta a duobus tantum Episcopis consecratus fuerat. Statuitur autem eumdem posse in aliqua parochia, cum facultate Episcopi, titulo Chorepiscopi habitare, præterquam in provincia maritima alpina, a qua ille removebatur; neque presbyterum posse ab ipso consecrari, itemque alia nonnulla, nempe de loco &c. De Pelagianis vero Episcopis nec verbum B quidem.

Iulianus Pelagianus hoc anno 439. ad episcopatum Eclanensem, ex quo olim deiectus fuerat, irrepere tentavit. Sed Leo archidiaconus callidissimi hæretici conatus elusit, egitque cum Xyxto Pontifice, ut a simulata Pelagiani homiois pœoitentia sibi atque Ecclesiæ caveret. Narrat hæc Prosper io Chronico his verbis ad consulatum Theodosii XVII. & Festi: *Hac tempestate Iulianus Eclauensis, iactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi* C *correctionis speciem præferens, molitus est in communionem ecclesiæ irrepere. Sed his insidiis Xyxtus Papa diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit, & ita omnes catholicos de reiectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam hæresim Apostolicus gladius detruncasset*. Noverat olim idem Xyxtus Pelagianos dolos, uti explicuimus ad annum 418.

Anno CCCCXL. Hic anno sequeoti V. Kal. Aprilis diem obiit, ioter Divos relatus: etenim ipsa die celebris in martyrologiis eiusdem memoria recolitur. Cum adhuc presby- D ter esset, Pelagiani magni illum momeoti patronum iactabant, cum sub Zosimo pæne omoibus Romæ imposuerant. Sed per Africanos Patres hæreticorum dolis detectis, Xyxtus omnium primus coram universo populo Romano, post Pontificem in Pelagianos anathema pronuotiavit: & quo apud Afros conceptam forte de se suspicionem tolleret, prolixiores ad Augustinum & Alipium literas dedit, in quibus divinam gratiam solide propugnabat. Quas cum legeret S. Doctor, ingenti lætitia se affectum scri- A bit epist. 104. ad Xyxtum. *Quanta*, inquit, *nos putas ista tua prolixiora scripta vel exultatione legisse, vel cura, ut legatur, quibus valuimus aliis obtulisse, atque adhuc quibus valemus offerre. Quid enim gratius legi vel audiri potest, quam gratiæ Dei tam pulchra defensio adversus inimicos eius, ex ore eius qui eorumdem inimicorum magni momenti patronus ante iactabatur?* Ad hunc postea S. Augustinus scripsit epistolam 105. in quam veluti in valentiorem fucum, totam de divina gratia doctrinam congessit. Extant etiam huius Xyxti III. pro peccato originali adversus Pelagianos carmina quædam, quæ lapidi in Basilica Constantiniana incidenda iussit, & in ecclesiasticis annalibus recitantur. Circumferuntur etiam nonnulla opuscula sub nomine Xyxti, nempe liber de Divitiis, alter de Castitate, itemque epistola de malis Doctoribus. Sed hæc volumina Pelagiano cœno fœdata, haud Sancto Pontifici adiudicaoda esse tradidere olim Cardinales Baronius & Bellarminus; quibus omnes consentiunt. Scribit Photius Cod. LIV. *Lectus est liber contra Pelagiauam & Cælestiauam hæresim, cuius hæc inscriptio:* Exemplar actorum ab Occidentis Episcopis adversus Nestoriana dogmata. *Hic refert eamdem esse Nestorianam & Cælestianam hæresim, testemque laudat Cyrillum Alexandrinum Episcopum, ad Theodosium Imperatorem Nestorianam & Cælestianam hæreses conspirare scribentem*. Haoc synodum mortuo Cælestino, a Xyxto successore initio statim initi pontificatus celebratam existimo. Nec enim ea synodus posteriori tempori deputanda esse videtur, cum nullos amplius tumultus Pelagiani ac Nestoriani cierent. Xyxtus aono iosequenti die natalitio synodum de more Romæ coegit, ut patet ex eiusdem literis ad Cyrillum & Iohannem Aotiochenum, scriptis XV. Kal. Octobris, Theodosio XIV. & Maximo Coss. io qua synodo de Nestorianis ac Pelagianis actum fuit.

Successit Leo, a rerum gestarum gloria Magnus ouncupatus; unus sane ecclesiasticæ navi, ingruentibus undique periculosissimis tempestatibus, regendæ par. Etenim ipso regnaote, oon modo Attila duce ferocissimæ nationes in Italiam irruentes, nobilissimæ provinciæ miserrimam cladem intulerunt; verum etiam Manichæi & Pelagiaoi, veteri

illam peste afflare pertentarunt. Utrique tamen malo Leo occurrit aoimo periculis omnibus superiore. Hæreticos dudum insectatus fuerat. Illius eoim adhortatione Cassianus septem adversus Nestorium libros vulgavit; io quibus etiam Pelagianos proscidit, & ut dictum est, Iuliano in catholicam communioonem repeoti aditum præcluserat. Ubi vero Apostolicam Sedem tenuit, in eosdem etiam veluti de superiori loco fulmina eiaculatus est. Testatur hoc Prosper lib. de Promiss. Dei dimid. temp. cap. 6. *In Italia nobis apud Campaniam constitutis, dum venerabilis, & apostolico honore nominandus Leo Manichæos subverteret, & contereret Pelagianos, & maxime Iulianum*. Hæc vero contra Pelagianos peracta esse a Leone anno 443. colligo ex Chronico Prosperi, qui Maximo & Paterno Coss. scribit: *Leo Papa contra Manichæos Romæ latitantes insurgit, codices eorum igni absumit*. Baronius anno 444. oum. 8. quem secuti sunt Vossius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 32. Usserius & ceteri, arbitratur Leonem in Campaniam adversus Iuliaoi iosidias Prosperum destioasse: idque ex relatis verbis ex libro de Promissionibus Dei parte 3. colligere se dicunt. Verum ille auctor noo a se, sed a Leone Manichæos ac Pelagianos contritos scribit. Et licet ille liber inter opuscula S. Prosperi Aquitani legatur, haud illi tamen adscribendum puto, sed Prospero alteri Africano, ut suo inferius loco probabo, ubi de libris Prosperi iudicium promam. Photius Cod. LIV. scribit, Prosperum post repressos a Septimio Episcopo & Leone Pelagianos, Romæ plures liberius pro hæresi loquentes confutasse. Verba eius sunt: *Romæ etiam quidam pro hæresi* (Pelagiana) *libere locuti sunt; quos Prosper homo sane divinus, libellis adversus eos in vulgus editis facile dissipavit extinxitque, Leone etiamnum, quem diximus, Romanam Sedem gubernante*. Ceterum oulli suot libri Prosperi contra Pelagianos. Cum Photius eos libellos vocet, intellexisse puto eos, quos in Gallia contra Semipelagianos evulgavit: quos tamen ante Leonis pootificatum scriptos esse mihi pæne compertum est. Cootra Iogratos vero lepidum illud carmen Romæ eumdem scripsisse, uous Usserius sioe teste affirmat p. 380. Scribit etiam idem Photius Leonem ferveo-

Anno CCCCXLIII.

A ti zelo cootra renascentem Pelagianorum hæresim depugoasse, addens: *Scripsit & Leo Romanus de Pelagianis conversis oportere, si iam redeuntes recipi velint, scriptis opinionem suam detestari*. Baronius ad annum 444. num. 8. ait hæc scripta Leonis desiderari. Sed plane illa extant inter epistolas Leonis: quod paulo postea ostendetur.

Anno 444. Cyrillus exactis in sede Alexandrina duobus & triginta annis decessit, illique Dioscorus subrogatus fuit. Pater Lupus in notis ad synodum Calchedonensem cap. 4. meusque Panvioius B in Chronico ecclesiastico, scribunt Cyrillum anno 447. obiisse. Bollandus vir numquam satis laudatus tomo 2. ad diem 28. Iaouarii io ootis ad vitam Cyrilli §. 1. num. 6. ait: *fortassis hoc 28. Ianuarii anni* 445. *decessit*. Mortoo Theophilo anno 412. die 15. Octobris, uti libro 1. cap. 4. narravimus, tertia ab eiusdem obitu die Cyrillus io avuoculi locum suffectus fuit, ac teste Athanasio ex Cyrilli sorore Isidora nepote, sedit *magnæ Alexandriæ civitatis triginta & duobus annis Archiepiscopus*: in libello supplici act. 3. synodi Calchedonensis. Quare C nostrorum scriptorum chronologia de morte Cyrilli falsa est: alias sedisset annos 37. Sed ex eodem libello altera Bollandi opinio refellitur. Etenim Athanasius conquestus de iniuriis sibi a Dioscoro post Cyrilli avunculi mortem irrogatis, ait: *Omnia hæc adversum me a reverendissimo & Dei amantissimo Dioscoro perpetrata, in totis octo hodie annis eo circumveniente me, & insidias faciente* &c. Porro hic libellus recitatus est die tertia Idus Octobris, Marciaoo Augusto Consule anno 451. quo die habita fuit actio tertia synodalis Calcedone. At iuxta D Bollandi seotentiam tunc annus septimus fuisset a morte Cyrilli. Quare hic decessit anno 444. Unde anno 451. Athanasio labebatur annus octavus ab obitu avunculi. Fuit Cyrillus vir doctrina ac sanctitate illustris. Hæreticos nullo loco passus consistere, gravissimis eosdem libris oppressit. Idem veto ob Pelagianos io Ephesina synodo, cuius præses immo magna pars fuit, damnatos, ob Theodorum Mopsuesteoum ac Nestorium eorumdem hæreticorum patrooos confutatos, plurimum nobis commendandus venit. Uti enim Augustinus io Occidente, ita Cyril-

Anno CCCCXLIV.

lus

lus in Oriente orthodoxam religionem fartam tectam fervavit,Pelagianis acNestorianis toto catholico orbe profcriptis.

Memoriæ mandatum eft, Cæleftinum Papam phrygium ad Cyrillum mififfe, quo maiori cum auctoritate in Ephefina fynodo Apoftolicæ Sedis legatum ageret. Theodorus Balfamon Patriarcha Antiochenus in Nomocanone tit. 8. cap. 1. ait: *Huius quoque temporis Patriarcha Alexandrinus ex præfenti edicto ius habet, ut cum phrygio celebret. Habuit autem hanc facultatem S. Cyrillus a Romano Papa Cæleftino, quando fuit Ephefina fynodus adverfus Neftorium*. Baronius ad annum 430. num. 26. fcribit Cyrillum accepiffe a Pontifice *phrygium, nempe ipfum pallium*. At phrygium mitram fuiffe non pallium, recte oftendit Henricus Spondanus ad eumdem annum in Epitome annalium Cæfaris Baronii. In diplomate donationis Conftantini dicitur Imperator donaffe inter cetera Pontifici *phrygium ideft mitram, nec non & fuperhumerale, videlicet lorum*. Idem tradit Sugerius abbas in vita Ludovici Groffi, aliique. Et quidem Patriarchæ Alexandrini ante Cyrillum, ab initio ufque Chriftianæ religionis in Ægypto fundatæ, pallio utebantur; quod a D. Marco relictum, e demortui Patriarchæ collo a fucceffore fumebatur, ut tradit Liberatus in Breviario cap. 20. Mitram phrygium inde appellatam putant Gretferus in notis ad lib. 1. Codini de Officiis aulæ & ecclefiæ C.P. & Bullingerus lib. 1. de Vefte Pontif. c. 7. quod illud capitis integumentum opere phrygio elaboratum erat. Sed horum opinio mihi non probatur. Etenim cum veftes etiam phrygio opere contextæ fuerint (de quibus l. 2. de Re veftiaria c. 11. erudite agit vir clariffimus nec umquam fatis laudatus Octavius Ferrarius) phrygium iuxta eam fignificationem acceptum, non magis capitis quam alterius partis tegumen expreffiffet. Quare mitram phrygium dictam exiftimo; eo quod eadem erat peculiare tegumentum, quo Phryges capita operiebant. Hinc Latinus ille apud Virgilium Æneid. 9. ver. 616. exprobrat Phrygibus Æneæ fociis, quod mitras in capite geftabant.

Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

O vere Phrygiæ; neque enim Phryges.

A Tatianus Affyrius in libro adverfus Græcos, qui *florentiffimus & infignis* dicitur a Hieronymo in Catalogo Scriptorum, irridet Helenam, *quæ relicto flavicomo Menelao, mitrigerum & abundantem auro Paridem fecuta eft*: tomo 2. Bibl. Patrum pag. 177. edit. Colonien. 1618. Paridem Phrygium mitrigerum vocat a capitis tegumento Phrygiæ genti familiari. Ifidorus etiam libro 19. Originum cap. 21. ait: *Mitra eft pileum Phrygium caput protegens*. Ex quibus fatis folide probatur, mitram phrygii nomine appellatam, quod peculiare fuit apud Phrygios capitis in-
B tegumentum, non autem quod phrygio opere contexta erat.

Cum Epifcopus Altini Septimius animadvertiffet, in noftra provincia Venetа plurimos clericos, in fpeciem tantum damnatis erroribus Pelagianis, in catholicorum confortium receptos hærefim clanculum reftaurare, ftatim hac de re per literas Leonem Pontificem certiorem fecit. Qui ad Ianuarium Antiftitem Aquileienfem totius provinciæ Metropolitam literas mifit, quibus hæc inter cetera iniungit: *Ut congregata fynodo provincialium facerdotum, omnes five*
C *presbyteri five diaconi five cuiufcumque ordinis clerici, qui de Pelagianorum Cæleftianorumque confortio in communionem catholicam ea imprudentia funt recepti, ut non prius ad damnationem fui coarctarentur erroris; nunc faltem pofteaquam hypocrifis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quæ & ipfis prodeffe, & nullis poffit nocere, cogantur. Damnent apertis profeffionibus fuis fuperbi erroris auctores, & quicquid in doctrina eorum univerfalis ecclefia exhorruit, deteftentur; omniaque decreta fynodalia, quæ ad excifionem huius hærefeos Apoftolicæ Sedis confirmavit aucto-*
D *ritas, amplecti fe & in omnibus approbare, plenis & apertis ac propria manu fcriptis proteftationibus eloquantur*. Epiftolam etiam Septimii tranfmifit ad eumdem Ianuarium, ut patet ex initio eiufdem: *Relatione fancti fratris & coepifcopi noftri Septimii, quæ in fubditis habetur* &c. Hæc Leonis epiftola octuagefima quarta *ad Nicetam Aquileienfem* vulgo infcripta eft. In antiquis codicibus Conciliorum editionis Colonienfis anno 1551. hunc titulum præferebat: *ad Aquileienfem Epifcopum*. At cum quidam legerent epift. 77. fcriptam *ad Nicetam Epifcopum Aquileien-*

Anno CDXLVII.

leiensem, datam XI. Kal. Aprilis, Leone & Maiorano Augg. Coss. nempe anno 458. alteram quoque posteriorem 84. ad eumdem Nicetam missam existimarunt. Verum hanc epistolam scriptam ad Ianuarium anno 447. & quidem ante quartam, quæ Ianuario eidem inscribitur, non improbabiliter quis suspicari posset ex collatione epistolæ 83. ad Septimium, & 4. ad Ianuarium, quæ sunt eiusdem omnino exempli. Nam cum Ianuarius

A Leoni rescripsisset, se omnia ex ipsius mandato acturum, cogendo hæreticos ad publicam erroris detestationem voce & scripto insuper firmandam; Leo binas eiusdem exempli literas misit, ad Septimium, quibus ei significabat quæ Ianuario mandasset, & ad Ianuarium, quibus gratulabatur, quod imperata prompte faceslebat. Hoc non potest melius evinci, quam utramque epistolam subiiciendo.

Epistola 83. *Leonis Papæ ad Septimium Altini Episcopum.*

B

Lectis fraternitatis tuæ literis, vigorem fidei tuæ quam olim noveramus, agnovimus, congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exsequeris, ne lupi qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia simplices quosque dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt sana corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, ad metropolitanum Episcopum provinciæ Venetiæ scripta direximus, quibus ad statum sui periculum cognosceret pertinere, si quisquam de Pelagianorum & Cælestianorum consortio veniens, in communione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum est enim & spiritualis medicinæ utilitate plenissimum, ut sive presbyteri, sive diaconi, sive alii cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, errorem suum & ipsos erroris auctores damnari a se sine ambiguitate fateantur; ut sensibus pravis dudum peremptis, nulla sperandi supersit occasio, ne ullum membrum Ecclesiæ talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri &c.

Epistola 4. *Leonis Papæ ad Ianuarium Aquileiensem Episcopum.*

Lectis fraternitatis tuæ literis, vigorem fidei tuæ quam olim noveramus, agnovimus, congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exsequeris, ne lupi qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia simplices quosque dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt sana corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, dilectionem tuam duximus commonendam, insinuantes ad animæ periculum pertinere, si quisquam de his, qui a nobis in hæreticorum atque schismaticorum

C *sectam delapsus, & se utcumque hæreticæ communionis contagione macularit, resipiscens, in communione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum est enim & spiritualis medicinæ utilitate plenissimum, ut sive presbyteri, sive diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam iampridem amiserant, rursum reverti ambiunt, prius errores suos & ipsos auctores errorum damnari a se sine ambiguitate fateantur; ut sensibus pravis etiam peremptis, nulla sperandi supersit occasio, ne ullum membrum talium possit societate violari,*

D *cum per omnia illis professio propria cœperit obviare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri* &c.

Septimio quidem insinuat, scripsisse se ad Ianuarium, nemini licere ab his ecclesiis ad quas proprie pertinebant, abscedere, quo ignoti facilius ad sacros ordines superiores promoverentur: quod ex epistola 84. ad eumdem Antistitem Aquileiensem patet. Ianuario vero consulente, an clerici qui Pelagiani aliquando fuerint, ad superiores ordines promoveri possent, id severe prohibet:

Adempta sibi omni spe promotionis, in quo inveniuntur ordine, stabilitate perpetua maneant. Literæ illæ Leonis datæ sunt ad Ianuarium Pridie Kal. Iulii, Alipio & Ardabure VV. CC. Coss. anno scilicet 447. Unde corrigendæ sunt tabulæ Ughelli, qui in Italiæ sacræ descriptione tomo 5. Aquileienses Patriarchas recensens, post S. Chromatium Nicetam ponit. Ille enim floruit vivente Rufino Aqui-

Aquileiensi, ut constat ex priori Invectiva eiusdem Rufini, ubi ait: *Signaculum fidei consecutus sum per sanctos viros Chromatium, Iovinum, & Eusebium, opinatissimos & probatissimos in Ecclesia Dei Episcopos*. Rufinus vero obiit ineunte anno 411. S. Nicetas vivebat anno 458. Nam eo anno ad ipsum legitur scripta epist. 77. Leonis Papæ, data XII. Kal. Aprilis Maiorano primum Cos. post illatum ab Attila Aquileiensibus excidium. Quare Ianuarius qui anno 447. eam ecclesiam regebat, inter Chromatium & Nicetam locandus est. Hic enim anno demum 450. sedere cœpit. Immo vir disertissimus Henricus Palladius lib. 10. rerum Foroiuliensium, medios duos alios inserit, Augustinum & Adelpbum, quos Ugbellus Niceta posteriores facit. Illud autem observandum est, in epistola 84. quæ ad Nicetam dicitur scripta, integra duo capita ad verbum ex libro Enchiridii S. Augustini, nempe cap. 45. & 46. excerpta legi, quod in Augustini gloriam cedit; nempe Pontificem doctissimum eumdemque eloquentissimum, contra Pelagianos ex Apostolica Sede unius Augustini vocibus esse locutum; ut iam Augustini sententiæ Spiritus Sancti oracula evaserint. Sed de his alias.

Anno CDXLVII. Dum hæc in Italia contra Pelagianos a Leone & Ianuario Aquileiensi decernuntur, iidem superbi divinæ gratiæ hostes a S. Germano tota Britannia expulsi, solum vertere coacti sunt. Res autem ita se habuit. Repressis anno 430. in Britannia Pelagianis per Germanum & Lupum Gallicanos Antistites, diuturna pax esse non potuit. Nam illis quidem re feliciter gesta in patriam profectis, hostes clanculum nonnullorum animos tentare, & eosdem sectæ adiicere lento conatu cœperunt. Quorumdam postea accessione superbientes, iterum bellum contra gratiam restaurantes in publicum eruperunt. Britanni qui vera dogmata tuebantur, hos hostium insultus per literas Germano Antisiodorensi significarunt, opem etiam atque etiam implorantes. Ille adiuncto Severo Trevirensium Antistite, Lupi Trecensis discipulo, in Britanniam iterato navigavit: ubi magno cum honore exceptus, populum quidem vetera fidei Christianæ dogmata retinere cognovit, paucis quibusdam ad Pelagianos accedentibus. In rebellionis auctores quæsitum, atque mitius quam sceleris gravitas poscebat, in eosdem animadversum est. Etenim ex insula pulsi in mediterraneas regiones deportati sunt, ne novis iterum tumultibus Britannicas ecclesias turbarent. De qua re Henricus Antisiodorensis lib. 4. vitæ B. Germani ante annos septingentos beroico carmine descriptæ, ait:

Hinc sacer ad plebem sermo convertitur omnem
De lapsu, seu quæ reparent impendia lapsum.
Obtinet immotis columen fundata columnis
Tuta fides. fidei pugnant pro fœdere cuncti.
Perpauci suberant detectæ fraudis alumni.
Sistuntur. cunctis eadem sententia præstat,
Mulctari exilio iugi. Sic insula felix
Tartarea tum peste carens, insignibus almæ
Nunc etiam fidei casto splendore coruscat.

Qui auctor, uti & Beda lib. 1. Hist. Anglicæ cap. 21. omnia desumpserunt a Constantio lib. 2. vitæ S. Germani. Ceterum quod non conveniunt scriptores in statuendo tempore quo bæc contra Pelagianos in Britannia peracta sunt, & hoc quoque investigandum est; ut rerum in Pelagiana causa gestarum tempora inter tot opiniones certius babeantur.

Germanum altero ante obitum anno in Britanniam profectum ex Constantio colligitur; qui libro 2. cap. 5. inquit; *Vix domum de transmarina expeditione remeaverat, & iam legatio Armaricani tractus fatigationem B. Antistitis ambiebat.* Mortuum vero scribit, dum apud Valentinianum Ravennæ ea legatione fungebatur. Quare annus obitus Germani indagandus est, ut Britannicæ navigationis tempus statuatur. Certum est Germanum non superasse annum 450. Nam idem Ravennæ honorifice exceptus fuit a Placidia, quæ ex Prospero in Chronico obiit anno 450. V. Kal. Decembris, & a Petro Chrysologo, quem eo anno vel superiori forte decessisse 2. Decembris, qua die eius memoria recolitur, patet ex epistola Leonis 35. ad Leonem Ravennatem datam die 24. Octob. Marciano Cos. boc est anno 451. Nam anno 448. idem Chrysologus literas ad Eutycbetem male iam ob hæresim audientem dedit. Eutyches vero in Italia eo ipso anno ad Kalend. Iunias inter catholi-

tholicos habebatur ex literis Leonis ad ipsum eadem die datis, in quibus Eutychetis zelum laudat, quo contra Nestorianos depugnabat. Ea est epistola sexta. Hæc inserenda putavi, ut eos corrigerem, qui Petrum Chrysologum circa annum 440. obiisse scribunt: quæ fuit Hieronymi Rubei, & communis scriptorum Ravennatum sententia. Quæ si vera esset, sane ante annum 440. Germanus Antisiodorensis Ravennæ Chrysologo Præsule diem obiisset. Sigebertus in Chronico tradit anno 450. mortuum Germanum: cui adstipulantur Annales rerum Antisiodorensium. Sigonius antiquæ historiæ peritissimus, lib. 13 de Imperio Occidentali scribit illum obiisse anno 448. quod quidem ex Armoricanis tumultibus potius quam certiori argumento deduxit. Verum ex Constantio qui Germani vitam diligentissime in literas digessit, annus eiusdem obitus insigni caractere explicatur. Scribit lib. 1. cap. 5. S. Amatorem Germani decessorem obiisse Kalendis Maii feria quarta. At feria IV. incidit in primam Maii anno 418. Cyclo Solis VII. Lunæ I. lit. F. Quare eo anno Amatori suffectus fuit. Cum vero ex Constantio annos triginta Antisiodorensem ecclesiam rexerit, patet eumdem ad superos abiisse anno 448. die 31. Iulii.

Hic tamen quædam Adonis narratio corrigenda est, quam si admitteremus, Germani obitus ultra annum 470. protrahendus foret. Scribit in Chronico ætate VI. Germanum Antisiodorensem Vienna Ravennam versus transeuntem, Severo presbytero sanctitate & miraculis illustri, templum eo tempore ædificanti promisisse, se ex Italia reducem eiusdem templi consecrationi adsuturum. Cum autem Severus nequicquam diu Germano exspectato, templi dedicationem perageret, sacrum Germani cadaver ex Italia Viennam delatum, ibidem in nova ecclesia paululum repositum fuit, donec iumenta reficerentur. Additque: *Isichius tunc temporis Viennensem regebat ecclesiam, sextus a B. Paschasio; cuius diebus præfatus Severus gloriosus presbyter ab India Viennam venit. Qui Episcopus floruit usque ad tempora Zenonis Imperatoris.* Hæc certe longius a vero abeunt. Nam Isichius sedit Viennæ inter Sanctos Mamertum & Avitum Archie-

A piscopos. Habemus locupletissimum & idoneum testem ipsum Alcimum Avitum, eiusdem Isichii filium & postea successorem; qui in oratione de rogationibus apud Surium ad 11. Maii hæc ait: *Prædecessor namque meus, & spiritualis mihi in baptismo pater S. Mamertus sacerdos, cui ante paucos annos pater carnis meæ, accepto, sicut Deo visum est, sacerdotio, in tempore successit.* Mamertus floruit anno 462. & sequentibus, ut liquet ex epistolis Hilari Papæ ad Episcopos Galliæ, & Sidonius Episcopus anno 472. lib. 7. epist. 1. ad Mamertum scribit. Quare
B cum Germani corpus Vienna Antisiodorum perferebatur, & quidem iubente Placidia Augusta, Viennensem ecclesiam Isichius Mamerti successor minime regebat.

Hoc anno 448. obiisse Massiliæ Cassianum scribit Guesnay lib. 2. de Vita eiusdem cap 2. pag. 228. *Placidissime,* inquit, *exspiravit, animamque auctori a quo conditam acceperat, feliciter transmisit anno post Christum natum 448.* Idem repetit cap. 25. pag. 505. *In pace quievit X. Kal. Augusti anno 448.* Cum vero, uti cetera, etiam annum obitus Cassiani sibi
C fingat, statim idem ipse sui oblitus, post decem versus in alterum annum vitam eiusdem prorogat, inquiens: *mortuus est Massiliæ anno 449. Theodosii iunioris anno 42. Valentiniani tertii 25. & Leonis Papæ X.* Ibi vero nempe cap. 25. pag. 505. Trithemium asserentem obiisse Cassianum anno 435. ex eo reiicit, *quia dedicavit Cassianus libros suos de Incarnatione Leoni Papæ, ordine temporum Xyxto longe inferiori.* Idem dixerat cap. 1. eo quod Cassianus in epilogo lib. 7. ad Constantinopolitanos ait: *Unde obsecro ac deprecor omnes vos, qui intra C-P. urbis ambitum*
D *estis, & per affectum patriæ cives mei, & per unitatem fidei fratres mei estis, ut separetis vos ab illo, ut scriptum est, lupo rapaci, qui devorat Dei populum sicut cibum panis.* Omitto quod Leo immediatus Xyxti successor, improprie dicitur *ordine temporum Xyxto longe inferior.* Illud mendacio propius est, quod velit Cassianum libros de Incarnatione nuncupasse Leoni iam Papæ, atque adeo eosdem non emissos citra annum 440. quo ille ad pontificium solium evectus fuit. Cassianus enim scripsit illa volumina, ut recte advertit Cardinalis Baronius, ante syno-

synodum Ephesinam celebratam anno 431. In qua cum damnatus fuerit Nestorius, illam profecto Cassianus contra eumdem scribens laudasset, si post eum annum scripsisset. Præterea anno 431. Nestorius Constantinopoli eiectus, in suburbanum Antiochenorum monasterium relegatus, dein Oasim exul deportatus fuit. At cum Cassianus illa scriberet, degebat Constantinopoli Nestorius. Cur enim hortatus fuisset regiæ urbis cives, ut se *separarent ab illo*, qui tam procul ab urbe regia in Asia vitam agebat? Libros quidem illos septem Cassianus Leoni dicavit, at nondum Papæ, sed id temporis archidiacono ecclesiæ Romanæ. Testatur hoc diserte Gennadius in libro de Script. illustr. cap. 61. *Ad extremum*, ait, *rogatus a Leone archidiacono, postea urbis Romæ Episcopo, scripsit adversus Nestorium de Incarnatione Domini libros septem.* Sed quid Gennadii testimonio utor? Guesnaium ipsum appello, hæc lib. 2. cap. 1. num. 2. scribentem: *Nec in Leone Romanæ ecclesiæ tunc archidiacono, post Xyxtum vero Pontifice, defuit hæc solicitudo, neque oratio ad huius rei disceptationem desiderata est. Nam eius hortatu Cassianus adversus Nestorium adhuc Constantinopoli degentem, luculentum atque perutile de Incarnatione Verbi suum illud edidit commentarium.* Et tamen Guesnaius qui passim & ubique contraria pronuntiar, contra celeberrimum Annalium scriptorem Cardinalem Baronium aliosque hæc scripturire ausus est lib. 1. cap. 54. num. 7. *Alia quæ docet* (de Cassiano), *aperte secum pugnant, & non modo non cohærentia inter se dicit, sed maxime disiuncta atque contraria.* Hæc ipsa illum audire fas est, quæ per summam iniuriam doctissimo scriptori affricat. Alios enim anrilogiæ insimulat, qui eiusdem vitii sæpissime reus est. Ego sane de anno mortis Cassiani nihil certi in veterum monumentis reperio. Compertum tamen est, post annum 433. eumdem decessisse, Theodosio & Valentiniano regnantibus. Guesnaius libro 2. cap. 3. num. 5. hæc addit de Cassiano: *Corpore fuit satis amplo, & cui esset abunde sanguinis, ut Scytharum temperatio solet. Color oris pallidum inter fuscumque anceps, quantum ex icone argentea, Urbani V. studio & impensis facta, coniicere licet. Facie honesta & liberali, frons exporrecta & læta maiestatem addebat. Cæsios vegetosque oculos habuit, nasum modicum, vultum hilarem quidem, sed vividum & ardentem, barbam & capillos nigros* &c. Quæ & alia dum satis confidenter obtrudit, nihil aliud agit quam ut lectores non absque risu mortuo Cassiano parentent, audientes Guesnaium qui duodecimo a Cassiani morte sæculo vixit, tam exacte de facie hominem novisse, & colorem oris eiusdem ex *argentea icone* didicisse. Sed hisce figmentis omissis, obiit Cassianus cum opinione sanctitatis. Unde Gregorius Magnus lib. 6. epist. 12. ad Respectam abbatissam Massiliensem laudat monasterium, *quod in honorem Sancti Cassiani est consecratum*. Urbanus V. caput Cassiani argentea theca inclusum, hac epigraphe ornandum iussit: *Caput Sancti Cassiani*. Eiusdem memoria colitur Massiliæ die 23. Iulii, eiusque precum officia solemni ritu persolvuntur, & ante eiusdem sepulchrum extat diu noctuque ardens lucerna, propter reverentiam erga eiusdem sanctitatem. Fuit vir doctissimus, & si in quibusdam ab Augustini doctrina recessit, id eo tempore egit, quando pro utraque parte illis de rebus disputare licebat. Eiusdem Collationes sanctissimi ac sapientissimi viri eximie commendarunt. Hos inter fuisse S. Fulgentium, ex cap. 12. vitæ illius constat: cui tamen, uti ceteris, doctrina de gratia collat. 13. asserta, minime probata fuit. Quam etiam postea Apostolica Sedes proscripsit.

CAPUT XIII.

Eucherii Lugdunensis, & Hilarii Arelatensis mors. Prosper ab epistolis Leoni Papæ. Celebratur synodus Calchedonensis. Valentinianus Imperator occiditur. Iuliani Pelagiani mors recitatur.

Anno quadringentesimo quadragesimo nono duo magni nominis Præsules diem obiere, Hilarius Arelatensis, & Eucherius Lugdunensis. De Hilarii obitu constat ex literis Leonis Papæ, datis hoc anno XI. Kal. Octob. Astorio & Protogene Coss. ubi ait: *Quod ergo in Arelatensium civitate defuncto S. memoriæ Hilario, virum etiam nobis probatum fratrem Ravennium, secundum desideria Cleri, bono-* *Anno* CCCCXLIX.

honoratorum, & plebis unanimiter conſecraſtis &c. Unde erravit Gennadius capite 69. de Script. Illuſtr. ad Marciani imperium, qui ſequenti anno regnavit, eiuſdem Hilarii obitum producens. Ravennius olim Hilarii legatum egerat apud Leonem, ex Honorato in lib. de vita Hilarii cap. 10. cum eiuſdem eccleſiæ presbyter eſſet. Obiit vero 5. Maii ætatis anno 48. teſte eodem Honorato, qui geſta Hilarii poſterorum memoriæ ſcriptis commendavit. Fuit Hilarius, ut ait Proſper, *unus eorum* qui S. Auguſtini ſententiam de gratuita prædeſtinatione ad fidem acriter impugnarunt. Cum vero ſumma eſſet apud omnes de Hilario æſtimatio, ob viri auctoritatem plurimi contra Auguſtinum ſteтere, cum alii illum defendere timerent. Scribit hæc Proſper in epiſtola ad Auguſtinum, data initio epiſcopatus Hilarii, ut ad annum 429. oſtenſum eſt: *Ex quo non ſolum his qui eos audiunt, verum etiam ipſis qui audiuntur, cum dignitatibus crevit periculum; dum & multos reverentia eorum aut inutili cohibet ſilentio, aut incurioſo ducit aſſenſu, & ſaluberrimum ipſis videtur, quod pæne nullius contradictione reprehenditur.* An tamdem aliquando errorem depoſuerit, neſcio. Ex libertate Auguſtinianæ ſententiæ impugnandæ, a quibuſdam illius ætatis viris Auguſtino doctior habebatur. Unde Livii inter poetas tunc ſatis inſignis dictum celebratur ab Honorato cap. 6. *Si Auguſtinus poſt Hilarium fuiſſet, iudicaretur inferior.* Huic poetæ tantum fingere encomium licuit. Proſa & carmine valuit, & ad ſtuporem uſque Eucherio placuit. Libros certe Geneſeos carmine deſcribere propoſuerat: extatque huius operis fragmentum ad Leonem Papam tomo 5. Bibl. Pat. p. 2. Hinc ſuſpicor poema illud de Providentia, quod inter opera Proſperi inſertum eſt, Hilario adſcribi poſſe: cum auctorem Semipelagianum eſſe aperte pateat, viditque Bellarminus lib. de Script. Eccleſ. V. Proſper. Quæ de Hilario ſatis ſint. Nam eius vitam diffuſe ſcripſit Honoratus, cuius libellum olim deſiderabat Baronius in notis Martyrol. ad 5. Maii, ubi de Hilario Auguſtinianæ doctrinæ defenſore ea prodit, quæ ſatis evidenter a nobis ad annum 427. confutata ſunt.

Eodem anno 449. Eucherium Lugdunenſem defunctum eſſe tradit illius ætatis ac regionis Proſper Tiro in Chronico: *Eucherius Lugdunenſis Epiſcopus, & Arelatenſis, egregiam vitam conſummant morte.* Attamen Sauſſaius ad annum 454. Eucherii mortem collocavit: quem ſecutus eſt Labbæus; Baronius vero ad annum 463. eiuſdem vitam profert ibidem num. 5. Certe anno 452. non vivebat: nam in epiſt. 50. Leonis, inter reliquos Epiſcopos Galliæ non recenſetur. Hunc Eucherium fere omnes monaſteſterium Lerinenſe habitaſſe ſcribunt. Theophilus vero Raynaudus apud Bollandum in notis ad vitam S. Honorati ad diem 16. Ianuarii, negat fuiſſe illum monachum Lerinenſem. Sed Eucherio iudice lis componitur. Hunc anno 427. in proxima Leronis inſula, quæ S. Margaritæ nomine hodie indicatur, habitaſſe, ex epiſtola eiuſdem in laudem eremi perſcripta patet. Hilarius in oratione de S. Honorato cap. 22. ait: *Beatus Eucherius, cum ab eremo in tabulis, ut aſſolet, cera illitis, in proxima ab ipſo degens inſula literas eius ſuſcepiſſet.* Initio tamen cum ad monaſticum inſtitutum ſe recepiſſet, in Lerinam venit: quod vero non cœnobitam, ſed anachoretam agere vellet ex Caſſiano in præfat. collat. 11. Leronem ſe contulit. Hinc in epiſtola de laude eremi ait: *Equidem cunctis eremi locis, quæ priorum illuminantur receſſu, reverentiam debeo; præcipue tamen Lerinam meam honore complector, quæ procelloſi naufragiis mundi effuſos, piiſſimis ulnis receperat venientes.* Ex quibus intelligitur carmen illud Sidonii in Euchariſtico, ubi celebrans Lerinæ monachos ait:

Eucheri venientis iter, redeuntis Hilari.

Quibus verbis ſignificat Hilarium, relicto Honorato, quem Arelatem proſecutus fuerat, ſuam Lerinam repetiiſſe; Eucherium vero initio quidem in Lerinam veniſſe, a qua poſtea in proximam inſulam ceſſit. Idem Baronius in Annalibus ad annum quadringenteſimum quadrageſimum primum, & in notis ad Martyrol. ad diem 16. Novemb. duos Eucherios Epiſcopos Lugdunenſes in unum conflarat: quod poſtea erratum magnus hiſtoricus correxit in appendice ad tomum 10. p. 962. Unus enim eſt Eucherius ſenior, cui Caſſianus ſeptem collationes ante annum 426. nuncupavir; iunior alter, qui Cæſario convixit, & anno 529. ſynodum Arauſicanam ſubſcripſit,

ſit, integro ſæculo a priori diſtans. At ſcriptor Annalium Auguſtinenſium ad annum 463. utriuſque Eucherii facta tamquam unius geſta recenſet, cumque iuniori duæ filiæ ex Adone fuerint, alter vero duos filios habuerit Salonium & Veranium, eidem Eucherio utramque prolem affingit, qui tamen in Sauſſaio ad diem 16. Novembris duos Eucherios legere potuit: quem ille auctorem ſæpe laudat. Plures enim præclariſſimi Antiſtites inter utrumque Eucherium fuere. Quorum præcipui, S. Patiens Sidonii epiſtolis celebratus, S. Ruſticus, qui anno 494. Epiphanium Ticinenſem Theodorici Regis legatum Lugduni excepit, & S. Viventiolus, qui ſynodum Epaunenſem ſubſcriptione firmavit: & huic poſterior Eucherius ſucceſſit, cuius ordinationem Ado deſcribit in Martyrol. die 16. Novembris, de Seniori nihil recitans.

Hic celebrem Auguſtini hoſtem Caſſianum ad ſeptem collationes perſcribendas pæne impulit. Nam Caſſianus collat. 18. cap. 1. ait: *Poſt conſpectum atque colloquium trium illorum ſenum, quorum collationes ſancto fratre noſtro Eucherio compellente utcumque digeſſimus*. Quas etiam in epitomen redegiſſe ex Gennadio diximus anno 427. Baronius ab Eucherio Caſſianum correctum dicit, ne in Semipelagianiſmi ſuſpicionem Antiſtes Lugdunenſis veniat. Sed ut ſuperius notavimus, id contra veterum teſtimonia aſſeritur. An vero Caſſiano ſuo ita adhæſerit, ut Auguſtino, quoad illam de gratia & prædeſtinatione doctrinam ſpectat, repugnarit, non auſim affirmare: immo Auguſtiniano illum dogmati ſtuduiſſe colligo ex iis quæ habet in lib. de Quæſt. vet. teſtam. ad Salonium filium: ubi ad libros Regum ita ſcribit: *Quia Deus ſuum illud iuſtum incorruptumque iudicium ex æquitate depromit, non ex præſcientia eligit quempiam, cum meretur; reprobat, cum electione indignus efficitur*. Porro Eucherii patris doctrinæ duo eiuſdem filii Salonius & Veranius adhærent in dialogo in parab. Salomonis. Qui licet ſub Hilarii diſciplina in Lerinenſi monaſterio educati, Auguſtinianam tamen ſententiam de prædeſtinatione amplectuntur; ut palam ſit, illam temporis ſucceſſione in Galliis prævaluiſſe. Salonii verba ſunt: *Omnes enim*

A *lapides ſæculi, ideſt ſancti & electi viri, opera ſunt Domini: quia nemo propria virtute, quia nemo ſuo merito electus eſt a Domino, ut cæleſti ædificationi eſſet aptus, ſed ſola gratia & miſericordia ipſius*. Qua brevi ſententia ex meritis fidei naturalis prædeſtinatio Semipelagianorum ſuffocatur. Uterque vero Epiſcopus fuit: quorum eſt communis epiſtola ad S. Leonem Papam. De quibus etiam mentionem facit Gennadius in catalogo Scriptorum illuſtrium.

Poſſent nonnulli ſuſpicari ex verbis Proſperi in epiſtola ad Auguſtinum, ubi B ait de Semipelagianis, *& aliqui eorum adepto nuper ſummo ſacerdotii honore ſupereminent*, hos inter includi Eucherium, uti Hilarium intelligi diximus, & Maximum denotari quoque Uſſerius contendit. Sed plane hic hallucinatur: quia literæ illæ datæ ſunt anno 429. Maximus vero anno demum 433. ad Reienſem ſedem evectus eſt. Eucherius quoque haud in numero eorum Epiſcoporum, de quibus Proſper, reponi poteſt. Nam in oratione parænetica, qua Valerianum cognatum ad monaſticam vitam ſecum ineundam hortatur, atque C religioſam ſolitudinem miris præconiis efſert, ſcribit ab Urbe condita ad ſua uſque tempora fluxiſſe annos 1185. quo tempore currebat annus 432. epochæ Chriſtianæ, quando Eucherius adhuc monachus Lerinem incolebat. Anno 441. interfuit Arauſicanæ I. ſynodo, eamque cum ceteris ſubſcripſit. Et hæc de Eucherio.

Hoc anno 449. univerſo Oriente ob Eutychetis hæreſim commoto, Leo Pontifex pluribus epiſtolis tum ad Principes tum ad Epiſcopos miſſis, naſcenti malo obviam ire conatus eſt. Epiſto- D lam præcipue dedit ad Flavianum Antiſtitem Conſtantinopolitanum Idibus Iunii, adeo mirabilem, ut in ſynodo Romana ſub Gelaſio hoc elogio approbata fuerit: *Cuius textum quiſpiam ſi uſque ad unum iota diſputaverit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema ſit*. Porro hanc epiſtolam & ceteras contra Eutychetem a Leone Magno emiſſas, a Proſpero Pontificis notario dictatas fuiſſe teſtatur Gennadius eiuſdem ſæculi ſcriptor, & alias non bene erga Proſperum animatus, lib. de Script. illuſt. cap. 84. *Epiſtolæ quoque Papæ Leonis ad-*

versus Eutychem de vera Christi incarnatione ad diversos datæ, & ab ipso dictatæ creduntur. Et Baronius ad diem 25. Iunii in Martirologii notis ait: *Ado Viennensis & alii tradunt Prosperum fuisse ab epistolis Sancto Leoni Papæ: ab eoque scripta feritur famosissima illa epistola S. Leonis ad Flavianum de incarnatione Verbi. Quod non tantum Gennadius, Honorius, & alii, sed & Marcellinus Comes testatur in Chronico sub Consulatu Olybrii & Rustici:* ita ut in tanta antiquorum confessione vix Bellarmino hac de re iure dubitandi locus supersit. Hoc inde etiam probari potest, quod epistola 84. ad Antistitem Aquileiensem, Prosperi stylum sapit. Hic enim in fine libri adversus Collatorem ait: *Notum est, ita se falsitatis istius habere versutias, ut si eis liceat prætentæ correctionis imagine, aliquod sibi faventium radicis suæ germen excipere, tota se possit in exigua sui parte reparare*. Quæ in Leonis epistola adversus eosdem Pelagianos data sic redduntur: *Novimus hanc istorum esse versutiam, ut in quacumque particula dogmatis exsecrandi, qua se a damnatorum societate discreverint, nihil sibi sensuum suorum existiment esse non salvum*. Quibus accedit, illi epistolæ, ut dictum est, duo integra capita ex Enchiridio S. Augustini ad verbum inseri: quod Prosperi Augustinianæ doctrinæ studiosissimi industria factum putaverim. Ado Viennensis hoc ipsum refert de Prospero his verbis: *Sed & Prosper Aquitanicæ regionis notarius B. Leonis, a quo dictatæ creduntur esse epistolæ adversus Eutychem, de vera incarnatione Christi & libero arbitrio male sentientem*. Sane nusquam reprehensus est a Patribus, vel in synodo Eutyches, quod Pelagianorum de libero arbitrio sententiam sequeretur. De incarnatione tantum loquuntur tot literæ S. Leonis, adversus eiusdem hæresim ad plurimos datæ. Quare haud in hoc Adoni credendum est.

Anno CCCCLI. Celebratur paulo post synodus Calchedone adversus Eutychetem & Dioscorum, cui Prosperum Apostolicæ Sedis notarium interfuisse Leonis nomine scribit Iohannes Antonius Flaminius Imolensis in vita Prosperi, quæ legitur apud Surium ad diem 25. Iunii, & præfigi solet Prosperi libris. Sed hoc ille scriptor, ut pleraque alia, e suo cerebro fingit. Leo in epistolis 12. 18. 31. 41. 45. 36. 38. suos ad synodum legatos nominat; immo epist. 14. & 22. notarios etiam Roma in Orientem ad synodum destinatos dicit, Dulcitium, Epiphanium, & Dionysium: neque semel in tot epistolis Prosperi nomen legitur; ut Calchedonem cum aliis a Leone legatum missum fuisse minime verisimile sit. Et quidem Flaminius rerum a Prospero gestarum plane imperitus est. Eius cum Semipelagianis conflictus præterit: sub Leone Magno Romam primum venisse narrat; cum pro Augustiniana doctrina ac suæ fidei fama sustinenda, Romam ad Cælestinum se contulerit: aliaque de eius episcopatu prorsus a vero aliena asserit; ut certe in Prosperi rebus totus hospes ille scriptor videatur. Interim chronologia Baronii ac Flaminii corrigenda est, qui anno 449. notarium illum fuisse Leonis asserunt; quo munere Episcopi non fungebantur, ut constat ex literis eiusdem Leonis, qui notarios filios semper dicit, numquam fratres nominat. Neque de hoc dubium est. Postea Baronius ad annum 466. Scribit eumdem vixisse Episcopum annos 24. Flaminius vero 22. & ambo mortuum asserunt anno 466. ut anno 449. quando contra Eutychetem scribi cœptum est, iam Prosper inter Episcopos fuerit.

Anno 455. XVI. Kal. Aprilis Valentinianus Imperator Romæ insidiis Maximi, cuius uxori vim ille intulerat, peremptus est. Natus erat teste Prospero VI. Nonas Iulias, Honorio XII. & Theodosio VIII. Coss. anno 418. nobis memorabili, quo Pelagianorum damnatio toto orbe conclamata fuit. Marcellinus tamen in Chronico ad sequentem annum Plinta & Monaxio Coss. natum eumdem autumat V. Nonas Iulias. Petavius rem sub lite dimittit. Verum ex Olympiodoro diligentissimo illius ætatis scriptore Marcellini sententia præferenda est. Etenim initio anni 417. nuptiæ inter Constantium & Placidiam celebratæ fuerunt. Verba Olympiodori dedimus libro 1. cap. 20. Prius vero natam Honoriam quam Valentinianum, idem auctor prodit, *Hinc*, inquiens, *nata filia, quam Honoriam nominarunt, filius item, cui Valentiniano nomen datum*. Dictus fuit Cæsar anno 424. ab Hellione Magistro officiorum Theodosii nomine cæsarea veste Thessalonicæ indutus. Sequenti anno Romæ Imperator Au- Anno CCCCLV.

Augustus creatus fuit iam septennis; quo anno potestate Tribunitia decoratus est, ut putant ex titulo literarum dat. VII. Kal. Februarii, Sporatio Consule anno 452. *Imp. Fl. Valentinianus Pontifex inclytus, Germanicus inclytus, Alamanicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Tribunitiæ potestatis vicies septies, Imperator vicies septies, Consul septies*. Hi tituli leguntur in synodi Calchedonensis tertia actione editionis sub Xyxto, itemque Coloniensis Binii: at Græca exemplaria illos non exhibent. Videntur ergo ab aliquo sciolo adsuti. Neque enim Christiani Imperatores post Gratianum Pontificis titulum sibi usurparunt. Vixit Valentinianus annos XXXV. menses VIII. Imperavit vero annos XXIX. menses III. Obiit sine prole mascula duabus feminis relictis Eudoxia & Placidia, eodem partu editis anno 437. IV. Non. Novembris ex Chronico Alexandrino. Non est nostri instituti eiusdem Principis tum virtutes, tum vitia recensere. Ille sane orthodoxam fidem defendit, ac severis legibus in hæreticos animadvertit. Adhuc puer sub Placidia, datis ad Patroclum Arelatensem literis, quas lib. 1. cap. 24. produximus, Pelagianorum Episcoporum audaciam compescuit. Auctor est Gennadius, Valentiniano imperante, Iulianum olim tum a Zosimo & Cælestino, tum ab Ephesina synodo ac Xyxto III. toties damnatum obiisse. Baronius ad annum. 419. num. 54. arguit Gennadium, quod dixit Iulianum decessisse *Constantio & Valentiniano* imperantibus. At iniuste Gennadius reprehenditur: nam eiusdem liber Basileæ 1516. inter opera Hieronymi excusus, tradit Iulianum mortuum *Valentiniano Constantii filio imperante*, & ita olim legit Petrus de Natalibus. Unde editio Suffridi Petri corrigenda est, quæ ait: *Moritur Valentiniano & Constantino eius filio imperante*. Nam Valentinianus ex Eudoxia coniuge duas tantum filias suscepit, ex Procopio lib. 1. de bello Vandalico. Vignierius qui quatuor Augustini contra Iulianum libros tamdiu desideratos posteris donavit, in præfatione Operis imperfecti laudat hæc verba Prosperi cap. 6. de Dimidii temp. Promiss. *In Italia quoque nobis apud Campaniam constitutis, dum venerabilis & apostolico honore nominandus Papa Leo subver-*

A *teret & contereret Pelagianos, maxime Iulianum*: & statim infert: *Ex quo immaniter Gennadium errasse constat, qui sub Valentiniano Iulianum obiisse in suo catalogo commemorat*. Sed Vignierius ipse *immaniter* erravit, dum Leonem Valentiniano imperante haud Pontificem putavit. Leonis Papæ anno XV. Valentinianus occisus fuit. Legitur epistola S. Leonis 29. & sequentes, datæ *Valentiniano Augusto VII. & Avieno Coss.* nempe anno 450. Prosper vero ante quatuor paginas eiusdem voluminis quod appellat ille auctor, nempe promissione 38. ait: B *Sub Constantio & Placidia Augusta, quorum nunc filius Valentinianus pius & Christianus imperat* &c. Vignierius hunc Valentinianum Imperatorem huius nominis tertium, cum alterutro Valentiniano I. vel II. forte confudit. Hic idem scriptor affirmat diu Iulianum superstitem fuisse, Lerinense etiam cœnobium petiisse, ubi a Fausto abbate imprudenter exceptus, eiusdem animum Semipelagianis erroribus infecit. Addit attigisse Iulianum tempora Fulgentii Ruspensis, ac tamdem in Sicilia ludi magistrum fatis concessisse; idque ex MSS. testimo- C niis quæ in lucem se emissurum promittit, probatum sibi esse autumat. Ceterum nobis interim assensum suspendere licebit. Iam enim ab anno 426. ex Cassiani libris Lerinenses pravis de divina gratia opinionibus infectos accepimus: atque anno 429. ex eo cœnobio Hilarium Arelatensem magnum Semipelagianorum patronum egressum Prosper asseruit. Fulgentii ætatem eumdem attigisse pueri forte concedam. Nam Iulianus anno 410. erat diaconus: quod ex epistola S. Doctoris 131. ad Memorium Iuliani patrem intelligitur. Illam enim D detulit Possidius Episcopus Calamensis, cum a synodo Africana celebrata post consulatum gloriosissimorum Impp. Honorii VIII. & Theodosii II. Augg. anno 410. legatus ad Honorium destinatus fuit, ex codice Concil. Africæ. Ibidem vero Iulianus diaconus ab Augustino commendatur. Fulgentius vero natus est iuxta Baronii sententiam anno 464. nostram vero quadriennio post. Non possum hic non execrari spississimum errorem, ut mitius loquar, Petri de Natalibus Episcopi Equilini, qui libro tertio de Sanctis inter Divos Iu-

lianum Pelagianum connumerat, hunc in capite 39. titulum inscribens: *De Sancto Iuliano Confessore*. Quo loco in testem vocat Gennadium, qui tamen cap. 45. aperte de Iuliano scribit: *Postea vero hæresim Pelagii defendere nisus, scripsit adversus Augustinum impugnatorem illius libros quatuor, & iterum libros octo*. Et tamen hæc per summam imperitiam Equilinus scripturit: *Hic scripsit adversus quemdam impugnatorem eius libros quatuor, & iterum adversus alios hæresiarchas libros octo*. Augustinum hæresiarcharum nomine infamato. Et hos homines scribere! Gennadius ait, Iulianum clarum fuisse inter Ecclesiæ Doctores antequam ad Pelagianos accederet: unde infertur non adeo iuvenem fuisse anno 417. ut Fulgentii pueritiam excesserit. Plura de eodem diximus libro primo, ubi illius genus, studia, coniugium, aliave descripsimus.

Scripsit Iulianus adversus primum librum S. Augustini de Nuptiis & concupiscentia libros quatuor, quos nuncupavit Turbantio Episcopo Pelagiano, qui postea ad bonam frugem rediit. Hos confutavit Augustinus altero libro de Nuptiis & concupiscentia, & plenius sex libris contra Iulianum inscriptis. Ille autem secundum illud S. Doctoris volumen octo libris rursus adortus fuit, quibus S. Pater in Opere imperfecto respondet. Scribit Iulianus duas se epistolas ad Zosimum scripsisse. Totidem alias S. Augustinus eum dictasse tradit; Romam unam, alteram duodeviginti Episcoporum subscriptione firmatam ad Rufum Episcopum Thessalonicensem. Illius epistolæ ad Zosimum fragmenta quædam recitavimus ex Mario Mercatore lib. 1. cap. 18. Iansenius in indice librorum a Iuliano editorum omisit librum de Constantia; quem tamen se legisse Beda affirmat in præfatione ad lib. Canticorum. Quo loco ibidem Beda duos Iuliani libros commemorat in Cantica exaratos, quorum primus inscriptus ab illo fuit *De Amore*, ubi hunc posse a fœdis voluptatibus segregari ostendit; in altero vero sacri epithalamii expositionem construit, hæreticis sententiis iuxta Pelagianam scholam utroque libro asperso, ut Beda aperte demonstrat. Etenim veluti veneno antidotum opponens, duos & ipse libros elucubravit; in uno ea quæ in libro de Amore Iulianus tradidit, refellit, in altero autem Canticorum explicationem aggreditur.

Pelagiani a Leone Magno tam severis legibus coerciti sunt, ut per triginta & amplius annos nihil contra ipsos deinceps ab Apostolica Sede sancitum legamus. Obiit sanctissimus Pontifex anno salutis 461. Pontificatus vero XXI. de fide orthodoxa optime meritus. Ille enim Manichæos, Nestorianos, Eutychetem, aliasque pestes profligarat, atque eas inter Pelagianam quoque hæresim ultimo pæne ictu iugulavit. Gelasius Papa in epistola ad Episcopum Honorium, Leonem postremum ponit Romanorum Præsulum qui Pelagianos damnarunt. *An fortasse*, ait, *nescitis hanc hæresim de qua loquimur, & ab Apostolica dudum Sede per B. mem. Innocentium, ac deinde Zosimum, Xystum, Leonem, continuis & incessabilibus sententiis fuisse prostratam*? Tantum vero honoris ab hoc Leone Augustino nostro datum est, ut in epistola ad Ianuarium 84. vulgo ad Nicetam, integra ex Augustinianis libris capita recitarit. *Anno CCCCLXI.*

CAPUT XIV.

Faustus Reiorum Episcopus. Prosperi obitus; de cuius Episcopatu sententia profertur. Plures libri eidem falso adscripti. Iohannis Flaminii errores notati.

INterim Faustus in locum Maximi Episcopi in Reiensi cathedra suffectus, in Galliam nos vocat, quo tragœdiam ab ipso contra Augustinum concinnatam spectemus. Quo anno Reiorum Episcopus inauguratus fuerit, non liquet. Baronius ad annum 472. eiusdem dignitatem revocat, quod Sidonius tunc Episcopus in epistola ad Faustum, novam Fausti Episcopi dignitatem appellat. Sidonium vero anno circiter 472. Arvernorum Antistitem electum, optime idem Baronius deducit ex eiusdem epistola ad Lupum Trecensem. Ceterum iam ante decennium legimus in epistolis Hilari Papæ Faustum fuisse Episcopum: nam Pontifex in literis *Anno CCCCLXII.*

ris datis ad Leontium & alios Gallicanos Præsules III. Nonas Decemb. anno 462. scribit Faustum & Auxanium Episcopos interfuisse synodo apud se in Urbe celebratæ. *Præsidente fratrum*, inquit, *numeroso concilio, e diversis provinciis ad diem natalis nostri in honorem B. Petri Apostoli per Dei gratiam congregato, præsidentibus fratribus & coepiscopis nostris Fausto & Auxanio, atque agentibus plurimis quæ vigorem respiciunt auctoritatemque iudicii, id a nobis pacis amore est constitutum, ut in sententia, qua sub adversione utriusque legationis inde directæ Christo Domino nostro inspirante protulimus* &c. Gravissima lis inter Leontium Arelatensem & Mamertum Viennensem metropolitas agitabatur. Iste enim Diensibus Episcopum dederat: quod ad se spectare Arelatensis Antistes contendebat. Faustus & Auxanius ab synodo iudices electi, Leontio causam adiudicarunt. Quam sententiam idem Hilarus Papa anno sequenti 463. ratam declaravit. *Omnia*, inquit, *quæ a vobis sunt per fratres & coepiscopos nostros Faustum & Auxanium definita, roborantes, congregationes annuas ordinante fratre & coepiscopo nostro Leontio, admonitis metropolitanis, quod sæpe dicendum est, celebrare dignemini*. Ex his ab anno 462. Faustus Reiorum Episcopus intelligitur: ut eorum sententia penitus corruat, qui eo tempore Prosperum Aquitanum Reiensium in Gallia Antistitem ponunt, uti Baronius, Bellarminus, Saussaius, & alii dixere. Nam ex Sidonii Eucharistico certum est, Faustum Maximo successisse, dum scribit ad eumdem in Eucharistico:

...... *fuerit quis Maximus ille*,
Urbem tu cuius monachosque, Antistes & abbas,
Bis successor agis.

Maximum vero anno 433. Episcopatum indeptum diximus. Idem anno 439. interfuit synodo Reiensi: anno 441. Arausicana decreta subscripsit. Rursus anno 452. nominatur in epistolis Episcoporum Galliæ ad Leonem, & in rescripto ad eosdem. In quibus cum inter ceteros Faustus non legatur, non obscure deducitur id temporis Lerinensium abbatem fuisse. Unde nullus restat Prospero locus in Reiensi sede Maximum inter ac Faustum, cum præsertim Prospero vigintiquatuor anni Episcopatus a

A Baronio dentur. Accedit, neque in literis Leonis anno 452. neque in literis Hilari anno 464. in quibus Narbonensis Galliæ Præsules nominantur, ullum Prosperum legi, sed in his Faustum, in illis vero Maximum eiusdem decessorem. Insuper etiamsi Prosper fuisset Reiorum Episcopus, non bene dicit Baronius ad annum 466. *Prosper Regiensis in Aquitania Episcopus:* nam Reienses non locantur in Aquitania, sed in Narbonensi provincia secunda.

Iohannes Antonius Flaminius in vita Prosperi, Ferrarius in Martyrologio, &
B Itali scriptores communiter asserunt, Prosperum fuisse Episcopum Regii Lepidi in Insubria. Et sane illa ecclesia suum esse hunc Prosperum contendit, pioque cultu eius quotannis memoriam celebrat. At neque verum est, illum Regiensibus præfuisse annis duobus & viginti, ut tradunt proxime memorati scriptores, eius obitum usque ad annum 466. producentes. Nam anno 451. Faventius erat Regii Lepidi Episcopus, ut patet ex literis synodi Mediolanensis ad Leonem Papam, quæ ponuntur ante 51. epistolam eiusdem. Ibi enim legitur: *Ego Faven-*
C *tius Episcopus Regiensis ecclesiæ in omnia suprascripta consensi, & subscripsi*. Immo tabulæ ecclesiæ Regiensis, quas in Italia sacra profert Ughellus, circa annum 458. Elpidium Regiensem Episcopum ponunt. Unde si Prosper plurimos annos illius urbis sacris præfuisse dicendus est, ut ex antiquis eiusdem ecclesiæ breviariis Ferrarius refert, iam ultra Anthemii tempora Episcopatus Prosperi excurret: cuius rei nullum antiquum auctorem laudabimus. Ego quidem cum videam omnes scriptores qui Prospero viciniores fuere, illius nomen absque ul-
D la dignitatis sacræ mentione recitare, vix adduci possum, ut eumdem fuisse alicubi Episcopum credam. Gennadius c. 88. ita scribit: *Prosper homo Aquitanicæ regionis:* qui tamen quoslibet scriptores vel Episcopos vel presbyteros, eorumdem sacra dignitate recensita nominat. Victorius ex eadem Aquitania, ac Prosperi coætaneus, illum tamquam Episcopum non appellavit in epistola nuncupatoria ad Hilarum Papam. Gelasius in indice auctorum approbatorum, cum ceteros Episcopos nominasset, ac postea etiam Hieronymum presbyterum dixisset,

set, addit: *Item Opuscula Prosperi viri religiosissimi*. Non autem hinc cogimur ad negandum, eumdem presbyterum fuisse. Nam ibidem de Rufino ait: *Rufinus vir religiosus*: quem tamen presbyterum fuisse certum est. Et hi eodem sæculo floruere. Proximo vero nullus Prosperum Episcopum nuncupavit; non Fulgentius libro 1. ad Monimum cap. 30. non Victor Tunonensis initio Chronicorum. Abbas Biclariensis initio Chronici ait: *Post Eusebium Cæsariensis ecclesiæ Episcopum, Hieronymum toto orbe notum presbyterum, nec non & Prosperum virum religiosum, atque Victorem Tunonensis ecclesiæ Africanæ Episcopum* &c. Primum & ultimum Episcopos dicit, non item Prosperum. Miror autem Vossium virum alias diligentissimum, ex Marcellino Comite, lib. 1. Hist. Pelag. cap. 18. Prosperum Episcopum nominare: nam ille ad consulatum Viviani & Basilii unius Gennadii verbis loquitur; quem transcripsisse nemini dubium esse potest. Inde etiam Ado suum Prospero testimonium dedit. Honorius Augustodunensis in lib. de Script. eccles. num. 460. vel cap. 94. dicit Prosperum Episcopum: unde plerique in eam sententiam abiere. Sed id amanuensium errarum fuit. Nam cum ad verbum omnia ille transcribat ex Gennadio, ubi hic haber, *Prosper homo Aquitanicæ regionis, sermone scholasticus, & assertionibus nervosus* &c. Honorius legit, *Prosper Episcopus Aquitanicæ regionis, sermone scholasticus, & assertionibus nervosus* &c. Quem tamen sic errasse, dum Episcopum Aquitanicæ regionis Prosperum scribit, cum Narbonensis regionis Episcopus dicendus fuisset, non credam. Cur enim homini Augustodunensi tantum erroris affricem? Est enim Augustodunum in provincia Lugdunensi prima. Quod si Martinus Polonus & Trithemius, qui post octingentos annos ab obitu Prosperi vixere, illum Episcopum appellant, antiquis plus fidei habendum puto. Quo anno S. Prosper obierit, incertum est. Scripsisse illum Chronicon usque ad captam Urbem a Genserico, quod accidit anno 455. scribit Gennadius. Marcellinus Comes ut adhuc superstitis mentionem facit ad annum 463. Philippus Labbe, qui catalogum sui Bellarmini de Scriptoribus ecclesiasticis eruditis observationibus illustravit, scribit decessisse Prosperum anno 456. Etenim Victorius Aquitanus in laudata epistola nuncuparoria, quam anno 457. scriptam esse, ex paschali caractere aliisque temporum notis eidem additis certum est, vocat Prosperum sanctum ac venerabilem virum. Sed levis hæc coniectura est. Nam eo tempore *Sancti* titulus etiam viventibus deferebatur, ut passim patet, & Prosper ipse vocat Leontium diaconum, & Hilarium Episcopum sanctos in epistola ad Augustinum. Immo cum ibidem Victorius nominans Hieronymum sanctæ memoriæ illum dicat, neque ea honoris præfatione utatur in nominando Prospero, eodem auctore eo anno 457. Prosperum adhuc superstitem fuisse credo.

Plura scripsit Prosper. Nam præter Chronicon, quod integrum nuper donavit laudatus Labbe tomo. 1. Bibl. MSS. tres pro divinæ gratiæ defensione epistolas dedit, ad Augustinum, ad Rufinum, ac Demetriadem: quarum postrema cum inter Ambrosianas circumferretur, nostro Aquitano restituta est auctore Iohanne Costero, Lovâniensibus adprobantibus. Baronius ad annum 413. scribit, hanc epistolam ad Demetriadem a Beda lib. 1. in Cantica Prospero adscriptam fuisse, & alteram contra divinam gratiam ad eamdem virginem ab eodem attributam Pelagio. Sed utrumque falsum est. Nam ibi Beda non Pelagio, sed per errorem Iuliano attribuit epistolam ad Demetriadem pro defensione liberi arbitrii exaratam: alterius vero ad Demetriadem epistolæ a Prospero scriptæ, ne meminit quidem. Egregium volumen edidit contra Collatorem, de quo superius plura dicta sunt; uti etiam libellos quosdam, queis nonnullorum Gallorum, Vincentii Lerinensis, ac aliorum obiectiones contra Augustini doctrinam dissolvere conatus est. Celebre est carmen eiusdem heroicum contra Ingratos, nempe Semipelagianos divinæ gratiæ decurtatores. Aliud vero poema de Providentia non est Prosperi, sed hominis Semipelagiani, ut a plerisque notatum est. Idem tamen composuit librum Sententiarum CCCLXXXVIII. ex variis S. Augustini libris conflatum. Tria iusta volumina auctorem præferunt Prosperum; quæ tamen haud ab illo composita fuisse pro certo habeo.

beo. Sed paulo fusius res aperienda venit.

In primis auctorem faciunt huoc Prosperum Aquitanum librorum de Prædictionibus & promissionibus Dei, qui in partes tres divisi sunt. Ego vero non Prospero Aquitaoo adscribendos illos libros existimo, sed alteri Prospero Africano. Horum voluminum auctor parte 3. cap. 6. narrat, Aspare Carthagine coostituto, nempe anno 434. cum a Tregetio contra Gensericum feliciter pugnatum est, puella a dæmone ibidem vexata, mirum quid se præsente eveoisse. *Accidit autem*, ioquit, *ut quiutusdecimus dominiucu illucesceret dies, ascendente nobiscum sacerdote, ut matutinum illic sacrificium solito offerretur, puellam præpositus ad altare perduxit* &c. Igitur ille scriptor ad annum 434. Carthagine morabatur; cum tameo noster Prosper id temporis in Galliis contra Semipelagianos excubaret, uti ad annum 433. expendimus. Rursus idem scriptor par. 3. promiss. 38. iuvenem se Carthagioe fuisse sub Aurelio Antistite testatur: *Cum sancta pascha solemnis ageretur festivitas, collecta illic & undique omui curiositate etiam adveuiens multitudo sacerdotum multorum, Pater & dignæ memoriæ uomiuaudus Antistes Aurelius, cælestis iam patriæ civis, cathedram illic loco Cælestis & habuit & sedit. Ipse tunc aderam cum sociis & amicis, atque ut se adolescentium ætas impatieus circumquaque vertebat* &c. Hoc templum Cælestis anno 399. consecratum fuit, quando Hoorius Imperator edicto templa idolorum *cum suis adiacentibus spatiis ecclesiis detulit*: ex Prospero ibidem. Ex his patet hunc scriptorem fuisse civem Carthaginensem, cum ante annum 400. & anno 434. Carthaginem incoluisse se dicat. Quod etiam ex iis quæ in fine libri de quadam peculiari Carthaginensium consuetudine tradit, non obscure colligitur. At noster Prosper fuit Aquitaous, & in epistola ad Augustioum ait: *Ignotus quidem tibi facie, sed iam aliquatenus, si reminiscaris, animo ac sermone compertus*. Quod fieri ooo potuisset, si eo tempore Carthagine fuisset sub Aurelio; cum Augustious ob synodos frequentiores Carthaginem sæpissime frequentaret: unde & videre Prosperum, & a Prospero videri potuisset. Hæc scribit Cassiodorus, qui eodem quo Prosper, & inse- queoti sæculo vixit, initio libri de Divinis lectionibus: *Sanctus quoque Prosper sedula cura legendus est, qui tres libros totius auctoritatis divinæ in ceutum quinquaginta tribus titulis comprehendit, ad instar piscium quos evaugelica retia de huius sæculi tempestosa profunditate traxeruut*. Porro hic memoratos hucusque libros de Divinis promissionibus designari, patet ex præfatiooe & peroratione operis. Nam tres priores partes ex quadraginta capitulis singulæ constant; quæ vero has consequitur, in vigioti capita distribuitur; ultima ex tredecim coostatur. Et *perficiunt*, ait in peroratiooe, *ceutum quinquaginta tria: in quo numero sacrati illi pisces reti veritatis iucorrupto, post resurrectionem, Domini iussioue capti sunt, millia sauctorum significantes* &c. Quare duos Prosperos coætaoeos fuisse puto, huoc Africanum, alterum vero Aquitaoum ex Gennadio: & ille forte fuit Regii Lepidi Episcopus in Insubria.

Sequuntur libri tres de Vita contemplativa Iuliano Episcopo inscripti, quorum idem Prosper auctor publicatur. Sane illos Prosperi esse ex antiquis existimaruot Codogandus Episcopus Metensis in lib. de Laicali iostirutione, synodus Aquisgranensis sub Ludovico Pio, & Theodulphus Aurelianensis, qui scripsit de Spiritu Sancto anno 809. cuius liber editus est a Sirmondo. Ceterum non esse Prosperi, sed Iuliani cogoomento Pomerii, qui Arelate in Galliis rhetoricam docuit, cuius scholam Cæsarium iuvenem adiisse inferius dicemus, mihi pæne certum est ex S. Isidoro in lib. de Eccles. script. cap. 12. Ubi agens de libris eiusdem Pomerii, ait in fine capitis: *Edidit etiam unum libellum de Virginibus instituendis; alios quoque tres de Futuræ vitæ contemplatione, vel actuali conversatione; nec uon etiam de Vitiis & virtutibus*. Qui sane libri sunt illi qui Prosperi nomine vulgo circumferuntur. Io quorum primo, ut ipse testatur in præfatione libri tertii, agitur *de vita coutemplativa*; in altero de *actuali* vita; in postremo *de vitiis & virtutibus*. His accedit, ab hoc scriptore lib. 2. cap. 9. Hilarium Arelatensem etiam atque etiam laudari: quod Prosper Aquitanus non ita liberaliter fecisset, cum Hilarius Arelateosis Semipelagianorum in Galliis coryphæus fuerit, ut ipsemet Prosper testatur in literis

ris ad Augustinum. Ibi vero loquitur de Hilario uti iam defuncto, nempe post annum 449. Se vero non esse Episcopum palam ostendit lib. 1. cap. 14. Unde qui putant hosce libros esse Prosperi, non video qua ratione scribant mortuum Prosperum anno 466. exactis duobus & vigioti annis in episcopatu. Præterea hic scriptor nuncupavit memoratos libros Iuliano Episcopo, quo iubente se illos exarasse testatur initio præfationis. At in Gennadio Suffridi Petri cap. 98. scribitur: *Pomerius natione Maurus, in Gallia presbyter ordinatus, interrogantibus Iuliano Episcopo & Vero presbytero* &c. *composuit de natura animæ & qualitate eius libros octo*. Ut plane compertum fiat, eidem Episcopo Iuliano & libros de Vita contemplativa, & libros de Anima, uti ait Gennadius, ab eodem auctore inscriptos fuisse. Iraque neque illi tres libri de Vita contemplativa Prosperum auctorem habuere. Quod vidit etiam vir eruditissimus Pater Lupus in epistola apologetica ad me scripta de Contritione Christiana, Lovanii impressa anno 1667. in qua cap. 5. ad 8. accusationem ex laudato Isidoro hoc probat, affirmans Daherium & Sirmoodum in eadem sententia fuisse.

Iulianus igitur Pomerius Maurus vir insignis, ac in Gallia percelebris, ut patet ex libro 1. de vita S. Cæsarii cap. 3. horum voluminum auctor dicitur: vel certe quicumque alius fuerit, idem merito inter sectatores S. Augustini numerandus est. Nam lib. 3. cap. 31. cum eximie S. Augustinum commendasset, addit: *Quem in his libellis pro possibilitate secutus sum*. Quod sane constat cuique vel leviter eosdem inspicienti. Verum in libro secundo de Anima, ubi quærit, *Utrum anima corporea sit, an incorporea*, a S. Augustini sententia discedens, *Tertulliani erroribus consentiens animam corpoream esse dixit*. Ita testatur S. Isidorus. Nam octo illi libri Pomerii de Anima interciderunt. Erat ea ætate celebris in Gallia quæstio de animæ corpulentia. Nam corpoream esse illam ibidem docuere Cassianus, Faustus, Gennadius: ad quos & Pomerius accessit, qui eodem sæculo floruit. Oppositum scriptis sustinebant S. Avitus Vienneosis Antistes in epistola ad Regem Burgundionum, & Claudianus Mamercus in libris de Anima.

A Restant denique duo libri de Vocatione Geotium, qui vulgo sub nomine Prosperi leguntur. Hi quidem voluminibus S. Ambrosii inserti erant: sed immerito. Nam lib. 1. cap. 7. leguntur hæc verba: *Fato autem non baptizari parvulos, nec Pelagiani potuerunt dicere; sed quia eos a peccato liberos ausi sunt profiteri, meruere damnari*. Quare illi libri non sunt Ambrosii, qui mortuus est anno 397. antequam Pelagianorum nomen audiretur; sed plane scripti sunt post Pelagianos ab Apostolica Sede damnatos. Vossius lib. 1. Hist. Pelag. cap. 20. ait se

B *pro certo* habere, non esse Regiensis Prosperi, quod illorum auctor in sententia de reprobatione mollior sit quam Prosper Aquitanus. Vossio subscribo: etenim video illorum scriptorem diversa a Prnspero via abiisse. Nam lib. 2. plurimum laboris insumit, ut communem gratiam Dei omnibus faciat. Versans vero c. 20. obiectionem illam a parvulis ductam, in qua Augustinus & sectatores contra Pelagianos triumphum sibi cecinerunt, ita cap. 23. respondet: *Non irreligiose arbitror credi, neque inconvenienter intelligi, quod isti paucorum dierum*

C *homines ad illam pertinent gratiæ partem, quæ semper universis est impensa nationibus: qua bene utique si eorum uterentur parentes, etiam ipsi per eosdem iuvarentur*. Quibus contraria scribit noster Prosper in carmine de Ingratis cap. 31. ubi urget illud argumentum de parvulis:

Et tamen ex istis miseratrix gratia quosdam
Eligit, & rursum genitos baptismate transfert
In regnum æternum, multis in morte relictis,
Quorum causa fuit similis de vulnere eodem.
Nec meritis istud poterit aptare parentum,
Ceu pia profuerit redimendis cura bonorum,
Abstuleritque aliis aliena ignavia vitam;

D *Cum videas multos sanctis genitoribus ortos,*
Nullo salvari studio potuisse suorum.

Item ille scriptor toto libro secundo probat, Deum omnibus semper hominibus gratiam largitum fuisse. Insigniora loca donat Vossius lib. 7. par. 1. thesi 4. At Prosper hanc communem gratiam penitus repudiavit. Ibidem cap. 11. ait:

..... Dic unde probes, quod gratia Christi
Nullum omnino hominem de cunctis qui generantur
Prætereat, cui non regnum vitamque beatam
Impertire velit.

Quod improbat, quia evangelium non omni-

omnibus gentibus annuntiatum statim fuit, cum tamen alter gratiam communem faciat, quia ad omnes missi sunt Apostoli, ut Evangelium prædicarent. Porro cap. 3. initio gratiam communem suadet, quia Deus quosdam ad se cognoscendum *cæli & terræ testimoniis convenit*; alios, nempe Iudæos, *doctrina legis, Prophetarum oraculis, miraculorum signis* adiuvit. Hanc autem non esse veram gratiam scribit Prosper in epistola ad Demetriadem, sed illam qua Deus intrinsecus operatur; cum illa omnia exterius tantum animum pulseot, neque differant a gratia Pelagianorum, quæ B consistebat in lege, doctrioa, miraculis &c. ut fuse narrat S. Augustinus in libro de gratia Christi. Rursus capite 5. tradit gentes, quibus non uti Hebræis Numeo se manifestavit, non esse excusabiles. *Adhibita enim*, inquit, *semper est universis hominibus quædam supernæ mensura doctrinæ, quæ etsi parcioris occultiorisque gratiæ fuit, sufficit tamen, sicut Dominus iudicavit, quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium*. At ooster Prosper canit cap. 32.

Non autem recte nec vere dicitur illos,
Qui sunt exortes divini muneris, & quos C
Gratia neglexit, degentes mortis in umbra,
Peccati non esse reos, quia recta gerendi
Non data sit virtus. Naturæ compede vinctos
Procubuisse negant &c.

Ubi ex peccato originis tradit hominem iure optimo gratia privari. Præterea idem scriptor capite ultimo satis timide de prædestinatione loquitur; immo scientiam illi præviam non semel ponere videtur; dum illam obiectionem sibi oppenes, *frustra nos orare & laborare, si ex incommutabili proposito eius Christianæ gratiæ subsistit electio*; ita ibi respondet: *Non intelligunt scientiam Dei, quæ & præterita & præsentia & futura complectitur,* D *tempore non teneri*. Et cum id paucis explicasset, concludit: *Hæc autem æterna & semper tranquilla cognitio, nulla nos urget necessitate peccandi* &c. Ibidem electionem ad gratiam sine meritis adstruit; electionem vero ad gloriam ex meritis suspendit. *Deus ergo his quos eligit sine meritis, dat unde ornentur ex meritis. Et frustra dicitur, quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur ut electi sint*. At S. Prosper in epistola ad Rufinum generosius divinæ prædestinationis decretum defendit, ac solidius illud communit: quod & in responsione ad Genuenses aliosque itidem præstat. Et ut uno verbo concludam, numquam, me iudice, uous idemque auctor fuit horum librorum, & poematis contra Ingratos. Et Prosper qui ubique S. Augustinum laudat, in his etiam libris de Vocatione gentium eumdem certe nominasset, si illorum scriptor fuisset.

Quare existimo auctorem horum librorum de Vocatione gentium, medium quid sapere inter Semipelagianos & S. Augustinum: quem etiam mollem Augustinianum dixeris, cum Prosper inter rigidos merito reponendus sit. Ille quidem lib. 1. cap. 8. & 9. Semipelagianismum suffocat, dum probat fidem & perseverantiam esse dona Dei. Unde non possum ad Vossium accedere, dum scribit, Hilarium Arelatensem esse forte illorum librorum auctorem. Nam Hilarius cum Semipelagianis, teste Prospero in epistola ad Augustinum, sentiebat. Sed de his satis. Illud tamen moneo, me ita de Prosperi libris iudicare, ut in hoc opere vulgarem de illis sententiam quandoque secutus sim.

De hoc Prospero Herrera & Elssius, Augustiniani scriptores, plura commenti sunt: fuisse patria Lemovicensem: anno 399. degisse Carthagine: fuisse discipulum S. Augustini: & anno demum 426. ex Africa in Gallias rediisse. Quæ uti sine teste dicuntur, ita nullam apud lectores fidem inveniuot. Certe Prosper in epistola ad Augustinum scriptam anno 429. ita fatur initio: *Ignotus quidem tibi facie, sed iam aliquatenus, si remininiscaris, animo ac sermone compertus* &c. ut plane supinam ignorantiam redoleat, quod aiuot, Prosperum in Africa fuisse discipulum S. Augustini. Sancti Prosperi vitam posterorum memoriæ tradere teotavit Iohannes Antonius Flaminius, quem sane alterius Prosperi gesta scribere dicerem, nisi ex librorum indice de oostro hoc Aquitano eum loqui iotelligerem. Sed Deus bone, quas ibi fabulas nectit! Ut enim omittam scribi ab eodem illum in Asiam profectum, aliave quæ reprehendimus ad annum 451. narrat, eumdem, postquam aliquandiu ibi (dubium Calchedone an Romæ) post synodum commoratus est, electum Antistitem Regiensem, mortuum vero ao-

 no 466,

no 466. Pontificatus 22. cum inter synodum Calchedonensem & diem mortis, quindecim tantum anni numerentur. Insuper mortuum asserit *Marciano Romano tenente imperium*; com Marcianus ante novennium decesserit, nempe anno 457. & *Hilario II. Pontifice Max.* cum unus tantum Hilarius seu Hilarus summus Pontifex fuerit. Prospero tribuit libros de Promissionibus: At cur ex illis Prosperum non semel in Africa fuisse cognovit, ut hoc ipsum io eius vita recenseret? Libros de Vita contemplativa inscriptos ait Iuliano summo Pontifici; cum nullus fuerit huius nominis Papa, & Iulianus ille Episcopus fuerit. Alia quæ addit, plaoe suot de communi, ut aiunt, unius Confessoris Pontificis. Sed Prospero satis laudum dat ecclesia Romana, quæ in Martyrologio hæc de eodem recitat: *Apud Regium S. Prosperi Aquitani eiusdem urbis Episcopi, eruditione ac pietate insignis; qui adversus Pelagianos pro fide catholica strenue decertavit.*

CAPUT XV.

Faustus Reiensis magni nominis Episcopus, sub prætextu Prædestinatiani erroris ex decreto synodi Arelatensis ac Lugdunensis confutandi, S. Augustini doctrinam impugnat. Ubi plura de Prædestinatianis, de epistola Fausti ad Lucidum, atque de utraque synodo disquiruntur.

Anno CCCCLXX. FAustus Reiorum Antistes in ore famæ io Galliis versabatur, & provinciæ Episcopi ab eiusdem sententia pendebant. Sidonius & epistolis & carminibus ad Faustum datis, eumdem supra ceteros illius ætatis Præsules ad sydera usque effert. S. Patiens Episcopus Lugdunensis, cum celeberrimam S. Iusti Basilicam consecraret, atque ad encænia peragenda plurimi Antistites convenissent, Faustus omnium precibus exoratus luculentam orationem habuit, excipiente ac plurimum commendante una cum reliquis eodem Sidonio. Ruricius vir oobilissimus, ac postea Lemovicensis Episcopus, cum de abdicanda uxore, liberis ac ditissimo patrimonio deliberaret, Fausto per literas hoc ipsum significavit; quem nuncupare solebat *patrem,* A *optimum & pastorem egregium*, ex lib. 1. ep. 2. Et quidem uoiversi Arelatensis provinciæ Episcopi tantum Fausto detulere, ut in causa Hermetis Diensis ad Hilarum Pontificem eidem legationem ioiunxerint. Faustus veteri suorum Lerinensium concellitarum ac Cassiaoi magistri opinioni inhærens, Augustini sententiam de efficaci electorum prædestinatione hac occasiooe impugnavit. Fama erat nonnullos ita S. Doctoris sententiam de gratuita prædestinatione defendere, ut in absurdos prorsus errores declinarent; quos Augustiniani dogmatis adversarii altius exaggerabant. Leontius Arelatensis Antistes, qui ex Hilari decreto in Galliis synodos cogebat, ut e provincia horrida illa opinionum portenta, quæ a nonnullis desendi rumor erat, averruncaret, concilium Arelate indixit. In quo cum plurima contra oova ac periculosa dogmata Patres statuissent, uni Fausto communi consensu iniunctum fuit, ut editis libris ea fusius pertractaret, de quibus in synodo actitatum fuerat. Testatur hoc Faustus in præfatione ad Leontium. *Quod pro solicitudine*, inquit, *pastorali, beatæ Papa Leonti, in condemnando prædestinationis errore concilium summorum Antistitum congregastis, universis Galliarum ecclesiis præstitistis. Quod vero ad ordinanda ea quæ collatione publica doctissime protulistis, operam infirmis humeris curamque mandastis, parum, ut reor, tanto negotio, parum sanctæ existimationi vestræ consuluistis, & me iudicio charitatis, vos periculo electionis onerastis.* Hic Leontius, cui suum opus Faustus ioscripsit, fuit Episcopus Arelateosis, ut patet ex literis Hilari Papæ, Fausti ad Felicem, & Ruricii ad Eonium, cuius verba ioferius recitabo. Hæc dixi, quia Baronius ad annum 490. & sæpe alibi, & Saussains ad diem 1. Decembris, aliique putaot hunc Leontium esse Episcopum illum celebrem Foroiuliensem, cui Cassianus decem priores collationes dedicavit; cuius etiam amicitia S. Honoratus abbas Lerinensis plurimum lætabatur. Hic renuntiatus fuit Episcopus prope annum 410. ut cap. 3. probavimus: Leontius vero Arelatensis circa annum 460. Unde corrigendus est Saussaius, qui res ab utroque gestas gravi hallucinatione uni Foroiuliensi adscribit. Interim cum novi rursus errores in con-

A controvetsia de divinæ gratiæ auxiliis fubotti essent, io Lugdunensi synodo eorum pariter confutandorum cura eidem Fausto commissa fuit. Testatur hæc Faustus in fine eiusdem præfatioois. *In quo quidem*, inquit, *opusculo post Arelatensis concilii subscriptionem, novis erroribus deprehensis, adiici aliqua synodus Lugdunensis exegit*. At Faustos mala fide atque aoimo advetsus Augustini sententiam præoccupato, demandatum munus executus, a rectiori dogmate exorbitavit. Etenim sub prætextu Prædestinatianæ hæresis confutandæ, duos de Gratia & B libero arbitrio libros scripturivit, in quibus sub alieoo corio Augustinus vapulavit. Nam eiusdem de gratuita prædestinatione senrentiam totis lacertis impugnat, Massiliensium dogmata dudum a S. Doctore eversa restaurat, ac blasphemias quas ab Hipponensi Præsule Prosper procul amoverat, eidem rursus impooit. Uoo verbo totus Antiaugustinianus est. Certe universa sacri Codicis testimonia a S. Doctore laudata, eiusque interpretationes excutit, ut Iohannes Maxentius ostendit in responsione ad epistolam Hormisdæ. Unum & bteve C quidem caput libri primi, nempe quartum inspiciamus. In eo Faustum e diametto contra Augustinum pugnare, nec illos Receotiores, qui nuper pro Fausto laboriosas apologias enixi sunt, negaturos fuisse existimo, si rem extta partium studia considerarent. Ibi enim cum S. Augustini sententiam de prædestinatione pluribus oppugnasset, concludit: *Si ergo unus ad vitam, alter ad perditionem, ut asserunt, est deputatus, sicut quidam Sanctorum dixit, non iudicandi nascimur, sed iudicati*. Habemus confitentem reum. Qui enim toto eo capite contra prædestinationem gratuitam depugnarat, non D obscure contra Augustinum se stare profitetur. Quis enim ille Sanctorum fuit, qui illam sententiam docuit, oisi Augustinus, qui sexcentis eam locis & subtilissime tradidit, & validissime propugnavit? Hinc olim scripserat idem Faustus ad Græcum, aliquid *apud doctissimos in Augustini scriptis esse suspectum*, nempe dogma de prædestinatinne sine ulla meritorum prævisione. Præterea Faustus totus in eo est, ut suorum Lerinensium opiniones recoquar. Sæpe fidem ex viribus liberi atbitrii oasci docet: Lib. 2. cap. 8. ait: *Unde hic extra legem positi accusantur increduli, nisi quia legem naturæ, cui fides iuncta est, servare noluerunt? Unde obiicitur incredulitas, nisi quia in promptu fuit credendi facultas? Liberi itaque arbitrii ratio facit, ut remuneretur credens, ut damnetur incredulus*. Tradit etiam, posse nos absque Dei gratia petere, quærere, pulsare, ut eamdem impetremus. Illius verba recitavimus cap. 11.

Inter ceteros qui Prædestinatianorum erroribus infecti censebantur, erat Lucidus oescio quis presbyter, quem ut ab eo dogmate Faustus abduceret, epistolam misit eumdem amice conveniens, quo horridam seotentiam exueret, publicam, sio minus obsequeretur, delationem apud synodum interminatus. Hane epistolam subscripsete undecim Episcopi, ut ipse etiam postea Lucidus. Fueritne ad synodum Arelatensem evocatus Lucidus, vel illæ literæ in synodo, aut ante, vel post eiusdem celebrationem subscriptæ ab Episcopis fuerint, inferius disquiretur. Certe legitur apud Faustum eiusdem Lucidi epistola ad Patres synodi Lugduneosis, ut vulgo putant, in qua suorum errorum palinodiam canit. Barooius, Vossius, aliique Prædestinatianos refellendi provinciam a Patribus Fausto Reiensi demandatam scribunt, quod strenue se gesserat io Lucido ad bonam frugem revocando. Faustum tamen inquiunt ea suis libris infecisse, quæ haud in mandatis habebat, quibus doctissimi illi Antistites minime albos calculos addidissent. Ille quidem eo in opere totus Semipelagianus est: unde postea a Romanis Pontificibus ac Patribus uoanimi conseosu reprobatus fuit. At cum de Prædestinatiaois gravis contentio paucis abhinc annis exarserit, oonnulla de eiusdem præmittenda sunt, quo scriptorum Fausti exactior notitia habeatur.

In primis cum Faustus occasione erroris Prædestinatiani profligandi Arelate ac Lugduni synodos coactas testetur, de hae hominum secta videndum est, undenam, ae quo tempore emerserit. Primus qui huius sectæ mentionem fecit, fuit Prosper Tiro, cuius Chronicon legitur tomo 5. Bibl. PP. par. 3. edit. Colon. A. 1618. hic enim ad annum Honorii XXIII. ait: *Prædestinatorum hæresis, quæ ab Augustini libris male*

 intel-

intellectis accepisse dicitur initium, his temporibus serpere exorsa est. Cum vero Honorius anno 395. die 17. Ianuarii, mortuo Theodosio patre imperium indeptus sit, anno 417. Prædestinatorum hæresis ex Tirone prorupit. Sigebertus ad annum 415. illam recitat. Eiusdem mentionem etiam faciunt, Faustus in præfatione ad Leontium, ac Arnobius iunior in expositione Psalterii. Mirari soleo homines eruditos Prospero Tironi adeo confidenter fidem præstitisse; cum idem non tyro sed puer in chronologia appareat, totus in historia hospes, ac omnium quæ literis prodidit, imperitissimus. Id paucis ostendo in iis quæ scribit imperante Honorio contigisse. Anno III. Honorii, nempe 397. Æræ Christianæ, recitat Innocentii pontificatum, cuius electio peracta est anno 402. Anno VI. Pelagianæ hæreseos meminit. At non 400. sed 411. eamdem primitus innotuisse diximus lib. 1. cap. 4. Anno VIII. Cælestinum pontificatum iniisse testatur, scilicet anno 402. cum anno 423. in Bonifacii locum subrogatus fuerit. Anno X. Radagaisum in Italiam irrupisse scribit; cum anno VI. id acciderit, ut ostendimus lib. 1. cap. 2. Anno XIV. ponit mortem Stilichonis, atque Nestorii hæresim, hoc est anno 408. cum tamen anno 428. Nestorius electus fuerit Antistes C.P. quo tantum anno eiusdem hæresis incœpit. Anno XXVI. narrat sedisse Romæ Xyxtum, quo anno 421. erat Bonifacius. Xyxtus vero post Cælestinum anno 432. Apostolicam cathedram obtinuit. Anno XXIX. affirmat decessisse Constantium Imperatorem, *Valentiniano octo annorum filio derelicto*; qui tamen obiit anno Honorii XXVII. Valentiniano tertium ætatis annum vix ingresso. Anno XXXI. dicit Placidiam ab Honorio Romam relegatam; cum tamen Honorius imperaverit annos 29. menses 8. & Olympiodorus apud Photium num. LXXX. Placidiam *Constantinopolim ablegatam*, & Philostorgius lib. 12. *Byzantium translatam* dicant. Mallem Augiæ stabulum purgare, quam Tironis huius errores ex indice recitare. Profecto anno 417. nondum S. Doctor de prædestinatione electorum scribere inceperat; sed anno insequenti in epistola ad Xyxtum & libris contra Iulianum postea editis famosam illam sententiam fusius

A tradidit, quam anno 417. in epistola 106. ad Paulinum paucis indicaverat. Viderint ii qui prædestinatianæ hæreseos chronologiam ex Prospero Tirone laudant, quali scriptori fidem præstent.

Sirmondus in libello de hæresi eadem cap. 1. contendit anno circiter 424. apud monachos Adrumetinos id genus sectæ emersisse. Addit cap. 2. Prosperum & Hilarium, contra eamdem Gallias inficientem, Augustini opem petiisse, iisque morem gessisse Augustinum emissis e vestigio contra Prædestinatianos libris de Prædestinatione SS. & de Dono perse-

B verantiæ. Præterea cap. 3. scribit memoratos Prosperum & Hilarium mortuo Augustino, cum sese Prædestinatianorum furori comprimendo impares intelligerent, Romam ad Cælestinum confugisse, a quo gravissimum contra Prædestinatianos rescriptum ad Galliæ Episcopos datum impetrarunt. Hæc Iacobus Sirmondus scripsit effeta ætate, octogenario maior. In quibus tam longe a veritate deflexit, ut eiusdem historia a Gilberto Maguino V. C. Galliarum Regi a consiliis, & in sacra ac profana historia versatissimo, fabula ignominiæ cau-

C sa fuerit nuncupata. Hic autem scriptor adeo solide ac nervose tria priora capita historiæ Sirmondianæ de Prædestinatianis confutat, ut Ludovicus Cellotius in historia Gottescalcana, in qua Maguinum refellendum suscepit, libro 2. capite 2. ubi de Prædestinatianis agit, ne verbum quidem pro suo Sirmondo eidem Maguino reponere potuerit. Magnus ecclesiasticorum Annalium scriptor Baronius tradit libros de Prædestinatione Sanctorum & de Dono perseverantiæ, contra Semipelagianos scriptos fuisse, itemque Prosperum & Hilarium Ro-

D mam profectos adversus eosdem a Cælestino literas obtinuisse. Quæ sane tam certa sunt, quam falsa illa quæ ex Sirmondo retulimus. Idem tamen Baronius in quibusdam cum Sirmondo concinit; nam ad annum 490. hæc de Prædestinatianis scribit: *Post S. Augustini obitum prodiisse quosdam, qui ex eius scriptis male perceptis complures invexerunt errores, quos S. Augustini nomine & auctoritate defendere conabantur. Sed eos, pro defensione ipsius S. Augustini agens, S. Prosper valide confutavit. Dicebantur isti, ut Sigebertus adnotavit hæresis Prædestinatorum sectatores.*

tores. Hæc ille. In primis falsum est, Adrumetinos monachos Prædestinatianæ hæresi initium dedisse. Immo apud illos Semipelagianismus exortus est; at in ipsis cunis ab Augustino suffocatus fuit. Nam cum S. Doctor accepisset, quosdam Adrumetinos monachos in sinistras opiniones de divina gratia & hominis arbitrio prolapsos, quo eosdem ab errore revocaret, librum statim perscripsit de Gratia & libero arbitrio. De quo lib. 2. Retract. cap. 66. hæc habet: *Propter eos qui, cum defenditur Dei gratia, putantes negari liberum arbitrium, sic ipsi defendunt liberum arbitrium, ut negent Dei gratiam, asserentes eam secundum merita nostra dari; scripsi librum, cuius titulus est: De Gratia & libero arbitrio. Ad eos autem scripsi monachos Adrumetinos, in quorum monasterio de hac re cœperat esse contentio.* Hic ergo liber non fuit scriptus contra Prædestinatianos, qui libero arbitrio sublato, omnia gratiæ dabant, sed contra Pelagianorum reliquias asserentes liberum arbitrium auferri, si nulla hominis merita divinam gratiam antecedant. Sanctus Doctor a cap. 4. eius libri usque ad finem, totus in eo est ut probet, gratiam nulla hominum merita supponere: quod ex delatione Cresconii & Felicis intellexerat, quosdam oppositum docentes, ipsius ad Xyxtum epistolam, in qua error ille refellitur, impugnare. Profecto nonnullos memorati cœnobii monachos Augustini dicta reprehendisse, ex Evodii fragmento a Sirmondo recitato deducitur. *Legant ergo*, inquit, *sancti Dei maiorum dicta, sicut iam dixi, qui habent divini muneris pium affectum, & quando non intelligunt, non cito reprehendant, sed orent ut intelligant*. At Prædestinatiani tantum abest ut Augustini dicta erroris incusarent, quin potius ex uno Augustino durum illud dogma se deducere arbitrarentur. Illis enim erat, ut Sirmondus ceterique eiusdem opinionis scriptores contendunt, Augustinus puppis, ac prora, & sacra anchora in tempestate. Hinc Valentinus Adrumetinorum abbas nolebat ea dissidia Augustino innotescere. Pudebat enim ipsum, quosdam e suis sancti Patris doctrinam censuræ subiicere. Hinc in epistola ad Augustinum comparat eosdem cum iis discipulis, qui cum verba Domini non intelligerent, eidem obloquebantur Iohan. 6. *Non culpa*, in-

A quit, *Domini dicentis, sed duritia impiissimi cordis*. Idem Augustinus in laudato volumine cap. 18. ait: *Nemo ergo vos fallat, fratres mei, quia nos non diligeremus Deum, nisi nos prior ipse diligeret*. Hoc ipsum ex epistola Prosperi ad Augustinum aperte colligitur: hæc enim de Semipelagianis scribit: *Cum aliquamdiu tarditatem suam culpare maluerint, quam non intellecta reprehendere, quidamque eorum lucidiorem super hoc atque apertiorem beatitudinis tuæ expositionem voluerint postulare, evenit ex dispositione misericordiæ Dei, ut cum quosdam intra Africam similia movissent,* B *librum de Correptione & gratia plenum divinæ auctoritatis emitteres*. Et Hilarius in epistola ad eumdem Hipponensem Patrem, una cum memoratis Prosperi literis scripta, ait: *Librum etiam de Gratia & libero arbitrio non habemus. Superest ut eum, quia utilem quæstioni confidimus, mereamur accipere*. Ex quibus inferimus eosdem tumultus, quos in Gallia contra Augustinum Massilienses conciverant, dudum ab Adrumetinis fuisse in Africa suscitatos, & Semipelagianos in Galliis, eisdem libris quos ad Adrumetinos Augustinus miserat, posse convin-

C ci. Sane duo illi monachi, qui ad Augustinum profecti Adrumetina dissidia eidem significarunt, Florum monachum Semipelagianorum opinionem defendere testati fuerant. Hæc enim Valentinus scribit: *Servi tui Flori*, inquit, *hæc fides est, Pater; non sicut fratres illi sunt locuti. In præsentiarum audierunt ab eo dictum, non iuxta merita nostra dari donum pietatis, sed per gratiam Redemptoris*. Florus ergo ea contestatione obiectum sibi errorem coram ipsismet delatoribus refutavit. At Augustinus in epistola 46. rogat Valentinum, ut ad se Florum mit-

D tere dignetur. *Melius autem*, ait, *facietis, quod multum rogo, si ipsum a quo dicunt se fuisse turbatos, ad me mittere non gravemini. Aut enim non intelligit librum meum, aut forte ipse non intelligitur* &c. Florus uti Semipelagianismi auctor delatus fuerat: quare ne ex unius errore ceteri in pravas de divina gratia opiniones descenderent, cum eodem loqui Augustinus optabat. Totus ergo Adrumetinorum error, non Prædestinatianorum, sed Semipelagianorum fuit.

Opponunt Sirmondus aliique, Augustinum epistola 46. ad Adrumetinos hæc

hæc initio statim scribere: *Nobis retulerunt* (nempe Cresconius & Felix) *monasterium vestrum nonnulla dissensione turbatum, eo quod quidam in vobis sic gratiam prædicent, ut negent hominis esse liberum arbitrium*. Quis autem ex his non intelligat, hosce monachos ita sentientes in Prædestinatiano luto hæsisse? Verum ex ipso Augustino satis erudite responsionem Maguinus petit: qui initio libri de Gratia & libero arbitrio, cum præmisisset se pluribus disputasse contra liberi arbitrii adversus divinam gratiam defensores, addit: *Sed quoniam sunt quidam, qui sic gratiam Dei defendunt, ut negent hominis liberum arbitrium, aut quando gratia defenditur, negari existiment liberum arbitrium; hinc aliquid scribere ad vestram charitatem, Valentine frater & cetcri qui simul Deo servitis, compellente mutua charitate curavi*. Disiunctim Augustinus loquitur, quasi delatoribus haud integram fidem commodaret. Nam *simplicitas eorum* Augustino innotuerat, uti scribit epistola 46. non quod quidquam fingere voluerint, sed quod præ illis in quæstionibus imperitia, non satis congruenter & apte rem exponere potuerint. Noto autem hæc ibidem S. Patris verba: *Proinde librum vel epistolam meam quam secum ad vos supradicti attulerunt, secundum hanc fidem intelligite, ut neque negetis Dei gratiam, neque liberum arbitrium sic defendatis, ut a Dei gratia separetis; tamquam sine illa vel cogitare aliquid, vel agere secundum Deum ulla ratione possimus: quod omnino non possumus*. Cur non dixit Augustinus, *ut neque negetis liberum arbitrium?* nisi quia exacte duobus illis monachis interrogatis, cognovit nullum syncellitarum Adrumetinorum lecta memorata epistola ad Xyxtum, errorem adeo crassum induisse. Ibidem tamen Semipelanismum plane fugiendum iubet, quod in eodem quosdam monachorum esse cognoverat: unde ad eumdem errorem ex illorum mentibus extirpandum, legit eisdem epistolam Cypriani, uti pluribus S. Doctor edisserit epistola 47. Valentinus etiam in epistola ad Augustinum scribit: *Liberum arbitrium Dei gratia non negamus; sed per quotidianam gratiam proficere credimus, & adiuvari confidimus*. Nulli ergo id temporis erant inter suos Prædestinatiani liberum arbitrium negantes. Denique errasse Cresconium & Felicem, ex

A his Valentini de iisdem ad Augustinum rescribentis verbis intelligimus: *Nec sic anima sauciata curata est. Quibus propter ipsam pietatem sumptus dedimus, ne vulnera ipsorum cumularemus; quæ posset sanare libri huius gratia, in qua refulget tua sancta præsentia. Quibus profectis, quies & pax per omnes fratres exultavit in Domino*. Quare reliqui qui remanserant in monasterio, in sententia de gratia & libero arbitrio conveniebant; a quibus ii tantum qui ad Augustinum & Evodium profecti sunt, dissidebant. At cum illos

B errasse & Valentinus testetur, & ex Augustino etiam aperte colligatur, concludendum est, eosdem fuisse io errore; quem postea Semipelagiani in Galliis asseruere, existimantes negari arbitrium ab iis, qui gratiæ efficaciam, atque absolutam salvadorum electionem, ex epistola 105. ad Xyxtum optime defendebant. Ex his patet, Prædestinatianam hæresim apud Adrumetum in Africa mioime exortam.

At quod neque eadem Cælestino Pontifice in Galliis emerserit, neque a Prospero impugnata, vel a Pontifice damnata fuerit, mihi persuasum est. Neque

C novos homines hoc ipsum probaturus in testes vocabo, sed ipsummet Prosperum, quem pro se testimonium dicere Sirmondus putavit. Hæc ille ad Augustinum scribit: *Multi ergo servorum Christi, qui in Massiliensi urbe consistunt, in sanctitatis tuæ scriptis quæ adversus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant Patrum opinioni & ecclesiastico sensui, quicquid in eis de vocatione electorum secundum Dei propositum disputasti*. Non ergo isti erant Prædestinatiani, qui sententiam S. Doctoris de vocatione electorum non impugnabant, sed eamdem uti Pauli Apostoli

D dictis conformem totis lacertis defendebant. Quid vero sententiæ Augustini obiicerent, paulo inferius narrat in hæc plane verba: *Hoc autem propositum vocationis Dei, quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani, eligendorum & reiiciendorum dicitur facta discretio, ut secundum quod placuit creatori, alii vasa honoris, alii vasa contumeliæ sint creati, & lapsis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem teporis adferri* &c. *Removeri itaque omnem industriam, tollique virtutes, si Dei constitutio humanas præveniat voluntates, & sub hoc prædestinationis*

nomine

nomine fatalem quamdem induci neceſſitatem. Hæc aliave plura ſcribit laudatus Patet. Quæ quidem Sirmondus ita accepit, ac ſi Proſpet ibidem illa a ſuis adverſariis aſſerta, quaſi io illa eſſent ſententia, ptonuntiaſſet. Sed non is Proſperi ſenſus fuit. Nam illa ut Auguſtino a Maſſilienſibus obiecta recitavit, tamquam abſurda, quæ Auguſtini de abſoluto prædeſtinandi decreto ante præviſa merita ſententiam conſequerentut. Id enim ex epiſtolæ contextu patet. *Removeri*, dicebant, *omnem induſtriam, tolli que virtutes, ſi Dei conſtitutio humanas præveniat voluntates*. At de Prædeſtinatianis dixiſſet non quidem, *ſi Dei conſtitutio*, ſed *eo quod Dei conſtitutio* &c. Immo Prædeſlioatiani, ſi qui fueruot, numquam adeo ſtulti ac paupertini ingenii fuiſſe credendi ſunt, ut dixerint tolli virtutes; cum plane aſſeruerint eaſdem abſque noſtra induſtria nobis minime cooperantibus cælitus donari: neque etiam dixere, illud decretum *ſanctis occaſionem teporis adferre*. Calviniſtæ enim, qui veri Prædeſtinatiani ſuut, ea parodoxa negant ſe admittere, cum tamen reapſe eadem devotare cogantur. Hinc Auguſtions in lib. de Dono perſever. cap. 15. & 16. reſpondet Maſſilienſium obiectionibus, docens prædeſtinationem abſolutam neutiquam ſanctis torporem iniicere: ubi cap. 15. ſeribit in ſuo monaſterio monachum quemdam ex prava divinæ præſcientiæ conſideratione apoſtatam evaſiſſe. Unde Sirmondus Prædeſtimatianis ſuis in Hipponenſi Auguſtiniano monaſterio natales maiori ſorte iure poterat aſſignare. Rurſus ſcribit dicere eoſdem, Auguſtinum epiſtolam Pauli ad Romanos, nova ac aotiquis interpretibus contraria expoſitione explicaſſe: gratiam omnibus hominibus univerſe ac generatim offerri; apprehendi vero ab iis qui quærunt, petunt, & pulſant: Chriſtum Dominum pro omnibus mortuum; aliaque permulta quæ non modo Prædeſtinatianis diſplicebant, ſed oppoſitas etiam ſententias, uti præcipua ſectæ theotemata, ptopugnabant. Non ergo contra Prædeſtinatianos, ſed adverſus Semipelagianos epiſtola Proſperi ſcripta fuit. Hinc dicit *viris ſpiritum Pelagianæ impietatis illudere*: quos etiam inſerius *Pelagianæ pravitatis reliquias* ignominiæ cauſa nuncupat. Prædeſtinatiani au-

A tem e diametro, ut aiunt, contra Pelagianos ſtabant. Hoc ipſum ex Hilarii epiſtola probari poſſet. At ea plane tota exſcribenda foret: ubique eoim Semipelagiani deſcribuntur, nec una ſaltem linea Prædeſtinatianos deſignat.

In his quidem nobis cum Baronio convenit. At quod vir inſignis putavit Proſperum contra Prædeſtinatianos ſcripſiſſe, in hoc eidem conſentire non poſſumus. Proſper non eos reſellit qui ſuos errores *S. Auguſtini nomine & auctoritate defendere conabantur*, ut ſcribit laudatus Cardinalis, ſed illos qui Auguſtino oblo-

B quentes, per ſummam iniuriam eidem immania errorum portenta affricabant: quo univerſos ab illius ſententiis deſendendis revocareot. Hoc facillime oſtendetur, ſi per ſingula Proſperi opuſcula diſcurramus. Scripſit Proſper reſponſionem ad capitula Gallorum, quibus S. Auguſtini doctrinam contra Pelagianos, ut ait in præfatione, *viſum eſt aut non intelligendo, aut intelligi eam nolendo, reprehendere*. Profecto iſti non fuere Prædeſtinatiaoi, qui io uoo Auguſtino opinionis patrocinium locabant. Idem reſpondit obiectis Vincentii, qui ea ipſa

C quæ Prædeſtinatiaoorum dogmata fuiſſe publicant, Proſpero ac reliquis S. Auguſtini deſcoſoribus imponit. Unde huie merito iratus Aquitanus Doctor ſcribit in proœmio: *Contexunt enim, & qualibus poſſunt ſententiis comprehendunt ineptiſſimarum quarundam blaſphemiarum prodigioſa mendacia, eaque oſtendenda & ingerenda multis, publice privatimque circumferunt, aſſerentes talia in noſtro eſſe ſenſu, qualia diabolico continentur Indiculo. Quæ falſo in nos ad excitandam invidiam iactitari, facile & ſufficienter ſubſcriptione unius probaremus anathematis, niſi malignitas eorum*

D *qui ſe gravari putant, ſi de nobis bene ſentiatur* &c. Ex his Proſperi verbis patet, Auguſtinum eiuſque diſcipulos, tamquam Prædeſtinatianæ hæreſeos aſſertores, a Semipelagianis accuſatos fuiſſe. Hoc ex collatiooe obiectionum Maſſilienſium, & errorum Prædeſtinatianis adſcriptorum, paulo poſt demonſtrabo. Scripſit inſuper Proſper eruditiſſimam epiſtolam ad Rufinum, in qua hæc leguntur: *Cui* (Auguſtino) *inter tot certaminum palmas, inter tot triumphorum coronas, ad illuminationem Eccleſiæ, & ad gloriam Chriſti, qua ipſe illuſtratus eſt, præfulgenti, quidam*

dam

dam nostrorum (quod de ipsis multum dolendum est) occultis sed non incognitis susurrationibus obloquuntur; & prout sibi noxias aliquorum aures opportunasque repererint, scripta eius quibus error Pelagianorum impugnatur, infamant, dicentes eum liberum arbitrium penitus submovere, & sub gratiæ nomine necessitatem prædicare fatalem; adiicientes etiam duas illum humani generis massas & duas credi velle naturas; ut scilicet tantæ pietatis viro Paganorum & Manichæorum ascribatur impietas. Neque hi erant Prædestinatiani; cum isti Augustino non obloquerentur, neque illi Manichæismum obiicerent, sed eximiis eumdem laudibus efferrent. Fuisse vero eos homines Semipelagianos, palam intelligimus ex iis quæ ibidem Prosper subnectit.

Quare manifeste constat, Prosperum editis apologiis, errores non quidem quos Prædestinatiani tradebant, sed quos Augustini hostes per summam calumniam de eodem Sancto Doctore, immo & de ipsomet Prospero publicabant, confutasse. Hinc in Galliis Prosper tamquam Prædestinatianæ sectæ professor passim traducebatur, quasi doceret *adversantia veritati*, teste Cælestino Papa in epistola ad Episcopos Galliæ. Sane hoc principale Prædestinarorum dogma esse ferebatur, Deum alios prædestinasse ad gratiam & gloriam, alios ad malum & gehennam, ut patet ex anathematismis Fausti. Hoc autem a Massiliensibus Augustino obiectum, non vero a Prædestinatianis sub nomine Augustini defensum scribit S. Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 30. *Non autem ignoras, etiam præterito tempore illi luculentissimo S. Augustini operi, quod scripsit de Prædestinatione Sanctorum, a quibusdam Gallis obiectum; quod B. Augustinus in assertione prædestinationis divinæ peccatores non ad solum prædestinatos diceret iudicium, sed etiam ad peccatum: cuius dicta, quia ipse celeri præventus est obitu, Prosper vir eruditus & sanctus, recta defendit fide & copioso sermone.* Postea duobus Massiliensium obiectis recitatis, addit: *Huic itaque pravitati, quæ B. Augustini dictis non ex veritate, sed ex livore obiiciebatur, tali Prosper sermone respondit.*

Cum vero doctissimi fere omnes in Gallia Massiliensibus ac Lerinensibus adhærerent, Augustinianam non modo sen- A tentiam de gratuita prædestinatione ad fidem abhorrebant, verum etiam quoslibet eiusdem sectatores *Prædestinatos* igoominiæ causa appellabant. Ita Prosper ille Tiro, ita etiam Arnobius iunior loquebantur. Hic in psal. 146. ait: *Ostendimus tibi antecedentem gratiam Dei generalem omnium hominum bonam voluntatem. Nota tibi, Prædestinate, quod loquor: Omnium generaliter bonam voluntatem Christi. Gratia hoc ordine quod diximus, antecedit, si tamen pro omnibus passus, si non negas pro omnibus mortuum, si cum Apostolo asseris quod* omnes homines vult salvos (Timot. 1.) B fieri. *Age nunc, tolle te a generali gratia, ad specialem accede, & similiter cum Apostolo clama: Non omnis generaliter homo salvus erit.* Scriptor iste a nonnullis perperam asseritur vixisse ante exortas de prædestinatione controversias; cum tamen hæresis Prædestinatorum palam mentionem faciat. Idem enim in psal. 108. scribit: *Nota ex arbitrio evenisse ut nollet, propter hæresim quæ dicit, Deum alios prædestinasse ad benedictionem, alios ad maledictionem.* Ceterum hic Arnobius non obscure Semipelagianum se prodit. Nam in psal. 90. ubi plura dixit, quæ expen- C dere non vacat, addit: *Latus sinistrum quod noluit nominare, liberum arbitrium est, contra quod minor pugna laxatur. In dextra autem Dei auxilium est, & ideo prius nominavit latus, quia in arbitrio est ut credas prius; ut dum credideris, gratiam consequaris.* At hic Arnobius strenuum invenit advocatum. Nam Vossius libro 1. Hist. Pel. cap. 11. ait, alibi ab Arnobio poni generalem gratiam omnem voluntatis actum antecedeotem; dein ipsum motum bonum voluntatis; tamdem gratiam quæ hæc consequatur, quam nostri Theologi iustificaotem dicunt. Sed au- D diamus Arnobii verba, nam mallem non modo hunc, sed neminem extitisse umquam, vel modo extare Semipelagianum; non quod ab ipsis Augustino meo quidquam timeam, sed quod optimorum ingeniorum vicem etiam atque etiam doleo. *Obiicitur hoc loco*, inquit, *nos hoc ita dicere, ut videamur hominis voluntatem ostendere, quod Dei gratiam antecedat.* Nolebant homines isti videri in hac esse seotentia, quæ superbiam oleret maximam, quasi priores ipsi quæ salutem spectant, operarentur: quod tamen post S. Augustinum eiusdem disci-

puli

puli acerrime contra ipsos urgebant: at per calumniam hoc sibi opponi respondebant, cum reapse assererent a divina gratia humanam voluntatem semper in negotio salutis præveniri. Iuvat tamen iterum ab eodem eo ipso loco audire quam gratiam intelligat. *Vigilanter*, inquit, *age & non calumniose, & vides gratiam Dei generalem super omne hominum effusam genus. Omnes antecedit gratia multiplici largitate diffusa. Descendit de cælo Deus, homine non volente: docuit exemplo & verbo, homine non rogante: signa multa & virtutes ad se manifestandum exercuit, homine etiam prohibente: mortalitatem nostram suscepit, homine ignorante: irrisus, crucifixus, inter homicidas mortuus, sepultus, resurrexit, & in cælos ascendit. Hæc omnia ad hominis salutem, ad hominis liberationem, ad hominis redemptionem, ad hominis coronam, ad hominis gloriam exercuit Christus*. Et postea: *Ostendimus tibi antecedentem gratiam Dei generalem omnium hominum bonam voluntatem*. At quid sunt omnia ista, nisi extrinseca quædam gratia, fidelibus atque infidelibus communis? cuius pallio vel ipsius divinæ hostis gratiæ Pelagius hæresim voluit obducere, dum in lege, exemplo, & doctrina Christi gratiam collocavit; contra quem toto conatu S. Augustinus in libro de Gratia Christi a cap. 10. decertat. Asserenda enim est præter illa extrinseca Dei beneficia gratia intus excitans, qua ad credendum legi, exemplis, ac miraculis moveamur. Eo etiam pacto Faustus excitari a divina gratia hominis arbitrium fatebatur; sed illa gratia erat tantum extrinseca ex Pelagiana officina asportata. Verba Fausti sunt lib. 1. cap. 27. *Quid est autem attrahere, nisi prædicare, nisi scripturarum consolationibus excitare, increpationibus deterrere, desideranda proponere, intentare metuenda, iudicium comminari, præmium polliceri?* Quem dicendi modum impugnarat laudatus Augustinus cap. 14. Insuper Arnobius & Faustus sibi concinunt. Ille enim in psal. 46. ait: *Non enim prius baptizaris, & sic velle incipis credere; sed prius voluntatem tuam perfectam exhibes Sacerdoti, & confessionem tuam tuis labiis pandis, & ita demum ad gratiam, ut consequaris, attinges. Quam consecutus confiteberis, quia omnia Dei dona credendo & desiderando consecutus es*. Iste vero lib. 2. cap. 8. ait: *Vides, quia non tribuitur munus salutis, nisi prius interrogetur desiderium voluntatis. Sed & cum venerit ad baptismum, prius accedentis voluntas inquiritur, ut regenerantis gratia subsequatur. Et in Centurione Cornelio, quia præcessit voluntas gratiam, ideo prævenit & gratia regenerationem*. Quod ipsum de Cornelii fide Semipelagianorum Pater Cassianus olim docuerat Collat. 13. cap. 15. Omnes vero simul damnavit Arausicana synodus post canonem 25. Hæc fusius de isto Arnobio adnotavi, ut palam fiat eius sæculi scriptores, qui contra Prædestinatos se stare profitebantur, puros putos Semipelagianos fuisse, qui S. Augustini defensores invidioso Prædestinatianorum nomine onerabant,

At ex Fausti libris & epistola ad Lucidum, & huius palinodia, Prædestinatorum non modo nomen sed & dogmata grandioribus veluti tibiis insonuere. Lucidus ex synodi præscripto hosce errores damnat in libello ad Gallicanos Episcopos transmisso. *Proinde*, inquit, *iuxta prædicandi statuta concilii, damno vobiscum sensum illum qui dicit*.

I. Laborem humanæ obedientiæ, divinæ gratiæ non esse iungendum.

II. Qui dicit post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis extinctum.

III. Qui dicit quod Christus Dominus Salvator noster mortem non pro omnium salute susceperit.

IV. Qui dicit quod præscientia Dei hominem violenter compellat ad mortem, vel quod Dei pereant voluntate qui pereunt.

V. Qui dicit quod post acceptum legitime baptismum, in Adam moriatur quicumque deliquerit.

VI. Qui dicit alios deputatos ad mortem, alios ad vitam prædestinatos.

Gennadius Massiliensis in catologi Hieronymiani de hæresibus appendice, sic errores eorum proponit.

I. Prædestinatiani sunt qui dicunt, quod Deus non omnes homines ad hoc creavit, ut omnes salventur, sed ut multitudine hominum ornetur mundus,

II. Quod etsi generali prædicatione dicat, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos; *non tamen omnes ea voluntate vocet ut omnes sequantur vocantem*. Matth. 11.

III. Sed nec omnes qui ipso inspirante obediunt vocationi, dicuntur accipere exe-

quendi in bono opere perseverantiam, sed post multos labores & iustitiæ fructus, si non sint de salvandorum numero, subtrahendas eis vires agendi, ne perdurent in bono.

IV. Et e contrario illos qui prædestinati sunt ad vitam æternam, etiamsi in perfidia vel in omni genere peccati longo tempore volutentur, accepturos occasionem qua & credant in Deum, & secundum Dei præceptum vivant, ut possideant societatem iustorum.

V. Tali defensione id docere student, quod Deus personas hominum accipiat.

VI. Quod alios etiam invitos post multa mala opera attrahat ad salutem, alios post bona opera reiiciat, & compellat in malum, quo pereant in æternum.

Verum hæc duodecim dogmata, quæ a Prædestinatianis asserta volunt, sunt illa ipsissima obiecta, quibus olim Massilienses S. Augustini sententiam de prædestinatione gratuita gravabant; quo eamdem in invidiam, immo odium atque detestationem traherent. Prima sane Lucidi propositio a S. Prospero non recitatur; ad gratiam enim, non ad prædestinationem pertinet. Ceterum S. Augustinus lib. de Dono persev. cap. 14. & 15. clare ostendit nostrum laborem divinæ prædestinationi iungendum. Reliquæ habentur apud Prosperum inter obiectiones Gallorum & Vincentianas: quod breviter ad oculum demonstro. Secunda est: *Post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis extinctum*. Et hoc Galli obiiciebant ex Augustini doctrina sequi: *Quod liberum arbitrium in homine nihil sit*. cap. 6. Tertia habetur cap. 9. & 1. obiectionum Vincentianarum: *Quod Dominus noster Iesus Christus non pro omnium hominum salute & redemptione sit passus*. Quarta est obiectio cap. 1. Gallorum: *Quod ex prædestinatione Dei, velut fatali necessitate, homines ad peccata compulsi cogantur in mortem*; quæ repetitur rursus ibidem capite 11. Quinta est obiectio c. 2. eorumdem *Quod ab eis qui non sunt prædestinati ad vitam, non auferat baptismi gratia originale peccatum*. Sexta fuit celebris obiectio Semipelagianorum, teste D. Fulgentio libro 1. ad Monimum cap. 30. cuius verba superius laudavimus. Faustus. etiam lib. 1. de Grat. & libero arb. cap. 4. ait: *Si ergo unus ad vitam, alter ad perditionem, ut asserunt, est deputatus, sicut quidam Sanctorum dixit, non indicandi nascimur, sed iudicati*. Quam obiectionem diluit Prosper in resp. ad 15. Gallorum. Rursus dogmata Prædestinatianorum, prout a Gennadio referuntur, in terminis habentur itidem in obiectionibus Vincentii & Gallorum. Prima thesis est obiectio Gallorum cap. 13. *Quod quidam homines non ad hoc a Deo creati sunt, ut vitam adipiscerentur æternam, sed ut habitum tantummodo sæculi præsentis ornarent, & ad utilitatem nascerentur aliorum*. Secunda est obiectio ipsorum Gallorum cap. 5. *Quod qui vocati sunt, non æqualiter sint vocati, sed alii ut crederent, alii ut non crederent*. Tertia est obiectio Vincentii cap. 13. & Gallorum cap. 12. *Quod quibusdam vocatis, & pie iusteque viventibus, obedientia subtrahatur, ut obedire desistant*. Vide cap. 3. Quarta una cum superiori habetur apud S. Augustinum cap. 15. de Dono persev. ubi Massiliensium querelas, quibus ipsius de perseverantia & prædestinatione sententiam arguebant, refert his verbis: *Verumtamen si qui estis necdum vocati, quos gratia sua prædestinaverit eligendos, accipietis eamdem gratiam, qua velitis & sitis electi. Et si qui obeditis, si prædestinati estis reiiciendi, subtrahentur obediendi vires, ut obedire cessetis*. Quinta est obiectio Gallorum cap. 4. *Quod non omnes homines vocentur ad gratiam*. Item apud Vincentium cap. 39. Commonit. *Audent etenim polliceri & docere, quod in ecclesia sua, id est in communionis suæ conventiculo, magna & specialis ac plane personalis quædam sit Dei gratia*. Unde sunt illa S. Doctoris epistola 105. *Quod personarum acceptorem Deum se credere existimant, si credant quod sine ullis præcedentibus meritis, cuius vult miseretur, & quem vult religiosum facit, parum attendunt quod debita reddatur pœna damnato, indebita gratia liberato*. Ultima thesis est eadem cum sexta Lucidi, & habetur cap. 1. Gallorum & 14. Vincentii. *Quod pars magna Christianorum catholicorum fidelium, atque sanctorum, quæ ad ruinam & perditionem prædestinata est* &c.

Ex his ad oculum patet, prodigiosa illa atque horrenda paradoxa, quæ Prædestinatianæ sectæ propria esse dicuntur, esse easdem omnino sententias, quas Massilienses a S. Augustino traditas fuisse calumniabantur; ut inde plurimorum opinio derivarit, nullos umquam fuisse tales

les hæreticos, sed sub Prædestinatorum nomine Augustinianæ doctrinæ defensores accusari. Illa sane effata quæstioni locum dedere, quod possunt in varios sensus distrahi, iuxta quorum intelligentiam eadem recipienda vel reprobanda indicantur. Prima ait: *Laborem humanum gratiæ non iungendum*. Si velit hominem non posse suis viribus petere, quærere, pulsare, nec ulla humani arbitrii industria adlaborare, ut primam gratiam demereat; est catholicorum sententia in Arausicana synodo can. 6. statuta; & opposita est damnata Semipelagianorum opinio. Si vero velit hominem post acceptam gratiam sanctificantem, debere ociosam ac desidem vitam vivere, nec precibus nec orationi vacare; errorem patentissimum præsefert. Altera est: *Post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis extinctum*. Si intelligatur extinctum ad bonum faciendum sine gratia ex meritis Servatoris Domini, est Arausicana sententia can. 13. & 22. Si vero contendat ita esse extinctum, ut nec in bonum opus nulla ex parte vitiatum possit umquam assurgere, Lutheri intolerabilis stultitia est. Tertia succedit: *Christum non esse mortuum pro omnibus*. Si explicetur, ita ut omnes homines reapse futuri sint participes gratiæ datæ per Christum, non universe vera iudicatur. Eteoim plerique nec infimi subsellii, parvulos io uteris matrum decedentes, nullam Christi gratiam participare existimant. Si vero meritis infinitis sanguinis Christi, vel humanæ eiusdem voluntati omnes salvare cupienti derogate velit, prorsus reiicienda est. Quarta additur, nempe *Deum compellere ad mortem*. Si intelligitur mors animæ, quæ est peccatum, hæresim sapit; si vero significetur secunda, quæ est perpetua afflictio animæ in barathro, catholicum dogma est, quod propugnat S. Fulgentius toto libro 1. ad Monimum, & ecclesia Lugdunensis io libro de tribus epistolis. Quod additur: *eius voluntatis esse ut homines pereant*, eamdem interpretationem suscipit, vel ut aiunt Scholastici, non positive id velle, sed negative, nempe quia non dat auxilium efficax perseverandi, sine quo homo perit. Quinta hæc propositio recensetur: *Quod post acceptum legitime baptismum, in Adam moriatur quicumque deliquerit*. Si ita accipiatur, ut in tenatis aliquid culpæ originalis remaneat post baptismum, est hæretica propositio. Si vero intelligatur remanere concupiscentia ex peccato originali derivata, quæ homines ad peccandum impellat; & ex originali eodem delicto dicatur Deus specialia quædam & congrua auxilia negare, est propositio vera; & quo ad priorem partem statuta in Tridentina synodo in decreto de peccato originali. Sexta denique propositio, *Alios deputatos ad mortem*, *alios ad vitam prædestinatos*, eodem modo ac quarta thesis proxime recitata, explicanda est.

Iam illius controversiæ solutio aperitur, nempe fuerint ne qui memoratas theses io damnato illo sensu defenderiot. Si enim quosdam fuisse constiterit, Prædestinatianos quoque hæreticos extitisse apparebit; sin minus tales inventi fuerint, ioiuriæ atque ignominiæ nomen erit, quo Semipelagiani Augustinianos onerare per calumniam consuevere. Ego quidem tempore Prosperi nullos fuisse Prædestinatianos arbitror: nemo enim horrida illa dogmata tunc defendebat. Sane nnmquam Prosper illa a quopiam defendi insinuavit, sed a Semipelagianis esse illas seotentias concinnatas & publicatas asseruit, quo S. Augustini & sectatorum de prædestinatione doctrinam in bonorum omnium detestationem traherent. Hinc S. Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 30. testatur, S. Prosperum diluisse ea *quæ beati Augustini dictis non ex veritate*, sed *ex livore obiiciebantur*. Dum video Prædestinatianorum nomen publicari a Fansto, ab Arnobio, a Gennadio, quos Semipelagianos fuisse certum est; id ultioni datum puto. Uti enim Prosper adversarios modo *Pelagii reliquias*, modo *Ingratos*, quod contra gratiam stabant, ignominiæ causa nuncupabat; ita etiam illi, ut pares vices redderent, Prosperum ac sectatores Prædestinatianos dicebant. Ceterum fieri potuit, ut nonnulli rudioris intelligentiæ ea dogmata, vel omnia vel aliqua, etiam iuxta reiectum a nobis sensum propugnarent. Sed hos nec eruditio nec numerus condendæ sectæ pares faciebat. Hoc ex epistola Lucidi patet, qui illis erroribus se adhæsisse ore proprio fatetur. Profecto insequenti sæculo Monimus quidam Afer, capitale dogma quod

Prædestinatianorum fuisse dicunt, nempe homines a Deo ad peccata prædestinatos, tenebat. Testem huius idoneum habemus Fulgentium lib. 1. ad eumdem Monimum cap. 3. *Hic dicta*, inquit *S. Augustini determinans, & ad me intentionem tuarum dirigens literarum, dicis sentire me iam, cur iterum hæc inculces: scilicet quod sæpius reluctante te mihi, prædestinationem non tantum in bono dici, sed etiam in malo, dum in malo prædestinationem te relegisse diceres; ipse docens aiebam, ad pœnam debitam, non ad malum faciendum, posse dici aliam prædestinationem: quod etiam tu, sicut scripsisti, confirmas. Scire te tamen asseris, quid & hic respondeam, ut tuear sententiam meam, hoc est interitum non dici nisi mortem. Et adiungis, interim legisse te hoc & adseverasse, etiam prædestinatum populum ad interitum.* Rursus Prædestinatiani nihil libero arbitrio reliquum fecisse dicuntur. Et in hac sententia quosdam fuisse testatur idem Fulgentius lib. 2. de Verit. prædest. & grat. *Verumtamen*, inquit, *quia plerosque novimus in quæstione gratiæ Dei & humani arbitrii non tenere discretionem, sed ita unum asserere, ut alterum nitantur auferre, cum gratia pietatis neutrum negari sinat* &c. Itaque plures, teste Fulgentio, ita omnia ad gratiam referebant, ut ansati nihil libero arbitrio adnitendum putarent, sed omnia a superioris aperto ore expectanda somniarent.

Accedit, Semipelagianos qui Augustini sententiam impugnabant, fuisse acerrimi & acuti ingenii. *Bona ingenia* eos dixit Augustinus cap. 20. de Prædest. SS. Cassianus, Hilarius, Vincentius, quales quantive fuerint, ex eorum libellis metiri abunde possumus. Quare cum isti subtilia argumenta contra Augustinianæ sententiæ professores exererent, fieri potuit, ut eisdem minus illis inquæstionibus versati succumberent, atque ad paradoxa & absurda dogmata concedenda cogerentur. Erat Augustini sententia, peccatum originale caussam fuisse reprobationis hominum. Illi urgebant, reprobari plerosque baptizatos; atque adeo, si eorumdem reprobationis caussa foret originale peccatum, istud minime illis fuisse in baptismo condonatum. Hinc fieri potuit, ut nonnulli ea via evaderent dicentes, *Quod post acceptum legitime baptismum, in Adam moria-*A*tur quicumque deliquerit*, ut dicebat Lucidus; vel quod in obiectione Gallorum legitur cap. 2. *Quod ab eis qui non sunt prædestinati ad vitam, non auferat baptismi gratia originale peccatum*. Quod argumentum plures Theologi etiamnum contra S. Augustini sententiam intorquent, ut dicemus in Vindiciis Augustinianis cap. 4. §. 10. Idem etiam contra Prædestinatianos suos Faustus lib. 1. cap. 15. pluribus inculcat. Ceterum homines qui damnata illa dogmata tradiderint, adeo obscuri nominis fuisse existimo, ut an vere tales quidam fuerint, apud do-B ctissimos dubium evaserit. Hinc in synodo Arausicana post canonem 25. hæc legimus: *Aliquos vero ad malum divina potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam, si sunt qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus*. Si autem plures reapse illo in errore fuissent, ac secta non infrequens eam thesim defendisset; haud ita dubie Patres locuti fuissent, sed eos absolute damnassent. Cum vero de illis dubitanter locuti sint, adeo viles ac paucos fuisse crediderim, ut ne extare quidem in orbe iudicarentur. C Hinc factum est, ut cum Hincmari factio anno circiter 850. Prædestinatianam hæresim adversariis in faciem veluti illideret; Patres qui eidem resistebant, hanc hæresim aliquando fuisse negarent. Sanctus Prudentius Episcopus Trecensis in lib. con. Iohan. Erigenam cap. 4. ait: *Tertiam vero hæresim quam Pelagianis contrariam asserit, qua ita donum gratiæ prædicetur, ut libertas arbitrii funditus auferatur, nec legimus nec audivimus*. Et postea: *Nescio quem elogio tertiæ tuæ hæreseos denotare volueris, nisi B. Augustini dictorum quæ præmisimus, immo catholico-*D*rum omnium fideliter veraciterque sequaces*. Idem omnino sensus fuit S. Rhemigii cum ecclesia sua Lugdunensi, in libro contra eumdem cap. 4. ubi ait: *Secunda hæresis dicit esse solius gratiæ. Quæ sit vel fuerit in Ecclesia, quæ ita prædicaverit sola Dei gratia hominem salvari, ut liberum hominis negares vel destrueret arbitrium, nobis minime compertum est*. Postea: *Quæ est ista secunda hæresis tam incognita, tam inaudita, quæ libero arbitrio denegato, solius gratiæ sit prædicatrix? Nisi quia, ut nobis videtur, disputator iste vel B. Augustinum latenter quasi hæreticum accusat*. Hi Patres non modo nullam

nullam umquam talem hæreſim extitiſſe traduot, ſed per calumniam tantum inventam eſſe pronuntiant, ad Auguſtinianam doctrinam de gratia & prædeſtinatione vituperandam. Sed, uti dixi, fieri potuit, ut cum Semipelagiani Doctores contra S. Auguſtinum argumentantes, ea dogmata ex eiuſdem doctrina veluti abſurda inferri contenderent; quidam pinguioris Mioervæ homines ea ipſa devorarent, cum tamen viri docti ex reſponſionibus Proſperi obiecta illa refellerent. Quare Prædeſtinatiani, ſi qui fuere, de ultima plebe & quos fundandæ ſectæ haud pares dixeris, fuiſſe nno dubito. Qui cum optime ſentirent de prædeſtinatione cum Auguſtino, adverſariorum argumentis ad illa abſurda admittenda cogebantur; ut ooo ſponte, ſed veluti adacti ea ſeoſiſſe eredendi ſint. Unde Semipelagiani ſuperbientes eadem de illis publicaverunt, quo ſententia de prædeſtioatiooe gratuita ab ſcholis penitus elminaretur. Hæc quidem ſit noſtra de Prædeſtinatiana hæreſi opinio.

Et hac quidem ſeotentia de Prædeſtinatiana hæreſi ſtatuta, de Fauſti epiſtola ad Lucidum, ac utraque ſynodo Arelatenſi & Lugduneoſi, ooſtrum quoque iudicium ferendum eſt. Scripſit Fauſtus ad Lucidum epiſtolam, ut eumdem ab erroribus, quorum delatus fuerat, revocaret: in cuius exordio hæc præfatur: *Grandis charitas eſt, parum cauti fratris errorem per Dei adiutorium & gratiam magis velle curare, quam ſicuti ſummi Antiſtites meditantur, a bonitate ſuſpendere.* Ex quibus deduco, Lucidi errores Gallicanis Epiſcopis innotuiſſe: uode & eccleſiaſticis cenſuris contra eumdem uti meditati fuerant. At Fauſtus meliora de Lucido promittens, atque eiuſdem corrigendi ſibi oous aſſumens, Patrum ſententiam ſuſpenderat. Quare in eiſdem literis ſex illi aſſerta damnanda propoſuit, quæ ſuperius recitavimus. Ibidem vero quo illi metum incuteret, hæc eidem ioterminatus fuit: *Huius autem epiſtolæ exemplar mecum retineo, in conventu ſanctorum Antiſtitum, ſi ita neceſſe fuerit, proferendum.* Et poſtea: *Quod ſi eam ſubſcriptam, ut dixi, tranſmittere nolueris, aperte adhuc te in errore perſiſtere ipſo ſilentio comprobabis, ac proinde iam neceſſitatem mihi facies ad perſonam tuam publicis conventibus exponendam.* Circumfertur hæc

A epiſtola ad Lucidum cum ſubſcriptionibus plurium & quidem inſignium Galliæ Antiſtitum, nempe Auxanii, Fauſti, Pauli, Eutropii, Pragmatii, Patientis, Euphronii, Megetii, Claudii, Leucadii, & Iuliani.. At Caniſius unum Fauſtum io eiuſdem ſubſcriptione recitat. Ex qua variatione eamdem epiſtolam uti commentitiam Maguinius explodit. Sed utrumque exemplar germanum eſt. Nam initio quidem Fauſtus epiſtolam a ſe tantum ſubſcriptam ad Lucidum miſit, cui cum Lucidus ſe eamdem epiſtolam approbare reſcripſiſſet; quo eiuſ-B dem correctio celebrior fieret, curavit, ut in illorum Patrum conventu una cum his ipſis memoratas literas ſubſcriberet. Hinc factum eſt, ut in quibuſdam exemplaribus poſt XI. illos Epiſcopos Lucidus ſubſcriptus legatur. Voſſius lib. 1. Hiſt. Pelag. cap. 48. cui conſentit Ludovicus Cellotius lib. 2. Hiſtoriæ Goteſchalci cap. 4. aliique, exiſtimavit Fauſti epiſtolam ſubſcriptam fuiſſe in ſynodo Arelatenſi, contra Prædeſtinatianos teſte eodem Fauſto celebrata, in qua XI. illi Epiſcopi ſederint. Hæc tamen procul a vero ſunt. Etenim ſi in ſyno-C do Arelatenſi literis Fauſti ea ſubſcriptio addita fuit, cur Leontius Epiſcopus Arelatenſis, totius conſeſſus Præſes, ac per univerſam Galliam Apoſtolicæ Sedis Vicarius, eaſdem non ſubſcripſit? Celebris eſt Hilari Papæ epiſtola ad Epiſcopos provinciæ Viennenſis, Lugdunenſis, Narbonenſis primæ & ſecundæ, & Alpium Apenninarum, in qua hæc iniungit: *Per auuos itaque ſingulos ex provinciis, quibus potuerit congregari, habeatur epiſcopale concilium; ita ut opportunis locis atque temporibus, ſecuudum diſpoſitionem fratris & coepiſcopi noſtri Leoutii, cui ſoli-D citudinem in congregaudis fratribus delegavimus, Metropolitanis per literas eius admouitis, celebretur.* Cur ergo Leontii nomeo illis in literis deſideratur, qui tameo Præſes primo loco nominandus erat? Reſpoodet Voſſius cap. 50. Auxanium, qui prior ſubſcriptus legitur, fuiſſe id temporis Metropolitam Arelateoſem: *Nobis ſane*, inquit, *veriſimile ſit, poſt Ravennium, Auxanium, poſt illum, Eonium Arelatenſi eccleſiæ præfuiſſe.* At labitur vir eruditus: nam inter Ravennium & Eonium Leontius Arelate ſedit. Quod non modo ex memoratis literis Hilari Papæ,

Papæ, verum etiam ex epiſtola Ruricii Epiſcopi Lemovicenſis ad Eonium Arelatenſem, aperte intelligitur; in qua hæc illi ſcribit: *Agnito tranſitu ſancti & venerabilis apud me recordationis Domini mei deceſſoris veſtri Leontii, animo & mente confuſus diu multumque triſtatus ſum.* Lib. 1. epiſt. 15. Ille autem Auxanius non fuit Epiſcopus Arelatenſis, ſed una cum Fauſto ad Hilarum Papam legatus ex Gallia venit. Idem etiam lites habuit cum Ingenuo Ebredunenſi de iure in Epiſcopatum Cemelienſem, ut ex epiſtola 4. Hilari liquet.

Ex his patet, memoratam illorum XI. Epiſcoporum ſubſcriptionem non ſpectare ad ſynodum Arelatenſem, ſed peractam fuiſſe in quodam privato eorumdem pro dedicanda baſilica, vel alio neſcio quo expediendo ſimul coactorum congreſſu. Notarunt autem Baronius ad annum 490. & Voſſius, horum plerosque a Sidonio in epiſtolis laudari. At in eo Voſſius erravit, quod Eutropium, qui quarto ibidem loco recitatur, illum eumdem putavit, ad quem lib. 1. epiſt. 6. & lib. 3. epiſt. 5. Appollinaris ſcripſit. Nam hic Eutropius non erat Epiſcopus, cum in epiſtola illa ſexta Sidonius illum invitet *ad capeſſenda militiæ palatinæ munia*, increpans eumdem, quod procul ab urbanis negotiis vivere deſtinaſſet *inter bubſequas ruſticanos ſubulcoſque roncantes*. Et in epiſtola libri tertii ſcribit ſe eiuſdem *faſcibus gratari*. Fuit enim Præfectus Prætorio Galliarum. Baronius etiam, quem Decampſius & Moraines ſecuti ſunt, pleroſque eorumdem Antiſtitum cum iis confundit, qui inſequenti ſæculo floruere in ſynodo Epaunenſi; Pragmatius ab illo ſtatuitur Auguſtodunenſis Epiſcopus, cuius feſta dies agitur X. Kal. Decembris. Claudius putatur Biſuntinus Epiſcopus, cuius memoria die 6. Iunii in Martyrologio recolitur. Iulianum vero arbitratur fuiſſe Antiſtitem Carpenctoratenſem. Et hi omnes Epaunenſem ſynodum ſubſcripſere; quam idem Cardinalis celebratam putat anno 509. Ceterum cum concilium Epaunenſe peractum ſit anno 517. ut ex hac ſubſcriptione S. Aviti Viennenſis patet: *Avitus ſubſcripſi die XVII. Kal. menſis VIII. Agapeto V. C. Coſ.* qui cum Anaſtaſio Aug. IV. anno 517. conſulatum geſſit; palam fit, Epiſcopos qui Fauſti literas ſubſignarunt tempore Leontii Arelatenſis, diverſos fuiſſe ab iis qui Epaunenſem ſynodum habuere. Et quidem Auguſtoduni non Pragmatius, ſed eius deceſſor Euphronius ſedebat, & ſeptimus eaſdem Fauſti literas ſubſcripſit. Cuius etiam epiſtolæ anno Imperatoris Valentiniani XXVIII. datæ ad Agrippinum meminit Idatius in Chronico. Patiens fuit Epiſcopus Lugdunenſis, ad quem extat Sidonii epiſtola 12. lib. 6. ad Pragmatium ibidem epiſtola 2. & ad Megetium lib. 7. epiſt. 3. recitantur. Pauli vero & Eutropii meminit Hilarus Papa in titulo literarum ad Epiſcopos Galliæ. Iulianum illum fuiſſe puto, cui Pomerius tres de Vita contemplativa libros inſcripſit. Claudii & Leucadii nuſquam mentionem factam legi, præterquam in epigraphe literarum Lucidi, de quibus proxime dicemus.

Interim Lucidus, cum paſſim in Gallia uti pravorum dogmatum profeſſorem ſe traduci intelligeret, quo famæ ſuæ conſuleret, palinodiæ libellum contexuit, quem ad Epiſcopos Gallicanos tranſmiſit, quorum nomina in epigraphe recitantur. Hos inter leguntur Leontius Metropolita Arelatenſis, S. Patiens Metropolita Lugdunenſis, & Mamertus Metropolita Viennenſis. Hæc autem Lucidus præfatur: *Correctio veſtra ſalus publica, & ſententia veſtra medicina eſt, unde & ego ſummum remedium duco, ut præteritos errores accuſando excuſem, & ſalutifera profeſſione me diluam. Proinde iuxta prædicandi recentia ſtatuta concilii, damno vobiſcum* &c. Cellotius ſcribit hunc retractationis libellum miſſum fuiſſe a Lucido ad Patres ſynodi Lugdunenſis, quæ in eadem cauſa poſt Arelatenſem habita fuit, teſte Fauſto in præfatione ad Leontium. Sed res mihi incerta eſt. Et potius ad Arelatenſis concilii Patres Lucidus videtur eas literas deſtinaſſe: hæc enim Synodus a Leontio contra Prædeſtinatianos coacta fuit. Audiatur Fauſtus: *Quod pro ſolicitudine paſtorali, beate Papa Leonti, in condemnando Prædeſtinationis errore concilium ſummorum Antiſtitum congregaſtis, univerſis Galliarum eccleſiis præſtitiſtis* &c. Et poſtea: *In quo quidem opuſculo poſt Arelatenſis concilii ſubſcriptionem, novis erroribus deprehenſis, adiici aliqua ſynodus Lugdunenſis exegit.* Quare cum Fauſtus laudet ſynodum *ſummorum*

Anti-

Antistitum, Arelate a Leontio peractam pro Prædestinatianis extirpandis, ad illius synodi Patres Lucidus scripsit, quorum sententia errores Prædestinatianorum damnati fuerant. De tempore horum conciliorum non una est scriptorum sententia. Nam Baronius ad annum 490. & synodos, & universa ea in causa a Fausto scripta recenset. Vossius toto cap. 50. memorato versat se ac vexat, ut utriusque concilii tempora statuat, ac denique re infecta concludit: *ergo inter annum* 472. & 494. *concilium utrumque peractum est*. Attamen certum est ante annum 494. laudatas synodos habitas fuisse; cum id temporis Lugduni sederet Rusticus, qui Epiphanium Ticinensem ad Burgundionum Regem legatum excepit. Tempore autem earum synodorum Patiens Lugdunensem cathedram tenebat; inter quem & Rusticum in Martyrologio Saussaii Lupicinus & Africanus interponuntur. Massiliæ anno 464. sacra admiointrabat Eustasius seu Eustachius, ex literis Hilari Papæ ad Episcopos Galliæ eo anno perscriptis; cui successit Græcus ex Sidonio lib. 7. epistola 2. At Græcus ex tabulis Sammarthanis ante annum 480. decessit, eum eo anno ibidem Cannatus Massiliensium Episcopus asseratur. Anno 494. eiusdem urbis Episcopus erat Honoratus ex Gennadio in calce sui catologi de Scriptoribus illustribus. Sirmondus putat relatas synodos peractas fuisse circa annum 475. Quæ opinio ceteris probabilior est. Tunc enim ex literis Sidonii, Patiens, Græcus, aliique qui in epigraphe literarum Lucidi leguntur, vivebant. Laudatus Gilbertus Maguinius utramque synodum Arelatensem & Lugdunensem fictitias asserit, itemque Lucidi epistolam; contendens omnia hæc subdola Fausti Reiensis arte composita; quo S. Augustini doctrinam sub nomine Prædestinatianæ hæresis a synodis Gallicanis damnatam venditaret. Sed his numquam assentiar. Quis enim de Fausto tantos sibi dolos persuadeat, qui coram universis Galliarum Episcopis tantorum mendaciorum architectum se sistere non extimuerit? Quo animo Leontio Metropolitæ doctissimo imponere ausus fuisset, quasi de remotissimis Asiæ rebus perscriberet, non vero de iis, quæ in duabus nobilissimis urbibus nudius tertius gesta fuerant? Opponit Maguinius nusquam, præterquam in Fausti libris, Romano illarum synodorum mentionem fieri. At hoc negantis argumenti genus lubricum est. Scimus Leontium Arelatensem ex Hilari decreto superius laudato synodos Gallicanas quotannis coegisse, quarum tamen nusquam memoria extat. Apologistæ Iansenii utramque synodum habitam fuisse concedunt. Addunt tamen eas conflatas ex Episcopis partim Semipelagianis, partim a Semipelagiano Fausto deceptis. Sed sine testibus hanc iniuriam doctissimis ac sapientissimis Patribus inurere non ausim. Illud verisimile videtur, Faustum mandati limites excessisse, dum non modo quorumdam Prædestinatianorum errores, ut iniunctum fuerat, confutavit, verum etiam ea occasione S. Augustini de gratuita prædestinatione doctrinam subruere conatus fuit.

CAPUT XVI.

Gennadius Massiliensis Semipelagianus. Moritur Faustus Reiorum Episcopus; de quo aliorum iudicia expenduntur.

CAssiani doctrina hoc sæculo fere exeunte strenuum nacta est laudatorem Gennadium presbyterum Massiliensem, qui in suo libro de Illustribus Scriptoribus Semipelagianos laudibus, Augustinum vero eiusque defensorem Prosperum dicteriis excepit. *Anno* CCCCXC. Etenim cap. 63. ubi de Eucherio, *Sed & Sancti*, inquit, *Cassiani quædam opuscula lato tensa sermone, angusto verbi resolvens tramite, in unum coegit volumen*. Prosperum vero a Cælestino Papa olim commendatum eidem catalogo inserens, cap. 84. quasi per contemptum, *Prosper*, ait, *homo Aquitanicæ regionis*. Deinde illum ut publicum alienæ famæ demunctorem accusans, addit: *Legi & librum adversus opuscula sub persona Cassiani, quæ Ecclesia Dei salutaria probat, ille infamat nociva*. Ubi Vincentius Lerinensis vocavit Prosperum criminatorem, hic eumdem infamatorem ignominiæ causa vocat. Rursus cap. 85. de libris Fausti Semipelagianis erroribus scatentibus ita iudicat: *Edidit quoque opus egregium de gratia Dei*. Unde ex Semipelagianorum laude, ac Prosperi reprehensione, fuisse illum Semipelagianum, nullus iure inficias ibit.

Sed

Sed nec veritus eſt errorem tantumque non hæreſim magno Auguſtino impingere, dum cap. 38. hæc de illo ſanctiſſimo Doctore ſcribit: *Catholicus permanſit tamen, & error illius ſermone multo, ut dixi, contractus, lucta hoſtium exaggeratus, necdum hæreſis quæſtionem dedit*. Quibus verbis S. Auguſtini de prædeſtinatione ſententiam citra dubium ſugillat. Etenim aliquam Auguſtini ſententiam uti erroneam traducit, & hanc lucta hoſtium exaggeratam dicit: quod de nulla eius ſententia adverſus Pelagianos propugnata dici poteſt. Nam tunc Gennadius Pelagianum aliquod dogma tamquam veritati conſonum adſtruxiſſet, cuius oppoſitum erroris inibi inſimulaſſet. Igitur de prædeſtinatione gratuita id accipiendum venit; cum contra illam initio omnes fere in Gallia conſpiraſſent; unde lucta eorumdem errorem exaggeratum, pronuntiat. Non tamen tradit eam opinionem tamquam hæreticam proſcriptam, cum plerique eamdem tuerentur. Gennadio concinit Fauſtus in epiſtola ad Græcum, dicens, *quid apud doctiſſimos in Auguſtini ſcriptis eſſe ſuſpectum*. Ita illi eamdem tibiam contra Auguſtinum inflant.

Florebat tunc Maſſiliæ Honoratus Epiſcopus, qui in Gennadii catalogo Scriptorum agmen claudit. Hunc in eadem ſententia cum Gennadio fuiſſe ſuſpicor, quod in libello de vita S. Hilarii Arelatenſis cap. 3. ſcribit: *Emenſo biennio, cum ad meriti proprii percipiendum ex merito præmium, ex vitæ huius curſu B. Pontifex vocaretur Honoratus*. Ut quid enim toties *meritum* in eodem verſu, & quidem *proprium* inculcat, niſi ut ex meritis prædeſtinatio divina ſuſpendatur? Hinc factum eſt, ut paulo poſt Caſſiano ac Fauſto a Gelaſio Papa in Romana ſynodo damnatis, uterque, Honoratus ſcilicet & Gennadius, libellum fidei Romam mittere coacti ſint, quo a Semipelagianorum ſententia procul ſe eſſe monſtrarent. De Honorato hæc ſcribit Gennadius: *S. quoque Papa Gelaſius Romanæ urbis Pontifex, per ſcripturam agnoſcens eius fidei integritatem, reſcripto ſuo probatam iudicavit*. Gennadius vero, quod ob laudes Semipelagianorum male audiebat, fidei libellum & ipſe Romam ad eumdem Pontificem deferendum curavit. Hinc capite ultimo ait: *Et opus de fide mea miſi ad Beatum Gelaſium urbis Romæ*

A *Epiſcopum*. Ita enim legendum tradit Voſſius lib. 1. cap. 10. Hiſt. Pelagianæ, non vero, uti communiter ponitur, *& hoc opus de fide mea*. Nam pronomen *hoc* non poteſt denotare librum de Scriptoribus illuſtribus: neque enim ille eſt liber de fide. Porro hunc librum putant illum eſſe, qui inter opera S. Auguſtini tomo 3. circumfertur ſub titulo *De Eccleſiaſticis dogmatibus* Gennadio enim adſcribitur ab Hadriano Papa in epiſtola ad Carolum Magnum, ubi Gennadium & Sanctum & Epiſcopum Maſſilienſem dicit. Antequam tamen de hoc libro B iudicium feram, adverto Gennadium duo illa capita nempe 99. & 100. ubi Honorati ac ſui ipſius librorum mentionem facit, addidiſſe poſt factam Romæ a S. Gelaſio Caſſiani ac Fauſti proſcriptionem. Nam ob laudes Semipelagianis datas male illum audiviſſe diximus. Unde quo ſe omni malæ ſuſpicionis onere apud Gelaſium exſolveret, una cum ſuo Epiſcopo libellum fidei tranſmiſit, eiuſque mentionem evulgato libro appendicis loco ſubtexuit. Unde in pleriſque M.S. codicibus neutrius nomen legitur, ut notat Suffridus in ſcholiis ad Gennadium.

C Videndum hic eſt, quo tempore Gennadius hunc librum de Scriptoribus illuſtribus ediderit. Inde enim nonnullorum dubiorum ſolutio, quæ infra ſunt diſcutienda, dependet. Baronius ad annum 490. pag. 443. ait: *Hoc anno moritur Theodulus celebris in Cœleſyria ſcriptor, de quo iſta Gennadius*: Theodulus presbyter in Cœleſyria ſcripſiſſe multa dicitur &c. moritur hic ſcriptor ante triennium regnante Zenone. *Hæc Gennadius poſt tres annos iſta ſcribens*. Itaque Baronio teſte librum de Scriptoribus illuſtribus ſcripſit Gennadius anno 493. Bene iſthæc D ſe haberent, ſi Theoduli mors anno 490. contigiſſet: atqui hoc incertum eſt, nec ullum laudat aſſertorem. Nam Marcellinus Comes in Chronico ſcribit floruiſſe Theodulum poſt Conſ. Baſiliſci II. & Armati anno 477. Ex Gennadio tantum colligitur, non vixiſſe poſt annum 491. quo mortuus eſt Zeno. Itaque ex eo textu Gennadii habemus, librum de Scriptoribus illuſtibus elucubratum non fuiſſe poſt annum 494. quoniam non diceret, *ante trienium regnante Zenone*. Quo vero ex illis tribus annis emiſſus ſit, in incerto eſt.

Lau-

Laudato libro de Ecclesiasticis dogmatibus infarta sunt plura capita ex Cælestini, ut putant, epistola ad Episcopos Galliæ, & quod caput est, magna immo maxima pars concilii Arausicani, itemque Carthagiensis a capite 22. inclusive usque ad 51. Baronius scribit nescire se, an ista capita addita fuerint a Gelasio ipsomet Pontifice, vel eiusdem iussu ab aliquo alio. At Gelasius nec per se hoc præstare, nec alteri id ipsum iniungere potuit; quippe qui decessit anno 496. Addita vero leguntur quatuordecim capita ex concilio Arausicano, quod celebratum est sequenti sæculo anno 529. Illa ergo additio est longe ipso Gelasio posterior. Neque vacat, a quo conflata fuerit, divinari. Difficile est, ubi de quopiam scriptore opinio invaluit, eidem integram fidem præstare. Hoc Gennadio accidit. Qui cum in libro de Scriptoribus illustribus, Semipelagianis favorem commodasset, eumdem etiam cum illis sentire in hoc posteriori volumine communis opinio est. Nam c. 21. hæc illum scribere opponunt: *Manet itaque ad quærendam salutem arbitrii libertas, idest rationalis voluntas, sed admonente prius Deo & invitante ad salutem; ut vel eligat, vel sequatur, vel agat occasione salutis, hoc est inspiratione Dei.* Item: *Initium ergo salutis nostræ Deo miserante habemus. Ut acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est: ut adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, divini est muneris: ut non labamur in adepto salutis munere, solicitudinis nostræ est & cælestis pariter adiutorii* &c. Ex his ecclesia Lugdunensis iam ab octingentis annis tomo 9. Bibl. PP. Gennadium Pelagiano dogmati consentientem arguit. *Hominem*, inquit, *absque laboris sui studio ad Deum pervenire non posse, non est catholicum, sed Pelagianum. Invenitur in libello, cui titulus est Dogmatum ecclesiasticorum, quædam talis definitio; sed omnino, ut alia nonnulla in eodem libello, Pelagiani erroris est.* Iansenius etiam Semipelagianismi eumdem accusat apud Aonatum lib. 7. sui Aug. cap. 2. §. 3. quia ibidem de homine lapso hæc tradit: *Postquam vero seductione serpentis per Evam cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter & vigorem arbitrii, non tamen electionem; ne non esset suum quod emendaret, nec merito indulgeretur quod non arbitrio diluisset.* Quasi infusæ gratiæ possit homo

A secundum propriam electionem vel resistere, vel obtemperare: quod Semipelagianum dogma ille pronuntiat.

Mihi horum iudicia non probantur. Et in primis minime Pelagianum est asserere, homini ad salutem obtinendam necessarium esse laborem; si labor non ex solis naturæ viribus, sed ex gratiæ præmoventis virtute prodeat. Vossius cap. 10. lib. 1. Hist. Pelag. ait: *Utrum bonum senserit Gennadius, certius statui posset, si eius adversus Pelagium libri extarent.* Sed patet in eo capite 21. quod Vossius recitat, bis hanc quæstionem Gennadium

B solvisse. Hæc enim docet: *Ut non labamur in adepto salutis munere, solicitudinis nostræ est & cælestis pariter adiutorii: ut labamur, potestatis nostræ est & ignaviæ.* Quam sententiam post quinque versus plenam reddit. At laborem nostrum esse necessarium ad salutem, his tradit Arausicana synodus post can. 25. *Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia, omnes baptizati, Christo auxiliante & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere.* Quæ est ipsa Gennadii sententia. Neque inde

C Semipelagianus vocari potest, quod dixit: *Ut acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est.* Nam etiam cum eligimus bonum, præparatur voluntas a Domino. Hinc S. Augustinus lib. de Prædest. SS. cap. 6. ait: *Multi audiunt verbum veritatis, sed alii credunt, alii contradicunt. Volunt ergo isti credere, nolunt autem illi. Quis hoc ignoret? quis hoc neget? Sed cum aliis præparetur, aliis non præparetur voluntas a Domino, discernendum est utique quid veniat de misericordia eius, quid de iudicio.* Cui sententiæ Gennadius totus inhæret. Etenim cap. 56. paucis

D verbis denuo plura a se superius dicta repetit, quibus initium salutis, progressum, ac consummationem in divinæ gratiæ virtutem refundit. *Nullum*, inquit, *credimus ad salutem nisi Deo invitante venire: nullum invitatum salutem suam nisi Deo auxiliante operari: nullum nisi orantem auxilium promereri: nullum Dei voluntate perire, sed permissu pro electione arbitrii* &c. Loquitur de gratia interna, non de illa Pelagii, quæ erat lex & doctrina; nempe de illa quæ datur orantibus. Cum de opere pravo disserit, id in solius arbitrii electionem reiicit; at dum de opere re-

ĉto & ſanĉto, non iam ſolam electionem A ob oculos ponit, ſed Deum auxiliantem & præparaotem voluntatem, ut bonum eligat. Et ſane non aliter potuit ſcribere Gennadius ad Gelaſium, quem ſciret Fauſtum ac Caſſianum reprobaſſe, quod initium ſalutis humanis viribus tribuerant, minuſque quam par erat, divinæ gratiæ detulerant. Quare Voſſii verbis concludo: *Speramus autem, non improbaturos iudicjum hoc noſtrum, qui illum animi candorem præſtare antiquorum monumentis ſciunt, quem ad labores ſuos cenſendos a poſteritate, modo victurum aliquid ſcriptis conſignarunt, optaut adſerri.*

B Circa hæc tempora arbitror Fauſtum deceſſiſſe, ante factam paulo poſt ſuorum librorum proſcriptionem. Attigiſſe illum imperium Anaſtaſii tradit Maurolicus apud Bollandum ad 16. Ianuarii. Gennadius, quem ſcripſiſſe diximus librum de Scriptoribus illuſtribus primo Anaſtaſii Imperatoris triennio, cap. 85. de Fauſto uti adhuc vivente loquitur; non ſolum quia quo Principe imperante mortuus ſit, non ſcribit, ut in aliis, ſed etiam quia bæc habet de eodem: *Sunt vero eius & alia ſcripta, quæ quia necdum legi, nominare nolui. Viva tamen voce* C *egregius doctor & creditur et probatur.* Centeſimum vitæ annum attigiſſe ex Sidonio teſtatur Savaro in ootis ad lib. 9. epiſt. 9. Nam hæc ad Fauſtum ſcribebat Sidonius: *Cuius ita dictis vita factiſque dupliciter inclaruit, ut quandoquidem tuos annos iam dextera numeraverit, ſæculo prædicatus tuo, deſiderandus alieno, utraque laudabili actione decedas, te relicturus exteris, tua proximis.* At ex his verbis taotum annorum numerum non colligi ibidem Sirmondus contendit: de quo alii iudicent. Sane decrepitam Fauſti ætatem inde deducimus, quod annno 433. D electus fuit tertius abbas Lerinenſium. Quis autem iuvenem ſuffectum putet Honorato & Maximo, taotæ ſanctitatis atque auctoritatis præfectis? Quare eumdem fere centenarium obiiſſe arbitramur. Uſus eſt proſpera valetudine: adeo ut Sidooius in laudata epiſtola ſcripſerit, mirari omnes quod Fauſtus non ſeneſceret. Maxima in æſtimatione fuit io univerſa Gallia: quod ex ſuperius dictis manifeſtum eſt. De illius libris de gratia & libero arbitrio iam ſatis abundedixímus. Aliam opinionem, cui obſtinatius adhærebat, literis tradidit, nempe nullam creaturam eſſe incorpoream. Unde non unum ob eam ſententiam adverſarium paſſus eſt. Claudianus presbyter Vienenſis S. Mamerti frater, tribus illum libris confutavit, ut tradit Gennadius c. 83. licet Fauſtum non nominet. Gennadius tamen in eadem Fauſti opinione videtur fuiſſe: nam his verbis librum de Eccleſiaſticis dogmatibus cooclusit: *Propter novellos legiſlatores, qui ideo animam tantum ad imaginem Dei creatam dicunt, ut quia Deus incorporeus recte creditur, etiam incorporea anima eſſe credatur; libere confitemur imaginem in æternitate, ſimilitudinem in moribus inveniri.* Eumdem etiam Fauſtum S. Avitus Epiſcopus Vienenſis in epiſtola ad Regem Burgundionum ſolide confutavit. Fauſtum contra Arianos ſcripſiſſe tradit Gennadius, cuius verba dabo. Nam & de libello vel epiſtola Fauſti, qua ſolum Deum incorporeum probat, mentionem ita facit, ut eiuſdem opiniooem tenere videatur: *Legi eius & adverſus Arianos & Macedonianos parvum libellum, in quo coeſſentialem prædicat Trinitatem, & alium adverſus eos qui dicunt eſſe in creaturis aliquid incorporeum, in quo & divinis teſtimoniis, & Patrum confirmat ſententiis, nihil credendum incorporeum præter Deum*, cap. 87. Ex illius libelli contra Arianos evulgatione eumdem ab Evarico Rege Ariano tunc in Gallis regnante, in exilium actum exiſtimo: nam alia me cauſa latet. Uſſerius cap. 13. de Antiquit. Britan. ſcribit Fauſtum dixiſſe ſe in exilio degere, quod bomo Britannus apud Reios in Gallia Antiſtes procul a patria morabatur. Sed vere extra Provinciam ſe in exilium detruſum noo ambigue idem Fauſtus ſignificat: ſiquidem epiſt. 6. ad Ruricium ait: *Propitia divinitate in ſecreto religionis congruo & tranquilliſſimo in ſilentio conſtituti, in quo Dominus ad rubiginem longa ſecuritate contractam ſalutiferæ lima caſtigationis admonuit; in hac inquam, qui & mana, ſi agnoſcamus, vocatione donati, dum novos cives commercio caritatis acquirimus, præſenti inſultamus exilio* &c. *Dum fideles famuli Dei in neceſſitatibus noſtris bonitatem ſuæ devotionis exercent, ſine ſede propria poſſeſſores, ſine poſſeſſione divites ſumus.* Quibus verbis infinuat ſe longa traoquillitate in epiſcopatu ſecurum, exilii caſtigatiooe a Deo admonitum, apud viros

ros religiosos se recepisse, quorum pietate, licet propria Sede eiectus, plura sibi possidere videbatur. Scripsit in exilio hæc ad Feliceem filium Flavii Magni, qui anno 460. consulatum ordinarium gessit: *Magnum pietatis & fidei testimonium, quod per tantarum vasta intervalla regionum, & per tot rerum interiecta discrimina, ad nos usque latitudinem nostræ charitatis extenditis. In hac relegatione nostra artifex Dei misericordia gemina exercet officia; nostram excutit paterna sedulitate rubiginem, & vestram circa nos dilucidat fidem, vestramque adprobat pietatem. Nos elimat benigna solertia*. Ibidem autem gratulatur Felici, quod Arelateosis Episcopi Leontii institutis ac præsentia fruatur. Si vero, ut ait Usserius, quod Reiis degebat, exilium se pati diceret; ubinam illa tantarum vasta intervalla regionum, cum alter Arelate commoraretur, nempe utroque in eadem provincia Narbonensi existeote? Restitutus est Reiis eo ipso anoo, quo Ruricius Lemovicensium Episcopus renuntiatus est. Lemoviceoses vero, Evarico Gothorum Rege Catholicos persequeote, Episcopo destitutos, novique Pontificis eligendi facultate regis imperio privatos, dolere se scribit Sidonius lib. 6. epist. 6. ad Basilium. Faustus quando a curis animum relaxare volebat, Lerinam suam repetebat teste Sidonio in Eucharistico.

Seu te Lirinus priscum complexa parentem est,
Quo tu iam fractus pro magna sæpe quiete
Discipulis servire venis.

Unus eorum fuit, qui pro pace Romanos inter ac Gothos componeoda insudavit, hæc scribente Sidonio ad Basilium lib. 7. epist. 6. *Tu sacratissimorum Pontificum Leontii, Fausti, Græci, urbe, ordine, charitate medius inveniris: per vos mala fœderum currunt: per vos regni utriusque pacta condicionesque portantur*.

Hanc tamen Fausti gloriam, iogentesque virtutes, quas de illo in fine carminis Eucharistici Apollinaris recitat, nimius propriæ sententiæ amor, atque etiam Augustinianæ doctrinæ impugnandæ libido offuscavit, ipsius libris non semel a Romanis Pontificibus damnatis. Eidem Reienses aras erexere, eiusque nomen sacris Gallicanæ ecclesiæ fastis inscriptum fuit. At Molanus e Divorum albo Faustum primus omnium expuoxit, cui assensus fuerat Cæsar Baronius: qui postea Reiensis ecclesiæ testimoo io admonitus, antiquum Fausto honorem restituit. Illius in Divorum catalogo memoriam una cum plurimis aliis SS. celebrat Bollandus ad diem XVI. Ianuarii. Dinamius Patritius Reiensis, qui commeotarium scripsit de miraculis D. Maximi ad Urbicum Episcopum Fausti successorem, ipsum Faustum in præfatione *beatissimum Antistitem* appellat. Trithemius in libro de Scriptoribus A. 496. & ex eo Ludovicus ab Angelis Augustiniani instituti vir, ac Doctor Conimbricensis lib. 5. de vita S. August. cap. 15. scribunt, Faustum primitus quidem Cassiani errores propugnasse, sed a S. Fulgentio Episcopo correctum. Nam *ipsemet fuit*, inquit Ludovicus, *qui postea summopere Augustinianam doctrinam defendit adversus illos, qui Prædestinatorum hæresim ad annos Domini 415. exsuscitarunt*. Hæc quidem unde hauseriot nescio. Etenim Fulgentius altero post Faustum sæculo vixit, cootra quem septem etiam libros annos 523. condidit, Fausto olim defuncto. Ille vero noster scriptor Fausti libros numquam se legisse significat: nam in illis sub alieno corio Augustinus vapulat. Sed nusquam Fausti palinodia apparet. Illæ vero seotentiæ quas tuetur, ut sæpe monuimus, poterant id temporis tuta conscientia desendi; quousque per Arausicanam syoodum, quæ contra Semipelagianos celebrata est, damnatæ fuerunt. Hinc colligo capitula illa, quæ in epistola ad Episcopos Galliæ sub nomine Cælestini publicata sunt, haud illi esse adscribenda; alias Cassianus, Faustus, Hilarius, inter hæreticos recenseodi essent: quod pluribus ostendam in Vindiciis Augustioianis cap. 8.

CAPUT XVII.

Fausti Reiensis, atque Cassiani libri a Gelasio Papa in Romana Synodo damnati. S. Augustini nomen ac doctrina contra Pelagianos ab eodem Pontifice defensa.

Fausti mortem paulo post librorum eiusdem per Romanum Præsulem Gelasium damnatio consecuta est. Ete- *Anno* CCCCXCIII.

 nim

nim licet eiuſdem libri in Galliis, ubi Semipelagiana factio nondum conſenuerat, laudatores inveniſſent, Romæ tamen, ubi purior doctrina de gratia divina fulgebat, in acerrimos accuſatores atque iuſtiſſimos iudices inciderunt, a quibus e catholicorum ſcholis proſcripti ſunt. Prius tamen, ut geſtorum ordinem ſequamur, quid contra Pelagianos idem Pontifex ſcripſit, videndum eſt: a quibus tamen, quod illa paſſim apud alios leguntur, paucis me expediam.

Gelaſius eum accepiſſet Pelagianos nova in Dalmatia moliri, ne quid ea in provincia res catholica detrimenti pateretut, ad Honorium Epiſcopum Salonitanum (is enim erat Dalmatiæ Metropolita) literas miſit, queis admonuit, ut gliſcenti malo occurreret; *Se cunctos*, inquiens, *ibidem Domini Sacerdotes fraterno commouere affectu, ut ne recipiant perverſitatem toto orbe damnatam.* Addit deinde: *An forte neſcitis hanc hæreſim* (Pelagianam) *de qua loquimur, & ab Apoſtolica dudum Sede per beatæ mem. Innocentium, ac Zoſimum, Bonifacium, Cæleſtinum, Xyxtum, Leonem, continuis & inceſſabilibus ſententiis fuiſſe proſtratam; nec tantum catholicæ Eccleſiæ legibus, ſed Principum quoque Romanorum eo tenore damnatam, ut nec uſquam terrarum vivendi locum ſectatores eius habere finerentur.* Poſtea S. Auguſtini contra Pelagianos libros commendans ait. *O ſi ſtuderent adverſus eos maiorum noſtrorum libros reſponſaque cognoſcere, illis modis omnibus cerneretur, nihil eſſe prorſus quod ab iſtis non fuerit ventilatum, & ab illis magnifica veritate contritum, ſicque de cunctis eorum nequitiis refutandis fideles quoque viderentur inſtructi, ut nihil amplius quæreretur.* Hæ literæ datæ ſunt Albino Conſule, nempe anno 493. Honorius his literis acceptis, doluit quod vel negligentiæ, vel proditæ catholicæ fidei inſimulatus fuiſſet apud Pontificem. Quare reſcripſit, fictas illas eſſe delationes de Pelagianis Dalmatiam tentantibus; malevolorum invidiæ id dandum, qui falſis accuſationibus ſuam in perſequendis hæreticis diligentiam coram Apoſtolica Sede infamare conati eſſent. At Gelaſius iteratis ad eumdem literis miſſis ſignificavit, ſe in hiſce indagandis ſtudioſiorem debere eſſe, non remiſſiorem. *Nec intereſt*, ait, *per quos ad aures noſtras eadem perveniſſent, dum quomodolibet iſta referentibus, poſtquam noſtram conſcientiam penetrarent, in his veraciter indagandis paſtorales excubias eſſe non oportuerit negligentes, quatenus vel e veſtigio poſſet lupis inhiantibus obviari, vel nullis exiſtentibus feris, ovium cuſtodia ſecura perſiſteret.* Hæc ille.

Sed propius Pelagiana peſtis Italiam iterum afflaverat. Nam Seneca quidam ſenex delirus ac nullius eruditionis homunculus, in Piceno antiquata dudum Pelagii dogmata renovabat. Gelaſius rei indignitate commotus, pet Romulum diaconum ad illius provinciæ Epiſcopos literas miſit, in quibus acriter in eorum vel negligentiam vel conniventiam invectus eſt. Tria præcipue ſenex ille ex Pelagiana hæreſi tradebat. Primum æquum non eſſe, ut pueri, cum nondum quidquam per ſe peccare poſſent, Adæ peccato obnoxii tenerentur. Alterum, eoſdem ſine ſacro baptiſmate decedentes, pro ſolo originali peccaro non poſſe damnari. Tertium, gratiam ad ſalutem non eſſe neceſſariam, illamque ſecundum merita hominum conferri. Præterea quo peſſimo lenocinio ſectam promoveret, congregationes *dedecoroſiſſimas*, ut ait Gelaſius, idem inſtituerar, in quibus homines ac ſacratæ Deo virgines pſalmos canerenr. Quod ipſum a ſectæ magiſtro Pelagio didicerat, qui feminis quoque in eccleſiis cantum una cum viris permiſerat ex Hieronymo lib. 1. Dialogorum contra Pelagium. Ille autem eo uſque veſaniæ abreptus eſt, ut teſte Gelaſio, *presbyterum ſibi non acquieſcentem audire communione privaret.* Itaque ſummus Eccleſiæ Antiſtes, perſtricta prius illius regionis Epiſcoporum ſocordia, in hæreticum atque aſſeclas hanc ſententiam pronuntiavit: *Nuſquam loci prorſus inveniatur præfatæ peſtis aſſertor, nec acceſſum prorſus Eccleſiæ, vel uſquam participationem catholicæ communionis inveniat, qui hæreticorum mavult ſubſequi nefaria profeſſione conſortium. Et hi cum quibus antea probabitur noxium miſcuiſſe colloquium, niſi reſipiſcunt & ab eius ſocietate diſcedunt, ab eccleſiaſtico remoti ſervitio devota ultione plectantur, quo ceteris cavendi miniſtretur exemplum.* Quod vero idem Seneca Sanctorum Hieronymi & Auguſtini ſcripta laceſ-

lacesserat, ac mille conviciis proscideratt, idem Gelasius de utriusque honore solicitus, vesanam delirantis senis temeritatem hisce compescuit: *Adhuc maius scelus accrescit, ut sub conspectu & præsentia Sacerdotum, beatæ mem. Hieronymum atque Augustinum ecclesiasticorum lumina magistrorum, musca moritura, sicut scriptum est, exterminans oleum suavitatis, lacerare contenderet*; Verum non solum his præconiis Augustini nomen decoravit, sed in iisdem literis S. Doctoris sententias pœne totas exscripsit, ut in Vindiciis Augustinianis ostendam. At non modo epistolis Gelasius Pelagianam hæresim profligavit, sed librum etiam contra eosdem procudit, quem nobis Vaticana scrinia donarunt. Cuius est initium: *De Pelagianis quidem sensibus blasphemiisque sacrilegis, & apud maiores nostros tam divinis quam humanis legibus iusta discussione damnatis, nimis est copiosa materia* &c. In quo opere probat, neminem posse suis viribus vivere sine peccato. Iohannes etiam Talaida contra Pelagianam hæresim apologiam scripsit, quam huic ipsi Gelasio nuncupavit; cuius meminit Photius io Bibliotheca Cod. LIV.

Anno CCCCXCIV. Anno 494. Baronius synodum Romæ a Gelasio celebratam dicit, in qua LXX. Episcopi sedere; habitaque est consultatio de libris, a catholicis vel legendis vel reiiciendis. Porro S. Augustioi libri commendati sunt, itemque Prosperi nostri Aquitani, qui SS. Patrum agmen claudit, diciturque honoris gratia *vir religiosissimus*. Inde cum damnatorum voluminum index texeretut, inter ista libri Cassiani ac Fausti Reiensis numerati sunt, hac præmissa sententia: *Cetera quæ ab hæreticis sive schismaticis conscripta vel prædicata sunt, nullatenus recipit catholica & Apostolica Romana Ecclesia. E quibus pauca quæ ad memoriam venerunt, & a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.* Et cum plurimos libros hæreticorum aliorumque incertorum auctorum Patres damnassent, hos inter Cassiani ac Fausti volumina posuere hoc titulo: *Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum apocrypha. Opuscula Fausti Rhegiensis Galliarum apocrypha.* Postea etiam Pelagium, Cælestium, & Iuliaoum Eclanensem, eorumque libros ac sequaces confixerunt, hæc statuentes: *Sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.* Scio recentiores quosdam, qui Fausti vicem dolentes, pro eodem apologias enixi sunt, contendere, Romanam syoodum non damnasse libros Fansti ut hæreticos, sed inferioris illos notæ declarasse ab Ecclesia catholica habendos. Sed pessimam malæ causæ advocationem præstitam altero libro solide consutabimus. Hoc primo ictu Semipelagiana factio percussa concidit. Neque enim inposterum tutum suit, Cassiani ac Fausti, quos synodus damnarat, opiniones tueri. His accedit, Gelasium in epistola ad Episcopos per Picenum, Semipelagianorum sententiam de fide viribus naturæ prodeunte palam damnasse. *Quid autem*, inquit, *haberi potest sine gratia, cum sit fides ipsa per gratiam, eodem Apostolo nos docente*, Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem: *nec aliud est misericordia divina quam gratia*. 1. Cor. 7. At quod veterem opinionem deponere, atque antiquam scholam deserere difficile sit, sequenti sæculo gravissimis dissensiooibus ex Fausti libris exortis, universus orbis catholicus in partes divisus est.

CAPUT XVIII.

Iohannes Maxentius ac Scythæ monachi pro S. Augustino Constantinopoli contra Faustum insurgunt. Idem Faustus ab Africanis Episcopis, & ab Hormisda Papa reprobatur.

SExtum sæculum aderat, & exortæ de divina gratia contentiones, ex Fausti Reiensis præsertim libris, latius io dies diffuodebantur, plurimis oon modo in Occidente, verum etiam in Oriente Faustum defendentibus, aliis eumdem acerrime confutantibus. Nam licet a Gelasio io Romaua synodo eiusdem libri reprobati fuerint, non in Gallia taotum, sed (quod mirere) etiam Constantinopoli patronos invenerant; quando ex ultimo Pooto Scythas monachos divina gratia contra eumdem Faustum concitavit, qui ex Asia erumpentes contra Reiensem, Eutopam atque Africam commoverunt: quæ res a nobis exacte describetur.

Una cum Anastasio Imperatore universis dissidiis quæ orbem catholicum diu

diu dilaceraverant, io cinerem redactis, A Iustinus imperium gubernandum susceperat anno 518. cum repente monachi Scythæ ingentes turbas Constantinopoli dedere. Leontius monachus Vitaliani ducis affinis, cum collegis religiosis quos inter eruditione eminebat Iohaones cognomentn Maxentius, hanc sententiam, *Unus e Trinitate in carne crucifixus est*, omnibus & credendam & defendendam ad seditionem usque inculcabat. His acriter resistebat Victor diaconus ac plerique alii, in eo offensi quod novam populis thesim inculcarent, veluti Calchedonensis syoodi decreta noo sufficerent. B Neque hic contentionum finis. Nam cum Fausti Reiensis Episcopi libri Byzantium delati essent, iidem monachi illos uti hæreticos damnabant, plurimis eosdem catholicos adseverantibus: Unde eriam lites in immensum excrevere, ac illæ quidem principes eriam viros in partes distraxerunt. Vitalianus militum magister, qui postea Consulatum iniit, monachis impensius, quoad illud de *Uno ex Trinitate passo in carne*, savebat; Iustinianus vero eadem in quæstione monachis adversabatur; ut ex eiusdem literis ad Hormisdam intelligitur. At C cum Anastasius Imperator sacrilegus atque impius omnia sacra susque deque vertisset, Iustinus, quod Principem catholicum decebat, per literas cum Hormisda Pontifice egit, ut suos Constantioopolim legatos mitteret, turbatas ab Anastasio religionis res compositturos. Hormisda quinque legatos Byzantium destinavit, qui anno 519. circa paschalia festa ad regiam urbem appellentes, ab Imperatore atque universis civibus honorificentissime excepti, Orientalibus rebus componendis manum statim admoverunt. Monachi Scythæ, quod ab ad- D versariis tamquam Eutychiani per contemptum traduci se intelligerent, fidei libellum legatis Hormisdæ gravioribus licet negotiis occupatis exhibuerunt, in quo suam ipsorum de Christo fidem pluribus exponebant. Eo tameo dicta omnia collimabant, ut a legatis hæc inibi inserta thesis reciperetur: *Unus de Trinitate crucifixus est in carne*. Postea explicabant quid de divina gratia sentirent, hæc præfati: *His ita se habentibus, Beatissimi, nunc qnid iam de gratia Dei, non qua creamur, sed de ea qua recreamur & renovamur, sentiamus, breviter exponentes Sanctitati vestræ necessario credimus facere debere manifestum, eo quod etiam in hac parte inimici gratiæ Dei, id est Pelagii & Cælestii sectatores nimium nobis infesti esse videntur*. Contra vero Fausti sententiam in fine concludunt: *Abominantes etiam eos qui contra vocem Apostoli audent dicere, nostrum est velle, Dei vero perficere; cum idemmet Doctor & velle & perficere donum testetur esse divinum*. Legati hisce de rebus nihil se a Pontifice in mandatis habuisse dicebant, immo aperte iniunctum ne aliis se se causis immiscerent; verum coacti Imperatoris intercessione, monachis aures dedere. Ita enim ad Hormisdam de monachis scripsere: *Petitiones obtulerunt, & coacti piissimi Principis & Domini Vitaliani magistri militum iussione, freqnenter ad audientiam causæ convenimus, non quasi volentes nos in his negotiis occupare, qnia nobis sunt ante oculos Beatitudinis vestræ præcepta, quibus præcepistis ut causæ tantum cni veneramus intenti, nullis aliis negotiis misceremur. Dat. III. Kal. Iulias.* Legati illis sæpius auditis, unaque cum Victore diacono alterius factionis primipilo, quo homioum molestia se se liberarent, tale denique responsum dedere: *Quod non est scriptnm a Papa Leone non suscipimus*. Etenim cum in celeberima synodo Calchedonensi CCCXXX. Patrum, & in epistola Leonis Papæ ad Flavianum, diligentissime assertum fuisset quid de Christo Domino sentiendum esser, omniaque illa statuta quæ Christiano homini credenda forent, novas insuper theses de Christo populis inculcare, & hunc articulum, *Unus e Trinitate crucifixus est carne*, uti appendicem synodo adiicere (ita enim legati suspicabantur) temeritati atque insolentiæ proximum iudicabatur. Sane id temporis inter extremos Nestorianorum & Eutychianorum errores regia via incedere adeo difficile videbatur, ut quicquid novi a quopiam asseri a catholicis audiebatur, alterutri hæresi illud savere existimaretur. Nihil tamen coram legatis de quæstionibus de gratia & libero arbirrio, vel de Fausti libris disputatum fuit, ut ex suggestione Dioscori colligitur. Attamen Victorem diacnnum de gratia & humana libertate cum iisdem Scythis litem habuisse, idem Dioscorus hisce significat: *Victor diaconus dicitur. Quidam cum isto*,

Anno DXIX.

iſto, antequam nos Conſtantinopolim ingrederemur, habuerunt intentionem de uno de Trinitate crucifixo, & de chriſto compoſito, & de aliis capitulis nobis hinc poſitis. Capitula vero illa erant tria contra Pelagianam hæreſim ſtatuta, quæ habentur tomo 6. Biblioth. PP. par. 1. editionis Colonienſis.

Scythæ monachi hac repulſa in indignationem acti, Romam ad Hormiſdam legationem mittere decernunt. Electi Achilles, Iohannes, Leontius, & Mauritius: quem ultimum perperam Baronius in Maxentium mutat; nam hic Conſtantinopoli ſubſtitit, ut dicemus. Ubi primum monachorum legatos Romam profectos innotuit, ſtatim Iuſtiniani magiſter militum & Comes, qui poſt Iuſtinum imperavit, ac legati Pontificii literas ad Hormiſdam dedere, quibus eumdem de iis quæ illa in quæſtione cum monachis peracta erant, certiorem reddebant: ſimulque Pontificem hortabantur, ut monachos procul a conſpectu ex urbe pelleret]. Iuſtinianus hæc ſcripſit: *Quoniam comperimus quoſdam nomine monachos, quibus magis diſcordia ſtudio eſt quam caritas & pax Dei, cupientes quædam perturbare ad Angelum veſtrum hinc diſcedentes iter arripuiſſe, quos Beatitudo veſtra præſentibus ſcriptis cauſam livoris eorum cognoſcens, ita ut merentur, ſuſcipere & a ſe longe pellere dignetur, quoniam vaniloquia ipſorum feſtinantium novitates introducere in Eccleſia, quod neque quatuor ſynodi venerabiles, neque Sancti Papæ Leonis epiſtolæ continere noſcuntur, in omni loco turbas excitare videntur*. In eamdem fere ſententiam literas ad Hormiſdam Dioſcorus miſerat monachos arguens. *Quapropter*, inquit, *rogamus, ut conſueta cautela, & qua ſolet Dominus noſter vigilantia cogitetis, & quomodo ſuſpendendi ſint qui a nobis taliter receſſerunt & a noſtra communione fuerunt ſeiuncti, & quid eis reſpondeatur, vel quomodo eorum capitula repellantur, quia eos omnes Conſtantinopolitana catholica exhorret eccleſia*. Legati vero iterato ad Hormiſdam hæc ſcripſere: *Si voluerit Dominus noſter qualemuis novitatem ſcribere, peius erit iſtud initium quam illud quod factum eſt per Eutychem. Sufficere debet Eccleſiæ quod per ſexaginta annos uſque modo ſuſtinuit*. Hæ literæ Legatorum una cum illis a Iuſtiniano perſcriptis datæ ſunt III. Kal. Iulias, Eutharico V. C. Coſ. quas Eulogius Magiſtrianus nomine Juſtiniani Romam profectus ad impetrandas ab Hormiſda reliquias detulit.

Ubi primum monachi Romam ingreſſi ſunt, ſuperveniente paulo poſt Eulogio cum litteris Iuſtiniani & legatorum, Hormiſda variis conſiliis rem cœpit perpendere. Et quidem haud æquum duxit, illos procul a ſuo conſpectu amovere, & ab orthodoxorum communione ſuſpendere, ut legati & Iuſtinianus petierant, quod non eſſent adeo inhumaniter excipiendi, qui ſupremum orbis Chriſtiani tribunal appellaſſent. Verum inaudito Victore, quem monachi accuſabant, minime tutum arbitrabatur ſententiam ferre in re graviſſima, quæ in Oriente tantis utrinque ſtudiis agitabatur. Accedebat magnam eſſe in illa propoſitione de qua lis erat, æquivocationem. Etenim Legati eam ſic a monachis exprimi ſcripſerant: *Unum de Trinitate crucifixum*; quam aſſertionem cum Anaſtaſius Imperator impius & fidifragus pro Eutychiana hæreſi inculcaſſet, merito in ſuſpicionem eamdem doctiores vocabant, quaſi una tantum in Chriſto natura prædicaretur. At monachi eo ſe dicto in invidiam trahi proteſtabantur; nam eorum hæc erat aſſertio: *Unum de Trinitate paſſum carne*: & in libello fidei hæc ſcripſerant: *Deum Verbum unigenitum filium Patris Dominum N. Ieſum Chriſtum, qui pro nobis paſſus eſt carne, unum de tribus ſubſiſtentiis unius divinitatis eſſe credimus*. Quare Hormiſda cum nemini ſe adverſantem præbere vellet, miſſis ad Iuſtinianum reliquiis per Eulogium cum litteris ad legatos, hæc ipſa eidem ſignificabat: *Præterea monachos quos veniſſe Romam ſignificaſtis literis veſtris, ad propria mox voluimus reverti: ſed quia ſub teſtificationem potentiæ divinæ dicebant, per inſidias in itinere paratas vitæ ſe poſſe ſuſtinere diſcrimen redire Conſtantinopolim, paſſi non ſumus violenter expelli*: epiſtola 66. quæ data eſt IV. Nonas Septembris Eutharico V. C. Coſ. Literæ vero ad legatos interciderunt: ſed ex reſponſione Dioſcori quam eiſdem repoſuit, colligitur Hormiſdam decreviſſe monachos Byzantium dimittere, cauſa ad Iohannem Conſtantinopolitanum Antiſtitem delegata. Nam Dioſcorus in literis ad Hormiſdam datis Idibus Octo-

bris

bris hæc respondet: *Per Eulogium virum sublimem literas Beatitudinis vestræ suscepimus, in quibus significastis intentionem monachorum Scytharum, & quomodo visum fuerit Apostolatui vestro, Episcopo Constantinopolitano causam delegare, ut ipse inter eos & qui ab eis impetuntur, audiret.* Hoc autem summopere legatis displicuit: oolebant enim causam ad Iohannis tribunal devolvi, quem a Vitaliano Scythis acquisitum suspicabantur. Hic enim nullum non lapidem movebat, quo Scythæ causa superiores evaderent: immo ipse Victor ab incepta accusatione destitisse videbatur, Vitaliani precibus placatus, vel auctoritate deterritus. Quare Romæ causam tractari satius arbitrati sunt. Illa quidem Hormisdæ Dioscorus in eisdem literis significavit: *Postea fine nobis magnificus vir Vitalianus magister militum inter se & Episcopum Constantinopolitanum vocaverunt prædictum Victorem, locuti cum eo. Quid definierint inter se nescimus. Postea nec Victor ad nos venit, nec est causa dicta.*

Erat tum temporis Constantioopoli Paulinus ecclesiæ Romanæ defensor, qui Hormisdæ Pootificis literas Romæ datas VII. Idus Iulii ad Iustinum Imperatorem detulerat, ac propediem Romam reversurus ferebatur. Ad hunc Vitalianus se contulit: monachos Romæ degentes enixius commendat, Dioscorum legatum ex iudice adversariæ partis advocatum agere conqueritur, literas etiam ea de re ad Hormisdam deferendas tradit. Sed neque his officiis contentus homo, militia clarus ac in rebus gerendis satis industrius, Iustinianum adoritur, & maxima qua pollebat facundia & auctoritate non modo illum in partes suas traducit, sed & ab eodem literas obtinet, per eumdem Paulinum in favorem Scytharum ad Hormisdam perferendas. Hæc constant ex literis Iustiniani, ubi ait: *Unde ad Beatitudinem vestram & frater noster gloriosissimus Vitalianus per Paulinum virum sublimem defensorem vestræ ecclesiæ rescripsit* &c. *Et nos per eumdem significare curavimus, illa debere Beatitudinem vestram perficere, quæ pacem, & concordiam sanctis concedat ecclesiis.* Iteratas etiam idem Iustinianus iam totus monachorum factioni adhærens, ad Pontificem literas paulo post misit, in quibus non amplius Scythas nomine tantum mo-

A nachos, non discordes, non vaniloquos, uti io prioribus literis traducebat, sed etiam atque etiam rogabat Pontificem, ut celeriter causa cognita eosdem voti compotes cum responso dimitteret. Do verba Iustiniani: *Nam quanta quæstio in partibus nostris orta est, potest etiam antelatus vir religiosus Defensor* (nempe Paulinus) *Sanctitatem vestram instruere. Unde petimus ut si est possibile, celerrimo dato responso & satisfactis religiosis monachis, & Iohannem & Leontium ad nos remittatis: nisi enim precibus & diligentia vestra ista quæstio soluta fuerit, & veremur ne non possit ecclesiarum sanctarum pax provenire.* Hoc ille.

B Hormisda ubi a Paulino in urbem reverso intellexit non solum Vitalianum, sed & Iustinianum mutata sententia Scythis patrocinari, & hunc paulo post iteratis literis pro monachis ex accusatore strenuum intercessorem agere, ex alia vero parte Dioscori legati epistola superveniente, Iohannem uti divenditæ sorte monachis fidei insimulantis; integram causam Scytharum pendere iussit usque ad reditum legatorum. Quod cum monachorum oratoribus qui Romæ aderant, ionotuisset, diuturnioris in Urbe

C moræ impatientes clam se Roma subducere tentarunt. Verum id Hormisda prohibuit: de qua re ad legatos literas dedit III. Nonas Decembris; mittens etiam exemplaria literarum quas pro monachis Iustininiaous ad se transmiserat. *De personis Scytharum monachorum,* inquit Hormisda, *Iustinianus vir illustris scripsit; quarum exemplaria literarum fraternitati vestræ direximus: qui cum nollent sustinere vestræ dilectionis adventum, & observationum moras se dicerent ferre non posse, tentaverunt clam de Urbe discedere; quos tamen faciemus solicitius custodiri.* Ex

D quibus Scytharum oratores sub custodia Romæ detentos insinuat.

Inierat initio sequentis anni splendidissimum consulatum Scytharum mooachorum patronus Vitalianus: at malis avibus altius provectus est, ut lapsu graviore corruens proprio sanguine Romanos fastos fœdaret. Iustinianus in protegendis mooachis fræni potius quam calcarium indigus (erat enim ad ecclesiasticas causas pertractandas promptissimus) quo novi consulis favorem vel amicitiam sibi cooiliaret, quarto ad Hormisdam pro monachotum causa scripsit, Ann. 520

co-

eorumdem factionem iam liberius promovens. In his sane literis eos apprime catholicos contestatus, litem verbo tenus tantum esse autumabat, iterum rogans ut iam tamdem monachos cum responso dimitteret, quorum doctrioam iuxta traditionem Patrumdici vulgo affirmabat. Eius verba sunt: *Quidam asserunt Christum filium Dei Dominum nostrum pro nostra salute carne crucifixum, unum de Trinitate debere prædicari.* Item: *Quidve super hoc evitare debeamus, nos certiorare dignetur, quoniam verba videntur facere dissensionem; nam sensus inter catholicos omnes unus esse probatur* &c. *Quia vero dictum est Scythicos monachos hac ratione ad sedem vestram accessisse pro traditione Patrum & ordine regularum, præbito eis responso nihil formidante ad nos cum vestris literis iubete remittere, quarum etiam exemplaria consignata prædicto viro strenuo Eulogio dari præcipite. Hæc enim omnia ideo petimus vos disponere cautius, ut ne locus mendacio vel insidiis detur.* Hæ quidem literæ nullius Consulis nomioe subsignatæ sunt: datas tameo existimo hoc anno 520. quod Eulogius easdem portavit, qui cum Romæ esset anno præcedenti, Hormisdæ literas datas IV. Nonas Septembris Constantinopolim detulit, uti diximus. Licet vero ex literis Dioscori in regiam urbem advenerit prope Idus Octobris, haud credibile est, eodem anno hyeme ingruente Romanum iter denuo aggredi iussum. Ceterum hisce literis respoodet Hormisda epist. 67. in hanc sententiam: *Significamus Scythas monachos allegasse plurima, quæ nos relinquere indiscussa non possumus; sed legatorum nostrorum, Deo iuvante, festinemus adventum: pro qua re eos in Urbe credimus retinendos, a qua nec ipsi ordinatione dissentiunt. Amplitudinem vestram tamen retinere confidimus quod de ipsis nobis præterito tempore literis destinatis scripserit.* Quibus postremis verbis Iustinianum perstringit, qui sententiam in Scythica causa mutasset; illum tamen hortatur ut cum Imperatore agat, quo Victor aliive qui a monachis accusabantur, Romam mittantur, ut melius causa tractari possit. *Victorem præterea*, inquit, *qui diaconi habere perhibetur officium, cuius fidem hi ipsi monachi vehementer accusant, vel alios qui perversas forsitan obiiciunt quæstiones, ordinatione Domini filii nostri clementissimi Imperatoris ad Urbem vobis suggerentibus dirigantur, ut universas allegationes de quibus contendunt, nos possimus agnoscere.* Quæ quidem literæ cum per Eulogium missæ sint, certum est scriptas fuisse anno 520. ut ex dictis colligitur. Notanda tameo hic veniunt illa Hormisdæ verba: *qui perversas forsitan obiiciunt quæstiones.* Etenim non obscure non tantum illam de uno ex Trinitate passo, sed & reliquas de gratia & libero arbitrio quæstiones significat, in quibus Scythæ Victorem aliosque adversantes patiebantur. Iustinus etiam XV. Kal. Februarias eadem de causa ad Hormisdam scripsit Vitaliano & Rustico Coss. *Quoniam preces*, inquit, *nostro Nomini porrectæ sunt ex diversis Eois provinciis, certa quædam differentibus pro fide catholica, secretaque suæ mentis declarantibus, quæ apud se pro individua Trinitate constituta testantur, quæque firmiter se recepturos ostenditur; hisque relectis Dioscorus aliqua asseruit non convenienti ordine inserta fuisse; merito duximus aperienda vobis ea quæ sumus edocti.* Hic Dioscorus qui Hormisdæ legatum apud Iustinum agebat, atque monachos Scythas suis ad Pootificem literis acerrime insectatus est, patria erat Alexaodrinus, & unice Hormisdæ ob rerum agendarum peritiam ac doctrinæ copiam carus, ita ut in animo habuerit, eumdem per Imperatorem Alexandrinæ ecclesiæ præficere. Hinc epist. 54. ita Dioscoro scribebat: *Necesse est ut de industriæ vel fatigationis tuæ præmio & vicissitudine cogitemus. Nam sequenti tempore scribere Domino & filio nostro Imperatori disponimus, ut te Alexandrinum Episcopum debeat ordinare.* Quam sedem cum obtinere noo potuerit, mortuo Felice Romanum Pontificatum per vim invasit, conflato contra Bonifacium II. schismate. At intra paucos dies ultore Numine extinctus est; ut ex his aperte intelligatur, quem hominem Scythæ monachi accusatorem habuerint.

Quo tempore monachi Scythæ pontificios legatos opperiri iussi loogiores Romæ moras trahebant, nobiles suæ ipsorum causæ adstipulatores nacti sunt. Erant in ore famæ Episcopi Africani, qui a Trasamundo Vaodalorum Rege Ariaoo io Sardioiam exules deportati fuerant. E re igitur visum est, eosdem misso legato cum professionis fidei libello in partes pellicere. Quatuor initio

quidem Romam a Scythis oratores ex Iustiniani epistola destinatos diximus; sed alii insuper in priorum subsidium submissi fuerant. Hos ioter Petrus diaconus eminebat, qui primo etiam loco eorum literas subscribebat: alter etiam Iohannes lector eisdem additus legitur in subscriptione libri de Incarnatioue & gratia in Sardiniam transmissi. Communi consensu libellum in octo capita digestum producunt, eumque per Iohannem diaconum ad Episcopos Africanos dirigunt; in cuius præfatione hæc scribuot: *Suppliciter petimus & obsecramus beatitudinem vestram, quatenus diligenti examinatione ea quæ inferius continentur discutientes, ut decet verissimos & intrepidos Christi prædicatores, scriptis sententiam vestram nobis patefieri iubeatis; ut si Domino præstante catholicæ fidei conveniens & apostolicis traditionibus nostra apud vos, sicut non diffidimus, fuerit expositio comprobata, & facile tantorum virorum probatissimorumque sacerdotum auctoritate muniti, iniqua loquentium ora obstruere valebimus & in fide Sanctorum Patrum perseverantes, Deo qui nos sanctimonii sui confessione glorificavit, gratias referamus, Domini sanctissimi & Deo dignissimi*. Rursus ibidem etiam hæc insuper præfati sunt: *Utile & pernecessarium, sanctisque Dei ecclesiis specialiter credimus profuturum, ea quæ de Incarnatione & dispensatione divina nobiscum universæ ecclesiæ Orientalium contra hæreticos defendunt* &c. *sanctitati vestræ suggerere*. His lectis insignis scriptor Annalium pag. 47. exclamat: *Puto quidem in ipso ingressu te considerasse consuetam hæreticorum arrogantiam, dum pauci Scythiæ monachi, si tamen monachi, potius vero circulatores dicendi & impostores, totius Orientalis ecclesiæ præseferunt esse legatos, secumque omnes ecclesias eadem sentire, ac præsertim populos Orientis*. Profecto nusquam potui legere verba Scytharum, quibus se totius Orientalis ecclesiæ legatos venditarint: hoc enim unum scripsere in titulo libelli: *Petrus diaconus, Iohannes, Leontius, Iohannes, & ceteri fratres in causa fidei Romam directi*. Universas quidam Orientalium ecclesias una secum conspirare contestati sunt; sed ooo soli illa dixerunt: nam hoc ipsum de Episcopis Orientis scripsit Iustinianus ad Hormisdam in epistola quæ est post 72. eiusdem Pontificis. *Illud etiam*, ait,

A *magis magisque deposcimus, ut tua Sanctitas concepta gratia cælesti, quæ prætendunt Orientales Episcopi tractare dignetur, eorumque fidei competentem præbere consensum. Nobis etenim videtur, quoniam filius Dei vivi Dominus noster Iesus Christus ex Virgine Maria natus, quem prædicat summus Apostolorum carne passum, recte dicitur unus in Trinitate* &c. Hasce vero literas accepit Hormisda XV. Kal. Octobris Rustico Cos. nempe hoc anno 520. Duo præcipue Orientales exigebant, ne Hormisda e sacris diptychis plurium suorum nomina abraderet, & ut illam the-B sim approbaret: *Unum e Trinitate passum carne*. Unde ibidem his Iustinianus epistolam claudit: *Specialiter ergo cognoscat vester Apostolatus, compositis eisdem duobus capitulis, universos sacerdotes istius reipublicæ libenter amplecti vestram communionem*. De his quoqoe hoc anno Imperator XIV. Kalend. Februarias ad eumdem Pontificein scripsit, cuius verba paulo ante recitavimus.

In eo libello usque ad caput qointum inclusive monachi de persona Christi Domini suam ipsorum fidem exponunt; capite vero quarto de illa thesi adeo con-C troversa hæc scribunt: *Idem Deus Verbum etiam cum propria carne unus est ex Trinitate, non quod caro eius sit de substantia Trinitatis, sed quia caro Dei Verbi est, qui est unus ex Trinitate*. Quibus lectis, contra monachos rursus in aciem descendit Baronius, eosdem hisce perstringens pag. 47. *Ne quovis modo deprehendi possent quod ipsi essent hæretici, illud quidem astute excogitarunt, ut non eam proferrent quam Constantinopoli legatis dedissent, vel Romæ Hormisdæ Papæ fidei confessionem edidissent, qua dicendum contendebant, non unam Personam de Trinitate, sed simplici-*D *ter Unum de Trinitate esse passum in carne; sed Verbi nomen apposuere*. Sed doctissimi Cardinalis sententiæ non possum accedere. Siquidem nil frequentius io parvo illo libello fidei ab eisdem monachis legatis Constantinopoli oblato repetitur, quam Verbum esse illum uoum qui passus est carne. Lectorem, non interpretem, hæc eorumdem verba exposcunt: *Deum Verbum unigenitum filium Patris D. N. Iesum Christum, qui pro nobis passus est carne, unum de tribus subsistentiis unius divinitatis esse credimus*. Idipsum testimonio S. Cyrilli dicentis, *si quis non confitetur*

tur Deum Verbum passum carne &c. utroque loco comprobant, & in eadem denique fidei professione hanc conclusionem ex pluribus dictis deducunt: *Restat ut unus de Trinitate sit Verbum, qui de Virgine secundum carnem natus est, & homo factus passus est carne pro nobis*. Sed de his capite insequenti consulto agemus.

Itaque defensa thesi de Verbo uno ex Trinitate passo in carne, a capite sexto usque ad finem libri de gratia & libero arbitrio quid sentiant exponunt, hæc præfati: *Post hæc consequens est etiam, qualiter de Christi gratia sentiamus, qua nos eruit de potestate sathanæ, secundum* B *quod nobis est traditum vestræ beatitudini declarare; quia etiam in hac parte auctoritas vestra nobis valde est necessaria*. Inde de peccato originali eiusque pœnis, de humani generis gratia reparatrice iuxta S. Augustini doctrinam copiose & erudite disserunt: in fine cap. 6. fidem præcipue dari a Deo tradunt, ac fine meritis prædestinationem, & ex Cælestini Papæ, ut putabant, capitulis dicta confirmant. Errant tamen, dum cap. 8. hoc testimonium, *Omnia studia & omnia opera ac merita Sanctorum ad Dei gloriam* &c. tribuunt Innocentio Papæ in epistola ad C synodum Milevitanam: nam legitur in appendice literarum Cælestini c. 8. Ceterum opusculum illud sic concludunt: *Hæc, sanctissimi, non quasi ignorantibus suggerere necessarium æstimavimus, sed ad confutandum eorum amentiam, qui ea ut nova dogmata & penitus ecclesiis inaudita refugiunt, huic parvitatis nostræ libello inserere utile consideravimus. Quorum omnium sanctorum Patrum imbuti doctrinis, anathematizamus Palagium & Cælestium, simulque etiam Iulianum Eclanensem, & qui illis similia sapiunt, præcipue libros Fausti Galliarum Episcopi, qui de monasterio Lirinensi* D *provectus est; quos contra prædestinationis sententiam scriptos esse non dubium est. In quibus non solum contra horum omnium sanctorum Patrum, verum etiam contra ipsius Apostoli contradictionem veniens, humano labori subiungit gratiæ adiutorium, atque totam omnino Christi evacuans gratiam, antiquos Sanctos non ea gratia qua & nos, secundum quod docet beatissimus Petrus Apostolus, sed naturæ possibilitate salvatos impie profitetur*. Hæc illi in libello fidei ad Episcopos exules.

Ingens erat apud Sardiniam Præsulum A Afrorum numerus: at ceteros inter & doctrinæ & sanctitatis fama eminebant Patres provinciæ Byzacenæ, quorum Dacianus antiquitate, Fulgentius vero Ruspensis Episcopus scientia primas tenebant. Hic Fulgentius, post Prosperum alter Augustinianæ doctrinæ strenuissimus defensor, quanta in æstimatione apud ceteros esset, eiusdem discipuli verbis intelligi libeat. *In rebus enim*, inquit, *dubiis, ubi quam maxime consilium petebatur, si quando inter se confessores beatissimi de communi utilitate tractabant, ultimus quidem sedebat, verumtamen ipsius sententiam Primas, vel omnes qui Primatem sequebantur, audire & facere cupiebant* &c. *Post deliberationis autem longissimas moras, quicquid definitio communis invenerat, eloquenter allegandum sensibus ceterorum beato Fulgentio dimittebatur. Huic etiam, quandocumque transmarinis literis de fide vel de diversis quæstionibus interrogabantur Episcopi, respondere pro omnibus ab omnibus imponebatur*: cap. 20. de Vita Fulgentii. Iohanne diacono desereute Scytharum libellum Africani Episcopi accepere; quo perlecto, non modo illorum monachorum fidem ex integro commendarunt, verum etiam alterum & ipsi volumen pari titulo de Incarnatione & gratia reposuerunt, in quo omnes Scytharum sententias approbarunt, aliisque insuper solidioribus easdem argumentis muniverunt. Hi autem fuere XV. Episcopi, quorum nomina initio libri recensentur. Unius tamen Fulgentii Ruspensis stylo volumen illud elucubratum fuisse, ex verbis proxime adductis colligitur. Illa eximia Scythicæ fidei commendatio initio statim præfixa apparet. *Vestram*, inquiunt, *simul alacres & fidem cognovimus & salutem; immo in agnitione fidei vestra nobis salus innotuit*. A capite 17. Fausti sententiam de initio fidei ex viribus naturæ acute refutant: nulla tamen censura Faustum perstringunt; illius enim libros nondum viderant. At quod illum Scythæ accusaverant, tamquam contra gratuitam prædestinationem scripsisset, in epilogo & ipsi hæc respondent: *Cuius prædestinationis veritatem, qua nos ante mundi constitutionem prædestinatos in Christo testatur Apostolus, si quis detrectat cordis credulitate recipere, vel oris confessione proferre, si ante ultimum diem vitæ præsentis impietatis suæ contumaciam qua Deo vivo &*

vero rebellis obſiſtit, non abiecerit, manifeſtum eſt eum non pertinere ad eorum numerum, quos Deus in Chriſto ante mundi conſtitutionem gratis elegit & prædeſtinavit ad regnum.

Dum hæc in Sardinia ſcribuntur, legati Scytharum Romæ iogeotes turbas dabaot: etenim uoiverſis illam *de Uno ex Trinitate paſſo* ſenteotiam ioculcabaot. At cum Dioſcorum, quem hoſtem infenſiſſimum ſemper experti fuerant, propediem Romæ adfuturum intelligerent, ne præſeotis ac Hormiſdæ cariſſimi hominis auctoritate opprimerentur, diuturniorem ſe Romæ moram facere noo poſſe dictitantes, ex Urbe egreſſi ſuot, cum iugem fere annum illic teſte Hormiſda in epiſtola ad Poſſeſſorem, & ut Maxentius in reſpooſione ad eamdem ſcribit, quatuordecim menſes morati fuiſſent. Idem tradit, Hormiſdam veritum ne præſentem Dioſcorum convincerent, eiuſdem pudori ac famæ cooſulturum, miſſis Defenſoribus vi Scythas monachos ex Urbe expuliſſe. Sed Hormiſdæ fides habenda eſt. Etenim veriſimile eſt, monachos palam cognoſcentes Hormiſdam ad ipſorum ſententiam oolle accedere, exiſtimaſſe eumdem coram adverſante Dioſcoro longe duriorem futurum. Quæ quidem exitus poſtea docuit. Non eoim Iuſtini literæ, non Iuſtiniani epiſtola hoc ipſo aono Roma egreſſis monachis, XV. Kal. Octobris accepta, non denique legati Imperatoris anoo inſequenti Romam miſſi, Hormiſdæ animum in eam Scytharum ſententiam flectere potuerunt. Antequam tamen monachi Roma evaderent, libellos atque exemplaria quibus eorum de Trinitate & divina gratia ſententia cootinebatur, ad Principum ſtatuas appenderunt, ut eo prætextu aliquod receptui maotellum eſſet. Eoſdem ad Principum ſtatuas exclamaſſe ſcribit Hormiſda ad Poſſeſſorem, ut populum Romanum io commiſerationem traherent: quorum tamen clamores ſurda aure Romanos pertraoſiſſe, eodem auctore accepimus.

Monachis vix Roma dilapſis, Hormiſda' Poſſeſſoris epiſtolam Conſtantinopoli datam Iuſtino diacono delatore accepit, qua rogabatur ut quid de Fauſti Reieoſis libris ſentiendum foret, perſcriberet'. Unus hic erat ex Africanis Epiſcopis a Traſamundo in exilium miſſis, qui Conſtantioopoli ſedem locaverat, ipſi Pontifici optime cognitus; cuius etiam epiſtola 15. ad eumdem Poſſeſſorem legitur data III. Non. Aprilis Agapito Coſ. anno 517. in qua eiuſdem libellum fidei ad ſe tranſmiſſum commendat, & hortatur ut cooſtanter exilii calamitates ferat. At cum Conſtantinopoli Fauſti libri a pluribus defenderentur ut catholici, Maxeotius cum monachis collegis eoſdem uti hæreticos damoabat. Quod vero Africani in quæſtionibus de gratia & libero arbitrio ſumme verſati vulgabantur, plurimi ſæpe ac ſæpius Poſſeſſorem Epiſcopum de Fauſti libris conſulebant. Hic quod exul & privatæ auctoritatis eſſet, neutri parti advocationem præſtare volens, neque eos libros hæreticos dicere, neque tamquam catholicos & ab omnibus defendendos adſtruere auſus eſt: ſed privatas quaſdam io illis ſenteotias cootineri autumabat, quæ tamen neque palam reprobatæ vel approbatæ eſſent ab Eccleſia. Sed præſtat Poſſeſſorem audire hæc ad Hormiſdam ſcribentem: *Cum quorumdam fratrum animus de codice Fauſti cuiuſdam natione Galli Rheginæ civitatis Epiſcopi, qui de diverſis rebus & frequentius de gratia Dei diſerte viſus eſt diſputare, in ſcandalum moveretur, aliis, ut ſe habent humana ſtudia, in contrarium renitentibus, me crediderunt de hoc ambiguo conſulendum. Dixi quidem, ea quæ a tractatoribus pro captu proprii ingenii diſputantur, non ut canonica recipi, aut ad ſynodalium vicem pro lege ſervari, ſed habere nos certa ſcilicet, quæ veteri lege vel nova conſcripta, & generalibus Patrum ſunt decreta iudiciis, ad fundamentum fidei ac religionis integram firmitatem: hæc autem quæ Antiſtites diverſi conſcripſerunt, pro qualitate ſui ſine præiudicio fidei ſolere cenſeri.* Licet vero Iuſtinianus crebras adeo literas ad Hormiſdam dederit, nihil tamen umquam de Fauſti libris perſcripſit. Ceterum & his quoque litigiis una cum Vitaliano ſe ſe immiſcuerat, atque ambo ea de re Poſſeſſorem ad Pontificem conſulendum induxerant, ut idem affirmat. *Quæſo*, inquit, *ut conſulentes quid de præfati auctoris dictis videatur, auctoritate apoſtolicæ reſponſionis agnoſcant; maxime quod filii quoque veſtri magiſtri militum Vitalianus, & Iuſtinianus, præcipue ſuper hac re reſcripto beatitudinis veſtræ ſimiliter informari deſiderant.*

rant. Vitalianum cum monachis Fausto nigrum theta præfixisse certum puto: de Iustiniano ao io hac quoque contra Reiensis libros sententia cum Vitaliano coovenerit, incompertum est. Suspicor tamen in hac quoque parte Consuli adhæsisse.

CAPUT XIX.

Vitalianus Consul Fausti hostis ac monachorum Scytharum patronus occiditur. Hormisdas Papa Fausti libros reiicit. De Iohanne Maxentio Usserii hallucinatio.

HOc anno mense Iulio, quo Hormisdas epistolam Possessoris accepit, Vitaliaous Consul Constantinopoli decem & septem vulneribus confossus occubuit, & quidem iubente Iustino Imperatore. Scribit Tunonensis in Chronico: *Iustiniani patricii factione dicitur interemptus fuisse*. Ibi tamen noo recte Vitaliani mors refertur ad consulatum Symmachi & Boetii. Etenim Iustinianus Imperatoris nepos virum rebus contra Anastasium feliciter gestis insignem ob nimiam potentiam Iustino suspectum reddidit, veritusque ne sibi impedimento foret ad imperium post Iustioi mortem occupandum, de medio tollendum curavit. Certe Vitalianus ob Anastasium Imperatorem vi repressum, ac Severum aliosque hæresiarchas in exilium ipsius opera depulsos, in omnium orthodoxorum ore versabatur. Hinc in synodo Tyria lectis literis queis significabatur Severum Constantinopoli io synodo anathemate percussum, populus exclamavit: *Vitaliani patricii multi sint anni*: *Vitaliani orthodoxi multi sint anni*. Ita Vitaliani nomen datis Augustis Principibus acclamationibus inserebatur. Refert hæc Epiphanius Antistes Tyrius in epistola ad Iohannem Patriarcham & synodum C.P. Præterea in synodo habita Apameæ in secunda Syria acclamatum est: *Vitaliani fratelatis multi sint anni*. *Vitalianus dignus Imperatore*. Ita literæ Apamea datæ & recitatæ in synodo C.P. sub Mena Patriarcba act. I. testantur. Iustiniani nomen nec semel auditum est; cuius etiam animum bæc pupugere: unde Vitaliano necem intulit. Procopius in

A Arcana historia pagina mihi 30. hæc scribit de Iustiniano: *Illico vocatum mittit Vitalianum tyrannum, fide publica impunitate promissa, & una susceptis Christianorum mysteriis. Paulo deinde post dato suspicioni atque offensioni loco, eum ac necessarios in aula impie contrucidavit, nihil veritus fallere fidem tam formidandam*. Nempe Iustinianus hausto una cum Vitaliano super sacram mensam Dominico sanguine (ritus hic ἀδελφοποιΐα Græcis nuncupabatur) mutuam fraternitatem iuraverat: unde scribens ad Hormisdam Papam superius dicebat, *Frater noster gloriosissimus Vitalianus*. Sed regnandi causa Iustinianus

B tam formidandam fidem infregit. Idem tamen post Iustinum imperium indeptus, Iohannem Vitaliani ex fratre nepotem summopere dilexit, atque in Italiam cum exercitu contra Gothos misit: idemque Iustinam Germani qui Iustiniani ex fratre nepos erat, filiam in uxorem ducens, Imperatoriæ familiæ necessitudine iunctus fuit. Sed de Iohanne plura Procopius in libris de bello Gothico. Baronius initio anni 520. hæc scribit: *Vitalianus luit pœnas de patrocinio Eutychianis monachis præstito adversus Apostolicæ Sedis legatos*. Sed ut in proxime di-

C cenda dimittam Eutychianismum quem eisdem mooachis importat, Vitalianum minime reprehendendum existimo, quod monachorum patronum egit. Haud illi convenisse cum Dioscoro non negabo; sed interim per Paulinum, ut dictum est, ad Hormisdam de illa quæstione de *Uno de Trinitate passo* literas misit, & per Possessorem eumdem etiam Pontificem de Fausti libris consultum voluit; ut si in quopiam Dioscoro impensius monachorum æmulis adhærenti repugnarit, id minori eiusdem erga Apostolicam Se-

D dem reverentiæ & obsequio haud tribuendum sit, sed publicæ quietis studio, quo Dioscorum iudicem, non adversarium vel initio causæ desideravit. Legati quidem hæc de Vitaliano scripserunt ad Hormisdam post epist. 65. eiusdem: *Vitaliano magnifico viro surripuerunt, & ut talia vindicaret pro talibus rebus, & contra nos quæcumque potuit impedimenta afferret*. Sed ea in re se se legatis opposuit, quam extra Pontificis mandata privata auctoritate tractabant, ipsummet Pontificem interim per literas consulens, ut ipsius erga Hormisdam obse-

quium

quium integrum omnino haberetur. Immo ipsis legatis Constantinopolim accecedentibus decimo ab Urbe milliario honoris causa obviam processit: quod ad Hormisdam iidem perscripsere. Unus etiam ille fuit, qui Anastasio Imperatore Eutychiano rem catholicam vexante, arma pro fidei incolumitate induit, atque a Principe Deo rebelli & fidifrago deficiens, eumdem exercitu aggressus, non prius arma deposuit quam Anastasius & Episcoporum reditum, & sacram synodum cui Romanus Pontifex interesset, iure iurando promitteret. Quam quidem a Vitaliano partam gloriam monachos postea Scythas defendendo eumdem obscurasse unus Baronius crediderit.

Hormisdam amaro in monachos animo Possessoris epistola invenerat, ob nuperam eorumdem discessionem iure indignatum. Quare Idibus Augusti Possessori respondens, in priori parte epistolæ pluribus in monachos invectus est, eosque tantum non hæreticos appellavit. *Quorumdam*, inquit, *Scytharum, qui monachos præ se ferebant specie non veritate, professione non opere, subtili tectas calliditate versutias, & sub religionis obtentu famulantia odiis suis venena pertulimus*. Addit longe graviora, quæ in fine capitis sequentis referemus. Deinde de Fausti libris consulenti respondens, ait: *Non improvide veneranda Patrum sapientia fideli posteritati quæ essent catholica dogmata definiit, certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda Spiritu Sancto instruente præfigens, ne opinioni suæ lector indulgens, non quod ædificationi ecclesiasticæ conveniret, sed quod voluptas sua concepisset, assereret*. Item: *Nec vitio dari potest nosse quod fugiat: atque adeo non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes*. Quibus insinuat a Gelasio factam librorum catholicorum approbationem, nec culpandum qui Fausti libros legat, sed qui eiusdem opiniones sequatur. At de Fausto hanc sententiam tulit iis plane verbis conceptam: *Hi vero quos vos de Fausti cuiusdam Galli Antistitis dictis consuluisse literis indicastis, id sibi responsum habeant, neque illum, neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recipit examen catholicæ fidei aut ecclesiasticæ disciplinæ, ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præiudicium comparare*. Cum vero passim diceretur Faustus contra S. Augustinum scripsisse, idem S. Pontifex ea sententia libris Fausti omni prorsus auctoritate exutis, volumina postrema S. Augustini legenda ingessit, veluti purissimos fontes indicans, e quibus relictis Fausti paludibus limpidissimos catholicæ doctrinæ latices haurirent. *De arbitrio tamen libero*, inquit, *& gratia Dei quid Romana hoc est catholica sequatur & servet Ecclesia, licet in variis libris B. Augustini, & maxime ad Hilarium & Prosperum, abunde possit agnosci, tamen & in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur, quæ si ibi desunt & necessaria creditis, destinabimus*. Qua quidem nobili assertione, post tot Romanos Pontifices, ab Hormisda quoque S. Augustini doctrina consecrata est, & illa præsertim quæ in libris de Prædestinatione SS. & de Dono perseverantiæ continetur; quos libros Semipelagiani, teste Prospero in fine libri adversus Collatorem, ab Apostolica Sede negabant approbatos.

Petrus diaconus cum in Palæstinam iter facere constituisset, ac fama esset per eam provinciam plures hæreses passim serpere, quod ex cap. 31. vitæ Fulgentii colligitur, privatis literis Fulgentium rogavit ut brevem fidei regulam ad se transmitteret, ne quis forte minus cauto error obreperet. Fulgentius Petri sententia ac consultatione commendata, egregium ac mirabilem eidem librum reposuit, in quo a capite 25. & sequentibus late Pelagianorum ac Semipelagianorum errores insectatur. Hunc librum Ferrandus diaconus in epistola ad Fulgentium quæst. 5. *De regula veræ fidei* nuncupat. Isidorus etiam lib. de Script. eccles. cap. 14. *regulam veræ fidei* dicit; quo ipso nomine idem Fulgentius c. 44. suum illud volumen appellavit; ut titulus appareat eiusdem libri, qui per plura sæcula Sancto Augustino adscriptus *De fide ad Petrum* dicebatur. Tantam' cum Augustinianis scriptis ob sententiarum consonantiam similitudinem habet. Ex quo etiam libro plurimæ sententiæ in Decretalium volumina translatæ sunt. Porro cap. 44. omnia se iuxta catholicam Ecclesiam docuisse tradit, ac contradicentibus hæc interminatur: *Si quem contraria his dogmatizare cognoveris, tamquam pestem fuge, & tamquam hæreticum abiice. Iam enim ista quæ posuimus, fidei catholicæ congruunt, ut si quis non solum omnibus*,

bus, sed etiam singulis voluerit contraire, in eo quod singulis horum contumaciter repugnat, & his contraria docere non dubitat, hæreticus & Christianæ fidei inimicus, atque ex hoc omnibus catholicis anathematizandus appareat. In fine vero libri se in exilio scribere non obscure significat.

Anno DXXI. Interea Hormisdæ epistola ad Possessorem in varia exemplaria transcripta, non modo Constantinopoli, verum etiam latius per Europam legebatur. In qua cum monachi Scythæ arguerentur, nec Fausti libri ut hæretici palam reprobarentur, Iohannes Maxentius qui adhuc Constantinopoli morabatur, eidem obviam scripto ire ausus est, responsionem prolixam satis procudens, qua Scythis obiecta refelleret. Quo tamen liberius in epistolæ auctorem toto impetu debaccharetur, negavit illam fuisse ab Hormisda scriptam: unde omni prorsus modestia deposita, veluti in hæreticum furibundus insiliens, mille convitiorum plaustra evomuit. Immo eo usque furoris prolapsus est, ut in hæc impudentissima verba eruperit: *Verumtamen sive ab hoc* (nempe Hormisda) *sive a quolibet alio hæc sit scripta epistola, non est dubium auctorem eius esse hæreticum, qui contentionem verborum & subversionem audientium iudicat Christum filium Dei unum fateri ex Trinitate*. Eodem etiam caractere describit Possessorem, quod negabat Christum filium Dei unum esse ex S. Trinitate. Deinde sententiam Hormisdæ de Fausti libris, uti mitiorem reprehendit, quod noluisset Fausti libros tamquam hæreticos condemnare, irridetque uti non ad rem datum responsum. *Nam cum de ipsis*, ait, *libris, non utrum legendi sint, sed utrum sint catholici, vertatur quæstio, iste non de ipsis quid sentiendum sit, sed eos, quamvis non in auctoritate habendos, tamen legendos esse decernit*. Immo quod Hormisda hæc in illis literis dixit: *Proficiemus inter adversantes propriis bonis, si non involamur erroribus alienis*; insimulare Pontificem homo petulantis ingenii non veretur, quasi Pelagio occulte faveret. Verba Maxentii sunt absynthio amariora: *Callide tuam ulterius occultare perfidiam; sed te splendore suo detegit catholica veritas, & iuxta cetera mala etiam superbissimæ Pelagianæ perfidiæ involutum erroribus cunctorum oculis anteponit, qui inter adversantes, non Dei munere, sed propriis bo-*

A *nis proficere te posse tumida elatione confidis*. Sed perperam tantum blasphemiæ Hormisdæ obiicit. Nam propria bona, non Dei donis, sed erroribus alienis opponit; licet illa ita nostra sint, ut etiam donata esse credantur: de qua re acute S. Augustinus explicans illa Orationis dominicæ: *Panem nostrum quotidianum da nobis*. At Maxentius S. Augustini assertiones Fausti dictis opposuit, ut Possessorem tamquam hæreticos libros Fausti damnare nolentem erroris convinceret. *Conveniens credidi*, inquit, *aliqua tam de Fausti quam de antedictis libris eiusdem S.* B *Augustini certa capitula decerpere, & huic nostro opusculo inserere, ut cum in brevi collata ab invicem contraria sibi reperta fuerint, evidenter clareat libros Fausti esse hæreticos*. In quo etiam veteri se vitio teneri Maxentius ostendit, nempe hæreticos omnes illos privata auctoritate declarare, quos suæ sententiæ adversantes videret. Verum quod ex S. Augustini dictis in eo libello Faustum confutavit, hoc unicum encomium a posteris habuit, ita de eodem scribente Bellarmino in lib. de Script. eccles. *Iohannes Maxentius* &c. *Faustum & Pelagianos egregie refellit ex* C *libris S. Augustini*. Ceterum epistolam illam esse Hormisdæ, ac malitiose id a Maxentio negari, Baronius ex styli consonantia probabat: sed ex epistola synodica Patrum Africanorum in Sardinia exulum ad eumdem Maxentium, hoc ipsum aperte convincitur, ubi inquiunt cap. 17. *Quorum mentionem beatæ m. Hormisdas Sedis Apostolicæ gloriosus Antistes, in epistola quam consulenti se sancto fratri consacerdotique nostro Possessori rescripsit* &c. ubi elogium S. Augustini libris ad Hilarium & Prosperum delatum recitant. At hæc epistola tempore Baronii non- D dum typis data erat. Maxentium vero scripsisse illam responsionem ad epistolam Hormisdæ Constantinopoli patet, quia ait *in hac regia urbe*. Non fuisse illum Romæ ex toto discursu deducitur, in quo toties de Romana monachorum commoratione verba facit, nec usquam se illis adnumerat.

Potest hic quæri, quinam fuerit Maxentius iste Scytharum monachorum antesignanus. Possevinus in Apparatu sacro post Centuriatores cent. 6. cap. 10. putat fuisse abbatem Pictaviensem Congregationis Floriacensis Gallicanæ, qui teste

teste Arnoldo Vvion in Ligno vitæ lib. 2. cap. 70. etiam oppido *S. Maixent* vulgo dicto nomen dedit. At hæc commenta sunt. Ille enim Maxentius abbas Pictaviensis iamdiu reclusus erat in monasterio, cum Clodoveus anno 506. vel 507. contra Alaricum pugnavit, ex Turon. libro 2. de Gest. Franc. cap. 37. ubi celebre etiam facellum S. Maxentii nominat. Parum autem verisimile fit, abbatem eo etiam tempore miraculis clarum Byzantium profectum, ac tantis litigiis non modo socium, sed ducem se præbuisse. Vossius cum Simlero Maxentium Scytharum patronum ne monachum quidem fuisse putat lib. 1. c. 23. Ego quidem Scytharum syncellitam non fuisse certum existimo: ab illis enim uti extraneus loquitur in responsione ad epistolam Hormisdæ. At monachum illum fuisse negare non possumus: nam teste Dioscoro in literis ad Hormisdam, ille se abbatem venditabat. Quare monasticam illum togam induisse certum est. Iacobus Usserius lib. de Antiq. Britan. cap. 14. pag. 480. diligentius ceteris videtur plura de Maxentio indagasse: sed & ipse lapsus est. In primis cum Ado Viennensis in Chronico ad annum 492. dicat contra Faustum scripsisse Iohannem virum eruditum Antiochenum presbyterum, tradit Maxentium fuisse presbyterum Antiochenum, idque clare se probare existimat ex verbis Maxentii in libello fidei dato legatis, in quo Flavianum *huius urbis* Episcopum dicit, eiusque scriptum ad Theodosium commemorat. At Flavianus fuit Episcopus Antiochenus, qui ad Theodosium pro civibus Antiochiæ celebri legatione perfunctus fuit. Hinc deducit, libellum fidei a Maxentio & sociis fuisse Antiochia ad legatos Hormisdæ, qui Constantinopoli anno 519. aderant, transmissum. At hic scriptor hallucinatus est, Flavianum & Theodosium utrumque iuniorem cum seniori Theodosio alteroque Flaviano confundens. Intelligit eo loci Maxentius S. Flavianum Antistitem Constantinopolitanum; quod facile poterat Usserius intelligere ex his quæ postea idem Maxentius subdit: *Sed his paulo manifestius B. Proclus huius urbis Episcopus, quem etiam veneranda recepit synodus Calchedonensis ad Armenios, cum contra Theodori blasphemias* &c. Hic Proclus electus est

A Antistes Constantinopolitanus Coss. Aspare & Ariobindo anno 434. mense Aprili ex Socrate lib. 7. cap. 40. Quare Sanctum Flavianum Procli successorem ac martyrem laudat Maxentius in libello supplici; quem pariter liquet Constantinopoli exaratum, dum appellat Proclum ac Flavianum *huius urbis* Episcopos. Et quidem monachi Scythæ e Pontica diœcesi Metropolitæ Tomitani venerant, non autem ex urbe Antiochena: quod ex dicendis constabit.

B Video Adonem etiam in errorem lapsum, secumque Usserium traxisse. Ille enim tradit Iohannem presbyterum Antiochenum contra Faustum scripsisse. Hunc Iohannem Antiochenum Usserius eumdem cum Maxentio facit, quod illum Antiochiæ fidei professionem scripsisse putavit. Vossius vero eumdem Iohannem illum statuit, de quo Gennadius lib. de Script. illustr. cap. 93. At Iohannes Antiochenus presbyter antiquior est Iohanne Maxentio: de illo enim hæc habet Marcellinus in Chronico sub Consulatu Longini anno scilicet 485. *Iohannes Antiochenæ parochiæ ex grammatico presbyter, scripsit adversum eos qui in una tantum*

C *substantia adorandum asserunt Christum, nec acquiescunt duas in Christo confitendas naturas*. Gennadius addit cap. 93. *Simul & impugnat aliquas Cyrilli Alexandrini Episcopi sententias, dicens incaute ab illo adversus Nestorem prolatas* &c. *vivere adhuc dicitur*. Quare Iohannes Antiochenus, dum scribebat Gennadius ante annum 494. longævus erat, & Cyrillo obloquebatur. At Maxentius floruit anno 520. neque hic contra Cyrillum scripsit, sed eidem impensius adhæsit, & cum monachis anathemate damnat *cuncta scripta duodecim capitulis adversantia B. Cyrilli*,

D cap. 5. de Incarn. & grat. ad Episcopos in Sardinia exules. Neque illum Antiochenum quicquam contra Faustum scripsisse Gennadius tradit. Qua ratione enim tam cito Fausti libri Antiochiam volitassent? Ado vero quadringentis annis posterior vixit; ut haud tanti eius testimonium faciendum sit, cum constet eumdem ex Iohannis Maxentii responsione ad epistolam Hormisdæ ad verbum suum de Fausti libris iudicium exscripsisse. Hæc quidem de Iohanne Maxentio ab aliis scripta confutavimus, nec tamen quicquam interim certi de eodem ipsi

ipsi statuentes. Scripsit ille contra Acephalos, & libros duos contra Nestorianos ad Theophilum, quem suspicor esse illum Episcopum Heracleensem qui primus synodum Constantinopoli anno 520. coactam subscripsit, tum temporis Maxentio ea in urbe commorante. In posteriori parte libri secundi a cap. 19. usque ad finem de illa propositione *Unus e Trinitate passus*, usque ad finem libri disputat: quem etiam sic concludit: *Nec ego te umquam aliud aliquid quam hæreticum iudicabo, qui Deum Verbum D. N. Iesum Christum, qui pro nostra salute passus est carne, unum esse ex sancta & individua Trinitate non approbas, cui honor & gloria in sæcula.* Quam sententiam etiam in præfatione ipsa inculcat; ut plane certum videatur, eos libros fervente Constantinopoli illa quæstione esse elucubratos. Bellarminus scribit Maxentium in responsione ad epistolam Hormisdæ videri declinare ad Eutychianos, Nestorianos refellentem. At nec Nestorianos ibi refellit sed catholicos, immo Hormisdam: quibus Nestorianismum ignominiæ causa & per calumniam opponit, neque ad Eutychianos deflectit qui toties duas in Christo naturas deprædicat. Sed de his iterum, & quidem proxime.

CAPUT XX.

Maxentius ac monachi Scythæ, S. Augustini contra Faustum Reiensem defensores, ab Eutychianæ hæreseos nota vindicati.

MOnet hoc loco gratitudinis officium, ut stylum ad alia properantem parumper sistamus, ac Iohanni Maxentio & Scythiæ monachis, ob egregie Augustiano nomini navatam operam, non modo gratias referamus, sed etiam vices rependentes, Augustinianæ doctrinæ adversus Faustum defensoribus necessariam advocationem commodemus. Etenim magnus Ecclesiasticorum annalium scriptor ad annos 519. & 520. Maxentium ac Scythas religiosos tantis conviciis excipit, quantis vix fere hæresiarcharum aliquem umquam proscidit. Ego quidem de singulis notis quas Scythis inurit, nolo cum eo contentionis funem ducere; sed hoc unum falso illis crimen affrictum ostendam, quod nempe Eutychiani fuerint. Vocet Scythas illos Baronius tomo septimo *pseudomonachos, versipelles, impios* pag. 46. *circulatores, impostores* pag. 47. vellicet eorum *imposturas, dolos, fallaciam, perfidiam* pag. 47. exaggeret eorumdem *temeritatem, procaciam, & prorsus effrænem audaciam* pag. 60. nullam inde pro ipsis apologiam destinamus; sed quod illos *non catholicos* dicat pag. 46. *sub sanctitate monastici habitus latentes hæreticos* pag. 49. & pagina 43. exclamet: *Plane comperitur signis haud obscuris & argumentis minime dubiis, eosdem ipsos Eutychianos fuisse hæreticos.* De Maxentio autem scribit: *Irrepere tentavit vafer impostor vano quodam prætextu declarandæ sententiæ concilii Calchedonensis quædam adiiciendo, ut ex hoc posset ipsum funditus perdere, & damnatam hæresim restituere*, pag. 44. Hinc de nece Vitaliani Consulis hæc super ex eodem retulimus: *luit pœnas de patrocinio Eutychianis monachis præstito.* Hæc non admittere non possumus; sed Eutychianæ hæreseos infamiam non modo a Maxentio ac collegis propulsabimus, verum etiam eosdem hæresis Eutychianæ strenuos expugnatores probabimus; ut eorum vicem dolere debeamus, qui tam pessime audierint.

Cum legati Hormisdæ Papæ Byzantium appulissent, Maxentius cum sociis Scythis libellum fidei obtulit, in quo hæc profitebantur: *Unum eumdemque Christum filium Dei unigenitum in duas naturas inconfuse, incommutabiliter, indivise, inseparabiliter cognoscendum: in nullo naturarum diversitatem propter unitatem perimendam, salva potius proprietate utriusque naturæ, in una persona unaque subsistentia concurrente.* Et in lib. de Incarnat. & grat. ad Patres Africanos cap. 2. inquiunt: *Igitur iuxta Sanctorum Patrum traditionem D. N. Iesum Christum in duabus naturis unitis & inconfusis, idest divinitatis & humanitatis, in una persona sive subsistentia confitemur.* Eutychetem vero duas in Christo naturas negasse certum est. Illud enim dogma hæreticum in Ecclesiam invehere conatus, a Calchedonensi synodo & Leone Magno damnatus fuit. Interim audiatur S. Hormisdas epist. 30. ad Cæsarium Arelatensem: *Eutyches carnis negans veritatem, & duas naturas in una persona non prædicans, ut*

Manichæam phantasiam ecclesiis Christi, quemadmodum putavit, insereret, simili ratione damnetur. Maxentius etiam contra Acephalos Eutychianos qui synodum Calchedonensem damnabant, scripsit, eiusque opus legitur tomo 6. Bibl. PP. p. 1. euius illa est conclusio: *Constat duas, idest divinitatis & humanitatis, in Filio Dei post adunationem esse naturas, ex quibus & in quibus subsistit una & singularis Christi persona*. Et hos Eutychianæ hæreseos expugnatores dicemus Eutychianos? Sane id siquis credat, non erit difficile eidem persuadere, Athanasium Arianis favere, militare in Pelagianorum castris Augustinum, factumque esse Cyrillum Nestorianum. Baronius pag. 59. respondet, *ut persuaderent catholicis se esse catholicos, pro ratione temporis & personarum fidei formulas diversas* habuisse, & pag. 47. ait eosdem in professione fidei ad Africanos missa nomen Verbi posuisse, quod in illa legatis Constantinopoli data non fecerunt, *ne quovis modo deprehendi possent quod ipsi essent hæretici*. Sed in utraque professione fidei duplicem naturam in Christo affirmant. Oculos lectorum appellamus: verba enim ex utroque libello fidei prolata modo a nobis sunt. Profecto Verbum nominarunt etiam in libello legatis tradito, ubi hæc habent: *Deum Verbum unigenitum filium Patris D. N. Iesum Christum, qui pro nobis passus est carne, unum de tribus subsistentiis unius divinitatis esse credimus*. Quæ cum vera sint & iuxta orthodoxam fidem dicta, inferebant posse etiam citra reprehensionem absolute dici: *Unus de Trinitate passus est carne*. Et Maxentius his plane verbis finit libros contra Nestorianos: *Nec ego te umquam aliud aliquid quam hæreticum indicabo, qui Deum Verbum D. N. Iesum Christum, qui pro nostra salute passus est carne, unum esse ex sancta & individua Trinitate non approbas*. Hæc ille.

Opponit Baronius, hos monachos adversatos esse synodo Calchedonensi, *cum eo additamento supplendum contenderent ipsum sacrosanctum concilium, quasi carens ipso, esse dicerent imperfectum, ac proinde cui haud tuto credi posset*. Sed hanc illi a se notam exeutiunt, neque nostra advocatione opus habent. Etenim eum illam propositionem, *Unus e Trinitate* &c. ex pluribus Patribus comprobarent, non synodo adiiciendam veluti necessariam appendicem contendebant, sed adversus synodi calumniatores illam se defendere contestabantur. Audiantur tantum eorum verba in præfatione libelli fidei dati legatis: *Æque ergo & de nostra parvitate conveuit iudicare, qui non in ipso termino venerabilis Calchedonensis concilii inserimus Patrum sententias, sed eas extrinsecus contra inimicos pro ipsius defensione proferimus*. Tantum abest, ut absque illa thesi imperfectam contenderent synodum Calchedonensem, quin potius anathemate percuterent qui tam impie de sacrosancto concilio sentirent. *Sequimur*, inquiunt ibidem, *& amplectimur venerandam synodum Calchedonensem, omniaque scripta Patrum sanctorum qui unum & idem secundum horum concilium definitiones senserunt; anathematizamus autem omnes, si quis dubitat, aut retractat, aut imperfecta indicat, aut qui ea a fide sanctorum Patrum æstimat aliena*. Hæc illis apertissima ac verissima sententia stetit.

Rursus pag. 44. scribit: *Cum insuper abhorrerent dicere, unam Trinitatis personam esse passam in carne, explodere receptum in Ecclesia personæ nomen dolose conantes* &c. Non ita est. Neque enim illi in eam sententiam venere, ut negarent unam Trinitatis personam esse passam in carne; sed cum illa thesis ab adversariis assereretur, inferebant inconsequenter ab iisdem hanc negari: *unus e Trinitate passus est carne*; cum eadem omnino sit eum propositione priori ab omnibus catholicis asserta. Hinc illos irridens Maxentius lib. 2. con. Nestor. cap. 21. ait: *Quis enim tam stultus & vecors est, qui dicat, Petrus ex hominibus una persona est, non est autem unus ex hominibus Petrus?* Quo loco fusius probat, eos qui unam e Trinitate personam Christum dicunt, debere etiam, velint nolint, confiteri eumdem unum e Trinitate, neque umquam priorem illum modum dicendi impugnavit. In responsione etiam ad Hormisdam scribit: *Quis enim tam stultus & vecors sit, qui dicere audeat Paulum ex Apostolis unam esse personam, non autem unum esse ex Apostolis Paulum?* Quibus utriusque thesis similitudinem exprimit, nec prima reiecta alteram uti veram obtrudit. Illud vero quod Baronius opponit, tentasse monachos ea via personæ nomen ab Ecclesia eliminare, falsum esse nullus

nullus non iudicabit qui eorumdem libellos legerit; cum in libello fidei legatis oblato, & in altero ad Afros transmisso, unam in Christo personam disertissime contra Nestorium docuerint. Immo ausim affirmare, neminem scriptorum Latinorum ante Maxentium adeo acute & subtiliter de personæ nomine & intelligentia disputasse, uti Maxentius lib. 1. contra Nestorium cap. 11. & sequentibus. Et cum ceteri Patres & scriptores veteres, Verbum vel hominem vel naturam humanam suscepisse dixerint, unde ipsa etiam Ecclesia canit: *Tu ad liberandum suscepturus hominem* &c. Maxentius lib. 1. cap. 12. acute notavit: *Melius ergo est susceptam a Deo naturam humanam quam susceptum hominem dicere*. Quem modum loquendi scholastici qui theologicam disciplinam rigidiori stylo prosecuti sunt, amplexi cum S. Thoma 3. p. q. 4. art. 3. Verbum hominem assumpsisse minus proprie dici pronuntiant.

Ex his non obscure colligitur, Scythas monachos procul ab Eutychiana labe fuisse. Iustinianus eos catholicos testatus est, totam ac tantam litem logomachiam pronuntians. Hormisdas etiam in epistola ad Possessorem, *novarum cupidos quæstionum*, & in epistola ad Iustinianum, *procacem verborum novitatem* eisdem obiecit, nusquam hæreticos dixit. Africani in Sardinia exules orthodoxam Scytharum fidem commendarunt his verbis: *Vestram simul alacres & fidem cognovimus & salutem, immo in agnitione fidei vestra nobis salus innotuit*. Et S. Fulgentius initio librorum de Veritate prædestinationis & gratiæ ad Iohannem Maxentium & Venerium diaconum ait: *Deo gratias ago, sancti fratres Iohannes presbyter & Veneri diacone, cuius ope tales estis, ut pro gratia, qua salvamur, magno spiritu & fervore certetis*. Neque hic prætermittenda sunt verba Patrum exulum in Sardinia in epistola synodica c. 17. ad eosdem Scythas monachos. *Vos itaque*, inquiunt, *dilectissimi fratres, per gratiam Dei estote stabiles, & immobiles, ac tenentes veram fidem, exhibete fratribus aliter sentientibus caritatem, nec de aliquo desperetis* &c. Immo ecclesia Romana paulo post obitum Hormisdæ, illam propositionem, *Unus e Trinitate passus est carne*, pro cuius defensione tot longarum peregrinationum incommoda, tot magnatum atque aliorum odia, tot denique labores illi devoraverant, approbavit. Etenim Iustino mortuo Iustinianus imperium indeptus, nihil antiquius habuit quam ut illam thesim pro qua ad molestiam usque toties ad Hormisdam scripserat, a Romano Pontifice confirmaretur. Eiusdem votis annuit Iohanes II. Utriusque autem literas exhibet Baronius anno 533. Ut plane haud reprehendendi sint monachi, qui tanto conatu pro veritate certaverint. Hinc Vigilius Papa, cum in trium Capitulorum proscriptionem, quam toto conatu Iustinianus promovebat, consentire nollet, quo Imperatoris eiusdem animum quoquo modo deliniret, in encyclica epistola propositionem memoratam se approbare testatus est. *Passus*, inquit, *carne est pro nobis Dei filius, crucifixus carne est, & mortuus carne est*: tomo 38. Concil. edit. regiæ pag. 53. Eadem etiam thesis anno 553. definita fuit in synodo V. collat. 8. canone 4. & 5. De variis autem sensibus in quos illa propositio distrahi potest, erudite agit P. Lupus in notis ad synodum Ephesinam. Cum plerique a monachis Scythis in pravos sensus illam detorqueri iudicarent, tot contra eosdem trogœdias excitarunt. Id sane constat ex literis Trifolii presbyteri ad Faustum Senatorem, quas Labbeus in nupera Conciliorum editione ad annum 519. publicavit, ubi sinistro prorsus interpretamento eam thesim excipit, turpemque Scythis hæresim affricat, a quo tamen fuere alienissimi, ut ex eorumdem libellis satis superque monstratum est.

Illorum tamen monachorum obstinatum studium, quo præconceptæ sententiæ ad ceterorum usque contemptum adhærebant, minime commendamus. Cur Hormisdæ silentium imperanti non obtemperarunt? Neque enim eam thesim ille reiiciebat tamquam falsam, sed uti novam, seu quæ novo modo exprimebatur: unde cum ambigui plane sensus esset, in malam partem poterat trahi ab hæreticis. At monachi, nisi ea approbaretur, causa se cecidisse existimabant. Hinc Oriens atque Occidens litigiis implicitus, atque in Sardinia Meridies in sententiam tractus; ut paucis monachis litigantibus universus catholicus orbis commotus fuisse videatur.

Libear tamen hic Sancti Hormisdæ Papæ iudicium de illis subnectere, ut si forte nonnulli memoratis monachis similes quandoque erumpant, nobis cavere possimus, non quod hæretica, sed quod nova populis obtrudant. Fuere ergo teste Hormisda illi monachi *Contemptores auctoritatum veterum, novarum cupidi quæstionum, solam putantes scientiæ rectam viam qualibet conceptam facilitate sententiam. Eo usque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse iudicium. Nec in numero fidelium deputantes sequacem traditionis paternæ, si suæ viderint credere nolle sententiæ. Docti crimina serere, obtrectationum venena componere, integrum corpus Ecclesiæ odisse, seditiones struere, invidiam concitare, & pro obedientia, quæ in cœnobiis principatum regularis obtinet disciplinæ, obstinationem pertinacis amare superbiæ*. Quibus hæc adiicit sanctissimus Pontifex tantas a Scythicis monachis molestias passus, quod eum vellent in suam ipsorum sententiam trahere: *Sero probavimus propheticа Apostolum voce dixisse, in novissimis diebus instare tempora periculosa, & fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes; itaque esse vitandos*. Hæc ille. Procul, o Superi, a nostris sæculis hocce tumultuantium religiosorum hominom genus, licet alias catholicorum.

Ceterum undenam eruperint isti monachi, (quod priori forsan loco dicendum erat), colligitur ex suggestione legatorum ad Hormisdam, ubi inquiunt: *Isti de sua provincia Episcopos accusant, inter quos est Paternus Tomitanæ ecclesiæ Antistes*. Unde e Ponto illos egressos constat: nam Tomos Ponti urbs est, quam exilio suo & carmine nobilem reddidit Ovidius: *Naso Tomitanæ iam non novus incola terræ*. lib. 1. de Ponto. Ille autem Paternus Episcopus primus subscribitur in literis synodi Constantinopolitanæ ad Hormisdam de ordinarione Epiphanii, & dicitur *provinciæ Scythiæ Metropolitanus*. Hic vero castiganda est palmaris hallucinatio Guesnaii, qui lib. 1. de vita Cassiani cap. 21. pag. 62. hæc scribit: *Alium quemdam Thmueos Episcopum Paternum nomine annumerat Baronius ex epistola S. Germani Episcopi Capuani ad Hormisdam Papam, in qua hæc leguntur de monachis Scethi seu Scythiæ tumultuantibus: Isti de sua provincia Episcopos accusant, inter quos est Paternus Thmuitanæ* (*non Tomitanæ, ut depravate legitur*) *civitatis Antistes* &c. In quibus in spissos errores lapsus est, Thmuim in Ægypto urbem cum Tomis in Ponto oppido, ac Scethi eremum cum minori Scythia confundens: qui tamen in limine statim libri Scythiam susius describens, magnum se geographum ostentare conatus fuerat. Non ergo *Tomitanæ civitati* in memoratis literis *depravate legitur*, sed Guesnaius *Thmuitanæ* depravate legit.

CAPUT XXI.

Faustus Reiensis septem libris a S. Fulgentio confutatur. Eiusdem libri tamquam hæretici ab Africanis Episcopis condemnantur. Vandalorum in Africa Regum chronologia exactius tradita.

Maxentius ac Scythæ monachi acцепто ab Africanis Patribus libro de Incarnatione & gratia, quem legati ipsorum re infecta Roma reverentes detulerant, cum in dies ob Fausti libros litigia Constantinopoli crescerent, ægre etiam ferentes Hormisdam de eisdem mitiorem sententiam protulisse, insuper intelligentes, ex delato ex Sardinia volumine Episcopos Africanos Fausti libros non legisse, communi consilio decrevere iterato ad eosdem scribere, simulque Reiensis volumina examinanda transmittere. Literarum summa erat: a pluribus absurdas de divina gratia & libero arbitrio sentetias defendi; nempe posse hominem proprio conatu absque Dei auxilio divinis præceptis obedire: Dei esse tantum imperare, nostrum vero imperata exsequi: gratiam omnibus indifferenter dari: parvulos ob solum origioale peccatum non posse damnari: horum qui prædestinantur, nihil habere supra ceteros Dei gratia collatum: prædestinationem ex hominum meritis suspendi: illos esse vasa misericordiæ, qui vel sæcularem habent vel ecclesiasticam dignitatem; vasa vero contumeliæ clericos, monachos, & laicos. Hæ quidem literæ non exstant; sed ex epistola synodica & libris Fulgentii illa colliguntur. In fine vero rogabant solutionem illius

illius satis perplexæ disputationis de animæ origine, quæ magna contentione ea in urbe tunc agitabatur. Librorum Fausti Byzantio ad Africanos transmissorum meminit auctor vitæ S. Fulgentii cap. 28.

Anno DXXIII. Nulli umquam nocentior quam Fausto Sardinia fuit: ibi enim Episcoporum exulum sententia duo eiusdem libri de gratia & libero arbitrio tamquam hæretici damnati sunt. Daciaous Byzacenorum Antistitum Primas de Fausti libris consultatione habita, communi suffragio illorum confutatiooem Fulgentio iniunxit, iubens etiam ut & de iis quoque quæ contra Scythas monachos Constantinopoli asserebantur, conscriberet. Fulgentius qui de Arianis tot editis voluminibus ac tot habitis vel coram barbaro Rege disputationibus triumpharat, in Faustum Reiensem eiusque sectatores aciem deflectere iussus pro divina gratia asserenda, universo impetu collecto, ingenti prorsus labore diu noctuque operi intentus, decem subtilissimos libros elucubravit: quorum septem adversus duos illos Fausti Reiensis statuit, universa quæ iste magna arte construxerat, maiori virtute subvertens; reliquos tres ad Fausti sectatores expugnandos monachis Scythis inscripsit; quorum etiam studium in divina gratia defendenda initio operis commendavit. Libri illi septem contra Reiensem malo Augustinianæ scholæ fato interiere. Eos quidem Hieronymus Vignierius in præfatione Operis imperfecti contra Iulianum, cum blattis luctantes in cuiusdam bibliothecæ angulo scribit se reperisse; sed nobis salivam movit, diuque desideratorum voluminum exspectatione fatigamur. Eos tamen se legisse testatur S. Isidorus Archiepiscopus Hispalensis in lib. de Illust. scrip. cap. 14. ubi de Fulgentin loquens ait: *Scripsit multa, ex quibus legimus de gratia Dei & libero arbitrio libros responsionum septem, in quibus Fausto Galliæ Reiensis urbis Episcopo Pelagianæ pravitati consentienti respondens, obnititur ejus profundam destruere calliditatem*. Testimonium etiam addam Pattum Africanorum in epistola synodica, quam una cum illis Fulgentii libris ad Scytharum monachos Constantinopolim misere, in cuius fine hæc scribunt: *Ceterum unus ex nobis in quantum Dominus servis fuit recti gratiam dignatur donare sermonis, illis omnibus quæ memoratos fratres adversus gratiam & prædestinationem intimastis vel sentire vel dicere, tribus libris vestro nomini dedicatis sufficienti disputatione respondit; quique adversus duos libros Fausti Galli septem libros edidit. Quos cum recensueritis, agnoscetis protinus, quemadmodum memorati Fausti commenta veritati contraria, catholicæ fidei penitus inimica discussio prodidit, ratio manifesta convicit, auctoritas divina compressit, & præcedentium Patrum consona prorsus attestatio confutavit*. In hac vero epistola syodica, quam publici iuris fecit Sirmondus, & legitur tomo 6. Biblioth. Patrum inter opera S. Fulgentii, plures seotentias quas adversus Dei gratiam & prædestinationem apud Byzantium inculcati Scythæ sigoificaverant, solide reiiciunt. Titulus epistolæ hic præfigitur: *Dei gratia plurimum amplectendis sanctis fratribus Iohanni presbytero & archimandritæ, & Venerio diacono, & fidelibus viris quorum in vestra epistola subscriptio continetur, Datianus, Fortunatus* &c. Duodecim Episcopi nominantur. Iohannem vero archimandritam esse ipsummet Iohannem Maxentium existimo: erat enim abbas, vel talem saltem se publicabat ex suggestione Dioscori ad Hormisdam.

Exactioris chronologiæ studium quod profitemur, exigit ut quo anno tum libri contra Faustum a Fulgentio, tum etiam synodica epistola exarata sit, exponamus. Baronius cum anno 522. Trasamundo mortuo Hilderici Regis inaugurationem statuat, eo quoque anno libros Fausti septem adversariis a Ruspensi Præsule impugnatos arbitratur A. 522. num. 4. Vossius eadem ratione ductus, epistolam synodicam ante finem anni 522. exaratam scribit lib. 1. Hist. Pelag. c. 52. At Sigonius lib. 16. de Imperio Occidentali, Hilderici Regis Vandalorum initia ad annum 524. protrahit. Victor Tunonensis in Chronico scribit anno 523. Maximo Consule Trasamundum obiisse: cui Usserius, Chiffletius, Petavius, aliique credidere. At cum aliorum Regum Vandalorum tempora ibidem Tunonensis prævertat ac pessime cnnfundat, eorumdem chronologia aliunde nobis est depromenda. Gensericus violata pace anno 439. XV. Kalendas Novembris Carthaginem occupavit: inde vero Vandalici regni in Africa tempus numerari cœptum est.

Porro

Porro captam Carthaginem consulibus Theodosio XVII. & Festo, Prosper ac Idatius qui tunc vivebant, in Chronicis scripsere. Vixit Gensericus post occupatam eam urbem annos XXXVII. menses tres ex Victore Vitensi in fine libri primi de Persecutione Vandalica: qui cum sub eisdem Vandalis Vitensi ecclesiæ præfuerit, ac plurima incommoda pro fide orthodoxa passus sit, optimæ fidei auctor venit. Dixi illum Vitensem, non Uticensem Episcopum, ut vulgo nominatus est, quod in libello Notitiæ Episcoporum Africæ qui sub Hunnerico Genserici successore persecutionem sustinuere, in catalogo Episcoporum provinciæ proconsularis legitur *Florentinus Uticensis*; at in indice Præsulum provinciæ Byzacenæ ita scribitur: *Victor Vitensis non occurrit*. Uticensis igitur ecclesia spectabat ad provinciam Carthaginensem, Vitensis vero ad Byzacenam & tempore Vandalicæ persecutionis hic Victor noster, illic autem Florentinus sedebat. Et quidem hunc Victorem appellant Vitensem Chiffletius & Holstenius; & codices MSS. laudant, in quibus Vitensis asseritur. Exstat nobile fragmentum in appendice Chronici Prosperi ex MS. Augustano, ubi legitur de Genserico: *Rexit eamdem Africam civitatem annis XXXVII. mensibus tribus, diebus sex.* Ergo moritur Gensericus anno 477. die 25. Ianuarii.

Successit Hunnericus, qui ex eodem Victore Vitensi regnavit annos septem, menses decem; addit laudatum fragmentum dies 18. quare obiit anno 484. Idibus Decembris. Hic cum ad Kalendas Februarias coacta synodo Arianis suis faveret, ac contra catholicos vi ac fraude uteretur, & isti solide fidem propugnarent, eosdem edicto in exilium misit, ecclesiis clausis. Datum est edictum VI. Kal. Martii, ubi legimus concilium coactum *ad Kalendas Februarias anni VIII. Regni nostri*. Incipiebat annus VIII. die 25. Ianuarii nostræ epochæ 484. Marcellinus in Chronico ad eumdem annum Theodorico & Venantio Coss. scribit: *Hæc Arianorum crudelitas in religiosos Christi cultores suprascriptis Coss. mense Februario cœpit infligi.* Annum huiusce persecutionis insigni caractere describit Gregorius Turonensis lib. 2. de Gest. Franc. cap. 3. dicens: *Tunc & sol teter apparuit, ita ut vix ab eo pars vel tertia eluceret, credo namque pro tantis sceleribus & effusione sanguinis innocentis.* Sethi Calvisii sententiam de eclypsi a Gregorio Turonensi indicata minus probabilem dixi, Holstenii ac Chiffletii sententiam secutus: at re diligentius considerata, ac per literas cum illustrissimo D. Francisco Naldino equite Florentino rerum astronomicarum studiosissimo communicata, cuius mihi amicitiam conciliavit Antonius Magliabechius V. C. ob omnigenam eruditionem literatis omnibus notus, Calvisii sententiam præponendam video. Quod autem ibidem Marini philosophi textum ex Ricciolii interpretatione lib. 2. Astronomiæ Ref. pag. 143. depravate exhibui, idemque erroribus scateat, prout a Renerio in tabulis Mediceis Græce recitatur, illum ita restituo: Ἐγένοντο δὲ διοσημεῖαι πρὸ ἐνιαυτοῦ τῆς τελευτῆς, ὡς ἡ ἔκλειψις ἡ ἡλιακὴ οὕτως ἐναργὴς, ὥστε καὶ νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν γένεσθαι. σκότος γὰρ ἐγένετο βαθὺ, καὶ ἀςέρες ὤφθησαν. αὕτη μὲν οὖν ἐν αἰγοκέρωτι ἐγένετο κατὰ ἀνατολικὸν κέντρον. *Apparuerunt autem ante finem anni prodigia, veluti Solis defectus adeo perspicuus, ut nocte, atque interdiu perducaverit. Obscuritas enim profunda ingruit, & stellæ conspectæ sunt. Defectus autem iste contigit in Capricorno plagam versus Orientalem.* Et quidem die 13. Ianuarii A. 484. iuxta meridianum Byzantii vera luminarium Solis & Lunæ coniunctio contigit horis post meridiem 20. 12'. 47". apparens vero H. 19. 18'. 13". in signo Capricorni. At cum die 14. vulgari Ianuarii Sol oriatur Byzantii horis 19. 24'. post meridiem die 13. patet maximam luminarium coniunctionem contigisse aliquot minutis ante ortum Solis, nempe H. 4. 41'. 47". ante meridiem diei 14. Digiti diametri Solis obscurati sunt 11. 52'. 24". Quare fere totus sol defecit. Itaque cum Gregorius de eadem eclypsi scribat, tertiam Solis partem non fuisse obscuratam, nequaquam locutus est de eclypsi anni 484. His accedit, in Gallia, ubi Turonensis scribebat, eamdem eclypsim non apparuisse: in quo etiam deceptus est Chifflетius in notis ad historiam Victoris Vitensis cap. 11. pag. 12. ubi ait: *potuit spectari Carthagine horis antemeridianis.* Etenim iuxta meridianum Parisinum memorata eclypsis accidit die 13. horis post meridiem 18. 12'. 49". quo tempore Sol erat

erat subtus horizontem. Sed nec Carthagine medium illius eclypsis videri potuit. Altitudo poli Carthaginis est. gr. 35. 10'. Tempus apparens veræ coniunctionis luminarium iuxta eiusdem urbis meridianum fuit die 13. H. post meridiem 18. 53'. 17". Sole in gr. Capricorni 23. 2'. 42". Locus autem verus Solis & Lunæ erat gr. 25. 43'. 23". Quare luminaria erant subtus terram. Hinc Marinus, qui id temporis Athenis Proculi successor morabatur ex Photio Cod. CCXLII. (unde iuxta meridianum Atheniense eamdem eclypsim ibidem descripsimus) recte dixit, apparuisse eclypsim illam versus Orientem. Ex his deducitur Gregorium Turonensem intellexisse eclypsim insequentis anni 485. die 29. Maii feria 4. horis 7. post meridiem, vel iuxta tabulas Britannicas 6. 51'. 53". Lutetiæ, cum tertia tantum pars Solis non defecerit, ut recte Calvisius ostendit: de qua etiam postea loquitur idem Marinus in libello laudato de vita Procli. Sethus Calvisius in Chronicis scribit, hanc eclypsim cuius ibi mentionem fecit Turonensis, contigisse anno 485. die 29. Maii, feria IV. horis septem p. m. Lutetiæ. At ego verius existimo, indicatam fuisse eclypsim anno superiori 484. die 13. Ianuarii observatam, quam ex Marino de vita Procli Lucas Holstenius primus publicavit, *qua*, ut inquit, *dies in noctem versa est: factæ enim sunt profundæ tenebræ, & stellæ visæ sunt*. Græca verba refert Renerius in tabulis Mediceis in catalogo observationum cælestium. Fuit enim die memorata decima tertia eclipsis Solis in signo Capricorni. Erat Anomalia correcta Solis grad. 218. & Lunæ 169. atque adeo fuit diameter Solis 32. 50. & Lunæ 33. 24. Visa est hæc eclypsis Athenis horis p. m. 20. 11. diebus 18. ante edictum contra catholicos emissum.

Tertius Vandalorum Rex fuit Guntabundus, quem anno 495. decessisse, Baronius, Petavios, aliique scripsere. Addit Baronius eumdem duodecimum tantum annum inchoasse. Ceterum cum Procopius libro 1. Hist. Vandal. Tunonensis ac Isidorus in Chronicis scribant, duodecim illum annos regnasse, Baronii sententia cadit. Neque enim historici aut chronologi annum ultra unum aut alterum mensem tantummodo inchoatum

A nominare solent. Profecto cum Hunnericus mense Decembri decesserit anno 484. Guntabundus vix paucos dies anni XII. vixisset, si anno 495. fatis concessisset. Ex hoc errore Baronius Hilderici regni initia ad annum 522. collocavit unius anni prochronismo. Ex recitato fragmento veritas eruitur: ibi enim Guntabundus regnasse dicitur annos XI. menses IX. dies XI. Quare diem obiit anno 496. die 24. Septembris. Obiter autem ex eodem fragmento nonnulla quæ de Guntabundo Baronius tradit, corrigenda sunt. Hic enim ad annum 495. num. B 25. *Moritur*, inquit, *hoc anno eodem Gundabundus Vandalorum Rex in Africa regni sui anno duodecimo inchoato. Abripuit Deus e vita hominem, cum intermissam aliquamdiu persecutionem instaurat. Hoc namque tempore rursus sanctissimum virum Eugenium Episcopum Carthaginensem exagitat, non ferens tantum virum in locis quibuslibet Vandalorum ditionis licet exulem degere* &c. *consilium illud iniit ut trans mare eum in Gallias amandaret, qui illuc delatus Albigensem incoluit civitatem*. Sed secus vetustissimus ille codex de eodem Rege narrat his verbis: *Guntabundus* C *tertio anno regni sui cœmeterium S. martyris Agilei apud Carthaginem catholicis dari præcipit, Eugenio Carthaginensi Episcopo iam de exilio revocato. Decimo autem anno regni sui ecclesias catholicorum aperuit, & omnes Dei sacerdotes, petente Eugenio Carthaginensi Episcopo, de exilio revocavit*. Postea exacte etiam tempus clausarum ecclesiarum describitur: *Ex die VII. Idus Februarias usque ad X. annum Guntabundi in diem IV. Idus Augusti completi sunt anni decem menses sex*. Et postea: *Qui memoratus Guntabundus Rex postmodum vixit annos duos, mensem unum*. Ex quibus D postremis verbis mense Septembri mortuum habemus Guntabundum, ut deducebamus. Qui tantum abest ut Eugenium in exilium miserit, quin illum potius ab exilio revocaverit, eiusque petitione ceteros Præsules suis sedibus restituerit. Ex quibus etiam corrigendus est Procopius, qui Guntabundum Christianis infensissimum semper hostem fuisse scribit.

Trasamundus postea regnavit, qui S. Eugenium in exilium detrusit. Hic autem in Gallias secedens, teste Tunonensi, Theodoro Consule, nempe anno 505.

ad

ad Superos abiit. Trasamundum vigio- A ti septem annos imperasse concedunt Tunonensis, ejusque exscriptor Isidorus. Sed laudatum fragmentum exactius tempus designans refert regnasse illum annos XXVI. menses VIII. dies IV. Quare decessit hic Rex anno 523. die 28. Maii. Scio Tunonensem atque Isidorum scribere, Trasamundum regnasse annos solidos vigioti septem, ac menses insuper quatuor: quod falsum esse ex literis Bonifacii Primatis Carthaginensis patet, ex quibus etiam accepti ab Hilderiri regni primordia optime statuuntur. Exstat in bibliotheca Vaticana synodus B Africana celebrata a Bonifacio Episcopo Carthagineosi una cum LVIII. Episcopis mense Februario, anno secundo Hilderici, Carthagine io secretario S. martiris Agilei: ibi vero recitatur epistola Liberati Episcopi ad Bonifacium Carthaginensem, quæ accepta ponitur *Idibns Decembris Anno Primo*. Respondet Bonifacius epistola *data die XVII. Kal. Iannarias Anno primo*. In bis autem literis hæc scribit Bonifacius: *Intimamns resurrectionis dominicæ sacramentum VII. Iduum Aprilinm adsnturum fore*. Porro pascha anno 524. celebratum est VII. C Idus Aprilis, qui fuit annus bissextilis, Cyclo Solis I. Lunæ XII. lit. G. F. Ergo epistola Bonifacii scripta est anno 523. die 16. Decembris anno primo Hilderici. Hanc synodum Lucæ Holstenii V.C. manu descriptam nobis legendam exhibuit Carolus Moronus, basilicæ S. Laurentii io Damaso canonicus, ac celeberrimæ bibliothecæ Barberinæ præfectus, ob raram eruditionem ab Eminentissimo Barberino tanti thesauri custos designatus: neque enim sapientissimus Princeps nisi apprime eruditum totius eruditionis sacrario præfecisset. Legitur D eadem synodus tomo 38. Concil. edit. regiæ pag. 331. sed non integra: eam enim Holstenius ad D. de Marca transmiserat. In ea synodo aono 525. Cartbagine celebrata, agitur de exemptione monasterii a potestate Episcopi, ibique recitatur decretum concilii Arelatensis sub Ravennio in causa monasterii Lerinensis, quod a Sirmnndo inter Gallicana concilia editum fuit. Interim Hilderici Regis initia citra dubium ex laudatis literis Bonifacii anno 523. statuuntur. Hildericus vero piissimus Rex antequam publice inauguraretur, Episcopos catholicos ab exilio revocavit. Rem ita narat Tunooensis: *Hic ergo sacramento a decessore sno Trasamundo obstrictus, ne catholicis in regno suo aut ecclesias aperiret, ant privilegia restitueret; priusquam regnaret, ne sacramenti terminos præteriret, præcipit & sacerdotes catholicos ab exilio redire, & ecclesias aperire*, Bonifacio Episcopo ordinato.

Ex longiori hac chronologica digressione habemus, libros septem Fulgentii contra Faustum scriptos fuisse anno 523. Nam de eisdem loquens Syncellus in vita Fulgentii cap. 28. *Magnus plane*, inquit, *bnius operis labor mercedem debitam cito suscepit. Mox enim nt est dictatio ipsius finita, protinus est longissimæ captivitati catena disrupta: mors enim Trasamnndi Regis, & mirabilis bonitas Hilderici regnare incipientis ecclesiæ catholicæ per Africam constitutæ libertatem restitnens, Carthaginensi plebi proprium donavit Antistitem cnnctisque in locis ordinationes Pontificum fieri clementissima anctoritate mandavit*. Verum his obstare videtur epistola synodica Africanorum Patrum in Sardinia exulum, io qua mentio habetur Hormisdæ Papæ veluti iam defuncti: etenim *beatæ memoriæ Hormisdas Sedis Apostolicæ gloriosus Antistes* ibidem appellatur. Scriptam vero in exilio epistolam inde constat, quod initio hæc leguotur: *Accepimns vestræ caritatis epistolam, quæ nostrum ex parte relevavit, ex parte vero mæstificavit exilium*. Scio nonnullos apud Baronium scribere obiisse Hormisdam anno 522. sed ex inscriptione reperta in Vaticano aooo 1608. quæ habetur in lib. 2. cap. 10. Romæ subterraneæ, refelluntur. Anno enim 523. Maximo Consule, Hormisda facultatem eoniugibus quibusdam concessit, ut in Basilica S. Petri possent sepeliri.

FL. MAXIMO V. C. CON....
CONCESSVM LOCVM
PE.... ROMAE EX TRB..
VOLVP... ET CONIVGI
EIVS IOHAN. PAPA
HORMISDA, ET TRA...
PRAPST. BASC. BEATI
PETRI:

At eum Tunonesis ac Isidorus, Hildericum, antequam Rex inaugurararetur, testentur Episcopos ab exilio revocasse, asserendum est, epistolam Scytharum aceeptam quidem ab Episcopis Africanis dum adhuc exularent, eosdem tamen respoodisse postquam ab exilio reversi sunt illo ipso anno 523. Fulgentius ergo cum reliquis in Africam reversus, alterum pro divinæ prædestinationis & gratiæ defensiooe opus aggressus, tres de veritate prædestinationis & gratiæ libros inscriptos vulgavit. Testem do eumdem Fulgentii & exulantis & redeuntis assiduum comitem, cap. 29. hæc diceotem: *Multa iam reversus de exilio novem & decem libris Fabiani mentientis falsa gesta convincens, de veritate prædestinationis & gratiæ libellos tres confecit*. Africani etiam Patres in epistola synodica horum Fulgeotii librorom mentiooem faciont. *Ceterum*, inquiunt, *unus ex nobis, inquantum Dominus servis suis recti gratiam dignatur donare sermonis, illis omnibus quæ memoratos fratres adversus gratiam & prædestinationem intimastis vel sentire vel dicere, tribus libris vestro nomini dedicatis sufficienti disputatione respondit; quique adversus duos libros Fausti septem libros edidit* &c. Quare si tres Fulgeutii libri de Veritate prædestinationis & gratiæ post exilium a Fulgentio in Africam reverso teste Syncello scripti sunt, cum illos hæc epistola oominet, ipsam quoque ab Episcopis iam ab exilio revocatis datam fuisse nullus ioficias ibit.

Itaque Fulgentius ubi septem illis libris Semipelagianorum coryphæum expugnavit, una cum ceteris Patribus qui Faustum synodali sententia damnaverant, postliminio tamdem Africæ restitutus fuit. Audiatur Syocellus. *Beatus itaque Fulgentius postquam sapienter expugnasset Pelagianos, lætificatos meruit videre catholicos. Inde secundum quod per eum Spiritus Sanctus prædixerat, reversus est Carthaginem cum omnibus consacerdotibus, unde solus exierat*. Ubi vero eiusdem libri Constantinopolim delati sunt, Fausti sectatores oon modo animum demisisse, B sed & Reiensis sententias eierasse, inde colligo quod regiam illam urbem illis controversiis in posterum turbatam fuisse nullus prodit. Libeat hic tamen audire nostri Fulgentii Fausto expugnato triumphum, quo a Carthaginensibus exceptus fuit, narrante eiusdem discipulo cap. 29. *Tanta autem fuit devotio Carthaginensium civium beatum Fulgentium revisere cupientium, sic universus populus expectabat ardenter quem viderat in conspectu suo pugnasse viriliter, ut aliis Episcopis ante ipsum descendentibus, silens multitudo super litus staret, oculis & mentibus inter omnes* C *Episcopos beatum Fulgentium, quem familiariter noverat, quærens, & eum a cunctis navibus expetens. Ubi vero facies eius apparuit, immensus nascitur clamor, altercantibus omnibus quis primo salutaret agnoscendus, quis caput benedicenti supponeret, quis extremis vel saltem digitis mereretur tangere gradientem, quis videre vel oculis procul stantem*. Hæc ille.

Fulgentium Ruspeosi ecclesiæ componendæ intentum Fabianus Arianorum sectator interpellavit; cootra quem e vestigio decem ille libros edens, fureotis hominis audaciam compressit. Lateot D hi quidem libri: ceterum Theodulphus Aurelianensis a Sirmondo editus plura illorum fragmenta prnducit. Interim a Monimo amicissimo viro ad scribendum de divina prædestioatione iterum compellitur. Hic ex prava intelligentia sententiæ Augustinianæ in eam absurdam opinionem descenderat ut putaret ex S. Doctoris sententia Deum homines æque ad booum ac ad malum prædestinare, rogavitque per literas Fulgentium, ut S. Augustini verbis quibus in eam sententiam propellebatur, expensis, quid scoticodum foret rescriberet. Fulgentius

tius unum de prædestinatione librum eidem statim procudit, quem una cum duobus aliis quibus reliqua a Monimo dubia proposita solvebat, ad eumdem transmisit. Illius scopus est ostendere, Deum prædestinate homines ad bona, non ad mala perpetranda, ac S. Augustinum intellexisse Dei prædestinationem ad malum pœnæ, non culpæ. In fine vero libri ait: *Nos itaque, charissime, hæc interim pauca de libris S. Augustini & de responsionibus Prosperi ad hoc maluimus huic libello inserere, ut cuncti noverint quid debeant de Prædestinatione sanctorum impiorumque sentire, simulque ut appareat eiusdem B. Augustini dictis tenorem nostræ sententiæ convenire.* Syocellus cap. 28. ait: *Testimonia quoque prædestinationis, & gratiæ differentias cupientem nosse, salubriter disputans docuit.* Hic vero appellatum arbitror librum ad Monimum. Nam idem sanctus Episcopus initio libri secundi ad eumdem ait, se soluisse quæstionem de diversitate prædestinationis iustorum & iniquorum. Istud volumen post reditum ab exilio scriptum ex his Fulgentii verbis colligo in præfatione: *Divino etenim igne succensus, sic nobis iugiter compateris, ut etiam illas tribulationes, quæ licet acciderint nobis, Domino tamen adiuvante fuerunt superatæ, tu sic eas pro nobis pene semper pateris, ut quoties eas corde revolueris, toties eas pati quodammodo compellaris* &c. Hosce libros ad Eugippium abbatem eosdem petentem in Italiam transmisit. Hic ille est Eugippius abbas Augustinianæ doctrinæ per Italiam propagator, de quo hæc habet Sigebertus lib. de Script. illust. c. 39. *Eugippius abbas hortatu Renducis Neapolitani Episcopi deflorans libros Augustini Episcopi Hipponensis, dedit codicem magnæ utilitatis ad Probam virginem, & per manus eiusdem Renducis Episcopi obtulit ecclesiæ Neapolitanæ.* Hic liber Eugippii Basileæ & Venetiis olim editus est. Neque hic prætereundum existimo quod ille scriptor in commendationem Augustini adversus Pelagianos scribentis in præfatione operis exaravit. *Inter magnos*, inquit, *Ecclesiæ catholicæ Doctores præclarum fuisse & esse beatum Augustinum quis ignorat Episcopum? quem divina eruditione mirabilem tum omnes orthodoxi in toto terrarum orbe venerantur, præcipue tamen Apostolicæ Sedis Antistites, scripta eius sua auctoritate firmantes, tanto maiori studio simpliciter amplexi sunt, quanto ampliori solatio eis se usos esse testantur. Nam contra multos hostes Ecclesiæ dimicantes, & maxime contra versipelles inimicos gratiæ Dei, doctrina eius instructi, vel potius eadem illustrati gratia, semper extitere victores* &c. Interim vivo Fulgentio nullis de divina gratia dissensionibus Africa convulsa est, Augustini doctrina ibidem veluti sacra hereditate summa semper in veneratione habita: quod Fulgentii, Primasii, aliorumque scripta Augustinianis sententiis passim referta indicant. Et hæc de Fausti libris a S. Fulgentio confutatis.

CAPUT XXII.

S. Cæsarius Arelatensis Faustum scriptis impugnat. Aliorum de Cæsario chronologiæ reiectæ.

Dum hæc Constantinopoli a Scythis monachis, & ab Africanis in Sardinia contra Faustum Reiensem aguntur, strenuus contra eumdem in Gallia hostis insurrexerat Cæsarius Arelatensis, qui ultimo ictu Semipelagianismum confecit. Hic Lerinensis monachus, dein Arelatensium Antistes, si quid damni in Gallia per Lerinensem abbatem Faustum vel Hilarium Augustiniana doctrina passa erat, abunde resarcivit. Iuvenis monachum professus est in cœnobio Lerinensi sub abbate Porchario Fausti successore: unde mirum id negari a Vossio, cum Cyprianus in vita Cæsarii disertis verbis id tradat. In eodem monasterio Lerinensi eumdem post Porcharium abbatem fuisse scribunt, Saussaius ad diem 27. Augusti, & Torellus in sæculis Augustinianis ad annum 544. id *extra dubium* asserens: quod tamen prorsus falsum est. Nam Cyprianus Cæsarii discipulus apud Surium ad diem 27. Augusti cap. 3. scribens de Eonio Episcopo Arelatensi, ait: *Cœpit ergo iuvenem Cæsarium non iam ut peregrinum vel extraneum sed attentiori obtutu intimis cordis oculis contemplari, moxque ab abbate Porchario illum expetiit, & licet ab invito etiam impetravit. Illico primum diaconus, deinde presbyter ordinatur.* Item: *Defuncto autem in suburbana civitatis insula abbate, ab Episcopo Eonio eo Cæsarius mittitur, ut monasterium rectore destitutum, ipse in*

in eadem reverentiæ auctoritate succedens, monastica disciplina informaret. Itaque in suburbano monasterio libens eam complectitur vitæ rationem &c. Quibus aperte significat, Cæsarium constitutum abbatem io insula quæ adversus Arelatem Rhodano alluitur: neque enim Lerina est insula in suburbiis alicuius civitatis, multo minus urbis Arelatensis, prope quam abbatem gessit Cæsarius; cum Lerina sit ex altera Provinciæ parte Mediterraneo circunfusa adversus Antipolim. De hoc monasterio in suburbiis Arelatensium iotelligenda est epistola Gelasii ad Eonium, data anno 494. quam noster historicus de Lerineosibus loqui atbitrabatur.

Faustus eo artificio suos de gratia & libero arbitrio libros adornarat, ut addita viri fama plurimis in Gallia fucum fecerit, & iis quidem non ex ultima literatorum plebe, sed ipsis urbium Præsulibus. At post Fausti proscriptionem in Romana synodo latam, non adeo frequens erat Semipelagianorum numerus, sed adhuc tamen io plurimis veteris sententiæ amor obstinatiot perdurabat. Horum conatibus se se opposuit Cæsarius, iam in Arelatensi Sede Eonio suffectus. Quo vere non modo præsentes, sed absentes etiam iostrueret, librum edidit de gratia & libero arbitrio, eodem protsus titulo quem suo operi Faustus inscripserat, ut præsentissimo antidoto Reiensis venena expelleret: in quo volumine S. Augustini doctrinam advetsus Fausti insultus solidissime propugnavit. Hinc celeberrimus ille Ennodius Ticinensis in epistola ad Cæsarium ait: *Tibi debet quicumque ille Scriptorum Maximus, quod eum dote elocutionis amplificas*. Addit nobile scholion Baronius ad annum 508. *Sanctum Augustinum videlicet, quem adversus Faustum eum impugnantem defendit*. Erat Cæsarius ea ætate io Gallia magnæ auctoritatis, eumque Symmachus Papa pallii honore decoraverat; at ex libri huius evulgatione longe maius ipsius nomen evasit. Inde etiam Semipelagianotum vires decidebaot, Augustinianis prævalentibus. Hunc librum a Felice IV. Pontifice laudatum atque Apostolica auctoritate communitum scribit insartot Gennadii cap. 86. his verbis: *Cæsarius &c. de gratia quoque & libero arbitrio edidit testimonia, divinarum Scripturarum & sanctorum Patrum iudiciis munita, ubi docet nihil hominem de proprio aliquid agere boni posse, nisi cum divina gratia prævenerit. Quod opus etiam Papa Felix per suam epistolam roboravit, & in latius promulgavit*. Verum & hic liber magno cum Augustinianæ scholæ detrimento ad posterorum manus oon pervenit.

De Cæsarii ætate non una est scriptorum seorentia. Nam Baronius anno 453. eius res gestas in quinto Annalium tomo enarraverat, at accepto postea ab Arelatensi ecclesia epistolarum codice vetustissimo, ac Cæsarium VI. sæculo floruisse comperiens, mortuumque ad anoum 544. priorem sententiam retractavit in appendice ad tomum 10. Suarius ex theologo historicum agens Prolegom. 6. cap. 5. plurima de synodo Arausicana, de Prospero, de Leone Magno comminiscens, Baronii palinodiam non admittit. Torellus noster utramque Baronii sentenriam amplexus, supra centesimum annum vixisse Cæsarium scribit anno 544. num. 24. Sed res extra dubium ponitur, si Messiani commentaria apud Surium ad diem 27. Augusti legantur. Nam ille, qui Cæsarii notarius fuit, hæc literis mandavit cap. 22. *Cum ergo eum semianimem redderet conspectibus nostris infirmitas, & inter hæc septuagesimum tertium gereret totius vitæ tramitis annum, e quibus quadragesimum in Pontificatu verteret circulus gyrum, & animaduerteret per spiritum imminere sibi transitus diem* &c. Quare cum septuaginta tres annos Cæsarius vixerit, quorum XL. in Episcopatu exegit, cum eius natalitium diem nulla scriptotum monumenta prodiderint, videndum est quo anno decessit: inde enim retrocedentes, primum & dignitatis & vitæ annum deducemus. Est epistola Vigilii Papæ, quam ad Cæsarium de pœoitentia incestuoso iniungenda scribit, itemque altera eiusdem Vigilii ad Auxanium data, in qua natrat se intellexisse a Tetentio & Iohanne Arelate ad se delegatis, eumdem electum illius urbis Episcopum. Literæ istæ ad Auxanium a Baronio leguotur scriptæ XV. Kal. Novemb. post Cons. III. Basilii, nempe anno 544. At Bollandus, Usserius, & Sirmondus, ex codicibus vetustioribus leguot, *iterum post consulatum Basilii*, nempe anno 543. Bollandus ad diem 12. Ianuarii in vita S.

Cæsariæ, putat Cæsarium eo anno non decessisse, sed anno 542. *Neque enim*, inquit, *intra breve illud tempus Auxanius potuisset consecrari in Episcopum, & pallium impetrare a Vigilio*. Sed cur ista commode fieri non potuerint spatio 52. dierum, a die 27. Augusti, qua Cæsarius obiit, usque ad 18 Octobris, qua die literæ Vigilii scriptæ sunt, non satis video. Sane si menses 14. interlabantur, vel Auxanius negligens fuisset in nuntiis de sibi noviter delata dignitate mittendis, vel lentus fuisset Pontifex seram adeo responsionem dando. Et quidem cum Auxanius esset Metropolita, iuxta ecclesiastica statuta, statim post electionem ad Vigilium, ad cuius Patriarchicam diœcesim pertinebat, de sibi delata dignitate literas eumdem misisse non dubito. Quod tamen addit Bollandus de pallii impetratione, falsum est. Nam Vigilius re prius cum Iustiniano Imperatore communicata, pallii usum anno 544. concessit Auxanio, ut ex epistola ad eumdem data XII, Kal. Iunias habetur, in qua scribit etiam sanctum Cæsarium a Symmacho pallium obtinuisse. Itaque Cæsarius mortuus est anno 543. die 27. Augusti. Quare fit Episcopus anno 503. nascitur vero anno 470. Nescio undenam Usserius divinari potuerit, natum Cæsarium sub initium anni 471. & sub exitum 503. factum illum Episcopum. Nam ut nihil dicam de initio anni 471. S. Eonius Cæsarii decessor obiit die 3. Augusti, ut ex Martyrologio Saussaii colligitur, neque quatuor menses sedes vacavit: etenim Eonius non multum ante mortem Arelatensem populum ad Cæsarium ibi substituendum hortatus fuerat, ac populus communi consensu Eonii sententiam approbarat teste laudato Cypriano cap. 5.

Ex his nonnulla in Baronio corrigenda sunt. Ille epistolam Symmachi ad Cæsarium datam VIII. Idus Ianuarii Probo V. C. Cos. non recte retulit ad annum 502. quo cum Avieno iuniore Probus consulatum gessit; sed protrahenda est ad annum 513. quo Probus & Clementianus Consules fuere ex Chronico Cassiodori & Marcellini; præsertim cum memoratæ epistolæ alteram Baronius subnectat, in qua delati Cæsario pallii mentio fit: quod post illum annum 502. accidit, cum Cæsarius Romam profectus est, Theodorico Rege Ravennæ prius placato, ut fusius Cyprianus narrat. Recitat idem vir insignis ex codice Arelate ad se transmisso epistolam Felicis Papæ ad Cæsarium datam tertio Nonas Februarias post consulatum Manlii Severini Boetii. est annus 488. Ego vero loco Cæsarii Eonium restituendum putabam; at postea vidi diligentissimum Sirmondum in vetustissimo codice apud Arelatem invento legere: *Post consulatum Fl. Mavortii*, anno 528. Rursus literę Gelasii & Symmachi ad Eonium nullum errorem continent: neque cum Baronio loco Eonii ponendus est Cæsarius. Etenim Eonius usque ad annum 503. Arelatensem ecclesiam rexit, ad quem postremæ literæ ab Apostolica Sede datæ leguntur *Iterum post consul. Paulini*, nempe anno 500. Eodem pacto corrigendus est Binius, qui nulla fere diligentiori cura adhibita, Cardinalis Baronii annales suis in Concilia notis inseruit.

Baronius ideo antiquiorem Cæsarium fecit, quod illum in Gennadii catalogo recensitum legerat cap. 86. his verbis: *Cæsarius Arelatensis urbis Episcopus, vir sanctitate & virtute celeber, scripsit egregia & grata valde & monachis necessaria opuscula* &c. *floruit hic eo tempore quo & Faustus, Anastasio Rempublicam gubernante*. At Gennadius tempore Gelasii Papæ librum de illustribus Scriptoribus composuit. Cum vero Suffridus insertum Gennadio illud caput de Cæsario dixisset, Baronius id ullo absque fundamento fingi dicit. Verum Cæsarium esse Gennadii libro insartum, vel inde colligere poterat Baronius, quod Gennadius Prosperum acriter reprehendit, qui Cassiani libellum de gratia impugnaverat. Cur igitur non modo pepercisset Cæsario, Faustum eiusdem scholæ Doctorem confutanti, verum & illius volumen contra Fausti *opus*, ut ille ait, *egregium de gratia Dei*, a Sede Apostolica latius promulgatum, ac divinarum scripturarum & sanctorum Patrum iudiciis munitum asseverasset? Gennadius, ut auctor est idem Baronius ad annum 490. librum de scriptoribus illustribus edidit anno 493. Quare ergo non dixit de Cæsario, uti de ceteris facit, *vivit adhuc*, vel, *vivere adhuc dicitur* &c. sed ait:

ait: *Floruit hic eo tempore quo & Faustus, Anastasio Rempublicam gubernante?* Ex quo modo loquendi videntur diserte illa esse scripta post annum 518. quo mortuus est Anastasius Imperator. Immo qui ea scripsit, parum Cæsarianæ chronologiæ peritus fuit: nam tradit floruisse eo tempore quo & Faustus, Anastasio Imperatore: quod prorsus falsum est. Siquidem Faustus anno 462. Reiensium Episcopus Romanam legationem obivit; at Cæsarius post octennium natus est. Qua igitur ratione simul floruere, si illo in ore famæ versante, iste necdum vitali aura fruebatur? Quando vero Cæsarius vicesimum tertium ætatis annum attigerat, Faustus decesserat. Neque hic dicendus est floruisse sub Anastasio, sed sub Leone & Zenone; cum dubium sit an attigerit primum Anastasii annum, nempe 491. Præterea Cæsarius non solum prima iuventa floruit sub Anastasio, sed sub Iustino, & tandem sub Iustiniano, cuius imperii anno XVII. decessit. Hinc in editione librorum Sancti Hieronymi, quibus Gennadii liber insertus fuit, nulla de Cæsario mentio fit. Quare additus videtur a pio quidem sed parum erudito homine, quasi voluerit Cæsarium Fausto, veluti veneno antidotum, de proximo opponere.

CAPUT XXIII.

Felix IV. Arausicana synodus, & Bonifacius II. Semipelagianos damnant. Annus synodi & utriusque Pontificis certus statuitur.

Cæsarius animadvertens, Semipelagianorum factionem in Galliis potentiorem esse quam ut suis ac collegarum viribus superari posset, Felicis IV. auxilium imploravit, quo hostes de superiori loco percuteret, iisque deiectis, Augustiniana æque ac Catholica doctrina in nobilissima provincia sarta tectaque servaretur. Felix roganti suppetias tulit: neque illi diu consultandum fuit, undenam in Gallias auxilia submitterentur. Etenim decessorum vestigiis inhærens, ex Ecclesiasticis scriniis aureas S. Augustini sententias de divina gratia & libero arbitrio selectas ad Cæsarium magno cum Augustiniani nominis incremento transmisit. Celeberrimus tunc in urbe Arausicana conventus agebatur in dedicatione Basilicæ a Liberio V. C. expræfecto Prætorio extructæ. Erat hic Cæsario amicissimus; a quo, cum lethali vulnere percussus fuisset, sanitati restitutus fuit ex Messiano lib. 2. de vita Cæsarii cap. 5. Arausicam non modo sacri Antistites, sed & nobilissimi quique confluxerant. Quare Cæsarius opportunam occasionem nactus, coacto sapientissimorum Patrum ac virorum illustrium Senatu, sententias ab Sede Apostolica ad se transmissas protulit. Id enim ex præfatione synodi colligitur, ubi hæc recitantur: *Pervenit ad nos, esse aliquos qui de gratia & libero arbitrio minus caute & non secundum fidei catholicæ regulam sentire velint. Unde id nobis secundum auctoritatem & admonitionem Sedis Apostolicæ iustum & rationabile visum est, ut pauca capitula ab Apostolica nobis Sede transmissa, quæ ab antiquis Patribus de certis scripturarum voluminibus in hac præcipue causa collecta sunt, ad docendos eos qui aliter ac oportet sentiunt, ab omnibus observanda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus: Quibus lectis, qui hucusque non sicut oportebat de gratia & libero arbitrio credidit, ad ea quæ fidei catholicæ conveniunt animum suum inclinare non differat.* Sequuntur viginti quinque canones, quibus Semipelagianorum sententiæ, quæ eo usque citra læsæ fidei crimen libere defensæ fuerant, condemnatæ sunt, ut absque hæreseos nota a quovis in posterum propugnari non potuerint. Quæ plerique non animadvertentes, magnam sanctis Patribus Hilario Arelatensi, Vincentio Lerinensi, & ut alii etiam volunt, Iohanni Chrysostomo, aliisque e Græcia Doctoribus iniuriam irrogari conqueruntur, si Semipelagianorum sententias asseruisse dicantur. Id enim fecere vel nondum mota, vel pendente lite; sicuti neque quicquam detrimenti subiret S. Thomæ, S. Bonaventuræ, Ægidii, ac tot Patrum & Scholasticorum gloria ac fama, si a Sede Apostolica B. Virginis conceptus ab originali noxa immunis decerneretur; cum magni illi viri oppositum defenderint, quando nihil ea de re certi catholica fides statuisset. Ceterum in hac synodo Arausicana II. Cassiani & Fausti sententiæ damnatæ sunt: cuius canones cum passim legi possint, haud hoc loco

loco exscribendos duxi. Initium fidei, A ipsum etiam credulitatis affectum Dei donum esse decernitur canone V. Gratiam non dari petentibus, quærentibus, pulsantibus, sed dari potius, ut velimus, & quæramus, & pulsemus, can. VI. Adiutorium Dei etiam sanctis semper implorandum, quo possint in bono opere perdurare, can. X. unde perseverantia Dei donum esse intelligatur. Omnia hoc canone XX. comprehenduntur: *Multa Deus facit in homine bona; quæ non facit homo; nulla vero facit homo bona, quæ non Deus præstet ut faciat homo.* Quam Ecclesiæ catholicæ definitionem Magnus B Augustinus hisce præformarat lib. 2. ad Bonif. cap. 8. in fine: *Quapropter multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo; nulla vero facit homo, quæ non facit Deus ut faciat homo.* Quibus verbis totum divinæ gratiæ dandum, idest, & initium & progressum & perseverantiam pronuntiavit; cum initium & perseverantiam in bono opere Semipelagiani divinæ gratiæ concedere recusarent: unde contra eosdem ad Prosperum & Hilarium libros olim S. Augustinus transmiserat. Canone vero XXII. humani arbitrii adversus divinam gratiam C tumor eliditur: *Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum*: quod est S. Augustini theorema iisdem verbis expressum apud Prosperum sentent. 323.

Et quidem in hac synodo ex Augustinianis sententiis universos conflatos canones erudite ostendit Binius in notis ad hoc Concilium. Quod vero in præfatione dicuntur collecti ab antiquis Patribus, inde est quod S. Augustini sententias Bonifacius, Cælestinus, Leo, Gelasius, Prosper, & plurimi alii quorum scripta periere, secuti sunt; ut quæ unius Augustini voces fuerant, a reliquis Pa- D tribus qui successere exceptæ, communem Ecclesiæ consensum fecerint. Cæsar Cardinalis Baronius vir ultra omnem laudem satisque suo nomine clarus in appendice tomi 10. in addendis ad tomum 7. ait: *Recitant*, inquit de Patribus Arausicanis, *capita in Gallias ab ipso Romano Pontifice missa, profiteutes ea cuncta haud recentem esse Ecclesiæ doctrinam, sed antiquorum Patrum definitionem, eamdemque Apostolicæ Sedis auctoritate firmatam. Quæ Apostolica Sedes, ut suis locis superius est declaratum, S. Augustini se professa est de gratia & libero arbitrio probare sententiam.* Legantur etiam quæ habet tomo 6. Anno 463. Iacobus Sirmondus tomo 1. Conciliorum Galliæ, in notis ad hanc synodum Arausicanam scribit: *Ceterum gravi ac diuturnæ contentioni, quæ sanctissimos & doctissimos utrinque viros in Gallia centum & amplius annis exercuit, finem postea tandem attulit synodus Arausicana II. quæ totam de gratia & libero arbitrio controversiam ex Augustini sententia composuit.*

Quæ autem post canonem XXV. addita sunt, haud arbitror a Felice IV. transmissa, sed potius ab ipsis Arausicanis Patribus adiuncta ad Semipelagianorum technas evertendas, ac Fausti sectatores penitus convincendos. Nam veluti quatuor alios canones subnectunt. In horum primo statuunt fidem Abel, Noe, & aliorum veteris testamenti Patrum, non ex viribus naturæ erupisse, sed Dei dono eisdem attributam fuisse: cuius oppositum docuerat Faustus lib. 2. cap. 6. & 7. Cum vero idem Faustus opponeret, asserere adversarios, baptizatum non prædestinatum non esse vere sanctificatum, atque homini omnem prorsus solicitudinem salutis auferre, dum gratiam & gloriam munera facerent otiosi lib. 1. cap. 10. canone secundo Fausti imposturas reiicientes decernunt, omnibus in baptismo gratiam Dei donari, & omnes Deo auxiliante posse, si fideliter laborare voluerint, divina mandata adimplere. Rursus, quia idem cum assectis pronuntiaverat, defensores Augustinianæ sententiæ de Prædestinatione docere Deum æque prædestinare hominem ad bonum ac ad malum, Patres non solum potestaotur se non credere a Deo quempiam ad malum prædestinari, sed si quis tam impie de Deo sentire ausus fuerit, eumdem anathemate configunt. In postremo canone, quo omne Semipelagianis effugium præcluderent, tradunt nos non incipere bonum, Dei vero gratia adiuvari ut in bono proficiamus; sed fidem quæ omne bonum præcedit, a Deo inspirari, cuius misericordiæ deputandam definiunt fidem Cornelii, Zachæi, & latronis in cruce: cuius oppositum docuerant duo Semipelagianæ scholæ magistri, Cassianus collat. 13. cap. 11. & Faustus lib. 2. cap. 8.

Quo anno hæc synodus paracta fuerit,

rit, olim a Baronio erratum est, itidemque Bellarmino, Svario, Vasquio, & aliis, qui tempore Leonis Papæ eum conventum coactum dixere, quia tempus Cæsarii Arelatensis ignorabant. At ex subscriptione eiusdem res modo certa evasit: ibi enim legimus: *Cæsarius in Christi nomine Episcopus constitutionem nostram relegi, & subnotans subscripsi V. Nonas Iulii Decio iuniore V. C. Consule*. Hic Decius iunior consulatum gessit anno 529. Baronius in appendice tomi 10. ad tom. 6. ait errasse se, Panvinii fastos secutum, pro arbitrio mutantis vel addentis nomina Consulum. At cur in Panvinium culpa devoluitur, qui Consules suis nominibus & agnominibus expressit? Sane in commentariis fastorum lib. 3. ad annum 529. ait: *Anno Christi DXXIX. Decius sine collega consul in Occidente fuit*. Inde vero Baronius atque alii huius Arausicani & aliorum conciliorum quibus Cæsarius præfuit, tempus ex Cypriano Cæsarii discipulo in libro de vita eiusdem c. 30. deducere poterant, ubi ait: *Quorum intentionibus vir Dei Cæsarius dedit veram & evidentem ex traditione Apostolica rationem. Nam beatæ memoriæ Bonifacius Romanæ Ecclesiæ Papa eadem colluctatione comperta, calcata intentione iurgantium, prosecutionem S. Cæsarii Apostolica auctoritate firmavit*. Itaque discipulus ille Cæsarii, qui scripsit post annum 531. quo mortuus est Bonifacius II. Papa, testatur gesta synodalia Cæsarii fuisse ab eodem Bonifacio approbata, qui Pontificatum iniit, ut putant, anno 530. Quare etiamsi literæ Pontificum ad Cæsarium id non demonstrarent, Baronius qui ex Cypriano omnia fere excerpta suis annalibus inseruit anno 453. pag. 191. adnotare etiam poterat vixisse Cæsarium sub Bonifacio II. Illud vero maxime displicet, quod ibidem Baronius scripsit, nempe pœnitere se Panvinii fastos *secutum fuisse*. Etenim huius celeberrimi scriptoris fasti adeo exacte descripti sunt, ut iure ac merito a Lipsio dictus fuerit *Pater Fastorum*. Ceterum Baronius in tribus prioribus tomis annalium frequenter Panvinii fastos relinquit, ac longe diversa paria Consulum statuit; in quibus tamen semel tantum iure meum Panvinium corrigit, nempe ad annum nostræ Christianæ epochæ 277. quo anno statuit consules ordinarios Probum

A & Paulinum, quos Panvinius consules suffectos existimavit. Sed ipse quoque Baronius labitur, dum scribit eo anno Probum nondum Imperatorem fuisse. Est insigne rescriptum eiusdem Probi Imperatoris lib. 8. Cod. Iustin *L. 2. de revoc. donat.* ad Felicem *Dat. III. Non. Maii Sirmii Probo Aug. & Paulino Coss.* Præterea S. Leo ser. 12. Pentec. ait, hæresim Manetis innotuisse *Probo Imperatore Paulinoque consulibus*. Eusebius etiam in Chronico scribit: *Secundo anno Probi, iuxta Antiochenos 325. iuxta Tyrios 402. &c. insana Manichæorum hæresis in commune

B humani generis malum exorta*. Epocha Antiochena 48. annis Christianam anticipat. Igitur his detractis, annus secundus Probi est 277. Item epocha Tyriorum est ante nostram vulgarem annis 125. nam act. 10. synodi Calchedonensis initio libelli Ibæ Edesseni annus post consulatum Fl. Zenonis & Posthumiani, nempe 449. dicitur apud Tyrios 574. Quare detractis annis 125. ab epocha Tyriorum ab Eusebio recitata, regrediemur ad annum 277. Erravit autem reformator chronologiæ Ricciolius, dum anno eodem 277. ponit consules *Probum Imp. &

C M. Furium Lupum*. Probus enim anno iusequenti collegam eumdem Lupum habuit ex omnibus fastis & laudatur rescriptum Probi Imperatoris lib. 2. eiusdem Cod. tit. 17. ad Octavium *Dat. IV. Kal. Iulias Probo A. & Lupo Coss.* Exactam fastorum nostri Panvinii defensionem concinnavi, quam alia occasione publicabo. Vossius lib. 1. cit. cap. 53. scribit, etiam anno 509. Decium Importunum Consulem fuisse. Unde igitur, inquit, non huius tempore Arausicanam synodum celebratam novimus? Nos quidem, ut cetera sileamus, ex Eucherii

D Episcopi Lugdunensis subscriptione id comperimus. Nam Viventiolus Eucherii decessor subscripsit synodum Epaunensem, quæ Agapito Consule anno 517. celebrata fuit. Quare cum Eucherius Viventioli successor interfuerit synodo Arausicanæ, ista haud celebrari potuit Consule Importuno Decio, anno 409. Huic vero concilio subscripti leguntur plures viri nobiles, quorum primus est Liberius Præf. Præt. qui sacrum dedicationis templi celebrabat: de quo viro plura Baronius in appendice citata, & Vossius lib. 1. de Hæresi Pelag. cap. 54.

Sed

Sed omne dubium de tempore huius ſynodi tamdem ſuſtulit epiſtola Bonifacii II. ad Cæſarium, de qua ſtatim dicemus.

Quæri ſolet, fueritne hæc ſynodus ab Apoſtolica ſede ſpecialiter approbata. Negant Svarius, aliique. At in codicibus MSS. Foſſatenſi & Laudunenſi, ſynodo huic præponebatur epiſtola Bonifacii II. ad Cæſarium cum hac adnotatione: *In hoc codice continetur ſynodus Arauſicana, quam per auctoritatem S. Papa Bonifacius confirmavit* &c. Edita eſt Bonifacii epiſtola ad Cæſarium a Sirmondo, & poſtea ab Holſtenio ex emendatiori codice Vaticano, in qua Pontifex hæc ſcribit. *Quapropter affectu congruo ſalutantes, ſupraſcriptam confeſſionem veſtram conſentaneam catholicis Patrum regulis approbamus*.! En aperta ſententia Apoſtolicæ Sedis Arauſicana decreta confirmata. Datæ ſunt literæ Bonifacii exacto ſexto menſe a peracta ſynodo, ut mox explicabimus.

Verum neque huius ſynodi auctoritas Semipelagianorum audaciam infringere poterat, nonnullis Epiſcopis damnatæ ſententiæ aſtipulantibus. Etenim cum omnes virtutum actus divino muneri acceptos ferrent, ſolam fidem ex humani arbitrii viribus proſilire contendebant.' Quare Cæſarius Valentiam ſynodum poſtea indixit, ut frequentioribus ſuffragiis Auguſtiniana doctrina approbaretur. Nam ſtatuta in Arauſicano conventu minori forte apud nonnullos auctoritate gaudebant, quod inter templi conſecrationem quaſi aliud agentes ſynodum illi Epiſcopi habuiſſe dicebantur. At Cæſarius adverſa valetudine præpeditus adeſſe non potuit; eius tamen vices pro divinæ gratiæ defenſione ſuſtinuit Cyprianus Epiſcopus Tolonenſis: cuius quidem ſynodi acta periere. Auctor eſt Cyprianus Sanctum Cæſarium in Galliis male apud plures audiviſſe, quod eorum iudicio ſiniſtras de Divina gratia opiniones ac pravas ſententias teneret. Et quidem forte Arauſicanis decretis per vicinam Galliam publicatis, nonnullis plus iuſto gratiæ vires extuliſſe videbatur. Quare quo falſo de ſuamet fide diffamatam opinionem elideret, Valentiæ ſynodum cogendam iuſſit: eius enim erat eos conventus in Gallicanis provinciis indicere ex epiſtola Ruricii Lemovicenſis Epiſcopi ad eumdem Cæſarium lib. 2. epiſt. 32. Libeat eiuſdem Cypriani verbis omnia hæc intelligere. *Multi quidem æmuli ſurrexerunt, qui eius reſiſterent doctrinæ de gratia. Sed o felicitas æmulanda! Etenim ſuſurris & mala interpretatione quorumdam oboritur in Galliarum partibus contra prædicationem Dei hominis fruſtra ſiniſtra ſuſpicio. Ob hoc Antiſtites Chriſti ultra Iſaram conſiſtentes, charitatis amore collecti in Valentina civitate conveniunt, ubi etiam beatus Cæſarius infirmitatis ſolitæ cauſa, ſicut diſpoſuerat, properare non potuit. Miſit tamen præſtantiſſimos viros de Epiſcopis cum presbyteris & diaconis; inter quos etiam Cyprianus Tolonenſis Epiſcopus Antiſtes magnus & clarus enituit, omnia quæ dicebat, de Divinis utique Scripturis firmans, & de antiquiſſimis Patrum inſtitutionibus probans, nihil per ſe in divinis profectibus quemquam arripere poſſe, niſi fuerit primitus Dei gratia præveniente vocatus* &c. *Quorum intentionibus vir Dei Cæſarius dedit veram & evidentem ex traditione Apoſtolica rationem. Nam beatæ memoriæ Bonifacius Romanæ Eccleſiæ Papa eadem colluctatinoe comperta, calcata intentione iurgantium, proſecutionem Sancti Cæſarii Apoſtolica auctoritate firmavit*.

Cæſarius cum Epiſcopos illos adhuc ea in opinione de fidei initio ex viribus naturæ obſtinatius perſiſtere animadverteret, per Armenium abbatem omnium a ſe geſtorum illa in cauſa Felicem IV. certiorem fieri curavit; ad quod etiam apud Pontificem promovendum, Bonifacii operam deprecatus eſt, quo cum veterem amicitiam colebat. Verum Felix Pontifex deceſſit IV. Idus Octobris, cui ſuffectus fuit ipſe Cæſarii amicus Bonifacius; qui acceptis ab Armenio literis VIII. Kal. Februarias reſpondit. Ex his literis colligitur nonnullorum Epiſcoporum ſententiam fuiſſe, fidem eſſe ex nobis. *Indicas enim*, ait, *quod aliqui Epiſcopi Galliarum, cum cetera iam bona ex Dei acquieverint gratia provenire, fidem tantum qua in Chriſtum credimus, naturæ eſſe velint non gratiæ, & hominibus ex Adam, quod dici nefas eſt, in libero arbitrio remanſiſſe, non etiam nunc in ſingulis miſericordiæ divinæ largitate conferri; poſtulans ut pro ambiguitate tollenda, confeſſionem veſtram, qua vos e diverſo fidem rectam in Chriſto totiuſque bonæ voluntatis*

ini-

initium iuxta catholicam veritatem per prævenientem Dei gratiam singulorum definitis sensibus inspirari, auctoritate Sedis Apostolicæ firmaremus. Postea Pontifex Cæsarii sententiam, ex S. Augustini præsertim, & Romanorum Pontificum testimonio comprobari asseverans, addit: *Atque ideo cum de hac re multi Patres, & præ ceteris beatæ recordationis Augustinus Episcopus, sed & maiores nostri Apostolicæ Sedis Antistites, ita ratione probentur disseruisse latissima, ut nulli ulterius deberet esse ambiguum, fidem quoque nobis ipsam venire de gratia.* Rursus synodi a Cæsario peractæ mentionem faciens, eius sanctiones B iuxta fidem catholicam latas adseverans, addit: *Quod etiam fraternitatem tuam, habita collatione cum quibusdam sacerdotibus Galliarum, iuxta fidem gaudemus sensisse catholicam, in his scilicet in quibus uno, sicut indicasti, consensu definierunt, fidem qua in Christo credimus, gratia divinitatis præveniente conferri; adiicientes etiam nihil esse prorsus secundum Deum boni, quod sine Dei quis gratia aut velle aut incipere aut operari aut perficere possit, dicente ipso*
Io. 15. *Salvatore nostro*: Sine me nihil potestis facere &c. *Quapropter affectu congruo salutantes, suprascriptam confessionem vestram* C *consentaneam catholicis Patrum regulis approbamus.* Episcopi etiam cuiusdam epistolam Semipelagianis erroribus refertam Cæsarius ad Pontificem transmiserat, qui illius correctionem ab industria Cæsarii divino adspirante Numine sperare se dicit. Hæ literæ Bonifacii in antiquis codicibus dicuntur datæ VIII. Kal. Februarias, Lampadio & Oreste Coss. anno scilicet 530 & hoc pacto editæ sunt Romæ anno 1652. in fine Opusculorum S. Augustini de gratia. At Sirmondus Baronii chronologiam secutus, legendum putat P. C. Lampadii & Ore- D stis, qui est annus 531. Cardinalis Baronius Anastasium imitatus, Bonifacii initia statuit Lampadio & Oreste Coss. mense Octobri, finem vero die 17. Octobris P. C. Lampadii & Orestis anno scilicet 531. Sed utrobique eumdem errasse certum est. Etenim celebrata anno 529. V. Nonas Iulias synodo II. Arausicana Cæsarius, eiusdem confirmationem petiit a Felice Papa, misso Romam Armenio presbytero & abbate, rogans Bonifacium, quem amicissimum habebat, ut a Pontifice confirmationem impetraret. Ceterum prius quam discederet Armenius, moritur Felix, eligiturque Bonifacius; licet nonnulli pro Dioscoro schisma conflassent; qui tamen intra paucos dies moriens, alteri citra controversiam Pontificatum reliquit. Do initium epistolæ Bonifacii ad Cæsarium: *Per filium nostrum Armenium presbyterum & abbatem literas tuæ fraternitatis accepimus, quas ad nos, ut apparet, inscius adhuc sacerdotii mihi commissi* (ita enim ex vetustissimo codice Vaticano legit Holstenius in notis ad synodum Bonifacii II.) *sub ea qua in Deo tenemur, charitate direxeras, quibus credideras postulandum, ut id quod a beatæ recordationis decessore nostro Papa Felice pro catholicæ fidei poposceras firmitate, mea explicaretur instantia. Sed quia id voluntas superna disposuit, ut quod per nos ab illo speraveras, a nobis potius impetrares* &c. Et subscribitur epistola: *Data VIII. Kalend. Februarias, Lampadio & Oreste VV. CC. Coss.* Ibique mentio habetur synodi a Cæsario celebratæ. Quis vero existimet Cæsarium post annum scripsisse ad Sedem Apostolicam, se synodum apud Arausicam coegisse? Quare anno eodem 529 celebrati abs se concilii Felicem Papam certiorem reddidisse dicendus est. Dum vero Armenius literas Romam delaturus esset, mortuo Felice eodem anno 529. successit Bonifacius, qui anno sequenti die 25. Ianuarii respondit Cæsario. Certe subscriptiones epistolarum Felicis, quæ ponuntur datæ Consulibus Lampadio & Oreste, ex hac Bonifacii subscriptione corrigendæ sunt; præsertim cum alteram datam ad Sabinam XII. Kal. Novembris, ipse etiam Baronius eadem spongia emendandam dicat. Sed neque finis pontificatus Bonifacii recte statuitur a Baronio ac ceteris communiter cum Anastasio, die 17. Octobris P. C. Lampadii. Nam apertæ falsitatis convincuntur ex actis synodi Romanæ a Bonifacio eodem celebratæ, & a Luca Holstenio editæ, ubi sessio prima ita incipit: *Post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. sub die VII. Iduum Decembrium, in consistorio B. Andreæ Apostoli, præsidente venerabili viro Papa Bonifacio* &c. Ex quibus vixisse Bonifacium usque ad Decembrem anni 531. evidenter demonstratur. Extat in ecclesia S. Petri ad vincula Romæ hæc inscriptio.

SALBO PAPA N. IOHANNE COGNOMENTO
MERCVRIO EX SCE ECCL. ROM. PRESBYTERIS
ORDINATO EX TIT. SCI. CLEMENTIS AD GLORIAM
PONTIFICALEM PROMOTO BEATO PETRO
AP. PATRONO SVO A VINCVLIS EIVS SEVERVS
PB. OFRT. ET IT. PC. LAMPADI ET ORESTIS
VV. CC. VRBICVLVS CEDRINVS.

Infert Baronius ad annum 531. *Ex his igitur quam perspicue vides sedere cœpisse hoc anno 531. post Bonifacii obitum, Iohannem cognomento Mercurium*. Verum inde tantum colligitur anno 532. Iohannem Papam fuisse, non vero anno superiori B eumdem pontificatum iniisse. Ponitur enim in inscriptione *Iterum post consulatum Lampadii & Orestis*; quo caractere non indicatur annus 531. sed insequens 532. Vir diligentissimus Panvinius scribit 22. Ianuarii anno 532. Iohannem Papam electum: & sane ante dies 44. sedebat Bonifacius ex sessione secunda laudatæ synodi celebrata *Post consulatum Lampadii, & Orestis VV. CC. sub die V. Iduum Decembrium*. Certe rideo legens scholiastem Ciacconii, qui in margine argutulus notat veteres usos ea nota IT. oempe ITERUM, hoc est, inquit, *anno* C 532. Inepte; cum hic annus sit *Post consulatum*, sequens vero *iterum post consulatum* Lampadii.

Felix, eiusque successor Bonifacius, de Augustiniana schola optime meriti fuere. Ille enim ex unius Augustini libris sententias deprompsit, quas tamquam fidei oracula fidelibus credendas proposuit, unius Augustini ore io profligandis diuturnis de Divina gratia litigiis usus. Hic vero eadem dogmata approbavit, & ad assequendam perfectiorem divinæ gratiæ intelligentiam, *præ ceteris beatæ recordationis Augustinum Episco-* D *pum*, tamquam magistrum optimum proposuit laudavitque. Hinc factum est, ut horum duorum Pontificum sanctionibus, Cassiani, Fausti, ac reliquorum eiusdem doctrinæ hominum errores, tamquam hæreses postea ab orthodoxis omnibus reiecti fuerint, neque amplius inter adiaphora numerari potuerint. Ita longissimo certamini, quod centum annos & quod excurrit, Gallias præsertim in partes distraxerat, Augustino causa adiudicata, ab utroque Pontifice finis tamdem impositus fuit.

CAPUT XXIV.

Mors Fulgentii ac Cæsarii, & utriusque comparatio.

Annum 529. quem victis ac postremo prælio Semipelagianis profligatis, lætum Augustiniani in Gallia celebrabant, eisdem mœstum ac luctuosum in Africa facit Baronius ob Fulgentii Ruspensis mortem, quam eo anno contigisse tradit ad Annum 504. pag. 561. quod auctor vitæ eiusdem scribit, mortuum Fulgentium sub Hilderico Rege in pace ecclesiæ Africanæ. Sed nusquam, ni mei me oculi fallunt, hæc apud illum leguntur. Unde magis miror, virum amicissimum Aloysium Torellum ad Annum 504. num. 10. scripsisse, id a Baronio egregie probatum. At Bollandus nihil in re dubia affirmare ausus Fulgentium circa annum 529. obiisse dicit. Verum ex his quæ memoratus scriptor capite ultimo tradit de consecratione Feliciani, qui Fulgentio successit, annum mortis eiusdem colligi existimo. *Nec hoc interim*, scribit ad Felicianum, *prætereundum silentio iudicavi, quod dum ei successor idoneus quæreretur, discordantibus laicis & clericis, annum prope integrum prolixitas contentionis exegit, & illo die sanctitas tua super cathedram eius sedit, quo ipse defunctus est. Ornari quippe hoc privilegio meruit prima solemnitas eius depositionis, ut multo amplius venerabilis fieret per gaudia tuæ ordinationis*. Itaque Felicianus Fulgentii successor consecratus est Episcopus Kalendis Ianuariis, integro post decessoris obitum anno lapso. Merito Chiffletius dixit ex his statui certo posse annum, quo mortuus est noster Ruspensis Antistes. Iuxta antiquos canones ac Latinæ ecclesiæ ritum, Episcopi Dominica tantum die consecrabantur: quod quia nonnulli apud Dianam par. 12. tract. de consecr. Episc. Resol. 61. re-

61. rerum ecclesiasticarum ignari negarunt, paucis stabiliendum est. Omitto Anacletum scribentem epist. 2. ordinandos esse Episcopos *Dominica die hora tertia.* hæ siquidem epistolæ ab eruditis commentitiæ, ac recentiori manu exaratæ iudicantur. S. Leo epist. 87. ad Episcopos per Provinciam Viennensem, *Nec sibi*, inquit, *constare statum sui noverit firmitatem, qui non die sabbati, vespere quod lucescit in primam sabbati, vel ipso dominico die fuerit ordinatus. Solum enim maiores nostri Dominicæ diem honore dignum iudicavere, ut sacerdotes qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur*. Idem Leo in epistola ad Anastasium Thessalonicensem, quæ recitatur in synodo Bonifacii II. ab Holstenio edita pag. 143. scribit: *Cognovimus sane quod non potuimus silentio præterire, a quibusdam fratribus solos Episcopos tantum diebus dominicis ordinari; presbyteros vero & diaconos, circa quos par consecratio fieri debet, passim quolibet die dignitatem officii sacerdotalis accipere*. Et hæc quidem Latinæ ecclesiæ consuetudo fuit. Fateor Græcos antiquitus aliis etiam extra Dominicam diebus in Episcopos consecratos. Iohannes Chrysostomus ex Socrate lib. 6. cap. 2. initiatus fuit Antistes 26. Februarii, Honorio & Eutychiano Coss. nempe anno 398. die Veneris, Cyclo Solis XV. Lunæ XIX. lit. C. Nestorius ex eodem Socrate lib. 7. cap. 29. inauguratus est ibidem Episcopus die 10. Aprilis, Felice & Tauro Coss. nempe die Martis anno 428. Cyclo Solis XVII. Lunæ XI. lit. A G. Neque in Alexandrina ecclesia solum dominica die Antistites consecrabantur. Nam Theophilus obiit anno 412. die 15. Octobris ex Socrate lib. 7. cap. 7. qui ait: *Tertia post obitum Theophili die Cyrillus ordinatus est*. Decessit ergo Theophilus die Martis: nam Idibus Octobris fuit feria tertia Cyclo Solis I. Lunæ XIV. lit. G F. quare eiusdem nepos Cyrillus die Veneris in cathedra primum sedit. Leo Magnus egit per literas cum Dioscoro Alexandrino, ut die dominico tantum sacerdotes consecraret, hæc scribens: *Et ideo pie & laudabiliter Apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam, per ecclesias quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse servaveris, ut his qui consecrandi sunt, numquam benedictio nisi in die resurrectionis dominicæ*

A *tribuatur, cui a vespera sabbati initium constat ascribi*. Epistola 79. vel 81. ex cuius initio palam fit, in die consecrationis Episcopi Alexandrinam ecclesiam cum Romana non convenisse. At Africani Episcopi, cum essent intra Patriarchicam diœcesim Romani Pontificis, dominica tantum die consecrabantur. Hinc Aurelius Episcopus Carthaginensis in synodo Africana, celebrata Attico & Cæsario Consulibus nempe anno 397. in cod. Africano cap. 39. agens de numero Episcoporum qui ad Antistitis consecrationem necessarii sunt, minime probans B duodecim requiri Episcopos, dixit: *Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est sanctitas vestra humaniter convenire, crebro ac pene per diem dominicam ordinandos habemus. Numquid tam frequenter potero duodecim, vel decem, vel multo minus advocare Episcopos?* Huius autem consuetudinis rationem tradit Albinus Flaccus de offic. tit. Sabbat. in lect. 12. *Episcopi*, inquit, *consecratio, qui est Vicarius Apostolorum, immo & Christi, fit in die dominica, quia eodem die per donum Spiritus Sancti dignatus est illustrare corda Apostolorum*. Ex his habemus Felicianum ordinatum C episcopum Kalendis Ianuariis die dominica. At dies dominica incidit in Kalendas Ianuarias anno 534. Cyclo Solis XI. Lunæ III. lit. A. Quare S. Fulgentius anno superiori 533. die sabbati ad superos transiisse dicendus est, Gelimere Vandalorum Rege tyrannidem exercente. Natus est Fulgentius anno 468. Episcopatum suscepit anno 508. ætatis 40. eaque in dignitate viginti quinque annis exactis, obiit cum quintum supra LX. annum ageret ex scriptore vitæ eiusdem cap. 30. Putat Chiffletius hunc qui magistri gesta literis consignavit, esse D Ferrandum diaconum, virum ob insignem eruditionem celeberrimum, addens anno 534. opus illud evulgasse. Sed levibus coniecturis in eam opinionem fertur; quibus tamen pluribus eruditis viris id suasit. Quod vero res a Fulgentio gestas idem anno 534. descripserit, plane falsum est. Nam cap. 29. *sanctæ memoriæ Bonifacium* Primatem Carthaginensem nominat, qui sane, dum illa scribebantur, satis iam concesserat. Obiit vero Bonifacius anno 535. Belisario Consule, ut testatur Tunonensis Episcopus, qui eo tempore vivebat in Africa.

A Cæſarius diu poſt Fulgentium ſuperſtes fuit, quo annitente Semipelagianorum potentia, quæ maxima in Galliis fuerat, non modo infirmata, ſed penitus fracta concidit, omnibus Epiſcopis Auguſtino nomen dantibus. Quæ Cyprianus cap. 30. his narrat: *Nam beatæ mem. Bonifacius Romanæ eccleſiæ Papa eadem colluctatione comperta, calcata intentione iurgantium, proſecutionem S. Cæſarii Apoſtolica auctoritate firmavit. Ita, donante Chriſto, paulatim eccleſiarum Antiſtites receperunt quod optaverat diabolus repentina animoſitate ceſſare*. Cæſarius uſque ad quadrageſimum tertium illius ſæculi annum B Arelatenſem cathedram periculoſis ſane temporibus rexit. Inſtante vero morte, novo inſuper teſtimonio ſuum erga Auguſtini perſonam ſtudium confirmavit. Dabo hoc ipſius Cæſarii diſcipuli verbis expreſſum cap. 22. de vita Cæſarii apud Surium ad 27. Auguſti: *Inter non modicos quos patiebatur dolores, ſciſcitatus eſt, quam proxime eſſet beatiſſimi Auguſtini depoſitionis dies; & cum imminere commemorationem eius didiciſſet, Confido, ait, in Domino quod meum tranſitum non longe diviſurus eſt ab ipſius Patris Auguſtini natali; quia, ut ipſi ſcitis, quantum dile-* C *xi eius catholiciſſimum ſenſum, tantum me, & ſi diſcrepantem meritis, minime tamen reor, diſtantia longiore depoſitionis meæ diem ab eius obitus tempore ſequeſtrari*. Voti compos obiit VI. Kal. Septembris pridie feſtum S Auguſtini, qua die illius nomen eccleſiæ faſtis inſertum eſt: eidemque inſignis hæc Patavina eccleſia, cuius modo ſacra moderatur Eminentiſſimus S. R. E. Princeps Gregorius Barbadicus, literarum eruditione ac morum ſanctitate ſpectandus, ſolemni ritu, ſuſcepta a maioribus erga Cæſarium veneratione, precum officia quotannis perſolvit. D

Hæc ſunt quæ de ſanctiſſimis ac doctiſſimis Præſulibus, Fulgentio & Cæſario, memoratu digna, adverſus Fauſtum ac poſtremos Pelagianæ hæreſis conatus, ex antiquorum ſcriptorum monumentis eruere potuimus. quorum ſi mutuam comparationem inſtituamus, Caſtorem dixeris ac Pollucem: adeo in omnibus fere ſimiles evaſere. Uterque nobili genere ortus liberalibus diſciplinis ſe erudiendum tradidit. Cæſarius quidem Pomerii Africani, ſummi ea tempeſtate in Gallia rhetoris ſcholam adiit; at nocturno quodam prodigio territus non frequentavit. Fulgentius Græcis literis apprime eruditus, dum Latinis etiam animum addicit, amiſſo patre, ſcholam imperio matris deſerere coactus, domeſtica negotia curanda ſuſcepit. Ambo iuvenes eremiticæ vitæ deſiderio exarſere, quo a turbis ſemoti, ſibi Deoque commodius vacarent. Cæſarius Lerinenſe monaſterium, dæmone nequicquam magnis cum vocibus interpellante, petiit. Fulgentius vero Auguſtinianum monachum induit, matre ſuſpiriis ac clamuribus omnia implente. Utrumque monaſteriarcham cœnobia habuere, unaque cum ipſis omnium virtutum choros. Invitis ſacræ inſulæ a populis impactæ ſunt, fruſtra ipſis renitentibus. Fulgentius enim fuga ſibi conſulens, incertis eremi latebris ſeſe abdidit: Cæſarius ſepulchri latibula petiit. Sed neuter fuga divinæ providentiæ conſilia potuit prævertere. Ambo ab Arianis Regibus Romani imperii domitoribus in exilium deportati ſunt. Alaricus Gothorum Rex Cæſarium Arelate expulit. Traſamundus Vandalorum Rex Fulgentium in Sardiniam relegavit. Fulgentius ab exilio revocatus coram Vandalo Rege ſtetit: Cæſarius uti læſæ maieſtatis reus ad Theodoricum Gothum Ravennam uſquæ tractus eſt. Uterq; tamen de Arianis Regibus triumphavit. Hic benevolum vel ſolo aſpectu Principem ſibi fecit, & regiis etiam muneribus decoratus abſceſſit. Ille ſubtili adeo diſputatione Barbarum turbavit, ut Fulgentium iterato, ne victus videretur, in exilium deportandum iuſſerit. Unus amoris, alter timoris ab invitis pectoribus confeſſionem extorſit. Ambo ab Arianis in Fauſtum Reienſem pro Auguſtiniana doctrina ſarta tectaque ſervanda aciem deflexere. Duo tum temporis Auguſtinianæ ſcholæ magiſtri pro eadem ſtrenue collaborarunt. Unus ſeptem miſſis in Orientem libris, Fauſtum eiuſque ſectatores ibidem profligavit. Alter in Occidente pro Auguſtino cum eiuſdem Fauſti diſcipulis propius collato pede certavit. Iiſdemque diverſis quidem locis, ſed eadem virtute vincentibus, Semipelagiani fractis viribus, atque in Oriente & Occidente ingenti clade proſtrati, toto catholico orbe exacti ſunt. Uterque contra eoſdem ſyno-

dis

dis præfuit; Cæsarius auctoritate, Fulgentius doctrina, ambo magisterio. Horum sane strenuissimorum Augustiniani nominis propugnatorum imagines in secretiori lalario S. Augustini doctrinæ cultoribus prope eiusdem magni Doctoris effigiem colendæ sunt: utrinsque enim opera factum est, ut anno trigesimo supra quingentesimum extinctis quaquaversum Pelagiani belli tumultibus, idem annus, qui ab Augustini obitu centesimus numerabatur, ab Augustinianæ scholæ viris atque divinæ gratiæ defensoribus in pace ageretur, ac sæculari pompa more Maiorum D. Augustini ad superos transitus celebraretur, anno a Pelagiana hæresi primum in Africa publicata centesimo decimo nono. Hoc sane fuerat S. Prosperi ante centum annos vaticinium. Nam cum plurimos in Gallia contra S. Augustini doctrinam insurrexisse a Rufino accepisset, tale eidem responsum dedit: *Confide ergo in virtute misericordiæ Dei, quoniam hæc contradictio sicut in aliis mundi partibus ita & in his regionibus conquiescet; ut predicatio summi hoc tempore in ecclesia viri etiam ab his a quibus ad præsens revellitur, adiuvetur.* Etenim tota Gallia in Augustini partes transiit; & Ruricio Episcopo Lemovicensi primum in eadem Gallia templum sub S. Augustini nomine dedicante, eiusdem S. Doctoris sanctitas ac doctrina, divina favente gratia omnium adversariorum calumniis dissipatis, universos & cultores habuit & defensores.



DISSERTATIO HISTORICA
DE
SYNODO
QUINTA
ŒCUMENICA

IN QUA

Origenis ac Theodori Mopsuesteni Pelagianæ Scholæ Doctorum iusta damnatio exponitur, & Aquileiense Schisma describitur.

INDEX CAPITUM
Dissertationis Historicæ de Synodo V.



DISSERTATIO HISTORICA
DE SYNODO QUINTA ŒCUMENICA
IN QUA
ORIGENIS AC THEODORI MOPSUESTENI PELAGIANÆ SCHOLÆ DOCTORUM IUSTA DAMNATIO EXPONITUR ET AQUILEIENSE SCHISMA DESCRIBITUR.

CAPUT I.

Novi in Palæstina Origenis defensores. Iustinianus Imperator Origenem damnari curat a Vigilio, aliisque Patriarchis. Quo tempore ista contigerint, curiosius indagatur.



Ectiori Christianæ religionis dogmati, Anastasio Imperatore hæretico, gravius vulnus illatum fuerat, quam quod Iustini successoris orthodoxæ doctrinæ tenacissimi industria citius potuerit sanari. Severo quidem Antiocheno & Petro Apameensi damnatis, ac Calchedonensis synodi decretis severissimis legibus firmatis, plurimi passim ad meliorem frugem revertebantur. Ceterum Iustiniano postea imperium indepto nova Origenistarum pestis erupit; quæ Palæstinam universam in partes distraxit, ac catholicum orbem longioribus dissidiis implevit. Et quidem circa annum post Servatoris adventum quadringentesimum, eadem regio variis in causa Origenis tumultibus afflicta fuit, quibusdam hominem defendentibus, longe pluribus eumdem detestantibus: quæ quidem ecclesiastici an-

A nales exacte describunt; de quibus etiam diximus lib. 1. Hist. Pelag. cap. 2. Porro exitialis secta repressa videbatur. Mortuis enim Iohanne Hierosolymitano, Rufino Aquileiensi, ac Melania seniore magnis Origenis advocatis, nullus orthodoxi nominis professor Origeniana paradoxa palam defendere audebat: quando integro postea elapso sæculo eadem superstitio emersit, & non modo Iudæam originem eius mali, sed orbem universum novis dissensionibus involuit. Ita diutius sub cinere latitans ignis late serpente flamma, universa absumpturus

B erupit. Totius conflator incendii a S. Quiriaco anachoreta, cui de facie probe idem cognitus fuerat, hisce describitur: *Nonnus fuit horum malorum primitiæ: qui cum non ignavum ad hæc administrum invenisset Leontium Byzantinum, post decessum Beati Patris nostri Sabæ continuo hunc malum morbum seminavit ubique in Ecclesia*: apud Surium die 29. Septembris. Hic Sabas cum maximam Lauram con-

didiſſet (ita enim deſertus locus diſperſis atque abs ſe invicem diſiunctis cellulis anachoretis habitatus vocabatur) in monachorum rigidioris diſciplinæ impatientium odium incidit. Quare alio divertere compulſus eſt; at Eliæ Patriarchæ mandatis paulo poſt revocatus, ſuæ iterum Lauræ præficitur. Verum illi quos liuor in ſanctiſſimum virum urebat, rotundo agmine diſcedentes, prope torrentem Thecuæ deiectas iam olim cellulas reſtaurantes, alteram Lauram fundaruot; quam etiam *Lauram Novam* nuncuparunt. Hos tamen rebelles monachos magnus Sabas plurimis beneficiis ad obſequium reduxit, Iohanne viro ſpectatæ virtutis eiſdem præpoſito; qui cum ſanctiſſime demandatum munus per ſeptennium obiiſſet, fatis conceſſit. Fertur morti proximus hæc vaticinatus: *Ecce venient dies, in quibus qui præſentem locum habitant, deſciſcent a recta fide*. Succeſſit Paulus origine Romanus, ſub cuius præfectura Nonnus Palæſtinus cum Leontio quodam Byzantino monachum induit. Erat is iamdiu Origenianæ ſcholæ paradoxis innutritus; ſtatimque peſſimum virus in reliquorum animos inſtillare occœpit. Ceterum Paulo regiminis pertæſo, ac proinde vix ſexto præfecturæ menſe exacto ſponte in Arabiam ſecedente, Agapetus Lauræ regimen aſſumpſit; qoi Nonnum una cum aliis tribus monachis Origeniano dogmate infectis e Laura expulit. Nonnus Elia Patriarcha anno 518. decima die poſt Anaſtaſii Imperatoris mortem defuncto, Iobannem ſucceſſorem adit; rogatque ut iterum Lauræ reſtituatur. At Iohannes auditam ab Agapeto facti cauſam rationemque probavit. Agapeto iotra quinquennium extincto, ſuccedente Mammante homine ſimpliciſſimo, Nonnus ac collegæ intra novam Lauram admittontur, *malignum quidem morbum adbuc in animis inbabitantem circumferentes, ſed quem metu Sabæ non proferebant, nec ad aliorum aures audebant tranſmittere*. Horum auctor venit Cyrillus Scythopolitanus in libro de vita Sabæ apud Surium die 5. Decembris. Sed ficta cito io naturam ſuam redeunt. Haud diu Nonnus prava dogmata diſſimulare potuit, ſed initio quidem clanculum, poſtea ubi plurimos ſectatores ſe habere iotellexit, metu omni depoſito, magnus Origenianæ doctrinæ magiſter palam evaſit; & non modo novæ Lauræ, ſed & reliquorum monachorum animos ſectæ adiicere per emiſſarios curavit, ut ex cap. 11. vitæ S. Quiriaci colligitur. Ceterum Sabas meliores io orthodoxo dogmate continebat, & quo validiori impetu Nonni machinas frangeret, circa annum 528. corpore licet imbecilli & ob ſenectutem iam io curvitatem declinante (erat enim nonagenarius) ex Palæſtina Conſtantinopolim ad Iuſtinianum Imperatorem profectus Principis opem contra Origeniſtas iam tota Palæſtina ebullientes imploravit. Ita vero fertur Imperatorem allocutus: *Arii, Neſtorii, & Origenis dogmata conturbant eccleſias, nec ſinunt eas pura frui tranquillitate; & ideo a tua potentia magnum eſt adhibendum ſtudium, ut omnibus viribus ea tollas de medio, & tantum malum procul expellas. Hæc ſi feceris, bonam ſpem concipio, & in Deo confido fore ut dives ſequatur remuneratio, Romaque univerſa, & Carthago, & quæcunque amiſerunt qui ante te imperarunt, cernentur rurſus partes tui imperii*: apud memoratum Cyrillum cap. 94. Imperator barbarorum incurſionibus repellendis iotentus, eccleſiaſticis rebus paſſim iam labentibus haud tam celeriter manum admovere potuit. Anno 531. Saba defuncto, Origeniſtæ fortius io Palæſtina animos collegere, atque univerſam provinciam in partes trahere perteotarunt. Inter ceteros Nonni aſſeclas eminebant Theodorus ac Domitianus; qui poſtea ad ſacras infulas evecti non uoo malo Sabæ Monachos afflixere. Libeat iſta a Cyrillo accipere, qui earum calamitatum non modica pars fuit: *Poſtquam enim*, inquit, *fuit Eccleſia recens liberata ab bæreſibus, & reſpiravit a longis illis tumultibus & perturbationibus*, (quas nempe Severus, Petrus Apameenſis, atque Anthimus dederant,) *& fuit in ea quies & tranquillitas, malignus in eam rurſus invidum iniiciens oculum, movet adverſus eam quoſdam Nonni aſſeclas, Domitianum, inquam, & Theodorum: qui cum iam olim ſentirent, ea quæ Origenes, ubi etiam aſſumpſerunt auxilium temporis, & eorum alter quidem Galatarum, Theodorus autem Cæſareæ Cappadociæ creati ſunt Antiſtites, magnam ſuam oſtentarunt poteſtatem*. Theodorus a Liberato Diacono cap. 23. vocatur *Origenis*

A *nis defensor* : de' altero vero scribit hæc
Facundus Hermianensis lib. 1. de Tri-
bus capitolis ad Iustioianum cap. 2. *Do-
mitianus Ancyreusis civitatis Episcopus pro-
vinciæ primæ Galatiæ, qui fuit Origeniauæ
bæresis manifestus assertor* . Nonnus ho-
rum magni oominis Antistitum suffta-
giis Petri Patriarchæ Hierosolymitani
animum teotavit, eumque erga mona-
chos maximæ Lauræ S. Sabæ concita-
vit . Noo est aoimus, hic tecensere
iniuriarum ae malorum myriadas, quas
Origenistæ S. Sabæ Monachis intulerunt.
Videatur Cyrillus nobis memoratus cap.
B 106. Certe quicumque Origenistis contra-
licebat, *Sabaita* ignominiæ causa appel-
labatur. Quare monachi maximæ Lau-
ræ communi consilio Gelasium præfe-
ctum ad Iustinianum Principem dele-
gant de illata vi ab Origenistis conque-
sturum . Ille quidem e vestigio io re-
giam urbem profectus , diuturniorem
ibidem moram facieos, re infecta abi-
re tamdem cogitur . *Omues enim aditus*,
teste Cyrillo cap. 107. *præoccupaverat vi-
tii colophou , qui Nouni sectatorum erat
præcipuus, Theodorus, eis diligentibus impo-
sitis custodibus ac speculatoribus, ne per ali-
C quem eorum eis insciextibus ingrederetur
monachus ex Hierosolymis, & Patriarchæ &
Imperatoris aures ad se attraberet* . Ita-
que Gelasius ad suos revertens, animi
mœrore ac longioris peregrinationis in-
commodis fractus, extinctus est Amo-
rii . *Cum autem* , prosequitur idem cap.
106. *boc rescivissent Nonuus , Theodorus ,
& Domitiauus, & quicumque erant eiusdem
vitii æmulatores, Georgium qui ipse quoque
sectam sequebatur Origeuis , eius loco præ-
fectum & ducem constituunt , & iu divi-
uissimi Sabæ throuo (o iustitia , & Dei to-
lerantia !) collocant* . Sed haud diutius
D Nonno victoria lætari licuit : nam pau-
lo post tardæ Numinis vindictæ pœnas
dedit miserrime extinctus ; statimque
eriam Georgius turpissimi criminis reus
e Sabæ Laura expellitur septimo præ-
fecturæ meose, simulque Cassiaoo viro
integerrimo , qui anoo 536. synodum
Constantinopolitanam sub Menna sub-
scripserat, tegimeo damandatur , qui
tamen decimo mense defunctus Cononi
locum cessit . *Cononi* , inquir Cyrillus,
post ipsum (nempe Cassianum) *mandant
monachi præfecturam , maudaut vero Deo,
ut arbitror , monacborum animos ad boc
moveute . Fuit enim vir ille summe resplen-
dem & rectis dogmatibus , & omni virtu-
te, & recte factis ; qui etiam in præfectu-
ra usus est magna cura & diligeutia. Nam
& eos, qui illinc recesserant eiecti ab Ori-
geuistis, Patres rursus collegit ; & Lauram,
quæ a frequeutibus illis tumultibus & bellis
bareticorum iam inclinata fuerat , in ge-
uua mox erexit ac veluti renovavit* . Hic
Conon per Pelagium diaconum Apo-
stolicæ Sedis Apocrysarium Origenem,
ac postea in synodo V. Origenistas, quos
ioter fuit Theodorus Cappadox , dam-
nandos curavit : uti nobis suo inferius
loco describerur .

Hæc quo anno gesta siot, ecclesiasti-
cæ historiæ scriptoribus incompertum
est . Ante ceteros mihi semper nomi-
nandus Baronius narratos hue osque tu-
multus recitat anno 532. nom. 29. con-
cludens : *Quod enim bæc ipsa anuis singu-
lis baud facile distingui possint , placuit una
simul narratione relata prosequi.* Illi tamen
certum videtur memorata dissidia conti-
gisse aote annum 537. oam eo anno n. 28.
narrat, Pelagium peracta Zoili Alexan-
drini Episcopi consecratione ad aulam
regiam redeuntem a monachis Palæsti-
nis libellos contra Origenem ad Iusti-
nianum deferendos accepisse , & annn
insequenri Origenem ab Imperatore &
Parriarchis fuisse damnarum . Non ad-
probo: nam extat locupletissimum con-
rra eam opioionem testimonium . An-
no 536. Maio mense eelebrata est Con-
stantinopoli synodus a Menna Patriar-
cha, cui plures etiam Episcopi Itali in-
terfuere, qni Agapetom Pontificem eo
usque comitati fuerant ; porro in eius-
dem subscriptionibus legimus sessiones
habitas præseotibus inter reliquos *Ste-
phano diacono & ambasciatore Sotberici San-
ctissimi Episcopi Cæsareæ metropolitani pri-
mæ provinciæ Cappadocum; & Gaiano pres-
bytero & ambasciatore Elpidii Sanctissimi
Episcopi Ancyrani metropolitani primæ Ga-
latiæ*. At tempore persecutionis mona-
chorum Lauræ S. Sabæ erat Episcopus
Cæsareæ Theodorus, & Ancyræ Domi-
tianus ex laudari Cyrilli tunc viventis
testimonio: quare post annom 536. cœ-
pta est illa persecutio . Habemus ergo
Origenistarum turbas a Theodoro Cæ-
sareensi, ac Domitiano Ancyrano Nnn-
oi asseclis post annum 537. excitatas :
quo vero sequenti tempore contigerint,
ex

ex libello de gestis S. Quiriaci satis aperte mihi colligere videor. Scriptor vitæ illius sancti anachoretæ apud Surium die 29. Septembris chronologiam exactam vitæ eiusdem exhibens cap. 3. hæc narrat: *Iam decem & octo annos natus nono quidem anno magni Leonis, octavo autem Anastasii Hierosolymorum Pontificatus* in sanctam civitatem venit. Erat annus epochæ Christianæ 465. nam Leo ad imperium evectus est Constantino & Ruffo Coss. anno 457. VII. idus Iouarii. Postea cap. 7. scribit: *Venit in sanctam civitatem decem utique & octo annos natus; mansit autem novem apud S. Gerasimum; transegit decem annos in monasterio magni Euthymii; ministravit autem triginta & novem in Laura Suca. Quinque anni præterierunt, dum vesceretur scillis in solitudine Natupha, & totidem alii rursus in Ruba, & quod ipse septem quidem annis manserit in Susacim iam relatum est. In sancti autem Charitonis quinque annos degit.* Addit deinde decem insuper eumdem annos vixisse. Facta ergo temporis supputatione a duodeviginti annis, quando anno 465. Hierusalem Quriacus qui aliis Cyriacus est, primum venit abhinc anois 75. ætatis 93. Christianæ epochæ 540. io S. Charitonis speluncam se recepit. At cap. 10. hæc legimus: *Mota itaque misericordia, bona illa & elemens anima* Quiriacus *rursus descendit ad Lauram, & cum ad beati Charitonis cellam quinque transegisset annos, vehementissime decertavit adversus eos, qui eadem sentiebant, quæ Origenes*. Porro dum ibidem Quiriacus versabatur, Cyrillus Scythopolitaous cum literis Iohannis Silentiarii ad eumdem venit. *Literæ antem significabant bellnm tunc fuisse suscitatnm adversus sanctam civitatem; & eum obsecrabant, ut Deum oraret intensius, ut qui erant in nova Laura cum Nonno & Leontio, qui Origenis dogmata defendebant, & adversus rectam fidem militabant, vincerentur*. Quiriacus literis perlectis tale Cyrillo respoosum dedit. *Dic ei qui te misit, ne animo angamur, o Pater, cito enim videbimus* Nonnum *quidem & Leontium vita excessisse miserrime*. Ex his palam fit post annum 540. Nonnum graves illas turbas dedisse, ac maximam Lauram S. Sabæ invasisse, Gelasium illius præfectum ad Imperatorem aditu prohibitum, Georgium Origenistam monachis Sabæ

A Abbatem constitutum, ac paulo post Nonnum extinctum. Unde cap. 13. inquit: *Quoniam autem quando legum Origenis diligens custos Nonnus turpissimo exitu expulit animam, & fractæ fuerunt omnes eorum vires, & cessavit bellum adversus orthodoxos, & illi inter se invicem prælia cierunt & pericula, multi venientes in antrum Charitonis divino Quiriaco non parvam exhibebant molestiam, eius silentium & quietem interturbantes*. Hunc Quiriacum subscripsisse Synodum Mennæ scribit Baronius in notis ad diem 20. Septembris. At in subscriptione Syoodi ita le-
B gitur: *Cyricus diaconus, & monachus ipsius novæ Lauræ*. Eo vero anno 536. quo habita fuit illa Synodus, S. Quiriacus erat presbyter; nam cap. 6. vitæ eiusdem scribitur: *Quadragesimo anno ætatis provebitur ad honorem presbyteratus*, nempe anno 487. Etenim anno 465. duodeviginti annos habebat, ergo ille Cyricus diaconus alter fuit a S. Quiriaco. Præterea, ut patet ex laudato testimonio, toto septennio ante annum 540. degit Quiriacus in solitudine Susacim, neque umquam fuerat monachus in nova Laura.

C Rursus ex tempore consecrationis *Anno DXLIII.* Zoili Episcopi Alexandrioi id ipsum etiam potest confirmari, qua de re cum summi viri Baronius ac Panvinius in diversas senteotias abierint, hic enim anno 543. ille vero 537. Zoili inaugurationem ponit, id diligentius indagandum est; iode enim damnati Origenis tempus exacte intelligetur. Dioscorum iuniorem anno 517. Alexandrinam sedem indeptum fuisse tradit Victor illius temporis scriptor in Chronico: *Agapito V. C. Cos. Iohannes Alexandrinus Episcopus moritur, & pro eo Dioscorus ordinatur*.
D Theophanes etiam insignis Chronographus anno 26. Anastasii scribit: *Hoc anno Iohanne Nicæota Alexandriæ Episcopo hæretico vita functo, Dioscorus minor Timothei Æluri nepos Alexandrinus Præsul est institutus*. Anno vero sequenti recitat Anastasii Imperatoris mortem, qui obiit anno 518. nona Iulii, cum imperasset annos 27. menses 3. Quare ex Theophane etiam anno 517. Dioscorus Alexandrioæ ecclesiæ thronum occupavit. Annos illum tres in Episcopatu transegisse S. Nicephorus Patriarcha C. P. idemque Theophanes scribunt, quibus tamen ali-

quot

quot menses addendi sunt; nam eiusdem A obitum recenset Victor anno 521. *Valerio & Iustiniano Coss. Alexandrinæ ecclesiæ Dioscoro Episcopo mortuo Timotheus succedit*. Theophanes etiam anno tertio Iustini, nempe 521. Dioscoro mortuo Timothei initia recitat; cum anno superiore Vitaliani consulis necem, quæ patrata est anno 520. narrasset. Baronius anno 519. Timotheum sedisse scribit, quod Liberatus diaconus cap. 19. narrat, Severum Antiochia fuga elapsum, Alexandriam cum Iuliano Halicarnasseo se recepisse, additque: *Eo tempore Alexandriæ mortuo Dioscoro minore Timotheus ecclesiæ illius susceperat episcopatum,* B *a quo gratissime suscepti Severus & Iulianus sedebant ad latronem*. At Severus fugit anno nuncupationis Antiochenæ *quingentesimo sexagesimo septimo mense Gorpiæo* ex Evagrio lib. 4. cap. 4. nempe mense Septembri anno 519. vulgaris epochæ, & ex literis Dioscori legati ad Hormisdam Papam datis C. P. Tertio Kalend. Iulias Eutharico Cos. anno 519. eodem mense Paulus Antiochiæ Præsul electus fuit, cuius electione intellecta Severus Antiochiam reliquit. Verum Liberatus susceptos a Timotheo Severum ac Iulia- C num dicit, nempe cum electus fuit Episcopus, non autem cum isti Alexandriam primum pervenere; etenim tum temporis sedisse Dioscorum his testatur Theophanes: *Eo nuncio accepto fugit Severus ac pariter Iulianus Halicarnassi Episcopus, & Dioscoro Alexandrinum adhuc episcopatum administrante in Ægyptum profecti* &c. Anno itaque 521. Timotheus Alexandrinam ecclesiam gubernandam suscepit. Hormisda quidem Pontifex anno 519 scripserat Dioscoro ipsius ad Iustinum legato, velle se eidem ab imperatore Alexandrinam sedem Impetrare, erat D enim Dioscorus patria Alexandrinus: legatur epistola 54. Hormisdæ. Ex quibus mihi probatur, tunc non sedisse Alexandriæ Asterium catholicorum Episcopum, cuius neque ullam mentionem faciunt Theophanes, nec Tunonensis, nec Liberatus in Breviario, nec Leontius in libro de sectis act. 5. qui duo Scriptores Alexandrinorum Episcoporum seriem diligentissime concinnarunt. Hunc tamen Asterium una cum Timotheo sedisse sub Iustino ex actis S. Arethæ Martyris colligit Baronius, quorum fides confirmari videtur ex Nonnosi excerptis apud Photium Cod. 3. Castiganda tamen hic est narratio Riccioli reformatoris Chronologiæ, qui tomo 3. catalogo IX. in elencho Patriarcharum Alexandrinæ Ecclesiæ pag. 17. hæc de Asterio scripsit: *Asterius catholicus iussu Iustiniani Imperatoris datus catholicis vivo adhuc Timotheo, eique adhærentibus hæreticis sedit iure* 15. *annos*. Hunc ibidem electum ponit anno 535. Acta S. Arethæ, & Sociorum apud Surium die 24. Octobris hoc initium habent: *Instabat quintus annus, ex quo Iustinus acceperat sceptra Romani imperii*. Quintus Iustini annus incœpit 9. Iulii epochæ Christianæ 522. quo anno Asterio Alexandrino Episcopo Martyres illi passi dicuntur. Non ergo a Iustiniano Arethas Alexandrinis sacris præpositus fuit. Quod addit sedisse illum annos 15. *iure*, falsum est; nam mortuus fuisset Asterius anno 550. Cum tamen ibidem asserat Paulum catholicum anno 536. iussu Iustiniani electum fuisse Alexandriæ Antistitem, & sequenti 537. Zoilum item catholicum; cur enim vivente Asterio viro orthodoxo suppares Episcopos Iustinianus dedisset? Sed ad Timotheum redeo. Hunc sedisse annos decem & septem Theophanes affirmat, totidem eidem annos assignat S. Nicephorus Patriarcha. Ergo moritur anno 538. Exacte itaque Victor in Chronico scribit: *Iohanne V. C. Cos. Alexandrinæ Ecclesiæ Timotheo mortuo, qui Dioscoro minori successerat, duo populi electione perversi ordinantur uno die Episcopi Theodosius & Gaianus*. Atque hoc pacto & Victor septemdecim Timotheo annos tribuit. Fuerat Theodosius Timothei archidiaconus, Gaianus vero a sacris orationibus ex Leontio actione 5. libri de sectis. Hoc schisma erudite narrat Liberatus qui tunc vivebat, cap. 20. sui Breviarii: quod eo anno 538. contigisse confirmat Theophanes, qui Gaiani initia statuit anno Iustiniani XI. qui cum parte eiusdem anni concurrit. Auctor est Liberatus, Theodosio causam adiudicatam fuisse, in exilium Gaiano deportato post dies centum & tres a suscepto episcopatu. At post duos menses Theodora Augusta Narsetem summa cum potestate Alexandriam destinavit, ut suscitatos contra Theodosium tumultus compesceret. Theodosius cum mansisset

in fede

in sede anno uno menses quatuor paucis ei communicantibus, Alexandria profectus Constantinopolim venit, ubi cum nullatenus Calchedonensem synodum recipere vellet, Theodora mitius exilium deprecante, sexto ab urbe regia milliario in basilicam viæ ad Stemapontem insidentem relegatus est. Hinc recte Victor, Nicephorus, ac Theophanes duos episcopatus annos Theodosio concedunt. Anno ergo 540. depositus est. Victor Theodosium exilio mulctatum scribit *Iustino Consule*, eo inquam anno 540. Hoc ipsum ex literis Vigilii Papæ deducitur, qui respondens Mennæ Constantinopolitano Antistiti, confirmat latum ab eodem anathema in Theodosium Alexandrinum, aliosque Severi ac Petri Apameensis sectatores. Datæ sunt literæ Vigilii Kalend. Octobris Iustino V. C. Consule.

Interea Paulus Tabennensiotarum monachorum Abbas Constantinopolim venerat Iustiniani opem imploraturus. Monachi enim quibus præerat, palam eumdem despiciebant, nullaque ratione ad officium revocari potuerant. At *divino nutu*, inquit Liberatus c. 23. *cathedram vacantem inveniens meruit per Pelagium diaconum* Vigilii Papæ apocrysarium *Alexandriæ episcopatum*. Hæc electio contigit Basilio V. C. Cos. anno 541. ex Tunonensi. *Alexandrinæ*, inquit, *ecclesiæ Theodosio atque Gaiano exulatis, Paulus præpositus Tabennensiotarum monachorum a defensoribus Synodi Calchedonensis ordinatur Episcopus*. Theophanes in tabulis Chronologicis Pauli Patriarchæ initia recitat anno Iustiniani XIV. qui cum anno nostræ epochæ 541. concurrit. Paulo Nicephorus ac Theophanes duos sacræ præfecturæ annos assignant, Baronius unum tribuit, sed sine teste. Et hic quidem Pauli electionem ad annum 536. collocat, quod Liberatus cap. 23. illius electione recitata pacem ecclesiis datam affirmat anno X. Iustiniani. Sed plures codices annum non recitant, & certe Baronius ad annum eumdem num. 118. cum annum nullo numero signatum legeret, addidit *decimo*: *Ita*, inquiens, *supplendum ex rebus gestis superius enarratis*. Sed si annus decimus in vetustioribus codicibus habeatur, Liberatus non ad Alexandrinam ecclesiam sed ad Orientalem respexit, damnatis Severo, ut ibidem notat, atque Anthimo in synodo Constantinopolitana a Menna Patriarcha, & postea ab Imperatore, & Petro etiam Hierosolymitano in concilio provinciali. Vir clarissimus statuit initia Vigilii Papæ anno 537. At Liberatus scribit eo ipso loco: *Paulus ordinatus est a Menna Constantinopoli præsente Pelagio responsario Vigilii*. Quare Vigilio Pontifice Paulus consecratus fuit. Ceterum paulo post, cum idem Paulus in homicidii suspicionem venisset, misso a Principe cum literis Pelagio diacono a Patriarchis Antiochiæ & Hierosolimorum, itemque Hypatio Ephesino depositus fuit, Zoilo Alexandrinis sacris præposito. Res Gazæ in Palæstina peracta est anno 543. Certe Zoilo septem sacræ præfecturæ anni tribuuntur a Nicephoro & Theophane. Cum vero anno 551. depositus fuerit, Apollinare subrogato, ut constat ex literis Vigilii Papæ, in queis legitur anathema contra Theodorum Cappadocem latum, ut ad eum annum dicemus, datæ enim sunt literæ anno P. C. Basilii X. die 14. Augusti, eiusdem Zoili inauguratio citra annum 543. retrahi nequit. Electionem ac depositionem postea Pauli Alexandrini præter Liberatum recitat etiam Procopius in arcana historia pag. 120. additque nonnulla ex quibus & ecclesiastici annales suppleri possunt, & tempus depositionis eiusdem facilius intelligi. *Paulus*, inquit, *haud diu fuit, cum Byzantium appulit rogaturus Imperatorem, & pondo septies centum auri oblaturus, ut in sacerdotium restitueretur* &c. *Nemini iam dubium erat, quin Sacerdotium Paulus esset consecuturus. Verum enim vero Principi id imperanti haud quaquam Vigilius, qui per id tempus Byzantii versabatur, concedendum censuit, neque de sententia a se nimirum per Pelagium lata decedendum*. Quare si Paulus dignitate privatus paulo post Byzantium venit, nequaquam tamen voti compos evasit Vigilio resistente; manifestum est integrum decennium non intercessisse, sed tres circiter aut quatuor annos, Vigilio initio fere anni 547. Byzantium appulso, a quo Paulus repulsam tulit. Interim corrigendus venit Bollandus in notis ad vitam S. Iohannis Eleemosinarii die 23. Ianuarii, ubi §. 3. num. 14. dicit Zoilum anno 538. electum, ac sedisse annos septem, quod falsum esse constabit

stabit ex literis modn laudatis, quarum testimonia ad annum 551. dabimus, & ex Facundn Hermianensi insigni illius ætatis scriptore, qui lib. 4. cap. 4. scribit: *Zoilus quoque Alexandrinæ urbis Antistes cum Romanum Episcopum venire cognosceret, obviam illi ad Siciliam misit, conquerens necessitate se ad ipsius decreti affirmationem fuisse compulsum: Quod hic ei* nempe Constantinnpoli *Romanus Episcopus in facie palam nobis quoque inter alios præsentibus, exprobravit*. Ecce oculati testis assertinne Zoilus annn 547. qun Vigilius Papa Constantinopolim venit, Alexandrinam ecclesiam gubernabat. Unde Reformatnr chrnnolngiæ audiendus non est, qui Zoilum consecratum ait annn 537. atque eodem ipso anno deiectum Apollinare subrogato, cui annos XXIII. episcopatus fingit; cum Nicephnrus ac Theophanes XIX. tantum assignent. Nam mnrtuus est annn 57n. cum annn 551. in Zoili locum substitutus fuisset. Improbum laborem assumerem, si vellem vel unius catalogi huiusce reformatæ chronnlngiæ errores corrigere. Certe in Baronio legere poterat, Zoilum usque ad annum 551. Alexandrinam ecclesiam rexisse. At annos ex arbitrin addere, demere, sine teste, sine tabulis haud equidem, credas velim, est reformasse, sed deformasse chronnlogiam. Itaque Zoilus annn 543. consecratur Episcopus, quæ erat eruditissimi Panvinii mei sententia, quam pluribus illustrium scriptorum testimoniis illustravimus.

Pelagius Zoili consecratione peracta Constantinopolim rediens nbvios quosdam Palæstinos monachos habuit, qui libellns contra Origenem ac sectatnres ad Principem deserentes, Pelagii operam etiam atque etiam rngarunt. Ille quidem lubenti animn rei manum admnvit; nam eo pactn Thendori magni Origenistarum patroni potentiam atque existimationem, qua plurimum apud Principem pollebat, deprimendam sperabat. Scribit Liberatus cap. 23. *Igitur Pelagius æmulus existens Theodoro Cæsareæ Cappadociæ Episcopo, volens ei nocere, eo quod esset Origenis defensor, una cum Menna Archiepiscopo Constantinopolitano flagitabat a Principe, ut iuberet fieri, quod illi monachi supplicabant, ut Origenes damnaretur cum ipsis capitulis talia do-*

A *centibus*. Iustinianus ecclesiasticis causis libenter se se immiscebat, præsertim cum nihil antiquius haberet, quam hæresibus eliminatis pacem ac tranquillitatem Ecclesiæ donare: unde & plurima eiusdem edicta contra plerosque hæresiarchas leguntur. Et quidem plusquam laicum deceret, sacris disputationibus vel per multam noctem incumbebat. Quare haud difficulter monachnrum pnstulatis Mennæ ac Pelagii hortatione accedente aures dedit. *Annuit*, inquit Liberatus, *Imperator facillime, gaudens se de talibus causis iudicium ferre. Iubente eo* B *dictata est in Origenem & illa capitula anathematis damnatio, quam subscribentes una cum Menna Archiepiscopo apud Constantinopolim reperti, deinde directa est Vigilio Romano Episcopo, Zoilo Alexandrino, Euphremio Antiocheno, & Petro Hierosolymitano. Quibus eam accipientibus & subscribentibus, Origenes damnatus est mortuus, qui vivens fuerat ante damnatus*. Encyclicam ergo epistnlam scripsit Iustinianus ad quinque nrbis Patriarchas, quam ecclesiasticis annalibus magnus Historicus inseruit annn 538 pag. 281. Illius autem hoc exnrdium fuit. *Nobis* C *semper studio fuit atque etiam nunc est, rectam irreprehensibilem Christianorum fidem, statumque sanctissimum Dei catholicæ & apostolicæ Ecclesiæ perturbationum expertem usquequaque custodiri. Hæc nobis prima & antiquissima cura est, per quam & nobis in præsenti sæculo imperium a Deo traditum esse, & conservari credimus, & Reipublicæ nostræ inimicos subdi, & in sæculo futuro misericordiam in conspectu bonitatis eius nos adepturos speramus*. Postea: *Ad nos allatum est nonnullos Dei metum in animo non habentes, nec rectæ doctrinæ discrimen tenentes, quo salvatur quicum-* D *que veritatem cognoscit, relictis divinis scripturis sanctisque Patribus, quos catholica Dei Ecclesia Doctores habet, per quos omnis ubique hæresis expulsa est, fides vero orthodoxa declarata, Origenem eiusque dogmata Paganorum & Arianorum & Manichæorum erroribus affinia asserere, per quæ ille in foveam incidit*. Inde eiusdem errores de mysterin Trinitatis, de animarum præexistentia, de anima Christi, aliisque de rebus refert, ac sanctorum Patrum testimnniis eosdem impugnat. Illnrum vero summarium continetur in nnvem cannnibus, quos episto-

læ subiicit, eosque nuper eruditissimis A
notis illustravit meus Lupus Doctor ac
Professor Lovaniensis in commentariis
ad synodum V. Subdit ibidem Impera-
tor: *Hanc epistolam ad tuam Beatitudi-
nem dedimus, qua eam hortamur, ut
omnium qui in hac regia Urbe nunc degunt,
sanctissimorum Episcoporum conventum ha-
beat, ac Deo amabilissimorum præfectorum
sanctis, quæ hic sunt, monasteriis; faciat-
que ut omnes in scriptis præfatum impium
ac Deo repugnantem Origenem, qui &
Adamantius, quique presbyter fuit sanctissi-
mæ ecclesiæ Alexandrinæ, & eius nefaria
impiaque dogmata, capitulaque quæ infe- B
rius ponuntur, omnimodis anathematizent.*
Iubet insuper: *Ne aliter ordinentur Epi-
scopi aut monasteriorum Hegumeni, nisi prius
cum aliis omnibus hæreticis, qui de more in
libellis anathematizantur* (eos ibi recen-
set) *prædictum etiam Origenem, qui Pa-
ganorum Arianorumque insania laboravit,
una cum execrabilibus impiisque eius dogma-
tibus anathematizent.* Et tamdem ait: *Hæc
porro eadem scripsimus non solum ad Sancti-
tatem tuam, sed etiam ad sanctissimum &
beatissimum Papam senioris Romæ & Pa-
triarcham Vigilium, & ad ceteros omnes
sanctissimos Episcopos & Patriarchas idest C
Alexandriæ, Theopoleos, & Hierosolymo-
rum.* Hanc epistolam mille maledictis
excepit recens Origenis advocatus, cu-
ius dicteria capite sequenti refellam. Ubi
hæc epistola publicata fuit, atque teste
Liberato a Vigilio Papa, ac cum reli-
quis Patriarchis etiam a Petro Hiero-
solymitano subscripta; Origenis nomen
novam infamiam subiit, eodem inter da-
mnatorum capita relato. De hac Orige-
nis damnatione tunc vivens Facundus
Hermianensis lib. I. ad Iustinianum Im-
peratorem cap. 2. scribit: *Invenit autem
desideratam occasionem ex furore quorum- D
dam, qui sub nomine Christiano latenter in
Ecclesia gentile Origenis dogma sectantur.
Et quia per instantiam tuæ religionis eius-
dem profani dogmatis iterata damnatio est*
&c. Quibus doctissimus Antistes antea
etiam Origenem damnatum fuisse de-
clarat.

Hoc pacto monachi Palæstini ad suos
victores reversi Petro Patriarcha adni-
tente Origenistarum vires fregere, ex-
pulsis his qui damnato homini obstina-
ti adhærebant. Hæc quidem accidere
S. Quiriaco adhuc in antro S. Charito-
nis degente. Nam cap. 13. vitæ eius-
dem hæc leguntur: *Quoniam autem quan-
do legum Origenis diligens custos Nonnus
turpissimo exitu expulit animam, & fractæ
fuerunt omnes eorum vires, & cessavit bellum
adversus orthodoxos, & illi inter se invicem
prælia cierunt & pericula; multi venientes
in antrum Charitonis divino Quiriaco non
parvam exhibebant molestiam eius silentium
& quietem interturbantes.* Etenim Theo-
dorus, Domitianus, ac reliqui Orige-
nianæ factionis duces paulo post Orige-
nis damnationem, procurata a Iustinia-
no trium capitulorum proscriptione in
pericula se coniecere, ac gravissimis dis-
sensionibus afflicti sunt, ut suo inferius
loco explicabimus. Monachi autem no-
væ Lauræ, ubi Nonnus ac Leontius
Origenianæ scholæ cathedram erexerant,
detestanda obstinatione damnatæ doctri-
næ inhæsere, donec anno 554. a Laura
expulsi sanctioris dogmatis cultoribus lo-
cum dedere, ut eo anno nobis memorabi-
tur. Hanc celebrem Origenis damnatio-
nem ubique a Patriarchis publicatam
Baronius anno 538 recenset, sed circa
annum 543. ex chronologica dissertatione
de Zoili Alexandrini Episcopi initiis con-
tigisse luculenter probatum est.

CAPUT II.

*Iustinianus ab Halloixobiectionibus as-
sertus. Illius in Theologicis disci-
plinis eruditio contra vulgarem
sententiam demonstratur. Suidæ
textus restitutus ac reprehensus.
Origenes iam olim ante Iustiniani
tempora ab Ecclesia damnatus,
præsertim ab Heracla Alexandri-
no, perperam hoc adversario per-
negante.*

TAm grave vulnus Origenianæ do-
ctrinæ per epistolam illam inlatum
est, ut sectarii remediis quibusque de-
speratis, ad ultionem animum verterint,
quod capite sequenti monstrabitur; ne-
que enim ullus ausus est pro Origene
contra orbis orthodoxi sententiam stare.
At nudiustertius Leodiensis advocatus
erupit, qui Iustiniani epistolam censoria
virga percutere haud extimuit, dicens
eamdem *a Patre mendacii dictatam.* lib. 4.
apol.

apol. quæſt. 10. pag. 383. uſurpaſſe illum, *quæ Eccleſiæ & Epiſcoporum ſuut propria*. pag. 387. addit, ſubſcripſerintne Patriarchæ, *incertum eſt*. Eſt illi pag. 344. §. 2. *Iuſtinianus Imperator homo rudis & illiteratus, quamvis ſamæ eruditionis ambitioſiſſimus*. Et a pag. 384. pluribus mendaciis epiſtolam illam refertam eiſe conteodit, notans in eadem etiam pag. 385. *mendacium mendaciorum*. Inprimis conſtat morem fuiſſe antiquitus, ut Imperatores cootra hæreticos ſacras publicarent. Hinc ſynodus VI. act. XVIII. ita Imperatorem Flavium Conſtantinum Pogonatum allocuta eſt: *His quæ a nobis geſta ſunt, ſignaculum tribue, veſtram iuſcribito imperialem ratibabitiouem, & per edicta divalia atque per pias conſtitutiones ex more eorum omnium firmitatem, quateuus nullus bis quæ geſta ſunt, aut contradicat, novamve quæſtionem machinetur*. Quantum vero Romanæ eccleſiæ Iuſtiniani edicta probata fuerint, noo uoo teſtimonio demonſtratur. Nobiliſſimum extat act. 4. VI. ſynodi, ubi S. Agatho Papa hæc ad Imperatorem ſcribit: *Præ omnibus æmulator veræ & apoſtolicæ fidei piæ memoriæ Iuſtinianus Auguſtus, cuius fidei rectitudo quantum pro ſincera confeſſione Deo placuit, tantum Rempublicam Chriſtianam exaltavit. Et utique ab omnibus gentibus eius religioſa memoria veueratione digna cenſetur, cuius fidei rectitudo per auguſtiſſima eius edicta iu toto orbe diffuſa laudatur: quorum unum, quod ad Zoilum Alexandrinum Præſulem adverſus Acephalorum hæreſim miſſum eſt* &c. Hæc inter edicta non ultimo loco illud reponitur, quod contra Origenem vulgavic.

Sanctiooem illam contra Origenem Mennas ac Pelagius apoſtolicæ Sedis legatus, qui poſtea Pontifex fuit, cum aliis doctiſſimis viris procuderunt. Illi enim Iuſtiniaoum ad eamdem ſcribendam vulgandamque hortati ſunt. Quare ea io re Imperator & Patriarchæ C-P. & apoſtolicæ Sedis legato morem geſſit. Vitio vertit Iuſtioiano adverſarius, quod uſurpavit, *quæ Eccleſiæ & Epiſcoporum ſuut propria*. At Vigilius Papa legens edictum Iuſtiniani, quo anno 540. cum Seveto, Petro Apameeoſi, ac Zoara etiam Theodoſium Alexaodrinum damoabat, Imperatoris ſcriptum non modo laudavit, verum etiam A ob id gratias Deo agendas faſſus eſt: *Nos in Domino*, inquit, *nimium conveuit gloriari, quod non imperialem ſolum, ſed ſacerdotalem vobis animum concedere ſua miſeratione dignatus eſt*. Illa edicta adhibitis in conſilium doctiſſimis Epiſcopis Princeps componebat, unde hæc ad Iuſtinianum ſcribebat Iohannes II. Papa: *Fidelibus populis propoſuiſtis edictum amore fidei pro ſubmovenda hæreticorum intentione ſecuudum apoſtolicam doctriuam, & fratrum & coepiſcoporum noſtrorum intervenieute conſenſu*. Plenæ ſunt huiuſmodi edictis ab Imperatoribus emiſſis eccle- B ſiaſticæ hiſtoriæ. Iuſtioianus, cum Severi, Petri Apameenſis, Zoaræ, atque Anthimi cauſa tractanda eſſet, non quidem per ſe ſed in ſynodo aooo 536. Conſtantinopoli coacta eoſdem damnandos curavit. Hæretici Mennæ ſententia damnati ſunr menſe Maio die 21. Sanctio autem adverſus eoſdē emiſſa eſt a Iuſtioiano VIII. idus Auguſti data ad Mennam Patriarcham, quæ incipit: *Rem non inſolitam imperio & uos facientes, ad præſentem venimus legem*, &c. Ubi ait hæreti- C cis a ſynodo damnatis, *toties imperium eiuſdem ſenteutiæ & ordinationis cum ſacerdotum auctoritate ſuit*. At in cauſa Origenis nihil diligeotiori cura indagaodum erar: res enim nora erat, Origenem ſcilicet iam olim ab Eccleſia fuiſſe damnatum. Unde Imperator laram contra Origenem ſenteotiam recenti edicto confirmavir, oec ea quæ Epiſcoporum ſunt propria uſurpavit, ſed ſaoctorum Aoriſtitum quos ea in epiſtola laudat, exemplum ſecutus, Adamantio nigrum thera præfixit.

Quod vero repooit Halloix, incer- D tum eſſe, an Patriarchæ memoratam epiſtolam ſubſcripſerinr, ſi phraſi ipſi familiari uti vellemus, *mendacium mendaciorum* dicendum foret; ſed acerbiora dicta procul eſſe volumus, ac mitiſſime ſemper loqui. Verba Liberati diaconi repetimus in fine cap. 23. *Iubente eo* Iuſtiniano *dictata eſt iu Origenem & in illa capitula auatbematis damnatio, quam ſubſcribeutes una cum Menna Archiepiſcopo apud Conſtantinopolim reperti; deinde directa eſt Vigilio Romano Epiſcopo, Zoilo Alexandrino, Eupbremio Antiocbeno, & Petro Hieroſolymitano: quibus eam accipieutibus ac ſubſcribentibus, Origenes damnatus eſt mortuus, qui vivus olim ſuerat*

A *ante damnatur*. Quo luculento tunc viventis diaconi testimonio probatur, omnes Patriarchas latam contra Origenem a Iustiniano legem subscripsisse, eamque ex consequenti ab universo orbe receptam, ac miro consensu laudatam. Audio quid dicat pag. 382. Liberatum *contra Origenem ex prava informatione secus quam oportuisset, conscripsisse*. Erras, qui alium errantem facis. Patriarchæ sacras divales ad omnes metropolitas suæ Diœcesis mittebant. Quare encyclicas Principis literas Vigilius in Africam ad Reparatum metropolitam ac primatem B Carthaginensem misit: unde optime easdem novit Liberatus ipsius Carthaginensis ecclesiæ diaconus, atque historicus insignis. Sed age, Liberatus homo Africanus licet tunc superstes nescierit, quid Romæ de Origene a Vigilio decretum fuerit; dabo supparem testem illius ætatis senatorem nobilissimum scriptorem celeberrimum, ac tamdem sanctissimum monachum. Cassiodorum ex titulis habes, qui lib. de Diu. lect. cap. 1. de tuo Origene scribit: *Hunc li-* C *cet tot Patrum impugnet auctoritas, præsenti tamen tempore & a Vigilio Beatissimo Papa denuo constat esse damnatum*. Halloix tamen quæst. 10. §. 19. pag. 363. vociferatur, *falsum esse, quod quidam scriptores iactitarunt, Origenem a Vigilio Papa fuisse condemnatum*. Aut hic, aut Cassiodorus falsi reus est. At Cassiodorus sub Vigilio vixit, ac disertis verbis testatur, sibi constare Origenem a Vigilio esse damnatum. Hinc in V. synodo Iustinianus cum Origenistarum D causa tractanda foret, libellis Monachorum contra Origenem *ea quæ ad Vigilium de illis scripta* erant, adiunxit. Horum auctor est Evagrius lib. 4. cap. 38. Ex Vigilii facto, quid post Iustiniani epistolam alii Patriarchæ decreverint, satis liquet. Nobis Romani Pontificis sententia indaganda fuit. Certe Eustochius Patriarcha Hierosolymitanus monachos novæ Lauræ, *in qua Origenis dogmata in pretio habebantur* teste Evagrio laudato, quod etiam capite superiori pluribus ostensum est, expulit ac extra Palæstinam eiecit. Imo Macarius eiusdem decessor ante quintam synodum depositus fuit, *dicebant enim eum Origenis amplecti dogmata*: quæ ante Evagrium illius sæculi scriptorem Tunonensis in Chronico affirmavit. At monachos Origenistas non ante, sed post synodum V. expulsos fuisse testatur Cyrillus Scythopolitanus, qui illis eiectis anno 554. statim novam Lauram ingressus fuit, ut tradit in fine libri de vita Euthymii.

Vellicat adversarius Iustiniani inscitiam, quod nempe *homo rudis & illiteratus* ausus sit contra doctissimum Origenem edictum condere. Ex Baronio illa desumpsit, qui ad annum 528. num. 2. de Iustiniano hæc scripserat: *Cum ipse homo fuerit penitus illiteratus adeo, ut nec alphabetum aliquando didicisset, cuius rei gratia, ut inquit Suidas, dictus est analphabetus*. Quæ cum secundis curis in posteriori editione idem Cardinalis anno eodem num. 3. correxisset, anno tamen 551. num. 4. contra Theodorum Cappadocem invehitur, quod Iustiniani lateri assistens *fecit analphabetum Imperatorem palliatum semper apparere Theologum, atque de dogmatibus acutissime disputare, qui nusquam legere sciverit vel ipsum foris inscriptum sacrorum titulum librorum*. Quæ quidem licet in utraque editione legantur, eadem tamen spongia, qua priora illa ad annum 528. delenda sunt. Sane plures nec ignobiles iuris consulti ex depravato Suidæ codice in eam opinionem descendere, ut putaverint Iustinianum reapse fuisse omnium literarum rudem. Fateor Suidam editum Mediolani Iustinianum exhibere analphabetum; in codice tamen Vaticano num. 3. pag. 47. habetur pro Iustiniano Ἰουστῖνος. *Iustinus*, & quidem res a Procopio extra dubium ponitur, qui pag. 28. arcanæ historiæ de Iustino, a quo Iustinianus nepos imperium accepit, hæc scribit: *Quod Romanis ante hac non evenit, adeo literarum expers, & quod dicitur analphabetus*. Unde tradit Procopius ibidem hoc pacto a Iustino libellos subscribi solitos. Perpolitæ tabellæ primis quatuor sui nominis literis incisis, eademque tabella libello superposita, calamus atramento imperatorio tinctus Iustino in manum tradebatur, quam alii prehensantes, & per tabellæ incisuras circumagentes, paginas subsignabant. Scribit Procopius hoc a Magistratu, cuius id muneris erat, inventum. Tum temporis etiam Theodoricus magnus ille Gothorum Rex omnium literarum plane expers ante Iustini initia iamdiu in Ita-

Italia regnans eodem prorſus modo libellos ſubſcribebat. Id teſtatur antiquiſſimus ſcriptor Anonymus editus ab Henrico Valeſio V. C. in calce Ammiani Marcellini: *Igitur*, inquit, *Rex Theodoricus inliteratus erat, & ſic obruto ſenſu, ut in decem annos Regni ſui quatuor literas ſubſcriptionis edicti ſui diſcere nullatenus potuiſſet. De qua re laminam auream iuſſit interraſilem fieri quatuor literas Regis habentem THOD. ut ſi ſubſcribere voluiſſet, poſita lamina ſuper cartam par eam pennam duceret, & ſubſcriptio eius tantum videretur*. Mortuus eſt Theodoricus anno 526. die 2. Septembris, anno vero ſequenti etiam Iuſtinus deceſſit. Ita duo potentiſſimi ac feliciſſimi Principes abſque ullo literarum præſidio gentibus iura dabant, qui tamen doctiſſimorum hominum opera utebantur. Caſſiodorus Theodorico aderat, Iuſtino vero ii qui paulo poſt ſub Iuſtiniano. leges in ſummam redegere. Et quidem Svidam de Iuſtiniano non loqui vel ex contextu colligitur. Ille enim hæc in editis codicibus ſcribit: *Iuſtinianus Romanorum Imperator rectiſſime ſentiens de religione, fuit autem omnium literarum imperitus, & quod vulgo dicitur analphabetus. Hic & aureum triclinium in Palatio condidit, & S. Paulum, quod eſt Orphanotrophium. Auxit etiam de Imperatore Iuſtino opinionem* &c. At Procopius in libro primo de ædificiis Iuſtiniani opera Conſtantinopoli excitatis, ne verbum quidem habet de ædificato ab eodem Imperatore Orphanotrophio. Fuit hoc opus Iuſtini iunioris, qui Iuſtiniano ſucceſſit, de quo ſcribit ex Cedreno Georgius Codinus de Originibus C-P. *Orphanotrophium S. Pauli ſempiternæ memoriæ Imperator Iuſtinus cum Sophia uxore ædificavit*. Theophanes ſeptimo Iuſtini II. anno, nempe 573. Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Orphanotrophium ædificatum ponit. Quare Svidas utrumque Iuſtinum confundit, & ex depravatis codicibus uterque Iuſtinus in Iuſtinianum convertitur.

Iam vero Iuſtiniani ſapientia nobis demonſtranda eſt, cum præſertim audiam Baronium anno 538. monentem: *Eam itaque conſtitutionem* contra Origenem *cum tu legis, non Iuſtiniani legere neſcientis lucubrationem exiſtima, ſed Mennæ atque Pelagii*. Et ſane quantum in liberalibus artibus idem Princeps profecerit, atque illas exacte calluerit, pluribus oſtendit Alemannus vir eruditiſſimus: meum eſt, qui ſacra tractos, monſtrare, quantum ille Theologiæ ſtudioſus fuerit. Antequam imperium capeſceret, ob illam aſſertionem, *Unus e Trinitate paſſus eſt*, plures ad Hormiſdam literas dedit, atque ea de re cum Scythiæ monachis litigavit, & obortis ſub id temporis de gratia, & libero arbitrio C-P. controverſiis ſe ſe immiſcuit, ut ex epiſtola Poſſeſſoris Epiſcopi ad Hormiſdam patet: de quibus in hiſtoria Pelagiana lib. 2. cap. 19. pluribus diſſeruimus. Factus poſtea Imperator tanto ſtudio rerum divinarum contemplationi vacabat, ut nullam eidem rem præponendam duceret. Audiatur Euſtathius in libro de vita Eutychii apud Surium die 6. Aprilis: *Noſtis omnes quot quot meminiſtis, quam curioſe piæ memoriæ Iuſtinianus in divinorum dogmatum inveſtigatione verſaretur, quodque diu noctuque poſthabitis omnibus aliis curis illam unam & ſolam nunquam intermitteret, qua ad diſputandum omnes provocabat hæreticos, & rationes in medium proferendas, quibus ille valde prævalebat; cum ut plurimum eoſdem hæreticos probabilibus modo ratiocinationibus, modo demonſtrationibus, modo denique ſacrarum teſtimoniis literarum confutaret*. Certe Victor Tuonenſis Epiſcopus una cum collegis ſe cum Iuſtiniano diſputaſſe tradit in Chronico. *Anno 38. Imperatoris eiuſdem Muſicus, Brumaſius, Donatus, & Cryſonius Epiſcopi de Africa, & Victor, ac Theodorus Epiſcopus ſimiliter ex Ægypto ad urbem regiam imperiali præcepto evocantur. Qui dum eidem Iuſtiniano Principi præſentes praeſenti, & poſtea Eutychio regiæ Urbis Epiſcopo altercanti reſiſtunt* &c. Et hic tantæ doctrinæ Princeps tamquam analphabetus traducetur? Hinc factum eſt, ut Arſaces Artabanum hortatus ſit, ad inſidias Iuſtiniano ſtruendas; dum *incuſtoditas noctes* tereret *Epiſcoporum cum ſenioribus Chriſtianorum oracula ſtudens evolvere*. Sunt verba Procopii lib. 3. de bello Gothico. Profecto Procopius, Victor, atque Euſtathius C-P. eccleſiæ presbyter ſub Iuſtiniano vixere, ac ea literis mandarunt, quæ ſuiſmet oculis atque auribus uſurparunt. Cum Eutychius monachus doctiſſimus Conſtantinopolim veniſſet, *Mennas*, inquit Euſtathius, *illum miſſit ad Imperatorem, apud quem cum*

de

de rebus propoſitis diſputaretur, *apparuit omni divina humanaque diſciplina inſtructiſſimus*. cap. 18. Adeo ille Theologicis diſputationibus oblectabatur. Agapetus diacoous in parænetico ad Iuſtinianum, quod exhibet Baronius in appendice tomi 7. *Noſtris temporibus oſtenſum eſt*, inquit, *proſperæ vitæ tempus*, *quod prædixit quidam ex veteribus futurum, cum vel Philoſophi regnarent*, *vel Reges philoſopharentur; nam philoſophando digni habiti regno eſtis*, *& regnando a philoſophia non deſciviſtis*. Itane, ſi ſuperis placet, hominem analphabetum inter philoſophos eonnumeraſſet? Poſſevinus in fine tomi 3. ubi de Bibliothecis Græcis agit, teſtatur Conſtantinopoli inter codices Conſtaotii Barini fuiſſe laudatum Agapeti volumen ita inſcriptum: *Agapeti diaconi magnæ eccleſiæ*, *& magiſtri quondam Regis Iuſtiniani magni ad eumdem Iuſtinianum libri*, *ſeu ſectiones duodecim*. Iuſtinianus ergo doctiſſimo viro magiſtro uſus eſt. Scribit Vigilius Papa in epiſtola ad Iuſtinianum Auguſtum data anno 540. *Sapientia vobis ſingulariter a Deo conceſſa diſponitis*. Inde eccleſiaſticis cauſis promptius quam laicum hominem decebat, ſe ſe immiſcebat. Rogatus a Pelagio apocryſario Vigilii, ut in Origenem ſententiam ferret, *annuit Imperator facillime*, inquit Liberatus cap. 23. *gaudens ſe de talibus cauſis iudicium ferre*. Cum vero ex alia parte Theodorus Cappadox tria capitula etiam damnanda eſſe, eidem ſuggereret, *annuit his Princeps*, inquit idem Liberatus cap. 24. *& hoc ſe lætus implere promiſit*, *& relinquens operis ſui ſtudium*, *unum in damnationem trium capitulorum condidit librum*. Hoc quoque vitio Procopius Iuſtiniano vertit in arcana hiſtoria pag. 83. quod imperii curis poſthabitis gauderet *animum ad ſublimia traducere*, *Dei naturam curioſius perſcrutari*. Plures libros de tribus capitulis ſe ſcripſiſſe teſtatur Iuſtinianus in edicto contra eadem capitula: *Et hæc quidem*, ioquit, *ſufficiebant ſuper memoratas & aliis noſtris libris inſertas probationes*, *quas protulimus*, *oſtendentes quod oportet etiam poſt mortem hæreticos condemnari*. Hinc S. Iſidorus qui proximus Iuſtiniano vixit, eumdem ioſignium ſcriptorum catalogo inſeruit, eius libros recenſens cap. 12. Merito ergo Theodatus Gothorum Rex vocabat Iuſtinianum *Sapientiſſimum* apud Caſſiodorum epiſtola 22. & in libro Pontificali in vita Iohannis II. ſcribitur: *Vir religioſus Auguſtus Iuſtinianus ſummo amore Chriſtianæ religionis miſit fidem ſuam ſcriptam chirographo proprio ad Sedem apoſtolicam per Epiſcopos Hypatium*, *& Demetrium*. Cum Vigilius a Petro referendario anno 552. pridie Kalend. Februarias quoddam chirographum nomine Iuſtiniaoi accepiſſet, negavit fuiſſe a Principe miſſum, quod non erat Iuſtiniani ipſius manu ſcriptum. Reddo Vigilii Papæ verba in epiſtola eocyclica: *Quædam charta nobis allata eſt*, *quam a clementiſſimo Principe nullo modo credimus deſtinatam*, *quia nec fuerat pietatis eius manu ſubſcripta*. Itane propria manu epiſtolam exaravit, qui oec alphabetum aliquando didiciſſet!

Modo illatæ ab Halloix calumniæ tot mendaciorum, quas laudatæ epiſtolæ Iuſtiniani imputat, repellendæ ſunt. Summa illius eſt: Origenem Paganorum doctrinis addictum, atque Arianis ova foviſſe. Quæ falſa eſſe Origenis advocatus contendit, & appellat quædam Adamantii teſtimonia, & magnum Athanaſium. Verum Halloix Æthiopem lavare conatus eſt. Neque Iuſtinianus ſolus reprehendeodus venit, ſed doctiſſimi Romanæ eccleſiæ Pontifices ac Doctores, qui Origenem iam olim proſcripſerant. S. Epiphanius in epiſtola ad Iohannem Hieroſolymitanum: *Video*, inquir, *quod propter hanc cauſam omnis veſtra indignatio concitata ſit*, *quod dixerim vobis*, *Arii Patrem Origenem ſcilicet*, *& aliarum hæreſeon radicem & parentem laudare non debetis*. Sanctus Hieronymus ubique Origenem tamquam Arii Patrem exagitat. Legantur eius apologiæ contra Rufinum, itemque epiſtolæ ad Avitum. In epiſtola ad Pammachium & Avitum loqnens de Patribus Nicænis ait: *Quamquam latenter Origenem fontem Arii percuſſerunt; damnantes enim eos qui filium de Patris negant eſſe ſubſtantia*, *illum pariter Ariumque damnaverunt*. Et lib. 2. Apologiæ contra Rufinum: *Ergo*, ait, *Beati Epiſcopi Anaſtaſius & Theophilus*, *& Venerius & Chromatius*, *& omnis tam Orientis*, *quam Occidentis Eccleſia*, *quia pari ſententia*, *quia pari & ſpiritu illum* Origenem *hereticum denuntiant* &c. Et quidem S. Anaſtaſius Papa in epiſtola ad Iohannem Hieroſolymitanum publica fama Origenem

nem damnatum testatur: Nam arguens Rufinum ob interpretatos Origenis libros ait: *Approbo, si accusat auctorem, & execrandum factum populis prodit, ut iustis tandem odiis teneatur, quem iamdudum fama constrinxerat*. Porro tantum Hieronymi iudicio detulit Romana ecclesia, ut S. Gelasius Papa in Synodo hæc statuerit: *Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus; reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda*. En Pontificio oraculo non libros modo, sed & personam Origenis esse damnatam. Ibidem verò synodus Romaoa reprohendit Eusebium Cæsareensem, *quod in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum*. Ad hæc nec verbum reposuit novus Origenis advocatus, sed textum senteotiæ plane infringens scribit a Gelasio asseri, Eusebium *in excusationem Origenis unum scripsisse librum*. lib. 4. q. 1. §. 3. pag. 220. *Schismatici* titulus, quo Origenes infamabatur, calamo hæsit, nam ea turpi nota clientem tota causa cadere animadvertit.

Viventem adhuc Origenem Demetrius Alexandrioæ urbis Antistes procul a fidelium communione suspensum eiecit. Legendus est Baronius annn 232. Addit Hieronymus: *In damuationem eius consensit urbs Roma*. Respondet Halloix lib. 4. qu. 7. §. 6. pag. 322. Theophilum nullam prioris damnationis mentionem fecisse: *Quod magno*, inquit, *argumento est, inanem eam fuisse, si qua fuit, ac pro nihilo habitam*. Imperite. Lege cap. 33. de Scriptoribus illostribus Gennadii. *Theophylus*, ait, *Alexandrinæ civitatis Episcopus scripsit adversus Origenem unum, & grande volumen, in quo omnia pene eius dicta & ipsum pariter damnat. Similiter docens non a se primum eum, sed ab antiquis Patribus & maxime Heracla fuisse & a presbyterio eiectum, & de ecclesia expulsum, & de civitate fugatum*. Videsne Theophilum peractam abs se Origenis mortui damnationem prioris contra viventem factæ exemplo confirmasse? Ex his collige non recte a Baronio & Halloix reprebendi antiquissimum scriptorem vitæ S. Pachomii, quod dixit Origenem Alexandria ab Heracla expulsum. Nam & hoc Theophilus Patriarcha Alexandrinus asseruit, & longe antea S. Petrus itidem Alexandriæ Episcopus idem te-

A status fuerat in mistagogia, quam ad martyrium properans scripsit. *Quid porro*, inquit, *dicam Heraclam & Demetrium beatos Episcopos? Quales tentatiunes sustinuerunt ab insano Origene, cum ipsa dissidia sereret, quæ ad hanc usque diem ei turbas excitaverunt*. Hoc ipsum integra synodus Alexandrina tradit: *Origenes cum cœpisset blasphemas homilias habere, Heraclas b. m. tum Episcopus ut studiosus veritatis, ac arator & vinitor ecclesiastici agri, eum e medio pulchræ ac lætæ segetis evulsit*. Utrumque testimonium inseritur epistolæ Iustiniani ad Mennam. At Halloix,

B cui Alexandrioæ Ecclesiæ res longe notiores suot, quam ipsismet Alexandrinis Episcopis ante tredecim sæcula viventibus, atque rerum gestarum seriem ex ecclesiasticis scriniis depromentibus, scribit lib. 4. q. 8. §. 10. *Origenes a Demetrio Episcopo, qui præcessit Heraclam expulsus fuit, & quidem inique, ut probatum est, non autem expulsus fuit ab Heracla primario suo discipulo*. Eusebius in Chronico ad Olympiadem 253. anno secundo Heraclæ scribit: *Origenes de Alexandria ad*

C *Cæsaream Palæstinæ transit*. Et biennio post recenset Alexandri Severi interitum. Cur ergo Heraclas Origenem suum olim in Christianæ religioois rudimentis percipiendis magistrum, postea sub Ammonio condiscipulum, ac in catechesi tradenda adiutorem maxima dignitate ornatum reliquit? Eusebius quidem causas reticuit, utpote suo Origeni parum honorificas; immo nec sibi idem constat. Nam lib. 6. hist. Eccles. cap. 26. scribit: *Erat autem annus ille supradicti Imperii decimus, quo Origenes Alexandria relicta Cæsaream migrans, Heraclæ munus*

D *illic catechizandi tradidit. Paulo post vero Demetrius quoque Alexandrinæ Ecclesiæ moritur*. Ita modo vivente adhuc Demetrio anno 232. modo illo mortuo sub Heracla Origenem Alexandria profectum narrat. Hoc certum sit, Heraelam Origeoi nisi gravi iniuria lacessitum alio abeundi potestatem fecisse. Illud etiam hic mioime prætermittendum est, Imperatores Romanos, quo orthodoxæ fidei puritatem servarent, Origenis libros lata lege interdixisse. Do testem superius adductum S. Anastasium Papam hæc scribentem: *Illud quoque quod evenisse gaudeo, tacere non potui, beatissimorum Principum manasse respousa, quibus unusquisque Deo ser-*

serviens ab Origenis lectione revocetur, damnandumque sententia Principum, quem lectio reum profana prodiderit. Nil igitur novi molitus est Iustinianus, cum ante centum & quinquaginta annos a decessoribus ab apostolica Ecclesia ob hoc ipsum laudatis Imperatoribus Origenis libri damnati fuerint, unde recte Facundus *iteratam* a Iustiniano Origeniani dogmatis damnationem dixit.

CAPUT III.

Origenistæ trium Capitulorum proscriptionem moliuntur. Scribit contra eadem edictum Iustinianus, & obortis dissidiis synodum Constantinopoli indicendam curat. Pergit eo Vigilius Papa.

Recens Origenis a Iustiniano procurata damnatio ingentium turbarum ac calamitatum origo fuit, ac veluti funestissimæ tragœdiæ prologus. Etenim Origenistæ, cum viderent difficile esse scribere contra eum, qui poterat proscribere, Adamantii defensione desperata, ad ultionem animum dolose verterunt. Florebat ea tempestate magna apud Principem gratia & auctoritate Theodorus Cæsareæ Cappadocum metropolita cognomento Ascidas *Origenis defensor acerrimus*, inquit Liberatus, Nonni magni Origenistæ satelles, ut nobis superius memoratum est. Successerat Sotherico, sed aulæ studiosus procul ab ecclesia sibi demandata degebat, ita ut nec unius anni spacio Cæsareæ, ex quo Antistes consecratus fuerat, morari passus sit, ut Vigilius in latu contra eumdem sententia illi exprobavit. Erat ex iis, cum quibus Iustinianus per multam noctem de sacris rebus disputabat. Cum vero idem teste Liberato *Pelagio æmulus* existeret, videbat enim Iustinianum plurimum Pelagio Vigilii legato deferre, ægre tulit & acerbe, huius ac Mennæ Constantinopolitani Patriarchæ opera suum Origenem fuisse a Principe damnatum, sed adulandi gnarus laudabat procuratum ab Imperatore anathema, simulque cogitabat, quonam pacto Pelagio vices redderet, atque insigni aliquo facto damnatis Origenis manibus parentaret. Sciebat nihil antiquius esse Iusti-

A niano, quam Acephalos ad Ecclesiæ unionem adducere. Alexandriæ ea gens nata erat; plurimi enim ab Alexandrino Antistite, quod Calchedonensem synodum admiserat, rebellantes, cum sine capite dogmatizarent, Acephali dicebantur. Et hi quidem Severo, Petro Apameensi, Anthimo, Theodosio, aliisque Calchedonensis synodi hostibus a Iustiniano damnatis, ne Imperatoris, quem ob studium erga illud concilium *synoditam* vulgo appellabant, iram subirent, nec admittere se, nec ex toto synodum reiicere publicabant, nonnullis ea in

B Synodo peractis offendi, quorum difficultas quousque tolleretur, hæsitare se contestabantur, inde *hæsitantes* appellati. Legatur Leontius libro de Sectis actione 5. Iustinianus quidem ad Zoilum recentem Alexandrinorum Episcopum edictum contra Acephalos transmiserat, quod quidem intercidit, sed laudatur a S. Agathone Papa, cuius verba superius recitavimus. At ea urbs Timothei ac decessorum pravis doctrinis a multis annis imbuta, quod Liberatus ac Leontius ostendunt, veterem opinionem difficulter deponebat. Igi-

C tur Theodorus adit Iustinianum, suadetque vaferrimi vir ingenii, Acephalos compendio ad subscribendam synodum Calchedonensem adduci posse, si tria tantum, queis illi plurimum offendebantur, corrigat. Nempe si damnetur Theodorus Episcopus Mopsuestiæ Nestorii Magister, cuius laudes habentur in epistola Ibæ Præsulis Edesseni in synodo Calchedonensi recitata. Dein si prohibeantur libri Theodoreti contra XII. capitula S. Cyrilli in Ephesina synodo consecrata, quos libros Patres Calchedonenses non condemnarant, con-

D tenti dicto contra Nestorium a præsente Theodoreto anathemate. Tamdem si reiiciatur memorati Ibæ epistola ad Marim Persam, in qua laudat Theodorum, S. Cyrillum accusat, ac Ephesinam synodum latæ citra examen præcipitis contra Nestorium sententiæ insimulat. Porro his tribus capitulis proscriptis subitam pollicitus est Acephalorum unionem. Ea tamen mente hæc Iustiniano Theodorus suggerere nonnullis visus est, ut concilii Calchedonensis correctio strueretur, quod usque ad minimum iota Pelagius cum Occiden-

cidentali Ecclesia sartum tectumque volebat. Facundus Hermiaoensis, & Liberatus diaconus, qui tum temporis pro tribus capitulis stetere, *secta Acephalum* fuisse Theodorum scribunt; sed hoc nomine omoes capitulorum hostes ab Africanis infamabaotur. Theodora Iustioiaoi coniux palam Acephalis studebat, quos Imperator persequebatur: fecerintne id ex composito, quo otriusque dogmatis professores melius in officio continerent, ac alterutro Principum faveote procul a seditionibus illi essent, Evagrius eius sæculi scriptor lib. 4. cap. 10. in medio relinquit. Igitur Theodora Augusta id ipsum, quod suaserat Antistes Cæsareensis, Principi inculcat, sed eo consilio pessima mulier facinus moliebatur, ut ubi semel Calchedonensis concilii correctio io aliquibus fieret, iam universim eiusdem auctoritas collaberetur, ac nullius ponderis evaderet, quod alicubi errasse monstraretur. *Hæc audieus Imperator*, inquit Liberatus in fine sui Breviarii, *& dolum dolosorum minime prospicieus, suggestiouem eorum libenter accepit, & facere promptissime spopondit*. Postea: *Auuuit bis Princeps, & boc se lætus implere promisit, & relinquens operis sui studium, uuum in damnatiouem trium capitulorum coudidit librum pro delictis nostris nobis omnibus uotissimum*. Hoc edictum contra tria capitula, nempe Theodorum Mopsuestenum, scripta Theodoreti contra Cyrillum, atque Ibæ Epistolam, non extat. Baronius ad annum 546. num. 10. putat hoc edictum esse illud ipsum, quod olim inscribebatur: *Edictum piissimi Imperatoris Iustiniani fidei confessiouem contineus, & refutatiouem bæreseon, quæ adversantur catbolicæ Dei Ecclesiæ*; in quo diffuse trium capitulorum damnatio describitur. Noo assentior viro doctissimo. Nam hocce edictum quod ibidem recitat Baronius, atque ita iocipit: *Scientes, quod nibil aliud* &c. post annum 550. in eadem tamen causa emissum esse aperte ex verbis in eo positis palam ostenditur. Scribit ibidem de Theodoro Mopsuesteno Iostinianus: *Deleveruut ipsi* Clerici Mopsuestiæ *ex illo a sacris Ecclesiæ diptychis eius nomen, sicut gesta iu eadem civitate apud concilium Episcoporum illius provinciæ confecta ostenduut*. At hoc concilium anno 550. celebratum est, & recitatur in synodo V. actione 5. eius est ioitium: *Imperii divini & piissimi D. N. Fl. Iustiniaui Perp. Aug. Imperatoris auno XXIII. Post consul. Basilii V. C. anuo IX. mensis Iuuii 17. instantis XIII. Indict. in Mopsuestia Colonia* &c. Quare edictum illud, quod contra tria capitula a Iustioiaoo publicatum Baronius producit, post annum 550. concinnatum fuit. Præterea Facundus Hermianensis lib. 4. cap. 4. scribit in illo Iustiniani edicto hæc ioserta fuisse: *Si quis dicit, bæc nos ad abolendos aut excludeudos Sanctos Patres, qui in Calcbedoneusi fuere concilio, dixisse, anathema sit*. Quæ sane verba in edicto Iustiniani a Barooio laudato non continentur. Idem lib. 2. cap. 3. alia ex eodem edicto refert, quæ cum noo habeantur in posteriori, quod etiamnum legitur, plane idem confirmant. Edictum illud nomine Iustiniani prænotatum fuisse Auctor memoratus affirmat, quod modo non extare tam certom est, quam Theodorom Cæsareensem illius architectum fuisse. Scribit Facuodus lib. 2. cap. 1. *Egerunt enim callide per suos complices, sicut soleut adversarii veritatis, ut ea ipsa quæ scribi fecerunt, etiam titulo nominis tui prænotareutur*. Atque hoc fuit primum edictum, quod postea mutatum fuisse oonnullis detruocatis idem testatur lib. 2. cap. 3.

Anno DXLIV.

Quo anno hoc edictom cootra tria capitula emissum fuerit, non constat. Baronius anno 546. vulgatum tradit, sed ex Euphremii Aotiocheni, & Petri Hierosolymitani morte ante biennium emanasse mihi probatur. Euphrasium Eophremii decessorem mortuum anno 526. scribit Panvioius io Chronico ecclesiastico. Repugnat Baronius, qui anno 525. obiisse eumdem tradit. Contra Baronium est insignis caracter, quo aonus Antiocheni terræmotus, qui Euphrasium oppressit, palam designatur. Scribit Evagrius Epiphaniensis lib. 4. cap. 5. memoratam telluris concussionem accidisse *anno Imperii Iustini VII. mense decimo, qui tum Artemisius, Maius videlicet erat, XXIX. die mensis in ipso puncto meridiei, die 6. Hebdomadæ*. At dies 29. Maii anno 526. incidit sexta die hebdomadæ oempe die Veneris Cyclo Solis III. Lunæ XIV. lit. D. Corrigendus vero est annus Iostioi, ac loco septimi octavus aonus reponendus. Nam

Iustinus IX. Iulii anno Antiochenæ ount cupationis 566. qui est onstræ vulgaris epochæ 518. ex eodem Evagrio initio statim libri laudati, Imperium iniit. Interim misso ad reparandas collapsæ urbis ruinas Euphremio Orientis Præfecto, Antiocheni viri diligentia ac amore allecti eumdem Patriarcham elegere, qui annos 18. ex Nicephnro ac Theophane sedit, totidemque illi aonos assignat Baronius ad annum 546. num. 62. Sed non consequenter, nam ab anno 526. quo defuncto anno superiori, ut putat, Eupbrafio, electum scribit Euphremium, vigioti anni numeranrur. Quod si eodem anoo (oam a terræmotu, quo occisus fuit Eupbrasius, septem menses usque ad annum 527. interponuntur) Euphremius electus fuit Antistes, mortuum eumdem debemus affirmare anno 544. quo anno eiusdem obitum Panvinius recte recensuit. Rursus de Perto Hierosolymirano videodum est. Scribit Baronius ibidem Iohanni Patriarchæ Hierosolymitano defuncto anno 525. Petrum successisse, cuius obitum recitat annn 546. Panvinius vero initia Episcopatus Petri statuit anno 527. finem autem 547. Ex Cyrillo Scythnpolitano io Palæstina tum temporis & vivente ac scribente res petenda venit. Hæc tradit capite 90. de vita Sabæ: *Cum ad octuagesimum sextum annum ætas Sabæ provecta esset, decedit quidem Iohannes relicto successore Petro viro insigni. Tertio autem deinceps anno Imperator quoque Iustinus* &c. *deponit imperium Iustiniano patruele suo constituto pro se Imperatore*. At Iustinus deposuit imperium anno 527. Kalendis Aprilis. Ergo ante triennium oempe 524. mortuus est Iohannes Patriarcha, quo annn mense Ianuario Sabas 86. annum ingressus fuit; nam Sabam eo mense natum colligo ex his, quæ habet ex libro emendatioti vitæ Sabæ Bollandus ad diem XI. Ianuarii in fine prolegnm. ad vitam Theodosii cœnobiarchæ: *Incipiente autem nonagesimo primo ætatis anno P. N. Sabæ, beatus supradictus Theodosius iam senex & plenus dierum vitam hanc terrenam deserens ad cælum transivit mense Ianuario die XI. indictione VII.* Ergo Sabas indictinne II. anno 524. mense Iaouario iochoat annum 86. & quidem recte; natus enim est teste Cyrillo initio de vita Sabæ Theo-

A dosio Augusto XVII. Cos. qui fuit annus 439. Obiit Iohannes Indictinne II. Aprilis 22. ut notat laudatus Bollandus io prolegomenis ad vitam S. Theodosii, & die 20. eiusdem mensis in notis ad vitam S. Euthymii. Petrum autem sedisse annos 20. laudati antiqui Chronologi S. Nicephorus Patriarcha & Theophanes in tabulis affirmaot & ceteri cum ipsis. Petrus ergo moritur anno 544. & quidem ex historia scripta in Praro spirituali (qui liber a Septima Synodo laudatur) & ad verbum a Barooio recitata anno 546. oum. 63. sexto

B mense post Pascha, quod eo anoo celebratum fuit VII. Idus Aprilis; unde nbiit mense Octobri. Victor Tunonensis qui Petro coovixit, scribit io Chronico: *Post consul. Basilii Anno IV. Hierosolymitanæ ecclesiæ præsulatum post Petrum Macarius suscipit*. Est apud Victorem anous 544. qui tameo Victor errat, dum ad consulatum Iustini 540. Eupbrasii ioitia, & P. C. Basilii VIII. nempe apud ipsum 548. Euphremii mortem recenset. Barcnius Euphremii vitam ad annum usque 546. producit, aitque errare illos, qui ante eum annum

C obiisse eumdem putant, cum ex Facundn Hermianeosi Euphremius legatum miserit ad Vigilium anno 546. in Sicilia morus nectentem antequam Constantinopolim pergeret. Sed Facundus lib. 4. cap. 4. de Zoilo Alexandrino hæc scribit: *Zoilus quoque Alexandrinæ urbis Antistes, cum Romanum Episcopum venire cognosceret, obviam illi ad Siciliam misit*. Vir insignis, quæ Facundus de Zoilo dixit, de Euphremio dicta existimavit.

Ex hac chronologica dissertatione habemus, anno 544. obiisse Euphremium

D Antiochenum, itemque Petrum Hierosolymitaoum. At ex Facundo Hermianensi certum est, utrumque subscripsisse edictum Iustiniaoi contra tria capitula. Audiatur Africanus ille Episcopus loco proxime laudato: *Nec non & Euphremius, inquit, Antiochenus, cum primum ei mandaretur, ut hoc etiam ipse rescribendo firmaret, consentire noluit. At postquam ei denunciatum est, quod exclndendus esset, nisi faceret, sui potius honoris quam veritatis dilector inventus est. Quid etiam Petrus Hierosolymitanus? Nonne publica notitia refert, quoniam conveniente ad se* mul-

multitudine monachorum iuratus pronunciavit, quodsi quis eidem decreto novitio consentiret, contra Calchedonense concilium faceret? Nec tamen se ab eius consensione suspendit. Quare edictum Iustiniani anno eodem 543. quo Origenem damnandum curavit, vel initio sequentis dubio procul emanavit. Et quidem insignis annalium Scriptor putat edictum contra Origenem anno 538. prodiisse; anno demum 546. ab Origenistis in damnati Origenis ultionem edictum etiam contra tria capitula compositum. Non tam miti animo erat Theodorus Cappadox, ut octennio integrn ultionem differret. Quare cum satis aperte monstratum sit, anno circiter 543. Origenem damnatum fuisse, sequenti anno tria capitula Origenistarum opera poscripta sunt. Porro oh damnatum magistrum Origenistas trium capitulorum expunctionem procurasse insignis Origenista Nonni quondam discipulus Dnmitianus metropolita Ancyranus in libello ad Vigilium dato ingenue fassus est. Testem habemus Facundum lib. 1. ad Iustinianum cap. 2. *Invenit autem desideratam occasionem ex furore quorumdam, qui sub nomine Christiano latenter in Ecclesia gentile Origenis dogma sectantur. Et quia per instantiam tuae religionis eiusdem profani dogmatis iterata damnatio est; hinc eius sectatores exarserunt adversus Ecclesiam, quaerentes eam quacumque possent immissione turbare. Et hoc totum publicam notitiam non effugit, praesertim cum & Domitianus Ancyrensis civitatis Episcopus provinciae primae Galatiae, qui fuit ipsius Origenianae haeresis manifestus assertor, per libellum quem ad Beatissimum Papam Vigilium scripsit, Deo extorquente confessus est, quod eius complices Origeniani cum viderent se non posse proprium dogma defendere, nec sibi quidquam spei de conflictu restare, ad ultionem eorum quae contra Origenem gesta sunt, hae Ecclesiae scandala commoverunt*. In Theodorum praecipue Mopsuestenum illi ventos omnes irarum concitarunt, *eo quod Theodorus multa opuscula edidisset in Origenem, exosusque & accusabilis haberetur ab Origenistis*. Loquitur haec Liberatus capite 24. Breviarii.

Iustinianus Theodori Origenistae suasione compositum contra tria capitula edictum ad Patriarchas subscribendum misit. Quid autem tunc a Patriarchis factum sit, exponit Facundus lib. 4. cap. 4. Mennas Antistes Constantinopolitanus Theodoro Cappadoci infensus initio quidem subscribere cunctabatur, ea tamdem conditione idem subsignavit, quod chirographum suum reciperet, si haec Romanus Episcopus non probaret. Zoilus quoque, Euphremius, ac Petrus Patriarchae veriti ne si secus facerent, dignitate privarentur, nomen edicto dedere. At Stephanus diaconus, qui Pelagio a Vigilio Romam evocato apocrisarii munere apud Imperatorem fungebatur, palam edicto restitit, ac Mennam ob datum consensum fractae fidei reum increpuit, cui & a pluribus Episcopis libelli dati sunt ad Vigilium transmittendi, in quibus protestabantur: *Quod a Constantinopolitano Episcopo coacti subscriberent*. Iustinianus in literis ad synodum V. quae collatione prima recitantur, haec habet: *Primum quidem & in vestris vos degentes ecclesiis interrogavimus de praedictis impiis tribus capitulis, & vestram nobis voluntatem manifestam fecistis, pro qua & comprobavimus vos, quod indubitanter & cum omni alacritate rectam fidem confessi estis, & impiam condemnastis*. Ita plane fingit interrogatos a se Episcopos, cum teste Facundo sub poena depositionis Episcopi ad subscribendum in tria capitula anathema cogerentur. Verum ubi Occidentis Episcopis innotuit, tria capitula ab Imperatore, eique adhaerentibus Graecis Episcopis damnata fuisse, aegre tulere synodum Calchedonensem decurtari, eiusque fidem imminui, quippe quae & laudes Theodori citra censuram audierat, nec Theodoreti Cyrensis scripta nominatim damnaverat, Ibaeque epistulam citra reprehensionem legerat, immo & quidam eamdem orthodoxam definierant. Divisa igitur in partes Ecclesia est, nam Oriens quidem edictum Iustiniani teceperat, at Occidentales Illyrici, Itali, Galli, Hispani, Africani pro tribus capitulis depugnabant. Ceterum omnium acerrime Africani Iustiniani edicto adversabantur. Erant in his teste Tunonensi Reparatus Carthaginensis, Firmus Numidiae, Boethius Byzacii Primates Africani cum suis suffraganeis, & hos inter eminebant Facundus Hermianensis, ac Victor proxime laudatus, quorum ea de re libri ad-

huc extant, ficuti & Pontiani Africani Epifcopi epiftola ad Iuftinianum, quæ edicto eiufdem fupponitur, in qua hæc leguntur: *In extremo itaque epiftolæ veftræ cognovimus, quod nos non mediocriter remordet, debere nos Theodorum, & fcripta Theodoreti, & epiftolam Ibæ damnare. Eorum dicta ad nos ufque nunc minime pervenerunt*. Edictum Iuftiniani epiftolam vocat, uti etiam edictum contra Origenem epiftola ibidem à Principe nominatur. Poftea libertate magna ufus epiftolam concludens, *Supplicamus*, ait, *clementiam tuam, ut pax permaneat temporibus tuis, ne dum quæris damnare iam mortuos, multos inobedientes interficias vivos, & exinde compellaris reddere rationem ei, qui venturus eft iudicare vivos & mortuos*. Quod vero ait Theodori, Theodoreti, atque Ibæ epiftolam ad ipfos nondum perveniffe, palam facit, fe refpondere priori edicto Iuftiniani contra tria capitula emiffo; nam cum alterum edictum anno 551. publicatum fuit, iam omnibus Afris tria capitula fatis fuperque erant manifefta, ut ex libris duodecim Epifcopi Hermianenfis ad Iuftinianum intelligitur.

Anno DXLV Vigilius ac reliqui Occidentis Epifcopi edictum contra tria capitula fubfcribere recufabant, arbitrati id abfque gravi in fynodum Calchedonenfem iniuria perfici nullo modo poffe. Quare cum per huiufmodi ecclefiarum diffidia annus traheretur, Iuftinianus curavit plena fynodo quæftionem in regia urbe difcuti. Quo tamen Patriarchas facilius eo pertraheret, in faeris divalibus Acephalorum fectæ ad Orthodoxam focietatem reducendæ ftudium prætexuit. Vigilius etiam ab Imperatore ad fynodum vocatus fuit, qui tamen non recta Conftantinopolim perrexit, fed in Siciliam ivit eo confilio, ut ibidem fynodus cogeretur, ut poftea narrabimus. Quo anno hæc contigerint, non una eft Scriptorum opinio. In auctuario Marcellini hæc fcribuntur: *Indictione IX. Poft confulatum Bafilii anno V. Vigilius Papa LIX. ab Apoftolo Petro, evocatus ab Imperatore Roma egreditur, & in Siciliam venit*. Eft annus 546. quo fane anno X. Kal. Decembris eiufdem ex urbe egreffum recitat Holftenius in diagrammate chronologico, Sirmondus in Synopfi chronica in calce ad Facundum, aliique

A viri eruditi. Non approbo; etenim diu Vigilius in Sicilia fubftitit, ut ex Procopio mox oftendetur, ibique naves onerarias collegit, quas frumento onuftas Romam deducendas curavit, quæ tamen a Gothis intereeptæ funt, ut fufius idem auctor fcribit. Plures etiam ibidem legationes excepit, de quibus poftea fermo redibit. Quare cum die 25. Ianuarii anno 547 Conftantinopolim appulerit, nequit exeunte fere anno 546. Roma exiiffe. Sigonius lib. 19. de Imperio Oecidentali anno 545. Vigilium Roma egreffum dicit, cuius fen-

B tentia ex ipfius Vigilii encyclica mihi probatur; etenim tradit, hæc fe ad Iuftinianum fuo nomine per nuncium deferenda dixiffe: *Nos ad pietatem tuam feftinantes ante feptem annos de civitate noftra fic egreffi fumus, ut nulla haberemus privata negotia*. Data eft hæc epiftola Nonis Februarii anno 552. ut ex die Dominico infinuato, & anno imperii Iuftiniani fubfignato aperte colligemus cap. 5. Quare cum feptem annos numeret, ex quo Roma difcefferat, patet eumdem anno 545. ex Urbe exiiffe. Hoc ipfum colligitur ex Victore Tunonenfi,

C qui ait: *Poft conful. Bafilii anno IV.* (nempe apud ipfum 544. nam annus 542. feeundus poft Bafilii confulatum ab eodem appellatur) *Iuftinianus Imperator Acephalorum fubreptionibus inftigatus Vigilium Romanum Epifcopum fubtiliter compellit, ut in urbem regiam properaret, & fub prætextu congregationis eorum, qui ab Ecclefia funt focietate divifi, tria capitula condemnaret*. Quare fi anno 544. Vigilius ab Imperatore Conftantinopolim per litteras evocatus fuit, paulo poft inchoatum annum 545. Roma difceffit. Clerus etiam Italiæ in libello fupplici

D exeunte anno 551. ut cap. 5. oftendo, legatis Francorum Regis dato teftatur, *ante fex annos* Vigilium Roma difceffiffe. Scribit Anaftafius eumdem die 22. Novembris ex Urbe egreffum, fed hoc, ut cetera, quæ ibidem narrat, falfum exiftimo. Nam anno 552. Nonis Februarii non dixiffet Vigilius *ante feptem annos* fe Roma profectum, duos enim tantum menfes nequaquam pro anno computaffet, quod fi quis velit Anaftafio credere, eiufdem ex Urbe egreffus retrahendus eft ad diem 22. Novembris anni 544. de quo nolo diutius contendere. Hoc tamen certum

tum est Pontificem invitum iter illud suscepisse, dicitur enim ab eodem Clero Roma *prope violenter deductus*.

Anno DXLVI.

Interim an. 546. in regia urbe Iustinianus non solum ob tria capitula, verum etiam ob diem paschatis, ac initium quadragesimæ contra vulgi opinionem designatum graves turbas passus est. Contigit enim hoc anno Constantinopoli popularis seditio ob quadragesimam ex edicto Iustiniani ultra hebdomadem contra vulgi opinionem protractam: qua in re cum a pluribus magni nominis scriptoribus erratum sit, paucis Imperatoris decretum veluti incidenter hic defendendum suscepi. Cardinalis Baronius putavit memoratum tumultum contigisse anno 545. hæc scribens num. 17. *Hoc eodem anno cum Græci, tum Latini historici tradunt, de Paschatis tempore ex Iustiniani Imperatoris edicto in Oriente erratum esse. Ita plane permisit Deus, ut cum sacris se immiscent Principes, & quæ sunt sacerdotum sibi usurpant, in errorem labantur*. Adducit testimonium Auctoris miscellæ dicentis: *Cœpit vulgus abstinere a carnibus mense Februario die 4. Imperator autem præcepit alia hebdomada carnes apponi*. Quæ verba etiam Anastasius Bibliothecarius reddit. Leo Allatius in dissertat. de Domin. & hebdomad. Græcorum ait de Iustiniano: *Primam quadragesimæ hebdomadem, qua ieiunandum erat, detraxit, carnibus inopiam propulsare conatus, ne fame populus enecaretur, carnes publice omnium commoditati exponi iusserat, sed pius Christianorum animus cum fame potius depugnare, quam ab Ecclesiæ suæ legibus desciscere maluit*. Hæc illi. Ceterum rem aliter se habuisse ostendam. Græci quadragesimam incipiunt feria secunda post Dominicam sexagesimæ; unde hæc Dominica ab eisdem ἀπόκρεως dicitur, quod ultima dies est carnis privii. Nicetas lib. 3. Alexii pagina 329. edit. regiæ ait: *Facta sunt ista coniugia, cum proxima esset apocreos*. Recte ibidem Hieronymus Wolfius interpretatur *carnis privium*. At hebdomade sequenti Græci vescuntur lacticiniis & caseo, cuius licentiæ diem ultimum habent Dominicam quinquagesimæ, quæ τυροφάγος ab ipsis appellatur. Scribit Anna Comnena lib. 2. Alexiados pagina 51. edit. eiusdem: *Nox erat Dominicæ diei, quam tyrophagum nuncupant*. Unde ab esu casei, quæ eamdem præcedit hebdomas, eodem tyrophagi nomine appellatur. Feria vero secunda post Dominicam quinquagesimæ rigidius ieiunium inchoant non modo a carnibus, sed etiam a lacticiniis, immo & a piscibus quoque abstinentes. Ex his patet Auctorem miscellæ, & Anastasium depravate Theophanis verba vertisse, unde & alios, ac præcipue Alemannum virum eruditum in notis ad arcanam historiam Procopii pag. 125. in errorem traxere. Ubi enim ille scribit populum C.P. die 4. Februarii habuisse τὴν ἀποκρεώσιμον, interpretati sunt, quod ea die *cœpit abstinere a carnibus*, cum tamen vertendum esset, habuisse plebem *Carnis-privium*, ut recte in editione regia translatum est; ea enim erat dies Dominica Apocrei, qua carnes comedebantur, & quidem copiosius ob vicinum insequenti die quadragesimalis ieiunii initium. Eumdem lapidem offendit Guillelmus Xylander Cedreni interpres.

Ex his patet seditionem memoratam non contigisse anno 545. Nam eo anno Dominica Apocrei contigit die XIX. Februarii Cyclo Solis XXII. Lunæ XIV. lit. A. quare in annum sequentem 546. protrahenda est, quo anno cum populus putaret Pascha celebrandum die prima Aprilis, habuit carnis privium die 4. Februarii, quam plebs existimabat esse Dominicam Apocrei, cœpitque ieiunare die quinta sequenti. At Iustinianus, cum diem Paschatis celebrandum esse iudicaret VI. idus Aprilis, Dominicam Apocrei haberi iussit Tertio idus Februarii. Errasse vero populum, non vero Imperatorem certum est, nam terminus Lunæ XIV. Martii incidebat eo anno 546. in diem primam Aprilis Cyclo Solis XXIII. Lunæ XV. lit. G. Quare Imperator iuxta approbatum Ecclesiæ ritum, de quo scribit D. Ambrosius in epistolam ad Episcopos Æmiliæ, non permisit Kalendis Aprilis, quæ dies erat terminus Lunæ decimæ quartæ, Pascha celebrari, uti populus perperam contendebat, sed Dominica prima post diem termini, nempe octava die Aprilis, qua die ab omnibus etiam in Occidente Paschale festum eodem anno rite peractum fuit. Porro Græci quadraginta dies a feria secunda post Dominicam Sexagesimæ usque ad Pascha ieiu-

ieiunabant; nam neque Sabbatis, nec A Dominicis ieiunium peragebant, excepto tamen Sabbato Sancto, ut patet ex canone 55. Trullano. Hinc Dorotheus abbas ser. 15. de Sanctis ieiuniis ait: *Octo enim hebdomades subtractis Sabbatis & Dominicis quadragesimæ dies perficiunt præhonorato quoque in se ipso ieiunio Sancti Sabbati*. Et de his hactenus.

Per annum fere Pontifex in Sicilia moratus est; eas vero longiores ibidem moras duxit non solum, ut synodum in ea Insula fieri posse impetraret, quo ex Oriente, Occidente, atque Africa Episcopi facili navigatione se conferrent, B verum etiam ne Romam a Gothis obsessam periculosis temporibus deserere videretur. Plures in Sicilia legationes excepit. Africæ ac Sardiniæ Episcopi Vigilium per oratores etiam atque etiam rogarunt, ne novis Iustiniani contra tria capitula statutis acquiesceret. Do Facundum Hermianensem libro 4. cap. 3. *Quod Romana quoque universitas egredientem, quod venientem Africa atque Sardinia, quamquam non per eas transierit, per ipsius tamen consiliarium publica cum contestatione pulsaverint, sicuti Hellas & Illyricus provinciæ, per quas venit, ut nullatenus novitati, quæ facta est, acquiesceret*. C Et capite sequenti ait: *Zoilus quoque Alexandrinæ urbis Antistes cum Romanum Episcopum venire cognosceret, obviam illi ad Siciliam misit, conquerens necessitate se ad ipsius decreti affirmationem fuisse compulsum*. Paulo post etiam Constantinopoli Datius metropolita Mediolanensis supervenit, a quo Vigilius intellexit Mennam Patriarcham C-P. latam a Principe contra tria capitula sententiam subscripsisse; unde ab eius communione non mo- D do Stephanus Vigilii apud Iustinanum apocrisarius, sed plerique etiam Episcopi ac laici se segregarant. Scribit Vigilius in literis ad Mennam, quas Facundus in libro contra Mocianum laudat: *In Siciliensi insula constituti, fratre & coepiscopo nostro Datio referente didicimus, quod & ipse & alii consacerdotes nostri & multi filii Ecclesiæ Christianæ a tua se nihilominus communione subtraxerint*. Ea tamen conditione Mennas subscripserat, ut si eamdem Romanus Pontifex non probaret, subscriptionis chirographum sibi redderetur.

Interea cum accepisset Vigilius, Romam a Totila obsessam penuria laborare, plurimas onerarias naves frumento repletas Romanis in subsidium submisit; quas ubi hostium excubiæ in Romanum portum plenis velis venientes animadvertissent, rem suis significarunt, qui dispositis insidiis universas portum citra ullam suspicionem subeuntes intercepere. Captus est inter alios Valentinus Episcopus Sylvæ Candidæ, qui cum Romanorum consilia, quod ea forte nesciebat, prodere recusaret, a vero aliena exponere eumdem Totilas suspicatus utraque manu obtruncata dimisit. Scribit hæc Procopius lib. 3. de bello Gothico, ubi ait: *Finisque aderat hyemis claudentis undecimum annum eius belli, quod Procopio describitur. Interea Imperatoris accitu is quem dixi, Romæ Antistes Vigilius, cum id opperiens diu in Sicilia substitisset, Constantinopolim profectus est*. Primus annus belli Gothici incœpit Belisario Consule ano 535. quare una cum hyeme undecimus belli exiit anno 546. vere ineunte. Baronius annum 536. primum statuit belli Gothici a Procopio descripti in annalibus initio illiusmet anni. Sed annus ille plane est Procopio secundus belli eiusdem; libro enim primo pagina 159. editionis Grotii ait: *Sic se habentibus Dalmatiæ rebus hyems clausit annum primum huius belli, quod a Procopio describitur. Belisarius tum Syracusæ, tum Panormi relictis præsidiis cum cetero exercitu Messana Rhegium transiit* &c. Atque ita annus, quo Belisarius Siciliam occupavit, primus est apud Procopium belli Gothici, quem tamen annum Baronius ab annis belli eiusdem exclusit. Vigilius facta in Pelnponneso exscensione, terrestri itinere Constantinopolim perrexit; nam per Helladem & Illyricum eumdem iter habuisse superius ex Facundo dictum est. Interim per literas Mennam C-P. increpuit, quod edictum subscripserat. *Sed ecce*, inquit Facundus, *ex itinere, quod ei videbatur, edixit, & facti huius auctori correctionem tumultuariæ suæ transgressionis indixit, & nisi citius quod male factum est, auferretur, etiam vindicaturum se esse prædixit*. Thessalonicæ obviam habuit Sebastianum diaconum apostolicæ Sedis in Dalmatia quæstorem, quem in provinciam Vigilius redire iussit mandans, ne Constantinopolim accederet, nisi post exactas

Præ-

Prævalis pensiones. Ingressus est Constantinopolim in festo Conversionis S. Pauli die 25. Ianuarii, & quidem summo honore a Iustiniano exceptus. Auctuarium Marcellini hæc habet: *Post consulatum Basilii VI. Papa Vigilius ingressus est Constantinopolim VIII. Kalendas Februarias*. Est annus 547.

Anno DXLVII.

Vigilius quo animi magnitudinem monstraret, atque insigni facto apostolicæ Sedis auctoritatem apud Græcos ostenderet, contra Acephalos decretum promulgavit, quo Theodora etiam Augusta quæ Acephalorum Patrona erat, a fidelium communione, tacite tamen, segregabatur. Eodem etiam anathemate statim percussi videbantur omnes trium capitulorum hostes, ita quidem Africani censebant, sed minus recte. De Theodoro Cæsareensi scribit Liberatus, quod erat *secta Acephalus*; at Vigilius in sententia contra ipsum lata haud illi tantum crimen importavit, quin immo in synodo V. ille subscripsit contra Acephalos pro synodo Calchedonensi latum anathema. Mennam quoque idem Vigilius a communione suspendit, quod plurimos Episcopos ad subsignandum Iustiniani decretum compulisset, quem etiam veniens per literas acriter increpuerat teste Facundo in libro contra Mocianum. S. Gregorius Magnus lib. 2. epist. 36. ad Episcopos per Hyberniam (Histriam legendum puto) hæc ait: *Postquam recordandæ memoriæ Vigilius Papa in urbe regia constitutus contra Theodoram tunc Augustam & Acephalos damnationis promulgavit sententiam, tunc Romana urbs ab hostibus adita & captivata est. Ergo bonam causam habuerunt Acephali, & iniuste damnati sunt, post quorum damnationem talia contigerunt?* Quo pariter testimonio convincitur falsum esse, Vigilium in pervigilio Natalis Domini Constantinopolim ingressum fuisse, nam ex Auctuario Marcellini: *Indictione X. Post consul. Basilii. VI. Totila dolo Isaurorum ingreditur Romam die XVI. Kalendas Ianuarias*. Ceterum diffidentibus Vigilio ac Menna nihil in causa trium capitulorum decerni poterat, quod e Republica catholica esset. Quare Theodora Imperatrix mense Iunio Mennam Vigilio conciliavit. *Vigilius pariter*, inquit Theophanes, *a Theodora Augusta rogatus Iunii die 29. qui Sanctis Apostolis sacer, Patriarchæ Constantinopolitano Mennæ pacem restituit. Eodem anno die XI. Maii Sanctæ Pentecostes Sabbato cum ludi Circenses celebrarentur* &c. Hoc Paschali charactere designatur annus 547. Cyclo Solis XXIV. Lunæ XVI. lit. F. unde corrigendus Baronius, qui hæc narrat anno 552. num. 17. reprehendens Nicephorum, quod Theodoram pacis sequestram dixit, quæ iam anno 548. fatis concesserat. Ex quibus etiam Chronici laudati fides confirmatur, nam ante quatuor menses Vigilius Constantinopolim ingressus paucis diebus elapsis Mennam a communione suspendit; quare exeunte Ianuario recte eiusdem adventus ibidem statuitur, & post quatuor menses, ut ait Nicephorus, Mennam in gratiam recipit, nempe 29. Iunii ex laudato Theophane.

CAPUT IV.

Vigilius Papa Iudicatum contra tria capitula scribit. Africani atque Illyrii acerrime Iudicato adversantur.

Anno DXLVIII.

INterim Vigilius experiebatur, quam prudenter decessores Pontifices Græcorum synodis interesse recusassent. Talis enim ac tanta eidem violentia inferebatur, ut in publico conventu semel in hasce querelas feratur erupisse: *Contestor, quia etsi me captivum tenetis, beatum Petrum Apostolum captivum facere non potestis*. Horum testis venit Italiæ Clerus in libello supplici dato legatis Childeberti Francorum Regis Constantinopolim proficiscentibus, quo enixe rogabantur, ut Vigilii Papæ causam susciperent. Editus est hic libellus ab eruditissimo viro Iacobo Sirmondo tomo 1. Conciliorum Galliæ ad annum 552. pagina 294. Hoc unum Vigilius petebat, ut in Sicilia vel alio quopiam loco Occidenti proximiori œcumenica synodus haberetur, ad quam Latini qui facto veluti fœdere pro tribus capitulis stabant, commode commeare possent, quod iam antea licet frustra post Ephesinum latrocinium Leo Magnus, & Leonis nomine Valentinianus Imperator & Augustæ a Theodosio iuniori petierant. Sed ex Iustiniani decreto res in urbe regia ven-

veotilanda erat. Ineuote anno 548. Mennas, quo pleniori obsequio Vigilium demulceret, & illum in sententiam traheret, eiusdem nomen in sacris diptychis primo loco recitandum iussit; nam orta anno superiori inter utrumque discordia Vigilium e diptychis prorsus expuoxerat. Reddo verba Theophanis: *Mense Ianuario Patriarchæ Constantinopolitani nomen primo gradu motum est, Vigilio ei præposito, nomen enim eius in Ecclesiasticis tabulis ad primum gradum promotum fuit*. Annus vero hoc caractere ibidem designatur: *Iulii mensis die 28. feria tertia*. Est annus 548. Cyclo Solis 25. Lunæ 17. lit. E. D. Urgente vero Principe synodum, Vigilius Patrum Senatum cogit. Adfuere, inquit præsens Facundus in libro contra Mocianum, *septuaginta circiter Episcopi cum Romano Antistite congregati*. Ille cum secus, quam sperabat, rem succedere aoimadverteret, Afris quibusdam tria capitula vehementius oppugnaotibus, acta Synodi interrumpens statuit per semet sententiam proferre. Ægre tulit hoc factum Facundus, uode Vigilium in citato volumine increpans ait: *Sed quoniam occulta eius ante iudicium pollicitatio tenebatur, in qua se spopondit eadem capitula damnaturum, ut se quasi per ignorantiam posset abluere, probationem, quam offerebam, quamque ipse instanter exigere debuit, me facere non permisit*. Hæc ille Vigilio subinfeosus, initi enim clam cum adversariis fœderis Afri Pontificem semper accusarunt. Vigilius diuturnioris in urbe regia moræ impatiens, ac Iustiniani violentiis fractus *Iudicatum* ad Mennam scripsit, in quo propugnara hucusque tria capitula mutata derepente sententia damnavit adiecta tamen hac clausula: *Salva in omnibus reverentia synodi Calchedonensis*. Ipse Vigilius in literis contra Theodorum rem ita narrat: *Pro scandalo refrænando condescendentes quorumdam animis, quos aliqua dispensatione credidimus temperandos, quia tu iam eos pluribus annis inquietissimus stimulator accenderas, quædam pro tempore medicinaliter existimavimus ordinanda, tali scilicet conditione, ut omni inposterum perturbatione sopita, nihil ultra nec verbo nec literis quisquam facere ex eadem causa præsumeret*. Et quidem utrique parti se fecisse satis Vigilius arbitrabatur; Græcis, quod tria

A capitula condemnasset; Latinis, quod salva synodo Calchedonensi id se fecisse contestaretur; pro illa enim sarta tecta tuenda tantas illi turbas ciebant. Iam enim videre cœperat, quod Græci recte monebant, tria capitula ad synodum Calchedonensem non spectare, quæ iam finita erat, aotequam illa nominarentur; & de quibus Leo Magnus sententiam minime tulerat, quippe qui acta synodi usque ad definitiooem fidei solummodo approbarat. Hoc Iudicatum tradidit Mennæ Sabbato Sancto, quod eo anno bissextili fuit die 11. Aprilis ex
B Cyclis superius notatis. Præsto erant Vigilio inter alios Rusticus & Sebastianus doctissimi Romanæ ecclesiæ diaconi, & ille quidem eiusdem Vigilii nepos, cuius librum contra hæreticos legimus tomo 6. Bibl. PP. par. 2. Hic lecto Pontificis Iudicato publice dixit: *Melius fieri non potuit, quam quod factum est Iudicatum*. Sebastianus vero, qui nuper ex Dalmaria advenerat, exclamavit. *De cœlo Iudicatum ordinatum*. At Facundus velut in rabiem actus *nefandum Iudicatum* appellare non extimuit in libro contra Mocianum. Interim memoratus Vi-
C gilii nepos plurima Iudicati exemplaria per Tyrannum magistrum militum Pontifice inscio transmisit in Africam, eiusdemque exempla quadruplicata, & quidem minutissimis caracteribus exscripta in Italiam ad Pelagium diaconum clam deferenda curavit, atque universos coram hortabatur, ut Iudicatum reciperent.

Iustiniaous Vigilii sententia comendata eamdem sacris divalibus, omnibus Romani imperii incolis intimavit. Do verba Victoris Tunonensis: *Post consul. Basilii anno VIII. Iustinianus Imperator per*
D *diversas provincias regni sui finibus constitutas instantissime scribit, & Antistites cunctos præfata tria capitula damnare compellit*. Ubi primum Occidentalibus ecclesiis Vigilii Iudicatum ac nova Principis edita innotuere, conqueri singuli ac deplorare synodi Calchedonensis auctoritatem a Vigilio depressam, proditam ab illo fidem, & Ecclesiam pravo dogmate imbutam. Africani non modo Iudicatum noo approbarunt, sed eidem consentientes ecclesiastica communiooe privaruot. Idem ab Illyricis Episcopis factum. Facundus io libro contra Mocianum

cianum acerrime in Vigilium invectus ait: *Iudex asserit, quod invitus protulerit istud Iudicatum: nos contra respondemus, quod ultro per ambitionem pollicitatione facta peccaverit, nec ulla sustinuerit tormenta, quibus cessisse credatur.* Rursus: *Ob hoc etiam de Romani Episcopi chirographis vel prius ambitionis impulsu, cum fieri arderet Episcopus, vel postea venalitate parti alteri factis, necessarium duximus non tacere, ne auctoritate nominis eius præiudicium vera fides sufferret.* Legaotur ibi plurima, nam conviciorum plaustris totum in rabiem actus impudenter Vigilium opprimere conatur. Fremebat universus Occidens, palamque Iustiniani iussis non modo Episcopi sed integræ plebes refragabantur; unde Imperator ex Vigilii Iudicato lites in immensum auctas iotelligebat, quas tamen eo scripto componendas speraverat. Rerum igitur perturbatione commotus utilioribus remediis animum applicuit, quod & commodius præstare poterat mortua hoc anno Theodora coniuge, quæ cum Acephalorum sectæ faveret, mille malis Orientem afflixerat, uti pluribus magnus annalium ecclesiasticorum Conditor describit. Obiit Theodora mense Iunio cum imperasset ex Procopio lib. 3. de bello Gothico annos XXI. menses tres; indepta enim fuerat imperium anno 527. Kalendis Aprilis. Corrigendus est Tunonensis, qui defunctam illam scribit post consul. Basilii IX. sicuti nec placet quod scribit Theophanes: *Eodem anno mense Iunio Indictione XI. Imperatrix Theodora cum pietate obdormivit.* Pessima enim femina usque ad mortem pravo dogmati obstinate inhæsit, illa autem mortua nullas de fide quæstiones deinceps cœpit Ecclesia in Oriente formidare, uti testatur Pelagius I. eidem Imperatrici satis cognitus in epist. 12. ad Childebertum Regem Francorum. Scribit Baronius nesciri, quo genere morbi hæretica mulier extincta fuerit, id tamen Tunonensis loco adducto exposuit: *Theodora,* inquit, *Augusta Calchedonensis synodi inimica, canceris plaga toto corpore perfusa, vitam prodigiose finivit.* Illius scelera ac flagitia suis coloribus affabre delineavit Procopius in Arcana historia, sacrilegia vero Liberatus Diaconus atque Evagrius; ita unius pessimæ mulieris arte, sacra omnia ac profana in Romano imperio A pessum ivere. Per illam sane hanc de tribus capitulis tempestatem, qua universa Ecclesiæ tranquillitas miserando naufragio pene submersa fuit, exortam esse laudati Scriptores prodidere. Liberati verba superius ea de re recitavimus. Pœoas tamdem turpissimo exitu ultori Numini dedit.

Interea non solum in Occidente ob Iudicatum male audiebat Vigilius, sed etiam a pluribus vel in ipsa regia urbe passim traducebatur. Eorum nomina habentur in sententia lata a Vigilio contra Rusticum & Sebastianum. Horum B princeps erat Felix monachus Africanus Gillitani monasterii Hegumenus, qui non modo palam Iudicatum impugnabat, sed & ceteros in suam sententiam trahere conabatur. Diaconi certe Rusticus & Sebastianus magni illi paulo ante Iudicati præcones ac laudatores, monachi persuasionibus victi exeunte anno a priori sententia discessere, ac perfricta fronte a Vigilii communione segregati hostium numerum auxere. Illi quidem literas quaquaversum disseminarunt, queis significabant, Vigilium *aliquid scripsisse, quod reperiatur adversum definitioni Sanctæ* C *Calchedonensis synodi*, teste ipsomet Vigilio in scripto contra eosdem anathemate, ubi hæc addit: *In quo memorato scripto etiam contra divinas scripturas non solum Pontificibus multis, sed etiam, quod dici nefas est, ipsi quoque Principi sacrilegas iniurias irrogare tentastis.* Hinc Vigilius iusta contra eosdem indignatione concepta, ubi ad meliorem frugem eos reverti nollé cognovit, utrumque anathemate perculsum dignitate ac gradu submovit. Sententia in eosdem a Vigilio lata inserta est actis synodi V. collat. 7. Baronius anno 550. utrumque damnatum scribit, D cui noo repugno nec unquam repugnare ausim, oisi rei secus se habentis veritate convictus. Certe hæc ibi leguntur: *Hæc ergo sustinentes per multa temporis spatia patientia sacerdotali resecare distulimus, credentes vos forsitan resipisci.* Felicem etiam monachum rebellionis auctorem eadem pœna mulctavit, qui usque ad synodi finem Byzantii moratus, iubente Iustiniano in exilium deportatus est, de quo scribit Victor: *Post consul. Basilii XVII. Eo tempore Felix Hegumenus monasterii Gillitani in exilio apud Sinopen de hac vita mi-*

gravit ad Dominum. Erat urbs in Ponto olim nobilissima. Aurelianus Arelatensis metropolita, qui anno 546. a Vigilio apostolicæ Sedis Vicarium in Galliis agere iussus fuerat, sparsis per rebelles diaconos rumoribus commotus, Anastasium cum literis Constantinopolim misit, indicans ubique eam famam percrebuisse, quod per Iudicatum Calchedonensis synodi fides decurtaretur: quæ literæ redditæ sunt Vigilio pridie Idus Iulias; respondit vero Vigilius anno sequenti.

Illyrici Episcopi qui transeunti Vigilio anno 546. occurrerant, ac eumdem rogaverant, *ut nullatenus novitati quæ facta est, acquiesceret*, verba sunt Facundi lib. 4. cap. 3. ubi primum Iudicati sententiam intellexere, synodum indicunt, ac trium capitulorum defensio communi consilio decernitur. Horum testis est Tunonensis: *Post consulatum Basilii anno IX. Illyriciana synodus in defensione trium capitulorum Iustiniano Augusto scribit, & Benenatum primæ Iustinianæ civitatis Episcopum obtrectatorem eorumdem trium capitulorum condemnat*. Unus hic Benenatus ex metropolitis Illyrii contra tria capitula sentiebat. Nec mirum, etenim Iustinianus ignobili loco natus in Dardania Europea apud Tauresium, ibidem postea nobilissimam urbem condidit, de qua pluribus agit Procopius lib. 4. de ædificiis Iustiniani. Illam quidem metropolitana Sede nobilitare desiderans, id ab Agapeto petierat, intra cuius diœcesim Patriarchicam sita erat; at illo quidem brevi defuncto, id ipsum a Vigilio impetraverat. Benenatus fuit secundus metropolita primæ Iustinianæ, cui vicinarum provinciarum Episcopos Vigilius subiecerat, Thessalonicensi Primate antiquissima iurisdictione mulctato. Extat Novella Iustiniani CXXXI. ad Petrum Præfectum Sacrorum Prætoriorum, in qua Imperator vicinas provincias metropolitæ primæ Iustinianæ subiicit, testatus se edicere *secundum ea, quæ definita sunt a sanctissimo Papa Vigilio*. Baronius scribit Iustinianum anno 555. a Vigilio tum temporis *ærumnis fatigato* extorsisse, ut prima Iustiniana *non Episcopatus tantum, sed metropolitanæ Sedis augeretur dignitate*. ibidem num. 6. Baronio adhæret meus Lupus cap. 7. Com. in synodum V. At non ita est; nam sanctio Iustiniana data est XV.

A Kal. Aprilis Basilio V.C. Consule, nempe anno 541. Hinc in synodo V. collat. 2. eum Paulus Episcopus secundæ Iustinianæ invitatus a Græcis, ut ad synodum accederet, idemque rogaretur Sabinianus Zapparenus, responderunt non posse se venire, *eo quod non præsto est Archiepiscopus Benenatus*. Patres Græci replicarunt: *Paulo licebit, secundum quod petierunt, ad Benenatum religiosissimum Episcopum accedere, qui communicat nobis & consentit his, quæ ab ista Synodo aguntur, sicut ostendunt ea, quæ sæpius scripsit & fecit*. Ex his patet ante annum

B 555. primam Iustinianam Pontificis auctoritate & synodi testimonio habuisse Antistitem metropolitam. Itaque Benenatus qui in Iustiniani patria Antistes sedebat, ad Imperatorem accedens tria capitula damnaverat, hinc a reliquis Episcopis Illyricianis sacris interdictus fuit.

Anno sequenti Africani Antistites Reparato Cathaginensi duce grande facinus ausi, non modo Iudicatum reiecerunt, verum etiam Vigilium ipsum ana- *Anno* DL.

C thematí subiecerunt. Hæc habentur in Chronico Victoris, qui fusius quam ceteri, gesta in causa de tribus capitulis suis fastis inseruit: *Post consul. Basilii*, inquit, *anno X. Africani Antistites Vigilium Romanum Episcopum damnatorum trium capitulorum synodaliter a catholica communione, reservato ei pœnitentiæ loco, recludunt; & pro defensione memoratorum trium capitulorum literas satis idoneas Iustiniano Principi per Olympium Magistrianum mittunt*. Adeo ima summis confusa erant. Facundus etiam Hermianensis Afrorum vehementissimus in libro contra Mocia-

D num perperam arguit Vigilium mendacii, proditionis, collusionis cum Acephalis, ambitionis, venalitatis. Ceterum Iustinianus acceptis ab Africanis & Illyricis actis synodalibus, queis tria capitula propugnabant, contra eosdem statim rescripsit. Do Isidori verba: *Iustinianus*, inquit, *Imperator condidit quoque & rescriptum contra Illyricianam synodum, & adversus Africanos Episcopos, in quo tria capitula damnare contendit*. in lib. de Viris illustr. cap. 12. Vigilius cum ob Iudicatum passim se male audire intelligeret, nam tamquam Calchedonensis synodi hostis publicabatur, datis ad nobiles Episcopos literis, hanc

hanc a ſe procul infamiam excutere conatus eſt. Die 18. Martii ſcripſit ad Valentinianum Tomitanum in Ponto metropolitam, ſignificans falſis Ruſtici ac Sebaſtiani delationibus hæc de ſe ſiniſtra ubique ſpargi, damnaſſe ſe tria capitula ſalva fidei definitione per Calchedonenſes Patres ſtatuta. Iu eamdem etiam ſententiam literas miſit ad Aurelianum Arelatenſem. Datæ illæ ſunt anno Iuſtiniani XXIV. die 29. Aprilis; conſulatum tamen Baſilii IX. ſignandum eſſe recte monuit Baronius, quod patet ex his, quæ ibidem ſcribit: *Vt quia Gothi cum Rege ſuo in civitatem Romanorum perhibentur ingreſſi*. Capta enim eſt Vrbs ex Procopio anno decimo quinto belli Gothici lib. 3. Ex quibus patet eumdem Scriptorem priorum annornm metachroniſmum correxiſſe.

Turpis ſane Eccleſiæ facies erat, ac iam Anaſtaſii hæretici Principis tempora feliciora videbantur; tunc enim Oriente infecto, Acephalis dominantibus, pravi dogmatis magiſtris in Aſia primas ſedes occupantibus, Occidens pace fruebatur, atque ſanctiſſimorum Pontificum opera in fide continebatur. At ſub Iuſtiniano ſynodi ſynodis adverſabantur, rebellarat Occidentalis Eccleſia a Vigilio, neque hic apud Græcos in honore erat. Africani eo uſque temeritatis eruperant, ut ipſum Pontificem palam anathemate percellerent. Sed & eoſdem pari pœna Vigilius mulctaverat; nam Iudicati detractores ipſo facto anathemati ſubiiciebantur, quod ex his quæ in ſententia eiuſdem Vigilii contra Ruſticum & Sebaſtianum leguntur, intelligitur: *Quos pro hoc*, ait Vigilius, *quod contra Iudicatum noſtrum ſcripſerant, per eiuſdem Iudicati ſeriem conſtabat iam a nobis communione ſuſpenſos*. Sed non tantum ſcripto, verum etiam armis decertabatur, tantaque rabie ſuæ quiſque factioni ſtudebat, ut nonnulli ne ſacroſancta quidem loca reveriti, eadem impia cæde polluerent. Conqueritur Vigilius ex literis rebellium diaconnrum contra Iudicatum emiſſis tantas alicubi turbas excitatas, *ut humanus ſanguis in aliquibus locis intra eccleſiam, quod dici nefas eſt, funderetur*. in ſententia contra eoſdem lata. Quare plenaria ſeu œcumenica ſynodo opns eſſe non modo Vigilius, ſed Iuſtinianus quoque optime intelligebant. Vigilius priori ſententiæ inhærens in Italia cogi illam malebat, nec ſemel hoc a Principe ſe petiiſſe teſtatur in Conſtituto ad Iuſtinianum: *Optavimus*, inquit, *venerabilis Imperator, ſicut frequentiſſime ſupplici prece popoſcimus, eundum ad quemlibet Italiæ locum, aut certe ad Siciliam, & convocatis ad nos Africanæ & aliarum provinciarum Latinæ linguæ ſacerdotibus, vel eccleſiæ noſtræ ſacratis ordinibus ſecundum conſuetudinem tractaremus, & de quæſtionibus trium capitulorum pietati veſtræ redderemus plena deliberatione reſponſum. Quod quia fieri Serenitas veſtra non annuit, hoc iterum noſcitur conſtitutum, ut oblatis a nobis manſuetudini veſtræ nominibus de ſupraſcriptis provinciis, qui nobiſcum ad tractandum adhiberentur antiſtites, Clementia veſtra faceret advenire, cui diſpoſitioni item præbuimus eccleſiaſticæ pacis amore conſenſum*. Hoc vero poſtremum ipſummet Vigilium a Principe petiiſſe Clerus Italiæ in libello ſupplici affirmat; aliorum tamen conſilio id Papæ inſinuatum conſtat ex verbis Vigilii. Illud tamen falſum eſſe arbitror, quod ibidem Clerici illi ponunt, nempe: *Cœpit iterum ſæpe dictus beatiſſimus Papa Vigilius ad hoc compelli, ut abſolute capitula ſine ſynodi Calchedonenſis mentione damnaret*: hanc enim clauſulam in Iudicato Vigilius poſuerat. *Salva in omnibus reverentia ſynodi Calchedonenſis*. At hac clauſula tantum abeſt, ut Iuſtinianus offenderetur, ut eamdem & ſuo decreto contra tria capitnla his plane verbis inſeruerit: *Si quis dicit nos hæc ad abolendos aut excludendos Sanctos Patres, qui in Calchedonenſi fuere concilio, dixiſſe, anathema ſit*. Non ergo Iuſtinianus odiſſe poterat eam reſtrictionem, quam ſub anathematis interminatinne ipſemet aſſerendam ſingulis intimaverat. Hinc Iuſtinianus ob eximiam ipſius erga Calchedonenſe concilium reverentiam, quippe qui illud inter ſacra diptycha recitari iuſſerat, dictus eſt *Synodita*, ut ex Leontio ſuperius notatum eſt.

Iuſſi ſunt ergo nobiliores ſingularum Provinciarum Epiſcopi, qui in Romani imperii urbibus ſedebant, Conſtantinopolim ad ſynodum accedere. *Ex Illyrico*, inquit Clerus Italiæ, *nullus venire voluit*. Adfuiſſe tamen tempore ſynodi Benignum epiſcopum Heracleæ Pelagoniæ vicem agentem Eliæ metropo-

litæ Thessalonicenses ex synodi subscriptionibus constat. Benignus hic in Constituto Vigilii edito a Baronio ad annum 553. num. 49. dicitur episcopus Heracleæ Paphlagoniæ, unde & a Patre Lupo in commentariis collat. 5. synodi V. appellatur *Benignus Heraclea in Paphlagonia Episcopus*. Sed eruditis viris non accedo. Nam nulla huius nominis urbs fuit unquam in Paphlagonia, quæ cum sit in extrema parte Galatiæ in Asia, non video quomodo illius provinciæ Episcopus vices gerere potuerit Metropolitæ Macedoniæ. Erat Benignus Episcopus Heracleæ in Pelagonia, quæ est parva Macedoniæ regio inter Axium & Erigonum sita. Et iam olim tum in latrocinali conventu Ephesino, tum in synodo Calchedonensi legitur subscriptus *Quintillus Heracleæ Macedoniæ agens vices Anastasii Episcopi Thessalonicensis*. Ita & in synodo V. Benignus Heracleæ Macedoniæ gessit vices Eliæ Thessalonicensis. In magna synodo Calchedonensi leguntur Episcopi Cyriacus Heracleæ Thraciæ, Theodorus Heracleæ Ponti, Menander Heracleæ civitatis Latmos, quæ est Cariæ urbs ad Latmum montem, & Dionysius Heracleæ civitatis Lyncestidum act. 1. synod. Calched. initio. Hæc postrema urbs est illa, quæ in subscriptionibus synodi V. dicitur *Heraclea Pelagoniæ*. Nam Lyncestis regio Macedoniæ est Pelagoniæ contermina, & ultra Erigonum Heracleæ territorium tantummodo sibi vindicat, unde Heraclea, quæ ad Erigoni ripas sita est, ad Lyncestidem spectat: quare recte in synodo Calchedonensi Dionysius dictus est *Episcopus Heracleæ Lyncestidum*. Pelagonia autem a Strabone dicitur Tripolitis, quod tres in ea tantum urbes numerabantur, quas inter Heraclea non erat. Ceterum Benignus sub Iustiniano nuncupatus est *Episcopus Heraclea Pelagoniæ*, ea parte Lyncestis trans Erigonum Pelagoniæ adiuncta. Præter Benignum adfuere etiam in synodo Soterus Episcopus Aulonis, & Phocas Staliensis agens vices Benenati metropolitæ primæ Iustinianæ; rursus Paulus Ulpianensis, Sabbinianus Zapparensis, Proiectus Naissitanus: horum tres postremi Vigilio adhærebant, priores vero Iustiniani, ac Græcorum sententiam sequebantur. De Africanis ita scri-

A bit oculatus testis Victor Tunonensis: *Post consulatum Basilii Anno XI. Reparatus Archiepiscopus Carthaginensis ecclesiæ, Firmus Numidarum Episcoporum Primates, & Primasius & Verecundus concilii Byzaceni Episcopi pro fidei causa ad urbem regiam eiusdem præcepto Principis evocantur*. Primasius erat Episcopus Adrumetinus, & Vigilii Constitutum contra Iustiniani sententiam subscripsit, qui tamen paulo post mutata sententia in synodi decretum pedibus ivit, ut postea nobis commemorabitur.

Interea capta Roma a Totila, ac
B Gothis tota Italia victoribus Vigilius instabat Iustiniano, ut iterum Belisarius cum exercitu in Italiam mitteretur. Imperator vero non Gothos, sed subortam de tribus capitulis dissensionem malebat profligare. Reddo verba Procopii ex versione Grotii lib. 3. *At Vigilius Romæ Antistes cum Italis, qui & multi & nobiles Byzantium advenerant, non cessabat instare, ut in Italiam magna cum vi Belisarius remitteretur* &c. *At Imperator Italiam sibi curæ fore promisit, assiduus interim tractandis Christianorum placitis hoc proposito studioque, ut quæ inter eos dispu-
C tando iactabantur, componeret*. hæc Procopius. Nulla enim peior dissidia Principibus censentur, quam quæ ob dogmatum diversitatem subditos in factiones dilancinant, neque hostis propulsari facile potest, regno civilibus discordiis afflicto. Vigilius nulla re magis in dies angebatur, quam quod Iudicatum emiserat, cuius scripti non semel eumdem pœnituit; videbat enim Occidentales ob id omni erga apostolicam Sedem reverentia depositа rebellasse. Quare prudenti consilio cum Iustiniano egit, ut a Menna sibi Iudicatum illud restitueretur, unde postea
D in synodo plenaria velut ex integro eadem causa tractaretur, nullaque fieri posset ex priori illo decreto sacris senatoribus in dicenda sententia præscriptio. Id tamen eo consilio Pontifex faciebat, ut Iudicatum e Græcorum manibus extorqueret, eaque ratione Latinis ostenderet, invitum se illa scripsisse. *Præstitit igitur Deus, ut hac ratione Sanctus Papa Vigilius Iudicatum quod in ipsa causa fecerat, publice in conventu reciperet denuncians, quia si quit Græcorum Episcoporum usque ad universalis concilii tractatum de istis capitulis aliquid fecisset, aut facientibus ac-*

quie-

quievisset, a communione Sedis apostolicæ alienus existeret. hæc referunt Clerici Italiæ in libello laudato. Ceterum Vigilius una cum Iudicato Latinorum omnium amorem, ac reverentiam erga apostolicam Sedem recuperatam putabat; inde etiam factum est, ut in priorem sententiam liberius regredi potuerit, quia tria capitula antequam Byzantium veniret, approbarat. Illius Iudicati nec unicum exemplum apud Mennam remansisse, eo mihi argumento probatur, quod cum postea collatione VII. synodali ex scriptis Vigilii tria capitula ab apostolica Sede damnata esse demonstrare Græci Patres conarentur, ac sententiam contra diaconos Romanos, itemque epistolas ad Valentinianum & Aurelianum Antistites ad verbum recitarent, Iudicatum minime protulerunt. Sed Vigilii verba reddenda sunt in decreto contra Theodorum *Ad hoc est causa perducta, quatenus semotis omnibus, quæ de trium capitulorum a quibuslibet dicto scriptove fuerant ordinata, quid de ipsa, cum Africanarum, Illyricianarum, seu Walliarum partium congregata synodo tractaremus, eorum maxime præsentiam requirentes, quorum fuerant scandalizata fraternitas. Illud quoque magnopere nobis cum clementissimo Principe præsentibus etiam Menna Constantinopolitanæ civitatis, & Datio Mediolanensis urbis Antistite, aliisque tam Græcis quam Latinis Episcopis, cum quibus omnibus etiam tu Theodore pariter affuisti, necnon & præsentibus Iudicibus, atque Proceribus universoque Senatu convenit, ut usque ad memoratam concilii definitionem quicquam de præfatis tribus capitulis ab aliquo fieri intentaretur.* hæc Vigilius.

CAPUT V.

Theodorus Mopsuestiæ Pelagianus e sacris diptychis expunctus. Nonnulla de eisdem diptychis adnotantur, & diptychion Mopsuestenum illustratur. Iustinianus publicat edictum contra tria capitula, ac Vigilium & Africanos Episcopos eidem resistentes sævius affligit. Moritur Mennas Patriarcha C. P.

IUstinianus induciarum tempore susceptum semel contra tria capitula bellum acerrime urgebat. Cum accepisset nomen Theodori e sacris diptychis ecclesiæ Mopsuestenæ, cuius ille olim Episcopus fuerat, erasum fuisse, ad Iohannem metropolitam Iustinopolitanum (est autem hæc urbs primaria Ciliciæ minoris, Anazarbus antea dicta, quæ teste Evagrio lib. 4. cap. 8. terræmotu deiecta, & a Iustino Imperatore restituta eiusdem nomen acceperat) literas misit, quibus mandabat, ut collecta provinciæ synodo investigaret, quandonam Theodorus e sacris diptychis expunctus fuisset. Eiusdem fere exempli epistolam dedit ad Cosmum Episcopum Mopsuestiæ, qui ante paucos menses in demortui Simeonis locum hac ipsa indictione XIII. subrogatus fuerat. Scriptæ sunt literæ Iustiniani die 13. Maii, anno imperii eiusdem XXIV. P. C. Basilii IX. Coacta est autem synodus Mopsuestiæ die 17. Iunii, cuius acta recitantur in synodo V. quorum initium collatione quinta hocce refertur: *Imperii divini & piissimi nostri Domini Flavii Iustiniani perpetuo Augusti Imperatoris anno XXIII.* legendum XXIV. *Post consulatum Basilii V. C. anno nono mensis Iunii XVII. instantis Indictionis XIII. in Mopsuestia colonia Christianissima* &c. Adfuere cum Iohanne metropolita octo alii Episcopi. Unde nescio cur Ricciolius in magno chronico ad annum 550. scripserit: *Iustinianus universalem synodum Mopsuestiæ in Cilicia convocat.* Adfuere etiam seniores clerici & nobiles civitatis. Iohannes cimeliarcha iussus proferre diptycha ecclesiæ, *in quibus sanctæ memoriæ sacerdotum ipsius optimæ civitatis continentur vocabula*, respondit: *Secundum iussionem vestræ sanctitatis, inter sacra vasa quæ a me servantur, habentes diptycha ista protuli, & ad recitationem porrigo. Habeo autem & duos membranaceos quaterniones vetustiores istis, quæ nunc sunt & recitantur, quos & ipsos protuli, sicut videtis.* Iacobus Goar in Euchologio in notis ad Liturgiam Chrysostomi vertit *chartaceos codices*. Ex his aperte constat diptycha illius ecclesiæ fuisse membranas quasdam, in quibus nomina episcoporum scribebantur. Hinc diptycha a synodo Constantinopolitana sub Iohanne Patriarcha anno 518. in relatione ad eumdem, itemque a monachis regiæ urbis in libello ad eam ipsam synodum *sacri libri* nuncupata sunt.

Di-

A Diſtincta erant diptycha viventium, ac mortuorum; nam in diverſis libris eorumdem nomina ſcribebantur. Hoc patet ex literis Attici Conſtantinopolitani ad Cyrillum de reſtituto diptychis Chryſoſtomo: *Mentio namque eius*, inquit, *fit cum defunctis non ſolum epiſcopis, ſed & presbyteris, diaconis, & laicis ipſis mulieribuſque* &c. *Magna eſt enim inter defunctos & ſuperſtites differentia, ut etiam libri propter differentem eorum, quorum memoria conſervatur, ſtatum diſcreti ſint*. Ita diptycha τὰ Βιβλία libros & ipſe nuncupavit, eos vero ex aliquot paginis conflatos conſtat, quod tot ſacrorum ac laicorum, immo & mulierum nomina continebant. Porro nomina haud promiſcue inſcribebantur, ſed in una pagina epiſcopi, in alia presbyteri, in altera diaconi, atque ita diverſis etiam laici, ac fœminæ diptychis conſignabantur.

B Profana quidem diptycha, queis novi Conſulis nomen exibebatur, ex ebore fuiſſe certum eſt ex Cod. Theod. libro 15. tit. 9. ubi: *Illud etiam conſtitutione ſolidamus, ut exceptis Conſulibus ordinariis, nulli prorſus alteri auream ſportulam, diptycha ex ebore dandi facultas ſit. Cum publica celebrantur officia, ſit ſportulis nummus argenteus, alia materia diptychis*. Datum eſt illud reſcriptum ab Imperatoribus Valentiniano & Theodoſio anno 384. Tabellis eburneis caracteribus aureis nomen Conſulis ioſcribebatur: hinc Claudianus lib. 3. de laudibus Stilichonis prope finem canit:

C *Tum virides pardos & cetera colligit Auſtri*
Prodigia, immaneſque ſimul Latonia dentes,
Qui ſecti ferro in tabulas, auroque micantes
Inſcripti rutilum cœlato conſule nomen
Per proceres & vulgus eant.

D Ex illis *cœlato Conſule* effigiem etiam Conſulis in tabella ſculptam fuiſſe colligimus, & noſtra ætate Alexander Vvithelmius hæc diptycha coſularia non uno loco inter antiquiſſima cimelia inventa publicavit, ac nobili inſuper commentario illuſtravit, quem mihi primum oſtendit Octavius Ferrarius magnum illud huius academiæ Patavinæ decus, ac noſtræ ætatis oratorum facile princeps. Erat duplex tabella ex utraque parte effigiem Conſulis repræſentans. Huiuſmodi etiam diptychon exhibet Sirmondus in notis ad epiſt. 5. libri 8. Sidonii Apollinaris. Hinc vero illi catalogi Epiſcoporum, aliorumque apud Chriſtianos diptychorum nomen mutuaruot, & conſulare diptychon ſacrum evaſit. Auguſtinus duas catalogi tabulas eleganter libro 15. contra Fauſtum cap. 4. *Diptychium lapideum* nuncupavit. Ceterum & ſacra diptycha alicubi eburnea fuiſſe indicat Fortunatus lib. 10. carm. 7. de Natalitio die S. Martini Turonenſis ad Childebertum Regem, ubi ait:

Nomina veſtra legat Patriarchis atque Prophetis,
Cui hodie in templo diptychus edit ebur.

Non inde tamen certo colligitur nomina epiſcoporum ebori fuiſſe inſculpta; nam coopertorium forte ſolummodo eburneum erat, oomina autem membranis inſcripta. Habemus ex inſcriptione Gruteri pagina 174. T. Tarſernium legaſſe PVGILLARES MEMBRANACEOS OPERCVLIS EBOREIS. Certe diptychum Mopſueſtenum membranaceum fuiſſe ex laudato teſtimonio conſtat, quod vero inter ſacra vaſa ac pretioſam ſupellectilem repoſitum illud video, eaſdem membranas crediderim eburneis coopertoriis vel alterius pretioſæ materiæ tegumentis incluſas.

Diptycha ſacra ſumma in veneratione erant; etenim in ſacroſancto myſterio exponebantur, & diaconus eadem ture ſuffibat, quod ex Liturgia S. Iohannis Chryſoſtomi colligo, ubi hæc habentur: Ο Διάκονοσθυμιᾶ γύρωθεν τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὰ δίπτυχα. *Diaconus circumiens ſuffit ſacram menſam, & diptycha*. Interpretes antiquiores imperite pro diptichis *corporalia* poſuerunt. Recitabantur diptycha a diacono alta voce in ambone, quod ex actis ſynodi Conſtantinopolitanæ anno 518. celebratæ colligitur, ubi cum populus conclamaſſet: *Diptycha amboni. Qui non loquitur Manichæus eſt. Diptycha amboni*. Iohannes Patriarcha populo ſatisfecit. *Poſt lectionem ſancti Evangelii ex more ſacra miſſa finita, & ianuis clauſis* (miſſa inquam Catechumenorum, quibus poſt Evangelii recitationem extra eccleſiam dimiſſis ianuæ claudebantur) *ac ſancta lectione iuxta conſuetudinem lecta, tempore diptychorum cucurrit omnis multitudo cum magno ſilentio circa altare, & audiebat. Et cum ſolum lecta fuiſſent a diacono nomina præ-*

prædictarum sanctarum quatuor synodorum, & sanctæ memoriæ Archiepiscoporum Eufemii, Macedonii, & Leonis voce magna uuiversi clamaverunt, gloria tibi Domine. S. Leonis Papæ nec non Eufemii ac Macedonii regiæ urbis Præsulum nomina Anastasius hæreticus Imperator e sacris tabulis eraserat, ideo eodem anno 518. Iulii die nona defuncto, populus septimo post die, nempe *sextadecima feria secunda* eorumdem Præsulum nomina diptychis restituta audivit. Hæc quidem referuntur in actis concilii Constantinopolitani sub Menna aonn 536. actinne prima. Atque hæc de materia & recitatione sacrorum diptychorum indicasse sufficiat. Legatur purpura æque ac sapientia Eminentissimus Bona lib. 2. Rerum Liturgicarum cap. 12. ubi eruditissime de sacris diptychis disserit.

Verum ut ad Mopsuestenam synodum redeam, defunctorum illius ecclesiæ Antistitum oomina ita diptychis inscripta legebantur: *Pro requiescentibus Episcopis Protogene, Zosimo, Olympio, Cyrillo; Thoma, Bassiano, Auxentio, Palatino, Iacobo, Zosimo, Theodoro, Simeone.* Hic ultimus ante paucns menses decesserat, Theodorus vero e Galatia erat ante triennium defunctus. Olympius anno 381. interfuit synodo Cnnstaotinnpolitanæ Theodnsio Imperatore, nam inter Episcopos Ciliciæ legitur *Olympius Mopsuestiensis*. Huic circa annum 391. successit Theodorus Aotiocheous tantorum dissidiorum origo, qui cum aonos sex & trigiota eam Sedem tenuisset, circa annum 427. occubuit, ut libro 2. Hist. Pelag. cap. 4. narravimus. Excepit Thendorus Thomam, qui io synodo Antiochena præside Domno Patriarcha contra Athanasium Parenorum Episcopum senteotiam dixit; ibi enim hæc legimus: *Thomas Episcopus Mopsuestiæ dixit* &c. Hanc synodum anno eodem, quo decessit S. Cyrillus Alexandrinus, habitam fuisse ex verbis Athanasii recitatis act. 14. syoodi Calchedoneosis colligit, Pater Lupus cap. 4. Comment in synodum latrocinalem Ephesinam: *Hanc causam*, inquit, *audierunt beatæ memoriæ Cyrillus & Proclus, & certas formas scripserunt Domno, qui fuit Antiochenus Episcopus, promisitque ille eas complere, & cum cognovisset mortem beati Cyrilli, resilivit & ad iudicium me vocavit.* Cyrillum obiisse anno 444. locupletissimo eiusdem Cyrilli nepotis testimonio probavimus libro 2. Histnr. Pelag. cap. 11. Anno igitur 444. tempore concilii Antiocheni, quod actioni 14. synodi Calchedonensis insertum legitur, Thomas Mopsuestiæ sedebat. Idem interfuit synodo alteri Aotiochenæ io causa Ibæ Edesseni ex act. 19. synodi Calchedonensis; ille autem conventus habitus est anno 448. ut ex actis synodi Tyriæ & Berytensis colligitur, quæ in eadem causa Ibæ habitæ sunt. Hic vero Thomas paulo post decessit, nam in subscriptionibus concilii Calchednnensis habiti anno 451. legimus: *Bassianus Episcopus Mopsuestiæ per Sophronium Chorepiscopum Anabarzi* &c. Post Bassianum sacris Mopsuestenis præfuit Auxentius huius nomiois secundus.

At cur Macedonius Episcopus in memorato diptycho noo recensetur? Eteoim in subscriptinnibus synodi Nicænæ anno 325. inter antistites Ciliciæ legitur *Macedonius Mopsuestiensis*. Omnes autem Episcopns orthodoxos Patres his iusserant nnminari: *Reciteutur nobis sacra diptycha, quæ declarant sanctæ memoriæ connumerationem sacerdotum istius Mopsuestenæ civitatis, ex quo immaculata & orthodoxa fides prædicatur usque ad hunc, qui iu præsenti tertiadecima indictioue mortuus est.* Respoodeo Macedonium ad Arianorum partes defecisse, diuque inter eosdem militasse, unde veluti a fide Catholica rebellis e sacris Mopsuestenæ ecclesiæ tabulis expunctus fuit. S. Athanasius in libro de Synodis scribit de Arianis: *Rursus quasi istorum pœniteutia laborarent, post triennium iterum in consessum veniunt, amaudantque Eudoxium Cilicem & cum eo nonnullos ad Italiam secum deferentes fidem multis verbis conscriptam.* Hos inter legatos fuisse Macedonium Mopsuestiensem diserte tradit Socrates libro 2. cap. 15. alias 19. ubi de eiusdem hæreticis ait: *Aliam fidem composueruut, illamque Italiæ Episcopis per Eudoxium tunc Germaniciæ Episcopum & Martyrium & Macedouium Mopsuestiæ urbis Ciliciæ Episcopum mittunt.* Ex collega Eudoxin Arianæ factinnis antesignano, qui Antiochenam & postea C.P. ecclesiam invasit, ac Valeotem Imperatorem abs se undis sacris lotum in orthodoxos conitavit, Macedonium inter

ter Arianos connumeratum certum est. Scribit Baronius hanc Eudoxii legationem contigisse anno 344. nam ex Athanasio constat, post triennium a peracta synodo Antiochena eamdem destinatam fuisse. Illa vero synodus habita fuit ex Athanasio *Consulibus Marcellino & Probino indictione XIV.* nempe anno 341. ante Septembrem. Sed triennium illud non a memorata synodo Antiochena, sed ab alio Arianorum congressu post aliquot menses celebrato numerandum est; idem enim Athanasius scribit: *Hæc cum Antiochiæ tempore encæniorum egissent, ne tum quidem arbitrati satis perfecte fidem conscriptam esse, utpote homines turbido fluctuantique animo, aliud scripturæ genus de fide post aliquot menses conficiunt, amandantque in Gallias Narcissum, Marim* &c. Postea addit elapso triennio Eudoxium legatum ac socios cum novo symbolo in Occidentem missum. Itaque Macedonius anno 345. in Italiam venit, qui cum interesset synodo Mediolanensi, quæ per id temporis agebatur, iustus Arii errorem damnare, palam cum collegis id facere recusavit. Testatur hoc Liberius Papa in literis ad Constantium Imperatorem: *Quæ est pax*, inquit, *clementissime Imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor Episcopi Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo cum apud Mediolanum Arii hæreticam sententiam noluissent damnare, de Concilio iratis animis exierunt?* Hæ literæ missæ sunt per legatos ad Imperatorem Arelate degentem anno 354. exeunte, vel insequenti inchoato, ut recte ostendit Baronius. Cum vero ibidem Liberius tradat *ante annos octo* Macedonium in Italiam venisse, patet id contigisse anno 345. post aliquot menses a celebratis Antiochiæ encæniis ac synodo. Cum biennio post haberetur Sardicæ in Dacia synodus œcumenica, Ariani inde dilapsi Philippopolim secessere, ac conciliabulum peragentes encyclicas Sardicensis concilii nomine inscriptas vulgarunt, in quibus Macedonii honorifice, utpote eiusdem farinæ hominis mentionem fecere, ibi enim dicitur *Macedonius Episcopus, atque Confessor a Mopso*. Idem Macedonius primo loco legitur etiam subscriptus in memorata proxime synodo Antiochena, in qua XXV. canones statuti sunt. At subscriptiones illæ ex Nicæna synodo illuc fuerunt asportatæ; omnes enim, qui in eodem Antiocheno Concilio subscripti leguntur, Nicænam quoque synodum subsignarunt. Illa autem nomina ficta apparent ex subscriptione Theodori Laodiceæ. Etenim anno 341. sedebat Laodiceæ Theodori successor Georgius ex Socrate lib. 2. cap. 9. ubi ait: *Quis vero ille fuerit, docet Georgius Laodicenus, qui tum in synodo*, nempe Antiochena anno 341. *præsens fuit*. Idem testatur Sozomenus lib. 3. cap. 6. In illa autem synodo Antiochena legitur subscriptus Theodorus Laodiceæ, qui anno 341. cum illa synodus celebraretur, e vita discesserat. Quod si veræ sunt eæ subscriptiones, concilium illud Antiochenum ante annum 341. celebratum fuit, & est diversum a synodo ibidem ab Eusebianis collecta, de qua loquitur Athanasius. Ante Macedonium sedic Mopsuestiæ S. Auxentius, cuius memoria celebratur in Romano martyrologio die 18. Decembris. Hic cum sub Licinio militaret, ac iussus Diis sacra facere constanter scelus exceratus fuisset, militari cingulo exutus ad sacra se transtulit teste Svida, ac Præsul Mopsuestenus renunciatus fuit. hactenus de Mopsuestenis Episcopis.

Recitato ergo diptycho laudato Stephanus presbyter annos septuaginta uno minus natus dixit: *Nullatenus scio vel audivi Theodorum, qui olim in nostra civitate fuit Episcopus, nominatum in sacri. diptychis. Cognovi autem ex quo huic connumeror clero, quod illo adempto ex ipsis, aliquando Cyrillus Alexandrinæ civitatis Episcopus in illius loco insertus est sacris diptychis requiescentium Episcoporum, qui usque nunc pro ipso prædicatur*. Idem ceteri cum clerici, tum nobiles cives contestati sunt dicentes non meminisse se, *quando ademptum est nomen Theodori, & insertus est pro illo Cyrillus*. Itaque Theodorus inter Olympium & Thomam in sacris olim libris legebatur, ex quibus postea expunctus fuit. Porro hæc expunctio declarabat Theodorum mortuum fuisse in communione Ecclesiæ, post mortem vero errorum accusatum atque convictum communione privatum fuisse. Theodoro autem substitutus est non quipiam Sanctus Episcopus e diœcesi Patriarchatus Antiocheni, ad quem Cilicia utraque pertinebat, sed S.Cy-

S. Cyrillus Alexandrinus, quod hic datis ad Acacium, Rabbulam, Proclum, ac Iohannem Aotiocheoum literis Theodorum olim mortuum Nestorianæ doctrinæ parentem detexerit ac confutarit; nullam enim aliam huiusce subrogationis rationem video. Rasum ergo oomen Theodori e diptychis eumdem hæreseos aut schismatis reum decessisse convincit; unde S. Hormisdas numquam Iohannem C-P. in apostolicæ Sedis communionem recipere voluit, nisi prius Acacii, eidemque communicantium Euphemii ac Macedonii in Constantinopolitana sede successorum oomina sacris diptychis paulo ante peteote populo inscripta iterum deleret. Rem narrat magnus annalium concinnator Baronius ad annum 519. Itaque synodus Mopsuestena hanc sententiam de Theodoro, causa eiusdem diligenter discussa, pronunciavit: *Nunc veritatis revelata est ratio, & valde evidenter declarata est, Theodorum veterem, qui per istam civitatem fuit Episcopus, in antiquis temporibus extra prædicationem divini mysterii fuisse, & sacris diptychis eiectum esse; pro illo vero alterum constitutum esse, & in illius vocabulum inscriptum esse Cyrillum sanctæ memoriæ.* Patres hoc ipsum Iustiniano Imperatori statim per literas significaruot, cuius etiam rei Vigilium, nam id quoque Imperator iusserat, certiorem reddidere. Extat epistola ad Vigilium collatinne 5. synodi V. in qua præfati primæ Romanæ Sedi denuncianda omoia, quæ io causa fidei decernerentur: *Hoc bene*, inquiunt, *& Christianissimus noster Imperator considerans, & ad vestram scientiam quædam, quæ de Theodoro quondam Mopsuesteuæ ecclesiæ Episcopo mota sunt, iussit referre* &c. Hunc exitum habuit synodus hoc anno apud Mopsuestiam a Ciliciæ Episcopis celebrata.

Anno DLI. Successit annus 551. Vigilio infaustus ob Iustiniani furorem, ac in apostolicam Sedem iniurias. Theodorus Cappadox induciarum impatiens, fidemque servare nescius contra tria capitula librum publice coram plerisque Episcopis in palatio legendum curaverat. Quod ubi Vigilius accepit, hominis petulantiam execratus graviori quidem pœna eumdem afficere decreverat, sed quod ille Iustiniano carissimus erat, mitius consilium iniens, eumdem accersitum datæ fidei admonuit, ac patrati facinoris reprehendit. Ille, ut erat prono ad fingendum animo, facti veniam supplex petiit impetravitque. Reddo verba Vigilii hoe ipsum postea eidem Theodoro exprobraotis: *Deinde tuit*, inquit, *ex consuetudine incitamentis liber condemnationem capitulorum ipsorum continens in palatio te assistente & instruente coram quibusdam Græcis Episcopis est relectus, a quibus assentationum favorem tuis vocibus exigebat. Ex quo facto tam tu quam tibi consentientes Episcopi mitius licet a nobis, quam oportuit, increpati ad promerendam ficta satisfactione veniam convolastis. Quis autem commemorare sufficiat, quæ te incitante atque exequente mala commissa sunt?* Et statim: *Ea quæ iurata te voce non esse facturum usque ad constitutum tempus frequentius firmaveras, conscripsisti & sub prætextu religionis ea, quæ Dei Ecclesiam dividerent, sicut etiam rebus ipsis agnoscitur, perpetrasti*. Hæc quidem Vigilius in sententia lata contra eumdem Cæsareæ Antistitem. At ingens Pontificis ad parcendum facilitas non modo Theodorum io officio noncontinuit, sed ad graviora contra Vigilium facinora tentanda eumdem longe promptiorem reddidit, quod ex iis, quæ hoc anno nobis describentur, ostendetur. Advenere hoc anno Constantinopolim Episcopi Africani Reparatus ac Firmus, ille Proconsularis, hic Numidarum Primas, Primasius Adrumetinus ac Verecundus Nicensis, sed pro trium capitulorum defensione obstinatissimi. In Reparatum totius Africæ Primatem vehementior impressio facta est; at ille nec gratia, nec minis inflexus est, sed tria capitula constanter propugnavit. Quare indignatus Imperator Reparatum in exsilium mittit. Do Victoris testimonium. *Post consul. Basilii anno XII. Reparatus Archiepiscopus plurimis calumniis impetitus pro eo, quod damnationi trium capitulorum memoratorum assensum non præbuit, officio sumptibusque privatus Euchaida exsilio relegatur*. Calumnias exponit Clerus Italiæ his verbis. *Concinnata est causa Sancto Reparato Carthaginensi Episcopo, quasi Ariobindam Magistrum militum a Guntarit tyranno in Africa fecisset occidi*. At Reparatum haud illius oecis conscium fuisse diserte scribit Procopius lib. 2. de bello Vandalico. Nam Gonthariis Reparato mandavit, ut Areobindo in monasterium extra Carthaginem fuga dilapso fidem daret, quo tuto in suam po-

testatem veniret, quod Reparatus impigre executus, dato etiam per sacras baptismi undas iuramento Areobindum ad Tyrannum deduxit, a quo convivio exceptus, paulo post immissis percussoribus per summam fraudem extinctus fuit. Erat Areobindus maritus Proiectæ filiæ Vigilantiæ Iustiniani sororis, ac Dux Africam regebat. Reparatus ergo tamquam homicidii reus Euchaitam exsul deportatus est, quo ante quadraginta annos relegatus fuit Macedonius Constantinopolitanus Antistes ab hæretico Imperatore Anastasio, scribente Marcellino de Macedonio: *Ab eodem Euchaita in exilium deportatus est*: Indictione IV. Secundino & Felice Coss. anno 511. Est autem Euchaita urbs Hellenopolis in Asia minori inter Cappadociam & Paphlagoniam. Vixit Repararus in exsilio usque ad annum 563. qui a Victore statuitur post consul. Basilii XXIII. *Reparatus*, inquit, *apud Euchaidam exsul moritur die VII Idus Ianuarii*. Numquam ille synodum V. recipere voluit, quam Romani Pontifices subscripserant, sed in schismate mortuus fuit, si enim resipuisset, fuisset ab exsilio revocatus. Deposito Reparato iubente Iustiniano Constantinopoli electus est Antistes Carthaginensis Primasius diaconus, & Reparati apud Imperatorem Apocrisarius, qui conceptis verbis tria capitula damnavit, antequam Episcopus consecraretur. Victor laudatus addit: *Contra vota cleri simulque & populi Episcopus Carthaginensis ecclesiæ ordinatur*. Hic tamen haud diutius Constantinopoli moras fecit, sed paulo post Carthaginem reversus est, eoque facilius abeundi potestatem a Principe impetravit, quod universum populum Carthaginensem in Iustiniani sententiam se adducturum promisit. Hinc anno 553. tempore synodi non aderat in urbe, sed eius vices eo in consessu agebat Sextilianus Episcopus Tuniensis.

Firmus Numidarum Primas largitione Principis corruptus ad damnanda tria capitula inflexus est, præsertim cum eo pacto celerem ad suos regressum speraret; testis est Victor in Chronico. *P. C. Basilii anno XII. Firmus Concilii Numidici Primas donis Principis corruptus damnationi eorumdem capitulorum assensum præbuit, sed ad propria remeans in navi morte turpissima periit*. Et quidem Iustinianum donis, ac largitionibus plurimos ad damnanda tria capitula induxisse testatur Liberatus diaconus Reparati Carthaginensis in fine sui Breviarii. *Cetera vero*, inquit, *quæ subsequenter in Episcopis, & catholica Ecclesia ab eodem Principe facta sunt, quomodo consentientes Episcopi in trium damnationem capitulorum muneribus ditabantur, vel non consentientes depositi in exsilium missi sunt, vel aliqui fuga latitantes in angustiis felicem exitum susceperunt, quoniam nota sunt omnibus, puto nunc a me silenda*. Scripsit sub Iustiniano; nam cap. 20. in fine ait, Theodosium Exepiscopum Alexandrinum fuisse superstitem, dum illa scribebat, qui anno primo Iustini iunioris mortnus est ex Tunonensi. Primasius qui tertius erat ex Africanis, quos Victor Byzantium evocatos tradit, diu contra Principem stetit; nam hoc anno die 14. Augusti subscripsit decretum contra Theodorum; rursus anno 553. die 14. Maii legitur subscriptus in Constituto Vigilii contra synodi V. gesta: quare a Iustiniano in Aquimetense monasterium relegatus fuit. Verum audita morte Boethii Primatis Byzaceni, ut ei succederet, damnationi capitulorum nomen dedit, & in Africam reversus, cum rapinis ac violentiis Ecclesiæ statum turbaret, a provinciæ synodo depositus (do verba Victoris) *infelici morte extinguitur, & quæ conquisierat fraude, fideliter a iudicibus auferuntur*. Verecundus Nicensis cum Iustiniano furenti se subduxisset, Calchedonem fugiens ad D. Euphemiæ fatis concessit. Hæc quidem ad hunc annum congessimus, quo illorum quatuor Episcoporum qui a Iustiniano Byzantium evocati sunt, exitus intelligeretur; de Primasio enim etiam Victor omnia sub eodem anno posuit, licet triennio post ad minus illa evenerint, ut ex eiusdem subscriptionibus patet, quarum una anno 551. altera 553. Vigilii epistolis seu decretis appositæ leguntur. Scio Victorem ad annum 552. Reparati depositionem recitare; sed ex libello Cleri Italici colligimus, illam contigisse ante illatam Vigilio vim hoc anno 551. ut mox dicemus. Rursus hoc anno Primasius subscripsit decretum contra Theodorum, nec tamen subscripti leguntur Reparatus, aut Firmus Primates, qui si tunc Byzantii fuissent, nomina & ipsi pariter eidem decreto addidissent.

Iu-

Iustinianus cum ex Occidente ad synodum paucos accedere animadverteret, neque Vigilius sine Occidentalibus Episcopis quicquam decerni vellet, incentore Theodoro edictum per semet contra tria capitula publicavit, atque palam in ecclesia regiæ urbis atque alibi suspendi iussit. Ita rem narrat Clerus Italiæ, cuius verba eo libentius recito, quod paucos ante annos libellus ille inventus pletaque habet, quibus annales ecclesiastici illustrantur. *Constantinopoli vero cœperunt iterum beatissimum Papam Vigilium compellere, ut si Afri atque Illyriciani vel Dalmatæ Episcopi nollent, ipse cum Græcis Episcopis eadem capitula condemnaret. Sed beatissimo Papa Vigilio nullatenus acquiescente, edicta ex nomine imperiali tam in ecclesia Constantinopolitana quam in diversis locis suspendi fecerunt, per quæ eadem capitula damnarentur.* Hoc edictum puto fuisse illud ipsum, quod Baronius aliique post ipsum recitant ad annum 546. Nam cum in eo nominetur synodus Mopsuestena, in qua de eraso e sacris diptychis Theodori nomine actitatum est, colligimus illud post annum 550. evulgatum; at cum in eodem edicto nulla fiat mentio synodi V. in qua a Patribus tria capitula anno 553. mense Maio damnata sunt, illud ante synodum emissum constat. Cum vero ineunte anno 552. Vigilius in Iustiniani gratiam redierit, totoque anno perseveraverit, palam fit nullum eo anno edictum a Principe scriptum: quare anno 551. conditum fuit. In eo Iustinianus Ecclesiæ dogmata contra Arium, Nestorium, atque Eutychetem statuit, recipit quatuor synodos Oecumenicas; postea canones IX. statuit contra Nestorianos atque Eutychianos, qui ad verbum fere omnes approbati sunt a synodo V. Postea hunc canonem ponit: *Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, & Eutychen, & omnes, qui similia eis sapuerunt, vel sapiunt, talis anathema sit.* In quo canone, cum Origenis nomen non legatur, optime colligit Baronius illius edicti auctorem fuisse Theodorum Cappadocem Origenistarum ducem. Sed cum in eo quoque Acephalorum hæresis pluribus proscribatur, itidem poterat Baronius deducere eumdem non fuisse Acephalum, in qua secta Theodorum fuisse non semel idem tradit Liberati fidem secutus. Postea Iustinianus transit ad tria capitula, quibus sub pœna anathematis damnatis, diffusam satis disputationem init contra trium capitulorum defensores, quo loco ex S. Augustino hæreticos, vel schismaticos licet defunctos posse damnari egregio testimonio comprobans ait: *Necessarium putavimus memorare etiam illa, quæ ab Augustino san. mem. Africano Episcopo scripta sunt.* Ibi etiam paulo ante dixerat: *Et hæc quidem sufficiebant supermemoratas & aliis nostris libris insertas probationes, quas protulimus, ostendentes, quod oportet etiam post mortem hæreticos condemnari* &c. Edictum terminatur anathematum publicatione: nam scribit Iustinianus: *His ita se habentibus perspeximus, & capitula supponere, quibus tam rectæ fidei compendiosa confessio quam hæreticorum condemnatio continetur.* His finitur edictum, quod postea canones tantum contra Nestorianos & Eutychianos IX. exhibet, X. contra reliquos hæreticos, postea tres ultimos contra tria capitula. Quæ vero sequitur disputatio haud edicto Principis congruit. Verum si quis contendat ab ipsomet Iustiniano appositam fuisse, & libros quos ibidem appellat, fuisse rescripta data synodis Illyrici aut Africæ, quorum ex Isidoro superius mentionem fecimus, non contendam.

Vigilius ubi edicta Principis contra tria capitula publice affixa intellexit, in Placidianam domum tum Latinos tum Græcos Episcopos venire iussos hisce admonuit: *Quicumque edictis istis consensum præbere voluerit, sciat se ab apostolicæ Sedis communione suspensum.* Ita Clerus Italiæ, qui addit: *Sed & Sanctus Datius Mediolanensis Episcopus contestationem omnibus sub magna vociferatione deposuit dicens: Ecce ego & pars omnium Sacerdotum, inter quos ecclesia mea constituta est, idest Galliæ, Burgundiæ, Spaniæ, Liguriæ, Æmiliæ, atque Venetiæ contestor, quia quicumque in edicta ista consenserit, suprascriptarum provinciarum Pontifices communicatores habere non poterit; quia constat apud me edicta illa sanctam synodum Calchedonensem & fidem catholicam perturbare.* At Theodorus auctor ac promotor edicti Pontificis minis despectis Græcorum Antistitum catervam secum trahens ad ecclesiam, in qua suspensa erant edicta, se contulit, ac sacrosancta mysteria celebravit. Rem narrat Vigilius hisce Theo-

dorum increpans: *Tu autem Sedis apostolicæ interdicentis per nos auctoritate despecta ad ecclesiam, in qua edicta ipsa pendebant, reliquos tecum attrahens perrexisti:, ibique aliis adiectis prævaricationibus missarum sollemnia celebrastis, & quasi nihil tibi esset primæ Sedis antistitem præsentem & contradicentem contemsisse, Pontificem etiam Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotem fratrem nostrum Zoilum, cuius nomen usque ad memoratum diem communicatum a vobis fuerat, diptychis eximentes, Apollinarem quemdam perversorem atque ecclesiæ ipsius vobis adulterum sociastis, ut vestra iniquitas non solum in removendo simplicissimo Sacerdote, sed etiam in recipiendo pateferet perversore.* Idem vero Vigilius in epistola encyclica, quam anno sequenti Calchedone in templo D. Euphemiæ conscripsit, testatur se coram diversarum provinciarum Episcopis ac Constantinopolitano clero in Placidiana domo hæc publice dixisse *Rogo te piissimum Principem, ut edicta sua, quæ præcepit appendi, removere dignetur, & constitutum commune expectare, id est ut scandalizati Episcopi latinæ linguæ ad synodum veniant, aut certe remota omni violentia suas scripto declarent sententias. Quod si forte preces nostras audire noluerit, vos nulli rei præbeatis assensum, quæ ad divisionem tendit, nec contra constitutum comminatione aliqua veniatis. Quod si hoc forsitan, quod non credimus, feceritis, noveritis ex præsenti die, ut prævaricatores apostoli Petri per ministerium vocis meæ haberi suspensos.* Hæc mense Iulio anni huius 551. contigisse ex sequentibus intelligitur: *Et quoniam his actis*, prosequitur in encyclica Vigilius, *non solum ea quæ commissa fuerant, nullo modo sunt correpta, sed etiam ex aliis causis die ipso in regularum ecclesiasticarum præiudicium vel iniuriam Sedis apostolicæ peiora præsumpta sunt, nec alterius eos communionis nostræ permisimus esse participes, nec aspectus eorum post tot prævaricationes nostri oculi receperunt.* At in damnatione Theodori scripta die 14. Augusti ait. *Licet ante triginta dies pro memoratis excessibus vestris ab apostolicæ vos communionis removissemus consortio.* Quare circa diem 14. Iulii edicta appensa sunt, ac Zoilus quod nollet eisdem consensum dare, eadem die depositus. Recte scribit Tunonensis: *Post consul. Basilii anno XI* iuxta ipsum 551. *Apollinarius Zoilo tria memorata capitula damnare nolenti Episcopus Alexandrinæ ecclesiæ subrogatur*, anno Episcopatus Zoili septimo iam expleto, quem anno 543. electum ostendi.

Hæc ubi accepit Iustinianus indignatus non modo Vigilium edictis imperatoriis adversari, verum etiam & eisdem obtemperantes ab illo ecclesiastica communione privari, furore rabieque extimulante Vigilium custodiæ tradi iussit, qui rebus suis timens, una cum Datio in ecclesiam S. Petri in Hormisda se recepit. *Et tamen*, inquit Clerus Italiæ, *beatissimus Papa Vigilius nec in basilica S. Petri sedes tutas habere meruit; intantum ut illuc Prætor, ad quem fures & homicidæ tantummodo pertinent, mitteretur, qui cum multitudine militum spathas nudatas & arcus tensos portantes supradictam basilicam introivit: quo viso sanctus Papa columnas altaris amplexus est; sed ille ferocitate & animo concitatus primo de altari diaconos eius & clericos a capillis tentos eiecit, postea vero ipsum Sanctum Papam alii a pedibus, alii a capillis & barba tentum crudeliter abstrahebant. Sed cum ille altaris columnas non dimitteret, cecidit altare, & columnæ aliquæ fractæ sunt, & quantum ad ipsos, ibi super ipsum altare in partibus mitti habuit. Sed Deus, qui in talibus angustiis semper adesse dignatur, tam aliquorum ex ipsis militibus quam populi, qui ad tumultum venerat, animos ad misericordiam provocavit, & cœperunt voces ac stridores mittere, & sic contigit, ut iudex iniquitatis supradictus Prætor cum ministris crudelitatis suæ territus fugiendo discederet.* Vigilius in encyclica edita ab eodem Sirmondo rem ita narrat: *Cum in eadem ecclesia a comitatu Prætoris cum multitudine armatorum militum veniente tamquam ad bellum instructa acie a sancto eius altare tracti pedibus traheremur, tenuimus, & super nos etiam ipsa altaris mensa ceciderat, nisi clericorum nostrorum fuisset manibus sustentata.* Theophanes scribit Vigilium ad Sergii Martyris alrare, quod in Hormisdarum monasterio erectum erat, confugisse, a quo vi revulsus ceu gravi proceroque corpore validus altare secum tractum evertit. Haud recte tamen statuit hæc Theodora adhuc vivente accidisse anno 547. nam eo anno Sabbatum Pentecostes die 11. Maii collocat. Ex his liquet, unde nam Anastasius in vita Vigilii fabulas illas finxerit; nam captum eum in templo S. Euphemiæ, ac fune ad collum appenso per universam urbem tractum, ac postremo in carcerem proiectum scribit, ubi modico pane & aqua maceratus est, clero ad metalla damnato. Hinc etiam patet Thomam Rivium ac Franciscum Guinetum

Æthio-

Æthiopem lavare, dum Iustinianum tanta barbarie contra Vigilium furentem defendere invitis superis conatur. Rivius saepe pag. 27. sui Apologetici pro Iustiniano eas Vigilio calumnias irrogat, quas eum risu potius quam cum indignatione lectitare libeat; etenim vocat Vigilium *foras Episcopum, intus hæreticum, Romæ catholicum, Constantinopoli Eutychianum*. Guinetus vero cap. 13. Iustinianum Vigilio indignatum scribit, quod vulgaretur eumdem sacrum Calchedonense concilium detrectare. Constantinopoli Vigilius pro defensione synodi Calchedonensis eas iniurias perpessus est, quam synodum Eutychiani, a qua damnati fuere, plusquam Vatiniano odio persequebantur. Hinc edictis Iustiniani repugnavit: *Quia constat apud me*, dicebat, *edicta illa sanctam synodum Calchedonensem & fidem catholicam perturbare*. Ita homines illi supina rerum gestarum ignorantia laborantes, quo Iustinianum a veris criminibus defendant, falsa crimina Vigilio affricant, queis non quidem Pontifex, sed ipsimet auctores utpote mendaciorum loquacissimi deturpentur.

Ceterum Vigilius omnium malorum auctorem affirmabat Theodorum Cappadocem, unde in decreto contra eumdem ait: *Nam usque ad hoc animum Christianissimi Principis falsis suggestionibus perduxisti, ut clementia eius, quæ in suis hostibus pia semper apparuit, contra nos graviter moveretur*. Quare Vigilius vulneri non iam fomenta sed ferrum admovendum ratus die 14. Augusti in Italorum Episcoporum congressu pluribus Theodori Cæsareensis Episcopi in apostolicam Sedem iniuriis recensitis, quas & scripto consignavit, hanc contra eumdem sententiam protulit: *Theodorum Cæsareæ Cappadociæ civitatis quondam Episcopum sententiæ promulgatione tam Sacerdotali honore & communione catholica vel omni officio Episcopali seu potestate spoliatum esse decernimus*. Mennam vero ac consentientes Episcopos a sacra tantum communione suspendit. Hæc sententia dicitur *Data XIX. Kalend. Septembris imperante Domino Iustiniano perpetuo Augusto anno XXV. Post consul. Basilii anno X.* Porro cum ibidem scribat se *longanimitatem* tam circa ipsum Theodorum, quam reliquos ab eodem seductos *pene hoc quinquennio elapso* monstrare, haud ita accipiendum est, quasi lites anno 546. ex publicato tunc contra tria capitula priori edicto incœperint; nam edictum biennio ante emanasse ostendimus: sed ex quo Constantinopolim advenerat, habita cum Theodoro dissidia notat. Nam cum anno 547. die 25. Ianuarii in regiam urbem Vigilius advenerit, anno 551. die 14. Augusti iam septimus mensis quinti anni habebatur, unde addidit particulam *pene*, nam ad quinquennium plenum adhuc aliquot menses requirebantur. Hoc Vigilii decretum contra Theodorum subscripsere Episcopi sequentes.

Datius Mediolanensis, qui iam a XV. annis extra ecclesiam Mediolanensem veluti exul degebat ex literis Cleri Italici, & anno 546. obviam ivit Vigilio in Sicilia moranti, cui quæcumque Constantinopoli in causa trium capitulorum, ubi intererat, peracta fuerant, significavit, cum quo & in regiam urbem ingressus eidem periculosis temporibus semper adhæsit, licet postea a sententia discesserit, si Tunonensi credendum est. Secundus ponitur *Iohannes Marsicanus*. Est insignis Marsorum populus in Latio mediterraneo. Fuse agit de Marsis Cluverius lib. 2. Italiæ Antiquæ cap. 15. Hinc supplendæ sunt tabulæ Ughelli, qui tomo 1. Italiæ sacræ Marsicanæ ecclesiæ Episcoporum seriem a Rottario incipit anno 968. Nominatur etiam in synodo Romana Leonis IV. anno 853. ind. 2. die 8. Decembris Liuderisius Episcopus Marsensis. Tertius *Zacchæus Scyllacenus*. Est Scyllacium mediterranea civitas Calabriæ ulterioris. Idem Ughellus tomo 9. de hoc Zacchæo scribit: *Romano interfuit concilio sub Vigilio Papa anno 442.* Post illum vero Gaudentium recitat, qui synodo Romanæ interfuit sub Hilaro Papa anno 465. Est integri sæculi anachronismus, & synodus illa, cui adfuit idem Zacchæus, non Romæ sed Constantinopoli in domo Placidiana peracta fuit. IV. *Valentinus Sylvæ candidæ*. Erat Latii urbs, cuius Episcopi in pluribus synodis Italiæ subscripti leguntur. Valentinus vero anno 546. a Vigilio Papa ex Sicilia cum navibus frumentariis Romam missus, ac a Gothis captus, cum Totilæ secreta quædam revelare vel nollet vel non posset, præcisis manibus dimissus fuit ex Procopio lib. 3. de bello Gothico. Hinc Vigilii Constitutum nomi-

ne

ne Valentini ſubſcripſit Zacchæus Epiſcopus proxime memoratus *rogatus a fratre Valentino Sylvæ candidæ ipſo præſente & conſentiente*, *& mihi*, ait, *dictante huic Conſtituto pro ipſo ſubſcripſi*. V. *Florentius Matelicatenſis*. Eſt Matelica inſigne oppidum in Piceno, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 14. itemque Frontinus in libro de Coloniis. A Plinio dicuntur populi *Matilicates*, & inter Umbros recenſiti una cum Camertibus. Matelica noſtra ætate eſt inter nobilia oppida Piceni, ac lanificio celebris, ſubiecta tamen modo eſt Epiſcopo Camerti. VI. *Iulianus Signinus*. Signia Latii urbs antiquiſſima, in quam Tarquinius coloniam deduxit ex Dionyſio Halicarnaſſeo lib. 4. VII. *Romulus Numanatenſis*. Baronius

A ad annum 551. num. 11. legendum putat *Numentanenſis* a Numento ſeu Nomento Latii urbe. Sed plane antiqua codicis lectio retinenda eſt: etenim Numana fuit vetus Piceni urbs ab Ancona M. P. XII. diſtans; hodie parvus vicus eſt prope Sirollum *Humana* incolis vulgo dictus. In ſynodo S. Agathonis act. 4. ſexti concilii leguntur ſubſcripti *Adrianus Epiſcopus S. eccleſiæ Numanatis provinciæ Pentapolis*, *& Paulus humilis Epiſcopus S. Nomentanæ eccleſiæ*. Prior quidem ſubſcribit cum Epiſcopis Anconæ, Auximi, Fani, & Piſauri, ex quibus quinque urbibus Pentapolitana provincia in Piceno conſtabat. Extat Auximi inſcriptio, quam exhibet Gruterus pagina 446.

B

M. OPPIO CAPITONI &c.
PATRONO COL. AVXIM. ET. COL.
AESIS. ET. MVNIC. NVMANAT.

Erat ergo ſub Antonino Imperatore Numana Piceni municipium. Certe anno 553. Conſtitutum Vigilii inter ceteros ſubſcribit *Redemptor Epiſcopus eccleſiæ Nomentanæ*. Quare Romulus erat Epiſcopus Numanatenſis. In Romana ſynodo ſub Eugenio II. anno 827. celebrata legitur ſubſcriptus *Coſmas Epiſcopus Humanæ*, & in altera ſynodo ibidem ſub Leone IV. Papa coacta nominatur *Sergius Epiſcopus Humanenſis*. Hæc concilia habentur in collectione Romana Lucæ Holſtenii. Ex quibus Humanam ante octingentos annos ita appellatam conſtat, in eaque tum temporis Epiſcopos ſediſſe. VIII. *Dominicus de Callipoli*. Eſt antiqua Calabriæ urbs, quæ promiſcue Calliopolis vel Callipolis dicta eſt. S. Gregorius Papa libro 2. epiſtola 45. indict. 11. ſcribit *Iohanni Epiſcopo Calliopolitano* de pœna decreta Andreæ Epiſcopo Tarentino. IX. *Primaſius Adrumetinus*. Adrumetum Byzacenæ provinciæ metropolis antiquis Scriptoribus ſæpius memorata, quam novis mœnibus munitam Iuſtinianus de ſuo nomine appellavit ex Procopio libro 6. de Ædificiis Iuſtiniani. Baronius num. 13. putat hunc Primaſium eſſe eumdem, qui a Caſſiodoro libro de Div. Lect. cap. 9. & a S. Iſidoro in libro de Viris illuſt. commendatur, quive in epiſtola Pauli & apocalypſim commentaria &

alia plurima ſcripſit. Trithemius tamen Primaſium illorum commentariorum ſcriptorem Uticenſem ex antiquis codibus exhibet: Uticenſis vero eccleſia non ad Byzacenam ſed ad Proconſularem
C provinciam pertinebat. Ego quidem de hac re nihil iudico; hoc unum ſcio, Primaſium ſcriptorem commentariorum in epiſtolam Pauli ad Romanos & ad Hebræos fuiſſe apprime Auguſtinianum, ut alibi monſtratum eſt, & ex operis lectione ſtatim intelligitur; ibi enim S. Doctoris ſententias immo integra capita exſcribit. X. *Verecundus Lunenſis*, alii legunt *Lucenſis*, ſed omnes plane errant; nam Verecundus iſte fuit Nicenſis Epiſcopus in Provincia Byzaeena, & a Iuſtiniano ad ſynodum cum collega Primaſio evocatus Vigilio adhæſit. Do
D Victorem Tunonenſem *Poſt conſul. Baſilii anno XI. Reparatus Archiepiſcopus Carthaginenſis eccleſiæ*, *Firmus Numidarum Epiſcoporum Primates*, *& Primaſius & Verecundus concilii Byzaceni Epiſcopi pro fidei cauſa ad urbem regiam eiuſdem præcepto Principis evocantur*. Hinc colligitur falſum eſſe ſolum Primaſium ex Africanis Vigilio adhæſiſſe, quod putavit laudatus Baronius exiſtimans Verecundum Italiæ Epiſcopnm. XI. *Stephanus Ariminenſis*. Hic plane tabulis Ughelli inferendus eſt, atque inter nobiliſſimæ urbis Antiſtites numerandus; idem enim
poſtea

postea etiam Vigilii constitutum subscripsit. Hoc eo libentius adnoto, quod iuvenis ea in urbe apud Patres Societatis Rethoricæ ac Logicæ operam navavi, ibique Augustinianæ familiæ nomen dedi. XII. *Paschasius Aletrinus*. Aletrum vel Alatrum Latii orbs, cuius Episcopos lege apud Ughellum tomo 1. sacræ Italiæ. Postremo loco subscripsit Iordanus Cortonensis: est autem Cortona Italiæ orbs in Hetruria; nonnulli apud Ughellum legunt *Crotonensis*, qua ratione iam ad magnam Græciam ille Episcopus pertineret. Sed de his alii videant. Hi ergo cum Vigilio tum temporis contra Principem eique adhærentes Græcos Antistites Constantinopoli pro tribus capitulis militabant.

Interea Vigilius adhuc Ecclesiasticæ concordiæ studens, latam depositionis contra Theodorum & excommunicationis contra Mennam sententiam minime publicandam duxit, veritus ne Iustinianum, cuius furorem iam expertus erat, inrabiem rursus impelleret, Theodoro præsertim omnia ex arbitrio faciente. Putavit Baronius anno 551. in fine, Vigilium ad D. Petri basilicam parum tutam sibi moram existimantem inde Calchedonem aufugisse. Sed ex libello Cleri Italici habemus, quod *in ecclesia D. Petri sacramenta accepit beatissimus Papa Vigilius, & Datius Mediolanensis, nihil vi contra ipsos actum iri, & sic interim sunt egressi*. Extat in appendice ad Codicem Theodosianum edita a Sirmondo viro eruditissimo integra Vigilii epistola encyclica, cuius tantum partem habebamus; in ea vero suarum calamitatum seriem Pontifex exponit. Cum apud D. Petri in Hormisda moraretur, Belisarius & Cethegus & Petrus Exconsules ipseque Iustinus Imperatoris nepos cum Marcellino Quæstore ad Vigilium venere, quo accepto iuramento in Placidianas ædes rediret, secus vel *sub omni violentia* e templo retraheadus. Quid consilii vero Pontifex cœperit, hisce declarat: *Indiculum dedimus, per quod dari nostræ personæ scripto petivimus iusiurandum, quod clementissimus Princeps non quale nos voluimus, præberi concessit, sed quale ipsi placuit, per Iudices suos dandum esse dictavit. Et dum sæpe dicti Iudices posito indiculo super altare & cataracta beati Petri apostoli & super crucem, quæ de ligno passionis Domini habet inclausum, sed & super claves beati Petri apostoli præstitissent corporale iusiurandum, ad Placidianas tamquam nihil mali ulterius patientes secundum piissimi Principis redivimus voluntatem*. Ceterum tam sancta fide posthabita cum in dies sævius se tractari Vigilius animadverteret, semel iterum ac tertio Belisarium aliosque Iudices contestatus est, ut iusiurandi religione tenerentur, *quatenus*, inquit, *nullas inquietudines aut molestias sicut nobis iuratum fuerat, pateremur*. Interea Iustinianus veritus ne Vigilius iterum e Placidianis in templum confugeret, misso clam milite ædes sedulo custodiendas iussit; quod ubi Vigilio significatum fuit, biduo ante Natalem Domini fugam meditatus nocte intempesta ex Placidiano palatio cæcis vestigiis discedens Calchedonem transfretavit, atque apud D. Euphemiæ domicilium statuit. Libeat eiusdem verbis hoc ipsum intelligere: *Nam si circumspiciatur quale quantumque discrimen metu faciente despeximus, ut per parvam maceriem fabricantium transire compediti dolore nimio in nocturna obscuritate positi cogeremur, tunc poterit evidenter agnosci, quanta nobis fuerit temporis pro sola Ecclesiæ causa necessitas, aut quanta custodia, quæ nos sub tali discrimine coegit discedere*. Vigilium Datius Mediolanensis secutus est, aliique etiam Latini Episcopi, quos inter fuit Verecundus Nicensis in Byzacena provincia Episcopos, quem paulo post ibidem defunctum scribit Victor. *P.C. Basilii XII.* (est illi annus 552.) *Verecundus ecclesiæ Nicensis Episcopus in defensione memoratorum perdurans Calchedone, ubi refugium fecerat, in diversorio gloriosæ matris* (lege martyris) *Euphemiæ de hac vita migravit ad Dominum*.

At non modo lites in causa trium capitulorum in regia urbe, sed per totum fere Romanum imperium ad seditionem usque ebulliebant. Iustinianus Ulpianam Dardaniæ urbem Iustinianam secundam de suo nomine nuncupandam iusserat. Præerat illius urbis sacris Paulus, qui pro tribus capitulis acerrime depugnabat; unde ad synodum V. accedere recusavit, immo Vigilii postea Constitutum ita subscripsit: *Paulus humilis gratia Dei Episcopus Ulpianensis huic Constituto, quod beatissimus Papa Vigilius in causa trium capitulorum protulit, ad omnia supra-*

suprascripta consentiens subscripsi. At plerique civium Ulpianæ quo beneficentissimo Principi gratias referrent, tria capitula damnabant, ceteris cum Episcopo eadem validissime defendentibus. Ad arma ventum est, ac plurimorum sanguine Theodori Mopsuesteni manibus parentatum. Quare Iustinianus eo cum exercitu Iustinum misit, qui seditionem comprimeret. Narrat hæc ipsa Procopins libro 4. de bello Gothico labente iam anno belli XVII. *Ceteri*, inquit, *hæsere in oppido Illyrici Ulpiana iussu Imperatoris ob seditionem inter indigenas ortam ex illis, quæ inter Christianos disputari solent, de quibus agam libro singulari*. At nulla in Illyrico controversia, nisi de tribus capitulis, tunc agitabatur. An Procopius promissum volumen confecerit, incompertum est; hoc scio Christianorum de Deo disputationes, quæ sub Iustiniano ubique personabant, Procopium irreverenter despexisse. Unde libro 1. operis eiusdem refert legatos missos a Iustiniano ad Pontificem ob ea, quæ controversa habebant Christiani: *Ea vero*, inquit, *quæ sint, quamquam percognita, memorare me tædeat; insanæ enim temeritatis esse existimo naturam Dei, qualis sit, scrutari*. Suam vero de Numine sententiam angustioribus hisce conclusam terminis exhibet: *Ipse de Deo hoc tantum quod dicam, habeo, esse eum omnino bonum, eiusque potestate omnia contineri: qui plus scierit, plus de eo dicat, sive in Sacerdotum est ordine sive in plebe*. hæc ille.

At ubi in Italia illatarum Vigilio iniuriarum fama perlata est, doluere singuli Pontificis doctissimi vices. Quare cum Legati Childeberti Francorum Regis ad Iustinianum missi per Italiam transirent Clerus Italiæ eisdem libellum supplicem dedit, quo Vigilium etiam atque etiam commendabat, significans insuper quot ille iniurias in regia urbe passus esset. Hos autem clericos fuisse Mediolanenses inde colligo, quod ibidem rogant, ut Datium Iustiniano commendent *postulantes, ut eum post XV. aut XVI. annos ad suam ecclesiam redire concedat*; quæ Mediolanensis ecclesiæ suo ante tot annos Pastore viduatæ vota fuisse crediderim. Sirmondus hunc libellum, ut alias dictum est, primus vulgavit, illum collocans ad annum 552. pag. 294. tomi 1. Concil. Galliæ. Sed scriptum illum fuisse anno præsenti 551. inde patet, quod in eo nulla Vigilii fugæ ad proximam Calchedonis urbem mentio fit. Rursus in eodem libello scribitur, quod *Anastasius quidam, quem S. Episcopus Aurelianus Arelatensis civitatis ad beatissimum Papam ante hoc biennium direxerat, ibidem in Galliis aliqua mentiatur, quia & ipse ut Constantinopoli exire posset, promisit se omnium Gallicanorum animos contra tria capitula excitaturum, & præmiis eumdem Anastasium corruperunt, nec literas Vigilii illi consignare voluere*. At Anastasius anno 549. pridie Idus Iulias literas Aureliani Episcopi Vigilio tradidit; quare si ante biennium idem ad Vigilium venit, libellus ille scriptus fuit anno 551. Præterea hæc ibi leguntur: *Veniens enim ibi ante sex annos istos beatissimus Papa Vigilius, magis autem, ut quod verius est dicatur, prope violenter deductus*. Cum Vigilius in encyclica data die 5. Februarii anno 552. *ante septem annos* Roma se discessisse testetur, cum a sexennio idem in eo libello ex Urbe profectus dicatur, anno superiori 551. libellus ille exaratus fuit.

Anno DLII.

Sequitur annus 552. quo Iustinianus Vigilii constantia tot experimentis sibi iam satis probata, sepositis minis eumdem per Legatos convenit, legatione autem Belisarius aliique superius nobis memorati V. Kalendas Februarias perfuncti sunt. Illi quidem cum Vigilio egerunt, ut accepta iterum publica fide Constantinopolim rediret, quibus Pontifex in hanc sententiam respondit: *Si causa Ecclesiæ ordinatur, ut pacem eius quam avunculi sui piissimus Princeps fecit temporibus, & modo restituat, ego sacramentis opus non habeo, sed statim egredior. Si autem causa Ecclesiæ finita non fuerit, item sacramentis opus non habeo, quia numquam de S. Euphemiæ basilica exire dispono, nisi scandalum ab Ecclesia Dei fuerit amputatum*. Hæc ubi Iustinianus a Legatis accepit, epistolam, seu ut loquitur Vigilius chartam ad eumdem misit mendaciis ac iniuriis refertam; eam Petrus Referendarius pridie Kalendas Februarias tulit. Cum vero non esset Augusti *manu subscripta*, neque Petrus eidem nomen dare vellet, vel signare diem, quo allata fuerat, nullam illi Vigilius fidem præstandam duxit. Ceterum ne ream con-

conſcientiam ſilentio apud imperitos prodere videretur, obiecta quæcumque crimina validiſſime ſe confutaſſe in laudata encyclica conteſtatur. Sed iterum *Dominicorum die, qui fuit pridie Nonas Februarias*, rediit Petrus cum Iuſtiniani mandatis, ut acceptis ſacramentis ſecurus in regiam urbem remearet. Vigilius hæc repoſuit: *Si directis duobus Iudicibus, quorum nomina tibi in præſenti prodidimus, ſacramenta præſtare dignetur, ut poſt hæc ſine metu periculi fratrem noſtrum Datium Epiſcopum Mediolanenſis eccleſiæ vel alios, quos cum eo tranſmiſerimus, loco noſtro ſuſcipiat, parati ſumus dirigere, ut per eos de eccleſiaſtica cauſa quæcumque mandavimus, veraciter innoteſcant. Si quidem Eccleſiæ cauſa nulla ſacramenta dari depoſcimus, ſed mox pro gratiarum actione eius occurimus pietati.* Die vero ſequenti Vigilius encyclicam illam famoſam ſcripſit, ita enim terminatur: *Data Nonis Februarii imperante Domino Iuſtiniano PP. Aug. Anno XXV. Poſt conſulatum Baſilii anno X.* ſed *XI.* reponendum eſt. Ex hac encyclica quorumdam errores corrigendi ſunt. In primis Baronius anno 552. num. 15. legens in vulgatis editionibus legatos primum ad Vigilium veniſſe *Dominicorum die ideſt Kalendis Februarii*, ac poſtea in eiſdem aſſeri miſſum a Principe Petrum *pridie Kal. Februarias*, errorem vidit, atque proximum locum corrigens *poſtridie Kalend. Februarias* legendum dixit. Sed ex inobſervatis Baronio cyclis error emendatur. Anno 552. Kalendæ Februariæ incidere in feriam V. non autem in diem Dominicum; ergo legendum eſt V. Kalendas Februarias, qua die feſtum Dominicum contigit, iterumque pridie Nonas Februarias. Fuit annus biſſextilis Cyclo Solis I. Lunæ II. lit. G. F. In ea vero epiſtola ſcribit de lata in Theodorum ſententia, qua ab Epiſcopatu amovebatur. *Pro manſuetudinis veſtræ intuitu & ſpe converſionis eius, ſicut dictum eſt, publice proferre diſtulimus.* Unde falſum eſt, quod in chronologica Synopſi in calce ad Facundum Hermianenſem Sirmondus ſcripſit, Vigilium latam demum contra Theodorum ſententiam publicaſſe. Inſuper fallitur Bollandus tomo I. de Vitis SS. die 14. Ianuarii ſcribens, ea die anno 552. S. Datium Mediolanenſem obiiſſe, quod etiam aſſeruit ante Bollandum Baronius in notis ad Martyrologium ad eumdem diem; etenim eo ipſo anno Datius Nonis Februarii vivebat, & a Vigilio ad Auguſtum nuntius deſtinabatur.

Verum, ut ad inſtitutum redeam, Iuſtinianus ſynodi peragendæ cupidus aures iam tandem Vigilio dare occœpit, videbat enim reluctante Pontifice Romano nihil ſolidi ea in cauſa ſtatui poſſe. Quare non amplius erat alieno a Vigilio animo, quod ubi Mennas ac aulæ Proceres Theodorus aliique intellexere, libellum fidei contexuerunt, illumque Vigilio adhuc in templo D. Euphemiæ commoranti obtulere. In eo expedita fidei profeſſione iuxta decreta quatuor ſynodorum facti veniam a Vigilio his verbis poſtularunt: *De iniuriis autem quæcumque Beatitudini vel Sedi veſtræ factæ ſunt, eas quidem non feci, ſed quia pro pace Eccleſiæ modis eſt omnibus feſtinandum, velut ſi eas feciſſem, veniam poſtulo. Quia vero tempore diſcordiæ excommunicatos vel non receptos a Beatitudine veſtra in communionem ſuſcepi, pariter veniam poſtulo.* Subſcripſere libellum

Mennas Conſtantinopolitanus,
Theodorus Cæſareæ Cappadociæ,
Andreas Epheſinus, aliique.

Res hæc bene vertit Mennæ, nam paulo poſt obiit Sedi apoſtolicæ conciliatus, ut dicemus. Edicta etiam Princeps revocat, & iam Patribus Conſtantinopolim ad ſynodum venientibus ex integro cauſa trium capitulorum diiudicanda dimittitur, ac Vigilius relicta Calchedone iterum Byzantium petit. Inter ceteros qui ad ſynodum venerant, erat Eutychius monachus Amaſeni Metropolitæ Apocriſarius, qui in quodam privato Epiſcoporum congreſſu orta quæſtione, an mortuus ab Eccleſia damnari poſſet, Ioſiæ Regis exemplo mortuorum Idololatrarum ſepulchra deiicientis, ac profanos cineres ventilantis defunctos damnari poſſe probavit, quod mirifice Imperatori placuit. Hunc Eutychium annos iam natum quadraginta Mennas non modo ob ſanctitatis ac doctrinæ experimenta colebat, verum etiam illum ſæpe Iuſtiniano commendaverat, futuri enim præſcius eumdem uti ſucceſſorem honorabat. Auctor eſt Euſtathius, qui vitam S. Eutychii ſcripſit, Menna iubente Eutychium ad Iuſtinia-

ftinianum acceffiffe. *Confeftim autem*, inquit, *mifit illum ad Imperatorem, apud quem cum de rebus propofitis difputaretur, apparuit omni divina humanaque difciplina inftructiffimus*. cap. 18. Ineunte circiter Decembri Mennas diem obiit, magno apud Conftantinopolitanos fui defiderio relicto. Confecratus fuerat ab Agapeto Papa eiecto Aothimo hæretico anno 536. Contra Acephalos fynodum io regia urbe coegit, cuius etiamnum acta extant. Hic Origenem a Iuftioiano damnandum curavit, primufque Patriarcharum lata contra Origenem anathemata fubfcripfit. Nobiliffima templa eximia Iuftiniani munificentia ædificata confecravit. Iuftiniano tamen nimium indulfit; hinc femel iterumque cum Vigilio diffidia. Hafce maculas fupplex ab offenfo Pontifice veniam poftulans abluit, atque ipfi etiam Vigilio defideratus e vita difceffit.

CAPUT VI.

Eutychius eligitur Patriarcha Conftantinopolitanus. Annus obitus S. Datii Mediolanenfis ftatuitur, eaque occafione Procopii de annis belli Gothici anachronifmus demonftratur. Origenes Pelagianorum Amafius in fynodo V. œcumenica damnatur. Halloix ubique falfi convictus.

IUftinianus inter plurimos candidatos Eutychium monachum Amafenum nihil tale cogitantem Mennæ fucceforem defignans, Petro Referendario, quem hoc anno fæpe cum mandatis ad Vigilium miferat, imponit, ut Eutychium cum honore cuftodiat, eiufque curam gerat. Inde Imperator clero ac facro Patrum cœtu advocato, eofdem tefte Euftathio in lib. de vita Eutychii his allocutus eft: *Cum in æde D. Petri Principis Apoftolorum, in qua Senatus habebatur, me fomnus complexus effet, in quiete vidi Principem Apoftolorum mihi magnum Eutychium oftendentem, dicentemque: Fac ut hic fit Epifcopus*. Quo oraculo mooitum fe fuiffe dixit, ut Eutychium in Mennæ locum fubrogaret; atque hoc pacto Eutychius renunciatus eft Patriarcha Conftantinopolitanus. Baronius fcribit initio anni 553. Eutychium electum. Verum Theophanes qui commentaria rerum Byzaotioarum exacte calluit, hæc tradit: *Eodem tempore Mennas Epifcopus C. P. defunctus eft, in cuius locum fuffectus Apocrifarius Amafeæ presbyter, & monafterii ipfius Amafeæ monachus Euthychius eo ipfo die, quo Mennæ cadaver in facris adytis adhuc expofitum iacebat*. Quare cum Baronius & alii poft ipfum afferant Mennam mortuum anno 552. eodem quoque anno recitanda illis eft electio Eutychii. S. Nicephorus Patriarcha C. P. qui fuorum deceſſorum chronicoo fcripfit, de Eutychio hæc habet: *Eutychius presbyter & monachus in monafterio Amafiæ annis XII. menfibus duobus. Hoc eiecto a Iuftiniano Imperatore ipfius anno XXXVIII. Iohannes presbyter Antiochiæ ex numero Scholafticorum annis XII. menfibus feptem. Eutychius iterum fub Iuftiniano* (lege Iuftino) *reftitutus confecit annos IV. menfes fex*. Hanc chronologicam thefim integram recitavi, quia eft exactiffima, ut patebit. Euftathius qui Eutychii vitam, cuius lateri femper inhæfit, diligentiffime fcripfit, auctor eft Eutychium a Iuftiano e cathedra pulfum in fefto S. Timothei nempe 24. Ianuarii. Reddo eiufdem verba ex cap. 53. *Cum enim dies feftus S. Timothei in Hormifda, ut ante diximus, celebraretur, illinc vir pius facrificium faciens fublatus eft, & ea pertulit quæ paffus eft*. Et cap. 54. *Nam in perfecutionis tempore fabbatum & hyems erat, vigefimo enim fecundo menfis Ianuarii vir Dei fanctus tentatus & eiectus fuit*. Error librarii corrigendus eft, & pro 22. dies 24. reponendus ex fefto S. Timothei. Duodecim annos ante exfilium fediffe affirmat Euftathius cap. 23. *At magnus hic vir Dei Eutychius pari annorum numero, quot funt Apoftoli, Chrifti gregem pavit*. Dies 24. Ianuarii S. Timotheo facra incidit fabbato aono 565. Cyclo Solis XIV. Lunæ XV. lit. D. ergo retrocedendo per annos duodecim menfes duos, erimus circa initia Decembris anni 552. Baronius putavit exfilium Eutychii accidiffe anno 564. ibidem num. 15. In hoc eximio ac fummæ eruditionis hiftorico cyclorum obfervatio paffim defideratur, ex cuius defectu in anachronifmos lapfus eft.

Eutychius ineunte anno 553. fidei profeffionem ad Vigilium mifit datam io fefto Theophaniorum. Scribit Lupus cap. 6. Comment. ad fynodum V. hanc profef- *Anno DLIII.*

fio-

sionem fidei traditam Pontifici etiamnum captivo ad S. Euphemiam, ac mox Belisarium cum aliis legatis itemque Petrum Referendarium ad eumdem destinatos, ut datis denuo sacramentis Pontificem Byzantium adducerent, & tunc Vigilium scripsisse encyclicam de suis calamitatibus. Labitur vir insignis; nam ex Cyclis aperte superius monstravimus legationem illam contigisse die 28. Ianuarii anno 552. At Mennas decimo postea mense obiit. Vigilium vero, cum accepit professionem fidei ab Eutychio, Constantinopolim regressum inde colligo, quod priorem professionem fidei hoc titulo inscribit in suo Constituto: *Exemplum primæ professionis, quam ad S. Euphemiæ templum fecerunt*. Posteriori autem Eutychii hunc titulum præfigit: *Exemplum professionis, quam residui Episcopi Theophaniorum die nobis fecerunt*. Ubi vides priorem loco, alteram tempore signari. Ceterum Eutychius laudatis quatuor synodis atque Leonis epistolis rogat Vigilium, ut iam tandem concilium de tribus capitulis inchoet. Subscripsere epistolam

Eutychius Constantinopolitanus } Patriarchæ.
Apollinaris Alexandrinus
Domninus Antiochenus
Elias Thessalonicensis

Vigilius VIII. Idus Ianuarii Patriarchis respondens ipsorum fidem collaudat, petitioni vero de discutienda causa trium capitulorum hæc reponit: *Annuimus, ut de tribus capitulis ex quibus quæstio nata est, facto regulari conventu, servata æquitate, mediis sacrosanctis Evangeliis collationem cum unitis fratribus babeamus, & finis detur placitus Deo & conveniens iis, quæ a sanctis quatuor sunt definita conciliis*. At illis clausulis *facto regulari conventu, servata æquitate*, ita synodum indici Pontifex consentiebat, ut & Latini Episcopi pari numero adessent, ac decretis postea synodalibus adversarentur, de qua re inferius iterum sermo redibit.

Hoc eodem anno 553. ineunte die 14. Ianuarii S. Datius Antistes Mediolanensis post ingentes ærumnas forti animo toleratas e vivis excessit; ea enim die eumdem obiisse tabulæ sacræ ecclesiæ Mediolanensis ac Romanum Martyrologium testantur apud eruditissimum Bollandum. De anno vero inter Scriptores non convenit, nam Baronius ac Bollandus anno superiori eumdem decessisse existimant, quorum sententia ex literis Vigilii datis hoc anno Nonis Februarii redarguitur, in quibus Datii tamquam superstitis mentionem facit, ut capite superiori notatum est. Ripamontius lib. 7. Historiæ ecclesiæ Mediolanensis usque ad annum 556. illius obitum protrahit; Victor Tunonensis mortuum scribit post consulatum Basilii XIV. qui est illi annus 554. quo anno etiam tradit Totilam a Narsete victum. Certum est ex literis Pelagii Papæ ad Narsetem obiisse Datium Totila adhuc regnante, ac Narsete in Italia exercitum regente; hæc enim Pelagius scribit: *Recolere enim Celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Istriam & Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem Episcopum fieri permisistis, nisi ad clementissimum Principem exinde retulissetis, & quid fieri debuisset, eius iterum scriptis recognovissetis, & inter ubique furentes hostes; Ravennam tamen & is qui ordinabatur, & qui ordinaturus erat*, nempe Metropolita Aquileiensis, *providentia culminis vestri deducti sunt* Panvinius meus, Sigonius, ac ceteri recentiores chronologi Calvisius, Petavius, Ricciolius, aliique Narsetem anno 552. in Italiam exacta hyeme venisse, atque æstate incumbente ab eodem Totilam acie victum scribunt, quod certe etiam ex Procopio tunc vivente colligitur, qui pugnam illam refert anno labente Gothici belli decimo octavo, qui ab hyemis exitu anni 552. inchoabatur: Theophanes etiam testatur hæc eodem anno contigisse. Ceterum cum evidenter, ut mox ostendam, pateat Procopium in designandis illius belli Gothici annis lapsum esse, duorumque annorum gesta in unicum annum perperam congessisse, aliunde veritas petenda est. Egoquidem arbitror Gothos Rege Totila occiso anno belli decimo nono labente a Narsete primum superatos, nempe anno 553. quod insignis illius sæculi chronologus Marius Aventicensis testatum reliquit, hæc enim scribit: *Post consulatum Basilii anno XII. Indictione I. Hoc anno Badnilla Rex Gothorum ab exercitu Reipublicæ per Narsetem Cartularium Eunuchum interficitur*. Cum vero huic Chronologo annus 542. sit *Post consulatum Basilii annus I.* plane anno 553. Narsetis victoriam alligat, quod etiam ex indictione prima denotatur,

Rr 2 quæ

quæ anno eodem menſe Iulio currebat. Idem vero Marius anno inſequenti Teiæ occiſionem refert. Procopius lib. 4. diſerte ſcribit Totila occiſo Narſetem Romam ſtatim recuperaſſe, quando *ſextum & vigeſimum principatus annum habebat Iuſtinianus*. At hoc ipſo anno 553. Kalendis Aprilis annum 26. Imperii Iuſtinianus complevit, Totila vero menſe Iulio victus fuit, nam menſe Auguſto ex Theophane victoriæ nuntius C. P. appulit. Quare cum ex antiquis tabulis eccleſiæ Mediolanenſis conſtet Datium obiiſſe die 14. Ianuarii, Totila adhuc ſuperſtite, nondum enim eodem occiſo Vitalis Mediolanenſium Præſul Ravennæ conſecratus fuerat ex laudatis literis Pelagii; conſequens fit, ut hoc anno 553. & Datii obitus & Totilæ occiſio contigerint. Lucas Holſtenius memoratas modo Pelagii literas non quidem Narſeti, ſed *Valeriano Patricio* inſcriptas edidit p. 1. Collect. Rom. pag. 227. De hoc Valeriano ſcribit Procopius lib. 4. *Narſeti autem Ravennam ut venerat, ſociati ſunt Duces Valerianus & Iuſtinus*. At cum Narſes ſummam in Italia præfecturam gereret, ad eumdem potius ſcripſiſſe Pelagium dixerim, & quidem de re graviſſima; rogabat enim ut Antiſtites Mediolani & Aquileiæ ſynodi V. obtrectatores Conſtantinopolim ſub cuſtodia mitteret. Ex his patet erraſſe Ripamontium, qui Vitalem Datii ſucceſſorem a Pelagio conſecratum putavit; initiatus enim fuit Epiſcopus Ravennæ ab Aquileienſi Metropolita Vigilio etiamnum Pontificatum tenente. Scribit Victor Tunonenſis Datium anno 554. Conſtantinopolim veniſſe, ac tria capitula damnaſſe, eademque die *percuſſum occubuiſſe*. Sed cum Datii conſtantia in ſequenda Vigilii ſententia nobis conſtet, merito cum meo Lupo homini ſchiſmatico nullam fidem præſtandam ducimus; præſertim cum iſthæc eo anno affirmet contigiſſe, quo iam Datius diem obierit.

Sed iam demonſtrandum eſt Procopium in belli Gothici annis recenſendis erraſſe, non ſolum quod eidem Panvinius, Sigonius, Baronius, aliique celeberrimi Scriptores aſtipulati ſunt (iſti enim Procopio, qui cum Beliſario eidem bello interfuit, ex aſſe fidem præſtandam duxere) verum etiam quod ad noſtræ hiſtoriæ chronologiam exactiorem id pluri-

A mum conducit. Primus annus belli Gothici, ut ex Procopio cap. 3. probavimus, incœpit anno 535. quo Siciliam Beliſarius exactis Gothis recuperavit. Anno 536. cum circa Paſchalia feſta ſeditio per Africam Romanis militibus inceſſiſſet, Beliſarius in Africam advolans fugato ſeditioſo Stotzæ exercitu rem compoſuit. Scribit Procopius lib. 2. de bello Vandalico: *Decimus is erat annus Iuſtiniano imperanti*: decimus vero annus eiuſdem imperii inchoabatur anno 536. a Kalendis Aprilis. Porro Beliſarius in Siciliam

B rediens exortos ibi etiam tumultus compeſcuit, ac diſpoſitis per inſulam præſidiis in Calabriam tranſmiſit. Bruttiis ac Lucanis in deditionem acceptis Neapolim obſedit autumno incumbente; ſcribit enim Procopius, eumdem vetitum, ne pluviis ad obſidium ſolvendum magna cum impedimentorum iactura cogeretur, vaſa colligi iuſſiſſe, cum ei talecogitanti per occultum aditum in urbem penetrandi modus indicatus eſt, atque eo pacto Neapolim occupavit. Rebus autem ea in urbe e ſententia compoſitis, copias Romam verſus eduxit, qua etiam feliciter ſine pugna potitus eſt.

C Hæc ait Procopius: *Receptaque eſt Roma ſexageſimo anno menſe eodem poſtquam a barbaris incenſa fuerat*. lib. 1. de bello Gothico. Captam vero a Barbaris fuiſſe Baſiliſco & Armato Coſſ. nempe anno 476. teſtatur Marcellinus Comes in Chronico; quare recuperata eſt anno 536. Addit Evagrius Beliſarium Romam ingreſſum die 9 Decembris. His recenſitis idem proſequitur recenſere, quas poſtea urbes Dux Beliſarius in poteſtatem redegit. Hic vero more ſolito ſecundus annus belli Gothici Procopio claudendus erat, nempe: *Sic hyems exiit, finemque impoſuit an-*

D *no ſecundo belli, quod Procopius deſcribit*. Verum huius diſtinctionis oblitus pergit Procopius narrare, Vitigem cum CL. millibus armatorum Ravenna egreſſum, ac menſe Martio Romam obſediſſe, ibique in plures menſes protractam obſidionem cum egregiis & civium Romanorum atque hoſtium factis deſcribit. Paulo poſt initium libri ſecundi ait, Euthalium circa brumalem ſolis pulſum, Romam cum ſtipendiis militum appuliſſe, quibuſdam vero conflictationibus narratis concludit: *Sic hyems exiit, finemque impoſuit anno ſecundo belli, quod Procopio deſcri-*

describitur. Ex quibus patet, laudatum Scriptorem duorum annorum gesta ad unicum perperam restrinxisse; neque enim Neapolim Romamque Belisarius occupavit eodem anno, qui Vitiges Urbi castra circumdedit, eamdemque longiori obsidio oppugnavit. Hinc factum est, ut apud eumdem Historicum aliorum quoque annorum gesta haud suo tempore recenseantur. Etenim lib. 3. narrata Urbis expugnatione per Totilam Gothorum Regem ait: *In his hyems se circumegit, & anni duodecimi belli huius aderat finis, quod Procopius ipse conscripsit*. Duodecimus belli Gothici annus exiit una cum hyeme anno 547. At Roma capta est anno belli decimo tertio hyeme iam sæviente. Auctuarium Marcellini hæc habet: *Indictione X. Post consulatum Basilii VI. Totila dolo Isaurorum ingreditur Romam XVI. Kalendas Ianuarias*. Quare anno 547. die 17. Decembris Totila Urbem occupavit. Marius Aventicensis eadem indictione X. post consul. Basilii VI. ait: *Eo anno Baduilla Rex Gothorum Roma capta, depopulavit* &c. S. Gregorius Magnus lib. 2. epist. 36. diserte affirmat Gothos Urbem occupasse, postquam Vigilius in urbe regia constitutus anathema in Acephalos publicavit; verba dedimus cap. 3. At certum est Vigilium anno 547. C. P. appulisse, quod itidem monstratum est loco proxime memorato. Ex his ergo anachronismus Procopii paret, ex quo tot insignes viri errandi occasionem accepere. Quare cum unius anni additione Procopius corrigendus veniat, Datii Mediolanensis obitus, ac Narsetis in Italiam adventus, moxque subsecuta Totilæ occisio ad annum 553. referenda est. Baronius quidem, ut notabamus, annum 535. inter belli Gothici annos non numeravit, sed plane contra Procopium & rei gestæ veritatem. Sigonius vero lib. 18. de Imperio Occidentali ad annum 538. universa revocat, quæ Procopius duobus annis gesta affirmavit (ut cuique legenti patebit), ne bellum Gothicum ultra decem & octo annos extenderetur.

Sub finem anni præcedentis 552. frequentissimi Episcopi Byzantium ad synodum advenerant; tres enim Patriarchæ aderant, itemque Helias Metropolita Thessalonicensis, ut ex subscriptione libellorum ad Vigilium paret, qui tamen paulo post discessit relicto Benigno Episcopo Heracleæ Pelagoniæ, qui suas in concilio vices ageret. Hi quidem sæpius convenientes ecclesiasticas causas tractabant, ut ex Eustathio colligitur. In his vero congressibus ante Maium præsentis anni celebratis damnatum Origenem, & approbatum decretum Iustiniani contra eumdem a decennio latum certum existimo. Cedrenus ad annum Iustiniani vigesimum sextum recitat ad verbum literas Imperatoris ad synodum, queis Patres hortatur ad Origenem damnandum: *Vos hortamur*, ait, *o sanctissimi Patres, ut in unum collecti subiectam expositionem & singula eius capita examinetis, damnetisque cum Origene omnes qui idem sentiunt*. Baronius cui etiam Lupus astipulatur, recte monet capita a Iustiniano laudata contineri in ipsis literis ab eodem olim ad Patriarchas contra Origenem missis una cum anathematismis ibidem subiectis, quæ cum a Patriarchis tunc validata fuerint, publica œcumenicæ synodi subscriptione iterum confirmata sunt. Res graviori consideratione non indigebat, ex literis enim encyclicis olim Origenes in universa Ecclesia damnatus fuerat, & Patriarchæ antequam consecrarentur, de more Origeni anathema dicebant; hoc enim in edicto Iustiniani mandabatur, quod de ceteris aliis Episcopis etiam constabat. Hinc sessio illa, utpote de re non semel, sed iterum iudicata, haud in plura exempla transcripta fuit, cum unicuique edictum Iustiniani sufficeret. Uti vero certum est Origenem in synodo V. damnatum, ita incertum mihi videtur tempus quo damnatio illa peracta fuerit, num anno 552. sub Menna, vel potius anno 553. iam inchoato sub Eutychio. At cum videam initio statim anni a Patriarchis rogari Vigilium, ut causam de tribus capitulis inchoet, existimo controversiam de Origene paulo antea discussam.

Duo tamen hic nobis probanda sunt, Origenem in Synodo V. damnatum fuisse, & hanc damnationem priorem fuisse proscriptione trium capitulorum; video enim de hoc secundo cum eruditissimo Scriptore mihi esse luctandum, nam Petrus de Marca in parva dissertatione de Synodo V. scribit: *Ceterum cognitionem de Origene successisse trium capitulorum cognitioni, ipsa series actorum quintæ synodi aperte ostendit*.

Quæ

Quæ ſane procul a vero ſunt, cum ex actis ſynodi citra dubium oppoſitum colligatur. Synodus V. canone XI. ait: *Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Neſtorium, Origenem cum impiis eorum conſcriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati & anathematizati ſunt a ſancta catholica & apoſtolica Eccleſia & a prædictis ſanctis quatuor conciliis, & eos, qui ſimilia prædictis hæreticis ſapuerunt vel ſapiunt, & uſque ad mortem in ſua impietate permanſerunt vel permanent, talis anathema ſit.* Hic canon editus eſt collatione VIII. habita IV. Nonas Iunias, quæ cum poſtrema fuerit in cauſa trium capitulorum, colligitur antea iam Origenis cauſam cogoitam fuiſſe; alias Origenem damnaſſent, antequam illius errores examinaſſent, & ex conſequenti per ſummam iniuriam Adamantius fuiſſet indicta cauſa damnatus. Sed eſt aliud contra Marcam argumentum prorſus ineluctabile. Theodorus Cappadox magnus ille Origenis protector probaturus, poſſe Theodorum Mopſueſtenum licet olim mortuum iure damnari, ita ſynodum allocutus eſt collat. 5. *Et multos quidem etiam alios invenimus poſt mortem anathematizatos. Nec non etiam Origenem, & ſi ad tempora Theophili ſanctæ memoriæ vel ſuperius aliquis recurrerit, poſt mortem invenerit anathematizatum, quod nunc in ipſo fecit & veſtra Sanctitas & Vigilius Papa religioſiſſimus antiquioris Romæ.* En fatente Origeniſtarum principe a ſynodo V. & a Vigilio Papa Origenes damnatus fuit, & quidem aotequam terminata eſſet cognitio trium capitulorum. Hoc teſtimonium eſt adeo evidens, ut rem extra dubium ponat. Sexta ſynodus œcumenica ſub S. Agathone Papa actione 17. in definitione fidei laudatis quatuor ſynodis prioribus conteſtatur ſe recipere decreta *ſuper has & ultimæ harum quintæ ſanctæ ſynodi, quæ hic congregata eſt adverſus Theodorum Mopſueſtenum, Origenem, Didymum, & Evagrium, & ſcripta Theodoreti adverſus duodecim capitula laudabilis Cyrilli, & epiſtolam quæ dicitur Ibæ, ad Marin Perſam ſcriptam.* Et in edicto fidei act. 18. *Suſcipimus quoque & quæ in temporibus Iuſtiniani D. mem. in prædicta a Deo conſervanda noſtra feliciſſima civitate comploſa eſt ſynodus contra Dei impugnatores Origenem, Didymum, & Evagrium,*

A *& obſcena Theodori & Iudaica ſcripta* &c. His concinnit ſynodus VII. œcumenica quæ eſt Nicæna II. act. 7. *Præterea*, inquit, *Origenis, Evagrii, & Didymi fabuloſitates anathematizamus, quemadmodum ſynodus C. P. quinta numero docuit.* Igitur Origenem a ſynodo V. damnatum fuiſſe publica Eccleſiæ ſententia eſt.

Dabo etiam Scriptores nobiliſſimos, qui ante ſynodum VI. floruere. Cyrillus Scythopolitanus S. Sabæ diſcipulus, qui & Magiſtri & Eutymii vitas diligentiſſime ſcripſit, cap. 109. de Vita Sabæ apud Surium die 5. Decembris B ait: *Poſt hæc cum ſancta & œcumenica quinta ſynodus congregata fuiſſet Byzantii; Theodorus Mopſueſtiæ & Origenes, & una cum his impia de præexiſtentia & reſtitutione dogmata generali fuerunt ſubiecta anathemati.* Idem in vita Eutymii die 20. Ianuarii apud Bollandum cap. 28. hæc ſcribit: *Cum præcedente autem tempore poſtea congregata fuiſſet Conſtantinopoli quinta ſynodus, & Origenis & Neſtorii dogmata fuiſſent ab ea percuſſa anathemate, & qui novam Lauram tenuerant Origeniſtæ, illinc eſſent expulſi, & fideles et orthodoxi Patres rurſus in eam migraſſent, permit-* C *tente mihi admirabili Iohanne Silentiario, eo inquam, qui erat Epiſcopus, diſcedo e cœnobio, & ipſe quoque verſor in hac Laura.* Hæc ille, qui cum eo tempore vixerit, depreſſorum per ſynodum V. Origeniſtarum oculatus teſtis venit. Ex his patet Halloix hallucinatio, qui quæſt. 10. §. 382. hæc ſcripſit. *Evagrius primus e Græcis hanc attigit controverſiam, & quem alii Scriptores Græci cæcorum more ſecuti ſunt.* Immo prius eſt Cyrillus omnium Græcorum Scriptorum, quos modo habemus, qui cæcus ſane non fuit, ſed Origeniſtas ex ſynodi V. decretis e D nova Laura expulſos fuiſmet oculis vidit, atque in eadem ſynodo eoſdem damnatos eſſe perſpexit. Halloix qui iſthæc non legit, *cæcorum more* perperam de non viſis iudicavit. Sed præclaro etiam teſtimonio a Coſma Diacono in ſynodo ſeptima actione prima recitato iterum Halloix reiicitur. Et quidem longiuſculum, ſed plane totum hic inſerendum, ex eo enim cognoſcemus exitum Origeniſtarum, qui tot turbas ſub Nonno in nova Laura in Palæſtina dedere. *Coſmas venerabilis Diaconus & ſacri Patriarchatus Cubicularius ex vita S. P. N.*

Sabæ

Sabæ legit. Itaque cum sancta universalis quinta synodus Constantinopoli esset congregata, communi & generali anathemate reiecti sunt Origenes, ac Theodorus Episcopus Mopsuestias, & quæcumque ab Evagrio & Didymo dicta sunt de præexistentia, sive περὶ προυπάρξεως. Probarunt autem id quatuor Patriarchæ præsentes. Præterea Imperator noster Dei amatissimus acta synodi Hierosolymam misit, in qua civitate coacto Episcoporum conventu quotquot erant Palæstinorum Episcopi, manibus & pedibus & ore sententiam & statutum synodi confirmarunt, nisi quod Alexander Abyles contrarium sensit, quamobrem Episcopatu exutus Byzantium se recepit, & terræmotu obrutus est & sepultus. Novæ Lauræ vero monachi se a catholica communione separarunt. At vero Patriarcha Eutychius (Eustochius) *diversis modis eos aggressus per octo menses illos admonuit, & cum precibus suis non valuisset eis persuadere, quo Ecclesiæ catholicæ communicarent, imperialibus iussionibus usus per Anastasium Ducem a nova illos Laura proiecit, provinciamque totam ab eorum pestilentia liberavit.* Hæc puto esse excerpta ex Cyrillo in libro de Vita Sabæ, unde quæ apud Surium legitur, mutilata est. Bollandus integram se invenisse indicat in fioe prolegom. ad vitam Theodosii cœoobiarchæ die 11. Ianuarii. Audis Origenem damnatum, gesta item contra eomdem Hierosolymam traosmissa, & taodem Origenistas Neolaurenses expulsos, universamque Palæstinam Origeni maledixisse?

S. Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, qui paulo post synodum V. floruit, in epistola ad Sergium, quæ recitatur act. 11. synodi VI. hæc scribit: *Etiam quintum præter istos & post istos aliud concilium universaliter constitutum suscipio, quod in regia urbe etiam id celebratum est, Iustiniano tunc sceptra Romani imperii dispensante, & omnes eius præclaras definitiones, quod ad confirmationem quidem nominatissimi Calchedonensis concilii congregatum est. Perimit autem & in interitum proiicit principaliter Origenem insanum & omnes eius pomposas somnolentias & plena multæ impietatis commenta. Evagrii quoque cum eo & Didymi dogmata & omnia eorum pagana atque prodigiosa nec non & fabulosa deliramenta. Post quos & Mopsuestenum avellit Theodorum magisteum Dei rebellis Nestorii* &c. Hoc ipsum testatus est Maximus Patriarcha Aquileiensis in synodo Lateranensi coram S Martino Papa celebrata: *Contra Theodorum*, inquit secretario primo, *& Origenem in sancta quinta synodo accusator quidem nullus, sed tantummodo eorum conscripta ad accusationem ipsorum & reprehensionem suffecisse noscuntur.* Claudat horum dicta Evagrius, qui libro 4. capite 38. alias 37. hæc recitat de synodo quinta: *Relatum est igitur ad Iustinianum a synodo post exclamationes contra Origenem & eos qui pariformiter cum illo seducti erant, factas. Qua de re ista ad verbum inter cetera sunt relata.* Et recitatis quibusdam Patrum exclamationibus ait: *Istis adiunxerunt & capita eorum, quæ cum Origene sentientes docuerunt* &c. Quis autem oisi Halloix dixerit Evagrium ista finxisse? testatur se ad verbum illa ex actis synodi excerpsisse; & quidem Iustiniaoi literas contra Origeoem ad synodum datas recitat Cedrenus. Sane stultitiæ proximum est adhuc negare Origenem io quinta synodo esse damnatum; & tameo non pudet Halloix erroris illos arguere, qui dixere lata io synodo V. contra Adamantium anathemata, & obstinate hæc reponere: *In quinto concilio nihil prorsus de Origene tractatum est.*

Vidit Halloix anathematismum XI. quiotæ synodi, & cum nullus superesset defeosioni locus, ridiculam prorsus responsionem commentus est. *Intrusum*, inquit, *haud dubie est nomen Origenis in anathematismum undecimum collatione octava.* Quæst. 10. §. 23. *ab homine*, addit, *quopiam, ut supra indicavi, saltem imprudenti nomen eius anathematismo undecimo improbe adiectum est.* Hæc probat, quia Eutycheti non Origenes, sed Dioscorus ptoxime locandus fuerat; ita enim Patres utrumque simul fere ubique nominant. Rursus Gregorius Magnus lib. 2. epist. 36. indict. 10. unam tantum personam damnatam dicit in synodo V. nempe Theodorum Mopsuestenum; non igitur Origenes etiam proscriptus fuit, alias duo damnati fuissent: denique idem anathematismus legitur in edicto Iustiniani contra tria capitula, ubi Origenis nomen non apparet. Atque ex his putat Halloix insertum canoni undecimo Origenem. His positis facilem responsionem testimoniis sextæ & septimæ synodi procudit, nempe utriosque concilii Patres *secutos acta synodi V. corrupta.*

pag.

pag. 390. ubi in margine hæc leguntur: *Sexta synodus in errorem tracta est a quinta, & post se traxit septimam*. At cum in collatione V. Theodorus Origenistarum dux fatetur a synodo V. damnatum Origenem, fabulam purat dicens esse *adulterinum & suppositi tium locum, interiecta & intrusa verba* pag. 388. hæc Origenis advocatus.

Heu quo præcipitem egit hominem cæcus in Origenem amor? Si Origenis nomen ab invida manu intrusum fuit undecimo anathematismo, tuum erat codicem carinsum quempiam alicubi gentium literatarum vel etiam barbararum nominare, ubi canon ille Origenem inter proscriptorum capita non recenseret. Latina Ecclesia sacrorum conciliorum codices legitimos atque incorruptos in ecclesiasticis scriniis semper conservavit, atqui inter hæc sacra volumina erant gesta quintæ synodi. Hinc cum S. Martinus Papa, qui ante sextam synodum Lateranense concilium contra Monothelitas celebravit, dixisset: *Offerantur inprimis per eos, quorum interest, reverendissimæ sanctarum quinque universalium synodorum definitiones*: lectis definitionibus priorum quatuor conciliorum dictum est: *Definitio sanctæ quintæ synodi*, cuius quidem definitionis anathematismus XI. ita exhibitus est: *Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychen, Origenem cum impiis eorum conscriptis* &c. *talis anathema sit*. Vides in ecclesiæ Romanæ legitimis codicibus Origenem in anathemate XI. cum reliquis condemnatum? Sed gravius adversarium premo. Cum in synodo sexta deprehensi fuissent Monothelitæ codices synodi V. corrupisse, & id Legati Pontificis alta voce protestarentur, sancta synodus dixit illos convinci *antiquis & immutilatis eiusdem sancti quinti concilii libris*, qui ex archivio patriarchali producti publice eo in conventu lecti sunt; & ex *authenticis* codicibus hæreticorum fraude detecta synodus universa exclamavit: *Anathema simul, qui falsificaverunt acta sancti & universalis quinti concilii*. hæc actione 14. recitantur. Non igitur synodus sexta, ut fingis, secuta est *acta V. synodi corrupta*, sed *antiquos & immutilatos eiusdem sancti quinti concilii libros*. & hæc quidem plena Patrum synodo contestante. De

A hoc tamen iterum capite sequenti pluribus agemus.

Hinc factum est, ut damnato in quinta synodo Origene ante sextam synodum idem etiam tum in Latina tum in Græca ecclesia passim anathemati subiiceretur, quod, ut alia omittam, constat ex synodo Lateranensi S. Martino Papa Præside celebrata, & ex Ecthesi Heraclii Imperatoris in eadem synodo laudata. Concilii verba hic damus, Ecthesim vero paulo inferius adducemus. Quod vero opponit Halloix, Dioscori loco Origenem ab imprudenti homine in
B anathematismum undecimum synodi V. intrusum fuisse, ridicula divinatio est. Non fuit ibi Dioscorus nominatus, quia damnatus fuerat in Eutychete; eadem enim omnia, quæ Eutyches deliravit, Alexandrinus ille Pseudo-Antistes etiam asseruit, unde synodus Calcedonensis act. 3. in literis ad S. Leonem Papam de Dioscoro scribit: *Quod Eutychen pro impietate damnatum suæ tyranuidis decretis innoxium statuit, & dignitatem quæ a vestra illi ablata fuerat Sanctitate (quippe ut ab eo, qui hac gratia erat indignus), illi restituit*. Sed Dioscorus non modo Eu-
C tychetis, sed & hæreticorum omnium magistri Origenis discipulus fuit; unde Dioscorus in libello supplici Theodori diaconi apud synodum Calcedonensem act. 1. accusatur, uti *semper quæ Origenis sunt, sapiens*. Infer ergo canoni illi etiam, si tia lubet, Dioscorum, ita tamen ne loco pellas Origenem. At si scire cupis qualis inter hæreticos locus Origeni, qualis Dioscoro statuatur, lege canonem 18. sanctæ synodi Lateranensis non pleno sæculo post quintum concilium a S. Martino Pontifice celebratæ: *Si quis*, inquit, *secundum sanctos Patres consonanter nobis,*
D *pariterque fide non respuit & anathematizat anima & ore omnes, quos respuit & anathematizat nefandissimos hæreticos cum omnibus impiis eorum conscriptis usque ad unum apicem sancta Dei Ecclesia catholica & apostolica, hoc est sanctæ & universales quinque synodi, & consonanter omnes probabiles Ecclesiæ Patres, idest Sabellium, Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Eutychen, Dioscorum, Timotheum Ælurum* &c. *Origenem, Didymum, Evagrium, & compendiose omnes reliquos hæreticos, qui a catholica Ecclesia reprobati atque abiecti sunt* &c. *huiuscemodi condemna-*

mnatus sit. Vides Origenem cum Evagrio ac Didymo, qui actione 11. sextæ synodi ita nominantur *Didymus & Evagrius Origenianæ vanitatis primi secretarii fœdissimi*, hæreticorum agmen claudere? reponi inter *nefandissimos hæreticos*? damnari illius *impia conscripta*? Rursus in magna synodo Nicæna II. quæ est septima œcumenica, leges supparem Eutycheti Dioscorum datum, atque his proximum Origenem eiusque secretarios fœdissimos. Illa quidem act. 7. in definitione fidei ait se anathematizare *Arii insaniam, Macedonii rabiem, Apollinarii dementiam, Nestorii idololatriam in homine, Eutychis & Dioscori conspirantem vanitatem, & horum multorum capitum hydram, Origenis, Didymi, & Evagrii nugas fabulasque*. Ita Dioscorus eum magistro Eutychete eadem infamiæ nota insignitur, nigrumque theta etiam Origeni præfigitur. Ergone & Lateranensis synodus ante VI. & VII. concilium tracta est in errorem a corrupto V. synodi codice? nullusne Patrum Latinorum vel Græcorum germana ac legitima synodi V. acta nancisci potuit, ut Origenem tantæ infamiæ subduceret, ac collegas admoneret intrusi in anathematismum XI. Origenis? Nullusne e sexcentis & amplius Patribus pro Origene advocatus surrexit? Nullus erga Adamantium miseratione aliqua inflexus fuit? Quis porro ex his non intelligat, quo loco fuerit apud catholicam Ecclesiam Origenes? Eadem facilitate refutantur, quæ de intruso periodo collationi quintæ Halloix fingit; uti enim ista fine teste proferuntur contra signatas antiquitus tabulas, de quarum fide nullus huc usque dubitavit, ita veluti somnia in fumum abeunt.

Quod addit asseri a magno Gregorio, unam tantummodo personam damnatam fuisse in synodo V. Origeni non favet, nam Pontifex hæc scribit: *In synodo, in qua de tribus capitulis actum est* &c. *de quibusdam illic solummodo personis est actitatum, quarum una, cuius scripta evidenter a rectitudine catholicæ fidei deviabant, non iniuste damnata est*. Loquitur de controversia ibi agitata de Theodoro, Theodoreto Cyri, & Iba Edesseno, & recte pronunciat, primum quidem cum suis scriptis fuisse damnatum, Theodoreti vero & Ibæ scripta tantummodo, non personas. De Origene non loquitur, quia hic ante synodum de tribus capitulis damnatus fuerat, neque de illo schismatici, quos ibi alloquitur Gregorius, fuere aliquando solliciti. Verum si quæratur ab apostolica Sede, cum a Patribus synodi V. solus Theodorus damnatus fuerit, respondebit Nicolaus primus in epistola ad Michaelem Imperatorem: *Quinta præterea synodus etiam iam mortuos Origenem atque Theodorum per eorum damnanda scripta non recte sapuisse repertos anathemate perculit*. Sed & ante ducentos annos hæc ipsa dicta sunt in synodo Lateranensi a Maximo Patriarcha Aquileiensi, cuius dicta superius laudavimus. Neque Halloix postremum illud iuvat, nempe intrusum esse canoni undecimo Origenem, quod hic non legitur in edicto Iustiniani contra tria capitula. Rem uti erat summa eruditione instructus, Baronius vidit. Edictum illud Iustiniani compositum fuit opera Theodori Episcopi Cæsareæ Cappadocum; hoc enim testatur Vigilius Papa in epistola contra eumdem Theodorum: *Tuis*, inquit, *ex consuetudine incitamentis liber condemnationem capitulorum ipsorum continens in palatio te assistente & instruente coram quibusdam Græcis Episcopis est relectus*. At Theodorus ex Liberato cap. ultimo Breviarii erat *Origenis defensor acerrimus*. Cur ergo Cæsareensis suum Origenem inter damnata capita collocasset? Scito ergo Origenem Theodori fraude in Iustiniani anathematismo omissum a synodi V. Patribus sua, uti decebat hominem, loco inter hæreticos repositum.

Reclamat Halloix quæst. 10. §. 2. *Certe si ad aliquod unum generale concilium spectavit perquirere de Origene, maxime omnium spectavit ad Nicænum, utpote Origenis ætati vicinissimum*. At concilium, addit, *Nicænum, simul antiquissimum & sanctissimum nihil adversus Origenem protulit*. Veterem Origenistarum crambem reponit. *Quomodo*, aiebant, *damnabimus, quem synodus Nicæna non tetigit?* Reddam ex integro voces Hieronymi epistola 65. *Scilicet uno medicamine omnes simul morbos debere curari; et idcirco Spiritus Sancti netanda maiestas est, quia in illa synodo super substantia eius silentium fuit? De Ario tunc non de Origene quæstio fuit, de Filio non de Spiritu Sancto. Confessi sunt quod negabatur, tacuerunt de quo nemo quærebat. Quam-*

quam latenter Origenem fontem Arii percusserunt, damnantes enim eos, qui filium negant de Patris esse substantia, illum pariter Ariumque damnarunt. Alioquin hoc argumento neque Valentinus neque Marcion nec Cataphryges neque Manichæus damnari debent, quia Nicæna synodus eos non nominat, quos certe ante synodum fuisse non dubium est. hæc ille. At non solum in Ario Origenes per Nicænos Patres damnatus est, sed & Ephesi cum Nestorianis proscriptus fuit. Illi dicebant ex Photio cod 54. & Cassiano io libris contra eosdem editis, *hominem ex meritis habuisse unionem cum Verbo*. At hoc ipsum olim tradiderat Origenes lib. 2. Peri-archoo: verba dedimus lib. 1. Hist. Polag. cap. 1. Idem in Eutychete damnatus est, itemque cum Dioscoro in maxima Calchedonensi synodo; etenim teste S. Leone epistola 11. ad Iulianum Coensem erratum Eutychetis *de haustu venenatorum dogmatum* Origenis *apparebat effusum*, nempe quod anima Christi, ut dixit Origenes, prius fuisset in cœlis commorata, additque: *Unde quod in Origene merito damnatum est, qui animarum antequam corporibus insererentur, non solum vitas, sed & diversas fuisse asseruit actiones, necesse est, ut etiam in isto, nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur*. Io eadem etiam synodo, ut notavimus, Dioscorus accusatus est, tamquam *semper quæ Origenis sunt, sapiens*. Sed in synodo etiam Coostantinopolitana I. œcumenica Origenes in Macedonianis, qui Spiritum S. adorandum uti Deum negabant, damnatus fuit. Nam Origenes testibus sanctis Epiphanio & Hieronymo Spiritum S. creaturam esse asseruit. S. Augustinus lib. de Hæres. cap. 43. scribit nonnullos negare illum dixisse *Spiritum Sanctum creaturam*; additque: *sed qui eius plura legerunt, contradicunt*. legatur epistola Hieronymi ad Avitum. Igitur non in sola quinta synodo, sed & in quatuor prioribus Origenis doctrina damnata est cum Ario, Macedonio, Nestorio, & Eutychete, ut mirum non sit, si magnus ille maximi oepotis S. Cyrilli Alexandrini decessor Theophilus pronunciarit epistola 1. Paschali, fuisse Origenem *Hydram omnium hæreseon*. Hinc factum est, ut in synodis numquam cum Patribus Origenes nominatus fuerit, immo neque hæretici Nestorius, Eutyches, Monothelitæ, aliique ullum ab

A Origene suffragium petierint; sciebant enim illius testimonium infamia apud omnes laborare. Obiicit Halloix magnum Athanasium ostendisse in libro de Decretis Nicenæ synodi contra Eusebium, Origenem procul esse ab Arii insania. Sed oorare etiam debebat adversarius, quæ ibidem Athanasius præmiserat de Origene. *Nam quæ veluti quærens & ingenium exercens scripsit, hæc non tamquam ipsius ita sentientis sint, accipiat quisquam*. est enim doctum pharmacum Athanasii. Origenes more solito io utramque partem dispntavit, de quo nolim cum B quopiam contentionis funem ducere.

Unum his subiiciam, sanctissimos monachos & Antistites, qui Iustiniano imperante floruere, Origenis scripta semper damnasse. S. Sabas pro Origenistis compescendis legationem ad Iustinianum suscepit, de qua ne pluribus cap. 1. dictum est. S. Theodosius cuius memoria die 11. Ianuarii agitur, Origenem supra ceteros detestabatur. Scriptor vitæ eiusdem cap. 13. apud Bollandum ait: *Maxime autem ostendebat se aversari Origenem, qui existimavit suum in hoc ponendum studium, ut divinæ Apostolorum* C *prædicationi nugas contexeret gentilium, & luderet in rebus minime ludicris*. Honoris gratia ita ab ipso Halloix initio quæstinnis 10. pagina 343. appellatur S. Theodosius cœnobiarcha *vir fide & pietate & prodigiorum multitudine clarissimus*. Origenis hostem eumdem fuisse ignoravit. Tertius est S. Iohannes Silentiarius Episcopus, qui adversus Origenistas acerrime decertavit. Auctor vitæ eiusdem apud Surium die 13. Maii ita fatur cap. 23. *Mittens narrare eius de fide certamina, quæ suscepit adversus Origenis & Theodori Mopsuestiæ dogmata & eorum, qui ea de-* D *fendebant*. Hic a sede sua fugiens ioter monachos Palæstinos centenarius ultra anoum 554. vixit. Huic iungendus est S. Quiriacus, cuius festum celebratur 29. Septembris. Legimus apud Surium illius res gestas brevitate, ac diligentia pari descriptas de illo autem inibi hæc scribuntur: *Vehementissime decertavit adversus eos qui eadem sentiebant, quæ Origenes*. capite 10. sequenti vero undecimo Origenis errores recensentur. Halloix monachos illos Palæstioos, qui contra Origenem libellos Iustiniano Imperatori obtulerunt, carpit scribens Iusti-

ſtinianum *auditis quorumdam rudium monachorum contra Origeniſtas querimoniis editum de damnando Origene* ſcripſiſſe. Itane ſi ſuperis placet, veluti ex *rudium Monachorum* cœtu Sabas, Theodoſius, Quiriacus, Iohannes Silentiarius deſpicientur, quos & Imperatores & Patriarchæ ad uſque ſydera extulere; laudandi vero venient Nonnus, Leontius, ac ceteri Neo-Lauritæ Origeois ſtudioſiſſimi? Sanctus Eutychius Patriarcha Conſtantinopolitanus Origenem eiuſque primarios ſectatores Didymum & Evagrium damnavit, unde Victor Tunonenſis vocat Eutychium damnatorem *Evagrii eremitæ diaconi, & Didymi monachi & confeſſoris Alexandrini*. Hic autem Eutychius in exſilium a Iuſtiniano miſſus fuit falſis delationibus eorum, *qui execranda nugacis Origenis & Evagrii & Didymi dogmata defendebant* teſte Euſtathio cap. 25. de vita Eutychii. Ex his liquet, quam procul a vero ſit Baronii de Eutychio noſtro ſuſpicio, nempe cum conſtet acta ſynodi V. ab Origeniſtis ac præcipue Theodoro Cæſareæ mutilata fuiſſe, Eutychium quoque cum Theodoro eam in rem operam aſſociaſſe, unde ait ad annum 553. pag. 440. *Sed & in non levem ſuſpicionem Origeniſmi induci potuit Eutychius Conſtantinopolitanus Epiſcopus*: cum tamen S. Eutychius inter præcipuos Origeniſtarum perſecutores ab illius ætatis ſcriptoribus oumeretur.

CAPUT VII.

Synodus V. contra tria capitula celebratur. De anno ſynodi ſingularis opinio Chriſtiani Lupi V. C. confutatur. Vigilius Papa concilii acta ſcripto Conſtituto reprobat. Evagrius ac Didymus Origeniſtæ in eadem ſynodo damnantur, Halloix perperam negante.

CUm adverſarius ea, quæ de intruſo ab iovidis inter hæreticos Origene in anathematiſmum undecimum, ac de eiuſdem damnatione per dolum collationi quintæ inferta ne ſimpliciores quidem umquam credituros ſatis intelligeret, omnes enim ſacratioris antiquitatis rabulæ ipſius ſomnia procul expellunt, ingeoti prorſus audacia in ipſam ſacroſan- A ctam quiotam ſynodum impetum collegit, & quod veteres Origeniſtæ tentare extimuerunt, tot fulminibus deiectum Origenem rurſus erigere uixus, ea contra ſynodum dicteria protulit, quæ initio quidem libri recitata iterum hic repetere religioni duco. Sane non poſſum noo ridere, conſiderans novum hunc Origenis advocatum a veterum Origeniſtarum decretis rebellantem ſynodum V. quam Theodorus Origenis ſectator præcipuus convocandam curavit, mille maledictis laceſſere. Etenim illi *ad ultionem eorum, quæ contra Origenem geſta ſunt*, inquit Li- B beratus cap. 24. damnationem trium capitulorum in ſynodo V. conflarunt, unde recte ſummus Eccleſiæ hiſtoricus Baronius ad annum 553. pag. 440. obſervavit *quintæ ſynodi coryphæos Origenis errores ex parte ſectatos*. Et quod mirere, Theodorum Mopſueſtenum Halloix totis lacertis defendit, qui teſte laudato Carthaginenſi Diacono *cum multa opuſcula edidiſſet contra Origenem, exoſus & accuſabilis habebatur ab Origeniſtis*. Quæ quidem ſi Halloix obſervaſſet, profecto tam nobilem tam vehementem tam operoſam Theodoro Origenomacho advocationem C non commodaſſet.

Peracta in quinta ſynodo Origenis damnatione, in quam vel ipſe Theodorus Cappadox aulæ Protheus Iuſtioiani fui adulandi gratia conſenſit, Imperator iſtare cœpit Vigilio, ut & cauſam de tribus capitulis in ſynodo diſcuteret. At Vigilius cum Occidentales Epiſcopos timore Iuſtiniani adeſſe nolle intelligeret, ſe cum paucis Italis atque Illyricis rem ita definire poſſe negabat, ut nulla deinceps ab Occidentis Epiſcopis contradictio fieret. Ea tandem ſententia placuit, ut pari Latinorum ac Græcorum nume- D ro ſynodus componeretur, quod aote feſtum Paſchæ, quod hoc anno 553. contigit 20. Aprilis ſtatutum fuit. Audiatur ipſemet Vigilius in Conſtituto ad Iuſtinianum: *Poſtea vero hoc magis cum conſenſu fratrum noſtrorum noſtrarum partium Epiſcoporum nuper ante ſanctum Paſchæ diem pietas veſtra conſtituit, ut exæquato numero his Pontificibus, qui in Conſtantinopolitana urbe præſentes ſunt, de tribus capitulis, ex quibus quæſtio vertitur, ſecundum ſuperius deſignatum fratrum noſtrorum Epiſcoporum profeſſionem deberemus inire tractatum*. Ceterum Græci Patres his iotellectis tumultua-

tuari; venisse se ex longinquis provinciis A synodi œcumenicæ causa: huius auctoritatem ac nomen deprimi, si a paucissimis celebretur: plurimos sapientissimos excludendos, si pari cum Latinis numero coeundum sit: synodos frequentissimas a solis Græcis celebratas: in Calchedonensi sexcentorum & triginta Patrum conventu legatos tantum Leonis Papæ ex Latinis interfuisse: Nicænam omnibus venerabilem synodum ex Græcis tantum conflatam: notam esse Occidentalium in tribus capitulis defensandis obstinationem, cum quibus si exæquato numero Orientales disputationem ineant, B paribus hinc inde suffragiis re infecta concilium dimissum iri. Iustinianus his acceptis a priori sententia discedens diem synodo dixit IV. Nonas Maias, nempe Dominica secunda post Pascha.

Sed de anno synodi singularis opinio eximii viri Christiani Lupi professoris Lovaniensis novam nobis quæstionem ingerit. Veniam dabit eruditissimus meique amantissimus Scriptor, si veritati hoc loco illum postponendum duxero. Hic igitur c. 6. Commentariorum in synodum V. ait acta synodalia præferre in titulo annum Iustiniani XXVII. *At credendum*, inquit, *Victori Tunonensi dicenti* C *fuisse decimumtertium Christi Domini quingentesimum quartum, in quem omnino incidit vigesimus septimus Iustiniani*. idem repetit cap. 9. initio. Labitur vir doctissimus, nam acta synodalia recte præfixum habent annum post consulatum Basilii XII. nec contrarium docuit Victor, qui cum eo tempore acerrime pro tribus capitulis decertaret, haud in anno synodi statuendo errasse dicendus est. Anno epochæ Christianæ vulgaris 541. Basilius solus consul fuit, inde vero usque ad annum primum Iustini iunioris nulli am- D plius consules a Iustiniano designati fuere. Detur id ambitioni huius Imperatoris, qui ut solus in omnibus subscriptionibus signaretur, omisso antiquissimo creandorum consulum more, qui annos suis nominibus distinguebant, ab annis sui imperii tempora statui voluit. Igitur cum annum, quo consules novi non creabantur, a præteriti anni consulibus designari mos esset, annus 542. *Post consulatum Basilii* dictus fuit; annus vero 543. *Iterum Post consulatum Basilii* fuit nuncupatus, vel *Post consulatum Basilii II.* seu *Anno II.* Hoc patet ex legum imperialium, synodorum, ac lapidum subscriptionibus. Veronæ nostræ S. Valentis Episcopi sepulchro inscriptum epitaphium legitur: RECESSIT SVB. VIII. KAL. AVGVSTI POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS. Indictione IX. nempe anno 531. Eodem anno celebrata synodus Romana sub Bonifacio II. incipit: *Post consulatum Lampadii & Orestis VV. CC. sub die VII. Iduum Decembrium*. Annus vero sequens 532. apud Basilicam S. Petri ad vincula Romæ lapidi inscriptus fuit ET IT. P. C. LAMPADI ET ORESTIS. Inscriptionem integram dedimus lib. 2. Hist. Pelag. c. 23. Præterea synodi anno 536. tum Constantinopoli a Menna tum Hierosolymis a Petro celebratæ ita inchoantur: *Post consulatum Fl. Belisarii V. C.* Eumdem consularem characterem post consulatum Basilii servarunt Iustinianus in edictis ac rescriptis, Vigilius Papa in epistolis, synodus V. item & Mopsuestena, ut sæpius exposuimus. Ceterum nonnulli Chronologi ab usitato fastorum condendorum more communiter recepto recedentes, alio charactere fastos consulares digessere. Nam annum 542. ita signarunt: *Post consulatum Basilii V. C. Anno II.* Eodem modo etiam notarunt annum 531. *Post consulatum Lampadii & Orestis anno II.* item annum 536. *Post consulatum Belisarii V. C. Anno II.* Victor Tunonensis hoc pacto annos carentes consulibus signavit. A. 541. *Basilio V. C. Cos:* postea vero immediate annum 542. hac consulari nota inscribit: *Post consulatum Basilii Anno II.* Chronicon Alexandrinum annum post Belisarii consulatum ita exhibet: *Indictione XIV. Belisario II Consule: Indict. XV. Belisario III. Consule*. Qui modus fastos describendi minus proprius est; videtur enim innuere, Belisarium alterum & tertium consulatum gessisse, neque alio modo Tacitus & Dio iteratos Imperatorum consulatus designarunt. Chronologi omnium nobilissimi Panvinius ac Sigonius, quos veluti Principes in fastis digerendis veneramur, priorem modum tradidere. Marius Aventicensis in suo Chronico, quod habetur tomo 1. Historiarum Francorum collectarum ab Andrea Du-Chesne viro eruditissimo ita scribit: *Post consulatum Basilii anno I.* est annus 542.

Ex his colligitur, Patrem Lupum pecu-

culiarem Victoris Chronici modum non advertisse, in quo etiam lapsus est Sirmondus in chrooica Synopsi ad libros Facundi. Cum enim annus 542. dicatur a Victore *Post consulatum Basilii anno II.* eidem aoons 553. est post consulatum Basilii XIII. qui ceteris Chronologis est XII. Quod vero addit ille Scriptor de anno 27. Iustiniani, illum noo iuvat. Iustinianus anno 527. Kalendis Aprilis feria V. in Cœna Domini ex Procopio io arcaoa Historia iniit imperium; quare anno 553. IV. Nnnas Maias, quando incœpta est synodos de tribus capitulis, currebat annus 27. Iustiniani: si vero synodus anno 554. IV. Nonas Maii coacta fuisset, 28. annus Iustiniani scribendus fuisset a Kalendis Aprilis inchoatus. Sed & caractere indictionis primæ synodi tempus exprimitur; nam Maio mense anni 553. labebatur prima indictio usque ad Septembrem, anno vero 554. fuit indictio secunda. Est egregium testimonium Pelagii Papæ, qui tunc aderat diacoous Byzantii, in epistola ad Narsetem scribentis: *Si quid eos de iudicio universalis synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte movebat* &c. Quæ addidi, quod Lupus mendum designationi temporis habitæ synodi irrepsisse contendit. Hinc Cyrillus Scythopolitanus in vita Sabæ recte dicit expulsis post octo menses a quiota synodo peracta ex nova Laura Origenistis quietem datam monachis S. Sabæ, & universæ Provinciæ *anno vigesimo tertio* a morte Sabæ. Hic decessit anno 531. Indictione X. die 5. Decembris: adde 22. annos, habebis annum 553. si vero octo iosuper post syodum menses apponas, quibus elapsis nova Laura ab Origeoistis, vindicata fuit, eris ad aonum 554. qui est vigesimus tertius a morte Sabæ. Hæc fusius prosecutus sum, ut clarior fastorum notitia haberetur, non quod opinio Lupi tantam a nobis operam exposceret; nam duo scripta Vigilii hoc anno emissa litem dirimunt. Certum est Constitutum editum esse a Vigilio inter ipsamet gesta synodalia; at illud dicitur *Datum pridie Idus Maii imperante D. N. Iustiniano perpetuo Augusto anno 27. Post consulatum Basilii V. C. anno XII. in Constantinopolitana civitate*. Rursus literæ ad Eutychium, *& præiacentem* synodum, queis approbat concilium V. datæ sunt *VI. Idus Decembris*

A *imperii D. N. Iustiniani æterni Augusti anno vigesimo septimo post consul. Basilii V. C. Anno XII.* Ex quibus palam fit, hoc anno 553. synodum quiotam celebratam. Ex subscriptione vero Constituti colligitur tempore synodi Vigilium fuisse in *Constantinopolitana civitate*; unde idem Lupus iterum lapsus est cap.9. scribens, Pontificem post datas ad Eutychium literas mense Ianuario Calchedonem se recepisse, ibique tempore syoodi moratum.

Anno igitur 553. die 4. Maii Dominica II. post Pascha celebrata est pri- B ma collatio: adfuere tres Patriarchæ; eraot Patres CLXV. Lecta est saera Divalis Iustiniani, qua Imperator significabat nihil aotiquius sibi fuisse, quam hæresibus eliminatis quietem Ecclesiæ dare post excitatos ab Acephalis tumultus. Addit: *Fecimus prædicari eamdem sanctam synodum cum tribus aliis sanctis conciliis in Dei Ecclesia*. Ex quibus patet, quam falso Halloix dicat Iustinianum hæc pronunciasse: *Chalchedonense concilium in tribus peccasse, & in quarto minus sapuisse*. pag. 345. De Vigilio vero scri- C bit Augustus: *Et Vigilio etiam religiosissimo Papæ antiquioris Romæ, cum pervenisset ad hanc regiam civitatem, de tribus capitulis subtiliter omnia manifestavimus, & interrogavimus eum, quid sapit de hoc, & ipse non semel nec bis, sed etiam sæpius in scriptis & sine scriptis anathematizavit impia tria capitula*. Postea: *Ille vero nobis significavit, quod de prædictis capitulis per semetipsum faciens porriget nobis*. Testatur sequi se sanctos Patres, ex Latinis vero laudat Hilarium, Ambrosium, & Augustinum. At cum probe scirent D Græci Patres syoodum noo præsente Pontifice Romano nihili haberi apud Occidentales, nobilissima ad eumdem destioata legatione rogarunt, ut syoodo iotereffet. Missi sunt tres Patriarchæ, omnes Primates autocephali, nempe Theodorus Cæsareæ Primas Cappadociæ & totius Ponti, Andreas Ephesinus totius Asiæ, Megethius Heracleæ in Thracia: cum his erat etiam Benigous Heracleæ in Pelagonia Vicarius Eliæ Thessalonicensis aliique Antistites. Et hi quidem non citatoria mandata, sed preces Vigilio detulerunt: *Pervenientes*, inquiuot, *ad santissimum Papam senioris Romæ petivimus eius Beatitudinem, conve-*

nire

nire & disputare nobiscum de tribus capitulis. Ille vero repoſuit: *Se propter corporis infirmitatem non poſſe ad hanc petitionem reſpondere, in poſtero autem die pollicitus eſt manifeſtare, quid ei de tali conventu placuerit*. Atque ita prima dies ſynodi abiit.

Poſt biduum pridie Nonas Maias iidem Patriarchæ, Primates, atque Epiſcopi Vigilium convenere enixe poſtulantes, ut ad ſynodum accederet, quibus ille reſpondit: *Non poſſe una convenire, eo quod plurimi hic quidem ſunt Orientales Epiſcopi, pauci vero cum eo, facere autem per ſemet ipſum in ſcriptis ſuam ſententiam, & offerre piiſſimo Domino, ideo enim & inducias poſtulaſſe ab eius Serenitate, ut intra eas voluntatem ſuam manifeſtaret*. At Iuſtinianus viginti dierum inducias, quas Vigilius poſtulaverat, concedere recuſavit, ceteris Epiſcopis longioris apud regiam urbem moræ incommoda cauſantibus. Quare glorioſiſſimi Iudices mandarunt Epiſcopis, ut etiam Vigilio abſente ſynodum haberent, cuius collatio ſecunda peracta eſt VIII. Idus Maias. Patres Epiſcopos ad Vigilii Patriarchalem iuriſdictionem ſpectantes ad ſynodum invitarunt, qui conſtanter adeſſe ſine Vigilio pernegarunt. Sequenti die iterum ſimul Græci Antiſtites coeuntes quatuor ſynodorum fidem profeſſi ſunt earumque definitiones nec non doctrinam ſanctorum Patrum, quos ceu magiſtros Eccleſia veneratur: reprehenſa eſt etiam nimium in plerisque radicata opinio ſine Calchedonenſis ſynodi iniuria damnari non poſſe tria capitula. Triduo poſt nempe die 12. Maii, collatione quarta ſynodus cauſam ipſam diſcutere cœpit. Lectæ ſunt plures ſententiæ ex libris Theodori excerptæ itemque ſymbolum Iudaicum, quod Theodoro olim a Chariſio Philadelphienſis in Lydia eccleſiæ presbytero adſcriptum fuerat, & Marius Mercator fuſius circa annum 431. impugnaverat tamquam ab eodem Theodoro compoſitum, cuius opuſculum legitur inter MSS. in bibl. Palat. num. 234. Dictum in eas blaſphemias anathema a Patribus, additumque: *Anathema Theodoro Mopſueſteno: iſte Evangelia reprobavit: iſte diſpenſationem iniuravit: anathema illis, qui non anathematizant illum*. Tertio Idus Maias collatio V. habita eſt. Lecta ſunt plurima ſanctorum Patrum, legum imperialium, & eccleſiaſticarum in Theodorum Mopſueſtenum ſcripta, præcipue vero plures S. Cyrilli Epiſcopi literæ, in quibus Theodori doctrina valide confutatur. Recitata ſunt acta ſynodi Mopſueſtenæ ante triennium iuſſu Iuſtiniani celebratæ, in qua probatum fuerat, Theodorum e ſacris diptychis illius eccleſiæ eraſum fuiſſe, ſubſtituto in illius locum S. Cyrillo Alexandrino. Exinde ſynodus aggreſſa eſt ſecundum capitulum nempe Theodoreti Cyrenſis cauſam, qui in Epheſina ſynodo Neſtorio adhæſerat, & duodecim capitula S. Cyrilli adverſariis ſcriptis confutaverat. Lecta ſunt pleraque excerpta Theodoreti contra laudata capitula, itemque eiuſdem epiſtolæ, quibus & ſynodum ſacroſanctam Epheſinam & Theodoſium ipſum culpat, periclitari dicit fidem & omnem Eccleſiam, inique damnatum Neſtorium.

Intercetera autem lecta eſt epiſtola Theodoreti ad Iohannem Antiochenum de morte Cyrilli Alexandrini, quem per ſummam impudentiam variis contumeliis excipit. Fictam illam epiſtolam, ac ſynodo a nebulone quodam aſſutam ſcribit Baronius ad annum 553. num. 42. Lupus cap. 3. Comment. in ſynodum V. eamdem epiſtolam vocat *probroſam & infernalem, opus peſſimi ſcurræ proſtibuli, nebulonis*. Hinc culpari poſſe præſentem ſynodum idem aſſeruit. Neque enim, inquiunt, Theodoretus de morte S. Cyrilli ſcribere poterat ad Iohannem, qui quadriennio ante Cyrillum mortuus fuerat, ut in hoc ipſo opere monſtramus, & act. 14. ſynodi Calchedonenſis recitantur literæ Cyrilli ad Domnum Iohannis ſucceſſorem. Ego quidem doctiſſimorum ſcriptorum iudicia veneror, ſed neminem ex 165. Epiſcopis ſciviſſe Cyrillum Iohanni ſuperviviſſe, vix auſim affirmare. Puto errotem codici irrepſiſſe, ac loco Iohannis huius ſucceſſorem Domnum reponendum: nam poſt illam epiſtolam hæc recitantur in eadem ſynodo: *Et iterum poſt mortem beati Cyrilli idem Theodoritus in alloentione dicta Antiochiæ præſente Domno inſultans morti eius* &c. Patet ex actis ſynodi ſedente Domno mortuum fuiſſe Cyrillum, cuius morti, quæ recens contigerat, publice Antiochiæ declamans Cyrenſis inſultavit. Ergo error codicis eſt,

eft, ac pro Iohanne Domnus reponendus. Scribuntur hæc in illa epiftola de Cyrillo: *Maiora & peiora portentans defunctus eft: fomniavit enim, ficut dicunt, & regiam urbem perturbare, & tuam Sanctitatem accufare utpote ea colentem.* Et poftea: *Quidam vero & tuam reverentiam proficifci dicunt ad Comitatum* &c. Certe Cyrillus circa annum 444. quo mortuus eft, fuit Conftantinopoli; nam ex regia urbe una cum Proclo literas dedit ad Domnum Antiochenum pro Athanafio Parenorum Epifcopo, quæ habentur actione 14. fynodi Calchedonenfis, quas Domnum accepiffe anno 444. quo mortuus eft Cyrillus, aperte monftravimus fuperius ad annum 550. cap. 5. ubi de erafo e diptychis Theodoro differebamus. Quare vel inde etiam arbitror illam epiftolam fuiffe a Theodoreto ad Domnum miffam. Quantum vero Capitula Cyrilli etiam poft initam pacem Theodoretus averfaretur, patet ex eiufdem epiftola 112. ad Domnum, cum hic ad fynodum Ephefinam II. profecturus effet: *Infelix*, inquit, *anima mea fufpirat lugetque nihil expectans boni; neque enim infitum in duodecim capitibus venenum norunt, qui aliarum funt diœcefeon, fed eius, qui illa fcripfit, claritatem attendentes, nihil finiftrum fufpicantur.* Certe in epiftola, quam ad eumdem Domnum infcribendam diximus, Cyrillum non nominat, licet eumdem peffime calumnietur; illius enim noverat *claritatem*. Cum ergo etiam anno 449. amaro effet animo in mortuum ante quinquennium Cyrillum, cur & anno eodem 444. quo fanctus ille Alexandriæ Præful obiit, mitiori erga eumdem mente fuiffe Theodoretus nobis dicendus eft? Ego quidem retenti diutius contra Cyrillum livoris Theodoretum malo accufare, id eiufdem memoratis modo literis præfertim conteftantibus, quam doctiffimos fynodi V. Patres infcitiæ atque hallucinationis arguere. Et in hac quidem noftra fententia fuit etiam doctiffimus Marca in differtatione laudata tom. 12. Concil. edit. regiæ pag. 432.

Die 19. Maii collatione quarta tertium capitulum difcuffum eft, nempe Ibæ epiftola ad Marin Perfam, in qua accufat Cyrillum Apollinarifmi, obiicit corruptus per ipfum muneribus Ephefinos Patres, citra examen Neftorium præ-

A cipiti fententia damnatum pronunciat, & eximie ibidem commendatur Theodorus Mopfueftiæ. Dictum eft eumdem Ibam ex libris Theodori hæreticas fententias in linguam Syriacam traductas ad plures ecclefias deftinaffe, quas S. Proclus Conftantinopolitanus Antiftes damnaverat. Sæpe Ibam ob illa accufatum, & in Berytenfi fynodo ægre purgatum. Relecta funt pleraque acta Ephefinæ fynodi, fymbolum Nicænum ac Conftantinopolitanum, gefta fynodica Calchedone, Capitula S. Cyrilli, aliave, ex quibus Ibæ epiftola errorum arB guebatur. Quibus auditis acclamatum eft a Patribus: *Ibæ epiftola hæretica eft: epiftolam quæ dicitur Ibæ, omnes condemnamus: iftam omnes anathematizamus* &c. Die 26. Maii collatio VII. peracta eft. Ad tria capitula damnanda ex feffionibus præcedentibus omnia parata erant, Romani Pontificis auctoritas obeffe videbatur. Etenim Vigilius non modo fuam fynodo præfentiam denegarat, fed fcripto Conftituto ad Iuftinianum tempore ipfius fynodi eiufdem gefta omnia exauctoraverat. Porro in eo Conftituto Vigilius paucis exponit antea abs fe ea in C caufa gefta, conqueritur contra pactas conditiones non expectatis Occidentalibus, vel non pari Græcorum ac Latinorum Patrum numero fynodum conflatam. Aggreditur deinde difputationem de tribus capitulis. Recitat diffufius plurimas fententias, nempe LX. quæ Theodori effe dicebantur, eafque erroribus fere omnes fcatere docet. Negat tamen Theodorum, etiamfi illa peffima dogmata afferuiffe convinceretur, damnari poffe, quod in pace Ecclefiæ obiit. Nihil in caufa Theodoreti vel Ibæ innovandum, qui in magna Calchedonen-D fi fynodo abfoluti ac dignitate priftina decorati novum examen fubire iterum non debebant; immo nullam de Theodoreti eiufdem libris vel Ibæ epiftola cenfuram efformandam, de quibus Patres Calchedonenfes iudicare recufaverant. His autem verbis Conftitutum Vigilius conclufit: *Statuimus & decernimus nulli ad ordines & dignitates ecclefiafticas pertinenti licere quicquam contrarium his, quæ præfenti afferuimus vel ftatuimus Conftituto, de fæpe dictis tribus capitulis aut confcribere, vel proferre, aut componere, vel docere, aut aliquam poft præfentem definitionem*

nem movere ulterius quaestionem. Si qui vero de iisdem tribus capitulis contra haec, quae hic asseruimus vel statuimus, nomine cuiusque ad ordines & dignitates ecclesiasticas pertinentis factum, dictum, atque conscriptum est vel fuerit & a quolibet ubicumque repertum; hoc modis omnibus & auctoritate Sedis apostolicae, cui per gratiam Dei praesidemus, refutamus. Datum est Constitutum die 14. Maii, cum pridie celebrata fuisset sessio quinta. Sexdecim Episcopi Vigilianum illud Constitutum subscripserunt, & quidem illi fere omnes qui literas eiusdem contra Theodorum subsignarunt, tres dioecesis Illyricianae, ex Graecis vero Pastor Metropolita Iconii in Lycaonia, & Vincentius Metropolita Claudiopolitaous provinciae Pooticae Honoriadis.

Utrum vero hoc Constitutum quod Vigilius ad Iustinianum misit, acceptum ab isto fuerit ante fioem synodi, vel acceptum quidem sed occultatum Patribus, ne tribus capitulis damnandis impedimento esset, res satis dubia est. Illud certum est, collatione septima Vigilii contra tria capitula publicatam in Iudicato senteotiam expositam fuisse, recitatum anathema latum contra Romanos diaconos Rusticum & Sebastianum Iudicati impugnatores, lectas epistolas Vigilii ad Valentinianum & Aurelianum Episcopos, ex quibus omnibus patebat Vigilium non semel tria capitula condemnasse. Ceterum licet in Iudicato Vigilius tria capitula condemnarat, illo tamen recepto dubia causa remanserat usque ad futuram synodum, quae contra pacta coacta haud approbata censeri poterat. Profecto Vigilius postrema sententia, quicquid abs se antea ea in causa actitatum fuerat, abrogaverat. Octava denique collatio celebrata est IV. Nonas Iunias, & definitiva seotentia a synodo tria capitula damnata sunt, promulgato decreto, quod Christianus Lupus oon immerito vocat elegans eruditumque. In hoc sane decreto S. Augustini sententiam sequi se Patres contestati sunt: *Augustini,* inquiunt, *religiosae memoriae, qui inter Africanos Episcopos resplenduit, diversae epistolae recitatae sunt significantes, quod oportet haereticos & post mortem anathematizari.* Ea testimonia adduxerat io synodo Sextilianus Tuniensis in Africa Episcopus, ac Primosii seu Primasii novi Carthaginensis Antistitis Legatus, quae lecta grandi praeconio excepit Benignns Heracleae Pelagoniae in Macedonia Episcopus ac Vicarius Eliae Metropolitae Thessalonicensis, addens hanc esse perpetuam Ecclesiae traditionem.

Damnatis tribus capitulis rursus Origenis causa resumpta est; oam licet de Origene ante tria capitula statutum fuerat, sectatnres tamen Origenis negotium facessebant. Evagrius ac Didymns io defendendo Adamantio plurima absurda commenti erant, nec meliora docuerat Theodorus Cappadox. Aderant Byzantii plures Archimandritae contra Origenistas libellos ad synodum deferentes. Hos inter eminebant Cooo praefectus Laurae S. Sabae, ac Ruffus abbas monasterii S. Theodosii; erat uterque ex Palaestioa, & hi quidem Origenistas Didymum & Evagrium nec non Theodorum Caesareae accusabant. Halloix vocat hosce viros *rudes monachos*. De Conone haec scribit Cyrillus Scythopolitaous cap. 18. de vita Sabae: *Cononi post ipsum mandant monachi praefecturam: mandant vero Deo, ut arbitror, monachorum animos ad hoc moveute; fuit euim vir ille summe resplendeus & rectis dogmatibus & omni virtute & recte factis.* Evagrius libro 4. cap. 37. narrat monachos Origenistas expulsos ab Eustochio Patriarcha Hierosolymitaoo Byzantium profectos Theodnri patrnciοium implorasse, addit etiam a monachis rectioris dogmatis professoribus Cononem ac Ruffum contra Nen-Lauritas missos, ex quorum dissidiis exortae lites synodo V. occasionem dederunt. At nno assentior: nam Cyrillus, qui eiectis ab Eustochio e nova Laura Origenistis in eamdem Lauram ingressus est, scribit post octo menses a celebrata synodo V. Origenistas e nova Laura expulsos ab Eustochio per Anastasium Ducem. verba superius dedimus ex actione 1. synodi VII. lege Cyrillum cap. 28. de vita Eutymii apud Bollandum. Iustinianus per nuntios syoodum interrogavit, quid de Origenis sectatoribus statuendum duceret. Evagrius, qui gesta syoodalia perlegit, haec habet loco proxime indicato: *Qua de re ista ad verbum inter cetera sunt relata.* Animum supernae nobilitatis participem sortite Imperator Christianissi-

oiffime &c. *& aliquanto post:* Fugimus igitur, fugimus illam, quam ignoramus externam vocem, & tamquam furem, atque prædonem eiuſcemodi hominem anathematis laqueis arcte diſtrictum ac ſuffocatum extra ſacra Eccleſiæ mœnia abiecimus; *& post pauca:* Actorum vero noſtrorum ex eorum lectione vim cognoſceris. *Hiſce coniunxerunt capitula, quæcumque Origenis ſectatores professi ſunt.* &c. Ex quibus patet hallucinari eos, quos ioter eſt Halloix, pagina 383. qui potarunt, Evagrium aſſeruiſſe poſt cognitiooem trium capitulorum Origeoem fuiſſe in ſynodo V. damoatum. Nam Patres ibi propoouor Imperatori lectionem actorum, conteſtati ſe iam Origenem abieciſſe extra Eccleſiam, ubique ut de re iam præterita prælocuti. Cum vero nova quæſtio orta fuiſſet de Evagrio ac Didymo, ſcribit Epiphanienſis adionxiſſe de oovo Patres capitula erronea ſectatorum Origenis, quorum quintum erat Theodori Cappadocis: *Retulerunt*, inquir, *& multas alias Didymi, Evagrii, & Theodori blaſphemias, quas admodum diligenter deprebenſas collegeraut.* Cyrillus Scyrhopolitaous, qui abſque dobio geſta ſynodi V. ad Euſtochium ab Imperatore tranſmiſſa legit, apud actiooem primam ſynodi VII. ordinem geſtorum io hoc quinto concilio ceteris exactius ita deſcribit: *Itaque cum ſancta univerſalis quinta ſynodus Conſtantinopoli eſſet congregata, communi & generali anathemate reiecti ſunt Origenes, Theodorus Epiſcopus Mopſueſtenus, & quæcumque ab Evagrio & Didymo dicta ſunt de præexiſtentia* &c. Quare primum Origenes, dein Theodorus, poſtremo Origeoiſtæ io ſynodo damnati ſunt, quæ plane ooſtra ſententia eſt.

Antequam tamen ad alia traoſeamus, caſtiganda eſt Halloix, ut mitius loquar, hallucinatio atque temeriras, qui inſcitiæ duas ſacroſanctas œcumenicas ſynodos accuſare auſus eſt, contendens Evagriom & Didymnm oon fuiſſe a ſyoodo V. damnatos, uti aſſeruere ſynodi ſexta ac ſeptima. Verba illius in indice verbo *Didymus* ſunt: *Falſum eſt eum fuiſſe condemnatum in ſynodo V. generali, quod perperam ſuppoſuerunt ſynodi ſexta & ſeptima.* Et quæſt. 10. pag. 390. in margine: *Sextum concilium generale falſo dicit Evagrium & Didymum a quinto generali condemnatos.* Nempe qoia in octo collationibus ſyoodi V. nec ſemel illi nominantur. ioſulſe. In illis octo collationibus agitur tantum de tribus capitulis, poſt quæ de Evagrio ac Didymo quæſtio mota eſt. Evagrius produeit geſta ſynodalia, eaque ſe legiſſe teſtatur, in quibus poſt trium capitulorum cognitionem Evagrium ac Didymum damoatos fuiſſe proountiat. Cyrillus qui tunc vivebat, proxime adductus aſſeruit idem. Dabo alterum oculatum teſtem Victorem Tuoonenſem, qui circa fioem ſui chronici ait: *Trigeſimo nono imperii ſui anno Iuſtinianus Eutychium Conſtantinopolitanum Epiſcopum damnatorem trium capitulorum, & Evagrii eremitæ diaconi, & Didymi monachi & confeſſoris Alexandrini, quorum laudes ſupra illuſtrium virorum ex auctoritate protulimus, exſilio dirigit.* eſt plane aureum teſtimonium. Præmiſerat Victor ſe ſub cuſtodia Conſtantinopolim adductum ex Ægypto, ubi exſulabat, ac diſputaſſe cum Eutychio Patriarcha Cooſtantinopolitano, qui in ſynodo primus omnium anathema contra Evagrium ac Didymum publicarat, unde eumdem damnatorem triom capitulorum & Evagrii ac Didymi appellat. Ex his palam fit Africanos Patres non fuiſſe umquam ſollieitos de Origene, quem iam olim in Eccleſia peſſime audiviſſe ſcicbant, ſed de perſoois Evagrii & Didymi, quos ſicuti nec Theodorum damnari poſſe poſt mortem obſtinatiſſime inficiabantur; nam ſententias Origeniſtarum Africani ſemper exhorruerant: perſonas ergo damnari ægre ferebant. Ita ſemel Theodoro licet mortuo io pace Ecelcſiæ poſtea tamen damnato, baud difficile fuit alias etiam perſonas eadem omoino pœna mulctare. Heraclius Imperator qui anno 57. a peracta ſynodo V. imperium adeptus eſt; in ſua Ecthesi recitata eoram S. Martino Papa in ſynodo Lateranenſi conſultatione 3. poſt commendatas quinque ſynodos ait: *Et bæc in omnibus ſequentes & divina eorum ſuſcipientes dogmata, omnes quos exceperunt excipimus, & quos eiecerunt eiicimus & anathematizamus, præcipue Novatum, Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Origenem, Evagrium, Didymum, Theodorum Mopſueſtenum, Neſtorium, Eutycben, Dioſcorum, Severum, & impia conſcripta Theodoriti, quæ contra rectam fi-*

dem & Ephesinam primam synodum & duodecim capitula S. Cyrilli & quanta pro Theodoro & Nestorio conscripserunt, & nuncupatam Ibæ epistolam, & hortamur omnes Christianos sic sapere, & sic glorificare, nihil addentes his, nihil subtrahentes &c. Erat professio fidei seu edictum fidei, quod Romanæ Ecclesiæ probatum fuerat, & Theophilactus Primicerius Notariorum testatus est, eamdem Ecthesim servari *in apostolico scrinio*. Heraclius vero longe ante sextam synodum ad imperium evasit. Synodus Lateranensis in decreto fidei hæc habet: *Si quis secundum sanctos Patres consonanter nobis pariterque fide non respuit & anathematizat anima & ore omnes, quos respuit & anathematizat nefandissimos hæreticos cum omnibus impiis eorum conscriptis usque ad unum apicem sancta Dei Ecclesia catholica & apostolica, hoc est sanctæ & universales quinque synodi, & consonanter omnes probabiles Ecclesiæ Patres, id est Sabellium, Arium, Eunomium* &c. *Origenem, Didymum, Evagrium, & compendiose omnes reliquos hæreticos, qui a catholica Ecclesia reprobati atque abiecti sunt* &c. *huiusmodi condemnatus sit.* Evagrius igitur ac collega Didymus damnati sunt a catholica Ecclesia S. Martino cum synodo universa contestante, immo & condemnante eos, qui Evagrium ac Didymum non anathematizant. Sanctus Sophronius, cuius annua dies colitur V. Idus Martii, in epistola synodica hæc recitat de synodo V. *Perimit autem & in interitum proiicit principaliter quidem Origenem inanum, & omnes eius pomposas somnolentias, & plena multæ impietatis commenta. Evagrii quoque cum eo & Didymi dogmata, & omnia eorum pagana atque prodigiosa nec non & fabulosa deliramenta*. Postea vero addit: *Et ut nihil desit ad vestram satisfactionem ipsas quoque personas exprimo, quas anathematizo & condemnatas efficio non lingua tantum & ore, sed corde & spiritu, utpote quæ sanctæ catholicæ nostræ fidei in omnibus insidiantes ostensæ sunt. Anathema itaque in perpetuum & catathema a sancta & consubstantiali adoranda Trinitate Patris & Filii & Spiritus S. primum quidem Simon magus* &c. recitatur catalogus hæreticorum, quos inter nominantur a S. Sophronio *Origenes qui & Adamantius, Didymus, & Evagrius Origenianæ vanitatis primi secretarii fœdissimi*. Hæc synodica epistola recepta est a synodo VI. œcumenica act. 11. Iam vides ante sextam synodum apud Ecclesiam catholicam inter hæreticos recensitos Evagrium ac Didymum. Sophronius enim ex sensu Ecclesiæ locutus est, floruitque & ipse sub Heraclio Imperatore, qui anno ante sextam synodum septuagesimo Imperator ab exercitu salutatus fuit.

Recte ergo sexta synodus, ac dein septima pronunciarunt, Evagrium ac Didymum a quinta synodo anathemate perculsos fuisse; neque citra indignationem audiri possunt, quæ pag. 390. scribit Halloix *Sextam ac septimam synodum incidisse in acta corrupta synodi V.* quibus intrusum fuerat nomen Origenis una cum Evagrio ac Didymo. Etenim cum acta synodi V. falsata fuissent a Monothelitis, in synodo VI. tota actione 14. falsariorum doli discussi sunt. Undenam vero convinci illi poterant, nisi inventis ac productis a synodo VI. actis germanis ac legitimis nullaque ex parte corruptis eiusdem concilii quinti? Atque hoc pacto res evenit. Georgius diaconus Constantinopolitanus & Cartophylax cum videret duos codices aliumque insuper continentes gesta V. synodi falsitatis accusari: *Subtilius*, inquit, *in bibliotheca venerabilis Patriarchii scrutatus, inveni & alium chartaceum librum eiusdem sancti concilii, quem & defero*. At hoc volumen authenticum ac legitimum ex collatione cum aliis antiquioribus probatum fuit, simulque codicum hæreticorum fraus detecta, *eo quod*, inquit synodus actione laudata, *neque in nunc prolatis antiquis & immutilatis libris eiusdem sancti quinti concilii neque in chartaceo libro qui recens inventus est apud bibliothecam venerabilis Patriarchii*, quæ ab hæreticis citabantur, inventa sunt.

Hinc facta diligenti inquisitione etiam falsatores illorum codicum deprehensi ac nominati fuot coram Patribus; quæ actione illa 14. sic narrantur: *Chartaceum quidem volumen quod falsatum est, decernimus cassari in locis, in quibus adiectiones factæ sunt. Verum libros etiam eos obelis obduci in locis, in quibus depravati sunt, & cassari eos. Illos autem, qui falsaverunt, anathemati submitti*. Et tamen Halloix audet coram orbe christiano clamare Patres concilii VI. *secutos acta synodi V. corrupta*, cum synodus VI. falsatos codi-

codices cognoverit, ficta testimonia ac sententias expunxerit, atque depravata loca obelis obduxerit, quod est eosdem Patres abhorruisse acta synodi V. corrupta, eaque prudentissime correxisse, ne in posterum quempiam in errorem inducerent. Sed non hic sistunt Halloix falsitates, scribit enim eadem pag. 390. libro 4. q. 10. Patres synodi VI. omnia sub Iustiniano gesta comprehendisse nomine V. concilii, nempe synodum contra Anthimum & Acephalos sub Menna, rursus edictum Iustiniani contra Origenem, denique gesta sub Eutychio contra tria capitula; & cum sexta synodus ex corruptis actis V. concilii produxisset sermonem Mennæ, admonitam a Legatis pontificiis non spectare ad V. synodum, quæ sub Eutychio inchoata est anno XXVI. Iustiniani. omnia perperam. Gesta synodalia præscriptum habebant tempus, quo peracta erant. Ita etiam nunc acta synodi contra Acephalos incipiunt: *Post consulatum Belisarii viri clarissimi indictione XIV.* qui est annus 536. ibi nominantur etiam Episcopi, qui synodo illi adfuere. At gesta V. synodi longe plures Episcopos exhibent, annus etiam 553. indicatur: qui igitur fieri potuit, ut gesta sub Menna cum actis V. synodi Patres VI. & VII. concilii supina nimium hallucinatione confuderint? Præterea cum Constantinus Imperator iussisset rei totius veritatem *a sanctis universalibus synodis* petendam, ex bibliotheca Patriarchali Georgius Chartophylax codices sanctarum universalium synodorum statim produxit act. 1. qui cum actione tertia recitasset quintæ synodi acta corrupta & falsata, a Legatis apostolicæ Sedis erroris illi codices accusati sunt, quare in ea synodo sexta recitata est tantum synodus V. œcumenica ex præcepto Principis, neque quicquam aliud sub Iustiniano gestum relectum fuit. Hinc falso etiam addit: *Cum sexta synodus ex illis actis V. synodi corruptis produxisset sermonem Mennæ* &c. Nam illum codicem ex bibliotheca Patriarchali produxit Georgius Chartophylax, qui unus utrum sexta synodus dici possit, adversarium ipsum appello. Certe Imperator, gloriosissimi Iudices, ac plerique Episcopi codicem inspicientes falsitatem appositam cognovere, ac de libro iudicium habitum postea fuit act. 14. Colligitur tamen quintam synodum in libros digestam fuisse, nam ibidem liber primus itemque secundus nominantur, & septima actio in secundo contentam fuisse ibidem dicitur; acta vero, quæ modo habemus, in octo tantum collationes digesta sunt, unde integrum ad nos concilium illud non pervenit. Sextum tamen concilium legitima illius gesta adulterinis explosis approbavit, cuius etiam testimonio, immo & voluminibus integræ fidei septima synodus inhæsit, unde ab utraque ex synodi V. gestis cum Origene proscripti fuere Evagrius ac Didymus, ut inani prorsus commiseratione fulguritos homines Halloix erigere pertentarit dicens verbo, *Origenes*, in indice: *Origenes, Evagrius, & Didymus iniquissime anathematizantur in septima synodo generali nitente mendacio, quod anathematizati fuerint in quinta generali, cum ibi nihil de illis tractatum sit.* Etenim ex synodi tabulis, ex testium oculatorum assertione, ex totius Ecclesiæ communi sensu oppositum ostendimus, ut si adversarius isthæc legere posset, priorem opinionem veluti stultissimam certe deponeret: stultum enim est synodos, Pontifices Romanos, Imperatores, Ecclesiam universam erroris arguere, ac de synodi V. actis id temporis viventes & proxime superstites Scriptores communi consensu miserrime falsa commentos fuisse; vera autem docere nuperum Origenis advocatum post undecim sæcula nova scripturientem, & quidem omnium veterum monumentorum cognitione destitutum vel eadem dissimulantem, quo supra deiectas synodos suus Origenes attolatur.

CAPUT VIII.

Vigilius synodum V. approbat. Eiusdem exsilium improbatur. De anno obitus Vigilii Tunonensis, Sirmondi, aliorumque opiniones reiectæ. Halloix ubique falsitatis convictus.

Ad arcem veluti causæ ventum est, num Vigilius qui edito Constituto synodi V. acta infirmavit, eadem postea re diligentius considerata approbarit. Etenim ubi semel evicerimus, Vigilium ad synodi sententiam accessisse,

ſtatim Halloix temeritas apparebit, qui concilium œcumenicum a Romano Pontifice confirmatum peſſime tractarit dicens §. 12. pagina 355. *Illam ſynodum magis ab Eccleſia toleratam eſſe ac permiſſam, quam grato & volenti animo admiſſam ac receptam*. Et §. 12. *Quomodo enim Iuſtiniani conciliabulum inſtigante Diabolo concitatum & confectum poteſt ulla veneratione eſſe dignum?* §. 7. pagina 356. *nullum extare*, ait, *ſcriptum, quo oſtendatur Vigilius aut præſens verbo aut abſens ſcripto conſenſum poſtea dediſſe concilio*. Vigilium nec ſtatim approbaſſe concilium, & ob id in exſilium pulſum omnes Scriptores Latini Anaſtaſium ſecuri memoriæ prodiderunt, addentes eumdem Romanæ ſedis repetendæ deſiderio ad ſubſcriptionem tandem inflexum. At modo certum eſt Vigilium eodem anno ſynodum confirmaſſe, immo exiſtimo neque eumdem in exſilium deportatum. Evagrius illius ſæculi ſcriptor, qui acta ſynodi legit, libro 4. cap. 37. ſcribit: *Vigilius per literas conſenſit concilio, non tamen intereſſe voluit*. Hæ literæ tandem inventæ ſunt, quas vir eruditiſſimus Petrus de Marca nobili diſſertatione de Synodo V. præmiſſa publicavit. Ita illæ inſcribuntur: *Epiſtola Vigilii Archiepiſcopi Romæ ad Eutychium Archiepiſcopum Conſtantinopoleos & ad omnem præiacentem ſanctam ſynodum*. Legitur hæc epiſtola Vigilii tom. 12. edit. regiæ Conciliorum. In hac ſane epiſtola Vigilius ſui Conſtituti ſententiam retractat, & cum S. Auguſtini exemplum ſecutum ſe dicat, illius voces hic nobis reddendæ ſunt: *Si in omni*, inquit, *negotio ſapientiæ ratio poſtulat, ut id de quo quæritur, retractetur; neque pudori eſſe debet, cum ea quæ ab initio omiſſa, ſtudio deinde veritatis inveniuntur, in publicum educuntur; quanto magis eccleſiaſticis diſceptationibus convenit eamdem rationem in illis quoque obſervari; præcipue cum manifeſtum ſit, Patres noſtros & maxime beatiſſimum Auguſtinum, qui in divinis Scripturis claruit, Romanæ eloquentiæ magiſtrum propria ſcripta retractaſſe, dictaque ſua correxiſſe, atque illa quæ omiſerat, ac deinde invenerat, addidiſſe. Nos quoque ſimiliter illis exemplis incitati in controverſia trium capitulorum ſupra memoratorum numquam deſtitimus, quin inveſtigaremus, quid de prædictis tribus capitulis in Patrum noſtrorum literis verius inveniri poſſet*. Dein recitatis pluribus erroribus librorum Theodori, necnon ſcriptorum Theodoreti contra S. Cyrillum, itemque epiſtolæ Ibæ Edeſſeni, ita definit: *Prædicta itaque tria impia capitula anathematizamus & condemnamus, ſcilicet impium Theodorum Mopſueſtiæ una cum impiis eius ſcriptis, & quæcumque impie Theodoretus ſcripſit, atque etiam epiſtolam quæ dicitur ab Iba ſcripta fuiſſe, qua ſuperius dictæ profanæ blaſphemiæ comprehenduntur*. Poſtea vero antiquat Conſtitutum, & alia quæ pro tribus capitulis antea ſcripſerat: *Quæ vero*, inquiens, *aut a me aut ab aliis ad defenſionem trium prædictorum capitulorum facta ſunt, præſentis huius ſcripti noſtri definitione evacuamus*. Subſcribitur vero epiſtola: *Data ante VI. Idus Decembres imperii domini noſtri Iuſtiniani æterni Auguſti anno XXVII. poſt conſulatum Baſilii V.C. Anno XII.* Itaque Vigilius ante finem anni ſynodum confirmavit. Lupus Lovanienſis academiæ Doctor, quem bibliothecam deambulantem appellare ſoleo, in Notis ad V. ſynodum cap. 6. putat mendum ſubſcriptioni irrepſiſſe, reponendumque annum poſt Baſilii conſulatum XVII. Id probat ex Victore Tunonenſi, qui ait eo anno Vigilio tandem ab Imperatore Romam redeundi facultatem conceſſam, eumque in itinere mortuum. In eadem opinione fuit Sirmondus in Synopſi chronologica ad libros Facundi, & Halloix pag. 349. §. 7. *ideſt*, inquiunt, *anno Chriſti* 558. Quare his auctoribus Vigilii exſilium pleno quinquennio duravit.

Hæc tamen opinio prorſus falſa eſt. Habemus ſanctionem Iuſtiniani Imperatoris poſt eiuſdem Novellas recitatam, quæ ita incipit: *Pro petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romæ Epiſcopi quædam diſponenda cenſuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per Occidentales partes habitare noſcuntur* &c. ſubſcripta eſt ſanctio *Idibus Auguſti anno Iuſtiniani XXVIII. Poſt conſul. Baſilii V.C. anno XIII.* Ergo anno 554. menſe Auguſto Iuſtinianus amico erat erga Vigilium animo, in cuius gratiam plurima Romanis poſt Gothos Italia exactos libentiſſime conceſſit. Profecto in ea ſanctione cap. 19. ait: *Iubemus in illis menſuris vel ponderibus ſpecies vel pecunias dari vel ſuſcipi, quæ beatiſſimo Papæ vel ampliſſimo Senatui noſtra pietas in præſenti tradidit*. Itaque

tum

tum temporis Vigilius præſens aderat Conſtantinopoli propediem venturus in Italiam deferens ſecum menſuras; ad quarum normam Itali Gothorum eo uſque ponderibus uſi ſe conformarent. Quis enim dixerit menſuras illas fuiſſe tunc a Iuſtiniano miſſas ad Vigilium procul exſulantem in Proconneſo, eumque in exſilii miſeriis beatiſſimum nuncupatum? Præterea habemus non unam ſed plures epiſtolas Pelagii Vigilii ſucceſſoris ad Childebertum Regem Francorum, ad Sapaudum Arelatenſem, ad Epiſcopos Tuſciæ, quæ datæ ſunt *Poſt conſulatum Baſilii XV.* anno 555. Longum igitur illud Vigilii exſilium fictum eſt, nam ante annum 556. fatis conceſſerat. Tononenſis Chronicon, quod ad annorum deſignationem pertinet, plenum mendis eſt, non Victoris, ut arbitror, ſed corruptoris cuiuſpiam ignorantia.

Sed nec paucos illos menſes, qui ab abſoluta ſynodo de tribus capitulis ad laudatam Vigilii ſubſcriptionem ſex intercesſere, Vigilium exſulaſſe tum ex Græcis tum ex Latinis, qui id temporis ſuperſtites erant, Scriptoribus evidenter evincam, ut monſtro ſimile videatur, quod Anaſtaſio exſilium illud affirmanti tantam ceteri fidem habuerint. Euſtathius presbyter Conſtantinopolitanus, qui tunc Eutychii Patriarchæ familiaritate gaudebat, cap. 23. de vita Eutychii, cum præmiſiſſet quatuor Patriarchas Vigilium Romanum, Eutychium C-P. Domninum Antiochenum, & Apollinarem Alexandrinum tempore ſynodi in regia urbe fuiſſe, addit: *Cum igitur ex quatuor Paſtorum concordia rectoque ſenſu factum eſſet veluti unum ovile atque unus Paſtor, & omnis disciplinæ moderatio per Sacerdotes & Sacerdotum Præſules conquieviſſet, diſceſſerunt ad ſuas ſinguli civitates & populos magno cum gaudio.* Quæ vero fuiſſet hominis Conſtantinopoli ſcribentis temeritas tale tantumque de Vigilio mendacium fingere, cuius a tribus Patriarchis diſſenſio ex ſecuto illius exſilio vel viliſſimis regiæ urbis feminis nota fuiſſet? Cyrillus Scythopolitanus in libro de vita S. Sabæ apud ſeptimam ſynodum act. 1. ſcribit: *Itaque cum ſancta univerſalis quinta ſynodus Conſtantinopoli eſſet congregata, communi & generali anathemate reiecti ſunt Origenes, Theodorus Epiſcopus Mopſueſtias, & quæcumque ab*

A *Evagrio & Didymo dicta ſunt de præexiſtentia περὶ προυπάρξεως. Probarunt autem id quatuor Patriarchæ præſentes.* Non ergo Vigilius in exſilium ob non ſubſcriptam ſynodum detruſus fuit. Ille vero ſcriptor ait geſta ſynodi miſſa eſſe ab Imperatore Hieroſolymam, ut exſilii Vigiliani nulla eidem ignorantia obiici poſſit.

Porro hoc ipſum ex Latinis Scriptoribus ſuadetur. Liberatus diaconus Carthaginenſis ſub Reparato Romana legatione functus ac vir inſignis cap. 22. in fine hæc ſcribit: *Ab ipſa hæreſi afflictus Vigilius nec coronatur, qualem vitæ termi-*
B *num habuerit, notum eſt omnibus.* Ita homo Africanus ac trium capitulorum defenſor hæreſim vocat Iuſtiniani factionem, quæ Vigilium memoratis nobis iniuriis affecit: dum vero negat Vigilium coronatum, perſeverantiam eidem defuiſſe notat, quem profecto, ſi in Conſtituti ſententia uſque ad exſilium perſtitiſſet, non uno encomio celebraſſet. Sed hoc ipſum ex Victore Tunonenſi oſtenditur, cui (quod rerum geſtarum veritatem ſpectat) totam fidem præſto,
C qui cum anno poſt conſulatum Baſilii XIII. coactam ſynodum V. dixiſſet, atque adfuiſſe tunc Conſtantinopoli primarum Sedium Antiſtites, Vigilium, Eutychium, Apollinarem, ac Domninum, ſtatim ſubdit: *Ibi tria ſæpe ſata capitula cum defendentibus ea damnationi ſubiiciunt, ſibique ipſis pœnitentiæ regreſſum pœnaliter intercludunt tali ſe perpetuo anathemate obſtringentes &c. Quorum decretis Ruſticus Romanæ eccleſiæ diaconus, & Felix Guilleuſis monaſterii provinciæ Africanæ Hegumenus contradicentes ſcripto Thebaida in exſilium cum ſociis tranſmittuntur.* Hæc alter ob-
D ſtinatiſſimus capitulorum ex Africa defenſor. Ex quibus mihi ſolide probatur Vigilium ſynodum ſubſcripſiſſe, neque deportatum in Proconneſum; cur enim Victor unius diaconi & alterius monachi exſilium nominaſſet, & non potius ipſum ſummum Pontificem Vigilium in exſilium miſſum ſcripſiſſet, quod ad propriæ cauſæ decorem & Iuſtiniani crudelitatem altius exaggerandam plurimum conducebat? Sed eſt aliud firmiſſimum argumentum. Epiſcopi, qui tria capitula non damnabant, ab Epiſcopatu removebantur in eorum locum iis ſubrogatis, qui tria capitula anathemati ſubiiciebant. Hoc ſane ſevere execu-

tus est Iustinianus. Ita Zoilo Alexandrino eiecto suffecit Apollinarem, expulso in exsilium Reparato Carthaginensi elegit Primosum totius Africæ Primatem. alios lege apud Chronicon Tunonensis Episcopi. Hinc Liberatus in fine sui Breviarii ait: *Consentientes Episcopi in trium damnationem capitulorum muneribus ditabantur, vel non consentientes depositi in exsilium missi sunt*. Hanc sane pœnam contra trium capitulorum defensores synodus V. statuerat collat. VIII. *Si quidem est Episcopus* &c. *denudabitur ab Episcopatu*. Neque Vigilium diutius synodo refragantem deponere Iustiniano in religionem venisset, qui Zoilum Alexandrinum, Macarium Hierosolymitanum, Eutychium Constantinopolitanum aliis substitutis sedibus eiecit. Certe eo regnante Silverius expulsus fuit apostolicam Sedem Vigilio usurpante.

Lego in Actuario Marcellini Comitis: *Indictione II. P.C. Basil. V.C. XIII. Vigilius Papa tandem ab Imperatoribus Romanis & a Narse de exsilio relaxatus cum Romam redire cœpisset, in Sicilia morbo calculi actus decessit*. Verum imperita manu id infartum est. Qui enim tunc Romani Imperatores? unus certe sine Augusta Iustinianus rerum potiebatur. Exsilium forte nuncupavit longiores a Romana sede moras Constantinopoli peractas. Sed neque Vigilius ob preces Narsetis, sed ob consensum per literas synodo datum Romam redeundi potestatem impetravit; & licet exeunte anno 553. synodum subscripserit, usque ad Augustum anni 554. Byzantii moratum fuisse deduximus ex laudata sanctione Iustiniani ad Narsetem & Antiochum. Neque reponi potest Iustinianum in exsilium quidem Vigilium misisse, non ausum tamen neque ipsum neque synodum successorem eligere, uti in Patriarcha Alexandrino fecerant, sedis Romanæ primam dignitatem reveritos. Nam Vigilio pro tribus capitulis acerrime Constantinopoli litigante, *missi sunt*, inquit Clerus Mediolanensis in libello supplici, *etiam aliqui in provincias Italiæ, ut si possent mentiendo aliqua de nomine ipsorum Papæ & Datii in illis partibus eos in odium trahant, & alios in locum eorum suadeant ordinari, qui novitatibus studeant. Et Notarium quemdam sollicitarunt, qui manum Vigilii imitatus chartas sparsit, quas Stepha-* A *nus in Italiam detulit cum Legatis Gothorum, ut tumultum contra Papam concitarent*. Huius Stephani a Totila ad Iustinianum missi meminit Procopius lib. 3. Belli Gothici pagina 398. edit. Grotii. Petrus de Marca in dissertatione de Synodo V. laudat verba ex M. S. Arabico Historiæ Ecclesiasticæ Ibn Patrie, qui sæpius adducitur a Georgio Elmacin in Historia Saracenica, ea autem sunt: *Romanus Patriarcha præsens synodum nec adivit, nec legatum misit, sed consensum præbuit, dictaque Patrum suscepit*. Idem de Vigilio testatur Photius in libro de se- B ptem synodis. Quæ quidem adduxi, non ut confirmatam a Vigilio synodum ostenderem, id enim ipsiusmet literæ nuper inventæ satis superque declarant, sed ut pareat, nullam apud antiquos Scriptores Vigiliani exsilii mentionem haberi. Anastasius non solum Vigilium in exsilium deportatum tradit, verum etiam clerum Romanum Vigilio assistentem hæc scribens: *Clerus autem Romanus qui cum eo erat, missus est in exsilium ad diversa metalla incidenda*. Quibus non assentior; nam licet clericos Romanos in exsilium Iustinianus miserit, quod de C Pelagio ac Rustico Romanis diaconis Victor affirmat in Chronico, eos tamen non ad metalla damnavit, sed procul in monasteria exsules deportavit, ut de pluribus idem testatur.

Ceterum Halloix Vigilium a Iustiniano Romam dimissum scribit, non quod ille ad synodi sententiam accessit, sed quia Narses Totila Gothorum Rege occiso victor Romam ingressus, ac Populi Vigilium reposcentis precibus motus id enixe ab Imperatore postulavit: *Iustinianus autem*, inquit §. 6. pagina 347. *tantæ ac tam recentis victoriæ dulci fortuna* D *ebrius, & quid Narseti Italiæ restitutori excusso Gothorum iugo rependeret nescius* Vigilio redeundi facultatem permisit. At §. 18. pagina 361. dicit: *Sustinuit autem Vigilius fortiter exsilium annos aliquot, donec ea, quam supra exposui*, Narsetis Victoriæ *occasione atque causa revocatus est*. Exsulasse vero illum integro quinquennio scribit cum suo Sirmondo §. 7. pagina 349. nempe ex Victore usque ad annum 558. Risum teneatis amici. Narses Totilam occidit, ac Romam recuperavit anno imperii Iustiniani vigesimo sexto, & quidem ante tres menses exacto

cto ex Procopio lib. 4. Victoriæ vero nuntius Byzantium venit mense Augusto ex Theophane, fuit annus 553. ut superius nobis monstratum est. Ex sanctione laudata Iustiniani anno 554. Totilas mortuus erat, itemque Teias successor, ac Gothorum regnum eversum. Itane ergo anno 558. (ut idem ex Tunonensi colligit) petente Narsete Iustinianus superato Totila *tantæ ac tam recentis victoriæ dulci fortuna ebrius* Vigilium dimisit? Victoria a quinquennio obtenta, nempe anno 553. anno demum 558. *tam recens* tibi est o Halloix? Longiori integri quinquenii ebrietate obrutum Principem ea Narseti concessisse ebriis tantum impones, nemo enim sobria mente fidem fabulæ præstabit.

Anno DLIV. Exactis Italia Gothis anno 554. cum Imperatore serio a Pontifice actum est, de universæ provinciæ ac Romæ præsertim regimine meliorem in formam reducendo. Iustinianus Vigilii petitioni morem gerens nobilem sanctionem edidit Idibus Augusti, qua Italis plurima indulgebat, illorumque fortunas diuturno bello depressas erigebat. Hanc cum Vigilius iam tandem in Italiam redux deferret, calculi dolore oppressus in Sicilia diem obiit. Quo anno Vigilius decesserit, non una est Scriptorum opinio. In Chronico Victoris Tunonensis illius mors recensetur anno XVII. post Basilii consulatum, nempe 557. non 558. ut Sirmondus, Lupus, & Halloix existimarunt, quos superius impugnavimus. Baronius scribit Vigilium mortuum anno 555. nescire vero se quo mense vel die eiusdem obitus contigerit. Inferius tamen narrat Pelagium Vigilii successorem mortuum esse anno 559. IV. Nonas Martii, cum sedisset annos IV. menses X. dies XVIII. Lapsus est vir eruditus, nam si a IV. Nonas Martii anni 559. per annos IV. menses X. dies XVIII. retrocedimus, venimus ad Aprilem anni 554. Et hoc sane anno Chifletius Vigilium obiisse scribit; sed hic etiam errat, nam Idibus Augusti ex Iustiniani sanctione vivebat. Sigonius libro 20. operis laudati 5. Kalend. Ianuar. A. 554. obiisse illum dicit; consonat Actuarium Marcellini ponens eiusdem mortem anno post consulatum Basilii XIII. Onuphrius Panvinius tredecim dies addit scribens Vigilium migrasse e vita IV. Idus Ianuarias, cui subscribit Holstenius in Diagrammate chronologico in notis ad Romanam synodum sub Bonifacio secundo. Quæ sententia etiam a nobis ceteris præfertur. Hunc vitæ exitum habuit Vigilius anno Pontificatus XVIII. Ille uti per fraudem summam dignitatem expulso Silverio usurpavit, ita eamdem ex cleri consensu postea obtentam, cum procul a sua sede per novennium quasi precario vixisset, denique in Sicilia cum vita pariter amisit. Fuit Vigilius Pontificiæ auctoritatis usque ad Principis contemptum tenacissimus assertor, ut ex rebus ab eo gestis inclaruit. Animi inconstantia mutandæque sententiæ facilitas vitio eidem vertitur; nam in causa trium capitulorum varius atque a se ipso diversus non semel apparuit. Initio quidem, cum adhuc in Sicilia esset, tria capitula defendebat, at illa se damnaturum dudum Theodoræ Augustæ promiserat, si Victori fides est. Cum Byzantium advenisset, ob damnata tria capitula Mennam sacris interdixit; at paulo post Mennæ conciliatus eadem & ipse in Iudicato damnavit. Deinde post triennium a sententia Iudicati discedens emisso novo Constituto eadem damnari posse negavit. Sed paucis mensibus in hac sententia stetit; nam data ad Eutychium epistola vim Constituti infregit, atque ad Synodum accedens tria capitula proscripsit. Vir doctissimus Petrus de Marca lib. 3. de Concordia Sacerd. & Imper. cap. 13. hanc Vigilii inconstantiam a doctis prudentiam appellari testatur, quam ipse dispensationem vocat, qua nunc iuris & canonum rigore agebat, nunc illorum remissione fidei ac publicæ quietis studio. Hoc tamen illi gloriæ detur, quod primus Romanorum Pontificum post Origenem Theodorum Mopsuestenum insignem Pelagianorum magistrum cum sectatoribus definitiva sententia damnavit, ceterisque successoribus eo in studio lampadem tulit.

CA-

CAPUT IX.

Romanos Pontifices Vigilii successores synodum V. approbasse contra Halloix ostenditur, & Aquileiensium schisma describitur.

§. 1.

De Pelagio Primo.

EXtra Origenis causam excurro contra V. synodum invehentem Origenis defensorem insecutus, sed synodi Pelagianorum pessimum Theodorum damnantis auctoritas sarta tecta stabilienda est. Cum vero quid Romani Præsules Vigilii successores in causa trium capitulorum statuerint, dicendum sit, haud abs re fore censui, si Venetiæ atque Istriæ schisma exactius describerem; meæ enim patriæ Episcopi cum reliquis provinciæ collegis diu contra V. synodum depugnarunt. Hæc vero eo libentius inserui, quod vidi celeberrimos scriptores in iis enarrandis pleraque a veritate aliena literis consignasse. Baronius nonnulla tradidit de synodo V. quæ probare non possumus, in quibus tamen Halloix sibi triumphum canit. In primis hæc scribit de V. synodo adversarius: Aliæ synodi *Ecclesiis pacem ac tranquillitatem & multa simul bona sedatis discordiis attulerunt. Hæc autem, quæ a multis quinta nominabatur magis, quam erat, & a multo pluribus reiiciebatur, pro pace bellum, pro unitate divisionem, pro bonorum cornucopia malorum myriadem importavit*. §. 1. pagina 355. Horum testem appellat Baronium ad annum 553. scribentem: *Etenim ipsa synodo absoluta, tantum abest ut pax reddita sit Ecclesiis, ut maius bellum exarserit, intestinaque discordia magis sævierit orthodoxis inter se altercantibus* &c. Sed quis nesciat post Nicænam synodum ingentes tumultus ab Eusebianis & Meletianis excitatos? Post Calchedonensem quas turbas Ecclesiæ Acephali non dedere? Quid igitur mirum, si post quintam quoque synodum non statim pax Ecclesiæ reddita est? Hanc sane pacem se donaturum orbi catholico per illam synodum Iustinianus existimaverat, unde eumdem Augustum initio sui Con-

A stituti Vigilius commendavit: *Laudabile*, inquit, *Clementiæ vestræ cognovimus esse propositum, per quod summotis omnibus discordiæ seminibus* &c. Et S. Agatho circa finem epistolæ ad Constantinum, quæ habetur act. 4. VI. synodi ait: *Extremi quidem, præstantissimi tamen omnium magni illius Iustiniani, cuius ut virtus ita & pietas omnia in meliorem ordinem restauravit* &c. Nam brevi Occidentalis Ecclesia synodum V. recepit, ut mox dicam. Quam rectum vero fuerit Iustiniani consilium, lege apud Leontium in libro de Sectis actione 6.

B Vigilio successor datus est Pelagius I. Romanæ Sedis apud Iustinianum quondam Apocrisarius, quem tria capitula non damnasse fingit adversarius dicens §. 10. *Liquido, ut opinor, apparet & Pelagium I. non recipere concilium V.* Sed etiamsi hoc veritati consonum esset, haud illius suffragium pro tuo Origene ostentabis; ille ille est, qui Iustinianum ad Origenis damnationem hortatus fuerat, Theodoro Cæsareæ in Cappadocia Episcopo Origenistæ hostis infensus, unde sicuti Theodorus hic contra tria capitula bellum accendit, ita Pelagius ex-

C citatæ in Origenistas tragœdiæ auctor fuit, quæ quidem oborta dissidia cum mente volveret Theodorus semel exclamasse fertur: *Se & Pelagium vivos incendendos, per quos hoc scandalum introivit in mundum*. quibus verbis suum Breviarium conclusit Liberatus. At Deus optimus maximus duorum hominum æmulatione usus est, ut profana hinc inde dogmata profligarentur, ut Evagrius recte adnotavit libro 4. cap. 38. Pelagius non solum quod Theodori Cappadocis studia abhorrebat, sed etiam quia Latina Ecclesia capitula defendebat, in

D hanc & ipse sententiam consentiebat, & initio fere agitatæ controversiæ ad Ferrandum diaconum Carthaginensem literas dedit, queis doctissimi viri sententiam rogavit. extat etiamnum Ferrandi ad Pelagium responsio. A Vigilio Roma Constantinopolim evocatus fuit, ut sibi in difficili causa auxilio esset, sub quo etiam constanter pro tribus capitulis decertavit. Legitur subscriptus Constituto Vigiliano his verbis: *Pelagius miserante Deo diaconus sanctæ ecclesiæ Romanæ huic constituto consentiens subscripsi*. Cum nollet synodum V. subscribere in exsi-

exsilium missus est teste Tunonensi, cuius verba mox referam. Cum vero Vigilius in exsilium non fuerit deportatus, consequens est, ut pro tribus capitulis propugnandis ipso Pontifice obstinatior fuerit. Quod autem scribit Anastasius Vigilio in custodiam detruso, clerum Romanum missum in exsilium *ad diversa metalla incidenda*, plane falsum est; constat enim ex Victore, ut superius notavi, eos qui tria capitula defendebant, ab Imperatore in longinqua monasteria ablegatos. Iustinianus Vigilii morte intellecta Pelagium ab exsilio revocavit, qui Principi morem gerens tria capitula damnavit, eoque pacto ad Romanam Sedem evectus est. Tunonensis hæc scribit: *Post consulatum Basilii anno XVIII. Pelagius Romanus archidiaconus trium præfatorum defensor capitulorum Iustiniani Principis persuasione de exsilio redit, & condemnans ea, quæ dudum constantissime defendebat, Romanæ ecclesiæ Episcopus a prævaricatoribus ordinatur*. Cum Romæ innotuisset Pelagium tria capitula condemnasse, singuli quique tum sacri tum laici homines ab eius communione se separabant, neque in tota Italia tertius Episcopus inveniri potuit, a quo consecraretur; illum enim uti Calchedonensis synodi prævaricatorem detestabantur. Quare a Perusino & Ferentino Episcopo ac Andrea presbytero Ostiensi consecratus fuit. Narses tamen iubente Imperatore omnem operam Pelagio præstitit. Anastasius, quem Baronius initio anni 555. aliique secuti sunt, populum Romanum inde Pelagio infensum dicit, quod auctor publicaretur malorum, quæ Vigilius Constantinopoli perpessus fuerat, additque Lupus in Appendice ad notas in canonem IV. Nicænum: *Adversum tria concilii Calchedonensis capitula eorumque defensorem Vigilium Papam truculenta passum a Iustiniano Augusto egerat in V. synodo Pelagius adhuc diaconus*. Sed hæc procul a vero sunt; nam Pelagius cum Vigilio & pro Vigilio stetit, synodi quintæ congressus fugit, ac subscripsit Constitutum Vigilii, quo synodus V. cassabatur, indeque in exsilium expulsus fuit, & tria capitula, ut ait Tunonensis, tempore synodi *constantissime defendebat*. Sed audiatur idem Pelagius epist. 12. ad Childebertum Regem: *Ut autem nos diu tribulationes Constantinopoli pateremur, illa res fecit, quam breviter supra tetigimus* &c. Non ergo Vigilii persecutionum auctor publicari poterat, sed socius. Quare coram populo in ambone nihil abs se contra Vigilium tentatum iureiurando haud affirmavit, sed quod nihil contra synodi Calchedonensis fidem in trium capitulorum damnatione abs se statutum fuisset. Ignorantia controversiæ de tribus capitulis Anastasium veterem alioqui scriptorem in eas fabulas impegit, queis ceteri scriptores fidem habuere.

Interim Pelagius ubique veluti Calchedonensis concilii proditor traducebatur, & Episcopi Tusciæ illius nomen, uti moris erat, inter sacrosancta mysteria recitare recusabant. Quare horum contumaciam gravi epistola perstrinxit anno 556. *Divisionem vestram*, inquiens, *a generali Ecclesia, quam tolerabiliter ferre non potero, vehementer stupeo*. Dedit & literas ad Childebertum Regem Francorum, itemque encyclicas ad omnes orthodoxos, & in his se quatuor conciliorum fidem tenere protestatus est, in quibus V. synodum non nominavit; tacitam tamen illius mentionem fecit in epistola encyclica dicens: *Possemus quidem totius causæ rationem ad sedandos rumores hominum divina nobis cooperante misericordia fiducialiter explicare, nihilque contra fidem Patrum, contra quatuor synodorum firmitatem ullatenus esse tentandum* (tentatum legendum est) *lucidissimis approbationibus demonstrare, magisque id actum* (in quinta synodo), *ut memoratarum synodorum firmitas contra omnes inimicos immobili soliditate consisteret*. Etenim concilium V. ut inquit S. Sophronius, *ad confirmationem quidem nominatissimi Calchedonensis concilii congregatum est*, quo Hæsitantium sectæ omnes diverticuli præcluderentur, de quo videndus est superius laudatus Leontius. Magnæ vero gloriæ vertitur Pelagio, quod illo Pontifice universa Italia præter paucos Episcopos, Africa, ac tandem Illyricum tria capitula condemnavit. Vidimus supra Africanos Præsules coacta synodo pro tribus capitulis conspirasse, quod & de Illyricis notavimus, unde contra utrosque rescriptum edidit Iustinianus ex Isidoro c. 18. At anno 554. inquit Tunonensis: *Post consul. Basil. XIV. Proconsularis concilii provinciæ Africanæ Sacerdotes Rufini & Vini Re-*

A *parati Archiepiscopi obtrectatorum arte delusi tamquam fidei defensoribus occurrunt, & Primasii prævaricatoris Carthaginis ecclesiæ communione præter paucissimos polluunt.* Anno vero sequenti 555. in eamdem sententiam Numidiæ Patres venere: *Post consulatum Basilii XV. concilii Numidiæ Episcopi ad instar Proconsularium Sacerdotum collecti Carthaginem veniunt, & Primasii eiusdem ecclesiæ incubatoris communione polluti, prævaricatoresque effecti ad propria redeunt.* Nec diu fuere pertinaces Illyrici, nam de his scribit idem Victor: *Post consulatum Basilii XIX. Illyriciani Episcopi* B *præter pauca monasteria parvosque fideles, persecutiones passi consentiunt, pristinam fidem in irritum deducentes.* Igitur teste maximo capitulorum defensore Tunonensi in Africa *paucissimi*, in Illyrico *pauci* synodum V. recipere detrectarunt: tantum Romani Pontificis exemplum ponderis habuit. Baronius, qui Tunonensis Chronicon non vidit, Occidentalem Ecclesiam ex V. synodo dissidiis repletam affirmavit, quasi contra hanc obstinate pro tribus capitulis longo tempore depugnarit; sed ubi in causa trium capitulorum ante synodum Orientis & C Occidentis ecclesiæ in contrarias partes abibant, per synodum quintam isthæc illi conciliata fuit, unaque utriusque sententia evasit, parva tantum Italiæ portione repugnante. Unde cadit Halloix calumnia dicentis: *Quinta synodus pro pace bellum, pro unitate divisionem, pro bonorum cornucopia malorum myriadem importavit.* §. 12. pag. 355. Sane in Oriente per synodum V. omnia dissidia composita duo oculati testes memoriæ prodidere. Eustathius cap. 22. de vita Eutychii ait, post V. synodum *summa pax & magna tranquillitas in Dei Ecclesia est consecuta.* Et Cyrillus Scythopolita- D nus cap. 109. de vita S. Sabæ scribit: *Post hæc cum sancta & œcumenica V. synodus congregata fuisset Bizantii, Theodorus Mopsuestiæ & Origenes & una cum his impia de præexistentia & restitutione dogmata generali fuerunt subiecta anathemati, & sic hæreticis deinceps omni ablata libertate loquendi, divini Sabæ Laura & universa fere cum eis Palæstina vigesimo tertio anno post illius mortem a gravibus hæresibus & temporis acerbitate & iniquitate respirarunt, & quietam deinceps & tranquillam vitam egerunt.* Cum vero S. Saba mortuus sit anno 531. universam Palæstinam, in qua a tempore Iohannis Hierosolymitani, Rufini, ac Melaniæ per 160. annos Origenistæ ingentes turbas conciverant, pacem tandem sortitam scribit anno primo post synodum V. nempe 554. Sed instat doctissimus Baronius, nec eo pacto Acephalos ad unionem Ecclesiæ reductos. At non synodus, sed ipsorum malitia in causa fuit; trium enim capitulorum dimissa a synodo Calchedonensi proscriptio non unum erat argumentum, quo ad contradicendum Acephali seu Hæsitantes movebantur; erant pleraque alia, quæ recenset & solvit Leontius in libro de Sectis.

Vniverso itaque catholico orbe ad synodum V. accedente, soli Venetiarum ac Episcopi Istriæ refragabantur. Pelagius schismati indignatus datis ad Narsetem literis eumdem hortatus est, ut repugnantes vi cogeret ad recipiendam synodum. At illi Narsetem ipsum licet Italicarum rerum summa cum potestate præfecturam gerentem ab ecclesiastica communione suspenderunt, ut testatur Pelagius in aliis literis, quas eadem de re ad eumdem Ducem perscripsit: *Nec enim*, inquit, *sine illius providentia factum esse credendum est, ut insensati & perversi homines ad hoc usque prosilirent, ut suam divisionem catholicam esse credentes Ecclesiam, a sua vos pollutione prohiberent.* Ita Pontifex synodi V. adversarios *insensatos, perversos, & pollutos* appellabat.

Schismatici Episcopi Paulino Aquileiensi metropolita incentore adversus V. synodum provincialem conventum habuere, in quo tria capitula a Calchedonensibus Patribus non damnata à quoquam proscribi posse negarunt, in quam sententiam dato sacramento pedibus ab omnibus itum est. Nomina Episcoporum inferius ex vetustissimo Chronico Aquileiensi dabimus. Pelagius rei indignitate commotus egit cum Narsete, ut Paulinus Antistes synodi obtrectator captivus ad Iustinianum Byzantium mitteretur, quod tamen, cum meliora de ipso sperarentur, minime factum est. De illorum vero conciliabulo hæc scribit ad Narsetem: *Cum si quid eos de indicio universalis synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte movebat, ad Sedem apostolicam,*

quo-

quomodo semper factum est, electis aliquibus de suis, qui dare & accipere rationem possent, dirigere debuerunt, & non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est sanctam Ecclesiam lacerare. Er tamen tanta est Halloix confidentia, ut dicere non dubitet §. 11. pag. 352. *Qui ex Pelagii literis ad Narsetem probari putant receptum à Pelagio quintum istud concilium, næ ipsi admodum errant.* Additque: *Hoc enim agebat Pelagius, non ut concilium reciperetur, sed ut ipse.* At oppositum adeo manifeste ex Pelagii literis patet, ut id nec ipsom adversariom fugisse existimem; nam Pelagius *universalem synodum* vocar, motos ad schisma Istros Episcopos ob *iudicium synodi V.* asserit, eosdemque arguit, quod synodi statuta discutere & examinare ausi fueriot, quod tantum ad apostolicam Sedem spectabat, a qua sola obortæ circa œcumenica concilia dubitatiooes resolvi possunt. Cur vero Pelagio obedientiam negabant Istri? eadem sane de causa, qua Tusciæ Episcopi, nempe tamqoam synodi Calchedonensis prævaricatorem abhorrebanr, quod patet ex literis Pootificis ad eosdem. Idem Pelagius epist. 5. ait: *Nec licuit alicui aliquando, nec licebit particularem synodum congregare, sed quoties aliqua de universali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo quod non intelligunt, rationem, aut sponte ii, qui salutem animæ suæ desiderant, ad apostolicam Sedem pro recipienda ratione conveniant, aut si forte, sicut de talibus scriptum est:* Peccator, eum venerit in profundum malorum, contemnit, *ita obstinati & contumaces extiterint, ut doceri non velint, eos ab iisdem apostolicis Sedibus aut attrahi ad salutem quoquo modo necesse est, aut ne aliorum perditio esse possint, secundum canones per sæculares comprimi potestates.* Ex quibos citra dubium constat, Episcopos Istriæ io sua synodo non de Pelagii electione, sed *de universali synodo* & quidem quinta dubitasse, oimiamque ac prorsus intolerabilem, non ignorantiam dicam, sed dissimulationem fuisse adversarii id audacter peroegaotis.

De hac Aquileiensi synodo diversi pleraque a veritare aberrantia literis prodidere. Beda in Chronico ad annos imperii Tiberii Absimari ait: *Synodus Aquileiæ facta ob imperitiam fidei quintum universale concilium suscipere diffidit, donec salutaribus B. Sergii Papæ monitis, & ipsa huic cum ceteris ecclesiis annuere consentit:* Baronius ad aooum 553. ait: *Hincque accidit, ut Venetiæ & ei adiacentium regionum Episcopi, qui cum essent sub Francorum dominio (Franci enim tunc illis dominabantur provinciis), contra V. synodum cogerent concilium Aquileiæ, cuius meminit Beda.* At Bollaodus ad diem octavum Februarii in notis ad vitam S. Honorati §. 2. Baronium reprehendit, qui synodum factam, reste Beda, Imperatore Tiberio Absimaro, (ab exercitu electus est anno 699.) cum illa confuderit, qoæ sub Pelagio primo circa annum 557. habita fuit. Certe Paulus diaconus lib. 6. de Gestis Longobardorom cap. 14. illam syoodum ad tempora Tiberii refert, sed hic ad verbum ex Beda illa recitavir. Difficile enim visum est Bollando a Sergio Papa illam synodum corrigi, quæ habita fuerat ante centom quinqoaginta & amplius annos. Palladius iunior in Historia Foroiuliensi Italice scripta par. 1. lib. 1. ad annum 554. loco Sergii *Pelagium* ponit; sed hoc præter fidem omnium autographorum Bedæ & Pauli diaconi. Fallitur saue Bollandus, dum Sergio Pontifice Aquileiensem syoodum de V. coocilio dubitasse putat; oam sub S. Agathone Papa, qui quinque tantom annis ante Sergium Pontificatus ae vitæ fineta fecit, in synodo Romana adfuere cum Agathone Patriarcha Aquileiensi ceteri suffraganei, ac literas subscripsere, ioquibus hæc habentur: *Hoc idem etiam & sancta synodus, quæ sub augustæ memoriæ Iustiniano Principe in Constantinopoli congregata est in septimo definitionum capitulo prædicat.* Quare iam ante Sergium Episcopi Veneri atque Istri eum Metropolita Aquileiensi synodum V. recepera ot, neque contra eamdem suam synodum postea coegisse dicendi sunt. Eorum nomina habentur actione 4. synodi VI. Forte Sergius ad Aquileiensem Antistitem literas dedit, queis schisma in oonoullis adhuc radicatum evellerer; at noo ex Episcopis illi erant, sed e plebe. Et quidem Bedam coocilium a Paulino Aquileiensi contra V. synodum celebratum significasse, ex illo adverbio *donec* non obscure colligitur, eo quod ille error ac pravum de synodo V. iudicium diu ante Sergium apod Aquileienses invaluerat. Idem Bollandus num. 10. ait, quod cum celebraretur synodus Aquileiæ a Paulino, est *habita eodem fere tempore in Illyrico synodus*

(*nisi eadem sit latius sumpto Illyrici nomine*) A *pro tribus capitulis, cuius meminit Isidorus*. Sed Synodus Illyrica teste Tunonensi coacta fuit post consulatum Basilii anno nono, nempe anno apud Victorem 549. At ista Aquileiensis mortuo Vigilio sub Pelagio habita fuit post concilium V. cuius auctoritatem illa negavit. Illyricos vero omnes Episcopos eam synodum oecumenicam paulo post recepisse idem Scriptor affirmat.

Pelagius Paulino Aquileiensi indignatus fuerat, quod contra apostolicae Sedis decretum a Vitali Archiepiscopo Mediolanensi consecratus erat. Etenim B Pontifex cum ubique in Italia contra synodum V. schisma conflari intelligeret, omnem navavit operam, ut glisceoti malo remedium afferret. Optimum factu iudicavit eos, qui in urbium Antistites consecrabantur, ad synodum V. tuendam sacramento adigere. Huius rei testis est S. Gregorius, qui cum Constantio Antistiti Mediolanensi scriberet, eius decessorem Laurentium *districtissimam cautionem Sedi apostolicae* remisisse, qua tria capitula se damnare protestabatur, haec ait: *Quia postquam talis scissura pro nulla re facta est, iustum fuit,* C *ut Sedes apostolica curam gereret, quatenus unitatem universalis Ecclesiae in Sacerdotum mentibus per omnia custodiret*. Ast Paulinus ab Antistite Mediolanensi consecratus fuerat ullo absque iuramento ad apostolicam Sedem transmisso, a cuius insuper communione se Veneti atque Istri Episcopi separaverant. Praeterea cum Aquileiensis ecclesia subiecta esset iuri Patriarchico Romani Praesulis, defuncto Episcopo metropolita a Romano Pontifice vir delegabatur, qui suo nomine electioni novi Sacerdotis adesset. Audiatur Gregorius Magnus scribens Exarcho Italiae de Constantio in D demortui Laurentii Mediolanensis locum subrogando: *Necesse fuit pro servanda consuetudine militem ecclesiae nostrae dirigere, qui eum, in quo omnium voluntates atque consensum concorditer convenire cognoverit, a suis Episcopis, sicut vetus mos exigit, cum nostro tamen assensu faciat consecrari*. lib. 2. epist. 31. Paulinus inauguratus fuit absque praevio Romani Pontificis consensu, qui eo tempore non dabatur nisi iis, qui prius concepto iuramento tria capitula condemnassent. Hinc Pelagius Paulinum *Pseudo-episcopum* esse dixit, atque *Aquileiensis ecclesiae invasorem, qui & in schismate maledictus, nec honorem Episcopi poterit retinere nec meritum*. epist. 4. At Palladius 1. p. lib. 1. Rerum Foroiuliensium Paulinum a Vitali Archiepiscopo Mediolanensi *digne* in Aquileiensi *Sede collocatum* scribit, cuius tamen oppositum ex Pelagio ostendimus. Idem asserit synodum Aquileiensem pro tribus capitulis celebratam fuisse a Macedonio Antistite Paulini decessore anno 554. cuius rei fides sit penes auctorem.

Obiit Pelagius anno 560. die 2. Martii, in cuius sepulchro tempus, quo Pontificatum gessit, signatum est: refertur ex Manlio à Paulo Aringhio lib. 2. Romae subter. cap. 8. *Hic requiescit Pelagius Papa, qui sedit annos IIII. Menses X. dies XVIII. Depositus IIII. Nonas Martii*. Ille tamen Scriptor eumdem lapidem post Baronium offendit, qui Pelagium anno 555. electum, anno vero 559. mortuum tradit, quod fieri non potest a IV. Nonas Martii per annos quatuor ac menses decem retrocedendo. Panvinius in Chronico, cui adhaeret in Diagrammate Chronologico Holstenius, ait Pelagium decessisse anno 561. huius autem electionem ille non recte refert A. 555. nam sedisset A. 5 M. 4. At Panvinius scribit, Pelagium electum non quidem A. 553. ut superius Holstenii auctoritate ductus asserui, sed A. 556. Haec carmina, quae schismaticos ab eodem correctos designant, Pelagii tumulo insculpta arguunt Halloix manifestae falsitatis, qui contendit Pontificem illum non approbasse quintam synodum. Ea vero sunt.

Doctor apostolicae fidei veneranda retexit
Dogmata, quae clare constituere Patres.
Eloquio curans errorum schismate lapsos,
Ut veram teneant corda pacata fidem.

§. II.

§. II.

Iohannes III. synodum V. approbat. Iustinianus Imperator moritur. De anno obitus eiusdem disseritur. Panvinii ac plurium Scriptorum fasti corriguntur. Iustinus successor contra schismaticos mitius agit. Hispani defendunt tria capitula.

PErgie adversarius aliorum Pontificum, qui Pelagio successere, suffragia nostræ synodo V. pes summam iniuriam surripere. Scribit §. 11. pag. 354. *Fit probabile tam Iohannem quam Benedictum in eadem cum Vigilio & Pelagio suis antecessoribus fuisse sententia, nec approbasse nec recepisse V. concilium.* Errat; uterque enim synodum V. recepit cum antecessoribus Pelagio ac Vigilio. De Iohanno III. qui Pelagio I. successit, dicendum hic est, postea de Benedicti sententia differemus. Pelagius II. qui quintus a Vigilio Pontifex sedit, in literis ad Heliam & Episcopos Istriæ testatus est, ipsius decessores synodum V. approbasse, ac tria capitula condemnasse: *Debet ergo*, inquit, *perpendere vestra dilectio, quia prædecessorum nostrorum in hac causa consensus tanto post inanis non fuit, quanto prius diris contradictionum laboribus insudavit.* Quibus notat Vigilii molestias pro trium capirulorum defensione Constantinopoli roleratas. Habuit ergo Pelagius II. secum contra tsia capirula prædecessores fœderatos, quorum consensum ibidem appellat. Præterea cum anno 590. ut dicemus, sanctus Gregorius Romam evocasset cum affeclis schismaticis metropolitam Aquileiensem Severum, illi ad Mauricium Imperatorem supplicem libellum transmisere, quo aperte contestati sunt, sese iam fere ab initio motæ in Occidente quæstionis de tribus capitulis Sedis apostolicæ communionem abhorruisse, nempe post Iudicatum à Vigilio emissum. Reddo hæc illorum verba: *Contriti atque luctu gravissimo sauciati ad ultimam desperationem pervenimus, ut ad illius iudicium Metropolita noster cogeretur occurrere, cum quo causa ipsa esse dignoscitur, & cuius communionem ab initio motionis causæ huius usque nunc decessores nostri, & nos*

A *cum omni populo evitamus.* hunc libellum integrum lege apud Baronium. Itaque à Paulini Aquileiensis tempore Veneti atque Istri Episcopi Romanos Pontifices uti trium capitulorum damnatores usque ad annum 590. ab ecclesiastica communione secluserunt. Ex quibus constat, omnes Romanos Antistites a mota trium capitulorum controversia postremam ac definirivam Vigilii sententiam secutos pro synodo V. stetisse. At quibus apostolicæ Sedis Præsulum sententia notior fuisse putanda est, Pelagio II. illorum immediato successori, ac
B schismaticis iisdem, qui ea de re cum ipsis Pontificibus lirigarunt, an homini cuidam post mille & amplius annos de eadem scriprurienti?

Certe qui Iustiniani fixam contra tria capitula sententiam consideraverit, is certe eo in Italia dominante Romanos Pontifices contra Principem pro capitulis pugnasse minime asseverabit. Non enim Pelagium, nisi priori sententia deposita, Pontificem inaugurari permisit, quod idem, etiamsi relata testimonia non extarent, de Iohanne sentiendum
C foret. Quo anno decesserit Iustinianus ex fastorum confusione incertum plerisque fuit. Gratum posteris me facturum spero, si controversiam clara, & ni mea me fallit opinio, evidenti dissertatione exposuero; video enim fastos vel apud *Patrem* (ita enim honoris gratia Panvinium Lipsius nuncupavit) perturbatos. Communis sententia fuit Iustinianum decessisse anno 565. Idibus Novembris media nocte sequenti, ut Corippus canit. Sed obiisse illum anno 566. scribit Victor Tunonensis: *Quadragesimo*, ait,
D *imperii sui anno Iustinianus vitæ suscepit finem indictione XV.* Certum est Iustinianum anno 527. Kal. Aprilis imperium indeptum fuisse, quod omnes affirmanr, & paret ex eiusdem Principis Novella 47. ubi ait: *Nunc quidem annum XI. nostri scribunt imperii, inchoante vero Aprili mense & prima die, in qua nos Deus Romanorum superposuit rebus, XII. annum scribent.* Data est Novella *Post consulatum Belisarii anno II.* qui est annus 537. & quidem ante Aprilem scripta est. id eriam ex pluribus Iustiniani literis, legibus, synodis sub ipso celebratis paret. Rursus indictio XV. qua Victor mortuum affirmat Iustinianum, incipit anno

566.

566. mense Septembri. Victor vero non solum tunc aderat Constantinopoli, sed quod tria capitula defendebat, iussu Principis ibidem sub custodia detinebatur, ut nulli melius, quam illi non annus tantum vel mensis, sed dies obitus Iustiniani numeratus videatur. Iohannes Biclariensis, qui sub id temporis Byzantii morabatur teste S. Isidoro c. 31. de Eccles. Script. initio sui Chronici ait: *Quintadecima ergo indictione, ut dictum est, Iustiniano mortuo Iustinus iunior nepos eius Romanorum efficitur Imperator.* Iohannes Epiphaniensis tunc vivens laudatus ab Evagrio libro 5. cap. ult. mortuum dicit Iustinianum: *Novem & triginta integros annos cum Romanum imperium tenuerit*: Refert & sequitur Ale- A mannus in notis ad Historiam arcanam Procopii pag. 108. Et hi tres Scriptores Evagrio, Cedreno, Zonaræ, aliique posterioribus longe præferendi videntur. Accedit Chronicon Alexandrinum, in quo hæc leguntur: *Hoc anno 14. Novembris indictione XV. Iustinianus vita defungitur.*

Errasse tamen hosce Scriptores evidenter ostendo ex inscriptione lapidis in Vaticano reperti, quæ habetur libro 2. Romæ subter. cap. 10. illamque ego anno 1671. Romæ in suburbio D. Petri in cella ad lævam maioris aræ ecclesiæ S. B Angeli parieti affixam legi, ex qua cum plurium auctorum errores emendari possint, eamdem exhibeo omissis carminibus, quæ ibi leguntur.

✠ DEP. EST BOETIVS CL. P. OCT. KAL. NOBR. INDICT. XI. IMP. DOM. N IVSTINO PP. AVG. ANN. XII. TIBERIO CONST. CAER. ANN. III. DEP. EST. IN PAC. ARGENTEA MAT. SS. XIII. KAL. DECEMBR. QVI SS. BOETIVS VIXIT ANN. XI. M. VIIII. D. XXIII. ET MAT. EIVS VIXIT ANN. XXXVI. M. II. D. XII.

Quare si die 25. Octobris indictionis undecimæ, nempe anno 577. labebatur annus XII. Iustini iunioris, primus eiusdem Imperatoris annus incœpit die 14. Novembris anno 565. est aureum in marmore testimonium. Sed ex rescriptis Iustini hoc ipsum evincitur. Extat sanctio ad Iulianum P. Urbis de dissolvendo ex mutuo consensu matrimonio *Data XVIII. Kalend. Octob. Calchedone Imp. Domino nostro Iustino PP. Aug. anno primo indictione quintadecima*. Labuntur ergo Victor, Biclariensis, ac Chronicon Alexandrinum, & qui secuti sunt recentiores eruditi Alemannus, Valesius, aliique, dum indictione XV. die 14. Novembris Iustinianum defunctum scribunt. Confirmat hoc ipsum altera sanctio eiusdem Iustini de filiis liberarum ad Theodorum *Data Kalendis Martii Imp. Domini nostri PP. Aug. Iustini anno V. indictione tertia*. Si mense Martio anni 570. currente indictione tertia labebatur annus quintus Iustini, recte ab Idibus Novembris anni 565. eiusdem imperii initium desumendum venit.

Fasti plerique circa annum 566. errarunt. Nam appendix Marcellini Comi- C tis ponit *Indict. XIV. XXV. Post consulatum Basilii V. C.* quo anno illud actuarium terminatur. Sed plane expungendus est caracter ille consularis. Nam anno 566. Iustinus novus Imperator consulatum II gessit, priori enim functus fuerat anno 540. Hoc probatur testimonio irrefragabili Corippi Grammatici Africani lib. 1. de Laudibus Iustini, ubi eum narrasset Iustiniani mortem & Iustini inaugurationem, novum Principem ad populum hæc cetera inter verba dicentem inducit.

—— nomenque negatum
D *Consulibus Consul post tempora cuncta novabo.*
Gaudeat ut totus Iustini munere mundus,
Dona Kalendarum properant vicina mearum.
Vos vestris adstate locis, properate, parate,
Promissaque die nostras sperate curules.
Expavit gaudens inopino nomine vulgus
Consulis audito.

Nempe quia ab anno 541. nullus amplius fuerat consul. Do alterum insignem testem; est Menander Protector, qui sub Iustino II. vixit. Scribit hic Zemarchum legationem suscepisse ad Turcos *circa finem quarti anni imperii Iustini indictione secunda initio mensis Augusti* Tom.1. Hist.

Hiſt. Byzantinæ. Henricus Valeſius in notis ait: *valde notandus eſt hic locus, qui inſignes continet temporum caracteres*. optime mehercle notandus venit. Indictio II. menſe Auguſto ſignat annum 569. quo tempore, ſi labebatur quartus annus Iuſtini, Menandro auctore Iuſtinus poſt Iuſtinianum anno 565. die 14. Novembris imperium indeptus eſt. Vidit iſta Valeſius, qui cum 40. annos imperii Iuſtiniano tribuat pagina 215. pagina ſequenti 216. Menandri textum corrigit, legendumque ait pro δευτέρῳ τρίτῳ. Sed non tertium, ſed plane quartum annum cum Menandro retinendum ex ſuperius dictis ſatis apparet. Ex his palam eſt, annum primum Iuſtini 566. non eſſe ſignandum cum Panvinio libro 3. Faſtorum *Poſt conſul. Baſilii XXV.* Noto etiam lapſum eſſe Baronium, qui annum 564. ita inchoavit: *Qui ſequitur annus Chriſti quingenteſimus ſexageſimus quartus, idem ultimus eſt Iuſtiniani Imperatoris atque poſtremus, qui poſt conſulatum Baſilii numeretur vigeſimus tertius*. Neque enim ille eſt ultimus Iuſtiniani neque poſtremus, qui poſt conſulatum Baſilii nominetur. Et quidem annum inſequentem his auſpicatur: *Quingenteſimus ſexageſimus quintus idemque Iuſtiniani Imperatoris noviſſimus indictionis decimæ tertiæ incipit annus*. Ita in vaſto opere memoria magnos quandoque viros deficit.

Scribit Biclarienſis Abbas initio ſui Chronici: *Romanorum LIII. Iuſtinus iunior annis XI. qui Iuſtinus anno primo regni ſui ea, quæ contra ſynodum Calchedonenſem fuerant commenta, deſtruxit*. quæ verba ſuo Chronico inſeruit S. Iſidorus. Si Halloix iſta legiſſet, certe in iis triumphum ſuo Origeni ceciniſſet; videtur enim Iuſtinus abrogaſſe V. ſynodum, quæ, ut vulgo ferebatur, Calchedonenſem ſynodum correxerat. Iuſtinus cum videret ob tria capitula proſcripta Africam atque Occidentales provincias diſſenſionibus laceratas, edictum fidei publicavit, in quo nullius ſynodi mentionem faciens, quæ credenda cuique eſſent, propoſuit. Arii, Sabellii, ac Neſtorii, itemque Eutychetis hæreſes ibidem damnavit; at tria capitula non ſolum non nominavit, ſed inter dogmata adiaphora numerandam eſſe quæſtionem de tribus capitulis viſus eſt innuere in finem edicti, dum ait, ſe illa credendā propoſuiſſe, ut *deinceps nemo ullo prætextu propter perſonas aut ſyllabas rixetur*. Quibus Theodori perſonam itemque ſcripta Theodoreti atque Ibæ forte intellexit, nec non quæſtionem nuperrime exortam de corpore Chriſti corruptibili vel incorruptibili; una enim ſyllaba Romani imperii Antiſtites nobiliſſimos in exſilium procul a ſuis ſedibus deportaverat, quos inter eminebat Eutychius C-P. Nihil autem boni per illud edictum illatum catholicæ Reipublicæ fuiſſe ſcribit Evagrius lib. 5. cap. 4. ubi edictum illud ad verbum recitat. Certum enim erat, ſynodum V. non dogma recens de fide credendum proponere, ſed de perſonis tantum quædam ſtatuere, ut notat Gregorius Magnus inferius adducendus. Africani autem cum mitius ſecum agere novum Principem cernerent, neque in edicto nominata tria capitula legerentur, publicarunt revocata per Iuſtinum acta ſynodalia V. concilii ſtatuta adverſus ſynodum Calchedonenſem. Et licet hi pauci eſſent, nam ex ſuperius dictis Epiſcopi Africani ad Iuſtiniani ac ſynodi ſententiam acceſſerant, vicinos Hiſpanos hac ſiniſtra opinione imbuerant, unde non ſolum ea dixit Biclarienſis, ſed & S. Iſidorus in Chronico Iuſtinianum ob tria capitula damnatā reprehendit, & in Catalogo Scriptor. Eccleſ. ubi de Theodoro Mopſueſteno: *Hunc*, ait, *Acephalorum Epiſcopi in præiudicio Calchedonenſis concilii Iuſtiniano Principe compellente, damnare poſt mortem cum Iba & Theodoreto Epiſcopis cenſuerunt, dum conſtet eum laudabilium virorum teſtimoniis clariſſimum Eccleſiæ doctorem fuiſſe*. In Chronico vero, ubi de Iuſtiniano agit, *iſte*, inquit, *Acephalorum hæreſim ſuſcipiens omnes in regno ſuo Epiſcopos tria Calchedonenſis concilii capitula damnare compellit*. Hinc in ſynodis Hiſpaniæ, quæ eodem & ſequenti ſæculo celebratæ ſunt, nulla ſynodi V. mentio facta eſt, ut erudite notavit Lupus in Comment. V. ſynodi cap. 6. quæſt. 3. Numquam tamen Hiſpani ob illam controverſiam ab apoſtolicæ Sedis communione ſe ſepararunt. Iuſtinus licet plures Epiſcopos, quos Conſtantinopolim ad dicendam cauſam Iuſtinianus evocarat, dimiſerit, eam tamen avunculi decretis reverentiam exhibuit, ut Antiſtites, quos Iuſtinianus in exſilium iuſſerat deportari, ſuis ſedibus

bus

bus minime restituerit. Eutychius enim usque ad annum 577. exsul apud Amasenum monasterium vitam degit. S. Isidorus scribit Victorem Tunonensem trium capitulorum defensorem acerrimum in exsilio mortuum. *Hic*, inquit, *pro defensione trium capitulorum a Iustiniano Augusto exsilio in Ægyptum est transportatus, unde rursus Constantinopolim evocatus, dum Iustiniano Imperatori & Eutychio Constantinopolitanæ urbis Episcopo eorumdem trium capitulorum obtrectatoribus resisteret, rursum in monasterium eiusdem civitatis mittitur custodiendus, atque in eadem damnatione, ut dicitur, permanens moritur*. Victor usque ad annum primum Iustini suum Chronicon perduxit, ubi ait: *Iustinus iunior Vigilantiæ sororis Iustiniani Augusti filius patre Dulcissimo natus cum tranquillitate populi magna imperii sumit sceptra*. Isidorus autem, ut alias notavimus, Tunonensis Chronicon exscripsit, quod Iohannes Abbas Biclariensis & Episcopus Gerundensis usque ad Mauricii imperium deduxerat.

§. III.

Iustinus Narsetem ex Italia revocat. Schismatici Italiæ sub Longobardis obstinatiores contra synodum quintam. Benedictus Papa pro synodo pugnat. Iustino mortuo succedit Tiberius. De tempore imperii Iustini, Tiberii, ac Mauricii, itemque præturæ urbanæ, & monachatus S. Gregorii Papæ disputatur.

INterea pessimo Iustini consilio Narses Italiæ reparator Constantinopolim revocatur. Unde non solum barbaris, sed & Venetis schismaticis animus crevit, ac paulo post nobilissima provincia & Longobardorum bello & schismaticorum dissidiis afflicta pessum ivit. Marius Aventicensis, qui sub id temporis vivebat, audiendus est in Chronico: *Anno secundo*, inquit, *consulatus Iustini iunioris Augusti indictione prima. Hoc anno Narses ex Præposito & Patricio post tantos prostratos tyrannos, idest Baduillam & Teiam Reges Gothorum, & Bucelenum Ducem Francorum, nec non & Sindevalem Erulum, Mediolanum vel reliquas civitates, quas Gothi destruxerant, laudabiliter re-*A *paratas, de ipsa Italia a suprascripto Augusto remotus est*. Ex his liquet minus recte Baronium existimasse, ante Iustini initia Narsetem ex Italia a Iustiniano revocatum, quod in Corippo legerat, sub initia imperantis Iustini Narsetem Ducem celeberrimum una cum Tiberio aliisque Constantinopoli adfuisse. Canit Corippus describens inaugurationem Iustini:

Armiger interea Domini vestigia lustrans
Eminet excelsus super omnia vertice Narses
Agmina, & augustam cultu præfulgurat aulam.

B *Ut non sit dubium*, infert vir insignis ad annum 568. num. 11. *ipsum iam antea fuisse Constantinopolim revocatum*. Sed Mario illius temporis scriptori credendum est. Porro Narses, de quo Corippus loquitur, erat Armenus, & ab Eunucho Narsete diversus. Extat de utroque Narsete egregium testimonium Procopii libro 2. Belli Got. *Erat is*, inquit, *Narses spado & sacrarum largitionum Comes* &c. *Militum quatuor millia eum sequebantur, quibus sui in cohortes præfecti summæ præerant, Iustinus Dux Illyricorum & Narses alter, qui ex Armeniis Persæ subditis* C *ad Romanos transfugerat olim cum Aratio fratre*. Hic postea Romanos exercitus summo cum imperio rexit sub Mauricio ex lib. 5. Simocattæ.

Anno 568. Italicæ quieti infestis Numinibus Longobardi a Narsete, ut nobiles Scriptores prodidere, invitati, Alboino Rege ductore in Italiam descendentes Aquileiam ac vicina Venetiæ oppida uno fere impetu occuparunt. Ita illarum urbium Antistites a Romano imperio separati securius atque insolentius synodum V. deinceps impugnarunt. Ceterum periculosissimis temporibus Iohan- D nes Pontifex animum non despondit, sed & Romanæ rei labenti opem ab Imperatore petiit, & synodum V. defendit. Etenim ii, qui urbium Antistites consecrabantur, in synodi quintæ decreta iurabant, ac fidei datæ chirographum ad apostolicam Sedem transmittebant. Horum testis venit Gregorius libro 3. epistola 2. ad Constantium: *Et quidem*, inquit, *si quid de tribus capitulis in quocumque vel verbo vel scripto nominatum est, bene fraternitas tua reminiscitur, quamvis decessor fraternitatis tuæ Laurentius districtissimam cautionem Sedi apostolicæ remiserit*,

rit, in qua viri nobilissimi ex legitimo numero subscripserunt, inter quos ego quoque tunc urbanam præturam gerens pariter subscripsi. Et inferius epistola 37. ad eumdem, cum accepisset cives Brixiæ a Constantio exigere iuramentum, quo testaretur se tria capitula minime condemnasse, hæc scribit: *Quod si decessor fraternitatis vestræ Laurentius non fecit, a vobis quæri non debet: Si autem fecit, cum universali Ecclesia non fecit, & cautionis suæ iuramenta transcendit. Sed quia eumdem virum sua credimus sacramenta servasse* &c. Hæc quidem contigere Gregorio urbanam præturam gerente, qua Iustino iuniori imperante ille perfunctus est. In Menologio Græco iussu Basilii Imperatoris edito hæc leguntur de Gregorio: *Imperante Iustiniano factus est hic S. Gregorius monachus in monasterio prope Romam.* Hæc sane falso afferuntur; nam cum Longobardi Mediolanum cepere, nondum Laurentius Mediolanensem ecclesiam regebat. Paulus diaconus lib. 2. Hist. Longob. cap. 25. scribit. *Alboin igitur Liguriam introiens indictione ingrediente tertia tertio Nonas Septembris sub temporibus Honorati Archiepiscopi Mediolanum ingressus est.* indictio tertia inchoata est mense Septembri anno 569. At Gregorius sub Laurentii Episcopi initiis se Prætorem Urbis fuisse testatus est. Honoratus Genuam cum plurimis clericis ac civibus se recipiens paulo post diem obiit. Tunc duo electi sunt Mediolanensium Antistites; etenim exsules apud Genuam Laurentium nominarunt circa annum 571. Mediolani vero meliori ac maiori parte civium exsulante, Fronto quidam veluti vacuam sedem occupavit, de qua re Ripamontius lib. 8. Hist. eccles. Mediolanen. & Ughellus in tabulis illius urbis Episcoporum. Tanta vero Mediolanensium multitudo Genuæ morabatur, ut postea Laurentio etiam mortuo S. Gregorius illis inconsultis novum Præsulem eligi noluerit. Scribit lib. 2. epistola 30. Iohanni subdiacono, qui nomine Sedis apostolicæ novi Episcopi electioni interesse debebat: *Genuam te proficisci necesse est; & quia multi illic Mediolanensium coacti barbarica feritate consistunt, eorum te voluntates oportet convocatis clericis in communi perscrutari* &c. Quare anno 571. Laurentius ad Iohannem Papam cautionem transmisit, qua tria capitula damnare iureiurando affirmabat, quam syngrapham cum aliis nobilissimis viris Gregorius tunc Prætor urbanus subscripsit. Summus ecclesiasticorum annalium Conditor in alienam prorsus sententiam ivit de tempore, quo Gregorius urbanam præturam obivit; unde respondere facile posset, Laurentium anno demum 581. mortuo æmulo Episcopo, cum solus Mediolanensium sacra regeret, cautionem ad apostolicam Sedem transmisisse. quæ sane illius opinio est. Sed Laurentium, qui adversus schismaticum Episcopum apostolicæ Sedis favorem quovis officio demerere studebat, adeo tarde cautionem Romam transmisisse, mihi nullatenus probatur.

Iustinus Imperator barbarorum exercitibus undique lacessitus, adversaque valetudine conflictatus, cum de successore cogitaret, neminem Tiberio viro strenuo ac religioso imperio digniorem putavit. Quare Idibus Novembris anni 574. Tiberium Cæsarem designavit, qui dies Iustino natalitius erat, eo enim post Iustinianum ad imperium evectus fuerat. ita sentit magnus chronologus Panvinius. At Chronicon Alexandrinum hæc habet: *Hoc octavo imperii sui anno Septembri mense die VII. octava indictione morbo correptus Iustinus Augustus Tiberium Cæsarem creavit, nominavitque illum Constantinum, & vixit cum eo quatuor annos.* Sed ex sanctione ad Theodorum *de filiis colonorum* &c. post Novellas Iustiniani adhuc uno mense prius Tiberii electio adstruitur, nam subscribitur *Data Tertio Idus Augusti Constantinopoli Imp. D. N. Tiberii Constantini PP. Aug. anno VIII. & post consulatum eius anno tertio, & Nob. Fl. Tiberii Mauricii felicissimi Cæsaris anno primo.* Verum Panvinii sententia potior est, nam ex lapide Vaticano paragrapho superiori exhibito die 25. Octobris anno 577. erat Iustini XII. & Tiberii Cæsaris annus tertius. Præterea in antiquissimo codice relato a Dandulo in synodo Aquileiensi apud Gradi insulam coacta scribitur: *Imperante Serenissimo Tiberio Constantino Augusto anno imperii eius quinto eodem Consule sub die tertio Nonarum Novembrium indictione* 13. Quare Idibus Novembris anni 579. quo Tiberius erat Consul indictione labente decimatertia, idem annum sextum inchoabat; unde anno 574.

mense Novembri, ut recte meus concivis Panvinius docuit, Tiberius Cæsar appellatus est.

Iohanne Tertio defuncto Benedictus successerat, quo Pontifice Gregorium præturam urbanam gessisse ante Pelagii II. initia satis solide probatur. Baronius vero ex corrupto Evagrii textu Iustini ac Tiberii annos ultra quadriennium auget, unde & in chronologia Gregorii lapsus est. Quare Principum illorum tempora nobis statuenda sunt, nam & synodi schismaticorum inde melius illustrabuntur, de quibus in sequentibus sermo instituendus est. Iustinum *anno undecimo regni sui* diem extremum clausisse scribit Biclariensis in Chronico, ut iam mirari desinam magnos viros Panvinium & Sigonium obitum illius Imperatoris recitare ad annum 576. si qui tunc vivebant, minus recte annum obitus Iustini designarunt. Certum est anno 577. Iustinum superstitem fuisse. Narrat Eustathius presbyter C-P. sanctum Eutychium Patriarcham, mortuo Iohanne Scholastico a Iustiniano intruso, ab Imperatoribus Iustino & Tiberio iterum Constantinopolim summo cum honore revocatum, *cum duodecim annorum spatio atque eo amplius in monasterio a se constituto mansisset*. cap. 44. vitæ eiusdem. Quare cum anno 565. die 14. Ianuarii expulsus fuerit, anno 577. sedi restituitur: sed annum nobile caractere idem Scriptor designat cap. 54. *Revocatus autem est*, inquit, *die tertia mensis Octobris, quæ erat Dominica*. Fuit annus 577. Cyclo Solis XXVI. Lunæ VIII. lit. C. quo anno tertia die Octobris Dominicum festum contigit. Ex his Baronii chronologia labitur, qui Eutychium ab exsilio revocatum scribit anno 578. Corrigendus etiam Panvinius, qui in Chronico ecclesiastico putat, Eutychium anno 576. rediisse. At eo anno revocati Eutychii vixisse adhuc Iustinum affirmat Eustathius testis oculatus cap. 53. *Illic enim erant*, ait, *pii Imperatores Iustinus & Tiberius, qui hilari vultu & magno cum honore sanctum virum suscipientes, quæ tempori conveniebant, collocuti sunt* &c. Mortuus vero est Iustinus anno sequenti die 5. Octobris ex Chronico Alexandrino & Theophane. Marius Aventicensis illorum annorum scriptor ait: *A. XIII. consulatus Iustini Augusti indict. XII. Eo*

A *anno mortuus est Iustinus Augustus, & successit Tiberius in loco eius*. Indictio XII. incœpit mense Septembri anno 578.

Cardinalis Baronius scribit Iustinum imperasse annos sexdecim, ac decessisse anno 582. ibidem initio: Tiberium autem successorem solum imperasse annos quatuor, atque demum obiisse anno 586. Evagrius, qui sub Tiberio quæstoratum gessit, illum in hanc sententiam traxit; libro enim 5. cap. 23. hæc tradit: *Sciendum est Iustinum iuniorem imperasse solum annos duodecim, menses decem cum dimidio: cum Tiberio vero annos tres,* B *menses undecim; in universum annos sedecim, menses novem cum dimidio. Imperavit autem Tiberius solus annos quatuor*. Sed plane corruptus est textus Evagrii; numquam enim crediderim scriptorem insignem quadriennii integri metachronismo lapsum, cum suæ præsertim ætatis res literis mandarit. Tiberium anno 582. mortuum esse evidentibus testimoniis probatur, nam ex caracteribus cœlestibus ac Paschalibus, qui certissimi sunt, hoc apertissime demonstratur. Theophylactus Simocatta, qui Mauricii Imperatoris gesta descripsit, libro C 5. cap. 16. *Eo die*, inquit, *Sol pene totus est obscuratus. Annum imperii nonum* (completum) *agebat*. Nempe cum Mauricius per se ipsum vere ineunte exercitum in Avares ductaret. Accidit hæc eclypsis die 19. Martii anno 592. Cyclo Solis XIII. lit. F. E. Novilunium contigit Constantinopoli hora 10. 12. post mediam noctem: ea vero erudite describit Petavius libro 8. Doctrinæ temporum num. 44. Quare si eo anno 592. die 19. Martii lapsus erat IX. annus Mauricii, cum mense Augusto idem Tiberio successerit, consequens est, ut initium D eiusdem imperii contigerit anno 582. die V. Augusti ex Chronico Alexandrino. Hoc ipsum ex caractere Paschali demonstratur. Eustathius superius laudatus cap. 67. de vita Eutychii Patriarchæ scribit, eumdem festo die Paschatis sacra mysteria in ecclesia celebrasse, & vespertinas etiam ibidem preces solvisse; & statim addit: *Reversus igitur in Episcopium in lectulo suo decubuit, vehementique febre circa mediam noctem correptus est, atque ita mansit septem dies assidue precibus incumbens*. postea cap. 69. ait circa nonam aut decimam noctis horam

ram obiisse. Græci in Menologio die 6. Aprilis S. Eutychii festum celebrant, eo etiam die Surius eiusdem vitam describit ex Eustathio, atque eo die obiisse dicit Theophanes: *Hoc anno die 6. Aprilis indictionis XV. Eutychius Patriarcha diem ultimum obiit, & post dies sex Iohannes magnæ ecclesiæ diaconus, qui Ieiunator dictus, consecratus est*. Anno 582. Paschatis festum contigit die 29. Martii Aureo numero XIII. Cyclo Solis III. lit. D. ergo eo die decumbens S. Eutychius septem dies ægrotans nocte sequenti iamiam illucescente die 6. Aprilis ad Superos transiit. Addit cap. 68. Eustathius: *Quatuor post mensibus e vita discessit Christi amantissimus Imperator*; quod Tiberio, cum ægrotum inviseret, S. Patriarcha prædixerat. Quare anno 582. mense Augusto obiit Tiberius teste Eustathio, qui tunc Constantinopoli degebat. Ex quibus constat falso Holstenium scripsisse in Diagrammate chronologico Pelagium II. misisse literas ad Aunacharium Antisiodorensem die 5. Octobris anno 582. Tiberii Augusti anno septimo; etenim ante duos menses iam Tiberius ad plures transierat. Rursus idem cap. 62. de S. Eutychio scribit: *Vixit posteaquam revocatus est & in sublimem sedem restitutus, annos quatuor & menses sex, ut omnes vitæ ipsius anni fuerint septuaginta*. Capite vero 20. tradit eumdem anno ætatis quadragesimo electum Antistitem. At Eutychius revocatus est anno 577. die 3. Octobris ex dictis superius, quare moritur anno 582. mense Aprili. Denique cum anno 552. Mennæ successerit anno ætatis 40. moritur anno 582. ætatis septuagesimo.

Hic castiganda est palmaris alucinatio Ricciolii, qui tomo 2. suæ Chronologiæ, ut vocat, reformatæ in magno Chronico scribit: *Anno 582. Tiberius Imperator hoc anno, ut contra Baronium & alios ostendimus lib. 4. Chron. ref. cap. 13. n. 4. mortuus est die 14. Augusti, eique successit statim Mauricius*. At in eadem versa pagina postea subdit: *Anno 586. Sanctus Eutychius moritur 6. Aprilis Dominica in Albis prædicta Tiberio Imperatori eum invisenti morte post quatuor menses, in eiusque locum suffectus est Iohannes monachus cognomento Ieiunator* &c. *Moritur deinde Tiberius Imp. post quatuor menses circa medium Augusti, eique successit statim Mauricius*. Quæ si vera essent, scriptoris chronologiam non tantum reformatam, sed thaumaturgam dixerim, quæ hominem a quadriennio mortuum in vitam revocat. In hanc tamen antilogiam Ricciolius incidit, quia alienis oculis ac manibus posterius dicta e Baronii annalibus excerpsit. Quod addit anno 586. Dominicam in Albis incidisse in diem 6. Aprilis, falsum est: accidit die 21. eiusdem mensis Cyclo Solis VII. lit. F. Sed nec mors Eutychii contigit Dominica in Albis, quæ fuit 5. Aprilis anno 582. sed post dimidium noctis post Dominicam in Albis hora 9. vel 10. Quare in Menologio die 6. Aprilis eius dies anniversaria colitur; quæ enim a media nocte accidunt, sequenti diei deputantur ex A. Gellio lib. 3. Noct. Attic. cap. 2. Corrigendus est etiam meus Panvinius, qui Eutychii mortem succedente Iohanne Ieiunatore recitat anno 580. Tiberii vero mortem anno 583. cum uterque anno 582. obierit, ille 6. Aprilis, hic 14. Augusti ex Chronico Alexandrino & Eustathio nobis sæpius laudato.

Hæc quidem abunde probant Tiberium anno 578. Iustino successisse, anno vero 582. & imperium & vitam reliquisse. Sed quia Baronius ad annum 602. in finem sexdecim tantum annos Mauricio tribuit, quem certum est anno 602. occisum fuisse a Phoca ex Gregorio Magno, Abbate Biclariensi tunc viventibus, & Theophylacto Simocatta, qui familiariter usus est iis, qui sub Mauricio fuerunt, atque octo libris huius Imperatoris gesta ad posteros transmisit, hoc ipsum ostenditur. Simocatta lib. 8. c. 4. scribit: *Anno imperii Mauricii decimo nono nihil inter Romanos & Barbaros gestum est. Vicesimo Petrum Prætorem Europæ declaravit*. Biclariensis vero in Chronico hæc habet: *Mauricius regnat annos XX*. Ergo Baronii chronologia quadriennium Mauricii imperio aufert. Rursus libro 2. epist. S. Gregorii *mense Septembrio indict. X.* (est annus 591.) narratur depositio Laurentii archidiaconi Romani his verbis: *Temporibus Papæ Gregorii consulatus Mauricii Augusti anno septimo depositus est Laurentius*. Baronius initio anni 590. scribit: *Gregorius sui Pontificatus anno secundo septimum numerat annum imperii Mauricii*. annos consulatus pro imperii annis ille usurpavit. Ceterum Mauri-

cius anno tantum imperii altero inchoato consulatum accepit. Reddo laudati Simocattæ verba libro 1. cap. 12. *Agebatur annus Mauricii secundus, cum hyeme consul creatus conscenso curru imperatorio summe conspicuus erat*. Anno itaque 583. consul fuit Mauricius: annus 584. dictus est post consulatum Mauricii, sequens iterum post consulatum Mauricii; unde *VII. post consulatum* eiusdem est caracter proprius anni 591. quo & secundus Gregorii & indictio decima concurrunt a mense Septembri. Gregorius iniit Pontificatum anno 590. mense Septembri indictione 9. At si Mauricius anno 586. mense Augusto Tiberio successisset, septimus Imperatoris annus laberetur mense Septembri indictione 11. anno 592. Laurentius vero dicitur depositus *Mense Septembrio indictione decima*, qui est annus 591. ac iuxta opinionem Baronii sextus Mauricii; unde nec annos consulatus pro annis imperii accipiendo quicquam fundamenti habet in Gregorio Baronii opinio. Lego tamen eumdem ad annum 591. num. 17. hæc scribentem: *Quod autem audis id factum septimo Mauricii anno, intellige illum inchoatum hoc anno 591. mense Augusto*. Certe ab anno 586. ad annum 591. quinque tantum anni numerantur; non ergo septimus Mauricii anno 591. inchoari poterat. Rursus libro 4. epistola 44. recitatur synodus Romana sub Gregorio Papa, cuius est hocce exordium: *Regnante in perpetuum Domino Nostro Iesu Christo: Temporibus piissimorum ac Serenissimorum Dominorum Mauricii Tiberii & Theodosii Augustorum: eiusdem Domini imperatoris Mauricii anno tertiodecimo, indictione tertiadecima, quinto die mensis Iulii: Gregorius Papa* &c. Indictio XIII. mense Iulio labebatur anno 595. qui cum decimus tertius numeretur Mauricii, palam fit hunc anno 582. Imperium suscepisse.

Eosdem vero annos imperii Mauricii inchoari ab anno 582. ex ipso Evagrio ostendo; nam unum Evagrium ceteris omnibus tum Græcis tum Latinis Scriptoribus vir Illustris præferendum dixit, quod ille sub Tiberio & Mauricio vixit, atque summa diligentia annos Iustini ac Tiberii computare se pronunciavit. Is anno 594. opus in libros sex digestum terminavit. Libro tertio cap 33. ait, se illa literis mandare *anno sexcentesimo quadragesimo primo*. Loquitur iuxta epocham Antiochenam, quæ æram Christianam annis 48. anticipat, quibus a dato numero detractis habes annum 593. quo Evagrius librum tertium scribebat. Rursus lib. 4. cap. 29. tradit biennio post captam a Persis Antiochiam sub Iustiniano ea in urbe pestiferum morbum exortum. Porro a Cosrhoe anno 540. capta est Antiochia, unde anno 452. morbus erupit, *durans*, inquit Evagrius, *annos quinquaginta duos*. *Quæ futura sint incertum est, attamen eo tendent, quo placita Dei destinaverint* scribebat ergo illa anno 594. At in fine Historiæ ait: *Hic esto mihi præsentis historiæ finis anno duodecimo Mauricii Tiberii Romani Imperatoris*. Anno igitur 582. imperium ex Evagrio Mauricius obtinuit. Baronius ex Photii codice XXIX. *anno decimo* legendum contendit. Sed Photius aperte scribit: τῆς Βασιλείας Μαυρικίυ ἔτος δωδέκατον, *imperii Mauricii anno duodecimo*; neque enim δεκάτον nempe decimum scripsit. Præterea testatur se finem libris illis imponere Iohanne Episcopo novæ Romæ, Anastasio post annos 23. Antiochiæ restituto, & Iohanne Hierosolymitano mortuo, vacante sede. At Iohannes Constantinopolitanus Pattiarcha mortuus est, non anno 596. ut putant Baronius & Panvinius, sed anno 595. quarto Nonas Septembris ex Menologio Græco, quod legere potes in fine tomi 6. Italiæ Ughelli, *cum sacram ecclesiam ad annos tredecim menses quinque integerrime gubernasset*. electus fuerat anno 582. die 12. Aprilis. Quare epistola 15. quam indictione 14. lib. 5. Gregorius Papa ad Iohannem mense Septembri perscripsit, mortuum eumdem invenit. Idem vero Gregorius anno 594. mense Iunio literas gratulatorias Anastasio Antiocheno ob reditum in urbem misit. libro 4. indict. 13. epistola 37. Quare Evagrius neque ante annum 594. opus terminavit, cum Anastasium Sedi suæ redditum narret; neque post Septembrem anni 595. quo tempore obiit Iohannes Ieiunator, quo tamen vivo ille scribebat. Ex Evagrio ergo habemus Mauricium anno 582. Tiberio successisse, qui cum solus annos quatuor eodem auctore imperaverit, incœpit regnare mortuo Iustino anno 578. quæ est recta & vera illorum Imperatorum chronologia. Ex

his

his ab indocto quodam corruptum fuisse textum illum Evagrii intelligimus, atque expungenda hæc de tempore imperii Iustini: *In universum annos sedecim menses novem cum dimidio*. vel si eiusdem Evagrii integra supputatio est, semet correctore emendetur. Hæc fusius prosecuti sumus, ut posita semel Principum chronologia annus synodi Aquileiensis, & tempus quo Gregorius Magnus urbanam præturam gessit, ac dein monachum induit, exactius statueretur, ex quibus Romanam Sedem vel ante Pelagii II. Pontificatum tria capitula proscripsisse contra Halloix clarissime demonstrabitur.

Indagandum iam tandem temanet tempus, quo S. Gregorius præturam urbanam gerens contra tria capitula inravit. Anno 581. id contigisse docet Baronius A. eodem num. 5. Sed non ita est; nam Gregorius Tiberio imperante Apocrisarium Sedis apostolicæ apud Principem egit, quo tempore cum Eutychio Patriarcha de palpabilis carnis resurrectione coram Imperatore litigavit. Rem ipse describit lib. 19. Moralium cap. 29. *Tunc itaque*, inquit, *de hac re in longa contentione perducti gravissima a nobis cœpimus simulatione resilire, cum piæ memoriæ Tiberius Constantinus Imperator secreto me & illum suscipiens, quid inter nos discordiæ versaretur, agnovit*. Cum vero Eutychius 6. Aprilis 582. mortuus sit, ea dissensio ad annum 581. ad minus retrahenda est, ut dici possit *ex longa contentione* inter utrumque simulatio suborta. Quare anno 581. Gregorius haud Prætorius Romanis dicebat, sed Pelagii legatus in regia urbe versabatur. Idem Gregorius lib. 4. Dialogorum cap. 47. de prodigiis, quæ in monasterio a se extructo contigere, verba faciens, Merulam quemdam sanctissimum monachum obiisse scribit, additque: *Ad cuius sepulcrum dum Petrus, qui nunc monasterio meo præest, sibi sepulturam facere post annos quatuordecim voluisset, tanta, ut asserit, de eodem sepulchro illius fragrantia suavitatis emanavit, ac si illic florum omnium fuissent odoramenta congregata*. Porro libri Dialogorum editi sunt a Gregorio anno 593. nam pestem, quæ Romam anno 590. afflixerat, atque Pelagium II. occiderat, a triennio accidisse memorat lib. 4. cap. 26. & 36. & Maximianum Episcopnm Syracusanum, qui ex literis Gregorii ad Cyprianum lib. 4. epist. 19. obiit indictione XIII. mense Novembri, lib. 3. cap. 36. *nunc Syracusanum Episcopum* dicit, & lib. 1. cap. 7. de eodem ait: *Nunc usque superest*. Iam vero etiamsi demus miraculum illud ad Meruli sepulcrum accidisse eo ipso, quo scribebar anno 593 quod tamen antea patratum fuisse longe probabilius est; per annos quatuordecim retrocedentes venimus ad annum 579. Quare si eo anno iam constructum erat Gregorii monasterium, ac viris sanctitate illustribus florebat, dicendum videtur triennium ad minus effluxisse, ex quo Gregorius urbanam præturam gerebat; ea enim perfunctus est vivente adhuc genitore, quo mortuo sex in Sicilia cœnobia, unumque insuper Romæ in paternis ædibus construxit, ubi Monasticam professus est; quæ non tam cito contigere, quin ad minus sub Benedicto Papa illa accidisse videantur. Certe cum ex Iohanne diacono, qui vitam Gregorii scripsit, hic in monasterio S. Andreæ Hilarione ac Maximiano Magistris monachi vitam egerit, ac postmodum Abbas fuerit, quæ inter precum officia tecitat Ecclesia in festo Gregorii, aliquot annos in cœnobio vixit. Profecto lib. 3. Dial. cap. 33. de Eleuthero Abbate dicit: *Diu mecum est in hac urbe in meo monasterio conversatus*. diu ergo ille in monasterio vixit. Quare in eam sententiam relabor, ut existimem anno 571. Gregorium utbanam præturam obivisse, quo anno Laurentius novus Mediolanensium Antistes cautionem de tribus capitulis damnandis Romam ad Iohannem transmisit. Etenim non illam misit mortuo æmulo Frontone anno 581. tunc enim, ut evidenter probatum est, Gregorius Constantinopoli Apocrisarius morabatut: quare id illum executum colligimus, cum primum Mediolanensium sacris præfectus est; nam eo tempore talem cautionem ab Episcopis exigi solitam testatur Gregorius lib. 3. Indict. 12. epist. 2. ad Constantium ubi ait: *Quamvis decessor fraternitatis tuæ Laurentius districtissimam cautionem Sedi apostolicæ remiserit, in qua viri nobilissimi ex legitimo numero subscripserunt, inter quos ego quoque tunc urbanam præturam gerens pariter subscripsi. Quia postquam talis scissura pro nulla re facta est, iustum fuit, ut Sedes* apo-

apostolica curam gereret, quatenus unitatem universalis Ecclesiæ in Sacerdotum mentibus per omnia custodiret. Vides ergo a novis Episcopis transmitti solitam cautionem, qua tria capitula eiurabant. Illam ergo Laurentius misit anno 571. & sub id temporis rectius Gregorii urbana prætura statuitur. Quare teste eodem Pontifice a Pelagii I. temporibus, quando in Italia ob tria capitula plerique Episcopi a Romani Pontificis communione discesserant, dum quisque novus Antistes eligebatur, scripto tria capitula damnabat, ac ad Romanum Pontificem chirographum transmittebat, ut iam Halloix apertæ falsitatis reus habeatur, qui Benedictum ac Iohannem decessorem tria capitula minime damnasse affirmare non dubitaverit. Annus quo Gregorius monachum induit, certus figi non potest; attamen post annum 571. id accidisse ex dictis liquet. Cum vero ex recitato miraculo ad sepulcrum S. Meruli anno 579. Gregorii monasterium viris sanctitate illustribus floreret, intra illud septennium monachatus eiusdem initia statuenda veniunt. Interim mihi plane certum videtur Gregorium a Pelagio secundo & diaconum & Apocrisarium ad Tiberium electum fuisse; etenim in præfatione ad libros Moralium hæc ait: *Eo quoque tempore, quo ad ministerium altaris accessi, hoc de me ignorante me actum est, ut sacri ordinis pondus acciperem, quatenus in terreno palatio licentius excubarem*. Eo igitur consilio a Pelagio diaconus factus est, ut ad Tiberium Apocrisarius mitteretur, nam diaconi eo munere *iuxta antiquam consuetudinem* fungebantur teste eodem Gregorio lib. 11. epist. 34. ad Phocam Augustum.

§. IV.

Schismaticorum Episcoporum synodus apud Gradum cogitur. Pelagius II. literis, dein per Smaragdum Exarchum eosdem compescere conatur. Plurium Scriptorum de Patriarchis Aquileiensibus schismaticis dicta corriguntur. Pelagium Vigilii Constitutum novisse contra Halloix demonstratur.

Benedictus exacto in Pontificatu quadriennio ad superos transiit. Successit alter Pelagius, cuius initia Holstenius post Sigonium ac Panvinium in Diagrammate laudato ponit anno 579. die 9. Novembris. Non assentior; nam anno 579. die 18. Februarii scripsit Pelagius ad Heliam Antistitem Aquileiensem, & anno eodem tertio Nonas Novembris idem Pelagius sedebat ex actis synodi Gradensis, ut mox patebit. Sed neque anno 577. initia Pelagii statui possunt cum Baronio, quia Abbas Biclariensis, qui tum temporis vivebat, annos XI. illum sedisse scribit: quod etiam antiqua manu insartum lego Chronico Tunonensis perperam ad annum 37. Iustiniani. Obiit autem Pelagius die 8. Februarii 590. Anno ergo 578. Pelagius fit Pontifex. Universa Italia synodum V. receperat. Soli Transpadani, Istri, ac Veneti eidem refragabantur, quod eo securius faciebant, quod sub Longobardorum imperio degebant: unde contra Romanum Pontificem pro tribus capitulis acerrime diu ab ipsis pugnatum est.

Paulinus, quem literis ad Narsetem datis Pelagius I. insecutus fuerat, capta a Longobardis Aquileia sacram omnem supellectilem in Gradi insula, quæ prope urbem in æstuariis sita est, servandam curaverat; illo vero mortuo, atque eiusdem successore Probino intra annum extincto, Helias Archiepiscopus renunciatus fuerat. Hic cum Aquileiæ inter Christianæ rei infensissimos hostes haud tuto sedegere posse animadverteret, Pelagium II. rogavit, ut Metropolitana sedes Gradum transferretur, ubi & templum martyri Euphemiæ sacrum ædificarat. Pelagius tum ut initio Pontificatus schismaticorum principem collatis beneficiis erga apostolicam Sedem reverentiorem faceret, tum quod sub Romano imperio viventem facilius ad obedientiam revocari posse intelligebat, Heliæ precibus annuit delegato etiam Laurentio presbytero, qui cum literis Pontificiis synodo provinciæ ea de causa celebrandæ suo nomine adesset. Coacta est synodus apud Gradum die 3. Novembris anno 579. Illam recitat Dandulus in Historia Veneta MS. eamque refert Ughellus tomo 5. Italiæ sacræ in tabulis Aquileiensium Patriarcharum, cuius hocce legitur initium: *Imperante Serenissimo Tiberio Constantino Augusto anno imperii eius* quin-

quinto eodem consule sub die 3. Nonarum Novembrium indictione 13. Sunt oobiles caracteres, queis fasti Panvinii & aliorum corriguntur; nam ex præmissa dissertatione chronologica constat annum illum esse 579. nostræ epochæ. Paovinius tameo anno 580. Tiberii consulatum ponit; sed anoo superiori prius consulem fuisse constat ex Chronico Alexandrino, ubi habemus hæc ipsa: *Indictione XII. Tiberii I. Tiberio iuniore Constantino primum Consule.* Qui cum anno 578. Iustino successerit, anno novo consulatum inivit. Hoc ipsum patet ex subscriptione Tiberii paulo aote mortem Mauricio iam ad imperium vocato, in qua scribitur: *Post consulatum eius III.* quæ posita est §. præcedenti. Cum vero decretum illud emissum fit anno 582. palam est anoo 579. Tiberii consulatum recitandum. Præterea tertio Nonas Novembris labebatur annus V. Tiberii, quod optime inscriptioni superius positæ quadrat. Ex hoc etiam codice synodali Baronii sententia de longiori Iustini imperio refellitur, ac Pelagii tempora melius inootescunt.

Lecta est epistola Pelagii Papæ, cuius io his verbis summa continentur: *Quapropter vestro compatientes mærori necessitudinem, imo etiam rabiem furentium perpendentes Longobardorum, inclinati partibus vestris per huius præcepti seriem suprascriptum castrum Gradense totius Venetiæ cum omnibus vestræ ecclesiæ pertinentibus etiam Istriæ metropolim perpetuo confirmamus.* Dicitur epistola *data XII. Kal. Martii Imperatore Tiberio II. Augusto.* Lectis literis acclamatum ab omnibus: *Exaudi Christe, Pelagio vitam: omnes uno consensu sanctissimi Pelagii præceptionem, & vestram sequimur confirmantes sententiam.* In fine vero Epiphaoius iussus est Patrum decreta legere, statimque defioitio fidei synodi Calchedonensis lecta est, pro illa enim synodo Antistites illi mordicus stabaot. Episcopi subscripti non eodem modo io laudato codice Danduli & in MS. Barberinæ Bibliothecæ num. 247. quod apud eumdem Ughellum in tabulis Gradensibus legitur, exhibentur.

Helias S. Ecclesiæ Aquileiensis Episcopus his gestis subscripsi.
Laurentius Presbyter Apostolicæ Sedis Legatus.
Marcianus Episcopus S. E. Opiterginæ.
Leomanus Episcopus S. E. Teboricensis. — B. *Leonianus Tiborniensis.*
Petrus Episcopus S. E. Altinatis.
Vindemius Episcopus S. E. Cenetensis.
Clarissimus Episcopus S. E. Celicanæ. — B. *Clarissimus Concordiensis.*
Patritius Episcopus S. E. Hemonensis. — B. *Petrus.*
Maxentius Episcopus S. E. Iuliensis. — B. *Veliensis.*
Severus Episcopus S. E. Tergestinæ.
Solatius Episcopus S. E. Veronensis.
Iohannes Episcopus S. E. Parentinæ.
Aron Episcopus S. E. Aventiensis. — B. *Avoricensis.*
Marcianus Episcopus locum faciens viri beatissimi Ingenuini S. E. Sedereshiæ.
Virgilius Episcopus S. E. Scaravasiensis. — B. *Caravasiensis.*
Fonteius Episcopus S. E. Feltrinæ.
Ingenuinus Episcopus secundæ Rætiæ.
Agnellus Episcopus S. E. Tridentinæ.
Marcianus Episcopus S. E. Petenensis.
Iohannes Episcopus S. E. Celeianæ.
(In codice Eminentissimi Barberini hi quinque insuper oumerantur.)

Extat in bibliotheca Vaticana codex num. 3922. io quo pag. 24. iidem Episcopi cum actis eiusdem synodi recitantur. Illi autem Antistites Aquileiensi Metropolitæ subiecti erant, cuius amplissima erat iurisdictio, oam a Panoooia Secunda usque ad Abduam in Insubria extendebatur. Continebat Rætiam II. cuius metropolis Sabio, ubi erat Episcopus S. Ingenuinus: Noricum, cuius primaria urbs erat Tiburnia ad Dravum, quod patet ex vita S. Severini Noricorum Apostoli, Teurnia Plinio lib. 3. cap. 24. quare Leoniaous Tiburoiensis dicendus venit. Denique complectebatur Istriam, Forum Iulium, ac Venetiam, quæ provinciæ uno Istriæ nomine id temporis ac io sexta synodo vulgo appellabantur. Vigilius Scaravasiensis in Pannonia Episcopus fuit; hioc puto legeodum *Scaraban-*

bantiensis, quæ urbs non procul a Danubio prope lacum sita erat, & in Norico ponitur a Plinio proxime laudato. Huius urbis cives olim S. Quirini Episcopi corpus Romam detulere ex Surio die 5. Iunii in vita eiusdem. Ex his Aquileiensis Metropolitæ diœcesis amplitudo patet. Maxentius recte in codice Danduli scribitur Episcopus Iuliensis, nam & hoc pacto inscriptus legitur io pseudosynodo Maranensi. Palladius lib. 1. Rerum Foroiuliensium scribit, hunc Maxentium fuisse Utinensem Episcopum; tunc enim Utinum, inquit, Iulium seu Foroiulium promiscue dicebatur; addit sedisse eumdem statim post Asterium, qui interfuit synodo Romanæ sub Hilaro Papa, euius decessor fuit Theodorus Foroiuliensis, ad quem extat Leonis Papæ epistola 89. Hæc profecto a vero exorbitant. Nam Theodnrus ille, ad quem scribit S. Leo, fuit Episcopus Foroiuliensis io Gallia: est autem Foroiulium in Provincia Narbonensi, Octavianorum olim eolonia Plinio memorata urbs lib. 3. cap. 4. quam veterem & illustrem coloniam vocar Tacitus initio vitæ Agricolæ soceri, qui eamdem urbem habuit patriam. Idem vero Theodorus cum Lerinensibus monachis litigavit, unde celebrata est sub Ravennio synodus Arelatensis. De hoc Theodoro alia diximus lib. 2. Hist. Pelagianæ cap. 3. & 11. Asterius Theodori successor vivebat tempore synodi ab Hilarn Papa celebratæ anno 465. *Basilisco & Herminerico Coss.* nam eamdem subscripsit, ut ex actis patet. Quomodo ergo huic immediate successit Maxentius, quem post centum & quatuordecim annos sedisse certum est? Foroiulium in Italia erat in diœcesi Episcopi Aquileiensis, neque umquam Episcopum habuit ab Aquileiensi Metropolita distinctum, ut mox ex Paulo diacono Foroiuliensi ostendam. Theodorum vero uti suffraganeum metropolitæ monet S. Leo: *Sollicitudinis qnidem tuæ is ordo esse debuerat, ut cum metropolitano tuo primitus de eo, quod quærendum videbatur esse, conferres.* Maxentius erat Episcopus Iulii Carnici. *Iulienses Carnorum* Plinio lib. 3. cap. 19. nunc *Zuglio* dicitur tribus M. P. supra Tolmetium oppidum. Paulus diaconus lib. 6. de Gestis Longobardorum capite 51. de Fidentio Episcopo scribit: *De castro Iuliensi cum voluntate*

A *superiorum Ducum intra Foroiuliani castri muros habitavit, ibique sui Episcopatus sedem statuit.* Ex quibus patet Iulium & Foroiulium haud fuisse unam eamdemque urbem, ut putabat Palladius. At Callistus Patriarcha Aquileiensis, qui tunc Cormonæ residebat, *indignatus*, inquit idem Diaconus, *quod in eius diœcesi cum Duce & Longobardis habitaret Episcopus*, vi Fidentium expulit. Itaque Foroiulium erat in diœcesi urbana Antistitis Aquileieosis, ad quam urbem Iulio Carnico destrncto permittentibus Dncibus Longobardis Fidentius se receperat; atque etiamnum Forum Inlium est in diœcesi Patriarchæ, neque umquam proprium Episcopum habuit. Fuit autem Foroiulium urbs provinciæ quodam primaria ac Principum sedes. Cluverio, Sabellico, aliisque doctioribus est *Cividal di Friuli* ad Natisooem. At Henricus Palladius lib. 4. Rerum Foroiulien contendit, Utinum esse Forum Iulium. Mihi tamen hæc opinio probari nequit; nam Paulus diaconus civis Foroiuliensis lib. 5. de Gestis Longobardorum cap. 23. de Sclavis scribit: *Congregata valida multitudine voluerunt super Forojulianorum castrum irruere. Et venientes castra metati sunt in loco, qui Broxas dicitur, non longe a Foroiulio.* Cum vero Wectaris Dux provinciæ cum paucis contra barbaros moveretur, ait: *Quem Sclavi cum paucis venire conspicientes irriserunt, dicentes Patriarcham contra se cum clericis adventare. Qui cum ad Pontem Natisonis, qui ibidem est, ubi Sclavi residebant, propinquasset, cassidem sibi de capite auferens, vultum suum Sclavis ostendit.* Ex his constat Utinum non este antiquum Foroiulium, longius enim abest a Natisone. De quo tamen nolo cum Utinensibus, quos sacras apud ipsos conciones habeos anno 1668. mei amantissimos sum expertus, in præsenti litigare. Clarissimus Episcopus ecclesiæ Celicanæ in MS. Barberino Concordiensis appellatur: ego quidem Celinanæ legendum arbitror; etenim Concordia ab Attila funditus eversa, huius urbis Episcopus Celinam se contulit. De hoc oppido, quod in diœcesi Concordiensi nobile fuit, agit pluribus Cluverius lib. 1. Italiæ antiquæ cap. 18. Apud Maniacum in lapide *Celinenses* inscribuntur. Reliquæ urbes, quarum Episcopi in memorata synodo leguntur, notissimæ sunt,

sunt, unoque aspectu videri possunt in tabula Cluverii laudati cap. 16. itemque de illis agit Ughellus tomo 5. Italiæ sacræ. Nonnulli etiam illorum Episcoporum memorantur Paulo diacono in Historia Longobardica. Agnellus Tridentinus ab Agilulpho legatus missus fuit ad Francorum Regem lib. 4. cap. 1. Libro vero tertio cap. 27. quinque ex iisdem nominat itemque alios tres, sed textu plane corrupto, ut paulo post nobis adnotabitur.

Hæc itaque synodus metropolitanam Sedem Aquileiensem Gradum transtulit apud ecclesiam S. Euphemiæ ab eodem Helia in ea insula extructam. Ceterum in hac synodo contra V. concilium schismatici Episcopi iterum iurarunt vano eo prætextu, ne synodus Calchedonensis læderetur. In laudato enim Chronico Aquileiensi ita legitur: *In qua synodo quicquid de Calchedonensi concilio dubitabatur, pulsa dubitatione confirmatum est.* Et apud Dandulum habemus eos Episcopos *demonstrata synodo Calchedonensi* subscripsisse. Has vices apostolicæ Sedi retulere, quæ dum novo favore Sedem metropolitanam procul a barbarorum incursionibus tutiori loco reponi concedebat, specioso illo titulo synodi Calchedonensis defendendæ veluti per cuniculos ab ingratis impetebatur. Certe eo beneficio schismaticis collato nihil Pelagio peractum est. Ex illa autem Sedis translatione factum est, ut Metropolitæ promiscue Aquileienses vel Gradenses dicerentur; ita S. Gregorius Severum Heliæ successorem Episcopum *Aquileiensem* dixit lib. 1. epist. 16. *Gradiensem* vero lib. 11. epist. 38.

Posthac Tiberio Principe orthodoxo ac religiosissimo Persico bello occupato, atque anno 582. defuncto, schismatici periculosis temporibus in rebellione perseverarunt. Etenim Longobardi in dies imperium per Italiam protendebant, neque Exarchi a Mauricio Imperatore in Oriente bellum gerente eas suppetias accipiebant, queis hostium vires frangere aut sustinere saltem possent. Schismatici, quod sub Barbarorum imperio vivebant, securius in errore perseverabant; pauci vero Episcopi, qui maritimis Istriæ urbibus præerant, haud vi ad obedientiam cogi poteraot, ne ad proximos Longobardos rebellarent. Denique cum anno 586. Longobardi Francorum Regis cum validissimis copiis adventum reformidantes inducias cum Flavio Smaragdo Exarcho statuissent, Pelagius Pontifex, quod iamdiu in votis habuerat, tandem adnixus schismaticis ad Ecclesiam reducendis manum admovit. Itaque Redemptum Episcopum unaque Quodvultdeum Abbatem ad eosdem legatos cum literis misit, ut rogati ad pacem venirent. Erat Redemptus Episcopus Ferentinus laudatus a S. Gregorio lib. 3. Dialogorum cap. 38. & paulo post hanc legationem decessit, nam a septennio illum obiisse scribit, cum dialogos exararet, quos constat ex dictis anno 593. ab eodem conscriptos esse. Porro literarum Pelagii hæc erat inscriptio exordiumque: *Dilectissimis Fratribus Eliæ aliisque Episcopis, universis filiis in ecclesiæ Istriæ partibus constitutis Pelagius Episcopus S. E. catholicæ urbis Romæ. Quod ad dilectionem vestram fratres filiique carissimi nostra tardius scripta dirigimus, non malevolæ voluntatis aut dissimulationis vel negligentiæ fuisse credatur, sed, sicut nostis, temporalis qualitas & hostilis necessitas hactenus impedivit* &c. *Postea ergo quam Deus omnipotens pro felicitate Christianorum Principum per labores & sollicitudinem filii nostri Excellentissimi Smaragdi Exarchi & Chartularii sacri palatii pacem nobis interim vel quietem donare dignatus est, cum omni sollicitudine festinamus præsentia ad vos scripta dirigere hortantes & obsecrantes, ne in divisione Ecclesiæ ulterius quisquam studeat permanere* &c. Pluribus inculcat in sola unitate fidei procul a schismate homines salvari posse, deinde concludit: *Si quid forte causæ est, unde vestri scandalizati animi videantur, manentes in unitatis caritate eligite de fratribus ac filiis nostris, quod ad nos inquirendo, de quibus movemini, transmittere debeatis, & parati sumus secundum præceptionem apostolicam & cum caritate eos suscipere, & cum humilitate ad placita satisfactionis reddere rationem, & sine impedimento aliquo cum omni dilectione, quando reverti voluerint, voluntate sincerissima relegare.* Quo anno datæ sint hæ literæ, non indicatur, sed ex induciis a Smaragdo stabilitis anno 586. scriptæ intelliguntur.

Helias ac collegæ Pelagii legatione audita tantum abest, ut a diuturno schismate discesserint, quin potius apostolicam Sedem non minis, sed precibus

secum agere animadvertentes, ac proinde in superbiam elati suos & ipsi cum literis nuntios Romam miserint, execrabili superbia mandantes, ut literis Papæ datis ne verbum quidem supra adderent. Non despondit animum Pelagius, sed quo aberrantes oves ad Domini caulam revocaret, iterato ad eosdem scripsit. In iis autem literis de Istrorum ad se missis nuntiis ita fatur: *Scripto nobis quasi capitulare vel interdictum potius ostenderunt, nihil iniunctum sibi a vobis aliud asserentes, nisi ut vestræ tantummodo essent portatores epistolæ, in qua tamen nullam rationis satisfactionem quæsisse vos legitur, sed velut iudicatum quid expressisse*. Adeo superbe cum apostolica Sede illi Episcopi agebant, quasi iam supremi essent Ecclesiæ iudices. Porro eorum vecordiam ac tumorem perstringens Pelagius ait: *Nolite ergo amore iactantiæ quæ superbiæ semper est proxima, in obstinationis vitio permanere, quando in die iudicii nullus vestrum excusare se valeat, & neque Theodorus Mopsuestenus neque Ibæ epistola quæ ab adversariis est prolata, ante tribunal tanti Iudicis vobis valeat subvenire*. Hortatur iterum, ut suorum quosdam Romam mittant omnium rationem lucidissimam percepturos, vel si eos itineris incommoda remorantur, Ravennam saltem quosdam delegent, & *illic*, inquit, *Ravennæ fiat congregatio Sacerdotum, quo nos etiam, qui loco nostro intersint, divinitate propitia dirigemus, a quibus satisfactionem plenissimam capiatis, ne amplius animæ simplices divisæ a S. Ecclesia pro superfluis quæstionibus tam longa obstinatione remaneant, nec per vos, quos Dominici gregis decet esse Pastores, oves a septis ecclesiasticis evagantes rapacis lupi dentibus consumantur*. At illi & factum defendere, suamque stultitiam Pelagio instillare longiori epistola pertentarunt. Quare benignissimus Pater tertio iam tandem rebelles filios prolixa satis ad eosdem data epistola monere non destitit, in qua lacrimabundus hæc præfatur: *Dum nihil apud vos reperi admonitionis meæ verba proficere, fleus gemensque cum propheta cogor exclamare*: Curavimus Babylonem, & non est sanata &c. *Pensate quæso hoc, quod dicere nisi singultu interrumpente non valeo, longo divisionis sensu quanto mentis frigore fraternitas vestra torpuerit, quæ nec constricta recalescit*. Deinde synodum Calchedonensem, quod ad

Ierem. 51.

A fidei decreta spectat, nihil per concilium V. læsam ostendit, idque ex S. Leonis epistolis probat. Apostolicam Sedem fatetur initio per Vigilium Papam noluisse tria capitula damnare, quæ tamen causa postea diligentius discussa Vigilio eodem auctore proscripsit; ibique Teodorum hæreticum ex SS. Patribus ostendit, ac Theodoreti libros contra S. Cyrillum itemque epistolam Ibæ omnino damnandam esse demonstrat. Illud vero quam maxime Pelagio displicebat, quod Istri Episcopi ab apostolicæ Sedis communione se suspenderant, contra quam inter-

B dictum teste eodem publicarant. Quare in hisce postremis literis gravissimum eorumdem crimen arguens ait: *Cur non ad memoriam pro unitate servanda B. Augustini dictum reducitur? qui dum de unico baptismate loqueretur, idcirco Cyprianum martyrem, qui de iterando baptismate scripserat, defunctum perhibuit, quia licet pravum quid senserit, numquam tamen se a totius Ecclesiæ communione suspendit*. Has literas Pelagii Papæ scriptas fuisse a S. Gregorio auctor est Paulus diaconus lib. 3. de Gestis Longobardorum cap. 20.

Sed ne hilum quidem profecit Pela-

C gii patientia diuturnior. Quare cum surdis se canere intelligeret, abiecto calamo armata manu cum schismaticis agendum ratus Smaragdum Exarchum contra eosdem per literas concitavit, qui Pontificis iussa impigre executus minaces ad Heliam reliquosque, qui sub Imperatoris potestate erant, literas dedit obedientia erga apostolicam Sedem imperata. At illi coacta synodo Oratores ad Mauricium mittere decreverunt, a quo etiam, ne quid molestiæ ipsis inferretur, subdola statim arte impetrarunt. Hoc tradunt Schismatici in libel-

D lo ad eumdem Mauricium sub Gregorio Papa transmisso: *Dum Smaragdus*, inquiunt, *gloriosus Chartularius Patrem nostrum sanctæ mem. Heliam Archiepiscopum Aquileiensis ecclesiæ pro causa ipsa pluribus vicibus contristaret, cum nostrorum omnium consilio atque consensu direxit ad pia vestigia principatus vestri preces, supplicant ut expectata Dei misericordia, revocatis omnibus consacerdotibus synodi nostræ in potestatem sanctæ Reipublicæ, ad vestræ clementiæ præsentiam veniretur, & vestrum in ipsa causa expectaretur iudicium, quod pietas vestræ mansuetudinis ad mercedem & laudem*

impe-

imperii sui clementi dignatione suscipiens, iussionem suam dedit ad prædictum gloriosum Smaragdum, ut nullatenus quemquam Sacerdotum pro causa communionis inquietare præsumeret. Ita stultissimi Episcopi (hoc enim nomine eos S. Gregorius sugillat) ad profanum Principis tribunal sisti volebant. Quare Mauricius Smaragdo, ne quid novi contra schismaticos moliretur, iniunxit, ne provinciæ illæ a Barbaris vexatæ novis tumultibus importuno prorsus tempore implicarentur. Ceterum paulo post Heliam decessisse iidem affirmant, cui in synodo sufficitur Severus Ravennas. Paulus diaconus B citatus ita scribit: *Pelagius Heliæ Aquileiensi Episcopo nolenti tria capitula Calchedonensis synodi suscipere epistolam satis utilem misit, quam D. Gregorius cum adhuc esset diaconus, conscripsit*. Qui sane auctorem ignoravit. Helias etiam pro tribus capitulis synodi Calchednnensis tutandis schisma fovebat Hinc plane vulgata apud Scriptores rerum Foroiulensium de Helia opinio reiicienda est; etenim in Manichæorum illum hæresim delapsum fingunt, idemque Pelagii Papæ literis revocatum, quod in elogio in aula Patriarchali Utini eidem Heliæ inscri- C pto etiamnum legitur; quam Manichæam hæresim Heliæ quoque successori Severo perperam affricant, ut mox apparebit.

At Smaragdus, cum accepisset Severum pro tribus capitulis acerrime depugnare, veritus ne & vicinas regiones schismate inficeret, cum Istriæ urbes invisceret, classem ad Gradum appulit, Severum in ecclesia cepit, ac militari licentia iniuriis ac verberibus lacessitum secum Ravennam deduxit, ubi coram Iohanne Archiepiscopo tria capitula damnare coactus fuit. Sigonius libro 1. de D Regno Italiæ ad annum 586. Panvinius libro 5. Antiquit Veronen. cap. 9. Rubeus libro 4. Histor. Ravennat. eosque secuti recentiores Palladius lib. 1. Hist. Foroiulien. Ughellus tom. 5. Italiæ sacræ in tabulis Patriarcharum Aquileiensium scribunt, Severum Ravennæ Iohanne Episcopo cogente Manichæorum hæresi nomen dedisse: Iohannem illum inquam Antistitem doctissimum, cui & S. Gregorius magnus libros de Cura Pastorali statim Pontifex nuncupavit, ac tot literas dedit, Eiusque morti

A se indoluisse testatus est libro 4. epistola 23. tanto crimine infamantes. Sinistra illa opinio ex Pauli diaconi errore proxime memorato effluxit. Ceterum una cum Severo Ravennam deportati etiam fuerant tres alii Episcopi Iohannes Parentinus, Severus Tergestinus, ac Vindemius Cenetensis ex Chronico MS. Aquileiensi, qui anno 579. synodo sub Helia apud Gradum interfuere, & hi quoque tria capitula damnarunt. Hic Pauli diaconi textus corrigendus est, qui cum libro 3. cap. 27. dicat tres Episcopos cum Severo Ravennam deductos, postea in fine capitis editionis Grotii eos veluti quinque recenset hoc pacto: *Severus, Pareutinus, Iohannes Patricius, Vindemius, ac Iohannes*: nam ita prorsus legendum est: *Severus Tergestinus, Iohannes Parentinus, Vindemius*. Idem vero Scriptor ibidem ait de Smaragdo, vi illos in Iohannis Ravennatis sententiam adegisse: *Quibus*, inquit, *comminans exsilia atque violentias inferens communicare compulit Iohanni Ravennati Episcopo trium capitulorum damnatori, qui tempore Vigilii vel Pelagii a Romanæ ecclesiæ desciverat societate*. Ita catholicum Episcopum ac Romanæ fidei vindicem ob historiæ ignorantiam ab apostolica Sede rebellem fingit. Hinc deceptus Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus libro 3. de Vitis Sanctorum cap. 86. Iohannem Ravennatem hæreticum, schismaticos vero *Sanctos Episcopos* nuncupavit. De hac Severi captivitate hæc scribunt Schismatici ad Mauricium: *Post hoc ordinato in sancta Aquileiensi ecclesia beatissimo Archiepiscopo nostro Severo, quæ contumeliæ illatæ sint, & quibus iniuriis ac cæde corporali fustium, & qua violentia ad Ravennatem civitatem fuerit perductus atque redactus in custodiam, quibusque necessitatibus oppressus atque contritus fuerit, potuit ad Domini nostri pias aures sine dubio pervenire*. Ex quibus patet errare Sigonium, dum scribit Smaragdum ob captum vexatumque Severum a Mauricio ex Italia revocatum, dato eidem successore Romano Patricio; nam schismatici hoc minime reticuissent, neque an factum Imperatori innotuisset, subdubitassent. Manuscripta Aquileiensia Smaragdum uti sacrilegum a dæmone invasum fuisse comminiscuntur; hæc enim schismatici publicabant, queis plebem in errore de-

tinerent: idem etiam a Paulo diacono A libro citato dicitur *a dæmonio non iniuste correptus*. Ceterum Severum ac collegas post annum liberi dimissi sunt.

Interim ubi per Istriam ac Venetias vulgatum est, Severum ac collegas Ravennæ tria capitula condemnasse, eorum præsentiam singuli quique fugiebant, nec ante communioni ecclesiasticæ admissi sunt, quam in synodo iterum pro tribus capitulis cautionem dato sacramento præstarent. Indicta autem fuit synodus Marani, quod munitissimum modo Venetorum oppidum est stagnis Adriatici maris fere circumdatum in B Foroiuliensi littore ad Celinam amnem situm. Decem Episcopos eo convenisse scribit Paulus diaconus libro 3. cap. 27. *Post hæc*, inquit, *facta est synodus decem Episcoporum in Marano, ubi receperunt Severum Patriarcham Aquileiensem dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicarat Ravennæ*. Nomina vero Episcoporum in editis libris ita recensentur: *Petrus de Altino clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnellus Tridentinus, Iunior Veronensis, Horuntius Vicentinus, Rusticus de Tarvisio, Fonteius Feltrensis, Agnellus de Acilio, Laurentius* C *Lunensis*. At si decem convenere, cur novem tantum schismaticorum nomina exprimuntur? Et hic error in codicem irrepsit; nam clarissimus male apponitur ut epithetum Petro Altinati, est enim nomen Episcopi Concordiensis, qui anno 579. alteri synodo interfuit. Itaque hoc pacto legendum est: *Petrus de Altino, Clarissimus de Concordia*. Laurentius etiam Bellunensis dici debet, neque enim Lunensis Episcopus in Liguria ad Macram erat suffraganeus Aquileiensis metropolitæ, & in altera synodo proxime habita scribitur Laurentius Bel- D lunensis: est autem Bellunum Venetiæ urbs. Porro omnes fere illi Episcopi synodo anni 579. nomen dederant. Tarvisinus tamen & Vicentinus tunc non adfuere, & Solacio Veronensi Iunior subrogatus fuerat. De hoc Iuniore scribit meus Panvinius lib. 5. Antiq. Veronen. cap. 9. interfuisse Maranensi synodo, in qua Manichæo errore damnato Severus iterum & suæ Sedi & Ecclesiæ catholicæ redditus fuit. Qui S. Ingenuini Sabionensis gesta perscripsere, idem testati sunt: immo inter sacra officia pre- cum ecclesiæ Brixinensis in Rætia hoc ipsum recitatur, sed quam procul a vero ista abeant, satis manifestum est. In Patriarchali aula Utini hocce elogium inscriptum legi. *Severus . . . Ravennam iniuriose ductus coactusque Manichæis assentire a Gregorio I. Papa ad catholicam veritatem redire revocatus, quam in Episcoporum provinciali synodo publice professus sancte vixit obiitque*. Ita & muri suas fabulas cantant. Quid enim veri in tota illa inscriptione? Nec Ravennæ Manichæis sed catholicæ Ecclesiæ assensus est, nec a Gregorio Papa id actum, cum enim hic Pontificatum iniit, a triennio Smaragdus Constantinopolim redierat, & initio statim sui Pontificatus questus est Gregorius cum eodem Severo, quod a fide Ravennæ data desciviset libro 1. epist. 16. Quam vero sancte vixerit, qui pervicax, in quo diu fuerat schismate, mortuus est, ut dicemus, nemo non videat.

Anno 590. Pelagius II. & Longobardorum armis & schismaticorum dissidiis turbata Italia, ac Romæ pestilentia sæviente, eadem ictus e vita discessit. Hic synodum V. non solum decretis tutatus est, verum etiam integrum ea de re volumen procudit, de quo hæc scribit S. Gregorius libro 2. Indict. 10. epist. 36. ad Episcopos per Hiberniam: *Ut igitur de tribus capitulis animis vestris ablata dubietate possit satisfactio abundanter infundi, librum quem ex hac re sanctæ mem. decessor meus Pelagius Papa scripserat, vobis utile iudicavi transmittere, quem si posito voluntariæ defensionis studio, puro vigilantique corde sæpius volueritis relegere, eum vos per omnia secuturos & ad unitatem nostram reversuros nihilominus esse confido*. Quo vero Pelagius Ecclesiæ quieti ac sancti V. concilii dignitati prospiceret, vim etiam per Smaragdum adhibuit, memor sententiæ dudum contra eosdem Aquileienses schismaticos a Pelagio decessore latæ: *Eos ab iisdem apostolicis Sedibus aut attrahi ad salutem quoquo modo necesse est, aut ne aliorum perditio esse possint, secundum canones per sæculares comprimi potestates*. Ita unus Narsetem, alter Smaragdum in schismaticos concitavit. Adeo vero synodi V. vindicem Pelagius sese ostendit, ut in epistola tertia ad Istros tria capitula condemnarit, & in eadem etiam cum quinta

ta synodo Origenem inter hæreticos reiecerit, immo eumdem omnium hæresiarcharum pessimum fuisse pronunciaverit, hæc apostolico ore tonans: *Quid namque in hæresiarchis Origene deterius?* & recitatis magnis Origenis præconibus concludit: *Nec illum a reatu proprio favor alienæ attestationis excusavit.*

Obiit Pelagius die 8. Februarii: vacavit Sedes menses septem, peste enim grassante alii alio saluti consulturi diverterant. Scribit Baronius Pelagii mortem tardius Hispanis innotuisse, unde S. Leander Episcopus Hispalensis hoc anno 590. Hispali synodum die 4. Novembris celebrans eamdem ad Pelagium confirmandam transmisit, qui tamen nono abhinc mense mortuus fuerat. Reddo insignis scriptoris verba ad hunc annum num. 21. *Fuit ista synodus provincialis, cui interfuerunt octo Episcopi, qui tria in synodo decreta firmata ad Pelagium, quem vivere putarent, direxerunt.* At non ita est; nam decreta illa directa sunt ad Pegasium, non ad Pelagium. Erat Pegasius Episcopus Astigitanus: est urbs in Hispania Bætica, quam Plinius libro 3. cap. 1. coloniam *cognomine Augustam Firmam* dixit. Quare cap. 2. eiusdem epistolæ legimus: *Hanc formam non solum vestra, hoc est Astigitana servabit ecclesia* &c. cap. 1. dicitur: *Decessor tuus sanctæ recordationis Gaudentius Episcopus.* Ex quibus non Pelagium, sed Pegasium legendum esse constat. In magna synodo Toletana anno superiori præsenti Reccaredo celebrata subscriptos legitor *Servandus diaconus ecclesiæ Astigitanæ agens vicem Domini mei Pegasi Episcopi.* Quæ dedita opera adnotavi, quia in notis ad vitam Pelagii II. a Ciacconio editam eumdem errorem repetitum legi; plerumque enim magni scriptoris nomen sine examine fidem cuilibet dicto facit.

Quæ huc usque descripsimus Pelagii Papæ gesta in favorem synodi V. novitii Origenis defensoris consilium comprimere debuerant: sed cui facile fuit œcumenicæ synodi decreta a mille annis ab Ecclesia approbata proscindere, haud eidem Romani Præsulis sanctiones reiicere in religionem venit. Quidnam effugii a Pelagii sententia tam celebri, tam manifesta, tam ubique recepta excogitavit? Pelagium II. ignorantiæ insimulavit. Do hominis verba: §.10. pagina 363. scribit *Pelagium secundum non vidisse Constitutum Vigilii, & falsis concilii V. actis deceptum.* Hinc gloriabundus ob publicatum a Baronio Vigilii Constitutum, quod nec Pelagio nec Gregorio Magno ceterisque Pontificibus innotuisse putat, hæc ipsa satis deridicula effatur §. 18. *Iam igitur circa V. concilium faciam Deo adiuvante, ut aliquid aperiatur, quod perdiu clausum fuit, & id cognoscatur quod dolo non solum malo, sed etiam pessimo sæculis pluribus latuit. Et est illud quidem eiusmodi, ut ad causam maxime pertineat, & cuius defectu multa falsa pro veris recepta sint, & humano errore ad plurimos transmissa posteros.* Hominis, si fas est ita loqui, iactantiam refellam, palamque faciam, hunc Origenis advocatum totius plane causæ ignorantia, quam ceteris falso impingit, laborasse. Quæso, te Halloix, nullumne verbum umquam Pelagio seniori, nullum pluribus Italis Episcopis, nullum alicui ex numeroso clero Romano, qui Vigilium Constantinopolim prosecutus fuit, de hoc laudato Vigii Constituto umquam excidit? Hi quidem & numero & dignitate spectabiles illud Vigilii scriptum anno 553. pridie Idus Maii subsignarant, pro eodem Vigilii Constituto defendendo in exsilium deportati sunt, ac diu a patriis sedibus exsularunt, hæc quoque ipsa te altius exaggerante. Itane ob recentem Narsetis victoriam te auctore Romam reduces omnium gestorum memoriam perdidere, ut nullum umquam verbum de suis calamitatibus eorumque causis eosdem fecisse existimes? At illi nec Letheis undis sese immerserant, nec dedecori sibi ducebant, devorata pro libertate ac maiestate Pontificis incommoda recensere. Gestorum mentionem sæpe faciebant, queis aliorum animos in nova exempla provocarent, ita ut Vigilii Constitutum tanta constantia ac fortitudine defensum in ore omnium esset, & Vigilii asseclis plurima Byzacii tolerantibus, ea de re late per urbem, immo orbem literæ ac nuntii volitarent, omnium Occidentalium regionum Episcopis eas in res intentissimis. Qui igitur fieri potuit, ut Pelagius Romanus civis, qui ea ætate florebat, cum ex Baronio anno tantum quarto & vicesimo a subscripto Vigilii Constituto ac peracta synodo V. sederit Romæ Pontifex, cuncta

cuncta illa ignoraverit? Scito tum temporis nullum de re sacra sermonem in Romana ecclesia eo de tribus capitulis fuisse frequentiorem, rebellantibus ab apostolica Sede Venetiæ, Istriæ, Rætiæ, ac Norici Episcopis. Sed hoc est agere coniecturis, quæ verborum strophis forte eludi possent ab adversario: res solidius stabilienda est.

Istriæ Episcopos schismaticos Vigili decretum, quo tria capitula approbavit, remorabatur, ne quintam synodum reciperent: dabo eorum verba ad Mauricium Imperatorem in libello supplici transmissa: *Vigilio*, inquiunt, *tunc Romano Præsuli atque omnibus pene Sacerdotibus damnatio ipsa trium capitulorum sicut revera contraria sancto Calchedonensi concilio execrabilis noscitur extitisse. Qui etiam Vigilius scripta sua per omnes provincias mittens anathematis vinculis obligavit omnem populum, si quis damnationi trium capitulorum præberet aliquando consensum. Et licet postea imperiali pondere ad consensum damnationis trium capitulorum ipsorum paulatim singuli tunc fuerint coarctati, nostrarum tamen provinciarum venerandi decessores, quibus indigni successimus, prædicti quondam Vigilii instructionibus informati ad hoc inclinare nullo modo potuerunt. Quorum nos exempla, Deo propitiante, servantes cum universo populo nobis credito, sequentes etiam in omnibus definitionem sancti Calchedonensis concilii capitulorum ipsorum & reverentiam exhibemus, & a communione damnantium cum divina gratia abstinere dinoscimur.* Audin testari illos, se *Vigilii instructionibus informatos* nullo modo posse in trium capitulorum damnatione cum adversariis convenire? Et illi quidem synodo V. Vigilii sententiam, quod recenter tu quoque facis, obiiciebant, licet *imperiali pondere coarctatum* cum ceteris postea subscripsisse fateantur. Sed non modo apud Imperatorem, sed & apud Romanum Pontificem Pelagium II. eam schismatis rationem obtenderunt, quod Vigilii priorem sententiam defendebant; hæc scribit Pontifex: *Rursum per vestram epistolam dicitur a Sede apostolica vos doctos, atque ab scrinio sanctæ ecclesiæ, cui Deo adiutore præsumus, confirmatos, ne huic rei, quæ sub piæ mem. Iustiniano gesta est, consentire debeatis, atque hanc opitulationem excusationi vestræ adiungitis dicentes, quod in causæ principio*

A *& Sedes apostolica per Vigilium Papam & omnes Latinarum provinciarum principes damnationi trium capitulorum fortiter restiterunt.* en Vigilii decretum in Pelagii faciem a schismaticis illisum. At Pelagius Vigilium quidem aliosque Episcopos Occidentis initio causæ tria capitula defendisse concedit usque ad iniurias ac persecutiones, sed tradit re diligentiori postea examine explorata eosdem a priori sententia recessisse, ac synodum V. postrema voluntate approbasse. Iuvat integram Pelagii II. responsionem exhibere: *In quibus*, inquit, *verbis ostendimus*

B *quod res, quæ provocare vos ad consensum debuit, a consensu vos ipsa divellit. Latini quippe homines & Græcitatis ignari dum linguam nesciunt, errorem tarde cognoverunt, & tanto eis celerius credi debuit, quanto eorum constantia, quousque verum cognoscerent, a certamine non quievit: quorum consensum certe fraternitas vestra despiceret, si ausu præcipiti prius quam verum cognoscerent, consensissent. At postquam diu ab eis laboratum est, & longo tempore ad iniurias usque certatum; hinc vestra fraternitas pensset, quia tot labores repente non relinquerent, nisi quæ vera sint agnovissent.* Vides

C eum recitare molestias, quas Vigilius, Dacius, Pelagius, aliique tum Constantinopoli tum alibi pro defensione trium capitulorum perpessi sunt? Inferius vero Vigilium immo apostolicam Sedem in Vigilio excusans, quod sententiam mutarit in quæstione facti, hæc reponit: *Si igitur in trium capitulorum negotio aliud cum veritas quæreretur, aliud autem inventa veritate dictum est, cur mutatio sententiæ huic Sedi in crimine obiicitur, quæ a cuncta Ecclesia in eius Auctore humiliter veneratur? Non enim mutatio sententiæ, sed inconstantia sensus in culpa est. Quan-*

D *do ergo ad cognitionem recti intentio incommutabilis permanet, quid obstat, si ignorantiam suam deserens verba permutet?* Videsne Vigilii decretum pro tribus capitulis emissum *cum veritas quæreretur* a Patribus in synodo, at per eamdem synodum *inventa veritate* illum verba mutasse? Quæ omnino consonant iis, quibus sententiæ mutatæ causam Vigilius ipse Eutychio dedit, testatus se *initio omissa studio deinde veritatis invenisse*. Non igitur Pelagius II. Vigilii Constitutum ignoravit.

At clamat Halloix: *Pelagium II. Papam*

pam non vidisse illud constitutum Vigilii inde probatur certissime. A Certissime? Do aures. Quia, inquit, cum scriberent Istri, doctrinam apostolicæ Sedis per Leonem ac successores eius esse, *mortuum ab hominibus damnari non posse*, Pelagius respondit: *Nulla eius testimonia subdidistis, quibus hanc sententiam firmaretis*. Ex his infert: *Si autem Pelagius II. legisset constitutum Vigilii Papæ, ibi ea reperisset testimonia Leonis & Gelasii & ipsiusmet Vigilii* &c. §. 19. Illa quidem testimonia in ore erant schismaticorum, atque ea ante Vigilium adduxerat Facundus Hermianensis in libris & epistolis pro tribus B capitulis exaratis. Plane testimonia illa Leonis & Gelasii non sunt ad rem, nec recte adducta fuisse a Vigilio in Constituto ipsi Istri intellexere, unde verba silentes nomen tantum Leonis Magni produxerunt. S. Leo epistola 89. ad Theodorum Episcopum Foroiuliensem in Gallia scribit, eum qui in peccato mortuus est, non posse absolui post mortem: *Si autem*, inquit, *aliquis eorum, pro quibus Domino supplicamus, quocumque interceptus obstaculo a munere indulgentiæ præsentis exciderit, & priusquam ad constituta remedia perveniat, temporalem vitam hu-* C *mana condicione finierit, quod manens in corpore non receperit, consequi exutus carne non poterit*. Idipsum docuit S. Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniæ de Acacio, qui vivus fuerat ab apostolica Sede damnatus: *In hac autem*, inquit Pontifex, *persistens damnatione defunctus est, absolutionem, quam superstes nec quæsivit omnino nec meruit, mortuus iam non potest impetrare*. At hoc extra controversiam semper fuit, nec ullus, qui tria capitula proscripsit, hoc in quæstionem vocavit, nempe hominem mortuum & damnatum ob peccata posse ab Ec- D clesia absolvi; sed quæstio erat, an qui post mortem hæreticus vixisse probaretur, posset damnari; unde recte dixit Pelagius, nullius Romani Pontificis testimonio opinionem schismaticorum confirmari. Et quidem posse talem damnari post S. Augustinum & synodum V. Pelagius I. ac reliqui Pontifices Vigilium Theodori damnationem postrema definitiva sententia publicantem secuti unanimi consensu pronuntiarunt.

§. V.

Sanctus Gregorius Magnus synodum quintam approbat, ac schismaticos Episcopos Istriæ compescit.

PElagio secundo Gregorius eiusdem paulo ante in aula Mauricii Apocrisarius, licet invitus ac reluctans die 3. Septembris suffectus fuit; unus enim calamitoso tempore periculorum magnitudini parem animum gerebat. Huic vero, ut cetera, quæ præclarissima gessit, silentio prætercam, maximæ curæ fuit synodum V. ubique recipi, in quam rem toto fere sui Pontificatus tempore incubuit. Initio statim Severum Episcopum Aquileiensem datæ fidei prævaricatorem (Ravennæ enim tribus capitulis damnatis coram Iohanne Archiepiscopo ad ecclesiam Romanam accesserat) Romam una cum ceteris Episcopis schismaticis evocavit. Idem quo metum rebellibus inferret, a Mauricio Imperatore contra eosdem decretum obtinuerat, quo Severo ac collegis idem iniungebatur. Hæ literæ Gregorii datæ sunt anno 590. mense Decembri. Cum vero Principis etiam literas contra schismaticos impetrarit, palam fit initio statim Pontificatus contra schismaticos ad Imperatorem scripsisse. Hæc Gregorius libro 1. epistola 16. Severo mandabat: *Imminente latore præsentium iuxta Christianissimi & Serenissimi rerum Domini iussionem ad B. Petri Apostoli cum tuis sequacibus venire te volumus, ut auctore Deo aggregata synodo, de ea quæ inter vos vertitur, dubietate, quod iustum fuerit, iudicetur*. Eamdem in rem, uti vicinior, excubabat Iohannes Ravennas Episcopus, qui iubente Gregorio egit cum Romano Exarcho, ut Pontificis atque Imperatoris literæ per Tribunum ad Severum deferrentur. Severus his acceptis mandatis timere statim ac tremere, qui & læsæ fidei & periurii reus esset. Illico tamen literas ad collegas dedit consilium & opem implorans, qui cito citius synodum coegerunt in commune consulturi. Hæc autem illis sententia stetit, ne ullus Romam ad synodum proficisceretur: interim literas ad Mauricium Imperatorem misere, queis facti rationem red-

reddebant. Libellum supplicem Schismaticorum ad Imperatorem Nicolaus Faber ad Baronium transmisit, quem appendici IX. tomi magnus annalium ecclesiasticorum Digestor inseruit. Pseudosynodus Severo districtim per literas iniunxit, ne quid novi in causa fine communi provincialium consilio deliberaret. In literis vero ad Mauricium Augustum datis hæc scribunt: *In hoc tempore iterum cognovimus Reverendum Papam Gregorium ad eiusdem Patris nostri exhibitionem misisse cum sacratissima vestræ pietatis iussione, ut pro causa ipsa communionis ad Romanam deberet civitatem deduci. Et quidem memoratum beatissimum Archiepiscopum Severum nostrum frequenti contestatione convenimus, ne nobis absentibus & a se ad præsens divisis de communi causa Ecclesiæ aliquid valeat desinire.* Hæc insuper addentes: *Contriti atque luctu gravissimo sauciati ad ultimam desperationem pervenimus, ut ad illius iudicium Metropolita noster cogeretur occurrere, cum quo causa ipsa esse dinoscitur, & cuius communionem ab initio motionis causæ huius usque nunc decessores nostri & nos cum omni populo evitamus.* Quo vero Imperatori popularium dissensionum metum incuterent, addidere: *Sic accensi sunt omnes homines plebium nostrarum in causa ista, ut ante mortem perpeti, quam ab antiqua catholica patiantur communione divelli.* Nec mirum: pravam enim opinionem contra synodum V. ex magistrorum doctrina viri provinciales induerant. Illud vesanam eorum mentem publicat, quod apostolicæ Sedis iudicium declinantes de catholico dogmate Imperatoris sententiam sequi mallent: *Sint induciæ*, inquiunt, *& cum iussione sacratissimi imperii vestri parati erimus ad pedes vestræ pietatis, occurrere, & nostræ fidei atque communionis plenam reddere rationem. Nam cum quo nobis causa est, & quem in communione vitamus, iudicem experiri non possumus, quod etiam sacratissimis legibus vestris statutum est, nullum posse iudicem esse in causa, qua adversarius comprobatur. Sed sicut semper Deus præsentia Christianorum Principum contentiones ecclesiasticas sedare dignatur, hoc & nunc fieri supplicamus.* Nomina Episcoporum, qui memoratum conventiculum coaflarunt, hæc ipsa sunt.

Ingenuinus Sabionensis in secunda Rætia.
Maxentius Episcopus Iuliensis.
Laurentius Bellunensis.
Augustus Concordiensis.
Agnellus Tridentinus.
Iunior Veronensis.
Fonteius Feltrensis.
Felix Tarvisinus.
Horontius Vicentinus.

Quod enim in editionibus Baronii Horontius dicatur Episcopus ecclesiæ Venetinæ & Angellus Traiectinæ, error est ex codice Fabri corrigendus ex subscriptione synodi Gradensis sub Helia anno 579. Novi tamen Episcopi suffecti fuerant, nam Solacio Veronensi Iunior, Clarissimo Concordiensi Augustus, Rustico Tarvisino Felix successerant, pravis tamen decessorum opinionibus imbuti. Huic autem synodo nec Severus, nec quispiam alius ex Istria Episcopus adfuit; horum enim urbes maritimæ in Imperatoris potestate perseverabant, & Longobardi barbari ac suspiciosi homines ægre ferebant suarum urbium Episcopos cum iis, qui Imperatori subiectas urbes regebant, convenire.

Interea Severus apud Gradum synodum alteram cum Istriæ Episcopis habuit, atque in unam sententiam itum, ut a Pontifice Cæsarem appellarent. Hinc tres epistolæ ad Mauricium missæ sunt; utraque pseudosynodus scripsit, privatas etiam Severus addidit, quod ex rescripto Mauricii ad Gregorium intelligitur. Callidi homines Imperatori assentantes contestati sunt, quotidiana vota ac preces se fundere pro Principum incolumitate & victoriis: nihil sibi magis cordi esse, quam ut eiectis barbaris afflictissimæ provinciæ pace data vel saltem pactis induciis ad Imperatorem accedere possent, eiusdem sententiam audituri. Mauricius hisce literis acceptis a priori sententia discessit, atque hæc Gregorio rescripsit: *Quia igitur & tua Sanctitas cognoscit præsentem rerum Italicarum confusionem, & quod oportet temporibus competenter versari, iubemus tuam Sanctitatem nullatenus molestiam eisdem Episcopis inferre, sed concedere eos otiosos esse, quousque per providentiam Dei & partes Italiæ pace aliter constituantur, Episcopi Istriæ seu Venetiarum iterum ad pristinum ordinem redigantur.* Mauricii ac Schismaticorum literas Baronius exhibet in appendice tom. 9. Etenim verebatur,

batur, ne vi adhibita Iftros ad Longobardos proniores faceret, fub qunrum dominio libere poterant in fchifmate perdurare. Eadem mandata accepit a Mauricio Romanus Exarchus, a quo cum hæc ipfa intellexiffet Iohanoes Ravennas, certiorem per literas Gregorium fecit, qui refpondit: *De caufa vero Epifcoporum Iftriæ omnia, quæ mihi veftra fraternitas fcripfit, ita effe iam ante deprehendi in iis iuffionibus, quæ ad me a piiffimis Principibus venerunt, quatenus me interim ab eorum compulfione fufpenderem. Ego quidem pro iis, quæ fcripfiftis, zelo atque ardori veftro valde congaudeo, debitoremque me vobis multipliciter factum profiteor. Scitote tamen, quia de eadem re Sereniffimis Dominis cum fummo zelo Dei & libertate refcribere non ceffabo*. lib. 2. epift. 32. Hic eft ille Iohannes, a quo ad hærefim impulfum Severum aliofque Iftriæ Epifcopos Sigonius, Panvinius, Rubeus, ac Scriptores rerum Foroiulienfium perperam prodidere, ut fuperius adnotavimus. Ceterum Gregorius uihil obtioere potuit a Mauricio vivente Romaoo Exarcho viro inerti atque avaro uec non Gregorio femper infefto, unde fanctus Pontifex ad Sebaftianum Serinenfem Epifcopum femel fcripfit: *Romani in nos malitia gladios Longobardorum vicit*. Iohannes quidem fcripferat ioceofam a barbaris Aquileiam, Severum ac cives inopia rerum laborare, cui iifdem in literis tale refponfum Pontifex dedit: *De hoc, quod dicitis incenfæ civitati Severi fchifmatici eleemofinam effe mittendam, idcirco veftra fraternitas fentit, quia quæ contra nos præmia in palatium mittat, ignorat. Quæ etfi non tranfmitteret, nobis confiderandum fuit, quia mifericordia prius fidelibus ac poftea Ecclefiæ hoftibus eft facienda*.

Sub id temporis Gregorius ad fchifmaticos etiam literas dedit, nam Iohanni Ravennati fcripfit menfe Iulio, fchifmaticis vero meofe Augufto. Illi quidem fignificaveraot, gravem fe pati perfecutionem, gloriari tamen, quod pro fide tot mnleftias fubirent: addebant, quod a recepta V. fynodo in præfcriptionem Calchedonenfis concilii inter alias provincias maxime flagellaretur Italia. Imperatoris etiam recentia decreta obiecerunt, queis ioter funeftiffimi belli tumultus quicquam innovari vetabat. Gregorius graves hafce fententias repofuit: A *Perfecutio dum non rationabiliter fuftinetur, nequaquam proficit ad falutem. Martyrem non facit pœna, fed caufa. Incogruum nimis eft de ea vos, quam dicitis, perfecutione gloriari, per quam vos conftat ad æterna præmia minime provehi. Reducat ergo caritatem veftram tandem integritas fidei ad matrem, quæ vos generavit, Ecclefiam*. Poftea exemplo Romæ id temporis a Gothis captæ, cum Vigilius Conftantinopoli exiftens Theodoram Auguftam damnarat, affligi etiam iufto Dei iudicio Italiam oftendit, vel cum maxime Romani Pontifices recta imperant. B Scio hanc epiftnlam, quæ recitatur lib. 2. num. 36. indict. X. infcribi: *Univerfis Epifcopis per Hiberniam*. Et reapfe ad Hibernos datam putat Baronius ad aonum 566. & cum eo Bollandi operis continuatores Godefridus Henfchenius & Daniel Papebrochius viri doctiffimi & non modo de homioibus verum etiam de fuperis benemeriti ad diem 12. Martii iu notis ad cap. 1. lib. 3. de Vita S. Gregorii Papæ. Sed cum ea tempeftate nullos de tribus capitulis in Hibernia tumultus fuiffe fciamus, nulla enim id veterum monumeota prodidere, non C affentior. Confului codices Vaticanos, & nufquam Hiberniam in laudatæ epiftolæ epigraphe legi. In codice num. 617. pagina 46. item io altero uum. 618. pagina 28. ita infcripta legitur epiftola illa 36. *Gregorius univerfis de trinm capitulorum caufis*. At in codice num. 62n. pagina 34. infcribitur: *Univerfalis de trium capitnlorum caufa*. Inhannes diaconus lib. 3. cap. 1. fcribit de Gregorio: *Iam Ligures, Venetos, Hiberos, aliofque a fchifmate fub libello confeffos Calchedonenfem fynodum venerari compellens ad unitatem S. Ecclefiæ revocarat*. Et certe P. D Lupus ad *Epifcopos Iberiæ*, non Hiberniæ fcriptam illam epiftolam arbitratur io notis ad fynodum V. cap. 6. Sed neque hoc vero confonat; nam Iberi feu Hifpani Gregorio Ecclefiam regente non erant divifi ab unitate Ecclefiæ, immo in fynodis Toleti anno 589. Hifpali 590. Romanam apoftolicam fidem cum Rege Reccaredo fufceperant, quod ad quæftionem tertiam eodem capite fatetur P. Lupus. At illi Epifcopi, quibus fcribit Gregorius, erant fchifmatici, ut ex datis verbis Gregnrii patet, quod & in fine epiftolæ repetit inquiens: *Tanto*

citius ad matrem vestram, quæ filios suos A *expectat & invitat, Ecclesiam redeatis, quanto vos ab ea quotidie expectari cognoscitis.* Quare Hispani Episcopi haud eas literas accepere. Video quidem S. Isidorum pro tribus capitulis schismaticis savere, ut cap. 9. §. 2. in fine monstratum est. Sed vir doctissimus illa dixit, quod rem non intellexit, nisi ex Tunonensis Chronico ac Facundi Hermianensis libris: nullas ea de re Gregorii epistolas legit, quod de eo testatur S. Idelphonsus Archiepiscopus. Et ipse Isidorus in libro de Scriptoribus Ecclesiast. cap. 27. duas ad Leandrum, qui Isidori & frater B & decessor fuit, literas Gregorii se tantum vidisse testatus felicem illum dicit, qui cetera tanti Pontificis scripta perlegerit. Profecto si illa epistola scripta est ad Hispaniæ Episcopos, quomodo Isidorus Gregorii coætaneus illam ignorasset? erat enim encyclica ad omnes provinciæ Episcopos. Non vidisse vero illam Isidorum certum etiam est, eo quod Theodorum numquam insignem Ecclesiæ Doctorem dixisset, qui in eadem epistola asseritur *non iniuste damnatus*. Ex his sane mihi certum est, epistolam illam trigesimam sextam scriptam C esse ad Episcopos Istriæ, nam & illi schismatici erant, & eo ipso rempore a Gregorio pati se persecutionem conquerebantur, & Iohannes diaconus ex literis Pelagii I. corrigendus est, qui scribit ad Narsetem *Ligures, Venetos, Istrios* Episcopos schisma conflasse. Errat vero idem scriptor, dum asserit schismaticos Gregorio compellente synodum Calchedonensem veneratos esse, cum illi ob prætensam venerationem erga synodum Calchedonensem Gregorio, uti diximus, contradicerent. Rursus alter palmaris eiusdem error emendandus est, D dum libro 4. cap. 38. scribit Severum ab Exarcho Ravennam deductum, *ubi veritus cum Gregorio synodalem babere conflictum ad unitatem S. universalis Ecclesiæ mediante Iobanne Ravennate Pontifice remeavit*. Nam hæc sub Pelagio Pontifice & Smaragdo Exarcho contigere, Gregorio vero ad synodum evocanti Mauricii literis fretus non obtemperavit.

Quousque Romanus Exarchatum tenuit, nulla Gregorio spes adsuit schismaticos corrigendi. Illi apostolicæ Sedi rebelles pravos mores induerant, scribente eodem Gregorio libro 7. epistola 67. *Perversi autem bomines, qui trium capitulorum occasione reperta ecclesiasticam disciplinam fugiunt, de suis carnalibus actibus reprebendi pertimescunt, subesse Sedis apostolicæ præceptis nolunt, & nos quasi de fide reprebendunt, quam ipsi nesciunt. Et dum neque in fide recti sunt, neque in bonis operibus intenti, student ut certare pro fide videantur; sicque fit ut quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa grossescit, quæ quasi de zelo fervoris videri etiam laudabilis appetit.* Neque vero in pessimos mores plebs schismaticorum sola defluxerat, eum nihilo melior fuerit ipsorum Præsulum vita. Ipsi populi ad fidei unitatem accedentes contra eosdem ad Mauricium hortante Gregorio Papa profecti sunt. Eos autem commendatitiis literis Pontifex prosequutus ait: *Latores præsentium, qui de Istricorum schismate ad unitatem Ecclesiæ Deo miserante reversi sunt, multa de pravitate Episcoporum, qui in illis partibus sunt, conqueruntur, & quia ea pro re Constantinopolim festinantes* &c. Anno 598. mortuo Ravennæ Romano Callinicus novus in Italiam Exarchus advenerat; quare Gregorius deducendis schismaticis totus incubuit. Sed nec illi segniter rem curabant; nam ad Callinicum mandata a Principe impetrarunt, queis illi iniungebatur, ne Istriæ ecclesiæ ob schisma ulla molestia afficerentur. Idem Mauricii decretum missum fuit ad Basilium strenuum Romani exercitus Ducem ac Gregorii amantissimum. Porro cum hic ad schismaticos compescendos per literas a Pontifice hortaretur, regiis se decretis impediri respondit; cui Gregorius rescribens ait: *Quod autem exemplar iussionis, quæ ad vos pro schismaticorum defensione transmissa est, mibi ostendi voluistis, pensare sollicite dulcissima mibi vestra Excellentia debuit, quia quamvis iussio ipsa subrepta est, non tamen in ea vobis præceptum est, ut venientes ad unitatem Ecclesiæ repellatis, sed ut venire nolentes boc incerto tempore non compellatis*. lib. 7. epist. 9. Degebat in Basilii aula Iustinus vir eloquentissimus sed schismaticus; at Gregorius Basilium rogavit, ut hunc Romam mittere schisma eiuraturum, vel hoc præstare recusantem ab obsequio dimitteret dicens: *Ubi dominus Iustinus consilium præbet, qui pacem cum catholica Ecclesia non babet, ibi non possunt baretici adduci*. ibidem.

Interea

A Interea Caprulæ Episcopus (est autem Caprula insula in æstuariis Veneto litori proxima *Caorle* modo insulanis nuncupata) cum universa plebe ad unionem ecclesiasticam accedere volens, Callinicum Exarchum convenit. Quod ubi Severo, qui e proximo in rem schismaticorum vigilabat, innotuit, Episcopum a sancto proposito dimovit. Quæ cum plebs accepisset, per nuntios a Gregorio catholicum Episcopum postulavit. Gregorius cum Mariniano Antistite Ravennate, Iohannis successore per literas egit, ut eiectum Episcopum ad unionem

B Ecclesiæ hortaretur, qui si pervicax in schismate perstitisset, orthodoxum Episcopum Caprulanis consecraret, *eamque insulam*, inquit, *in sua diœcesi habeat, quousque ad fidem catholicam Istrici Episcopi revertantur, ut & unicuique ecclesiæ suæ diœcesos iura servemus, & destituto a Pastore populo non desit protectio & cura regiminis*. Hæc sunt vera initia Episcopatus illius insulæ, quæ tamen tabulæ Ughelli tomo quinto ex Dandulo statuunt ad annum 605. quasi Episcopus Concordiæ nolens schismaticis communicare eo cum plebe se receperit. At

C ex Gregorio, qui primus Caprulæ sedis Episcopus *ex Pannoniis veniens* renunciatus fuerat, & *eodem Episcopo violenter expulso alius illic fuerat ordinatus*. lib. 7. epistola 10. indict. II. inchoata, hoc est anno 598. Ad eosdem Caprulanos literas humanissimas dedit libro 7. epistola 99. inscriptas *Gregorius habitatoribus Capreæ insulæ*. Sane viri militares Gregorii vota sedulo promovebant. Basilius Mauricii Dux strenuam operam navabat, quo schismatici a rebellione recederent. Hinc gratias eidem viro illustri referens Gregorius *Inter alia*, inquit, *laudanda, quæ agitis, qualiter vos contra Istricorum*

D *schisma pro unitate Ecclesiæ amoris olim fervor accenderit, & multorum testificatione & nostrorum modo plane relatione cognovimus. Unde Redemptoris nostri misericordiam exoramus, ut sua vobis in omnibus gratia suffragetur, & effectu vos implere tribuat, quod velle concessit*. libro 7. epistola 93. Hic Basilius victorias nuper ex Sclavis reportaverat ex epistola 9. ac pro pace cum Agilulpho Rege Longobardorum egerat ex epistola 102. eiusdem libri septimi. Mastaloni itemque Theodosio viris illustribus, quod eidem rei incumberent, actæ gratiæ epistola 94. & epistola 95. Gulfarem militum Magistrum hisce commendat: *Cognovimus namque, quod inter curas iniunctæ vobis gubernationis illarum partium*, nempe Istriæ, *præcipuam de animarum lucris sollicitudinem habeatis, & ita errantium corda ad unitatem festinare, vos Ecclesiæ revocare, ut quantum ad desiderium vestrum pertinet, nullum illic ab apostolica segregatum remanere velitis Ecclesia*. Et postea: *Quantalibet enim sit temporalis affluentia vel certe prosperitas, habet finem suum terminum mortis. Hoc vero quod de animarum lucris apprehendistis studium, tenet fixam spei suæ certitudinem, æternæ scilicet vitæ retributionem*. Cum Marcellinus vir magnificus a Mauricio ad regiam evocatus esset, quod in *causa Istricorum* laboraverat, Anatholio etiam atque etiam eumdem commendat.

Verum non solum virorum sed & Reginarum operam ad tollendum schisma imploravit. Cum accepisset Theodelindam Agilulphi Longobardorum Regis uxorem a Constantii Episcopi Mediolanensis communione se suspendisse, quod ille tria capitula dato sacramento damnasse dicebatur, literas eidem destinavit libro 3. epistola 4. in quibus synodum V. laudat ac defendit. Theodelinda ab Episcopis quibusdam seducta, quorum sane unus erat Episcopus Brixiensis ex libro 3. epistola 37. ab Ecclesiæ catholicæ communione se segregarat. Cum vero Gregorius a Constantio intellexisset, illis literis, in queis synodi V. mentio erat, posse Reginam offendi, iterum ad eamdem rescripsit nihil de illa synodo interlocutus. hæ literæ datæ sunt mense Iunio indictione XII. anno scilicet 594. In eis autem Gregorius professus est quatuor se synodos recipere, addens anathema illi se dicere, *qui earumdem quatuor synodorum maxime autem Calchedonensis, de qua quibusdam imperitis hominibus nata est superstitionis occasio, fidei addere vel demere præsumit*. In eamdem sententiam etiam ad Constantium scripsit eumdem monens, ut Brixiensibus ita responderet, *ut sub anathematis interpositione fateamini, neque vos aliquid de fide Calchedonensis synodi imminuere, neque eos qui imminuunt recipere, & quoscumque damnavit damnare, & quoscumque absolvit absolvere*. Schismatici enim illud ad nauseam usque inculcabant, a Romanis Ponti-

A tificibus Calchedonensis synodi fidem decurtari; de qua respoosione Gregorii inferius ex eodem & Pelagio II. plura addemus. Halloix lib. 4. q. 10. §. 12. priorem epistolam, in qua mentio synodi V. habebatur, suppressam a Gregorio obiicit, ne Regina *scandalizaretur*. Aliam vero, in qua nec verbum de illa synodo dicitur, obtrudit inculcatque. Sed & legenda illi fuerat libri duodecimi epistola septima ad eamdem Reginam, ex qua oon modo synodum V. a Theodelinda receptam fuisse intelligimus, sed & Secundini Abbatis contra eamdem obiecta fuisse a Theodelinda ad Gregorium transmissa, ut datis solutionibus dubia illa dissolveret. Gregorius tamen podagræ dolores cansatus haud celere responsum dedit; hæc autem scribit: *Eam tamen synodum, quæ piæ memoriæ Iustiniani tempore facta est, per latores præsentium transmisi, ut prædictus filius meus dilectissimus ipsam relegens agnoscat, quia falsa sunt omnia, quæ contra Sedem apostolicam vel catholicam Ecclesiam audierat*. Hæ posteriores literæ datæ sunt indict. 7. inchoata aono 603. Idem Pontifex eum Brunichilda etiam Sigeberti Francorum Regis coniuge egit, ut schismaticos, qui in Galiis degebant, ad Ecclesiam revoearet, hæc ad eorum ignominiam scribens libro 7. epistola 5. *Nam non ob aliud ignorantiæ suæ hactenus cæcitate volvuntur, nisi ut ecclesiasticam fugiant disciplinam, & perverse habeant, ut voluerint, vivendi licentiam, quia nec quid defendant, nec quid sequantur, intelligunt*. Quod ultimum exemplo legati a Brunichilda ad se missi confirmat, *ita nt is*, inquit, *qui ad nos a vestra Excellentia missus est, cum quæreretur a nobis, cur ab universali Ecclesia separatus existeret, se ignorare professus sit; sed neque qnid diceret, neqne quid alind audiret, valuit scire*. Extat etiam libro 7. epistola 53. ad Secundinum monachum, io qua Ibæ epistolam iure damnatam probat addens: *Hæc pancis dixi, qnia ex quibus præcipue causis hac in re dubitationem tua caritas habeat, in epistolis non inveni*. ita ille indictione II. cuius post quioquennium nempe indictione VII. difficultates postea cognovit.

Sed quotidie Gregorii conatus pro profligando schismate divinum Numen prosperabat, Prudentius & Petrus Istriæ Episcopi per Castorium Gregorii notarium eidem significarunt, optare se Romam ad ipsum pergere, modo oulli molestiæ obnoxii fierent; quibus Pontifex singulari humanitate io hæc verba rescripsit: *Hortor dilectissimi fratres, ut ad me venire, sicut præfatus sum, debeatis, dummodo ratione percepta ad concordiam sanctæ universalis Ecclesiæ dissensio vos nulla dissociet. Hoc tamen certa sit vestra caritas, quia vos & cum affectu, quo decet, suscipiam, & cum gratia relaxabo, nec aliquam vos vel quoscumque alios, qui pro hac ad me causa venire voluerint, afflictionem vel molestiam sustinere permitto*. Hi quidem B ad Ecclesiam accesserunt, & catholicum etiam Episcopum Candianum Patriarcham Gradensem coosecrarunt, ut ex literis Iohannis schismatici Aquileiensium Episcopi ioferius dicemus, ubi nomioaotur Petrus & Providentius Episcopi Istriæ. Firmioum etiam Tergestinum Episcopum Severi schismatici successorem, cum ad Ecelesiam venisset, literis sovit: *Nobis ergo*, inquiens, *omnino curæ erit de fraternitatis tuæ quiete, ut dignum est, cogitare, quia postquam nobiscum iam Deo protegente unus es, non aliter utilitates tuas quam nostras attendimus*. C Sacram etiam vestem eidem eum literis dono misit libro 19. epistola 38. At Severus Aquileiensis Episcopus Firmini conversione intellecta, infremuit, ac rabie plenus arte & vi illum aggressos est. Libeat hæc a Gregorio accipere: *Severus Gradiensis Episcopus*, ait, *eiusdem caput schismatis eum*, nempe Firminum, *diversis præmiorum cœpit, si posset, suasionibus a bono revocare proposito, quod cum perficere posse Deo adiutore minime valuisset, seditionem illi suorum civium excitare non timuit. Quanta vero prædictus frater & coepiscopus noster Firminus ex eadem immissione pertulerit*, D *plenius illic ac verius a vicino poteritis agnoscere*. libro 11. epistola 38. Scriptæ sunt hæ literæ anno 603. ad oovum Italiæ Exarchum Flavium Smaragdum, quem Mauricius iterum Italiæ præfecerat. Hic ante sedecim annos eum eodem magistratu fungeretur, hunc ipsum Severum captivum Ravennam deduxerat; quare inde ipsum commendans epistolam orditur Gregorius: *Olim novimus*, inquit, *Excellentissime fili, quo desiderio quave conversione animi, pro adiuvanda Dei Ecclesia in Istriæ videlicet partibus, zelo Redemptoris nostri, amore æ-*

ternæ

ternæ mercedis studii vestri fervor extiterit. Et iterum: *Excellentiam quapropter vestram paterno salutantes affectu petimus, ut zeli vestri in hac causa olim exhibiti, nunc vehementius fervor incandeat, tantoque vos contra hostes Dei vindices defensoresque reperiant, quanto apud Deum pretiosior est animæ quam defensio corporis. Armet vos contra devios ipsa, quæ in vobis fidei viget rectitudo; redintegretur vestris temporibus, quod in illis est partibus scissum corpus Ecclesiæ.* Ex quibus patet falsum esse, quod Paulus diaconus ait, Smaragdum ob captum sub Pelagio Papa Severum a dæmone correptum, & quod addit Sigonius, ea de causa a Mauricio dignitate privatum, cum Gregotius ob illud recte factum Smaragdum plurimum commendet, & ex præteriti facinoris memoria in novum iterum contra Severum dandum exemplum provocet. Hæc paulo ante occisionem Mauricii contigere.

Cum Schismatici ad ecclesiasticam unionem redibant, iuramenti formulam a Gregorio conflatam recitabant, quam exhibuit S. Pontifex libro 10. epistola 31. At Cardinalis Barnnius in addit. ad tomum 9. ait desiderari in Gregorii libris fidei professionem, quam recitabant schismatici, dum ad Ecclesiam revertebantur, accepisse se illam tamen a Nicolao Fabro, quam ibi inserit. Sed profecto eadem iisdem omnino verbis habetur libro 1. epistola 24. ad Patriarchas in fine: incipit ab illis verbis, *Præterea quia corde creditur ad iustitiam* usque ad finem epistnlæ. Etenim hic in Ecclesia mos id temporis vigebat, *ut quoties* (verba sunt Gregnrii) *in quatuor præcipuis Sedibus Antistites ordinantur, synodales sibi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Calchedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur.* Quare Gregnrius acceptis Imperatoris literis, queis ipsius consecrationem ratam habebat, quinto sui Pontificatus mense elegantissimam synndicam epistolam ad Patriarchas misit, in cuius fine ait: *Sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor.* Quibns sigillatim approbatis de quinta synodo hæc addit: *Quintum concilium pariter veneror, in quo epistola, quæ Ibæ dicitur, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separans ad impietatis perfidiam cecidisse convincitur, & in quo scripta quoque Theodoriti, per quæ B. Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia personas respuunt respuo, quas venerantur amplector; quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumit, aut solvere quos religant, aut ligare quos solvunt. Quis ergo aliter sapit, anathema sit.* Hac celeberrima atque illustrissima tanti Pontificis confirmatione quinti concilii auctoritas stabilitur, & recentioris Origenis advocati figmenta penitus dispelluntur. Audito tamen eumdem hæc inclamantem: *Non vidit proinde, non vidit Gregorius Vigilii Constitutum, neque illi quoque Pontifices viderunt, qui Gregorium in hac de tribus capitulis opinione secuti sunt.* Verum cimmeriis prorsus tenebris immersus censeatur, qui tantam Romanæ ecclesiæ ignorantiam affricet; nam cngnovisse illos Pontifices Constitutum Vigilii & eiusdem abrogationem, quam Hallnix *non vidit*, superius satis evidenter demnnstratum est, ut nihil pene solidius hic iterum addi posse videatur.

Anno 602. exeunte Mauricius Imperator una cum filiis a Phoca die 27. Novembris occisus fuit. Gregnrius his acceptis gratulatorias ad novum Imperatorem literas dedit libro 11. epistola 36. in quibus Mauricii tempora perstringens ait: *Quiescat felicissimis temporibus vestris universa Respublica, prolata sub causarum imagine præda pacis. Cessent testamentorum insidiæ, donationum gratiæ violenter exactæ* &c. Et epistola 43. ad eumdem Phocam: *Remoto iugo tristitiæ ad libertatis tempora sub imperiali benignitatis vestræ pietate pervenimus.* Gregorius numquam faventem habuit Mauricium, qui ut in aliis ita in schismaticis revocandis, suis eumdem semper mandatis impedivit, nec ullis Pontificis precibus vel aliorum eam in rem inflecti pntuit, unde Severo schismaticnrum coryphæo audacia creverat. Hinc accidit, ut, teste Gregorio, nullus de more diaconus Constantinopolim delegari posset, qui Rnmani Pontificis Apocrisarium apud Principem ageret. *Dum ministri omnes*, inquit epistola 43. *huius nostræ ecclesiæ contrita asperaque tempora cum formidine declina-*

rent

rent atque refugerent, nulli eorum poterat imponi, ut ad urbem regiam in palatio permansurus accederet. Itaque Mauricius protectionis schismaticis praestitae, qua illi muniti sancti Pontificis conatus semper elusere, reus poenas tandem dedit. Sed neque Gregorius diu superstes fuit, nam anno 604. die 12. Martii ad superos abiit. Hic profecto non tam ob gesta scribenda, quam ob scripta legenda magni cognomento publica fama decoratus est; animi certe magnitudinem in profligando schismate testatam reliquit. Nam cum pestis illa teterrima late per Italiam serperet, intra Aquileiensium confinia morbum inclusit, penitusque extinxisset, nisi Imperatoris decreta eiusdem vota ac conatus frustrassent. Hic synodi V. calumniatores vocavit *imperitos ac stultos* libro 3. epistola 4. ad Theodelindam, itemque 33. *maligni spiritus instigatione persuasos*, homines *malitiosae mentis* & *ignorantiae caecitate* laborantes. lib. 5. epist. 2. & lib. 7. epist. 5.

Ceterum nec Severus Aquileiensis Episcopus Gregorii morte diu laetatus est; nam & ipse anno 605. fatis concessit, cuius elogium in Utinensi Patriarcharum aula ab auctore rerum a Severo gestarum prorsus inscio inscriptum recitat Palladius iunior libro 1. Hist. Forojuliensium, cuius fragmentum superius correximus. Illud sane tolerari nullo pacto potest, quod de eodem ibidem scriptum legitur, *sancte vixit obiitque*. Etenim usque ad S. Gregorii mortem Severus *schismaticorum caput* extitit, & non modo ipse ad Ecclesiae unionem venire recusavit, sed & Firminum Episcopum Tergestinum praemiis quidem iterum ad schisma pellexit, dein recusantem civilibus dissensionibus afflixit. Idem contra Gregorium semper stetit, ac datis ad Mauricium literis S. Pontificis desideria atque operam elusit. Hinc falsum omnino est, quod in MS. Chronico Aquileiensi apud Dandulum ab Ughello in tabulis Gradensium Patriarcharum laudatum legitur, Severum a S. Gregorio Patriarchalis sedis ad Gradum translationis iteratam approbationem obtinuisse. Adeo enim Gregorius Severi nomen abhorruit, ut illius urbem vel eleemosinis indignam prorsus arbitraretur. Iohannes diaconus lib. 4. de vita S. Greg. cap. 38. ita scribit: *Denique Severus*

A *quia ad unitatem sanctae universalis Ecclesiae redire non meruit, ad scindendum quoque suae ipsius dioeceseos unitatem Romanum Pontificem sua vecordia suscitavit, adeo ut ab ipso illius obitus tempore Aquileiensis dioecesis in duos metropolitanos catholicorum videlicet & schismaticorum divisa sit, neque potuit postmodum, licet omnes generaliter ad unitatem de schismate repedaverint, ad pristinae coniunctionis unionem usque hactenus reformari*. haec ille.

Mortuo itaque in schismate Severo Marcianum quemdam successisse Chronicon Aquileiense ac Danduli historia
B recitant, adduntque per triennium eam sedem tenuisse. Sed ex Iohanne diacono mox laudato oppositum patet, nempe a Severi obitu dioecesim Aquileiensem in duos esse distractam, quod etiam constat ex literis Schismaticorum, quas ex veteri MS. laudat Baronius ad annum 605. *Defuncto*, inquiunt, *itaque Severo ordinatur loco eius Iohannes Patriarcha in Aquileia eo tempore, quo Agilulphus Rex Longobardorum regnabat, in Gradu quoque ordinatus est haereticus Candianus*. Etenim Gradenses catholicum Antistitem volebant, Aquileienses vero schismati-
C cum; cumque nulla ratione convenire possent, Aquileienses Iohannem Abbatem synodi V. proscriptorem elegerunt, orthodoxi vero Gradenses Candianum Ariminensem sacris praefecerunt, de qua re etiam scribit Paulus diaconus libro 4. de Gestis Longobardorum cap. 34. Agilulphus Aquileiensi schismatico studebat, Exarchi Gradensem Antistitem tuebantur, quod Gradus graeco Imperatori parebat, Aquileia vero Agilulpho. Baronius satis acrem Iohannis Schismatici epistolam ad Longobardum Regem recitat, in qua de aemuli consecratione
D ait: *Et Petrus & Providentius seu Agnellus Episcopi Istriae, qui adhuc fidem sanctam tenebant, & Candiano necdum consentiebant, de ecclesiis suis a militibus tracti, & cum gravi iniuria & contumeliis ad eum venire compulsi sunt*. Sed isthaec esse mera mendacia arbitror; nam illi duo Episcopi ad catholicam unitatem velle se venire per literas Gregorio significaverant, ut dictum est. Ceterum utrumque Episcopum in Candiani sententiam catholicam descendisse, nec homo schismaticus potuit inficiari. Quanta vero rabie in orthodoxum Antistitem fremeret,

ret, ex hac eiusdem ad Agilulphum Regem adhortatione innotescit: *Sic laborate*, ait, *& agite, quatenus & fides catholica vestris augeatur temporibus, & in Gradensi castro, postquam infelix Candianus de hoc saeculo ad aeterna supplicia transmigravit, altera iniqua ordinatio ibi minime celebretur*. Ita stulti atque imperiti homines aeterna sopplicia, quibus ipsi destinati erant, catholicis intermioabantur.

§. VI.

Aquileiensis ecclesia quintam denique synodum recipit

Metropolita Aquileiensis antiqua iurisdictione mulctatus longe peiori in ecclesiam Romanam animo cum subditis provincialibus evaserat. Etenim Romanus Pontifex Gradensis Archiepiscopi inaugurationem noo modo probaverat, verum etiam illius auctor fuerat, quod ex laudato Iohanne diacono libro 4. de vita Gregorii magni cap. 38. colligitor, obi scribit de schismatico Aquileiae, *ad scindendum quoque suae ipsius dioeceseos unitatem Romanum Pontificem sua vecordia suscitavit*. Eamdem etiam divisionem Phocae nomine ratam habuit Smaragdus, cuius fides iam Gregorio ac Pelagio illa io re satis probata fuit; nam schismaticis semper infestus strenuam apostolicae Sedi operam navavit. Mortuo Longobardorum Rege Agilulpho, Theodelinda Adolvaldo filio ob aetatem ad regnandum nondum idoneo Longobardos gubernavit, eximiae quidem & prudentiae & pietatis femina. Illa autem accepta a Gregorio quinta synodo alieno a schismaticis animo esse cœperat, eum in illa concilium Calchedoneose, quod ad dogmata spectat, ex integro suscipi cognovisset. Quare cum Istriae Episcopi Firmious, Petrus, Providentius, aliique ad Romanam ecclesiam accessisseot, eorum exemplo & Veoetiae Praesules, qui subiectas Theodelindae dioeceses regebant, paulatim a schismate discessere, solis Aquileiensibus in rebellione perseverantibus. Et quidem universus orbis catholicus exceptis Istris & Venetis & quibusdam Francis iam vivente Gregorio synodum V. recipiens apostolicam Sedem reverebatur. Testatur hoc S. Pontifex libro 7. epistola 5. ad Brunichildam: *Sed ita illos erroris labes imbibit, ut ignorantiae suae credentes universalem Ecclesiam atque omnes quatuor Parochias non ratione sed malitiosa mente tantummodo refugiant*. Quare cum nemine Patriarcharum vel quocumque Metropolita seditiosi illi communicabant, sed catholicam fidem intra Aquileiensem dioecesim toto orbe reliquo exactam se recepisse, stultissimi homines iactabant. Ita sub Adolvaldo Rege io schismate vixit ecclesia Aquileieosis, sureotis etiam monachi doctrina paulo post in eodem errore confirmata. Rem narrat Ionas Mooachus in libro de vita S. Eustasii, qui tomo tertio operum Bedae insertus est, indeque eamdem historiam suis annalibus inseruit Baronius ad annum 617. Sigonius vero ad annum 621. Agrestinus quidam e Luxoviensi monasterio egressus, vana divini verbi populis annuntiandi cupidine actus io Boiariam venit, cumque illi genti se haud acceptum esse intelligeret, superatis alpibus Aquileiam descendit, statimque schismaticorum discipulus factus mox schismatis magister evasit. Literas per Aureum Adolvaldi Regis notarium ad S. Attalam mooasterii Bobiensis Abbatem per summam temeritatem mittere ausus est, sanctissimo viro schisma persuasurus. *Aquileienses enim*, inquit Ionas, *discordabant a communione Sedis apostolicae, de qua Dominus in Evangelio ad B. Petrum loquitur*: Tu es Petrus & soper hanc petram aedificabo Ecclesiam meam &c. *ob trium videlicet capitulorum dissensionem, quae praesenti operi necessarium non duximus inserere. Itaque venient Aquileiam socius statim schismatis effectus, Romanae Sedis a communione seiunctus ac divisus est, totius orbis communionem, quicumque Romanae Sedi iungeretur, damnans, in sola Aquileia orthodoxam fidem retineri decertans*. Anno etiam 630. quidam Fortunatus sedem Gradensem invasit homo schismaticus, qui postea sibi timens ad Longobardos fugit, de quo Chronicon Aquileieose apud Ughellum tom. 5. Italiae Sacrae: *Fortunatus quidam haereticus Pontificatum arripuit, qui quintam synodum minime recipiens ob sui erroris piaculum &c. fugit cum sacra supellectile in Longobardiam*. Huius schismatis Aquileiensis terminom omnes ponunt Sergio Pontifice, qui anno 678. Romae sedit, ex

Matth. 16.

ex Beda in Chronico eirea tempora Tiberii Absimari, ubi hæc tradit: *Synodus Aquileiæ facta ob imperitiam fidei V. universale concilium suscipere diffidit, donec salutaribus B. Papæ Sergii monitis & ipsa huic cum ceteris ecclesiis annuere consentit*. Hæc ipsa ad verbum transcripsit Paulus diacoous libro 6. Hist. Longob. cap. 14. qui post mortem Bedæ vixit sub Desiderio Rege & Carolo Imperatore. Verum longe antea Antistites Aquileieoses synodum V. damnato schismate receperaot. Nam Maximus Archiepiscopus Aqoileieosis in synodo Lateraneosi sub S. Martino Papa celebrata anno 649. secretario primo hæc pronunciavit: *Contra Theodorum autem & Origenem in sancta quinta synodo accusator quidem nullus, sed tantummodo eorum conscripta ad accusationem ipsorum & reprehensionem suffecisse noscuntur*. Ante Sergium etiam in synodo sub S. Agathone Romæ habita in literis ad Imperatores, quæ recitantur in synodo VI. act. 4. hæc habeotur: *Hoc idem etiam & sancta synodus, quæ sub augustæ memoriæ Iustiniano Principe in Constantinopoli congregata est, in septimo definitionum capitulo prædicat* &c. Huic vero epistolæ legitur inter alios subscriptus Antistes Aquileiensis: *Agatho Episcopus S. ecclesiæ Aquileiensis provinciæ Istriæ in hanc suggestionem, quam pro apostolica nostra fide unanimiter construximus, similiter subscripsi*. Sequuntur postea eiusdem suffraganei Cyriacus Polensis, Aureliaous Parentinus, Ursinus Cenetensis, Andreas Vegliensis, Gaudentius Tergestinus, Benenatus Opiterginus, Ursinianus Pucinaous alias Petenensis, Paulus Patavinus, & Paulus Altinas. Quare ante Sergium ecclesia Aquileiensis & suffraganei Episcopi non modo ad ecclesiam Romanam accesserant, verum etiam synodum V. pleno ore laudantes decessorum errorem diuturnamque pervicaciam detestabantur. Nonnullis forte, at non illis quidem Episcopis, sed e plebe adhuc ea de re hæsitaotibus Sergius verum dogma declaravit.

Quæri hic potest, oum tot Episcopi, qui contra Sedem apostolicam obstinati synodum V. damnarunt, sint & ipsi æternis suppliciis condemnati. Profecto si in illo schismate diem obierunt, utpote ab Ecclesia seiuncti & rebellionis ab apostolica Sede rei dubio procul damnati periere. Hioc S. Gregorius seribens tum ad Theodeliodam, quæ ab Insubriæ Episcopis decepta ad schismaticos transierat, tum ad Secundinum anachoretam exelusos illos a regoo eœlesti testatus est, nisi a schismaticis discederent. Do verba ad Secuodioum severioris instituti monachum lib. 7. epist. 52. *Necesse est*, inquit, *ut dulcissima mihi tua dilectio in hoc, quod præcipue in bonis moribus vivit, quod se per abstinentiam affligit, quod doctrinæ Dei vehementius insistit, hoc studiosius cogitet, ne errorem schismaticorum sequens a sancta universali Ecclesia divisa possit inveniri. Ecquid tot labores proderunt, si in unitate fidei inventa non fuerint, quæ ante Dei omnipotentis oculos in bonis actionibus animam præcipue custodit?* Inter Episcopos schismaticos, qui contra apostolicam Sedem Pontificibus Pelagio II. & Gregorio magno pro schismate depugnarunt, fuit Ingenuinus Sabioneosis Episcopus, qui primus libellum ad Mauricium contra S. Gregorii mandata conscriptum sigoavit, & apostolicæ Sedis iudicium fugiens profaoum Imperatoris tribunal appellavit. Illius tamen festum peragitur Brixinæ in Rætia II. unde dicendum est cum Bollando illum resipuisse, & ad meliorem frugem reversum; de quo pluribus agit ille scriptor tomo 1. Februarii a pag. 669. Historici Foroiulieoses tradunt schismaticos omnes Episcopos pie in Domino defunctos esse. De Severo sehismaticorum pessimo scribit Palladius ad annum 605. par. 1. lib. 1. morti proximum errorem esse aversatum. Iohannes Candidus lib. 3. Aotiq. Aquileien. ait, *recta per annos XV. ecclesia sanctissime obiisse*. De Helia ad annum 586. scribit Palladius, approbasse in synodo Constantinopolitanum eoncilium, & diem in Domino obiisse. Paulinum etiam apostolicæ Sedi conciliatum *Beati* titulo publice honorant, qui infandi sehismatis princeps fuit, & a Pelagio Papa dictus est *in schismate maledictus*. Idem etiam referens Episcopos, qui Heliæ synodo interfuere, *Sanctos Patres* nuncupat, qui tameo eontra Pelagium & hoius mandata exequentem Smaragdum ad Maurieium literas pro Severo dedere. Enimvero si illorum supplex libellos ad Imperatorem vel Iohannis Patriarchæ epistola ad Agilulfum legatur, summam iisdem in-

sitam

fitam fuisse obstinationem intelligemus. In libello supplici hæc scribunt: *Contriti atque luctu gravissimo sauciati ad ultimam desperationem pervenimus, ut ad illius*, nempe Gregorii Papæ, *judicium metropolita noster cogeretur occurrere, cum quo causa ipsa esse dinoscitur, & cuius communionem ab initio motionis causæ huius usque nunc decessores nostri & nos cum omni populo evitamus*. Si ante mortem Paulinus & Helias Aquileienses, Solacius Veronensis, aliique schismatici communioni Sedis apostolicæ errore deposito sese iunxissent, næ illi vera Mauricio narrassent? Præterea S. Gregorius Episcopos illos depravatis moribus corruptos ex plurium contestatione fuisse affirmat lib. 7. epist. 67. Iohannes vero diaconus lib. 4. de vita S. Gregorii cap. 38. de Severo ait, quod *ad unitatem sanctæ universalis Ecclesiæ redire non meruit*. Quod si illorum quosdam ante mortem ab errore discessisse constet, ut de S. Ingenuino narravimus, de eorum pœnitentia nobis lætandum est. Sed quinam ii fuerint, divinari non possumus, neque fas est de divinis iudiciis temere iudicare.

CAPUT X.

Utrum ex schismate ortum traxerit Patriarchatus Aquileiensis. Ecclesiasticæ Hierarchiæ divisio præmittitur. Salmasii opinio reiicitur. Patriarcharum nomen unde, & quinam antiquitus fuerint. De primatu ecclesiæ Aquileiensis, Mediolanensis, ac Ravennatis disputatur. Aquileiensis metropolitæ antiquitas defenditur. Variæ Baronii, Sirmondi, ac Salmasii sententiæ examinantur.

EX hucusque descripto schismate Aquileiensis ecclesiæ Patriarchatum emersisse insignis Ecclesiæ catholicæ historicus Cardinalis Baronius asseruit. At iniquum suis Foroiuliensibus scriptorem increpat Henricus Palladius lib. 5. Hist. Foroiuliensis: moleste enim & acerbe fert, infames adeo natales Aquileiensem modo celebrem Patriarchatum olim fortitum esse. Salmasius etiam ob hoc ipsum Baronium redarguit par. 2. Eucharist. cap. 3. pag. 481. *Venetiæ*, inquiens, *metropolis Aquileia; hinc Aquileiensis Episcopus Patriarcha semper nuncupatus est. Longe vero errat Baronius & reliqui, qui per schisma illum hunc sibi titulum usurpasse contendunt*. Verum Baronio adhærent Sirmondus in Propemptico, Bollandus ad 8. Februarii in notis ad vitam S. Honorati §. 1. meus numquam satis laudatus Christianus Lupus in Comment. ad synodum V. cap. 6. in fine quæstionis primæ, ubi recensito Paulini Aquileiensis schismate concludit: *Hæc sunt vera exordia & natales Patriarchatus Aquileiensis*. Immo Sirmondus & Lupus ante schisma non modo negant Sedem Aquileiensem Patriarchalem fuisse, sed contendunt primum post Pontificem in Italia metropolitam fuisse Mediolanensem Antistitem, cui proximus Aquileiensis succedebat, atque ita secundum inter Italiæ metropolitanos Aquileiensem faciunt. Horum tamen sententiæ hic nobis excutiendæ sunt.

In primis certum mihi est in ecclesiastica Hierarchia quatuor Episcoporum ordines esse statuendos, nempe Patriarchas, Primates Exarchos, Metropolitanos, & suffraganeos Episcopos. Ita sane Episcoporum gradus distinguit Leo IX. epist. 4. ad Petrum & Iohannem, & S. Isidorus, qui Gregorio magno convixit, ex antiqua ecclesiæ consuetudine idem docuerat lib. 7. Orig. cap. 12. *Ordo*, inquiens, *Episcoporum quadripartitus est in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, & Episcopis*. Patriarcha pluribus provinciis præest: ita XV. Orientales provinciæ Patriarchæ Antiocheno parebant: Romano Patriarchæ suberat totus Occidens, Septemtrio, Africa, & Illyricum. Primas Exarchus seu Archiepiscopus aliquot ecclesiasticas provincias moderatur. Metropolitanus unicam ecclesiasticam provinciam regit. Hi vero gradus ideo inter se distinguuntur, quia Archiepiscopus seu Primas Exarchus aliquot sub se habet metropolitanos, at metropolitanus in Episcopos tantum suffraganeos ius possidet: Episcopus unius urbis regimen administrat. Scio plures de nominibus horum ordinum inutiliter litigare; certe de origine nominis Patriarchæ contra communem sententiam pluрima tradit Salmasius cap. 3. pag. 475. Promiscue tamen quandoque accipi solent:

lent: ita Leo Pontifex in synodo Calchedonensi Archiepiscopus & Patriarcha dictus fuit: Aquileiensis Episcopus metropolita & Archiepiscopus appellatur in libello schismaticorum ad Mauricium, nempe quia gradus inferioris dignitatis in superiori continetur. Græci posteriores Archiepiscopum post metropolitam locant, ut patet ex instructione Leonis Sapientis ad Andronicum.

Salmasius secundum gradum Episcoporum inficiatur parte posteriori sui Eucharist. cap. 3. etenim negat fuisse metropolitas absque Patriarchali dignitate in subiectos metropolitanos iurisdictionem exercentes. Hinc putat tres Primates autocephalos Ephesinum Asiaticæ diœcesis, Heracleensem Thraciæ, & Cæsareensem Ponticæ, itemque Primatem Africæ Carthaginensem nullam iurisdictionem exercuisse in ecclesias metropolitanorum intra autocephaliam consistentium. At plane errat: nam sanctus Basilius, ut ex eiusdem epist. 187. colligitur, Nicopolitanam ecclesiam visitavit: est autem Nicopolis urbs Armeniæ minoris sub metropolita Sebasteno. Helladius etiam Nicomediensi metropolitanæ in Bithynia ecclesiæ Episcopum dedit nemine contradicente teste Sozomeno libro octavo cap. 6. Erant Basilius & Helladius Primates Cæsareenses. Hoc ipsum in Primate Carthaginensi patet. Scribit Leo IX. in laudata epistola, quod nullus *aliquam licentiam consecrandi Episcopos vel deponendi, seu provinciale concilium convocandi habet sine consensu Carthaginensis Archiepiscopi, cuiuslibet dignitatis aut potestatis sit.* At video Salmasium reponere, Iustiniani tempore Primati Carthaginensi hoc privilegium concessum fuisse; quare altius res mihi repetenda est. Valerius Hipponensis in Numidia Episcopus non a Megalio provinciæ metropolitano, sed ab Aurelio totius Africæ Primate facultatem obtinuit, ut S. Augustinus secum in eadem sede Coepiscopus ordinaretur. Rem ita narrat Possidius cap. 8. de vita Augustini scribens, Valerium *egisse secretis literis apud Primatem Episcoporum sedis Carthaginensis allegantem imbecillitatem corporis sui ætatisque gravitatem, & obsecrantem ut Hipponensi Ecclesiæ ordinaretur Episcopus.* Postea: *Quæ igitur beatus Valerius optavit & rogavit satagens, rescripto impetravit.*

A S. Augustinus adhuc presbyter epist. 64. egit gratias eidem Aurelio, quod permiserit Alipium una secum morari in monasterio Hipponensi. Plena igitur iurisdictione in Numidia Aurelius pollebat. Erat Alipius tunc forte presbyter Tagastensis ecclesiæ, vel certe ab illius urbis Episcopo in presbyterum optatus, qui tamen Aurelio permittente in monasterio Hipponensi cum suo Augustino remansit. Cum anno 431. delatæ fuissent Carthaginem literæ Theodosii iunioris, queis Augustinus ad Ephesinam synodum evocabatur, Capreolus, uti
B diximus lib. 2. Hist. Pelag cap. 9. sacram illam non ad Numidiæ Primatem defetendam curavit, sed ipsemet aperuit legitque, ut hoc supremæ eiusdem auctoritatis argumentum sit. Est præterea egregium pro hoc ipso testimonium in epistola S. Doctoris 235. ad Quintianum, in qua cum dubium esset an Privatio, qui semel tantum in alia ecclesia legerat, posset intra Hipponensis ecclesiæ monasterium recipi, hæc Augustinus scribit: *Causam ipsius ad Senem Aurelium misi, ut quod de illo statuerit, hoc faciam.* Et postea: *Tamen de isto adolescente, quod*
C *memorato Antistiti visum fuerit, hoc oportet observem.* Dubiæ ergo causæ Numidarum ad Aurelium Carthaginensem referebantur, eiusque sententiam universi sequebantur.

Aurelius Carthaginensis omnium provinciarum Africæ Episcopos poterat consecrare. Hinc idem in synodo Africana habita Carthagine post cons. Stilichonis anno 401. dixit: *Crebro ac pæne per diem Dominicam ordinandos habemus.* At si solos Proconsularis provinciæ Episcopos inaugurabat, non adeo frequenter Antistitum promotiones incidissent. Scio va-
D riare scriptores in designando numero Episcoporum Proconsularium. Anonymus in notitia Præsulum Africæ LIV. eosdem numerat. At Victor Vitensis libro 1. de Persecut. Vandal. scribit: *Unde factum est, ut post obitum Episcopi Carthaginis Zeugitanæ & Proconsularis provinciæ Episcopos interdiceret ordinandos, quorum erat numerus centum sexaginta quatuor.* Ex quibus Illustrissimus Casanata nobis libro 2. Hist. Pelag. cap. 8. laudatus erudite infert, notitiam illam Episcoporum Africæ a Sirmondo publicatam perperam a Chiffletio cap. 2. Elucidat. in

Victorem

Victorem Vitensem huic ipsi auctori adscribi; neque enim unus idemque scriptor adeo a se ipso in computando variasset. Annnymi vero numerum deficere certum est. Etenim io synodo provinciali Carthagioensi aono 416. contra Pelagianos habita adfuere Episcopi LXVIII. qunrum nomioa leguntor in epigraphe epistolæ 91. apud Augustinum; oeque tamen omnes Proconsulares convenerant. Evodius certe Uzalensis, ut notavimus libro 1. Hist. eiusdem cap. 10. tum temporis Carthagine absuit. In tabulis Caroli a S. Paulo & eruditis in easdem Holsteoii notis supra centum Episcopi in Zeugitana seu Proconsulari provincia numerantur. Utut sit de hoc, constat Episcnpos eiusdem provinciæ, etiamsi CLXIV. afferantur, *crebro ac pæne per Dominicam diem* non potuisse ordinari, cum adeo frequeotes eorumdem obitus fingi nequeant. Salmasius cap. 3. pagina 431. ita Aurelii verba ioterpretatur, quod *pæne* hoc est *præsertim* Dominica die Episcopos consecraret. Imperite: etenim libro 2. Hist. Pelag. cap. 24. ostendimus in Ecclesia Latina Episcopos Domioica tantum die ad sacras cathedras promotos fuisse. Præterea in eadem synodo canone 22. cum Aurelius dixisset: *Ego enim cunctarum* (nempe per universam Africam) *ecclesiarum* : *dignatione Dei* (*ut scitis Fratres*) *sollicitudinem sustineo*. Numidios Episcopus Maxulitaous respondit: *Fuit semper hæc licentia huic sedi, ut unde vellet & de cuius nomine fuisset conventus, pro desiderio cuiusque ecclesiæ ordinare Episcopum*. In synodo etiam Carthaginensi aono 525. a Booifacio Primate celebrata monasteriom provinciæ Byzacenæ exemptum fuit a iurisdictiooe Liberati Primatis Byzacii, & sub Primatis Carthaginensis dominium adactum, de qua re diximus lib. 1. Hist. Pelag. cap. 23. Alia argumenta in hanc ipsam rem congerit Hallier libro 4. Hierar. Eccles. sect. 4. cap. 2. art. 1. quæ nolumus exscribere. Illud tamen eidem non observatum adnotandum videtur, ipsorum etiam Donaristarum Primatem Carthaginensem in omnes Africanas provincias ius apud sectarios habuisse. Etenim Victor Taborensis Donatista cap. 201. collat. 1. dixit: *Susceperam quidem mandatum, sed quia beatissimus pater & princeps noster Primianus*

A *uunc suscepit, me ueceße est mandare his actis*. Erat Primianus metrnpolita Donatistarum Carthaginensium; Victor vero sedebat Taboræ in Mauritania Cæsareensi. Igitur ex dictis contra Salmasium probatur, Primatem Carthaginensem itemque tres autocephalos Antistites ius habuisse in alios inferiores metropolitas.

Patriarchæ a tribos autocephalis & nomioe & ecclesiasticæ iurisdictionis amplitudioe distincti in pluribus cum iisdem conveniunt. In primis neque Patriarcha neque Exarchus autocephalus
B io ordinatione indiget prævia alicuius licentia; est enim independens urerque ab omni subiectione, & conseeratur in sua sede a synodo provinciali. Hinc cum Zeno Imperator Patriarcham Antiochenum ob contrarias illius urbis factiones in regia urbe per Acacium C-P. consecrandum curasset, Simplicius Papa ideo illam electionem ratam habuit, quia Imperator sancte iuraverat, *quod postbac iu Antiochena urbe veteri more servato a comprovincialibus suis Episcopis* ordinaretor. Ritum, quo Patriarchæ Alexandrini consecrabantur, describit Libera-
C tus cap. 20. Breviarii. De Constantioopolitanis agit Simeon Thessalonicensis apud Morinum par. 2. de sac. Ordin. cap. 9. Eo ritu etiam sacris infulis decorabantur autocephali seu Archiepiscopi. Legimus act. 11. synodi Calchedonensis itemque sequenti decretum fuisse, novom Ephesiis Episcopum in metropoli consecrari, ne populus ob anriqua iura vinlara in furorem ageretur; clamaverant enim Asiaticæ diœceseos Antistites: *Si quispiam hic* Calchedooe *fuerit ordinatus, & filii nostri moriuntur, & civitas Ephesina deperit*. Rursus Patriar-
D cha & autocephalus poterat sine alterius licentia legitime electos metropolitas & Episcopos confirmare, suoque arbitrio consecrare: at sine utriusque licentia oullus metropolitanus alios consecrare poterar. Hac de causa Pelagius primus Paulinum Aquileiensem *Pseudoepiscopum* in literis ad Narsetem appellat, quod noo obtenta a suo Patriarcha facultate ordinatus fuerat. S. Gregorius libro 2. epistola 31. scribens de electione Constantii metropolitæ Mediolanensis ad Romanum Exarchum ait: *Neceße fuit pro servanda consuetudine mili-*

tem ecclesiæ nostræ dirigere, qui eum, in quo omnium voluntates atque consensum concorditer convenire cognoverit, a suis Episcopis, sicut vetus mos exigit, cum nostro tamen assensu faciat consecrari. quæ quidem spectabant ad ius Patriarchale supra Metropolitas suæ diœcesis. Hisce privilegiis, quæ ceteris antistant, & aliorum veluti fontes sunt, carent metropolitæ provinciales itemque Episcopi suffraganei. Illis autem constituitur reapse Patriarcha vel autocephalus, quæ si semel auferas, solo nomine & titulo tenus dicendus erit Patriarcha.

Nomen Patriarchæ apud Latinos primitus legitur in epistola Adriani Imperatoris ad Servianum consulem apud Fl. Vopiscum in vita Saturnini. Iudæi quosdam illustres viros Patriarchas dicebant, quorum mentio fit in Cod. Theod. libro 16. tit. 14. ubi legitur in rescripto Arcadii & Honorii ad Messalam P.P. quosdam, quos Apostolos nuncupabant, *ad exigendum aurum atque argentum a Patriarcha certo tempore dirigi* solitos. Ex synagoga ergo in Ecclesiam transivit nomen, datumque fuit christianæ legis Præsulibus. Vox ista in synodo Calchedonensi primum audita est, ut erudite observavit amicissimus Lupus in appendice ad synodum Calchedonensem in notis ad act. 2. in qua ante Nicæni symboli recitationem metropolitæ dicti sunt *Sanctissimi Patriarchæ singularum provinciarum.* Ex antiquiori tamen Ecclesiæ usu tres tantum fuere Patriarchæ, qui nulli alteri subiecti amplissimis diœcesibus penes sacra imperabant, nempe Præsules Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus. Postea Antistes Constantinopolitanus, qui prius erat purus putus suffraganeus metropolitæ Heracleensis autocephali, Imperatorum Byzantii commorantium favore fretus ius Patriarchale usurpavit. Quintus denique Patriarcha dictus fuit Episcopus Hierosolymitanus, qui tempore S. Augustini erat suffraganeus metropolitæ Cæsareensis in Palæstina, ut ostendimus libro 2. Hist. Pelag. cap. 4. Nicolaus Papa, qui Pontificatum iniit anno 858. in responsionibus ad capitula Bulgarorum cap. 92. ait: *Desideratis nosse, quot sint veraciter Patriarchæ?* Et cum respondisset esse tres, Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum, addit: *Quia Constantinopolis*

A *nova Roma dicta est, favore Principum potius quam ratione Patriarcha eius Pontifex appellatus est. Hierosolymitanus autem Præsul licet & ipse Patriarcha dicatur, & secundum antiquam consuetudinem ac Nicænam synodum honorandus sit salva tamen metropoli propria dignitate* &c. Hi quidem & nomine & re fuere quinque in Ecclesia Patriarchæ. Postea vero Primates Regnorum, qui sedem primam tenebant, quandoque honoris gratia a quibusdam dicti sunt Patriarchæ. In Gallia metropolita Lugdunensis in synodo Matisconensi II. appellatus fuit Patriar-

B cha, ibi: *Priscus Episcopus Patriarcha dixit.* Hispanus etiam Primas Toletanus dictus est Patriarcha; etenim Luitprandus in chronico Æra 648. scribit: *Dignitas Patriarchalis Toletanæ sedis imminuta pristinæ dignitati restituitur.* Hoc pari titulo Primatem Cantuariensem in Anglia decoratum videmus apud Guillelmum Malmesburiensem in prol. libro 1. de Gestis Pontificum Anglorum; nuncupat enim Archiepiscopum Cantuariensem *totius Angliæ Primatem & Patriarcham*. Hi tamen penes nomen fuere Patriarchæ, neque gaudebant privilegiis

C Patriarcharum, sed Patriarchæ Romano subiacebant, quod certum est. In Italia nostra cum Antistes Aquileiensis peramplæ diœcesi præesset, in qua Istria, Venetiæ, Noricum utrumque ac Rætia secunda numerabantur, Patriarchæ titulum obtinuit, initio quidem a provincialibus, subsecutis vero temporibus etiam ab apostolica Sede, ut patet ex epistola 2. Leonis IX. Nullus tamen affirmare potest Antistitem Aquileiensem fuisse penes ius & auctoritatem reapse Patriarcham, cum neque numerari potuerit in secundo ordine Exarchorum Ar-

D chiepiscoporum, fueritque purus putus metropolitanus nullas sub se habens ecclesiasticas metropoles, quod ingenue Palladius superius adductus fatetur. Idem sine licentia prævia Romani Patriarchæ non poterat consecrari ex literis Pelagii I. Poterat Romam evocari ex libro 1. S. Gregorii epistola 16. ad Severum Aquileiensem, & quidem considerato iure patriarchali Romani Præsulis.

Itaque cum de re nulla quæstio esse possit, de nomine controversia manet, num scilicet honorarius Patriarchæ A-

qui-

quileiensis titulus incœperit ante schisma, vel potius ex schismate initium habuerit. Salmasius putat metropolitam, qui primam regionis totius provinciam regebat, appellatum fuisse Patriarcham; unde cum ex Notitia utriusque imperii inter Italiæ provincias Venetiæ atque Istria primo loco reponantur, consequens putat, ut utriusque provinciæ metropolita Patriarchæ nomen semper habuerit, & concludit cap. 3. citato pag. 481. *Venetiæ metropolis Aquileia; hinc Aquileiensis Episcopus Patriarcha semper nuncupatus est.* Exemplum de Prisco Lugdunensi adducit, qui cum primæ totius Galliæ provinciæ præesset, *Patriarcha* in synodo Matisconensi dictus fuit. Sed falli hominem certum est. Nolo hic loqui de divisione provinciarum Italiæ facta ab Augusto, iuxta quam teste Plinio nostro Veronensi lib. 3. cap. 18. Venetam provinciam non primo sed penultimo loco nominatam scimus, posset enim reponere subsecutos Imperatores ordinem variasse. In eadem Notitia imperii Occidentalis in Africana regione prius ponitur Byzacium, deinde Numidia, & tamen metropolita Numidiæ Byzacenum præcedebat. Hinc legati Numidiæ in synodis Carthaginensibus anno 418. & 419. celebratis Byzacenæ provinciæ legatos præcessere, & in literis synodalibus atque actis Conciliorum Numidiæ aote Byzacenos collocantur. Præterea io eadem Notitia imperii Orientalis in Pontica Diœcesi prius Bithynia, postea Cappadocia collocatur. In Bithynia autem erat Nicomedia urbs regia ac plurimum Imperatorum sedes, unde prima erat inter Ponticas provincias. Attamen metropolita Cæsareæ Cappadocum erat autocephalus, ac metropolitæ Nicomediensi præponebatur uti subdito, ut ex ordinatione Antistitis Nicomediensis facta per Helladium Cæsareensem nobis superius monstratum est. Quare ex ordine provinciarum in illa Notitia descriptarum primam quærere, indeque eiusdem metropolitæ Patriarchatum adstruere vanum est. Certe provincia Proconsularis inter Africanas prima erat, nusquam tamen eiusdem metropolita Carthaginensis appellatus fuit Patriarcha neque in synodis, quæ frequentissimæ cogebantur, neque ab ullo scriptore Africano, licet

A Antistes Carthaginensis universæ Africæ præesset iure exarchico. Immo Patres Africani, ne ex amplissima exarchia ambitiosiorem titulum affectaret, lata lege faoxere in synodo Carthaginensi Cæsario & Attico Coss. *Ut primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps Sacerdotum aut summus Sacerdos aut aliquid huiusmodi*. Ariani tamen cum regnante Hunnerico omnes catholicorum ecclesias occupassent, Carthaginensem Episcopum *Patriarcham vocitabant*, inquit Victor Vitensis libro 2. de persecutione Vandalica. Neque exemplum de Prisco Lugdu-
B nensi, qui Patriarcha in synodo Matisconensi II. nuncupatus fuit, Salmasii opinioni favet; nam Lugdunensis provincia non erat prima Galliarum, sed in Notitia laudata imperii prima statuitur provincia Viennensis, cuius urbs metropolitana erat Arelatum, ibi enim residebat Præfectus Prætorio Galliarum. Hinc Honorius in rescripto ad Palladium iubet, *in metropolitana idest Arelatensi urbe* septem provinciarum conventum fieri, *ut optimorum conventu sub illustri præsentia præfecturæ* Galliarum negotia peragantur. Unde Arelatenses me-
C tropolitæ apostolicæ Sedis Vicarii in Galliis olim constituti sunt.

Henricus Palladius lib. 5. historiæ Foroiuliensis alia via pergit ad Patriarchatum Aquileiensem stabiliendum. Scribit S. Marcum a D. Petro Romæ consistente Aquileiam missum, quæ sane urbs, Roma excepta, erat omnium Italicarum prima. Ille vero cum primus Aquileiensium Episcopus Evangelium ibidem prædicasset, monente Petro Hermagoram substituit, atque ex Italia Alexandriam perrexit. Quare cum Ale-
D xandriæ Patriarchalem sedem erexerit, potiori iure eadem dignitate Aquileiensis ecclesia uti primogenita decorata fuisse videtur ab eodem sanctissimo Evangelista, qui discessurus ibidem Christi Evangelium sua manu descriptum in amoris mnemosinon Aquileiensibus primogenitis suis reliquit, quod postea anno 1420. Thoma e nobilissima Mocenicorum gente Venetiarum Duce in regiam urbem translatum summa religione inter D. Marci cimelia servatur. eadem refert Ughellus initio tomi 5. Italiæ Sacræ. Sed debiles coniecturæ sunt ad Aquileiensem Patriarchatum stabiliendum;

noo

non enim omnes ecclesiæ a discipulis D. Petri fundatæ tali honore decoratæ sunt. Apollinaris Ravennæ fidem Christi prædicavit, primusque nobilissimæ urbis Episcopus fuit, & quidem eo a D. Petro missus, nec tamen metropolim statim condidit, nedum sedem Patriarchalem. Ipse Petrus plures per semet ecclesias erexit, ut tradit Sophronius in libello de Peregrinationibus & laboribus eiusdem Apostoli, verum Antiochiæ tantum, dein Romæ Patriarchalem sedem erexit. Marcus sane primus Aquileiensium Antistes dicatur; non inde tamen deducitur eumdem Patriarchali iure illam ecclesiam donasse; etenim non propria auctoritate, sed ut ab Apostolorum Principe delegatus Patriarchalem thronum Alexandriæ posuit. Clara sunt verba S. Gelasii Papæ in synodo Romana: *Secunda autem sedes apud Alexandriam B. Petri nomine a Marco eius discipulo & Evangelista consecrata est: tertia vero sedes apud Antiochiam eiusdem beatissimi Petri Apostoli nomine habetur honorabilis*. Colligitur hoc ipsum ex Alexandrinæ ecclesiæ prærogativa, qua semper Antiochenæ prælata fuit; nequaquam enim decuisset sedem, in qua primum Apostolorum Princeps Episcopus fuit, Alexandrinæ postponi ab eius discipulo institutæ. Cum vero Petrus propriam sedem Patriarchalem Romæ collocarit, alteram in Italia statuere non debuit, ne Romani Patriarchatus fines coarctarentur, qui per Illyricum, per Septemtrionem, lateque per Occidentem ac Meridiem proferendi erant. Quod si reponant solo nomine Patriarchali Aquileiensem sedem fuisse a D. Petro ornatam, quousque veteres testes laudentur, fidem suspendimus. D. Petrus in tribus mundi partibus tres Patriarchales sedes fundavit, Romanam in Europa, Alexandrinam in Africa, Antiochenam in Asia, ut iam sacra illa aristocratia ex integro a D. Petro Christi Vicario fuerit plane instituta. Harum Præsules in aliquo conveniunt, in aliis vero plurimum discriminantur: nam licet spectato iure Patriarchali tres illi Antistites æqualis fiant auctoritatis, ac nullus ab altero dependeat, iure tamen Papali uni sedi Romanæ reliquæ duæ subiiciuntur, ut contra Photii asseclas ab orthodoxis adeo evidenter probatum est, ut Salmasius ipse lib. 2. Eucharist. capite ultimo pag. 718. de Romano Pontifice scripserit: *Nec primatem eum Italiæ specialem, nec Occidentis fuisse Patriarcham, sed eamdem omnino & in Oriente potestatem habuisse olim quam in Occidente, eamdem porro & in qualibet Occidentis provincia quam in Italia*. Veritas invito pectore erupit.

Nullo igitur argumento antiquitas Patriarchatus Aquileiensis vel penes titulum fulcitur: quare ex schismate illum derivatum fuisse iure arbitror. Sane post schisma Aquileienses, ut verbis utar Gregorii magni, *omnes quatuor Patrochias nempe Patriarchales sedes non ratione sed malitiosa mente* vitabant lib. 7. epist. 5. Hinc ius Patriarchale in suum Antistitem transtulere. Illorum metropolita non secus ac Patriarchæ a synodo provinciæ a nemine licentia impetrata eligebatur, ac nullius evocationi subiectum se esse dicebat; unde Severus Aquileiensis Romam evocatus morem non gessit, adeoque nec iurisdictioni Papali subiici patiebatur. Ex his patet in schismate metropolitas Aquileienses reapse ius Patriarchale usurpasse, & fortasse a subditis suffraganeis per adulationem eo primum nomine nuncupatos fuisse. Quod a Romano Pontifice rebelles erant, ne veluti acephali irriderentur, novum sibi Patriarcham somniarunt ab aliorum iurisdictione semotum. Atque ita in schismate metropolita Aquileiensis non penes titulum tantum, sed reapse Patriarchali iure per vim usurpato potitus est. Ille tamen finito schismate titulum retinuit. Ceterum licet metropolitæ schismatici titulum Patriarchæ apud provinciales passim usurpabant, ad alios scribentes eo nomine prorsus abstinuere. Hinc in libello supplici ad Mauricium Imperatorem & in literis ad Agilulphum Regem Longobardorum Aquileiensis Antistes *metropolita* atque *Archiepiscopus* tantum appellatur. Immo nec posterioribus sæculis Græci ad Patriarchas Aquileienses scribentes memorato sæpius nomine usi sunt. Photius referente Baronio ad annum 883. scribens ad Antistitem Aquileiensem se Patriarcham, illum vero *Archiepiscopum* tantum nominat, ubi inter alia habet: *Romana ecclesia cum aliis quatuor Patriarchalibus sedibus*, nec cogitans

tans quidem de Patriarchatu illius, ad quem easdem literas exarabat. Paulus diacoous homo Foroiuliensis suæ patriæ metropolitas Patriarchas honoris gratia appellat. Hunc Paulum diaconum Ricciolius sæpe laudat in magoo Chronico ab anno 567. illum tamen à Warnefrido palmari alucinatione distinguit. Ita ille scribit A. 568. *Paul. diac. de gestis Longob. l. 2. c. 6. Paulus Vuarnefridus c. 7. & 25.* Cum tamen unus idemque fuerit scriptor, nam Paulus diaconus dictus est Warnefridus ab ipsius genitore Warnefrid eodem teste lib. 4. c. 39. Daodulus auctor antiquus refert se in vetusto codice initia Gradeosis metropolitæ descripta legisse, & exhibet literas Pelagii Papæ II. ad Heliam Aquileiensem ita inscriptas: *Pelagius S. ecclesiæ catholicæ urbis Romæ Episcopus Heliæ Aquileiensi Patriarchæ.* Sed chronicon illud ab aliquo Foroiuliensi concinnatum fuit, uode Waroefridum imitatus eo caractere apostolici diplomatis inscriptionem expressit. Habemus tres eiusdem Pootificis literas ad eumdem Heliam prescriptas, quarum initium hocce legitur: *Dilectissimis fratribus Heliæ aliisque Episcopis universis Istriæ Pelagius Episcopus.* neque semel Heliam Patriarcham vocavit. Gregorius magnus Severum Heliæ successorem Episcopum tantum dixit, ut ex inscriptionibus aliunde petitis honorificentior ille Aquileiensibus delatus titulus non a Romano Pontifice sed a scriptore Foroiuliensi positus cognoscatur. Postea tamen etiam Sedes apostolica eumdem metropolitam Patriarcham ouncupavit.

Verum Sirmondus in Propemptico graviorem Aquileiensi ecclesiæ quæstionem movet: nam Mediolanensem metropolitanum Aquileiensi præpooit. Hoc ipsum tradit summus ecclesiasticarum rerum indagator Christiaous Lupus in Commentariis ad synodum V. cap. 6. quæstione prima, ubi ait: *De Dacio Mediolanensi Episcopo secundo Italiæ metropolita scribit Victor Tounonensis* &c. additque statim: *Adiunxit se tertius Italiæ metropolita Paulinus Aquileiensis Episcopus, a cuius duritia schisma vocatum est schisma Istrium, & ipse eius Patriarcha.* Salmasius in Eucharistico par. 1. cap. 4. pag. 151. hæc habet: *Maxima siquidem post Romanum Pontificem auctoritas Aquileiensis Episcopi fuit, qui & Patriarcha dicebatur, & secundum a Pontifice locum facile obtinebat, ut tertium Ravennensis, sic quarto tantum loco post Aquileiensem & Ravennensem sedebat Episcopus Mediolanensis.* Atque ita hic scriptor duos Italiæ metropolitas Aquileiensem & Ravennatem Mediolanensi præfert. Ravennatem duobus aliis anteponit in eiusdem urbis Historia Hieroymus Rubeus lib. 5. Res est difficilis, in qua oon modo nobilissimorum scriptorum sententiæ variæ fuot, verum etiam vel ipsorum Romanorum Pootificum, penes quos de his rebus iudicia fuere, ut mox nobis demonstrabitur. Foroiulienses scriptores de Aquileiæ taotummodo Patriarchatu solliciti, de eiusdem urbis ioter ecclesiasticas metropoles primatu ne dubitarunt quidem, sed hoc ipsum veluti extra dubium silentio præteriere. Quare cum de nostræ provinciæ metropoleos primatu litigetur, paulo diligeotius res indaganda nobis est.

In primis de Ravennatis ecclesiæ primatu agendum est. Rubeus laudatus ex Anacleti Papæ decreto, quo statuit eas urbes, quæ civiles metropoles essent, provinciæ Præfecto ab Imperatoribus constituto ibidem residente, ecclesiasticas etiam metropoles habeodas esse, io quibus Episcopi metropolitani ceteris provinciarum Episcopis ius dicentes residerent, Ravennæ vel ab ipsis Christiaoæ religionis ioitiis dignitatem mettopoliticam minime negari posse contendit; certum enim putat Ravennam antiquitus fuisse metropolim Æmiliæ ac sedem viri Consularis illuc ab Imperatoribus missi. Favet huic sententiæ vir eruditionis incomparabilis Petrus Morinus lib. 1. exercit. 30. scribens, Ravennam imperante Cooſtantino metropolim fuisse. Ego quidem fateor in Patriarchatu Antiocheno & Alexaodrioo & io tribus autocephalis diœcesibus easdem, ut plurimum, fuisse & civiles & ecclesiasticas metropoles, ut ubicumque Rector provinciæ resideret, ibidem etiam metropolitanus Episcopus haberetur. At in Patriarchatu Romano, quod ad Africam & Italiam spectat, illam consuetudinem mioime servatam video. De Primatibus Africæ id pluribus ostendimus lib. 2. Hist. Pelag. cap. 8. nam civilis metropolis Numidiæ

erat

erat Cirta, quæ & Constantina dicta est: at metropolita ecclesiasticus erat senior provinciæ Episcopus, licet in minimo oppido resideret, ut fusissime ibidem probavimus, quod ipsum tradit Leo nonus in epistola ad memoratos Africanos Antistites. At neque in Italia ea ecclesiastica politia antiquitus servata est. Nam diœcesis metropolitica Romani Præsulis amplissima fuit, ac plures Consu- A lares provincias itemque alias Præsidales ac Correctorias complexa est, ita ut in illis nullus esset alius metropolita seu Archiepiscopus, sed omnes essent Romani metropolitæ suffraganei. Profecto provinciæ, quæ per Vicarium Urbis regebantur, intra metropolitanam diœcesim Romani Pontificis, una dempta Sardinia, continebantur: illæ vero ex Notitia imperii Occidentalis erant sequentes.

Vicarius Urbis regebat provincias X. Italiæ			
		Consulares IV.	Campaniam. Tusciam & Umbriam. Picenum Suburbicarium. Siciliam
	Per	Correctores II.	Apuliam & Calabriam. Brutios & Lucanos.
	Per	Præsides IV.	Samnium. Sardiniam. Corsicam. Valeriam.

Doctissimi viri Sirmondus laudatus ac Lupus cap. 8. ad synodum VII. scribunt, eosdem limites fuisse diœcesis civilis Vicarii Urbis & metropolitæ Romani, atque ex regiminis civilis forma ecclesiasticam etiam iurisdictionem præsignatam. Verum aliter sentiendum puto; etenim Picenum Annonarium, quod Vicario Italiæ per Consularem parebat, ad metropolitam Romanum spectasse certum est. S. Gregorius magnus libro 7. epistola 50. iniungit Mariniano Ravennati, ut inquirat in mores cuiusdam D in Ariminensem Episcopum designandi, & ubi probus visus fuerit *Ad nos*, ait, *cum decreti pagina vestræ quoque addita testificationis epistola destinate, quatenus eiusdem a nobis ecclesiæ disponente Domino consecretur Antistes*. Idem etiam libro 2. epistola 9. Castorio Ariminensi Oratorii consecrandi facultatem concedit, quam postea etiam dedit libro 5. epistola 45. Leontio eiusdem urbis Episcopo. At certum est, consecrationem suffraganei Episcopi ad metropolitam pertinere. Hinc Marinianus Ravennas Ariminensem Episcopum utpote extra ipsius metropoliticam diœcesim minime permissus est consecrare, qui tamen Fori Cornelii Antistitem aliosque suæ provinciæ pleno iure consecrabat. Audiatur Gregorius libro 6. epistola 39. ad eumdem Marinianum: *Fraternitatis vestræ epistola nunciante comperimus Corneliensis ecclesiæ filios assidua supplicatione in loco lapsi quondam Episcopi sui consecrandum sibi a vobis poscere Sacerdotem*. Rursus oratoriorum ac basilicarum consecrandi facultas a metropolita subditis Episcopis dabatur; unde Montanus metropolita Toletanus in epistola ad fratres Palentini territorii in synodo Toletana II. tom. 2. Binii pagina 401. conquestus a suffraganeis Episcopis, *qui nec provinciæ privilegiis nec rerum Domini noscuntur*, se inscio ecclesias consecrari, mandat hæc ipsa: *Literis nos informare debeatis, aut per nos, aut eum, qui nobis ex fratribus & Coepiscopis nostris visus fuerit, & consecratio ecclesiarum Deo auspice poterit celebrari*. Præterea deputare visitatorem ecclesiæ suffraganei Episcopi pertinet ad metro-

metropolitam ex epiſtola 19. S. Ambroſii ad Conſtantium. Laudatæ vero eccleſiæ Ariminenſis viſitatores Gregorius deſignavit libro 1. epiſtola 55. & libro 2. epiſtola 34. Ariminum vero ſitum erat intra limites Piceni Annonarii, uti etiam Fanum Fortunæ, Piſaurum, ac vicina oppida, quibus Ariminum remotius ab Urbe eſt. Et quidem Gregorius libro 5. epiſtola 4. ſcribit, a Pelagio deceſſore traditam fuiſſe Felici Epiſcopo Piſaurenſi facultatem monaſterii conſecrandi, ut plane erret Rubeus libro 5. Hiſtor. Raven. dum Piſaurenſem eccleſiam Ravennati antiquitus ſubiectam contendit. His ita ſtabilitis ante annum quadringenteſimum Ravennam ſpectaſſe ad Picenum Annonarium, eiuſque metropolim civilem fuiſſe ex celebri inſcriptione colligitur, quam ex Mazochio mendoſam Robeus libro 1. Hiſtoriæ laudatæ recitat, ſed correctam exhibet Gruterus pagina 399. ea autem eſt.

CRONIO. EVSEBIO. V. C. AEMILIA. AD
DITA. PRAEDICTAE. PROVINCIAE.
CONTVITV. VIGILANTIAE.
ET IVSTITIAE. EIVS. ET. RA
VENNATENSIVM. CIVITATE.
QVAE. ANTEA. PICENI. CAPVT. PRO
VINCIAE. VIDEBATVR. VICARIO
ITALIAE. QVAE. POTESTAS. SVPRA
DICTO. VIRO. OB. TESTIMONIVM.
ANTEACTI. HONORIS. EST. ADTRIBVTA &c.
AB INVICTISSIMIS PRINCIPIBVS.

a tergo.

DEDICATA. V. EIDVS. NOVEMBRIS. COS.
FL. MALLIO THEODORO. V. C.

Fuerat ergo Ravenna metropolis Piceni Annonarii, ac deinde ab Arcadio & Honorio Imperatoribus Æmiliæ coniuncta fuit circa annum 399. quo Manlius Theodorus cum Fl. Eutropio conſulatum iniit. Leo Auguſtus vulgo Sapiens in notitia Epiſcopatuum ad Andronicum filium Ravennam metropolim Piceni Annonarii ſtatuit. Quare Ravenna pertinebat ad diœceſim Romani Epiſcopi, cui Picenum Annonarium ſubiectum erat. Neque tameo eo quod Ravenna civilis metropolis fuit, inde recte dedocitur eamdem eccleſiaſticam quoque metropolim fuiſſe. Nam certom eſt Capuam fuiſſe metropolim, in qua Campaniæ Conſularis reſidebat, unde ſcribit S. Athanaſius in epiſtola ad ſolitarios: *Miſſi a ſancto concilio in legationem Epiſcopis Vincentio Capuæ, quæ eſt metropolis Campaniæ*. At Epiſcopus Capuæ non erat metropolitanus, neque ulla in vicinos Epiſcopos iouriſdictione pollebat. Hinc S. Gregorius Papa tamquam ſupremus Campaoiæ metropolita per ſubdiaconos illius provinciæ eccleſias regebat. Libro 2. epiſt. 35. ad Petrum ſubdiaconum Campaniæ ſcribit: *Experientia tua clerum eccleſiæ Neapolitanæ conveniat, quatenus duos vel tres de ſuis eligere, & huc ad eligendum Epiſcopum tranſmittere non omittant, qui ſi fortaſſe admonitionem tuam quolibet modo diferre tentaverint, eccleſiaſticum in eos vigorem exerce*. Idem lib. 5. ep. 11. ad Fortunatum Neapolitaoum ait: *Neque clericum tuum & neque monachum vel quamlibet civitatis aliam perſonam religioſam parochiæ tuæ a quoquam vel ad alterius volumus iudicium exbibere*. Poſtea: *Porro autem ſi tu, quod non opinamur, diſſimulandum putaveris, rectori patrimonii eccleſiæ noſtræ, qui illic eſt vel fuerit conſtitutus, noveris eſſe licentiam, ut quod ſponte poſtponis, eius facere inſtantia modis omnibus urgearis*. Lib. 2. ep. 59. lib. 7. epiſt. 15. libro 8. epiſt. 53. eidem Fortunato dat facultatem monaſteria & baſilicas conſecraodi, ſæpe etiam viſitationem eccleſiarum Campaniæ iniungit, ut plane oulla fuerit Epiſcopi Capuani ea in proviocia iouriſdictio. Primus Capuæ metropolita & Archiepiſcopus deſignatus fuit a Iohanne XIII. anno 968.

no 968. lib. 5. ep. 45. Petro Hydruntino iubet, ut visitet ecclesias Brundusii, Lippias, & Callipoli, ac electi Episcopi earumdem urbium *ad nos*, inquit, *veniant consecrandi*. Quare nec Apulia nec Calabria ullos habebant metropolitas.

De Sicilia idem dicendum est; frustra enim Albertus Piccolus in dissertat. de Iure ecclesiæ Siculæ a cap. 9. contendit, Messanensem Episcopum antiquitus fuisse metropolitanum ex epistola 30. ad Felicem Messanensem, quæ ultima est in Registro Gregorii magni; nam id falsum esse constat ex iis, quæ diximus libro 1. Hist. Pelag. cap. 20. Certe in eodem libro 12. epistola 10. narrat Gregorius Ianuarium basilicam Messanæ ædificasse, ac petere facultatem, qua posset consecrari; illam autem sub certis conditionibus eidem Felici Messanensi concedit, ut plane appareat hunc non fuisse metropolitam. Præterea libro 11. epistolam 22. inscribit *Leoni* Catanensi, *Secundino* Tauromitano, *Iohanni* Syracusano, *Donno* Messanensi. Non ergo iste erat metropolita totius Siciliæ, neque enim eumdem ceteris postposuisset. Idem etiam Gregorius libro 7. epist. 11. mittit metropolitis Italiæ & Illyrici literas hoc ordine inscriptas *Eusebio Thessalonicensi* provinciæ Macedoniæ, *Urbitio Dyrrachitano* Epiri novæ, *Constantio Mediolanensi* Liguriæ, *Andreæ Nicopolis* Epiri veteris, *Iohanni primæ Iustinianæ* Vicario Illyrici, *Iohanni Cretensi* totius Cretæ, *Iohanni Larissæ* Thessaliæ, *Mariniano Ravennæ* Æmiliæ, *Ianuario Calaritano* Sardiniæ, *& omnibus Episcopis Siciliæ*. Cur Donnum Messanensem solummodo non nominavit, si erat metropolita Siciliæ, uti de ceteris metropolitanis Italiæ & Illyrici fecit? Gregorius vero epistola illa 30. ad Felicem scribit: *Volumus omnes in unum convenire Episcopos, ut de incidentibus causis fiat disceptatio*. Etenim ex epistola 4. Leonis magni Episcopi Siciliæ Romam terni quotannis ad synodum venire debebant; at cum Gregorius unoquoque triennio semel eos venire iussisset & quidem omnes, ob negotia tamen ecclesiastica provincialem synodum in Sicilia singulis quoque annis celebrandam iussit. Quod si Felici synodi convocandæ curam Gregorius commisit, quod tamen nullo pacto ibidem traditur, non ideo Felix fuit metropolita, sed id fecit

A a suo metropolita Romano iussus, uti etiam Leontio Foroiuliensi S. Leo magnus iniunxit, ut synodos in provincia Viennensi indiceret, qui tamen non erat metropolita. Ex epistola prima lib. 1. eiusdem Gregorii ad Episcopos Siciliæ aperte probatur, non modo nullum tum temporis ibidem fuisse metropolitam, sed synodos, quas singulis quibusque annis celebrari iusserat, coram subdiacono apostolicæ Sedis apud Siculos Vicarium haberi solitas. Hæc enim scribit: *Valde necessarium esse perspeximus, ut sicut prædecessorum nostrorum fuit indicium, ita uni* B *eidemque personæ omnia committamus, ut ubi nos præsentes esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus, repræsentetur auctoritas. Quamobrem Petro subdiacono Sedis nostræ intra provinciam Siciliam vices nostras Deo auxiliante committimus*. Et postea: *Illud quoque fieri debere perspeximus, ut semel per annum ad Syracusanam sive Catanensium civitatem universaliter honore, quo dignum est, sicut eidem iussimus, fraternitas vestra conveniat*, & ecclesiasticas causas *congrua cum eodem Petro subdiacono Sedis nostræ debeatis moderatione disponere. A quo concilio procul absint odia* &c. C Quare sicuti subdiaconus apostolicæ Sedis Vicarius synodis præsidebat, ita illius etiam erat easdem indicere. Idem vero Petrus indictione VII. anno 603. erat Vicarius Rector Siciliæ eo iterum post Cyprianum a Gregorio missus, quo anno hic laudatam ad Felicem Messanensem epistolam dedit. Hoc ipsum fusius probat P. Lupus in Notis ad synodum VII. cap. 8. De Umbriæ & Tusciæ ecclesiis idem colligitur ex laudati Gregorii epistolis.

Rubeus lib. 2. recitat diploma Valentiniani, quo Iohannes Episcopus Raven- D nas metropolitica dignitate ornabatur, quod etiam legere poteris apud Baronium ad annum 432. & Ughellum in tabulis eiusdem ecclesiæ tomo 2. Italiæ sacræ. Cardinalis tamen eruditissime illius diplomatis falsitatem ostendit; nam ibidem Regium Lepidi, Brixellum ad Padum, & Placentia metropolitæ Raveonati, quod ad sacra pertinet, subiectæ urbes leguntur, cum tamen illarum Episcopi cum Eusebio Mediolanensi, utpote eiusdem suffraganei synodum celebrarint sub Leone magno circa annum 451. adhuc ipso Valentiniano imperante, ut

te, ut patet ex literis synodalibus post epistolam 52. Leonis. His adde, quod ecclesia Forocorneliensis subiecta erat metropolitæ Mediolanensi, ut postea nobis dicetur. Quare cum Ravenna media sit inter Ariminum & Forum Cornelii, atque hæ urbes ad alios metropolitas antiquitus spectarint, vetustas metropolitani primatus Ravennatis ecclesiæ prorsus corruit. Illa dignitas sub Petro Chrysologo incœpit, qui anno 450. decessit. Extat sermo eiusdem 175. de ordinatione Marcellini Episcopi Vicohabentiæ: est autem Vicohabentia in agro Ferrariensi vulgo Viguentia nuncupata, unde Episcopalis Sedes postea Ferrariam translata fuit. Hæc Chrysologus ibidem fatur: *Omnium quidem rerum primordia sunt dura, sed duriora sunt omnibus primordia generantis. Sancta ecclesia Ravennas, ut primum pareret, viam fecit, angores pertulit, sensit dolores.* Postea: *Habeat modo natus, qui primum natus est, primogeniti reverentiam, teneat honorem.* Rursus: *Lætantur, quia videre oculis, suscipere manibus hodie primum sanctæ genitricis partum sobolemque meruerunt.* Etenim Placidia Augusta eiusque filius Valentinianus, cum Ravennæ imperii sedem post Honorium fixissent, eamdem ecclesiasticæ metropoleos dignitate per Romanos Pontifices decorandam curarunt, ea prorsus ratione, qua Sedes Constantinopolitana ob imperiale thronum Patriarchalia iura usurpavit, ac tandem pacifice tenuit.

Iam vero de duobus aliis metropolitis Italiæ Aquileiensi ac Mediolanensi dicendum est. Rubeus libro 5. memorato scribit, ecclesiam Vercellensem fuisse Transpadanæ Italiæ ac Liguriæ metrnpolim, idque ex gestis S. Eusebii eiusdem urbis Episcopi colligi: at Ambrosium a Theodosio seniore ius metropoliticum Mediolanensi demum ecclesiæ impetrasse. Nescio unde ex laudatis gestis id deduci possit, neque hoc cum eiusdem scriptoris discursu congruit. Etenim si ubi civilis metropolis ab Imperatoribus locata erat, ibidem & ecclesiastica statim consurgebat, nullo iure utraque dignitas Mediolano eripi potest, ibi enim Vicarius Italiæ residebat, ac ex consequenti eiusdem urbis Episcopus erat mettopolita. S. Athanasius in epistola ad solitarios scribit: *Dionysius Mediolani, quod & ipsum est metropolis Italiæ.* Narrat S. Maximus Episcopus Taurinensis, ab Arianis fraude ac dolo Dionysium Mediolanensem ad impiam subscriptionem ponendam seductum fuisse, quam postea paginam cum Eusebio Vercellensi itidem subsignandam traderent, respondisse ait: *Hoc sibi placere, quod illis, sed quod sibi filium Dionysium in subscribendo præponerent, graviter se moveri*: Vos enim, *inquit*, qui dicitis filium Dei Patri Deo æqualem esse non posse, cur mihi filium prætulistis? *Qua illi ratione permoti statim S. Dionysii chirographum deleverunt priorem locum describendi beato Eusebio deferentes.* At Ensebius eo pacto Dionysii subscriptione correcta, dare postea nomen tecusavit. Ex quibus patet, Arianos Dionysio uti Metropolitæ primum in subscribendo locum detulisse, Eusebium vero non quidem ius metropoliticum Arianis obiecisse, sed ætatis antelationem, unde tamquam seniori priorem in subscribendo locum sibi deberi dicebat. Amplissima erat iurisdictio metropolitæ Mediolanensis vel ante annum quadringentesimum; nam certum est Æmiliam, Liguriam, Insubriam, Alpes Cottias, Rætiam primam, meamque patriam Veronam ad metropolitanum Mediolanensem spectasse. S. Ambrosis ep. 19. ad Constantium scribit: *Commendo tibi, fili, ecclesiam, quæ est ad Forum Cornelii, quo eam de proximo intervisas frequentius, donec ei ordinetur Episcopus* &c. *occupatus diebus ingruentibus quadragesimæ tam longe non possum excurrere.* Erat ergo illa ecclesia in Æmilia subdita metropolitæ Mediolanensi, cum illius cura ad eumdem pertineret. Rursus ep. 46. ad Syagrium Veronensem scribit: *Prospiciendum esse, ne de nostro obloquantur iuditio carissimi nostri Veronenses, propriis te-uuisti literis. Non arbitror fore: certe non solent. Aut si obloqui soleant, haud dubie liquet, cum asperati huc veniant, pacifici ad te revertantur. Præsertim cum hoc iudicium nostrum cum Fratribus & Consacerdotibus nostris participatum processerit.* Veronensis nostræ ecclesiæ causæ deferebantur ad Mediolanensem metropolitam, ad quem dabatur appellatio. Verona tamen ad curam Cnnsularis Venetiæ & Istriæ pertinebat, ut ex hac inscriptione, quæ Sirmione in agro Veronensi ad Benacum legitur, intelligimus.

HORTANTE. BEATITVDINE.
TEMPORVM. D.D.D. N.N.N.
GRATIANI. VALENTINIANI.
ET THEODOSII. AVGGG.
STATVAM. IN. CAPITOLIO.
DIV. IACENTEM. IN.
CELEBERRIMO. FORI.
LOCO. CONSTITVI. IVSSIT.
VAL. PALLADIVS V.C.
CONS. VENET. ET HIST.

Baronius ac Sirmondus non modo Venetiarum verum & Pannoniæ ecclesias ad eiusdem iurisdictionem spectasse contendunt. Scribit Ambrosius epist. 25. ad Vercellenses, qui in demortui Eusebii locum alterum substituere ob dissidia differebant: *Sola Vercellensis ecclesia nunc ex omnibus Liguriæ atque Æmiliæ Venetiarumque vel ceteris finitimis Italiæ partibus huiusmodi eget officio*: ex quibus Sirmondus lib. 1. Propemptici cap. 8. hæc deducit: *An non abunde confirmat omnes Liguriæ atque Æmiliæ Venetiarumque vel ceterarum finitimarum Italiæ partium ecclesias ad Mediolanensis ecclesiæ Episcopi sollicitudinem pertinuisse?* Quo auctore Veneta provincia Mediolanensis metropolitæ iuri adscripta, Aquileiensis ecclesia in ordinem redigitur, illiusque Episcopus fit laudari metropolitæ suffraganeus. At Cardinalis Baronius etiam Illyricum occidentale eidem Mediolanensi deputar, quod Paulinus in libro de vita S. Ambrosii ad Augustinum hæc scribit: *Sirmium vero cum ad ordinandum Anemium Episcopum perrexisset*. Consecrare autem Episcopum ad metropolitanum pertinere superius nobis probatum est. Hinc idem ad annum 380. pag. 442. putat Ambrosium Sirmium se contulisse, *ut ecclesiæ Sirmiensi suæ diœcesis consulturus præficeret catholicæ communionis Episcopum*. Additque causam: *Perseverabat enim antiqua illa divisio provinciarum, qua lege Vatinia coniuncta erat provincia Illyrici Galliæ Cisalpinæ*. Quæ si vera sunt, nullus eo sæculo erat Aquileiæ metropolitanus, quandoquidem ultra Venetiarum fines Sirmium usque Ambrosii iurisdictio protendebatur.

In hanc sententiam alia argumenta nos urgent. In synodo Aquileiensi sub Damaso anno 381. Ambrosius Mediolanensis Episcopus dixit: *Quid ergo vobis Sancti viri placeat, declarandum est. Omnes Episcopi dixerunt: placet*. In eo autem concilio Ambrosius uti supremus iudex Palladium Arianum interrogavit, eodemque hæreseos convicto Ambrosius ante ceteros, quos inter erat Valerianus Aquileiensis, hanc sententiam pronunciavit: *Iuxta ea, quæ hodie audivimus* &c. *Pronuncio illum sacerdotio indignum & carendum, dum & in loco eius catholicus ordinetur. Omnes Episcopi dixerunt: anathema Palladio*. Hoc sane est supremæ iurisdictionis argumentum. Cur enim primus metropolita Valerianus ante ceteros sententiam non protulisset? Legantur synodi Africanæ, ubi semper Aurelius primus metropolita ceteros interrogabat, primusque sententiam dicebat, quod & in synodo Genethlii decessoris patet, nec id in dubium vocari potest. Præterea Africani Patres in gravioribus causis Romanum & Mediolanensem Antistitem per nuntios convenire solebant nulla Aquileiensis considerratione habita. Ita in synodo Carthaginensi Cæsario & Attico Coss. celebrata scripsere in causa Donatistarum ad Siricium & Simplicianum Ambrosii successorem. Rursus aliam legationem destinarunt in synodo coacta post consulatum Fl. Stilichonis ad Anastasium Papam & Venerium Mediolanensem. Severus Sulpitius, qui ea ætate florebat, nempe anno 400. cum lib. 2. narrasset Priscillianistas a Damaso, dein etiam ab Ambrosio damnatos, addit: *Tum verterе consilia, ut quia duobus Episcopis, quorum ea tempestate summa auctoritas erat, non illuserant* &c. Quare post Romanum Pontificem summa tunc erat Mediolanensis metropolitæ in Italia auctoritas. Cum Ambrosius Siricii Papæ epistolam accepisset cum hac epigraphe: *Siricius Mediolanensi ecclesiæ*, eruditam epistolam,

lam, quæ inter Ambrosianas septima numeratur, idem reposuit cum his subscriptionibus: *Ego Ambrosius Mediolanensis ecclesiæ Episcopus subscripsi. Eventius Episcopus Cenetensis saluto Sanctitatem tuam in Domino, & huic epistolæ subscripsi. Maximus Episcopus Hemonensis* &c. At Ceneta Venetæ provinciæ urbs est, Hemona vero in Norico erat LXXXVI. P. M. supra Aquileiam, qua capta Maximinus Imperator teste Herodiano ad Aquileiam obsidendam exercitum duxit. Cum vero illarum urbium Antistites epistolæ ad Mediolanensem ecclesiam a Pontifice datæ responderint, ad eamdem illi ecclesiam spectasse videntur, qui postea Aquileia in ecclesiasticam metropolim erecta eidem adscripti sunt.

Ceterum metropolitanæ nostræ Aquileiensis ecclesiæ antiquitas nobis defendenda est. Cum Auxentius Arianus rem catholicam vexaret, S. Damasus synodum contra eumdem celebravit, ac deinde synodicam ad Illyricos Episcopos transmisit cum hac epigraphe: *Episcopi ad sanctum concilium Romæ convocati Damasus, Valerianus, & ceteri dilectis fratribus Episcopis, qui sunt in Illyrico in Domino salutem*. epistolam recitat Sozomenus lib. 6. cap. 23. Unus post Pontificem Valerianus Aquileiensis nominatur, ut plane non infimi ordinis cum ceteris qui suppresso nomine recitantur, appareat, sed ut unicus tum temporis post Damasum in Italia catholicus metropolita censendus videatur. Synodus Constantinopolitana in literis ad Damasum & Occidentales Episcopos in titulo nominat Damasum, Ambrosium, Britonem, & Valerianum; non igitur erat Valerianus inter gregarios Antistites, sed metropolitanus. Honorius Imperator in causa Chrysostomi ad Arcadium fratrem scribens ait: *Quenam vero sit Occidentalium de Episcopo Iohanne sententia ex omnibus ferme epistolis constat, quas ad me frequentes dederunt. Ex his duas continentes, quod reliquæ, subdidi, scilicet Romani & Aquileiensis Episcopi*. Cur vero literas Venerii metropolitæ Honorius omisisset, Aquileiensis suffraganei epistolam laudans? Erat ergo summa Aquileiensis metropolitæ in Italia auctoritas, atque ex Honorii testimonio proxima Pontificiæ. Venerium autem pro Chrysostomo scripsisse refert Georgius

A Patriarcha Alexandrinus in libro de vita Chrysostomi, ubi loquens de Arcadio ait: *Acceptis literis Imperatoris Honorii, Papæ insuper Innocentii, & Episcoporum Italiæ Chromatii Aquileiensis, Venerii quoque Mediolanensis, & aliorum* &c. Ubi etiam Chromatium Venerio præpositum legis, ut huius suffraganeus nulla ratione asseri possit. S. Hieronymus lib. 2. apol. 1. con. Rufinum scribit: *Ergo beati Episcopi Anastasius, Theophilus, & Venerius, & Chromatius* &c. *illum*, scilicet Origenem, *hæreticum denunciant*. Erat ergo Chromatius Aquileiensis metropolita, nam una cum Romano Pontifice,
B Patriarcha Alexandrino, & metropolita Mediolanensi nominatus fuit. S. Basilius magnus epistolam 324. scribit *Valeriano Illyriorum Episcopo*, in qua eidem gratulatur, quod ipsius opera in Occidente Arianorum conatus irriti evaserint. Hinc primatialis Valeriani Aquileiensis dignitas elucet, ad quem vel ex Oriente honorificentissimæ literæ scribebantur. Illyricorum vero eumdem Episcopum Basilius dicit, quod Græcis plerisque scriptoribus Aquileia Illyrici urbs videbatur, unde Herodianus
C in Maximino Aquileiam in confiniis Illyriorum ponit.

Ex his colligimus minus recte Sirmondum lib. 2. Propem. cap. 7. vocasse Aquileiensem metropolitam *vix Italici nominis Antistitem*, & lib. 1. cap. 8. dixisse: *Nusquam enim Aquileia inter Italiæ metropoles, neque ab Athanasio, neque ab aliis illorum temporum scriptoribus recensetur*. Etenim Athanasius Capuam metropolim appellavit, quod in ea Campaniæ Consularis residebat. Hac ratione Aquileia pariter metropolis Italiæ dicenda est; nam extat lib. 8. Cod. The-
D od. *L. 1. de execut. & exact.* rescriptum Valentiani & Valentis Impp. *ad Florianum Consularem Venetiæ*, quod etiam ex superius posita inscriptione & ex Notitia Imperii Occidentalis patet; Consularis autem degebat Aquileiæ, quæ provinciæ prima civitas erat. Quod si dicat locutum Athanasium de ecclesiastica, non de civili metropoli, id falsum apparet ex laudatis eiusdem verbis ex epistola ad solitarios, ubi Capuam aperte metropolim nuncupavit. Herodianus in Maximino appellat Aquileiam *maximam Italiæ urbem*, qua de re loga-

tur

tur Cluverius lib. 1. Italiæ aotiquæ cap. 20. ubi plura veterum scriptorum de illius urbis dignitate testimooia congerit. Neque vero eiusdem metropoliticam ecclesiasticam iurisdictionem evertunt, quæ proxime adduximus. Etenim Ambrosius in epistola ad Vercellenses illarum provinciarum meminit, non quod omnes sibi subiectæ erant, sed quod uti viciniores ac sibi notiores io exemplum facilius abducere poterat, præsertim cum ibidem appellet etiam *finitimas Italiæ partes*; cum tamen extra Italiam eiusdem iurisdictio oulla ratione extendi potuerit, cum illæ provinciæ nec Vicario Italiæ subiectæ essent, ad cuius iurisdictionem metropolitanum ecclesiæ Mediolanensis dominium Sirmondus ipse aliique præformarunt.

Sed nec Anemii Sirmiensis facta per Ambrosium consecratio istius diœcesim Sirmium usque protendit, ut Barooius existimavit. Fateor desuocto metropolita a suffraganeis successorem in synodo provinciæ ordinari solitum, suffraganei vero consecrationem ad metropolitam spectasse. Attamen non semel metropolita ab alio metropolita consecrabatur. Ita Theophilus Alexandrinus pro ordinatione Chrysostomi peragenda ab Arcadio Constaotinopolim accitus fuit ex Socrate lib. 6. cap. 2. Leo magnus in epistola ad Anastasium Thessalonicensem ait: *Singulis autem metropolitanis sicut potestas ista committitur, ut in suis provinciis ius habeant consecrandi, ita eos metropolitanos a te volumus ordinari*. Et in epistola ad Episcopos per Illyricum: *Fratrem & Coepiscopum nostrum Anastasium de ordinando Antistite volumus consulatis, cui metropolitani Episcopi consecrationem statuimus*. habentur hæ literæ in synodo Romana sub Bonifacio II. par. 1. collectioois Holstenii. Cum vero Ambrosius in ore famæ esset, hoc & ipse speciali privilegio ab apostolica Sede donatus fuit, ut Sirmii Episcopum consecraret. Erat Sirmium Pannoniæ secundæ metropolis; eam eoim urbem Ammianus illius sæculi scriptor lib. 21. ouncupavit *urbium matrem, populosam & celebrem*. Et ipse Anemius iu synodo Aquileiensi dixit: *Caput Illyrici non nisi civitas est Sirmiensis. Ego igitur illius civitatis Episcopus sum*. Itaque erat Anemius Illyricorum Pannooiæ secudæ Episcoporum metropolitanus. Profectus est Sirmium Ambrosius, quod Iustina Augusta omni arte conabatur, ut teste Paulino *ab Arianis Episcopus in eadem ecclesia ordinaretur*. Et quidem noo video, quid Baronii senteotiam lex Vatiuia iuvet, qua Illyricum Occidentale Cisalpioæ Galliæ accensebatur. Nam licet is tractus Illyrici a Præfecto Prætorio Italiæ sæpius regeretur ex lib. 9. Cod. Theod. L. 13. *De pœnis* ad Flavianum, quod rescriptum datum est a Valentioiano II. Veronæ anno 382. XV. Kal. Septembris. Item lib. 1. L. 2. *De Constit. Principum*. lib. 11. L. 1. *Si per obreptionem* ad Probum, haud tamen ad eiusdem regiminis normam metropolitana in Italia iurisdictio statui potest, alias unus fuisset Italiæ & Africæ Metropolita; Africa enim per Præfectum Pr. Italiæ gubernabatur. Sed neque ex præfectura Vicarii Italiæ id deduci potest; huic enim parebant provinciæ Consulares quatuor, Venetia cum Istria, Æmilia cum Liguria, Flaminia cum Piceno Anoonario: Præsidales tres, Alpes Cottiæ, Rætia I. Rætia II. At Pannonia secunda, cuius metropolis erat Sirmium, per Consularem regebatur; nam extat rescriptum Valentiniani & Valeotis *ad Fortunatum Consularem Pannoniæ secundæ* lib. 8. Cod. Theod. *L.* 27. *de cursu publico*. Quare uti Consularis Liguriæ & Æmiliæ Mediolani, ita Coosularis Pannoniæ secundæ Sirmii residebat.

Sed neque a nobis adducta nobis oppositum persuadent. Ambrosius quidem iu synodo Aquileiensi primus in Palladium sententiam dixit, qund ab apostolica Sede & a Gratiano Imperatore illius causæ cognitor destinatus fuit. Acta tamen synodalia Valerianum Ambrosio præpositum exhibent; ita enim ibidem Patres nominaotur. *Valerianus Episcopus Aquileiensis. Ambrosius Episcopus Mediolanensis. Eusebius Episcopus Bononiensis. Limenius Episcopus Vercellensis. Anemius Episcopus Sirmiensis Illyrici* &c. Quæ tamen non adduco, ut primatum Aquileiensem supra Mediolaneosem metropolim probem. Nam cum Limenius Vercellensis Anemio Sirmii metropolitæ præponatur, iuxta delatæ digoitatis antiquitatem Episcopi illi subscripti videntur, de qua re contra Salmasium mox plura subiiciam. Ita in Sardicensi concilio

lin Hnsius Cordubensis primus non quidem sententiam Patres rogabat, sed suam prnmebat, quam ceteri sequebantur; hinc recte a Theodnreto lib. 2. cap. 16. dictus fuit *princeps Sardicensis synodi*. Qua auctnritate ille usus est, quod illnc esset ab apnstolica Sede specialiter delegatus. In epistola autem ab ecclesia Medinlanensi ad Siricium Papam missa suffraganei metrnpnlitæ Aquileiensis leguntur, quia illi dun Episcnpi Ambrnsium de Ariannrum conatibus cnnsulturi Mediolanum sub idem temporis se contulerant, unde & ipsi eidem epistnlæ nomen dedere, neque enim illæ literæ a synodn ea occasinne ab Ambrosin coacta scriptæ sunt. Hæc ex eo cnnfirmantur quod Felix Iadertinus una cum memoratis ibidem subscriptus legitur: Iadera antem Dalmatiæ urbs ad Salonitanum metrnpolitam, non ad Medinlanensem pertinebat. Denique quod de Africanis ad Romanns & Medinlanenses Episcopos legationibus nbiicitur, Aquileiensem primatum non explodit; nam ideo Aurelius Carthaginensis ac cnllegæ ad Rnmanam & Mediolanensem ecclesiam legatos destinarunt, quia in utriusque ecclesiæ synodn vetitum fuerat, ne Dnnatistæ ad cathnlicam unitatem cnnversi sacris nrdinibus insignirentur, quæ lex nb diaconnrum penuriam cum ab Afris nbservari nnn pnsset, legatos in Italiam mittendns decrevere, qui facti rationem redderent, *ex bis enim sedibus boc fuerat probibitum*. Verba sunt synndi Africanæ Carthagine celebratæ post cnnsul. Fl. Stilichnnis annn 401. quod rursus repetunt in synodo Carthaginensi endem annn peracta Vincentin & Flavita Coss. *In transmarino*, inquiunt, *concilio statutum est, id est ut in parte Donati si ad catbolicam correcti transire voluerint, non suscipiantur in bonoribus suis secundum transmarinum concilium*. Cum vern in Aquileiensi ecclesia nihil de Donatistis statutum fuerit, vel ex terrarum distantia ea decreta in Africannrum notitiam nnn pervenerint, iden nulla ad Chrnmatium ea de re legatin destinata fuit. Scripsit nlim Pater Lupus in quæstione de Origine Augustinensium cap. 9. pag. 142. nbtinuisse *Simplicianum Mediolanensem a Siricio ac apostolica eius Sede vicariam præfecturam supra omnes ecclesias Hispanicas atque Africanas*. Cuius sane dignitatis nullum usquam vestigium vidi, nec Simplicianus eas reginnes visitavit; non earumdem Episcnpns cnnsecravit, quod Vicarius apostnlicus Thessalonicensis faciebat; non synodos indicebat, quam ab apostnlica Sede dignitatem auctnritatemque S. Cæsarius Arelatensis nbtinuit; non illarum ecclesiarum causas ccgnnscebat, uti Maximianus Gregorii magni in Sicilia Vicarius. Quare ficta prorsns est vicaria illius metropolitæ Medinlanensis potestas.

Iure ergn metrnpolitico Primatis Aquileiensis demnnstrato, alterum dubium nobis solvendum est, essetne idem secundus an tertius a Rnmann Pnntifice in Italia metropnlita? S. Hieronymus Italicarum ecclesiarum peritissimus cnntra Rufinum scribit: *Ergo beati Episcopi Anastasius & Theopbilus & Venerius & Chromatius* &c. Venerium Medinlanensem Chrnmatin Aquileiensi & quidem amicissimo præponit. Theodoretus epist. 112. ad Dnmnum Antiochenum ait: *De bis etiam ad Dei amantissimos Episcopos Occidentis Mediolani, Aquileiæ, & Ravennæ scripsimus.* eumdem, quem Hieronymus, nrdinem servavit. At Salmasius prinrem in synndis lncum Aquileiensi metrnpolitæ datum contendit, quia in synodn Sardicensi annn 347. legitur subscriptus: *Fortunatianus Episcopus civitatis Aquileiæ*, & post qunsdam alios: *Protasius Episcopus civitatis Mediolanensis*. Rnrsus in synodo Arelatensi I. subscribunt decreta: *Ex provincia Dalmatiæ civitate Aquileia Theodorus Episcopus, Agathon diaconus. Ex provincia Italiæ civitate Mediolani Orosius Episcopus, Nazarius lector*. Sed hæc argumenta lubrica sunt; nam in synodis non semper digninris sedis Episcnpi primn lnco snbscribebant, in quam rem innumera exempla adducit Hallier lib. 4. Hier. Eccles. sect. 4. cap. 2. §. 76. Certe in laudata synodn Sardicensi ante Prntasium Medinlanensem subscriptus legitur Lucius nostræ Veronæ Episcopus, qui tamen ea tempestate erat subditus Prntasin: Lucillum vocat eumdem Athanasius in Apolngia ad Constantium Augustum. In synodn Romana sub S. Agathnne Papa, ut habetur act. 4. synodi VI. œcumenicæ, prinri quidem loco subscripsit Agathn Papa cum suis suffraganeis Episcopis Campaniæ, Siciliæ,

Cala-

Calabriæ, Brutiorum, Umbriæ, & Tusciæ, quæ civiles provinciæ ad unam provinciam ecclesiasticam Romani metropolitæ pertinebant: postea subscipsit *Mansuetus Mediolanensis* cum XVI. suffraganeis, quos secutus est *Agatho Episcopus sanctæ ecclesiæ Aquileiensis provinciæ Istriæ*, post quem nomen statim dedere eiusdem comprovinciales Episcopi. Tertius a Mediolanensi subscripsit *Theodorus Ravennas*. Ex his aperte colligitur, Aquileiensem Episcopum uti Patriarcham non sedisse in ea synodo, quæ celebrata fuit anno 680. neque enim eo se nomine designat, & Mediolanensi, qui purus erat metropolita, postponitur. Idem dicendum est de subscriptionibus synodi Romanæ præside Iulio Pontifice, quæ a Salmasio opponuntur.

Ego quidem arbitror olim de primatu Aquileiensem ac Mediolanensem metropolitas litigasse, Sedem vero apostolicam eosdem pares pronunciasse. Ita Gregorius magnus, cum ad Episcopos plures simul literas daret, ne illi, quem primo loco nominaret, primatum tradere videretur, *a paribus* literas ad eosdem datas inscribit: videatur libro 7. epistola 15. libro 5. epistola 52. Hinc cum Mediolanensis ac Aquileiensis de primatu contenderent, factum est, ut ex apostolicæ Sedis decreto unus alterum vicissim ordinaret. Hunc enim illarum ecclesiarum morem *antiquitus* fuisse scribit Pelagius I. Papa in epistola ad Iohannem Patricium, quæ habetur pagina 219. collectionis Holstenii: *Nempe*, ait, *is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se invicem Mediolanensis & Aquileiensis ordinare Episcopi debuissent; ita tamen ut in ea civitate, in qua erat ordinandus Episcopus, alterius civitatis Pontifex occurrere debuisset, ut & ordinandi electio a præsenti ordinatore ex consensu universalis, cui præficiendus erat, ecclesiæ melius ac facilius potuisset agnosci, & in sua qui ad Episcopatum provehendus erat, nec tamen ordinatori suo subdendus fuerat, ordinaretur ecclesia*. Pelagius Pontificatum indeptus est anno 556. Quando vero incœperit mos ille, quem *antiquum* testatur, incompertum est: at dum neutrum *ordinatori suo subdendum* dicit, antiquitatem Aquileiensis metropolitæ aperte demonstrat, nullamque fuisse Mediolanensi in Aquileiensem ecclesiam iurisdictionem.

Postea vero cum metropolita Ravennatis ecclesiæ Exarchorum patrocinio suffultus esset, Mediolanensi & Aquileiensi locum eripere pertentavit, ac plane Episcoporum C-P. vestigia secutus est. Etenim cum Ravenna Honorii ac Valentiniani Imperatorum, dein Theodorici ac aliorum Gothorum Regum, & postremo Græcorum Exarchorum sedes evaserit, eiusdem urbis Episcopus non modo supra Mediolanensem atque Aquileiensem se extulit, verum etiam autocephaliam sibi usurpans iuri Patriarchali Romani Antistitis se subducere effræni prorsus ambitione conatus est. Neque vero id illi difficile fuit, Aquileia ab Hunnis, Mediolano a Gothis ac Longobardis everso, ita ut earumdem urbium Episcopi procul ab antiquis sedibus degerent. In synodo quidem Romana sub Symmacho anno 511. primo loco sedit Cælius Laurentius Mediolanensis, secundo vero Petrus Ravennas. At Theodorico Rege Ravennæ degente Episcopus Ravennatum a Iohanne Pontifice secundum a Romano Præsule locum impetravit, cum idem dixisset decessorem Petrum in concilio Symmachi *gratia humilitatis* locum Mediolanensi cessisse. Hæc sane testatus est Hunfridus Ravennæ Episcopus in synodo Romana sub Clemente II. cum de præcedentia cum aliis altercaretur. Sed huius fides sit penes auctorem; nam videmus etiam anno 680. Ravennatem post duos illos Italiæ metropolitas subscripsisse, ubi cum tres Archiepiscopi memorati cum suffraganeis nomen dederint, debitus in subscribendo ordo servatus videtur. Attamen sæculo nono Archiepiscopus Ravennas primus Italiæ post Pontificem metropolita habebatur. Carolus magnus in testamento, quo metropolitanis ecclesiis, quæ intra imperii Occidentalis fines numerabantur, pleraque legavit, easdem hoc pacto recensuit, ut primo loco Ravennas, secundo Mediolanensis, tertio Foroiuliensis seu Aquileiensis ecclesia numeraretur. Hæc ibidem apud Baronium ad annum 811. pagina 576. leguntur: *Nomina vero metropoliticarum civitatum, ad quas eadem eleemosina vel largitio data est, hæc sunt: Roma, Ravenna, Mediolanum, Forumiulii, Gradus, Colonia* &c. Luitpran-

prandus Ticinensis diaconus lib. 2. de Gestis Imperatorum & Regum cap. 13. scribit : *Per id tempus Ravennatis Sedis, qui secundus post Romanum Archiereum Archipræsulatus habebatur, Petrus Pontificatum tenebat*. Hic Petrus anno 904. Ravennæ sedebat. Verum id ægre tulere Patriarchæ Aquileienses. Quare Rothaldus Aquileiensis summi vir ingenii ac rerum gestarum gloria insignis ad ecclesiæ suæ privilegia adversus Ravennatum Antistitum rapinas reparanda animum convertit, atque a Leone VIII. anno 964. diploma impetravit, quo primus Italiæ metropolita post Romanam Sedem declarabatur. Verba Leonis apud Ughellum tomo 5. Italiæ sacræ intabulis Aquileiensibus hæc sunt : *Volumus scilicet, & apostolica auctoritate iubemus, ut inter omnes Italicas ecclesias Dei sedes prima post Romanam Aquileiensis, cui Deo auctore praes, habeatur*. Verum quod Leo ille schismaticus fuit, Poppo Aquileiensis a legitimo Pontifice litteris obtentis vetera ecclesiæ suæ iura acerrime tutatus est. Etenim non modo armis eiusdem iurisdictionem asseruit, ac nobilissimo templo, quod etiamnum extat, eamdem exornavit, verum etiam a Iohanne XIX. novo diplomate impetrato illius primatum confirmavit, in quo hæc leguntur : *Inclinati namque precibus vestris apostolica auctoritate concedimus, & per huius nostri privilegii paginam confirmamus vobis vestrisque successoribus Patriarchatum sanctæ Aquileiensis ecclesiæ fore caput & metropolim super omnes Italiæ ecclesias, quoniam ante omnes constitutam & in fide Christi fundatam esse cognoscimus, atque volumus sanctam Aquileiensem in cunctis fidei rebus peculiarem & vicariam & secundam esse post hanc almam Romanam Sedem, sicut olim a B. Petro Apostolo concessum fuisse videtur* &c. *Dat. mense Septembris indictione decima in sacratissima Sede B. Petri Apostoli anno quarto Deo propitio Pontificatus Domini Iohannis Summi Pontificis & universalis noni decimi Papæ*. Anno 1026. mense Septembri indictio X. inchoabatur. Ex hac subscriptione colligitur, Iohannem XIX. ut scribit Panvinius, XX. ut vult Baronius, anno 1023. pridie Kal. Martii ad Pontificatum evectum, non vero anno sequenti, ut uterque scriptor aliique vulgo existimaruot. Nam anno 1027. mense Septembri quartus annus eiusdem Pontificatus numerabatur; favet Matthæus Westmonasteriensis: *Anno gratiæ*, inquiens, 1023. *Iohannes sedet in cathedra Romana annis novem*.

Ceterum post viginti annos de trium Italiæ metropolitarum præcedentia iterum lis agitata fuit coram Clemente II. in synodo Romana celebrata ineunte anno 1047. in qua Pontifex decessorum sententiæ non stetit, sed primum locum metropolitæ Ravennati, secundum Aquileiensi, tertium denique Mediolanensi adiudicavit. Ughellus tom. 2. Italiæ sacræ in tabulis Ravennatis ecclesiæ Clementis diploma ex Archivio Vaticano depromptum refert. Dabo insigniora fragmenta. *Unum*, inquit Pontifex, *propitiante Domino nobis concessum est illic determinare, quod multoties ventilatum a retro Pontificibus prædecessoribus nostris aut vix aut nullo fine sopitum est, illud videlicet in synodo sedendi iurgium, quod emerserat inter Ravennatem & Mediolanensem Archiepiscopos, unde & in ipsa nostra synodo Aquileiensis Patriarcha mussitabat; quisquis enim sibi iuxta nos dexteri lateris locum vendicabat, & cui iure deberetur, nobis incertum erat*. Postea : *Contigit autem prima die synodi non interesse Mediolanensem Archiepiscopum a primordio, sed iam die inclinato cum Patriarcha a dextris nostris sederet, interposita tamen sella carissimi filii nostri Imperatoris Henrici, qui iam iam adventure putabatur, quia eo loci erat electus quoque Ravennatensis ecclesiæ, a sinistris ut sederet, quo Mediolanense Archiepiscopo in medium veniente, dextrum quia locum petierat, hinc acclamatum est ab electo Ravennatensi, sibi deberi illum, simili modo a Patriarcha Aquileiensi, & ita unius rei altercatio inter sese orta est*. Scribit Mediolanensem adduxisse synodum a Symmacho Papa celebratam, in qua Raveonatem præcesserat; hunc vero Iohannis II. decretum opposuisse, quo ea in synodo Petrum Ravennatem *humilitatis gratia* alteri locum cessisse testabatur; denique Aquileiensem Iohannis XIX. laudatum diploma exhibuisse. Quibus rite discussis tradit e synodi sententia causam Ravennati metropolitæ adiudicatam fuisse dextero eidem loco assignato, Imperatore tamen non præsente, qui si adesset, iustus fuit Ravennas ad sinistrum Pontificis latus transire, & concludit : *Verum ne posthac iterum vel Archiepiscopo Mediolanensi vel Patri-*

archæ Aquileienſi de ſeſſione dextri lateris noſtri liceat excitare quamlibet controverſiam, interdicimus noſtra apoſtolica auctoritate hoc eis de cetero licere; quod ſi forte fuerit præſumptum, pro temeratione interdicti noſtri non modo bannum S. Petri noſtræ Sedi perſolvat, verum noſtræ quoque excommunicationis & anathematis laqueos incurrat. Sedem etiam Ravennatis Archiepiſcopi iubemus ſemper eſſe a dextris noſtris noſtrorumque ſucceſſorum ſecundum antiquæ conſtitutionis auctoritatem, niſi forte Imperator adfuerit, & tunc etiam ipſum ſiniſtrum locum tenere per hanc noſtræ auctoritatis firmantis firmitatem huic noſtræ narrationi ſubiectam. & hæc anno 1047. ſtatuta ſunt.

Ex his manifeſtum fit Antiſtitem Aquileienſem nomine tenus Patriarcham fuiſſe, neque enim metropolitæ Italiæ primum eidem locum dare recuſaſſent, neque apoſtolica Sedes Ravennatem Archiepiſcopum eidem præferendum iudicaſſet. Sed neque Iohannes XIX. cum primum illi ipſi locum dandum inter Italiæ Antiſtites pronunciavit, ullam Patriarchalis dignitatis mentionem fecit, ſed ob antiquitatem Aquileienſis eccleſiæ a D. Marco fundatæ eumdem ceteris ſe præferre dixit. Fuit ergo Patriarcha Aquileienſis antiquitus ſolo nomine talis, nec ullo Patriarcharum privilegio exornatus. Ita Græci quoſdam habuere penes nudum nomen metropolitas, qui tamen alteri metropolitæ ſubiecti erant. Marcianus Imperator act. 6. ſynodi Calchedonenſis ob habitam ea in urbe ſynodum honorare eamdem volens dixit ad Patres: *Ad honorem ſanctæ martyris Euphemiæ & veſtræ pariter Sanctitatis Calchedonenſem civitatem, in qua ſanctæ fidei concilium geſtum eſt, metropolis privilegia habere ſancimus, nomine tantum hanc honorantes, ſalva videlicet Nicomedienſium civitati propria dignitate.* Hos penes titulum metropolitas Græci poſteriores Archiepiſcopos dixere, quorum catalogum in Græco Imperio recitat Leo ſapiens in Notitia Epiſcoporum ad Andronicum filium in calce libri Georgii Codini de Officiis aulæ & eccleſiæ C. P. De hiſce metropolitis legatur Lupus in Notis ad canonem XII. Calchedonenſem, in quo hæc ſtatuta ſunt: *Quæcumque vero civitates iam literis imperialibus metropolitani nominis honore ſubnixæ ſunt, bonore tantummodo perfruantur, & qui eccleſiam eius gubernat Epiſcopus, ſalvis ſcilicet veræ metropoli privilegiis ſuis.* Ita definita eſt lis inter Eunomium Nicomedienſem & Anaſtaſium Nicænum de iure metropolitico contendentium, de qua re agitur tota actione 13. laudatæ ſynodi, in cuius fine hæc per glorioſiſſimos Iudices ex Patrum ſententia ſtatuta leguntur: *Auctoritatem quidem metropolitanæ inter eccleſias provinciæ Bithyniæ Nicomedienſis reverendiſſimus habebit Epiſcopus, Nicæno habente honorem metropolitani tantummodo, ſubiacente autem ad exemplum aliorum Epiſcoporum provinciæ Nicomedienſi; hoc enim viſum eſt ſancto concilio.* Sed ab ea ſententia Nicæni metropolitæ poſtea receſſerunt; excuſſa enim Nicomedienſis in ipſos iuriſdictione, ſex Bithyniæ eccleſias eidem ſubreptas propriæ metropoli ſubiecerunt, ut patet ex Notitia laudata Leonis Imperatoris. Ibidem tamen Nicænus ſolo nomine metropolita ceteris ſuffraganeis Nicomedienſis eccleſiæ præponitur. *Adductæ etiam leges,* inquiunt Patres, *nomine metropolis ſolummodo honorarunt Nicænam civitatem, & præponitur reliquis Epiſcopis provinciæ ſolummodo.* Hac ratione etiam metropolita Aquileienſis Patriarchæ titulo penes ſolum nomen ab apoſtolica Sede decoratus fuit, ac reliquis Italiæ & Occidentis metropolitis præpoſitus. Etenim cum Aquileienſi Patriarchæ, qui anno 1047. a Clemente II. Ravennati decedere iuſſus fuit, paulo poſt ſucceſſiſſet Geſobaldus (Gotepoldum vocat Sabellicus lib. 5. de Antiqu. Aquileiæ) nempe anno 1049. ab Alexandro II. eccleſiaſtica iuriſdictione adauctus, Foroiulii & Iſtriæ dominio ornatus, ac Romani quoque imperii Principibus adnumeratus eſt, & primum locum tum ipſe tum ſucceſſores ob utriuſque imperii civilis & eccleſiaſtici amplitudinem inter reliquos Occidentis metropolitas obtinuere, & etiamnum obtinent, licet provinciarum dominio excluſi, & in ſynodis œcumenicis cum aliis Patriarchis ante omnes Archiepiſcopos ſedent. Ampliſſima eſt Patriarchæ iuriſdictio; Venetias enim, nempe Marchiam Tarviſinam moderatur uſque ad Brixienſium confinia, inſuper Forum Iulium, Iſtriam, Noricum Ripenſe, Noricum Mediterraneum, ac Rætiam II. Hic corrigendus eſt Ughellus, qui tomo 5. Italiæ ſacræ de Aquileienſi Antiſti-

te

te ait: *Patriarcha interim tamquam pupillus veteri patrimonio ac domicilio deturbatus centenarium iam prope annum sua sede exsulat, & precario Venetiis degit*. Nam licet Aquileiæ, quæ parvarum modo casarum rarique habitatoris ob aeris gravitatem statio est, ac dempto templo satis amplo a Poppone exstructo, magnæ quondam urbis umbra, non resideat; Utini tamen, quæ proviociæ metropolis est, moratur io oitidissimo atque instructissimo palatio (Patriarchatus vulgo civibus nuncupatur), ac quædam etiam insigoia provinciæ oppida pleno iure possidet. Illum modo Patriarchalem thronum iosidet Eminentissimus D. Iohannes Delphinus S. R. E. Princeps Cardinalis, de quo præstat silere, quam pauca dicere. Etenim sive avitam gentem belli pacisque artibus insignem, sive singularem eiusdem purpurati Principis eruditiooem, atque agendarum rerum scientiam, sive eximiam omnibusque expositam ac raro summa cum digoitate coniunctam comitatem consideres, vix prima magni Præsulis lineameota duces; quicquid enim dixeris, minus erit.

CAPUT XI.

Theodorum Mopsuestenum Pelagianum, Ibam ac Theodoretum Theodori laudatores contra synodum V. ex concilii Calchedonensis statutis Halloix perperam defendit.

Antequam in longius protractam contra ouperum Origenis defensorem dissertationem claudam, trita illa obiectio a veteribus schismaticis plenis buccis decantata & ab adversario ingenti animositate iterum producta nobis reiicienda est: nempe syodum V. io damnando Theodoro Mopsuestiæ, scriptis item Theodoreti contra duodecim capitula S. Cyrilli, ac denique Ibæ epistola adversatam esse synodo Calchedonensi. Dabo ipsamet accusatoris verba, ne per iram aliquid vel demere vel addere videar. Ille lib. 4. q. 10. §. 14. hæc scripturit: *In concilio Calchedonensi a S. Leone Pontifice habito & approbato indicatur est Ibas orthodoxus, & quidem ex epistola ad Marin scripta; in quinto autem concilio eadem epistola vocatur impia*. Rursus §. 16. subdit: *De persona quoque Theodoreti contraria senserunt concilium Calchedonense præsidentibus Legatis S. Leonis Papæ, & concilium V. procurante Iustiniano: Nam illi Theodoretum nulla afficiendum contumelia censuerunt* &c. *Iustinianus autem una cum suis assentatoribus scripta eiusdem Theodoreti contra Cyrillum condemnari nominatim voluit*. Deoique §. sequenti 17. ita fatur: *Concilium autem V. contra proprium caput pugnans, idest contra Vigilium Papam, damnavit Theodorum Mopsuestenum, quem Patres concilii Calchedonensis & Ephesini primi censuerant non damnandum*. hæc ille. Pudet sane ista referre, sed magis eadem piget refellere, cum a maioribus oostris adeo exacte cuncta dissoluta sint, ut mirum videatur, inde alicui potuisse novam difficultatem oriri. Ego ita agedum mihi coostitui: quid supremi Ecclesiæ Iudices, hoc est Romani Pontifices io hac causa definieriot, exponam, & ex oraculo deductis responsis adversarii obiectionem explodam.

S. Gregorius Papa, cum nonnulli apud Theodelindam Loogobardorum Regioam synodum V. calumniarentur, quod hæc contra canones concilii Calchedoneosis decreta canones tulerit, datis ad Reginam literis hominum ioscitiam hisce perstrinxit libro 3. epist. 4. *Quantum vos pure diligimus, tantum de vobis fortius dolemus, quia vos imperitis stultisque hominibus credidit, qui non solum ea, quæ loquuntur, nesciunt, sed vix ea percipere, quæ audierint, possunt. Dicunt enim piæ mem. Iustiniani temporibus aliqua contra Calchedonensem synodum fuisse constituta, qui dum neque legunt, neque legentibus credunt, in ipso errore manent, quem sibi de nobis ipsi finxerunt. Nos enim teste conscientia fatemur, de fide einsdem S. Calchedonensis concilii nihil motum, nihil esse violatum, sed quicquid prædicti Iustiniani temporibus actum est, ita actum est, ut fides Calchedonensis concilii in nullo vexaretur*. Recte: nam Patribus synodi V. oihil magis cordi fuit, quam synodi Calchedooensis fidem sartam tectam servare. Hinc S. Eutychius Patriarcha C-P. qui primus subscripsit synodum, hæc apposuit: *Eutychius* &c. *suscipiens sanctas quatuor synodos, idest Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, & Calchedonensem, & quæ ab ipsis de una eademque fide definita sunt* &c. Quæ clausula ab aliis Patriarchis & metropolitis iisdem plane verbis in subscri-

ptionibus addita fuit. Horum rationem A
Pelagius Papa egregie tradidit; nam synodus Calchedonensis finita est actione sexta, eo usque enim de rebus fidei actitatum fuit, ob quas a S. Leone Papa coactus fuerat sacer ille Præsulum congressus; in reliquis vero actionibus de privatis quibusdam negotiis extra apostolicæ Sedis mandata peractum fuit a Patribus, quorum iudicia haud irrefragabili auctoritate munita sunt. Audiatur Pelagius in epistola tertia longiori ad Episcopos Istriæ: *Vigilanti ergo cura*, inquit, *respicite*, *quæ in sexta illius actione sanctæ fidei professio consummatur*, *moxque in septima ad institutionem* B
iam fidelium regula canonum figitur, *ulterioribus vero actionibus nihil de causa fidei*, *sed sola negotia privata versantur*. Hoc probat, quia post actionem illam VI. & subscriptionem Patres a Marciano Imperatore discedendi facultatem flagitarunt illis vocibus: *Dimitte nos pie Imperator*, *dimitte nos*. Præterea quia Talassius metropolita Cæsareæ Cappadocum rediens ex synodo Calchedonensi ad suam ecclesiam non tulit nisi sex actiones synodales teste Alipio eius successore, quod ea quæ postea deliberata sunt, ad fidei dogmata ac statuta synodalia non C
pertinebant. Denique adducit idem Pelagius Papa S. Leonis epistolam 60. ad Maximum Antiochenum, in qua hæc scribit: *Si quid sane ab his fratribus*, *quos ad sanctam synodum vice mea misi*, *præter id quod ad causam fidei pertinebat*, *gestum esse perhibetur*, *nullius erit penitus firmitatis*, *quia ad hoc tantum ab apostolica Sede sunt directi*, *ut excussis hæresibus catholicæ essent Ecclesiæ defensores*. *Quicquid enim præter speciales causas synodalium conciliorum ad examen episcopale defertur*, *potest aliquam diiudicandi habere rationem*, *si nihil de eo est a sanctis Patribus apud Nicæam definitum*. Ex quibus infert Pelagius, D
posse iterum causas retractari, quæ extra dogmata fidei a Patribus Calchedone iudicata sunt.

Cum anno 431. præside Cyrillo synodus Ephesina contra Nestorium celebraretur, lectum publice fuit symbolum Theodoro attributum, quod cum Iudaicum appareret, damnatum fuit a Patribus; ita tamen ut anathemati Theodori Mopsuesteni nomen insertum minime fuerit, cuius rationem dat idem Cyrillus in epistola ad Proclum Antistitem C-P. hæc de eadem synodo scribens: *Nullam viri memoriam fecerat dispensative*, *nec ipsum nominatim anathemati subiecit propter dispensationem*, *ne quidam ad existimationem viri respicientes sese ab ecclesiis separarent*. Hoc symbolum sub nomine Theodori fusius impugnaverat Marius Mercator paulo post celebratam synodum Ephesinam, cuius MS. opus habetur in bibliotheca Vaticana inter codices Palatinos num. 234. quæ notavimus libro 2. Histor. Pelag. cap. 6. Iam enim vel ante synodum Ephesinam male audiebat Theodorus veluti Nestorii magister, sed illius scripta de Incarnatione postrema ætate ab eodem confecta haud satis nota erant. Ceterum damnato Nestorio, eiusque libris a Theodosio Imperatore proscriptis, ac eorum lectione interdicta Nestoriani Theodori Mopsuestiæ ac Diodori Tarsensis scripta in plura exemplaria transcripsere, palam asserentes, Nestorium haud novorum dogmatum auctorem extitisse, sed ea tantum docuisse, quæ Patres olim tradiderant, statimque Theodori ac Diodori sententias producebant, quorum libros Syriaca, Armena, ac Persica interpretatione scriptos ediderant. Rabulas metropolita Edessenus non modo libros Theodori damnavit, verum & personam anathemati subiecit, licet idem olim mortuus fuisset. Scribit hoc in epistola ad Marim Ibas Rabulæ successor: *Hunc*, nempe Theodorum, *ausus est*, *qui omnia in ecclesiis præsumit*, *clare anathematizare*. Hinc ortæ novæ in Oriente dissensiones, atque in eadem causa non una erat Patriarcharum sententia. Iohannes Antiochenus nec personam nec libros Theodori anathemate percellendos esse iudicabat; nam ad Cyrillum scribit cum sua synodo: *Quale damnum non apertum erit*, *dicta non solum refutare*, *sed etiam anathematizare?* Et postea: *Ut autem anathema eis imponatur*, *arbitramur audax & asperum apparere*, *etsi personæ cum dictis non anathematizarentur*. extat hæc epistola tomo 5. operum S. Cyrilli par. 2. Proclus C-P. excerpta ex libris Theodori solide confutavit, atque uti hæretica dogmata abiicienda dixit in tomo scripto ad Armenos, qui legitur in Bibliotheca PP. nihil loterim de persona Theodori decrevit. S. Cyrillus in epistola ad Proclum ita de Theodoro statuit: *Si adhuc*

adhuc enim in vivis esset, & Nestorii blasphemiarum fautor, aut suffragari vellet iis, quæ scripsit, ipse anathema etiam in propria persona subiisset; quoniam vero ad Deum abiit, sufficit, ut ego puto, & quæ absurde ab ipso scripta sunt, reiici ab iis, qui recte sentiunt. Scribit idem Cyrillus in epistola ad Aeaeium Melitenum, plerosque Orieotalium adeo Theodori studiosos fuisse, ut has in ecclesiis exclamationes emittereot: *Crescat fides Theodori: sic credimus, sicut Theodorus.* Quod idem scribens ad Proclum testatur, simulque adstruit ab aliis eumdem anathematizatum: *Magnum vero*, inquit, *eius nomen esse per O-* B *rientem, & mirificari nimium conscripta eius, & sicut dicunt, contristantur omnes, quod vir. nobilis & defunctus in communione ecclesiarum anathematizatur. Nunc vero quod in conscriptis eius invenimus quædam nefarie dicta & nimiæ plena blasphemiæ, nulli dubium est recte sapientium.* Idem tamen Cyrillus in Ephesioa synodo in Nestorio magistri Theodori doctrinam damnavit. Auctor est Leontius io libro de Sectis act. 6. S. Cyrillum interrogatum, cur Theodorum anathemate non percuteret, respondisse: *Quia Orientalium eccle-* C *siæ ingens dissidium excitabimus, quorum unus est Ibas, qui eum anathematizari non patietur.* Idem vero Leontius act. 4. edisserens, cur nec Diodorus, nec eius discipulus Theodorus viventes impugnati a quopiam fuerint, hanc rationem assignat: *Quod pugnandi sectas maiores necessitas eiusmodi dogmata tegeret.* Verum paulo post Imperatorum lege cautum est, ne quis Theodori libros legeret. Imperialem sanctionem Theodosii & Valentioiaoi refert synodus V. act. 5. Summa decreti est: *Si quis prætererit præsentem* D *nostram sanctionem, & Theodoro & Nestorio assenserit, & illorum socios imitatur, post ultionem gladii omnis eius substantia fisco abdicatur.* Nihil tameo eontra personam iam demortui statutum fuit; oec defuere, qui ipsum impensius colerent, librosque eius summis præenniis exciperent. Hos inter fuit Ibas metropolita Edessenus in Mesopotamia, a quo in famosa illa epistola ad Marim Persam hisee laudibus ad usque sydera Theodorus evehitur: *Theodorus veritatis prædicator & doctor Ecclesiæ, qui non solum vita sua* A *opusculis suis Ecclesiæ filiis dereliquit.* Hæc encomia lecta fuerunt in syoodo Calehedoneosi, dum Ibæ epistola examinabatur, quæ tamen aperte a Patribus reiecta noo fuere. Hioc Acephali, qui nodum in sirpo quærebant, inter alia argumeota, ob quæ a Calehedonensi coneilio recipiendo se abstinere dictitabant, hoc unum opponebaot, quod ea in syoodo Theodorus impune laudatus fuisset. Quare Iustinianus, qui omoem movebat lapidem, quo Aeephalos ad Ecclesiæ unitatem reduceret, Theodorum licet ante centum & viginti septem annos defunctum in syoodo V. damnandum euravit. Nolo hie discutere, ao mortuus in pace Ecclesiæ possit postea anathematizari, de qua re egregie P. Lupus io Notis ad eollationem 5. oostræ synodi: mihi satis est ostendere synodum V. oon esse adversatam concilio Calehedonensi; nam Patres, ut mox dicam, de illa epistola Ibæ parum eurarunt, nec unum fuit omnium de Iba iudieium, idque actione decima peractum est, nempe iudiciali non synodali sententia, synodo iam eirca actionem sextam termioata. Cum vero Ibas in syoodo Calehedoneosi palam coactus fuerit Nestorio aoathema dieere, idem & Theodorum damnasse dieendus est, præsertim qui iam lege Imperatorum ante synodum reiectus esset. Itaque synodus eogens Ibam ad publiee anathematizandum Nestorium, taeite Theodori confutationem iniunxit, & Ibas damnans discipulum, etiam magistrum proiecit, ac laudum huic delatarum paliodiam eo pacto eeeinit.

Ita sane Romani Pontifices ae synodi œeumenicæ Theodorum Mopsuestiæ eum hæretieis postea semper nominarunt. Certe ex libro eiusdem a Photio producto, cuius etiam fragmenta ex Mereatore reeitavimus libro 1. Hist. Pelag. eap 9. Pelagiaoorum pessimus fuit, & omnium calumniarum auctor, quas Iulianus Eclaneosis postea forhuit eructavitque. Et quidem lib. 2. Historiæ memoratæ cap. 4. diximus ex eodem Mercatore, Theodotum Patriarcham Aotioehenum contra Pelagianos synodum eelebrasse, euius deereta ad ipsum Theodorum transmissa fuisse certum est; erat enim Episeopus in Cilicia secunda, quæ intra diœcesim Antioeheni Præsulis sita erat, quare a suo metropolita Anabarzensi

dei, sed & post mortem spiritualia arma in

zenfi Maximiano, ut moris erat, fyoodalia Patriarchæ Antiocheni ftatuta accepit, quibus perlectis, an Pelagianorum errorem exuerit, incertum eft. Scribit Hyfichius Hierofolymitanus in ecclefiaftica Hiftoria, uti fynodus V. act. 5. refert, ultima illum fenectute Neftorii errores docuiffe, atque hæc inter alia tradidiffe: *Chriftum non incarnatum Verbum, ficut evangelicis vocibus edocti fumus, fed hominem per vitæ provectionem & paffionum perfectionem coniunctum Deo Verbo*. Immo Vigilius Papa in literis ad Eutychium pro confirmatiooe fynodi V. eadem de Theodoro narrat: *Etenim*, inquit, *inter ceteras ipfius blafphemias aperte ipfum dixiffe invenimus: Alium effe Deum Verbum, & alium Chriftum a paffionibus animæ & concupifcentiis carnis vexatum, & paulatim a miuoribus recedentem ad meliora per profectum operum perveniffe, & converfatione irreprehenfibilem factum*. Quæ omni Pelagiana maior blafphemia eft, ut fcribit S. Auguftinus cap. 15. de Prædeftinatiooe Sanctorum. Viventem autem Theodorum oonnulli Patres laudarunt, fed Pelagius in epiftola ad Epifcopos Iftriæ refpondet: *Quid itaque obftat, fi dum de eius errore occultum adhuc & dubium fuit, ab uno Patre laudatus eft, & innotefcente poft perfidia pæne omnium magnorum Patrum fententiis velut immanis belva quafi crebefcentibus iaculis eft confectus*. De Theodori damnatione hæc tradit S. Gregorius Pelagii fucceffor libro 2. epiftola 36. ad Epifcopos Iftriæ: *In fynodo in qua de tribus capitulis actum eft, aperte liquet, nihil de fide convulfum effe vel aliquatenus immutatum, fed ficut fcitis de quibufdam illic folummodo perfonis eft actitatum, quarum una, cuius fcripta evidenter a rectitudine catholicæ fidei deviabant, non iniufte damnata eft*.

At non folum fanctiffimi quique vetuftioris Ecclefiæ Patres Theodorum condemnarunt, fed etiam noftro fæculo & Romana Sedes ac fynodi eumdem lata fenteotia profcripfere. Cum in Oriente Neftoriani ex Theodori libris damnatos olim io Ephefino concilio errores etiamnum defenderent, in id noftris maxime incumbendum fuit, ut Theodori nomen ac libros everterent. Nofter Alexius Menezius Archiepifcopus Goanus ac Orientis Prorex dein Bracarenfis in Lufitania Primas ac regni totius itidem Prorex, magnum in utroque Orbe Auguftioianæ geotis incrementum, hic, inquam, cum in Oriente verfaretur, nihil aotiquius habuit, quam Neftorianos Orieotales ad orthodoxum dogma revocare. Celebravit fynodum Diamperitanam, quam iufto volumine edidit Antonius Govea Auguftiniaous vir infignis & Perfica legatione fumma cum gloria functus. In ea autem actione III. decreto IX oarratur, quod fexta feria poft natalem Domini a Neftorianis recitabatur *Officium*, ut vulgo dicunt, de fanctis Neftorio, Theodoro, & Diodoro, quorum etiam nomina inter facrofancta myfteria io Divorum diptychis pofita quotidie memorabantur. Actiooe 5. decr. 1. hæc a Diacono inter Miffarum folemnia recitari folita afferuntur: *Commemoramus quoque Patres noftros fanctos & veritatis doctores domiuum & fanctum Neftorium, S. Diodorum, S. Theodorum, S. Ephrem, S. Abraham, S. Narcifum, omnes quoque doctores & presbyteros veritatis cultores. Oremus, ut ipforum orationibus veritas pura ac fincera doctrina, quam docuerunt & profeffi funt, in omni Ecclefia fancta cuftodiatur ufque ad confumationem fæculi*. Hinc Menezius profeffioni fidei, quam ad catholicum dogma venientes recitabant, hæc inferi iuffit: *Condemno, reprobo, & anathematizo fpecialiter diabolicam & perverfam hærefim Neftorianorum cum ipfius pravo auctore Neftorio, huiufque falfis magiftris Theodoro & Diodoro*. actione 2. decreto 1. Petrus Morinus vir eximiæ & incomparabilis eruditionis par. 2. de Syrorum Neftorianorum ordinatiooe recitat ritum Epifcopi confecraodi, ubi nonnullis Patribus laudatis adduntur *& Diodorus, & Iohannes, & Theodorus mare fapientiæ*. Et ibidem dicuotur: *Archidiacti Ecclefiæ fanctæ, magiftri myfteriorum Dei, & doctores cultus veritatis, preces eorum fint nobis murus & propugnaculum*. Sed Pauli V. graviffima cenfura hic fane repetenda eft, qua Theodorum Mopfueftenum eiufque fcripta confixit. In epiftola ad Patriarcham Babylonis data VIII. Kalend. Aprilis 1614. hæc habet: *Sectatores Neftorii nefaria eius dogmata ex commentariis, ut diximus, Theodori Mopfuefteui, a quo virus perditiffimæ hærefis haufèrat, & ex his, quæ ab eius fautoribus contra B. Cyrillum fanctamque Ephefinam fynodum fcripta fuerunt, callide inftaurare*

atque

atque in vulgus ferere studuerunt. Unde maxima Orientis pars postmodum infecta fuit, præcipue Chaldæi, qui hac de causa deinceps Nestoriani dicti sunt. Propterea monemus fraternitatem tuam, atque efficacissime hortamur, ut Theodori Mopsuesteni scripta, pariterque Diodori Tarsensis, qui cum eo pessime sentiebat, lethalis huius messis infausta semina, si ut accipimus, apud vos reperiuntur, delere, effringere, penitusque ex vestra natione exterminare omnino studeas. Quippe Theodorus tamquam hæreticus ac pessime doctrinæ auctor a Sanctis Patribus in quinta universali synodo, ut videre poteris, secunda videlicet Constantinopolitana damnatus est &c. apud Paulum de Angelis libro 11. de Descript. Basilicæ S. Mariæ Maioris cap. 11. Adeo rei ecclesiasticæ Nestorii discipuli nocuere, cum Diodori ac Theodori *volumina malitiose in Syrorum linguam & Armeniorum atque Persarum* transtulere, teste Liberato c. 10. Breviarii. Quid hic reponet Halloix? Paulum V. ignorasse Vigilii Constitutom, quod primus Baronius publicavit? At hæc ipsa post celeberrimos illos Baronii annales prodiere. Episcopi Armeniæ in literis ad Proclum C-P. hocce epitaphium Theodori sepulcro inscribendum exararunt: *Fuit autem aliquis pestis homo, magis autem fera hominis habens formam diabolicam mentito nomine Theodorus, qui schisma & nomen Episcopi habuit in angulo & ignobili loco Orbis terrarum latitans in Mopsuesteno Ciliciæ secundæ oppido*. hæc leguntur io epist. 3. Pelagii ad Istros, & act. 5. synodi quintæ.

De Ibæ epistola scribit Halloix: *In Calchedonensi concilio a S. Leone Pontifice habito & approbato iudicatus est Ibas orthodoxus, & quidem ex epistola ad Marim scripta*, quam Legati Leonis iudicarunt *esse orthodoxam*, quod idem sensere *Iuvenalis Hierosolymorum & alii omnes, etsi aliis atque aliis verbis tamen eodem sensu & conformiter Legatis Pontificis*. §. 14 Ibas Episcopus Edessenus paulo post initam pacem inter S. Cyrillum & Iohannem Antiocheoum, qoi apud Ephesum cum suis Orientalibos schisma conflarat, epistolam ad Marim Persam perscripsit, qua rerum tum Ephesi tum alibi postea gestarum eumdem certiorem reddebat. Quod veto haud recte in illa de Patribus ac Cyrillo præsertim sentiret, in synodo Calchedonensi ab adversatiis producta foit, ut eum hæreticum Nestorianum ostenderent, eaque ratione Sedi, unde anno 449. a Dioscoro expulsus fuerat, minime restitueretur. Epistola Ibæ lecta fuit io synodo actione 10. in qua eiusdem causa cognita fuit: at epistolam uti orthodoxam approbatam fuisse a Patribus falsum est. Legati Pootificii dixerunt: *Relecta eius epistola agnovimus eum orthodoxum*. In qua seoteotia adhuc dubium est, num Ibas ex pura recitatione epistolæ iudicatus fuerit orthodoxos, vel ex eiusdem contestatione dicentis, ante factam duodecim capitulorum a Cyrillo explicationem cum Episcopis Orientalibus male se de Ephesinis Patribus sensisse. Anatolius Aotistes C-P. dixit: *Omnem in præsenti de eo suspicionem abiicio, quoniam consentit & subscribit ei, quæ nunc de fide sententia data est a S. concilio, & epistolæ sanctissimi Archiepiscopi Romæ Leonis*. Audita Ibæ explicatione sinistram de illo, quamdudum conceperat opinionem, deposuit. At Maximus Antiochenus, qui tertio loco sententiam dixit, ita censuit de epistola Ibæ: *Orthodoxa est eius declarata dictatio*. Unus hic affirmavit epistolam Ibæ esse *Orthodoxam*. Ceterum Iuvenalis Hierosolymitanus ita pronunciavit: *Qui convertuntur, hos scriptura divina suscipi iubet. Quapropter & eos, qui ab hæreticis revertuntur, suscipimus. Unde pervideo Reverendissimum Ibam impetrasse clementiam, quia & senex est, & ut habeat episcopatus gradum, orthodoxus existens*. Sane Iuvenalis ex epistola hæreticum Ibam cognovit, at ex palinodia, dum epistolam S. Leonis receperat, ad catholicam Ecclesiam reversum eumdem pronunciavit. Com vero ex actis in synodo Berytensi in Calchedonensi concilio relectis constaret, Ibam Nestorio anathema dixisse, quod idem erat ac dicta in epistola ad Marim retractasse, Patres Ibam suscepere, ita tamen ut antequam sedi restitueretur, publice exclamarint: *Omnes eadem dicimus, Nestorium modo anathematizet*. Respondit Ibas: *Et iam in scripto anathematizavi Nestorium eiusque dogma, & nunc anathematizo eum decies millies*. Ita nihil aliud de epistola curarunt Patres tam clara Ibæ professione contenti.

Certe si illa epistola examinetur, erroribus tota plena est. Pelagius in epistola ad Episcopos Istriæ & Gregorius

lib. 7.

Armeniæ, Persidi, sed & toti propemodum Orbi terrarum. Cum vero Nestoriana hæresis in Oriente invalesceret, Rabulas hæreticorum conatibus obviam ivit, neque umquam cum Iohanne Antiocheoo atque aliis Episcopis quicquam savoris Nestorio impendit. Hinc S. Cyrillus io epistola ad Rabulam ait: *Semper quidem tua splenduit sanctitas, præcipue autem modo facta omnibus Orientalibus columna & fundamentum veritatis, & sicut quemdam pestiferum expellens morbum novæ & abominandæ hæreseos Nestorii blasphemiam. Nam procedit quidem ex altera radice (illius dico qui de Cilicia erat) ista impietas*. Ita Theodorum Episcopum Mopsuestiæ, quæ secundæ Ciliciæ urbs est, non obscure Nestorii magistrum notat, contra quem Rabulas æque ac in Nestorium insurrexit una cum Acacio Meliteoo, ut auctor est Liberatus cap. 10. Breviarii. Cum Theodoretus post celebratam Ephesinam synodum contra duodecim capitula S. Cyrilli scripsisset, Rabulas pro Cyrillo atque Ephesina synodo contra Theodoretum stylum acuit. Audiatur Theodorus Lector lib. 2. Collectaneorum: *Post reconciliationem cum Orientalibus Theodoretus contra duodecim capita Cyrilli scripsisse fertur. Rabulas Episcopus Edessenus cæcus erat: Andreas vero Samosatenus accusavit eum, quasi contra duodecim capitula Theodoreti scripsisset*. Erat Samosatenus Theodoreto amicissimus, ut patet ex literis ad illum datis. Rabulas, ut cap. 3. de vita S. Alexandri Abbatis refertur, *totis triginta annis* Edessenam ecclesiam summa cum laude rexit. Vivebat anno 435. nam occasione literarum Rabulæ & Acacii, Antistites Armeniæ de libris Theodori Proclum C-P. consuluerunt, qui eisdem respondit Theodosio XV. & Valentiniano IV. Coss. anno 435. Quare cum Ibas in epistola ad Marim Persam hunc ipsum initæ inter Cyrillum & Orientales pacis certiorem reddat, atque Rabulæ viventis contra Theodorum conatus mentionem faciat, nondum erat Episcopus, sed presbyter Edessenus, & quidem suo Episcopo satis infensus, dum eumdem tamquam tyrannum falso & insolenter traducit. Neque ut putavit Lupus, veoit Ephesum Episcopus, suffragiumque una cum Iohanne Aotiocheno tulit cootra Cyrillum, nam tomo 3. gestorum apud Ephesum Episcoporum, qui cum Antiocheno stabant, nomina semel, iterum, ac tertio sigillatim subscripta leguntur, at inter illos Ibas Edessenus numquam recitatur; quare clericus tantum venit Ephesum, si enim Episcopus accessisset, una cum ceteris Orientalibus acta subscripsisset. Est insigne testimonium io laudem Rabulæ in Ephesina synodo, ubi tomo 3. cap. 15. legitur sacra divalis Theodosii Imperatoris ad metropolitas, qui initio statim epistolæ nominaotur hoc pacto: *Celestino* Papæ Romano, *Rufo* Thessalonicensi, *Augustino* Hipponensi, *Alexandro* Apameensi, aliisque post vigesimum scribitur *Rembulo* Edesseno, *Alexandro alteri* Hierapolitano &c. datæ sunt literæ anno 431. post damnatum Nestorium. Erat ergo tum temporis Rabulas legitimus Antistes, neque ulla Ibæ utpote clerici mentio ibidem facta fuit.

Et hæc quidem mihi certissima suot. Rabulæ successit Ibas, statimque Nestorii libros Syriaca lingua editos late per Orientem sparsit, unde a pluribus monachis, clericis, civibus, ac militibus apud S. Proclum accusatus fuit, qui satis acrem ad Iohannem Antiochenum epistolam misit, qua Patriarcham negligentiæ io Iba compescendo reprehendit, atque subscriptionem dato abs se ad Armenos tomo Ibæ intimandam imponit. hæc epistola Procli legitur tomo 5. Bibl. PP. p. 1. Videntur hæc accidisse circa initia Episcopatus Ibæ ante annum 440. nam eo anno decessit Iohannes Antiochenus succedente Domno. Ibam vero anno 440. suisse Episcopum certo constat ex actis concilii Calchedonensis anno 451. celebrati, in quibus idem actione 10. in libello Samuelis accusatur subrepti *ante annos undecim* gemmati calicis. Ibas tum apud Imperatorem, tum apud synodos gravissimos accusatores passus est, & in latrocioio Ephesino a Dioscoro sede pulsus fuit; tandem publice in synodo Calchedonensi damnato Nestorio dignitati anno 451. die 27. Octobris restitutus fuit. Ubi decessor Rabulas Persicam scholam omnino catholicam instituit, Ibas eamdem Nestorii ac Theodori pessimis doctrinis insecit, diuque in ea Theodorus triumphavit, donec *Zenon Imperator scholam Edessenam, quam Persicam vocabant, tamquam quæ Nestorii ac Theodori doctrinam traderet, subvertit & abro-*

abrogavit. ita Theodorus Lector lib. 2. Collectaneorum. Hactenus de Ibæ epistola, quæ etiamsi in synodo Calchedonensi approbata fuisset actione illa decima, tantis tamen erroribus plena est, ut minime illorum Patrum sententiæ nobis standum esset. Tradit hoc S. Pelagius Papa scribens ad Episcopos Istriæ his plane verbis: *Quamvis ab eadem epistola alienum se Iba respondeat, quia approbata sit, aut difficulter, aut nullatenus demonstretur, licenter tamen unusquisque eam reprehenderet, etiamsi Episcopi in eodem concilio residentes suis illam subscriptionibus approbassent: quia postquam B. Leone scribente, ius retractandi & diiudicandi conceditur, etiam si qua esse poterat eorum, qui interfuerant, in privatis negotiis auctoritas, vacuatur*. hæc Pontifex.

Opponit denique Halloix, a synodo Calchedonensi nulla Theodoretum iniuria affectum, quintam vero synodum eiusdem scripta *nominatim condemnasse*. Sed more solito rancida schismaticorum argumenta reponit Theodoretus a puero Antiochenæ ecclesiæ clericus fuit, ubi per plures annos catechesim docuit, unaque cum Nestorio ibidem presbyter fuit. Verum Cyrensis postea Episcopus renunciatus Iohanni Grammatico contra S. Cyrillum in Ephesina synodo adhæsit, Orientalium factionis primipilus; erat enim multæ doctrinæ & supra ceteros eloquentissimus, unde in synodis, quo volebat, reliquorum animos rapiebat. Quare uti turbarum auctor a Theodosio Imperatore ab omnibus synodis procul esse iussus intra Cyrensem diœcesim sese continuit. Pessime certe audivit, dum contra duodecim capitula S. Cyrilli stylum acuit. Immo etiam peracta pace cum Cyrillo duodecim illa capitula, quæ Ecclesia universa uti canones veneratur, numquam recipere voluit. Nam in epistola ad Domnum Patriarcham Antiochenum vocat eadem capitula temere sancita, hortaturque eumdem, ne in synodo, quæ sub Dioscoro Ephesi cogenda erat, illis capitulis consentiret: do illius verba ex epistola 112. *Infelix anima mea suspirat lugetque nihil expectans boni; neque enim iustum iu duodecim capitibus venenum norunt, qui aliarum sunt diœceseon, sed eius, qui illa scripsit, claritatem attendentes, nihil sinistrum suspicantur. Et qui eius sedi successit, omnia opinor movet, ut altera synodo illa confirmet*. Hoc animo erat Theodoretus contra duodecim capitula S. Cyrilli anno 449. quando sub Dioscoro Alexandrino alterum concilium Ephesi cogebatur anno decimo octavo post priorem synodum ibidem præside S. Cyrillo celebratam. Porro eum ob ista Theodoretus uti Nestorianus passim haberetur, a Dioscoro & synodo, in qua supra centum & viginti Episcopi sententiam tulere, sede pulsus fuit. Postea a Leone Papa huius pseudosynodi actis rescissis (in ea enim Eutyches absolutus fuerat, damnatus vero S. Flavianus Antistes C. P.) œcumenicum concilium Calchedone Marciano Imperatore coactum fuit, in quo iterum Eutychetis causa discuteretur. Convenere anno 451. sexcenti & triginta Episcopi, & VIII. Idus Octobris prima actio habita est, in qua cum legerentur acta Ephesini latrocinii, ubi ventum est ad sacram divalem, qua Theodosius intra Cyrensem diœcesim Theodoretum circumscripserat, Iudices synodi dixere: *Ingrediatur Rev. Episcopus Theodoretus, ut sit particeps synodi, quia & restituit ei Episcopatum sanctissimus Archiepiscopus Leo, & piissimus Imperator sanxit eum adesse S. synodo*. Verum his auditis omnia tumultu agitari cœpta sunt; nam Ægyptii, Illyriciani, & Palæstini exclamarunt: *Miseremini, fides perit, istum canones eiiciunt, hunc foras mitte, magistrum Nestorii foras mitte*. Pravam adeo de Theodoreto opinionem induerant nobilissimi Patres ex Africa, Asia, & Europa. Pro Theodoreto intercedebant Orientales, Pontici, & Thraces. Iudices ex decreto Leonis & Marciani Theodoretum sedere in synodo iussere, ea tamen conditione, ut postea illius causa a Patribus iterum cognosceretur. Ille vero cum sedisset, Orientales exclamarunt: *Dignus, dignus*. At Ægyptii e contra: *Non est Episcopus*. Et postea: *Cyrillum Theodoretus accusavit, Cyrillum eiicimus, si Theodoretum acceperimus. Canones istum eiiciunt: Hunc Deus aversatus est*. Iudices gloriosissimi & amplissimus Senatus dixerunt: *Acclamationes istæ populares neque Episcopos decent, neque partes iuvant; patiamini ergo universorum fieri lectionem*. Rursus conclamatum est: *Unum eiicite, & omnes audimus. Pro pietate clamamus, pro catholica fide hæc dicimus*. Denique quievere, seditque

feditque Theodoretus, atque una cum reliquis fententiam contra Eutychetem pronunciavit; immo Ephefinum concilium & fynodales S. Cyrilli literas ad Neftorium ac Orientales fufcepit, atque actione 7. fubfcripfit cum ceteris Epifcopis, quos inter leguntur Ibas & Nonus ambo Epifcopi Edeffeni.

Terminata fynodo, in qua de caufis fidei actum fuerat, Patres VIII. Kal. Novembris in unum coacti Theodoreti caufam difcuffere, & quidem compendiario, hoc enim unum iniunxere: *Theodoretus modo anathematizet Neftorium*. Rogabat ille, ut legeretur abs fe compofita apologia, feu libelli fupplices exhibiti tum Imperatori tum Legatis Pontificiis. At exclamarunt Patres: *Nihil relegi volumus, modo anathematiza Neftorium*. Refpondit Theodoretus natum fe ac nutritum in catholica religione, quam & publice profeffus fuerat, averfari fe Neftorium, Eutychetem, reliquofve, qui non recte faperent, quæ dum interloqueretur: *Epifcopi clamaverunt: Clare dic, anathema Neftorio & dogmatibus eius, anathema Neftorio & amantibus eum*. Sed cum tergiverfaretur, ac coram fynodo eruditam forte apologiam recitare vellet, rurfus conclamatum eft: *Ifte hæreticus eft: ifte Neftorianus eft: hæreticum foras mitte*. His vocibus perterritus ftatim dixit: *Anathema Neftorio & eis, qui non dicunt Dei genitricem Virginem Mariam* &c. Tunc Iudices dixerunt: *Omnis iam dubitatio de Reverendiffimo Theodoreto eft foluta*. Tot tantique Patres Calchedone Theodoretum hæreticum dixere actione prima & omnes actione 8. cum recufaret in Neftorium anathema pronunciare; at quinta fynodus illum numquam hæreticum dixit, fed ipfius tantum fcripta contra duodecim capitula S. Cyrilli. Non exegit fynodus a Cyrenfi, ut fcriptos contra S. Cyrillum libros damnaret, nam eos plane abrogaverat, dum fubfcripferat cum reliquis actionem quintam, in qua Patres Neftorium damnantes recepere *epiftolas B. Cyrilli Alexandrinæ ecclefiæ Præfulis, fynodicas utique literas ad Neftorium & ad alios per Orientem*. Ex quibus deducitur, erraffe Acephalos calumniantes fynodum Calchedonenfem, quæ hominem Neftorianum non plene difcuffum ad ferendum fuffragium admififfet; nam Theodoretus apud S. Leonem Papam ac Marcianum Imperatorem Neftorium anathematizarat, quod ante examen habitum actione 8. præftitit fubfcribens definitionem fynodi, in qua una cum Eutychete Neftorius nominatim damnabatur.

Nocuere etiam Theodoreto laudes Theodoro Mopfueftiæ delatæ, quibus fuam hiftoriam claufit dicens: *Moritur Theodorus Epifcopus Mopfueftiæ cum omnium ecclefiarum doctor tum hæreticæ cohortis profligator. Hic Diodorum magnum audierat, commilito & focius diviniffimi Iohannis* &c. S. Gregorius Papa lib. 6. epift. 31. ad Eulogium Alexandrinum hæc fcribit: *Ipfam quoque hiftoriam Sedes apoftolica recipere recufat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopfueftiæ nimium laudat, atque ufque ad diem obitus fui magnum doctorem ecclefiæ fuiffe perhibet. Reftat ergo, ut fi quis illam hiftoriam recipit, fynodo, quæ piæ mem. Iuftiniani temporibus de tribus capitulis facta eft, contradicat. Qui vero huic contradicere non valet, illam hiftoriam neceffe eft, ut repellat*. At ibidem Gregorius hiftoriam illam Hermiæ Sozomeno adfcribit. Melchior Canus acerrimi iudicii vir Gregorium reprehendit, quod Theodoreti dicta Sozomeno adfcribat. Pontifex *lapfus eft memoria*, fcribit Lupus in Notis ad collat. 5. fynodi quintæ, *dicens Hermiæ Sozomeni hiftoriam finiri in laudibus Theodori*. At Baronius in notis Martyrol. ad diem 23. Decembris acerrime pro Gregorio pugnat, afferens nos non habere integram Sozomeni hiftoriam, quam ipfe in præfatione ait initium fumere a tertio Crifpi & Conftantini Cæfarum confulatu ufque ad confulatum Theodofii decimum & feptimum, nempe ab anno 324. ufque ad annum 439. At finitur hiftoria circa Conftantii mortem, *qui*, inquit Baronius, *ut auctor eft S. Profper in Chronico & alii, occifus eft Agricola & Euftachio Coff.* anno 421. fed nequaquam Conftantius occifus traditur a Profpero, *Conftantius*, inquit ille, *Imperator moritur*. Morbo enim ac mœrore deceffit a nemine trucidatus. legatur lib. 1. Hift. Pelag. cap. 20. Neque Gregorius ait, finiri hiftoriam Sozomeni in Theodori laudibus; verba Gregorii dedimus. Voffius lib. 2. de Hift. Græcis cap. 20. Gregorio favet. Iuftinianus in

io edicto contra tria capitula cum Theodori lapsum recitarit, hæc addit: *Pro his testimonium præbent Sozomenus & Hesychius & Socrates & Theodoretus, qui multas pro Theodoro laudes fecit.* Ex his sententia Cani fit probabilior. Ego tamen nihil audeo contra Gregorium scribere. Certe Theodoreti historia eadem Pontificis sententia reprehenditur.

A

Nolumus ulterius contra recentem Origenis Apologistam progredi illa sigillatim confutantes, quæ in prægrandi volumine pro suo Amasio infaustis auspiciis hinc inde consarcinavit; inanem enim operam illum posuisse nullus inficias ibit, B qui Origenem ab universa Ecclesia damnatum fuisse intelliget. Miror autem hominem hunc novam Origeni apologiam procudere ausum, cum sciret Eusebium Cæsareensem a Romana synodo reprehensum, quod *in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum.* Quare eamdem Ecclesiam suorum decretorum tenacissimam in ipsum pariter Halloix, quod in laudibus atque excusatione Origenis schismatici quatuor conscripsit libros, sententiam pronunciasse cognovimus. Etenim Sacra Congregatio Romana anno C 1655. die 12. Maii Petri Halloix Apologiam pro Origene confixit hæc præfata: *Prodierunt aliqui libri, qui nisi vel omnino vel in parte tollantur, erroribus Christi fideles conficere possunt* &c. Quo quidem decreto cecidit totus ille apparatus, quem tanto studio recentior Origenis advocatus protulit, ut profecto nequaquam tantum laboris nobis subeundum fuerit, quo apologiam Romanæ ecclesiæ iudicio reiectam refelleremus; hoc enim perinde fuit, ac prostrato insultasse. Interim nostram hanc synodi V. defensionem irrefragabili sexti concilii ap- D probatione concludam. Nam cum palam constaret, Monothelitas eiusdem concilii quinti acta corrupisse, in eosdem act. 14. a Patribus anathema publicatum fuit his plane verbis uno omnino ore conceptum. *Anathema simul qui falsificaverunt acta sancti & universalis quinti concilii.* Halloix vero gravius in eamdem synodum peccavit, qui appellavit eumdem Patrum conventum *concilium perniciosissimum instigante Diabolo coactum* pagina 355. *merum conciliabulum* pagina 380. *pro nihilo habendum* pagina 363. At ipsius apologetico apostolicæ Sedis iudicio nigro theta signato præposteri consilii pœnas tulit. Aurea Patrum sextæ synodi sententia, quæ in laudata actione 14. recitatur, quinti concilii dignitas adversus quælibet Halloix obiecta adeo evidenter asseritur, ut nullius advocatione post tam illustre ac locuples testimonium indigere videatur. Hæc ibidem leguntur: *Sanctum concilium exclamavit: sanctorum quatuor conciliorum sempiterna memoria.* Et postea: *Sancti quinti concilii sempiterna memoria.* Hæc sancta synodus.

CAPUT XII.

Origenem de divina gratia recte sensisse perperam quidam recentiores docuere.

INitio statim Historiæ Pelagianæ Origenem divinæ gratiæ hostem fuisse monstratum est, ut iure merito Pelagiani erroris princeps ac Pelagianorum Amasius a S. Hieronymo ignominiæ causa appellatus sit. Quid ex Origene alii hæresiarchæ præsidii habuerint, non est nostri instituti demonstrare. Pelagianos errores illum procudisse nobis ex eiusdem sententiis ibidem recitatis compertum est. At recentiores non contenti Origenis personam contra tres œcumenicas synodos defendisse, contendunt illius etiam doctrinam de divina gratia non modo catholicam, sed *catholicissimam* fuisse. Theophilus Raynaudus in Apologia pro Valeriano Cemeliensi cap. 9. Origenis *catholicissimam de gratia sententiam* asseveravit, & quidem ea ex Origene eo loci producens, quæ Pelagianorum illum dogma prædocuisse significant. Ex libro 7. contra Celsum scribit hæc Adamantium dixisse: *Postquam obtulerimus nos, quæ ex nobis sunt, venimus ad hoc, ut consequamur ea, quæ ex Deo sunt. Cum enim fidem nostram & affectum obtulerimus ei, tunc & ipse largitur nobis diversa dona Spiritus Sancti, de quibus dicit Apostolus, omnia autem ex Deo sunt.* Igitur ex Origene fides & affectus seu cupiditas boni non sunt ex iis donis, de quibus ait Apostolus *omnia autem ex Deo sunt*. Quare cum fides & cupiditas boni non sint ex Deo, consequenter iuxta sua principia dixit esse ex iis, *quæ ex nobis sunt*. Hæccine est, Raynaude, *catholicissima de gratia sententia?*

tia? Est Pelagianorum delirium, qui nescio quam gratiam admisere, ita tamen, ut teste Augustino *sine illa putarent hominem posse habere boni, sed imperfecti cupiditatem, perfecti autem non facilius per illam posse, sed nisi per illam omnino non posse*. libro 2. ad Bonifacium c. 8. Quam sententiam fusius ibi S. Pater usque ad finem libri insequitur dicens: *Verum & sic gratiam Dei dicunt secundum merita nostra dari, quod in Oriente Pelagius ecclesiasticis gestis damnari timendo damnavit. Si enim sine Dei gratia per nos incipit cupiditas boni, ipsum cœptum erit meritum, cui tamquam ex debito gratiæ veniat adiutorium, ac sic gratia Dei non gratis donabitur, sed merito nostro dabitur*. Vocatque ibidem ita sentientes *superbos sui arbitrii defensores & fidei catholicæ desertores*. Fidem autem esse ex nobis capitalis Semi-Pelagianorum error fuit, quem S. Pater toto libro de Prædestinatione Sanctorum confutat. Pelagianorum decantata sententia erat: *Gratiam Dei secundum merita nostra dari*. Hoc vero ita pertinaciter Origenes adstruxit, ut ne quem divinæ gratiæ sine prævijs meritis locum daret, alterius vitæ merita commentus sit, quod initio eiusdem Historiæ nobis commemoratum est. Certe libro 1. Peri-archon nullo pacto Iohannem Baptistam in utero sine meritis sanctificatum fuisse tradit, quod Deus foret personarum acceptor, illi uni & non alteri eam gratiam largiendo. Libeat hic Origenis verba repetere, quibus catholicam sententiam de nova animarum creatione impetit exemplo Præcursoris: *Quomodo*, inquit, *eum corpore simul facta est & plasmata iam illius anima, qui antequam in utero formaretur, notus esse Deo dicitur, & antequam de vulva procederet, sanctificatus est ab eo? Ne forte non iudicio, nec pro meritis replere aliquos Deus videatur Spiritu Sancto, & sanctificare non merito. Et quomodo effugiemus illam vocem, quæ ait*: (Rom. 9.) Numquid iniustitia est apud Deum? Absit. *Vel illud*: (Rom. 2.) Numquid personarum acceptio est apud Deum? *Hoc enim consequitur eam defensionem, qua animos subsistere simul cum corporibus asseveratur*. Quæ sane positio totius divinæ gratiæ vim ac maiestatem deprimit, ubi citra personarum acceptionem gratis sine ullis meritis præcedentibus dari nequit. Sed de his iam satis alibi. Hinc factum est, ut Pelagius, qui veteres Patres in sui dogmatis defensionem producere solebat, numquam Origenem adduxerit, quod patet ex fine libri de Natura & gratia S. Augustini; optime enim sciebat gravari se Origenis magisterio, exprobrante eidem Hieronymo hæc ipsa in epistola ad Ctesiphontem: *Doctrina tua Origenis ramusculus est*. Itaque Origenes Pelagianorum Amasius fuit, cuius unius auctoritate illi ducebantur. Hinc insignis ille & cum laudis præfatione semper cuilibet nominandus Cardinalis Baronius ad annum 402. tomo 5. hæc ait: *Tantum abfuit, ut Rufinus parato a S. Hieronymo antidoto curaretur, quin potius post Origenis errores, quos fovit, Pelagianæ hæresis aspides ex eis obortos perearam sibi sobolem enutrivit*. Ex his liquet, quam inanis sit illa Annati exclamatio contra Baianos: *Vestrum est illud: Origenes Pelagianorum omnium origo*. lib. 7. sui Aug. cap. 12. §. 2. & in indice V. *Origenes*. Erras, o bone vir, non recentiorum illæ voces fuere nuperque auditæ, sed antequam tui illi Baiani & horum antagonistæ nascerentur, Patrum illa sententia fuit ecclesiasticis etiam annalibus inserta. Orosius in Apologetico hæc contra Pelagianos scribit: *Quamquam & hæc venenatissimorum dogmatum abominatio habet etiam nunc viventes mortuos mortuosque viventes. Nam Origenes, Priscillianus, & Iovinianus olim apud se mortui in his vivunt, & non solum vivunt, sed etiam loquuntur. Nunc vero Pelagius & Cælestius, si in his perseveraverint viventes mortui* &c.

At alii recentiores de indifferentia libertatis humanæ ad bonum & malum exactam esse Origenis doctrinam contendunt. Iohannes Martinez de Ripalda hæc scribit: *Nec refert Origenis scripta erroribus esse respersa, quia nullus Patrum & Scriptorum, qui eos diligentissime notarunt, retulit inter eos doctrinam de indifferentia ad libertatem necessaria*. Ne D. Thomas ex Patrum ac Scriptorum albo abradetur? Sanctus Doctor libro 3. con. Gent. cap. 88. & 89. hanc de Origene sententiam tulit: *Solus Deus potest movere voluntatem per modum agentis absque violentia. Hinc est quod dicitur Proverb.* 21. Cor Regis in manu Domini, & quocunque voluerit inclinabit illud: *& ad Philip.* 2. Deus est, qui operatur in vobis velle, & perficere pro bona voluntate.

tate. *Quidam vero non intelligentes qualiter motum voluntatis Deus in nobis causare possit absque præiudicio libertatis voluntatis, conati sunt has auctoritates male exponere, ut scilicet dicerent, quod Deus causat in nobis velle & perficere, in quantum dat nobis virtutem volendi, non autem sic, quod faciat nos velle hoc vel illud, sicut exponit Origenes in 3. Peri-archon liberum arbitrium defendens contra auctoritates prædictas.* Cum suo præceptore omnes sapieotissimi Thomisticæ scholæ professores sentiunt; & sexcentos Scriptores *nullos* dices? Sed reclamat a tergo fictus ille Moraines: *Pari impudentia vel malitia carpsit erroris Pelagiani Origcnem, quod dixerit, unumquemque in manu sua habere & in arbitrii potestate, ut aut peccati servus sit, aut iustitiæ.* disp. 8. Anti-Iansenii num. 47. At si D. Thomæ testimonio luculentissimo non ceditis, ad Origenis scholam vos provoco, ea hic repetendo, quæ initio Historiæ Pelagianæ narrata sunt. Ille libro 3. Peri-archoo a S. Thoma citato cap. 2. hæc scribit: *Non enim idem est habere vincendi virtutem & vincere, sicut idem Apostolus cautissimo sermone signa-*

1. Cor. 10. *vit dicens*: Quia dabit Deus exitum, ut sustinere possitis, *non ut sustineatis, multi enim sustinent, sed in tentatione vincuntur; a Deo autem datur, non ut sustineamus, alioquin nullum iam videretur esse certamen, sed ut sustinere possimus. Ea autem virtute, quæ nobis data est, ut vincere possimus secundum liberi arbitrii facultatem aut industrie utimur, & vincimus, aut segniter, & superamur.* Et capite primo explicans

Phil. 2. illa Pauli, *velle & perficere ex Deo est*, ait: *Ex quo utique non intelligitur, quia quod movetur manus v. g. ad verberandum iniuste, vel ad furandum ex Deo est, sed hoc ipsum, quod movetur*, nempe manus, *ex Deo est, nostrum vero est motus istos, quibus motum ex Deo habemus vel ad bona vel ad mala convertere. Ita ergo est, quod dicit Apostolus, quia virtutem quidem voluntatis accipimus, nos autem utimur voluntate vel in bonis, vel in malis desideriis.* Itaque auctore Origene in eo sita est indifferentia liberi arbitrii, ut a Deo ipsam quidem voluotatem acceperimus, sed velle actuale fit a nobis. Fatetur enim esse a Deo, *ut possimus* sustinere, quod idem est ac ipsa potentia volitiva; ut *sustineamus* vero, qui est ipsemet actus potentiæ, negat esse nobis ex Deo. Ita

A manum nobis inesse ex Deo concedit, at non item bene, vel male uti eadem manu. Clarius certe non potuit loqui, immo nec locutus est Pelagius: eius sententia tota hac de re audiatur apud S. Aug. de Grat. Christi cap. 4. *Quod possumus*, inquit, *omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est, qui hoc posse adiuvat, quod vero bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est.* Item: *Quod loqui possumus Dei est, quod vero bene, vel male loquimur nostrum est.* Et ubi Origenes exemplum manus adducit, Pelagius oculi exemplo utitur: *Quod possumus vi-*

B *dere oculis nostrum non est, quod vero bene, aut male videmus hoc nostrum est.* Recte igitur S. Thomas tradidit, Origenem liberum arbitrium contra divina oracula defendisse, atque illius indifferentiam nequaquam in catholico sensu accepisse; eo enim prorsus modo illam exposuit, quo postea Pelagius explicuit, ut ad oculum demonstravimus. Ceterum S. Augustinus Origenis eiusque discipuli Pelagii explicationem per plura capita explodit in libro de Gratia Christi. Hæc autem eamdem Pauli sententiam expen-

C dens scribit cap. 5. *Non ait*: Deus est enim, qui operatur in vobis posse, *tamquam ipsi iam velle & operari per se ipsos habeant, nec in his duobus adiutorio eius indigeant, sed ait*: Deus enim est, qui operatur in vobis & velle & perficere, *vel sicut in aliis & maxime Græcis codicibus legitur*, & velle & operari. *Videte si non Apostolus gratiæ Dei futuros adversarios* (Origenem & Pelagium) *Sancto Spiritu tanto ante prævidit* &c. hæc Augustious.

Acute notavit Baronius ad annum 394. tomo. 4. ex salsis Origenistarum

D delationibus inter magnos illos Ecclesiæ duces Hieronymum & Augustinum discordias (nam pugnantibus secum literis decertarunt) subortas fuisse, ut illis quidem mutuis sese vulneribus conficientibus res suas Origenistæ a nemine exagitati promoverent. *At fraude detecta*, inquit Baronius, *datis postea inter se mutuo dextris, iunctis animis adversus primogenita Origenistarum germina Pelagianos hæreticos sub eodem catholico fidei vexillo commilitones acerrime decertarunt.* Non est, Annate, Baronius ex Baianorum grege, sed S. R. E. Cardinalis, idemque summus antiquitatis testis & veterum monumen-

torum

torum indagator sincetissimus, qui Pelagianos *primogenitos* Origeoistarum nuncupavit, & Hieronymus Origenem io calce Dialogorum Pelagianorum *Amasium* dixit. Iacta ounc Raynaude *catholicissimam* Origenis de divina gratia senteotiam, nam ex S. Thoma (quod etiam Adamantii scripta confirmat) Pelagiano dogmati consormem illam scimus. Sit Morainio iudice, malitiosus & impudens, qui Origenis senteotiam de indifferentia voluntatis culpat, nam sub magni Aquinatis patrocinio inanes horum verborum sonos irridemus. Ita Origeois persona ab Halloix contra synodos desensa, eiusdem Origenis doctrinam alii recentiores a Pelagiani erroris labe purgare conati sunt. Scio illos producturos sententias Origenis, in quibus divina gratia commeodabitur; sed & gratiæ nomen in Pelagiana syoagoga personabat. At spuria est illa gratia, quam tamquam meritorum præmium aote Pelagianos Origenes statuit, nam alterius vitæ merita prædicare, est plane delirare, & fabulas ac somnia vendere; unde Origenistarum errores in syoodis *nugæ ac fabulæ* dicti sunt, ut ex dictis cap. 6. est manifestum. His accedit Pelagium, uti superius diximus, nusquam Origenis pro se testimonium laudasse, qui tamen Lactantii, Hilarii, Ambrosii, Chrysostomi, immo & Hieronymi, & Augustini quoque sententias sibi, ut perperam arbitrabatur, faventes recitavit teste S. Doctore in lib. de Nat. & grat. a cap. 61. Quippe qui probe norat Origenem uti in ceteris, in dogmate etiam de gratia & libero arbitrio a vero exorbitasse.

CAPUT XIII.

Rufinus Origenistarum ac Pelagianorum coryphеus, itemque Eusebius Cæsareensis Arianus ab Halloix perperam defenduntur.

ORigene hominibus ac Superis invitis propugnato, Rufini Origeoistarum pugilis desensandi onus Halloix pariter suscepit. Hic Rufious Aquileiensis Alexandriæ Didymo magistro Origenis dogmata taota pertinacia secutus est, ut quo eadem late per Orbem spargeret, Origenis libros Latio donaverit.

A Sanctus Epiphanius ægre tulit hominem pium ac doctum inter Origeoistas militare; unde ad Iohannem Hierosolymitanum scribebat: *Te autem frater liberet Deus & sanctum populum Christi, qui tibi creditus est, & omnes fratres, qui tecum sunt, & maxime Rufinum presbyterum ab hæresi Origenis & ab aliis hæresibus*. Hinc pro Origene graves Rufinus cum Hieronymo inimicitias cootraxit, mutuisque se iovectivis, quæ hucusque supersunt, persecuti sunt, de quibus libro 1. Hist. Pelag. cap. 2. diximus, ubi etiam Pelagianorum hæresim eumdem Rufinum B docuisse moostravimus peccatum enim originale sustulit, & gratiam ex meritis dari, atque sanctorum impeccaotiam adstruxit, quæ hic, oe actum agam, haud vacat repetere. Perpetuæ Rufini igoominiæ vertetur, Cælestium Pelagii Achatem in syoodo Carthaginensi interrogatum, ecquis dixisset, non dari peccatum originale? respondisse *sanctus presbyter Rufinus*, teste S. Augustino libro de Pec. orig. cap. 3. Unde recte dixit Baronius ad annum 412. tomo. 5. *At observa & illud, citari a Cælestio non Pelagium ipsum, ex quo hæresis nomen accepit, sed* C *Rufinum, ut coryphæum atque sectæ antesignanum*. S. Gelasius Papa cum Romana syoodo Rufinum uti Pelagianizantem damnavit hac in eumdem sententia lata: *Quoniam B. Hieronymus Rufinum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ prædictum B. Hieronymum sentire cognoscimus*. Hic autem, quo Origenis sectam promoveret, insigne facinus commentus est. Librum apologeticum pro Origene publicavit sub nomioe S. Pamphili martyris, qui tamen ab Eusebio Arianorum principe scriptus fuerat. Quod ubi D. Hieronymus animad-D vertit in epistola primum ad Pammachium, deio in duabus contra Rufinum apologiis insignem hominis fraudem acerrime iosecutus est. Rem narrat in secunda Apologia contra Rufinum: *Postea vero*, inquit, *per interpretationem tuam quæstione contra Origenem toto Orbe commota, in quærendis exemplaribus diligentior fui, & in Cæsariensi bibliotheca Eusebii sex volumina reperi ἀπολογίας Ὠριγένους. Quæ cum legissem, primum eum librum deprehendi, quem tu solus sub nomine martyris edidisti, de filio & Spiritu S. in bonam partem plerisque blasphemiis commutatis*. Idem habet

lib. 2.

lib. 2. Apologiæ 1. ubi testatur se *perspicue* deprehendisse, quod *primus liber sex voluminum Eusebii ipse esset, qui unus sub nomine Pamphili a te editus esset*. Et libro 1. ait: *Sex libros, ut ante iam dixi, Eusebius Cæsariensis Episcopus Arianæ quondam signifer factionis pro Origene scripsit, latissimum & elaboratum opus, & multis testimoniis approbavit Origenem iuxta se catholicum, idest iuxta nos Arianum esse; horum tu primum librum vertis sub nomine martyris*. Hæc diligentius adnotavi, ne amanuensis error in re gravi S. Doctori attribueretur, nam io epistola ad Pammachium & Oceanum hæc scribit Hieronymus: *Unum nunc proferam, cui contradicere vel stulti sit, vel impudentis. Sexti libri Eusebii super Origenis defensione principium usque ad mille ferme versus liber iste, qui Pamphili dicitur, continet*. Ubi manifesta paret contradictio, ex qua nulla Hieronymi contra Rufinum accusatio videatur; nam in Apologiis, *primus liber sex voluminum Eusebii* iste sub nomine Pamphili editus a Rufino dicitur, qui in bac epistola sextus nominatur. Certe inde amanuenses errarunt, quod legentes abbreviatas basce notas *VI. libro Eusebii super Origenis defensione principium*, sexti libri Eusebii reddiderint, cum *sex librorum Eusebii super Origenis defensione principium*, scribere debuissent. Miror Rufini advocatum isthæc non adnotasse, ac more solito altius pro cliente exaggerasse. Rufinus S. Hieronymi accusationi frigidam responsionem reposuit: obiici nempe sibi *rem ridiculosam*. At Hieronymus in posteriori Apologia barbarismi Rufinum insimulans ait: *De Pamphili libro non ridiculosa, ut tu scribis, sed ridicula mihi forte res accidit*. In secunda Invectiva Rufinus ubi ad hanc sibi fraudem obiectam diluendam venit: *Superfluum*, ait, *videtur vel respondere aliquid, ubi pie & religiose dicta martyris Pamphili aut falsa dici vult, aut etiam si vera sint, spernenda decernit*. Ubi vero pauca satis amarulenta evomuit, concludit: *Superflua est de auctore quæstio, ubi defensio talis est, quæ assertore non egeat*. Cecidit sane causa Rufinus; debebat enim locum ac testem producere, unde illa Origeni cusa Apologia S. Pamphilo adscribenda esse censeretur. Hoc egregie urget Hieronymus in Apologia 2. *Dic ergo & tu, a quo exemplar acceperis, ne mihi ad subterfugiendum crimen mortuos aliquos nomines, ut cum auctorem ostendere non potueris, illum proferas, qui non possit respondere*. hæc S. Pater.

Quis autem non miretur Rufino ante duodecim sæcula apertæ falsitatis convicto, ac nullam pro semet defensionem adoroanti recentem hominem suppetias contra Hieronymum ferre, pro eodem testimonium dicere, illique promptam advocationem gratuito commodare? Petrus Halloix lib. 4. Origenis defensi quæstione prima hanc thesim ponit: *Vera propositio: Apologia pro Origene olim edita, & nomine S. Pamphili martyris inscripta vere est eius & non alterius*. Probat id auctoritate Eusebii lib. 6. Histor. Eccles. cap. 33. scribentis: *Quæcumque autem ex iis, quæ ad illum pertinent, cognitu necessaria sunt, facile est ea cognoscere ex Apologia pro illo a nobis & a nostri temporis S. martyre Pamphilo elaborata, quam propter obtrectatores collatis operis studiose confecimus*. Eumdem Pamphilum pro Origene scripsisse testatur Socrates lib. 4. cap. 27. vel 22. ubi de Gregorio Neocæsariensi, & Nicephorus Callistus libro 10. capite 14. verba Eusebii reddens. Photius vero, cuius testimonium supra ceteros iactat Halloix, ita scribit num. 118. *Lectus est Pamphili martyris & Eusebii pro Origene codex; tomi autem sunt sex, quorum quinque a Pamphilo in carcere degenti præsente etiam Eusebio elaborati sunt; sextus autem postea quam martyr gladio vita pulsus ad Deum, quem desiderabat, emigravit, ab Eusebio denique est absolutus*. At Halloix post longam causæ meditationem hæc literis prodidit loquens de primo libro apologiæ a S. Pamphilo, ut ait, conscriptæ: *Illum igitur cum absolvisset, atque Eusebio velut alteri sibi ostendisset, isque approbasset: tum vero novit, ut fit, subortis difficultatibus, eiusdem hortatu atque adiutu alios quatuor addidit, quibus postea Eusebius illo demortuo sextum adiecit*. Itaque primum librum sex volumioum pro Origene a solo S. Pampbilo elucubratum affirmat, & quinque priores asserit fuisse Pamphili *ob compositionem*, Eusebii *ob inspectionem*. hæc quidem ille, quo Rufinum contra Hieronymum defendat.

In primis non possum non ridere hominis consilium, qui vel contra Eusebium testimonium dicere non veretur.

Nam

Nam iste loquens de apologia pro Origene aperte ait: *a nobis & a nostri temporis S. Pamphilo martyre elaborata, quam propter obtrectatores collatis operis studiose confecimus.* At si Eusebius illam tantum *inspexit*, haud illam *collata opera studiose confecit*; alias Iohannes Baptista Rubeus ac tres insuper socii Theologi, qui tuam apologiam inspexere, ac typis evulgandam censuere, dici possent eamdem collatis operis studiose confecisse. Immo, quod magis mirere, *adiutu* Eusebii quatuor libros a S. Pamphilo compositos scribis, statimque eosdem Eusebii *ob inspectionem* tantum fuisse sui tam cito oblitus asseverat. Sex illi libri apologetici pro Origene ab Eusebio compositi fuere. Et quidem de sexto libro hæc scribit ipsemet Eusebius lib. 6. cap. 29. *Horum habes certa argumenta in libro sexto Apologiæ, quæ in Origenis defensionem a nobis scripta est.* Sed omnes sex Eusebio passim attributi sunt. S. Hieronymus in catalogo Eccles. Script. cap. 81. recensens Eusebii libros ait, illum Ἀπολογίας *pro Origene libros sex* conscripsisse. Hæc autem dixit Hieronymus ante decem annos, quam de hac Pamphili apologia cum Rufino litigaret. Antipater etiam metropolita Bostrensis contra Eusebii apologiam plures libros scripsit, quorum titulus sic in synodo VII. œcumenica act. 5. refertur: *Antipatri Episcopi Bostrorum refutatio apologiæ pro Origene ab Eusebio Pamphili Episcopo Cæsareæ conscriptæ liber primus.* Synodus Romana cum S. Gelasio Papa Eusebium Cæsareensem reprehendit: *Quod in laudibus atque excusatione Origenis schismatici unum conscripserit librum.* Sed satis solide ab Eusebio elucubratam totam illam apologiam inde probamus, quod Ariana dogmata in illis libris apologeticis aperte tradebantur. Hieronymus, qui illos legit, hæc scribit: *Sex libros, ut ante iam dixi, Eusebius Cæsariensis Episcopus Arianæ quondam signifer factionis pro Origene scripsit, latissimum & elaboratum opus, & multis testimoniis approbavit Origenem iuxta se catholicum, idest iuxta nos Arianum esse.* in Apologia priori. In posteriori etiam tradit se perspicue deprehendisse: *quod primus liber sex voluminum Eusebii ipse esset, qui unus sub nomine Pamphili a te editus est tam Græce, quam Latine immutatis dumtaxat sensibus de Filio & Spiritu Sancto, qui apertam*

A *blasphemiam continebant.* Hoc ipsum ex Antipatro Episcopo Bostrensi in synodo laudata refertur, qui hæc scripsit: *Prius enim apologiam illam excutere volumus, ut ita non solum illum, pro quo apologia scribitur, sed & ipsum auctorem hæreticos ostendamus.* Floruit hic Antipater circa annum 460. nam S. Euthymius Abbas ad eumdem scripsit ex cap. 16. de vita Euthymii apud Surium. Successit Constantino Archiepiscopo, qui synodum Calchedonensem anno 451. subscripsit. Verum noster Halloix aliter sentit, clamatque §. 4. *Prope pro certo tenemus,*
B *non modo primum librum sanam continere doctrinam, quod oculis ipsis cernimus* &c. *sed etiam omnes reliquos, & quod certum sit Pamphilum ipso teste Eusebio supra in illis collaborasse, excepto tantum sexto, quem haud dubie Eusebius ne a Pamphilo & a se ipso dissideret, conformem ceteris composuit.* At Patres, qui eos libros legere, Arianam hæresim eosdem continere dixerunt: vel ergo mentiti illi sunt, quod Arianam hæresim minime perspectam haberent, vel falsum somniat Halloix de incognitis sibi libris (neque enim extant) iudicium ferens. Quod si Pamphilo illi
C libri adiudicentur, Arianæ hæresis doctor Christi martyr evadet, & ne Rufinus mendax videatur, Pamphilus Arianus publicabitur. *Non tibi expedit*, clamat Hieronymus in posteriori Apologia, *ut per te clarissimus martyr hæreticus iudicetur, ut qui effudit pro Christo sanguinem, contrarius fidei Christi approbetur* &c. *Melius est, ut tu erraveris, quam ut martyr hæreticus fuerit. Interim de præsenti compede utcumque erue pedem. In futuro iudicio tu videris, quid ad martyris contra te respondeas querimonias.* Eusebius Cæsareensis, ut Ariano dogmati, quod in apo-
D logia illa docet, aliquod auctoritatis pondus adiiceret, eamdem a se & a Pamphilo compositam scripsit, quem utpote Arianæ factionis signiferum (ita enim hominem vocat Hieronymus) mendacii accusare malim, quam glorioso martyri hæreseos notam inurere. Fuit Eusebius amicus Pamphili, unde eiusdem cognomine honoris causa decoratus est: idem tamen Pamphili desertor etiam extitit; nam istum fortiter pro Christi fide martyrium subeuntem haud secutus fuit, sed Diis sacrificans fidei proditor turpiter e carcere evasit, uti eidem S. Potamon Heracleæ Epi-

Episcopus in Tyrio concilio obiecit, de quo mox sermo redibit.

Haud vacat ab Halloix pro Rufino susceptam defensionem pluribus oppugnare, hominis tantum malæ causæ patrocinati errores subnotabo. Errat primo, dum putat librum apologeticum sub nomine Pamphili editum a Rufino esse sextum librorum Eusebii, nam teste ubique in Apologiis & in epistola ad Ctesiphontem Hieronymo *primus liber* est Eusebiani apologetici. Textus vero epistolæ erat plane illi, si advertisset, corrigendus. Quod si liber editus a Rufino mille ferme versus ex sexto Eusebii continet, ut ex Hieronymo putas, ne huic irascaris, quod scripsit librum illum oon esse Pamphili, sed Eusebii, te hæc ipsa §. 2. scribente: *Sextum omnes, ne uno excepto, attribuunt Eusebio*. Itaque de primo, si sapis, lis est, num Eusebii, ao Pamphili sit, non de sexto. Errat deinde dum §. 3. tradit, nec ipsum quidem Hieronymum constanter librum illum attribuisse Eusebio, sed semel atque iterum dixisse, esse potius Didymi aut cuiusvis alterius, quam Eusebii aut Pamphili. Nusquam hoc Hieronymus putavit, sed ubique constanter asseruit, librum illum esse Eusebii, quem testatur vidisse se, ac legisse in bibliotheca Cæsareensi, at a Didymo vel Rufino correctum ablatis iis, quæ pro Arii hæresi Eusebius inibi posuerat, & eo pacto a Rufino sub nomine Pamphili publicatum. Do verba Hieronymi in Apol. 2. *In Cæsariensi bibliotheca Eusebii sex volumina repperi* ἀπολογίας Ὠριγένους. *Quæ cum legissem, primum eum librum deprebendi, quem tu solus sub nomine martyris edidisti, de filio & Spiritu S. in bonam partem plerisque blasphemiis commutatis: et boc vel Didymum vel te vel alium fecisse nescio quem, qnod tn apertissime in libris Peri-archon fecisse convinceris.* Errat tertio, dum in eodem §. 3. Hieronymum reprehendit, quod scripsit, in illo primo volumine mentiooem fieri sequentiom: *Nam in illo primo volumine*, inquit, *quod totum legi non semel, sed sæpius, nulla prorsus facta est librorum sequentium mentio*. Imperite: Hieronymus non loquitur de primo libro, prout corruptus fuit a Rufino, sed prout in autographo Cæsareensi ab se lectus fuit, dicens in primo libro sequentes appellari, & in posterioribus primi libri fieri meotionem. Ver-

A ba Hieronymi in prima Apologia sunt: *In ipso volumine, quod tu Pamphili simulas, sequentium librorum facta mentio est. In secundo quoque & reliquis dicit Eusebius, quod in primo iam ante dixerit, & quod eadem repetere non debeat*. Errat quarto, immo pessimam calumniam Hieronymo struit, dum §. 2. loquens de Apologia Pamphili, quam initio quidem etiam S. Doctor eidem Pamphilo adscripserat, postea vero fraude detecta Eusebio legitimo auctori adiudicavit, hæc asserit. Ea, *quæ ipse in constanti ac matura ætate, & firma adbuc memoria, placidoque animo conB scripserat, plus mereri apud æquos indices fidei, quam ea, quæ præcipiti ævo & recordatione fluxa & mente præsertim ex quibusdam circa res literarias dissidiis nonnibil exulcerata per palinodiam exaravit*. Vide quo malæ causæ defensio hominem præcipitem egit? Noo illom pudet *recordationis fluxæ* Hieronymum arguere, qui oon modo eorum, quæ prius scripserat, optime meminit, verum etiam aperit, cur per errorem illa exaravit? Audi Hieronymum lib. 2. Apologiæ prioris hæc scribentem: *Etiam ante annos ferme decem, cum Dexter amicus meus, qui præfecturam C administravit Prætorii, me rogasset, ut auctorum nostræ religionis ei indicem texerem, inter ceteros tractatores posui & bunc librum a Pampbilo editum ita putans esse, ut a te & tuis discipulis fuerat divulgatum. Itaque fraudem tuam errori meo imputare non debes.* Et Apol. 2. *De tuo codice quasi Pampbili exemplar accepimus. Credidi Christiano, & credidi monacho, non putavi tantum sceleris a te posse confingi*. Certe Hieronymus in lib. de Script. Eccles. loquens de Pamphilo ait: *Scripsit antequam Eusebius scriberet, apologeticum pro Origene*. Quod falsum est, nam Eusebius, una simul secum scriprum D illud fuisse a Pamphilo aotumavit. In Rufinum igitur tota culpa devolvitur, cum Hieronymus a Rufino se deceptum testetur. Et quidem Halloix nobilioribus S. Hierooymi scriptis auctoritatem subtrahit, quod ea scripserit *ævo præcipiti ac recordatione fluxa*. Ille enim post lites illas cum Rufino, immo & eodem mortuo, etiam Dialogorum libros contra Pelagianos procudit, aliaque conscripsit, quæ inter eiusdem codices principem sibi ferme vindicant locum.

Volo hic insignem Rufini fraudem monstrare. Cum legerem Gennadii librum

brum de Scriptoribus illustribus, io capite 17. ubi de Rufino agit, hæc adnotavi ab eodem de Rufioo scribi: *Iaterpretatus est etiam sententias Pamphili martyris adversum mathematicos*. At cum apud Eusebium, cuius verba producit Hieronymus in prima Apologia, habeamus Pamphilum proprii operis nihil omnino scripsisse, ea statim cogitatio animum subiit, undenam Gennadius adversus mathematicos operis alicuius Pamphilum auctorem habuerit? A Rufino in errorem inductum cognovi. Hic in priori Iovectiva contra D. Hieronymum ait: Macarius *cum opuscula adversus fatum vel mathesim haberet ia manibus, eaque utili ac pernecessario labore componeret* &c. *Quid porro Origeaes, quem opinatissimum apud Græcos audierat, sentiret de talibus percunctatur, breviterque sibi eius de siagulis quibusque seateatias orat exponi. Ego rem primum dicebam factu esse difficilem, sanctum tamea Pamphilam martyrem dixi quadam ex parte tale aliquid operis coascripsisse ia apologetico suo. Coatinuo id sibi poscit ia latinum verti. Nullum dicebam me usum huiuscemodi operis habuisse, & ad latinum sermoaem tricennali iam pæne iacuria torpuisse. Perstitit tamea deprecans, qualicumque sermoae notitiam sibi tantum eorum, quæ cupiebat, ostendi. Cumque id, quo potui sermoae, fecissem, maiori desiderio accensus est ad illa ipsa plenius cognosceuda, e quibus pauca illa, quæ transtuleram, videbantur assumpta*. Aitqoe se precibus eiusdem victum libros Peri-archoo traostulisse. Vide quæso suasmet imposturas fatentem reum. Scribit Rusinus, *S. Pamphilum martyrem* contra mathematicos *aliquid operis conscripsisse in apologetico suo*, & Macarium amicum deprecatum ex Pamphilo *notitiam sibi tantum eorum, quæ cupiebat, ostendi*. Additque se *id, quo potuit sermone, fecisse*. Ita scribit latino sermone Apologeticum pro Origene, quod Macario eidem nuncupavit. At io hoc apologetico nihil probatum legitur contra mathematicos vel fati' assertores, sed tantom de Patre, de Filii æternitate & consubstantialitate, de S. Spiritus divinitate, de Verbi Incarnatione, ac Christo Domino, de pœnis damnatorum, & de animarum transmigratione ibidem disseritur. Quodnam igitur opus contra mathematicos Pamphilus scripsit, quomodo eorum, quæ Macarius scire cupie-

A bat, ootitiam, Rufine, tradidisti? Contra fati assertores instroi ille vult, & alia a te magni hiatus promissore edocetur. Eo imposturæ origo. Eusebius sex libros apologeticos scripsit pro Origene, in quorum aliquo addocit dicta Origenis contra mathematicos. Rufious volebat quidem integros sex libros transfetre, sed veritus ne inscripto oomine S. Pamphili, ex numero librorum ipsissimi Eusebii esse statim cognoscerentur (Hieronymus eoim io Catalogo librorum Eusebii sex apologeticos eiusdem pro Origene numeraverat) vix primum interpre-
B tatus maoum de tabula amovit, & Peri-archon librorum versionem aggressus est. Noluit tamen translatum apologeticum ioscribere *primum librum*, quo uous a S. Pamphilo compositus haberetur, atque de reliquis Eosebii libris omnis prorsus suspicio tolleretur. Quæso te Halloix, si Rufinus probe novit, S. Pamphilum in reliquis operis illius libris contra mathematicos scripsisse, cur illa, uti rogabatur a Macario, non est interpretatus? cur apologeticum *primum librum* non inscripsit? cur illius tantum in
C præsatione ad Macarium mentionem fecit, ac si nihil aliud pro Origene Pamphilus elaborasset? At dicis, primum librum tantom esse totum a S. Pamphilo scriptum, coius nec versus Eusebii sit. Belle tibi ista fingis sine teste: at Rufious contra mathematicos *aliquid operis* scripsisse Pamphilum narrat, oulla Eusebii mentione facta. Audio Rufinum isthæc ad Macariom in præsatione scribentem: *Librum* Pamphili, *quem pro Origeae ia Græco scripsisse traditar, transferri tibi poposceris ia latinum*. Ita passim & ubique loquitur, ac si translatum a se tao-
D tum unicum illum librum S. Martyr composuisset. Verum non semel io his se dolis Rufinos exercuit: nam quo Origenis scholam quacumque arte promoveret Sexti Philosophi ethnici librum sententiarum publicavit specioso titulo apposito S. Xysti Pontificis & martyris, quo quidem libro usus est Pelagius ad liberum arbitrium supra gratiam erigendum, & initio etiam id credidit S. Augustinus, ut patet ex lib. de Nat. & grat. cap. 64. quem tamen errorem corrigit 2. Retract. cap. 42. a Hieronymo forte admonitus, qui in epistola ad Ctesiphontem de Rufino dudum mortuo scripserat:

Illam autem temeritatem, immo insaniam eius quis digno possit explicare sermone, quod librum Sexti Pythagorei hominis absque Christo atque ethnici immutato nomine Syxti martyris & Romanæ ecclesiæ Episcopi prænotavit &c. Quare idem Sanctus lepide olim his Rufinum perstrinxit in priori Apologia: *Cum tantam habeas licentiam nominum immutandorum, ut de Eusebio Pamphilum, de hæretico martyrem feceris, cavendus homo & mihi maxime declinandus, ne me repente, dum nescio, de Hieronymo Sardanapalum nomines*. Quis igitur Rufinum auctorum nomina immutare solitum procul ab his insidiis in apologetici pro Origene editione putabit, Hieronymo hominis fraudes repetitis exemplis confirmante? Sed dolum dolo auxit, dum primum Eusebii librum baud fideliter interpretatus est; nam Hieronymus, qui oculatus testis utrumque contulit, & Pamphili a Rufino editum, & primum ex sex libris Eusebii, scribit in priori Apologia: *Quamvis de Eusebii libro multa subtraxerit*. Et postea: *Cumque de ipso libro, quem Pamphili simulas, multa perverteris*. Quæ quidem, nisi vera essent, numquam coram Orbe catholico, coram tot illius ætatis hominibus doctissimis, quibus integer oculorom atque aorium usus erat, tanta confidentia magnus Ecclesiæ Doctor asseverasset.

Qui vero post Eusebium Pamphilum martyrem pro Origene apologeticum scripsisse prodiderunt, quorum testimonia initio statim adducta sunt, nempe Socrates, Nicephorus, & Photius Eusebii Ariani hominis fidem secuti sunt. Socrates certe Origenem impensius coluit, ut patet ex lib. 6. cap. 13. ubi Origenis adversarios bis excipit, quos inter oumerat S. Methodium, & magnum Theophilum Alexandrinum: *Homines nullius momenti, & qui sua ipsorum virtute nequeunt emergere, per hoc aliquid existimationis acquirere volunt, quod potiores viros carpunt*. Et lib. 7. cap. 45. ait: *Subit autem mihi admiratio, quomodo livor Origenem etiam mortuum presserit. Ille namque post ducentos annos a morte sua a Theophilo est excommunicatus*. At Theophili seotentiam universa Ecclesia approbavit, ut lib. 1. Hist. Pelag. cap. 2. ostendimus, immo & eiusdem scripta contra Origenem, quæ Halloix iniuriose carpit, S. Gelasius cum Romana synodo in decreto de libris recipiendis una cum aliorum Patrum, qoos nominat, voluminibus dicit se approbare *opuscula beati Theophili Alexandrini Episcopi*. At Socrates non unicum librum apologeticum scriptum fuisse a Pamphilo narrat, sed plures, inquiens: *Meminit autem eius & Pamphilus martyr in libris, quos de Origene lucubravit*. Eumdem vero Pamphilum non solum illos scripsisse, sed una cum Eusebio idem affirmat lib. 3. cap. 5. ubi: *Testes horum fide digni sunt S. Pamphilus, & qui ab ipso cognomen traxit Eusebius; uterque enim communiter vitam Origenis commendantes* &c. *composita pro illo insignibus libris apologia* &c. Cur igitur Rufinus unum librum sub unius tantum Pamphili nomine publicavit, cum ille *primus* inscribendus foret, & auctoribus Eusebio & Pamphilo, si Ariano Cæsareensi & huius auctoritatem secuto Socrati Origenistæ fides habenda est? Nudatur omni pallio Rufini dolus, nec superest lacinia, qua se quacumque parte tegat, iisdem enim testimoniis convincitur, quibus illum potenter defendi Halloix novus Origenis advocatus existimavit. Sane vidit Rufinus, quantum auctoritatis liber ille perderet, si Eusebiana manu vel ex parte cooscriptus probaretur. Et quidem Eusebius licet in Historia ecclesiastica dicat, se libros illos a Pamphilo adiutum scripsisse, illis tamen suum ipsius tantum oomen inscripsit, eoque pacto vulgati suot, ut ex catalogo Scriptorum S. Hieronymi cap. 81. probabam; sciebat enim Eusebius S. martyrem nullam vel levem in illis operam posuisse. Testimonia Photii ac Nicephori, qui idem ex Eusebio post plura sæcula exscripserunt, eodem modo accipienda sunt.

Hæc fusius, quam nostrum institutum poscebat, congessisse contra Rufinum eiusque defeosorem forte videbor, sed longiorem in iis moram suasere Hieronymi monita exclamantis in epistola ad Ctesiphontem tantum fraudis a Rufino admissum, *ut librum primum sex librorum defensionis Origenis Eusebii Cæsariensis (quem fuisse Arianum nemo est qui nesciat) nomine Pamphili martyris prænotaret, quo scilicet egregia illa quatuor Origenis περὶ ἀρχῶν volumina latinis infunderet auribus*. Quis enim libros Origenis non recipiat, quos a S. martyre probatos ac defensos fuisse cognoverit? Profecto S. Pamphili apologeti-

logeticum libris Peri-archon seu de principiis ab iovidorum accusationibus tùtandis cusum fuisse fatetur, immo gloriatur Halloix in fine quæstionis primæ libri quarti scribens: *Ego quidem divinæ attribuo providentiæ, quod eius quoque libri defensioni, qui maxime oppugnatur, libri inquam de principiis optimum ac potentissimum suscitarit defensorem sanctum Pamphilum martyrem*. Vah quam diversa sunt Divorum atque hominum iudicia! Hieronymus id Rufino *temeritati, immo insaniæ* vertit in epistola ad Ctesiphootem, quod Halloix *divinæ attribuit providentiæ*. Utri magis credendum? Illi libri Peri-archon totius vetustioris Ecclesiæ sententia reprobati sunt. Contioere illos impia dogmata scribit S. Aoastasius Papa ad Iohaonem Hierosolymitanum, additque eosdem Ecclesiam maculare, probatos mores evertere, aures circumstantium vulnerare, iurgia, iras, dissensionesque dispooere, piorum mentes immissa sui caligine labefactare. *Detestanda plurima, scorpiones, & colubros* habere scribit Hieronymus Avito. *Ineptias, & digna odio ac inimica Deo verba*, S. Epiphanius epistola ad Iohannem Hierosolymitanum. Quos cum *sanctus vir Pammachius legisset, exhorruit & inclusit scrinio, ne prolati in vulgus multorum animos vulnerarent*, Hieronymo teste in laudata epistola. Horum, inquam, librorum *divina providentia*, si Halloix ulla fides habetur, *optimum ac potentissimum suscitavit defensorem S. Pampilum martyrem*. Unius Pamphili ducatum io defendendo Origene secundum se idem protestatur io præfatione libri quarti bellissimas inibi fabellas nectens; sed quid aliud diceret, qui *Origenis nugas fabulasque*, ut loquitur synodus VII. io definitione fidei, defensurus erat? Fingit sibi veritatem hæc intimasse: *Comitem habebis in omnibus, fautricemque veritatem. Ac ne diffidas, eum tibi ducem providebo, cui resistere nulli queant adversarii, ducem scilicet belli scientissimum, & certæ harum rerum notitiæ indagatorem sagacissimum. Dux enim tuus in hac Origenis mei & tui defensione, futurus est ille nominis amabilissimi beatus Pamphilus, ille martyrum sui ævi nobilissimus, ille germanorum Origenis scriptorum propugnator acerrimus, qui & apologiam pro illo fortissimam primus omnium exaravit, & illos errores, quos quidam partim ignari, partim invidi, partim malevoli inique ipsi affingebant, ab illo longissime atque certissime propulsavit*. Hæc pars prologi est, in quo veritatis sese familiarem venditans, auditores ad reliquam fabulam, quam satis prolixam ludit, benignis auribus excipiendam promptiores reddere conatus est. Porro eadem veritate suadente his se vindicandam S. Pamphilo apologiam animatum scripturit: *Tantum hoc sedulo age, ut puram putam in omnibus Dei Optimi Maximi gloriam quæras, iisdem vestigiis in protegendo Origene, quæ Pamphilus meus olim expressit, gradiare. Ita minime tibi difficile fuerit, quam ille conscripsit Apologiam, hanc ipsi ut germanissimam, sicuti revera est, qua ratione qua auctoritate vindicare. Quod proinde (quando magna pars in eo sita est victoriæ) primo tibi loco aggrediendum, ac toto nisu perficiendum est*. ibidem. Si coocilia erroris arguere, Pontifices ignorantiæ insimulare, sanctos Patres invidiæ, oblivionis, inconstantiæ, livoris, inscitiæ, ac denique malevolentiæ incusare, Origeoem schismaticum atque hæresiarcharum pessimum ab Ecclesia pronunciatum defendere, haud equidem est *Dei Optimi Maximi gloriam quærere*, sed Divorum auctoritatem elevare, ac propriæ famæ iacturam facere. Nullam librorum Peri-archon defendendorum rationem meliorem inveoire potuit, quam ab Apologia Pamphilo afficta viam sibi aperiens, fassus enim est, *magnam partem in eo sitam esse victoriæ*. Hinc veluti in arce causæ de apologia Pseudo-Pamphili mihi cum adversario pluribus litigandum fuit, ut tanti nominis patrono libri Peri-archon a Pelagianorum magistro exarati nudarentur. Hieronymus impium duxit Christi martyrem Arianæ hæresis sectatorem fieri, unde quod apologeticus ille liber Ariaoismum saperet, a Pamphilo scriptum fuisse oegavit. Quare cum Pelagii errores ac capitalia superbæ hæreseos theoremata in iisdem libris Peri-archon tradantur, sancti martyris famæ interesse arbitratus sum, eumdem a Pelagianorum deliriis vindicare; illa eoim Pelagiaoa dogmata auctor Apologetici correxit, immo loquens de amimarum productione eadem repetita assertione probavit.

Huic capiti aodax hominis dictum coronidem imponet, ita enim loogior nostra

ſtra hæc contra Origenem diſſertatio terminum habebit. Quando in factiones dividimur, eos qui noſtræ ſectæ amici ac defenſores ſunt, impenſius diligimus, noſtramque eiſdem, ubi occaſio fert, operam libentiſſime commodamus. Hinc factum eſt, ut Halloix, cum videret Euſebium Cæſareenſem tot apologeticis editis de cariſſimo ſibi Origene benemeritum, haud paſſus ſit hunc ipſum tamquam Arianum accuſari. Itaque de collegæ fama ſollicitus omnem ab eo Arianæ hæreſeos ſuſpicionem excutere pertentavit vociferans libro 4. q. 1. §. 4. *Verum de Euſebio & de recta eius doctrina, quam nonnulli perperam ſugillarunt, alibi tractamus; de quo cum ſcripſero, quid mihi videtur, libenter audiam, quid alii ſentiant*. Et antea ſtatim dixit Hieronymum *haud recte* ſuſpicatum, quod Euſebii libri apologetici pro Pamphilo *ſectam Arii redolerent*. Euſebium Arianum fuiſſe certiſſimum eſt. Etenim S. Athanaſius in epiſtola de decretis Nicænæ ſynodi hæc ſcribit: *Euſebius ex Cæſarea Palæſtinæ, cum pridie abnegaſſet, in eamdem ſententiam tamen poſtridie ſubſcripſit, quam etiam Eccleſiæ legendam miſit, dicens eam eſſe Eccleſiæ fidem & Patrum traditionem* (nempe filium eſſe Patri æterno conſubſtantialem) *omnibuſque manifeſto apparuit eum prius & temere erraſſe, & fruſtra contra veritatem pugnaſſe*. Quare cum ſex illos libros apologeticos ante ſynodum Nicænam ſcripſerit, nam vivente Pamphilo illos exaravit, qui paſſus eſt ante Conſtantini baptiſmum, tum temporis eoſdem dictavit, quando teſte Athanaſio *temere errabat*. Et quidem ipſe Arius in epiſtola ad Euſebium Nicomedienſem ſcribit, ſibi adhæſiſſe Euſebium Cæſareenſem, unde idem Euſebius a S. Alexandro Patriarcha Alexandrino excommunicatus fuerat: *Et quoniam*, inquit, *Euſebius frater tuus Cæſareenſis & Theodotus & Paulinus* &c. *aſſerunt priorem eſſe Deum Filio ante principium, anathema ſunt facti*. Euſebium vero Cæſareenſem primum fere Epiſcoporum literas pro Ario quaquaverſum ſparſiſſe teſtatur Arianæ factionis coryphæus Euſebius alter Nicomedienſis, qui contra S. Athanaſium peſſimæ factionis, quam etiam Euſebianam dixere, auctor fuit, in literis ad Paulinum Tyriorum Epiſcopum, in quibus exemplo Euſe-

A bii Cæſareenſis hortatur ipſum ad ſcribendum pro Ario: *Neque ſtudium*, inquit, *Domini mei Euſebii pro veritatis defenſione ſuſceptum, neque tua de eadem re taciturnitas in ſilentio quidem iacet, ſed ad noſtras uſque aures utrumque perlatum eſt. Nos, ut par fuit, magno gaudio a Domino noſtro Euſebio, a te dolore affecti ſumus*. has literas refert Theodoretus libro 1. cap. 5. Quare duo illi Euſebii Ariani currus biiuges iure merito ſunt appellati. Literæ Euſebii Cæſareenſis pro Ario ſcriptæ recenſentur in ſynodo II. Nicæna act. 5. quarum blaſphemias cum B Patres audiviſſent, exclamarunt: *Hic reliquis nobis maiore odio perſequendus*. Itemque: *Anathema & libris & illis, qui illa legunt*. Et Legati Pontificii addiderunt: *Ipſa lectio indicat, quod Arianorum ſententiam ſapiat, habet enim ante lectus Euſebii Pamphili liber & alias blaſphemias, quas ſynodus audire reſpuit*. Inter alias negat Filium eſſe verum Deum, inquit enim in epiſtola ad Euphrationem: *Ut cognoſcant te ſolum verum Deum, non ut uno ſolo exiſtente Deo, ſed ut ſolo uno exiſtente vero Deo, cum maxime neceſſaria adiectione vero: quandoquidem & ipſe quidem Deus* C *filius, ſed non verus Deus, unus enim eſt & ſolus verus Deus, quia neminem habet ante ſe*. Lege ibi alia.

In Nicæna ſynodo Euſebius uterque ſubſcripſit catholicum ſymbolum, ſed Euſebium Cæſareenſem *paululum ſubſtitiſſe*, ſcribunt Socrates libro 1. cap. 8. aliique. Epiſtolam ad ſuos Cæſareenſes Nicæa dedit, in qua ſynodalis ſtatuti rationem aſſignat; illam autem Cardinalis Baronius examinat ad annum 325. Certe ob illud factum Ariani Euſebium reprehenderunt, *defectionem ipſius* inſimulantes, teſte Theodoreto libro 1. D Hiſtor. Eccleſ. cap. 12. An vero manu æque ac mente fidem Nicænam ſubſcripſerit, ex iis, quæ poſtea contra Athanaſium ſtruxit, dubium fecit. De illo dixit Socrates libro 1. cap. 23. quod *bilinguis iudicatus eſt*. Etenim prævalente Antiochiæ Arianorum factione urbe pulſus fuit magnus Antiſtes Euſtathius, qui, ut ait Hieronymus in epiſtola ad Evagrium 126. *contra Arium clariſſima tuba cecinit*, atque Euſebius ab hæreticis in Epiſcopum ab Imperatore Conſtantino flagitatus fuit, quod illum magnum Arii defenſorem norant. Imperatoris ea

de re

de re responsum refert idem Eusebius lib. 3. de Vita Constantini cap. 57. Cum vero Eusebiani graves contra Athanasium Arianorum hostem insensissimum ubique turbas darent, Constantinus, qui ex falsis hæreticorum delationibus in pravam de Athanasio opinionem abierat, synodum Cæsareæ in Palæstina fieri mandat. Athanasius autem ad illam, ut scribit Sozomenus libro 2. cap. 25. *vocatus non obedit, Eusebii illic Episcopi & eius, qui Nicomediæ erat, aliorumque, qui cum istis erant, malitiam veritus*. Quis igitur Eusebium Pamphili Arii fautorem negabit, cum Athanasio hostis extiterit, qui eum solis Arianis inimicitias exercuit, catholicis omnibus semper carissimus? Verum paulo post coactæ apud Tyrum synodo una eum ceteris interfuit Athaoasius ita iubente Constantiuo. De qua re S. Epiphanius libro 2. con. Hæreses num. 68. ubi agit de secta Meletii hæc narrat: *Et iussit iudicare causam hanc Eusebium Cæsareæ Episcopum & alios quosdam, erant autem hi quodammodo magis inclinati ad Arianorum vanitatem*. Ibidem raræ libertatis exemlum cum perpetua Eosebii iosamia dedit S. Potamon Heracleæ Episcopus oeulo ob Christi fidem in persecutione orbatus. Hic enim, do verba S. Epiphanii, *quum vidisset Eusebium sedentem ac iudicantem, & Athanasium stantem, superatus tristitia, & lacrymans ob ea, quæ apud veritatis professores fiunt, iuvectus est voce magna contra Eusebium, ac dixit: Tu sedes Eusebi, & Athanasius innocens existens a te iudicatur, quis tulerit talia? Dic vero mihi tu: Nonne mecum fuisti in carcere tempore persecutionis? Et ego quidem oculum amisi pro veritate, tu vero nihil mutilatum in corpore habere videris, neque testimonium per confessionem præbuisti, sed stetisti vivens nulla parte detruncata. Quomodo discessisti e carcere, nisi quod promisisti his, qui necessitatem persecutionis nobis intulerunt, id quod nefarium est, te facturum esse, aut certe fecisti*. Geoerosis illis vocibus Eusebius perterritus conventum dissolvit, misitque Ursacium & Valentem contra Athanasium inquisitores. Ex his emissariis ac satellitibus an Cæsareensis fuerit Arianus, quis non intelligat? Hinc apud veterem Ecclesiam adeo certum erat, Eusebium Arii studiosum fuisse, ut id omnes citra du-

A biom pro comperto habereot. S. Hieronymus in epistola ad Ctesiphootem mentionem facit *Eusebii Cæsariensis, quem fuisse Arianum nemo est, qui nesciat* &c. Idem libro primo contra Rufinum ait: *Eusebius Cæsariensis Episcopus Arianæ quondam signifer factionis*. Et lib. 2. meminit *Eusebii Arianorum principis*. In synodo VII. œcumenica actione 6. hæc leguntur: *Etiam Eusebius Pamphili ab illis in testem advocatur, qui tamen ab omni catholica Ecclesia Arianæ hæresis defensor esse cognoscitur*. Item: *Quis enim fidelium in Ecclesia, quive verorum dogmatum scientiam habet, B ignorat Eusebium Pamphili in reprobum sensum traditum consensisse Arii placitis?*

Verum Halloix §. 4. in fine reponit pro Eusebio: *Quos quidam putant in illo fuisse errores, ostendam fuisse Græcorum sanctorum Patrum, quos ipse studuit imitari, vulgatas opiniones, nec pro erroribus tunc habitas*. Quod Patres ac synodi indicarunt de Eusebio, *quosdam*, nempe paucos id putasse fingit: sed ista relinquamus. Fateor quidem nonnullos Patres de Filio Dei eo prorsus modo, quo Eusebius, alicubi locutos esse, sed cum illi orthodoxi fuerint, atque io aliis libris re- C ctam de Filio Dei sententiam exposuerint, in bonam partem trahendi sunt, ubi iis vocabulis ac phrasibus usi fuere, quas postea Ariani usurparunt. At Eusebius, cum Arianæ illum hæresis sectatorem fuisse ex Arii, Eusebii Nicomediensis, nec oon magni Athanasii testimoniis constet, non est cur in bonam partem eius verba interpretatione prorsus violenta trahantur. Certe quæ in synodo Nicæna II. ex eius epistolis adducootur, si recte explicare poterit Halloix, eadem plane facilitate Arium quoque catholicum venditabit, ac Nicænos Pa- D tres iniustos iudices publicabit. Quod vero Eusebius symbolum Nicænum subscripsit, nullam eidem defensionem parat, nam hoc gravi doctissimi Patris S. Nicephori Patriarchæ Constantioopolitani testimomio convincuntur, qui cum Halloix Cæsareeosem Arianum inde excusant: *Eusebius*, ait, *fuit Arianæ insaniæ princeps, & plura & peiora, quam omnes Ariani, in filium Dei & D. N. Iesum Christum & Deum contumeliose & impie protulit* &c. *Qui autem impium eius dogma amplexi sunt, & aiunt pœnituisse eum, & a synodo susceptum esse, sciant falsum esse; siquidem*

siquidem post aliquot annos, cum nonnulli ex simplicioribus eum in ecclesia commemorarent, coacta est synodus Alexandriæ, & istis quidem pœnas constituit, memoriam vero eius ex ecclesia deleverunt, & tamquam ab hac sancta synodo eiecto nequaquam in ecclesia memoria eius habetur. contra Iconomaehos eap. 2. In eamdem sententiam in synodo septima act. 6. Epiphanius hæc de Eusebio pronunciavit: *Labris illum dicimus veritatem coluisse, corde autem longe ab ea absuisse, quemadmodum & omnes epistolæ illius & commentaria ostendunt*. Postea: *Verum pro illis epistolis suis nusquam apologiam conscripsit, mansit enim Æthiops non commutans cutem suam*. Qui ergo hunc Æthiopem lavare conantur, non modo operæ, verum etiam & famæ iacturam faciunt, insignem hæresis professorem adversus Patrum synodos excusando. Hine

A eonstat Halloix Origenis advocatum tota causa eadere, dum damnatos a synodis præpostero prorsus eonsilio defendere pertentat. Haud tamen necesse fuit, nos in illo refellendo tantum operæ ac laboris impendere, nam olim a S. Gelasio Papa Hieronymo contra Rufinum eausa adiudicata fuit hae plane sententia irrevocabili: *Quoniam B. Hieronymus eum*, scilicet Rufinum, *in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ prædictum B. Hieronymum sentire cognoscimus, & non solum de Rufino, sed etiam de diversis, quos vir sæpius memoratus zelo*

B *Dei & fidei religione reprehendit*. Item: *Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus, reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda*. hæc ille.



APPEN-

APPENDIX.

Iuliani Pelagiani laudatores, Cassiani & Fausti Semipelagianorum defensores confutantur.

HUc usque Origenis ac Theodori Mopsuesteni Apologum confutavimus; nostra enim intererat, in id operis diligenter incumbere, qui Pelagianos, quos inter utrumque & primo quidem loco fuisse certum est, ab Augustino plene convinctos & ab Ecclesia orthodoxa rite damnatos iusto volumine ostendimus. Monet vero hoc loco idem studium, quod Augustinianæ doctrinæ ac Romanæ in primis ecclesiæ debemus, ut nescio quos stultissimos Iuliani Pelagiani defensores, itemque quosdam Cassiani ac Fausti Reiensis, quos una cum Iuliano inter reprobatos a Romana Sede scriptores S. Gelasius Papa in synodo recensuit, importunos, ut mitius loquamur, laudatores seu propugnatores reiiciamus, quod ubi feliciter (neque enim magnæ difficultatis res est) præstabimus, Pelagianæ sectæ quocumque patrocinio ac laude nudatæ deformitas apparebit.

CAPUT I.

Probatur S. Augustinum satisfecisse argumentis Iuliani. Sex libri contra eumdem Iulianum recens inventi S. Augustino auctori a synodis attributi. Egregium de iisdem Marii Mercatoris testimonium.

HÆresis Pelagiana sacris Vaticani securibus percussa, ac Imperatorum edictis confixa vix spiritum trahebat, cum Iulianus Eclanensis Episcopus Pelagio ac Cælestio sectæ magistris tot circumquaque strepentibus fulminibus territis ac latitantibus, iuvenili arrogantia desperatam causam suscipiens contra Augustinum in aciem prodiit, ac diuturniori certamine S. Doctorem exercuit, eo sane eventu, ut omnium sapientum consensu penes Augustinum integra victoria steterit. Erupit tamen oudiustertius nescio quis Aristarchus, qui ingenti temeritate, immo stultitia e victoris manu palmam eripere, devictique hæresiarchæ caput eadem coronare pertentavit, vociferatus Augustinum in Iulianano bello inferiores partes tulisse. Impudentissimi Sycophantæ voces ecclesiastici exercitus Imperatori adeo iniuriosas probi quique execrati sunt. Doctissimus P. Magister Iohannes Rivius Belga Augustinianus ignavissimi Zoili deliria eruditissime explosit lib. 4. de Vita Augustini cap. 10. Anno 1650. die 28. Martii Vallisoleti in Hispania sacri fidei Censores vigintiduas propositiones D suppresso auctorum nomine damnarunt, quippe quæ erant, ut aiunt, *nimium iniuriosæ sanctitati, pietati, & doctrinæ unius columnæ Ecclesiæ catholicæ, qualis est gloriosus Pater Augustinus*. Edictum typis excussum per universam Europam publicatum est. Porro eas inter theses hæ tres recensebantur.

9. *Augustinum Iuliani argumentis non satisfecisse.*
10. *Si triumphi Ecclesiæ de Pelagianis niterentur posterioribus Augustini scriptis, immerito de illis Ecclesia triumphasset.*

 11. Volen-

11. *Volentes sustinere partes Iuliani non posse Augustini rationibus convinci.*

Quinam isti homines fuerint, nec scio, nec inquiro: certe eos novit Sacra Facultas Theologorum Lovaniensium, quæ easdem contumeliosas propositiones proscripsit. Hoc tamen mihi plane compertum est, Iohannem Adamum nihilo melius esse locutum. Etenim ubi innominati illi dixere, volentes sustinere partes Iuliani non posse Augustini rationibus convinci, Adamus hæc scripsit: *Contendimus ipsius* Augustini *arma omni ex parte inexpugnabilia non esse, sint licet illustria. Neque enim in sententiarum suarum & fundamentorum, quibus eas confirmat, delectu adeo felicem esse (ut demonstrabo, si mihi illud iniunctum fuerit) quin mentibus nostris plenissimam ipsius doctrinæ non consentiendi, immo oppositam partem tuendi libertatem relinquat.* lib. 3. sui Calvini destructi cap. 3. pag. 581. Igitur si adeo debiles Augustini rationes sunt, Iuliano non multum negotii facesserunt, facileque subtilissimi vir ingenii illas vel elusit, vel elisit. Addunt illi Augustinum argumentis Iuliani non satisfecisse. At Adamus hæc insuper in Augustini commendationem scripturivit: *Sæpissime S. Augustinus fassus est, difficultates aut a se ipso, aut ab adversariis factas in hac materia datas abs se responsiones excedere, mentemque suam magis obiectionibus vexari, quam solutionibus acquiescere.* ibidem cap. 6. pag. 611. Itaque si qua viro fides, obiectiones Pelagianorum, quibus omnibus sese Iulianus *anteponebat* ex fine lib. 2. con. eumdem, excesserunt responsiones S. Augustini, quod perinde est, ac Augustinum non satisfecisse argumentis Iuliani. Tota sane causa cecidisset Augustinus, si apud istos iudices debilibus adeo argumentis innixus cum Iuliano litigasset.

Hic Iulianus dialecticis ac philosophicis disciplinis excultus ceteris Pelagianis pro hæresi defendenda operosius laboravit. Profana literatura tumidus irridebat sanctorum Patrum synodos, quod illi nescirent, *iuxta categorias Aristotelis* de dogmatibus iudicare: ausus Augustinum ipsum philosophum sapientissimum ignominiæ causa *philosophastrum*, *Aristotelem Pœnum*, *physicum novum* nuncupare. Augustinus initio statim lib. 1. con. Iulianum cap. 1. hæretici ratiocinationes *elaborata argumenta* dixit, affirmans etiam

A in fine lib. 2. eumdem ad pugnam descendere *rationis tuba inflata*. Ubi etiam S. Doctor victoriam inani sibi plausu canentem Pelagianum irridet: *Quid est*, inquit, *quod exultas, & mihi quasi victor insultas, tamquam non invenirem, quid facerem, quo confugerem, si iudicum premerer potestate, si in medio eruditorum consisterem tecum?* Iulianus certe gloriabatur, Augustinum suis argumentis nullam satis aptam responsionem reponere: *Ita enim*, inquit ibidem S. Pater, *tibi ponis ante oculos nostrum in disputatione certamen, & te arguméntante, me quid respondeam, non habentem* B *fingis, ut placet.* Cum Augustinus probe intelligeret, cum quo sibi hæretico luctandum foret, omnes vires collegit. Hinc libros priores contra eumdem modestissimus alioqui vir vocat *tantum tamque elaboratum* opus lib. 2. Retract. cap. 62. Ibi vero omnium hostilium argumentorum machinas fregit. Audiatur lib. 3. cap. 1. *Ne longum faciam, non omnia verba tua ponam, sed si Dominus adiuverit, tuarum velut acutarum argumentationum nihil non solutum destructumque dimittam.* Itemque lib. 1. in fine adversarii argumenta deprimit, nec pili quidem facit: *Vitreas*, inquit, *ar-* C *gutias tuas, & fragilia, quibus tibi multum videris acutus & nitidus, argumenta confringam.* Sane S. Doctor omnibus Iuliani argumentis se plene satisfecisse professus est; ita enim in libri ultimi epilogo scripsit: *Ad omnia me tibi respondisse, Iuliane, & omnia refellisse* &c. *puto quod perspicis, si pervicax non sis.* Cum vero Iulianus lib. 1. Oper. imperf. c. 15. dixisset: *Nihil itaque ibi de omnibus Augustini argumentis & propositionibus inexplosum remansit.* S. Pater respondit: *Hoc quidem dicis, sed tu dicis, qui autem legit & intelligit, si non Pelagianus est, hoc non dicit.* Sed sibi in sua causa favens D sit iudex Augustinus, ad alios provoco.

Cum duæ Iuliani literæ Bonifacio summo Pontifici traditæ essent, quarum unam Romam, alteram Thessalonicam miserat, ut Latinis ac Græcis auribus Pelagianismum ingereret, Pontifex easdem ad Augustinum refellendas transmisit, de quo S. Prosper in libro contra Collatorem cap. 42. hæc scribit: *S. mem. Bonifacius Papa cum esset doctissimus, adversus libros tamen Pelagianorum B. Augustini Episcopi responsa poscebat.* Unum Augustinum furenti Iuliano apostolica Sedes opposuit, adeo illius ingenium, doctri-

næ

næ vetitatem", argumentorum robur perspectum habuit. Quare si Augustinus Iuliani argumentis non satisfecit, neque suis eumdem ratiociniis convicit, Ecclesia ipsa in Angustino victa fuit, quod impium est cogitare. Vetustioris sane Ecclesiæ iudicio, antequam novi censores & Aristarchi emergerent, Augustinus Pelagianorum ac præcipue Iuliani argumentis satisfecit. S. Prosper hæc olim scribebat ad Augustinum: *Quicquid etiam in libris contra Iulianum ab ipso sub hac quæstione obiectum potentissime debellasti* &c. Marius Mercator in libro contra Iulianum ait: *Sanctus autem sæpe dictus Episcopus Augustinus & suis libris quatuor illius priores evertit; octo quoque posteriores singulis responsionibus suis ad singula capitula subiectis. Ac sic vanos eius ac plumbeos pugiones malleo catholicæ veritatis obtudit, immo confregit*. Hic Mercator anno 429. oblato Theodosio iuniori libello supplici contra eumdem Iulianum ac collegas auctor fuit, ut iidem Constantinopoli eiicerentur, ut narravimus lib. 2. Hist. Pelag. cap. 6. S. Prudentius Episcopus Tricassinus in epistola ad Venilonem Episcopum Senonensem ait: Pelagianis *cum a Patribus præcipueque beatissimo Augustino competentissime abundantissimeque responsum fuerit* &c. Beda in Præfat. ad Cant. de Iuliani & Augustini conflictu ita sensit: *Iulianus homo ut Rethor peritissimus, ita gratiæ Dei post Pelagium impugnator acerrimus, ut aperiunt scripta eius, quibus contra strenuissimum eiusdem gratiæ propugnatorem Augustinum insanivit, ostendunt*. S. Gelasius Papa in epistola ad Honorium Dalmatiæ Episcopum Pelagianos ita convictos fuisse scribit, ut nihil ulterius contra ipsos a quopiam novi sperandum supersit. *O si studerent*, inquit, *adversus eos maiorum nostrorum libros responsaque cognoscere, illis modis omnibus cerneretur, nihil esse prorsus, quod ab istis non fuerit ventilatum, & ab illis magnifica veritate contritum, sicque de cunctis eorum nequitiis refutandis fideles quoque viderentur instructi, ut nihil amplius quæreretur*. Sanctus Prosper hanc veterem Augustino a Semipelagianis importatam calumniam, quod Pelagianorum argumentis non satisfecerit, non uno loco irrisit. *Cur de his armis*, inquit contra Collatorem in fine præfationis, *quibus communis fides est defensata causantur? Cur bellum confectum retractant, ac munitiones securæ dudum pacis infirmant? An victores displicent, & victi placent?* Et in carmine contra Ingratos c. 2. de conciliis Africanis, quorum ibidem Augustinus *Ingenium* dicitur, hæc canit:

Nec sola est illic synodorum exerta potestas,
Ceu quos non possent ratione evincere nostri,
Vi premerent; discussæ artes, virusque retectum est
Hæretici sensus, nullumque omnino relictum,
Docta fides quod non dissolveret, argumentum.

Iulianus quidem post hasce synodos scripsit, sed in promovenda hæresi magistris nequaquam felicior fuit. Diu ille quidem vixit post editos priores sex contra ipsum ab Augustino libros; at cum se penitus victum cerneret, nullam umquam responsionem reposuit, qui ingentes sane gratias agit, saltem debet, vel apud inferos iis recentioribus, qui ipsum Augustino prætulere. Utinam parum solida Africani nostri Doctoris argumenta indigitassent, profecto invicta illa ostendissemus, unius saltem exemplo accusationem probare debebant; sed præstandæ forsitan Pelagianis advocationis religione tacti, manum de tabula amovetunt. Certe Augustiniano excellentius ingenium istis natura dedit, quippe qui ea argumenta, quæ Hipponensi invicta visa sunt, nullo negotio dissolvunt. Adamus contendit *arma Augustini inexpugnabilia non esse*. Quare si obtusa erant Africana tela; depromendæ e nova pharetra sagittæ fuerant, queis Pelagiana hæresis configeretur, ne hæretici se potestate oppressos, non vero ratione convictos fuisse publicarent.

Venio iam ad alteram adversariotum calumniam: *Si triumphi*, inquiunt, *Ecclesiæ de Pelagianis niterentur posterioribus Augustini scriptis, immerito de illis Ecclesia triumphasset*. Exesum rubigine penitusque obtusum telum est, Semipelagianorum olim arcubus excussum. Massilienses a Celestino laudes ob priora scripta Augustino delatas fuisse contendebant apud S. Prosperum in fine libri contra Collatorem dicentes, *istam in S. Augustinum laudationem pro anteriorum scriptorum meritis fuisse collatam*. Neque enim posteriora S. Doctoris volumina æquali in pretio apud eosdem erant, contra quos ibi pluribus S. Prosper invehitur. Posteriora S. Pattis pro divina gratia defendenda volu-

mioa funt libri de Prædestinatione Sanctorum & de Dono perseverantiæ, omnium vero postrema sex illa Operis imperfecti contra Iulianum. Illi duo priores libri contra Semipelagianos ad Prosperum & Hilarium scripti S. Hormisdæ Papæ iudicio approbati sunt; etenim in epistola ad Possessorem scribit: *De arbitrio tamen libero & gratia Dei, quid Romana, hoc est catholica sequatur & servet ecclesia, licet in variis libris B. Augustini, & maxime ad Hilarium & Prosperum abunde possit agnosci* &c. Sex vero ultimos contra Iulianum imperfecti Operis libros passim S. Agatho ac Patres synodi VI. ut ostendemus, laudarunt. Illos attentiori studio S. Doctor elucubravit; graviori enim Episcopatus onere in Eradii humeros deposito, suorum librorum retractationi se totum dederat. Etenim cum acceptis ab Alipio novis Iuliaoi libris, eisdem refellendis totus iocubuisset, pæne ab incœpto Retractationum opere revocatus fuit. Scribit S. Doctor ad Quodvultdeum de his Iuliani libris. *Nam me & ab eo, quod habebam in manibus, averterunt. Hoc antem est, ubi respondeo libris Iuliani, quos octo edidit post illos quatuor, quibus ante respondi*. Cum vero Augustinus nollet alterutrum opus omittere, ita utrique operam dedit, ut *uni diebus, alteri noctibus* vacaret. Sapiunt igitur lucernam sex ista postrema contra Iulianum volumina, quibus magnus vir ferocientem adversarium veluti ultimo ictu confecit. In his noster eygnus sun funeri proximus dulcius occinuit, euius suavissimo caotui invidentium solummodo corvorum sit, stridula erocitatione interstrepere. Fateor io hoc opere S. Doctorem breviores quandoque responsiones Iuliani argumeotis reponere; id fecit, en quod antea de iisdem rebus in prioribus sex contra eumdem Iulianum exaratis voluminibus copiosius disseruerat. Hinc est, quod sæpe adversarium ad eosdem remittit, ne actum agere videatur. Lib. 4. cap. 26. ait: *Huic libro tuo secundo satis respondi quarto meo*. Item cap. 167. *Respondi tibi libro meo sexto*. Lege lib. 2. cap. 25. 37. & passim alibi.

Noonulli tamen recentiores in eam sententiam abiere, ut hosce sex Operis imperfecti libros ab Augustiniana bibliotheca relegatos in apocryphorum sentinam proiicerent, quorum iudicium

A hic nobis castigandum est. Duo priorea libri a V.C. Claudio Menardin Andium Propraetore in Galliis inventi in lucem primum editi sunt, iidemque postea iterum in Belgio correctiores impressi cura ac studio insignis Theologi nec non Professoris Lovaniensis Michaelis Paludani Augustiniani. Cum vero quidam io iisdem libris suas opiniones, in quas conceptis verbis iuraverant, suffocari prorsus animadvertisseot, illorum fidem in dubium vocare cœperuot. Do testem locupletissimum Iobannem Rivium lib.
B 4. de Vita Augustini cap. 10. hæc ipsa scribentem: *Verum quidem est, duos hosce posteriores contra Iulianum operis libros in dubium ab iis vocari, qui nova suorum doctorum opinione delectati veterem deseruerunt, & scriptis suis persecuti sunt*. At divina providentia factum est, ut nuper Hieronymus Vignierius Congregationis Oratorii sacerdos quatuor insuper alios eiusdem operis libros in Clarevallensi S. Bernardi bibliotheca repertos in lucem emitteret, atque Augustinianam scholam novis suppetiis eximio atque im-
C mortali prorsus beneficio solidaret. Vir doctissimus singulari diligentia congessit Lupi Abbatis, Bedæ, & Prosperi testimonia ex his postremis S. Augustini contra Iulianum libris deprompta, quibus egregie eadem volumina sun auctori deputantur. Iuseph Maria Suaresius ob multiplicem eruditionem literatis omnibus commendatus anno proxime elapso Romæ dissertationem edidit, in qua omni exceptione maioribus testimoniis sex illos libros posteriores contra Iulianum ab Augustino scriptos fuisse convicit. Viderat ista olim amicus ac concel-
D lita Christianus Lupus Doctor Lovaniensis, qui cum anno 1657. Romæ in nostra Angelica bibliotheca sextam synodum evolveret, atque in testimonia ex libro quinto contra Iulianum ab Agathone Papa laudata incidisset, monuit me de proximo nescio quas chartas lectitantem, ut dicta testimonia in libro quinto Operis imperfecti quærerem. Morem e vestigio gessi, atque ex hoc posteriori opere contra Iulianum verba illa Augustiniana excerpta deprebendi, quod primus omnium idem Lupus in Notis ad eamdem synodum cap. 6. publicavit. Agatho Pontifex io epistola synodica ad Imperatores,

quæ

quæ recitata est act. 4. synodi VI. sex S. Augustini sententias ex libro 5. Operis imperfecti contra Iulianum laudans ait: *Veritatis prudentissimus prædicator beatus Augustinus in quinto volumine disputationis adversus Iulianum Pelagianistam quid sit voluntas, his definit verbis: Motus animi quid est nisi motus naturæ* &c. Hoc testimonium legitur libro 5. cap. 40. alterum ibidem adductum cap. 53. tertium cap. 42. quartum cap. 56. quintum cap. 60. sextum denique cap. 56. Rursus act. 8. repetitum fuit testimonium Augustini ex eodem libro 5. a Theophane Abbate. Cum in ea synodo VI. act. 10. testimonia Patrum ab Agathone in synodica adducta ad fidem codicum, qui in Constantinopolitana Patriarchali bibliotheca servabantur, examinarentur, hæc ibidem recitantur: *Item relectum est ex eodem codice testimonium S. Augustini Episcopi Hipponensis ex libro 5. contra Iulianum Pelagianistam continens ita: Motus animi quid est, nisi motus naturæ* &c. *Quod testimonium similiter collatum est ad librum latinis literis scriptum interpretante Constantino Deo amabili presbytero, & defensore sanctissimæ huius magnæ ecclesiæ, & latino Grammatico; & consistit*. Itaque non modo Latina, verum etiam Græca Ecclesia laudatos Operis imperfecti libros contra Iulianum Augustino tamquam legitimo eorumdem auctori adscripsit, atque in suis bibliothecis servavit, quo eisdem instructa hæreticorum omnium conatibus obviam iret. Monet autem doctissimus Suaresius, eosdem S. Doctoris libros laudatos fuisse in synodo Lateranensi a S. Martino Papa anno 649. celebrata, cui quinque supra centum Episcopi interfuere. Eteoim Maximus metropolita Aquileiensis collat. 5. dixit: *Sed & Sanctus Augustinus in quinto libro contra Iulianum Pelagianistam similiter ait: Numquid, Iuliane, quando Angelus aut homo aliquid vult, non natura eorum aliquid vult?* &c. Et statim alterum ex eodem volumine testimonium producit. Hæc eo libentius recensui, ut palam fieret eosdem S. Patris libros in nostræ huius Venetæ provinciæ bibliothecis antiquitus extitisse, quando eosdem noster metropolita laudavit.

His tamen omnium antiquissimum ac luculentissimum testem addam Marium Mercatorem S. Augustini & viventis amicum, ac demortui adversus Iulianum strenuissimum defensorem, de quo plura diximus libro 1. Histor. Pelag. cap. 9. & libro 2. cap. 6. Extat in Vaticana bibliotheca, ut ibidem notavimus, Commonitorium eiusdem MS. num. 234. inter codices Palatinos, quo plura a Iuliano Pelagiano in octo libris contra Augustinum asserta confutat. Ibi vero fragmenta ex hæretici volumine exscripta eadem omnino sunt cum iis, quæ in libris Operis imperfecti leguntur. Pagina 4. memorati codicis adducit ex libro 1. cap. 112. hæc Iuliani verba: *Sed currunt ad eum, qui clamat* &c. in editis illa leguntur cap. CXI. Ibidem ex libro 2. cap. 17. hæc verba recitat: *Verum imbecillum cæcæ opinionis patrocinium* &c. habentur autem illa ipsa in eodem libro cap. 16. Pagina 5. ibidem ex eodem capite hæc Iuliani dicta memorat: *Ostensum est ergo nihil posse per Scripturas sanctas probari* &c. quæ pariter in editis voluminibus recitantur. Rursus ex eodem libro 2. cap. 58. hæc producit: *Aut si forte, quoniam aliter dogma tuum stare non potest* &c. quæ cum editis eodem prorsus loco conciount. Alias etiam eiusdem hæretici sententias recenset, quæ in imperfecto S. Augustini Opere eisdem verbis leguntur. Methodum vero illorum librorum ex hæretici argumentis, & statim appositis Augustini responsionibus confiari, idem testatur scribens: *Sanctus autem sæpe dictus Augustinus & suis libris quatuor illius priores evertit: octo quoque posteriores singulis responsionibus suis ad singula capitula subiectis*. Ut plane constet laudatum volumen non esse supposititium, sed magni Hipponensis Doctoris manu conscriptum. Quare cum Romani Pontifices, cum œcumenicæ synodi, cum antiquiores etiam scriptores sex memoratos contra Iulianum libros veluti germanam Augustini prolem agnoverint ac probarint, nostrum est, qui catholico nomine gloriamur, eosdem inter Augustinianæ bibliothecæ volumina reponere, & veluti postremam Ecclesiæ ab Augustino traditam hæreditatem religiosius colere ac venerari. Hic tamen notandum est, codicem Operis imperfecti a Vignierio editum pluribus mendis scatere. Certe libro 5. num. 53. ita legitur: *Nonne cum Angelus vel homo aliquid vult, natura aliquid vult? Et Angelus & homo*

homo naturæ sunt. Quis hoc dixerit? Si ergo naturæ sunt Angelus & homo, profecto natura vult, quandocumque vult Angelus &c. Verum apud Maximum Aquileiensem ita habetur: *Numquid, Iuliane, quando Angelus, aut homo aliquid vult, non natura eorum aliquid vult? Angelus & homo naturæ non sunt? Quis hoc dicturus est, quia non sunt? Si ergo naturæ sunt Angelus & homo, certum est, quia natura vult, quando Angelus vult* &c. Rursus ibidem legit Vigoerius: *Veritas autem dicit, quandiu est voluntas ulla, natura non potest separari*. At S. Agatho ita recitat: *Quandiu est voluntas ulla, a natura non potest separari*. Sed de his hactenus. Etenim speramus, doctissimos Patres S. Germani a Pratis in nova operum Augustinocsium editione, quam Parisiis singulari studio atque labore moliuntur, memoratos S. Doctoris libros ontidiores emissuros. Gratias interim plurimas sapientissimi atque eruditissimi Antistitis Suaresii industriæ debemus, & ego quidem quam maximas ago, quod e Græcis codicibus Augustiniana illa testimonia omnium primus Reipublicæ Christianæ exhibens insulsam quorumdam hæsitationem, quæ eosdem remorabatur, ne tam insigne ac præclarum opus Augustino auctori deputarent, penitus profligavit, atque eximiam animi devotionem erga magnum Ecclesiæ Doctorem ostendit. Idem autem in dissertatione priori scribit, se meditari exactiorem operum S. Augustini chronologiam. Ego quidem, quod ad libros contra Pelagianos editos pertinet, arbitror me id sedulo præstitisse. Quod si in hoc mea me fallit opinio, idem opus diligentiori ille cura retentet, nostramque chronologiam non lima poliat, sed ad eiusdem rara ac singulari, qua pollet, eruditione reformet.

CAPUT II.

Cassianus a Semipelagianismo infeliciter a nonnullis vindicatus. Massilienses Semipelagiani a quibusdam iniuste excusati.

NOnnulli, queis S. Augustini doctrina contra Pelagianos tradita plene non probabatur, media veluti via incedentes Semipelagianismum condidere.

A Horum princeps fuit Cassianus Massiliensis cœnobii Abbas & presbyter, qui collatione XIII. ut ait S. Prosper, *ad instrumentum inimicorum gratiæ Dei studuit talem proferre doctrinam*. Hinc factum est, ut S. Gelasius Papa in Romana synodo ob prava de divina gratia dogmata in illius scriptoris opusculis contenta eiusdem libros omni prorsus auctoritate exutos inter apocryphorum quisquilias proiecerit. Contra Cassiani librum Prosper singulari veluti certamine dimicavit in opere, quod contra Collatorem inscripsit; illius vero ac concellitarum

B seu sectatorum mores, ingenium, consilia, insidiasque egregie suis coloribus in præfatione ac peroratione eius voluminis depinxit, de quibus libro 2. Hist. Pelagianæ cap. 10. disseruimus. Cassiodorus libro de Divinis Instit. cap. 29. ait: *Qui Cassianus tamen de libero arbitrio a B. Prospero iure culpatus est, unde monemus, ut in rebus talibus excedentem sub cautela legere debeatis*. Certe synodus Arausicana II. Cassiani sententias contrariis editis dogmatibus penitus proscripsit, ut ad oculum mox ostendam. Hinc coram Clemente VIII. olim quæsitum

C fuit ex professo, ut aiunt: *An doctrina Molinæ conveniret cum damnatis sententiis Cassiani*. At quæ in illis sessionibus dicta sunt, post Alexandri VII. decretum proferre minime licet. Hoc certo constat, utramque litigantium factionem palam admisisse, damnatas esse ab Ecclesia Cassiani opiniones de gratiæ divinæ auxiliis, nec id a quopiam in dubium revocatum.

At ante paucos annos editus est liber inscriptus *S. Iohannes Cassianus illustratus* auctore Iohanne Baptista Guesnaio A-

D queosi, cuius quidem voluminis errores alibi castigavimus, hoc vero loco patentissimum eiusdem figmentum refellendum venit. Scriptor ille libro 1. cap. 52. narrat ortam fuisse Massiliæ *Semipelagianorum hæresim*, quos *nequissimæ sectæ doctores* ibidem ignominiæ causa vocat. Addit Cassianum contra eosdem acerrime invectum: *Cassianus ergo*, inquit, *cum perturbata videret omnia & iam prope ad desperationem adducta, quod reliquum fuit, catholico populo, profligatisque ab hæresi civitatibus cavendum putavit*. Item: *Eo formidolosius superbissimorum adversariorum conscientiam plenam spei maximæ percellebat*

cellebat atque affligebat. Immo scribit Cassianum ea in concertatione cum Prospero copias iunxisse: *Denique*, ait, *ipsa robora ecclesiæ Gallicanæ Prosper & Hilarius, quibus cum Massiliæ fuit Cassiano tum forte consilium & militia communis*. At cap. 64. quo prius volumen terminat, agens de libris Cassiani, quos contra Nestorium edidit, hæc habet: *Cum vero hanc venenosam hæresim nuper, idest suo tempore emersisse, eamque incerti nominis, sed certi erroris esse dicit Cassianus, manifeste designat non Pelagianos, sed ipsorum reliquias, aut Semipelagianos, quos idcirco* Pelagianos cineres *appellat*. Nunc, *inquit*, quod paulo austerius dicere cœpimus, exequemur, ut omnes sciant in Pelagianis cineribus ignes quærere te, & novis sacrilegiorum flatibus favillas veteres excitare. *Quæ mihi videntur idoneæ coniecturæ ad probandum, spectasse in primis Cassianum in hac contra Nestorianos disputatione, in tantis tenebris erroris & inscitiæ Semipelagianorum præferre clarissimum lumen, ac bonæ cuiusvis voluntatis etiam primæ exordia in nostræ iustificationis exordio divinæ gratiæ auxiliis adscribere*. hæc ille pag. 220.

Hic Scriptor, cum Cassianum sibi *illustrandum* proposuisset, simulque animadverteret, quantum nitoris amitteret, si cum Semipelagianis conferretur, lepidam illam de eodem fabulam (cur enim alio nomine utar?) concinnavit. Etenim lib. 1. c. 39. num. 39. ingenue concesserat, quod Pelagianismi suspicio Cassiano obiecta *salutiferam illam in dies latius inclarescentem infuscarit lucem, ac nominis, quam neque captaret vir modestissimus, neque defenderet, obscurarit auctoritatem*. Quo ergo hasce a Cassiano tenebras repelleret, non modo inter Semipelagianos illum militasse negavit, verum etiam contra Semipelagianos strenue depugnasse pronunciavit, & quod mirabile est, Prospero Hilarioque secum fœdere iunctis. Hoc sane ultimum sine risu legi non potest; nemo enim non ignorat, S. Prosperum collato veluti pede cum Cassiano pro D. Augustini doctrina singulari certamine conflixisse in eo opere, quod *contra Collatorem* inscripsit, quia Cassiani collationes Pelagianis erroribus infectas impugnabat. Ille sane post prologum palam protestatur, se scribere contra librum, *cuius prænotatio est de Protectione Dei*, qui primo est titulus colla-

A tionis XIII. Cassiani. In sequentibus vero pravas eiusdem opiniones de divina gratia ad verbum recitat, ac nervose confutat, hæc in fine subiungens: *Sufficienter, ut arbitror, demonstratum est, reprehensores S. Augustini & vana obiicere, & recta impugnare, & prava defendere, peremptorumque armis intestinum bellum moventes divinis atque humanis constitutionibus rebellare*. Ergo teste Prospero Cassianus reprehensor S. Augustini & vana obiecit, & recta impugnavit, ac Pelagianorum armis bellum civile apud Massiliam inter catholicos conflavit. Et tamen, si B superis placet, Prospero & Cassiano contra Semipelagianos, Guesnaio auctore, fuit consilium ac militia communis. Commilitones publicat, quos dicere debuerat Antagonistas. Quæ tamen si credis, iam alter quoque tibi persuadebit Davidem ac Goliath in arenam ad certandum uti commilitones descendisse. Quod vero addit, Semipelagianos dici a Cassiano *Pelagianos cineres*, scriptoris illius sensum se non percepisse vel saltem dissimulasse demonstrat; eo enim infami vocabulo Nestorianos, qui ex Pelagianis prodiere, significat. Unde & Pro- C sper hæresim Pelagianam matrem, Nestorinam vero filiam lepide appellavit, quas eodem etiam sepulcro tumulatas inscripto epitaphio irrisit, ut diximus in libro 2. Histor. Pelag. cap. 9. Video eumdem opponere: Cassianum *in libris de Incarnatione adversus Pelagianum quemdam Antiochensem Episcopum disputasse, sicut & 6. & 7. lib. 6. capitibus & ex 31. capite libri ultimi manifestum est*. Hinc nulla ratione Cassianum Pelagianis cineribus aspersum existimat. Memoriam hominis malo appellare, quam fidem, neque illum adeo fraudolento animo istæc D literis consignasse puto, ut tot figmenta lectoribus consulto credenda obtruderet. Lege utrumque caput ex libro 6. a te productum, videbis ex symbolo præcise Antiocheno Nestorium a Cassiano erroris convictum, quod ille Antiochenæ ecclesiæ presbyter fuerat, antequam renunciaretur Antistes C-P. Quare ubi Cassianus symbolum Antiochenum producit ad hæreticum redarguendum, fingis eumdem contra nescioquem Episcopum Antiochenum Pelagianum insurgere. Post exortam Pelagii hæresim sedere Antiochiæ Alexander, Theodotus,

dotus, & Iohannes, quorum nullus Pelagianorum deliria secutus fuit. Theodotos contra Pelagianos synodum celebravit, uti ex Mercatore diximus lib. 2. Histor. Pelag. cap. 4. Et licet huius successor Iohannes in Ephesina synodo hæreticis patrocinari visus fuerit, eosdem tamen acriter insectatus est, de quo plura habes lib. eodem cap. 9. Ex qua ergo officina Pelagianus hic tibi Antiochenorum Antistes procuditur? Hæc scribit Cassianus cap. 6. *Symbolum ergo, hæretice, cuius superius textum diximus, licet omnium ecclesiarum sit (quia una omnium fides), peculiare tamen Antiochenæ urbis est atque ecclesiæ, idest illius, in qua tu editus, in qua instructus, in qua renatus es.* Quibus designat Nestorium Germaniciæ in Euphratesia provincia natum, sed Antiochiæ sacris initiatum, unde Episcopus Constantinopolitanus evasit, quod pluribus describit Theodoretus in epistola ad Sporaciom & alibi. Sed neque cap. 31. Cassianus quicquam de illo Episcopo recitat, ibi enim S. Iohannem Chrysostomum eximie laudat, cuius auctoritatem Nestorio opponit.

Verum temporis iacturam facio: compendio agam adversarii ipsius testimonio usus. Scribit in præfatione ad lectorem de Cassiani in materia de gratia opinionibus, quod illas *S. Prosper iure refellit, & erroris coarguit.* Fuit ergo, te hoc ipsum asseverante, S. Prosper Cassiani hostis atque expugnator. Ubi ergo, quam iactas, Prosperi ac Cassiani contra Semipelagianos militia communis? Addis libro 2. cap. 12. num. 8. *Liquet Prosperum ab Augustini zelo incalescente commotiorem præliari stylo velitatum esse adversus Collatorem, & qua in deprehendendis confutandisque eius erroribus efficacissima prævalebat sagacitate* &c. Gravior, crede mihi, pugna fuit Cassianum inter & Prosperum; neque enim hic contra adversarium velites tantum emisit, sed universum triariorum robur eduxit ac plena acie dimicavit. Si tamen non pugnam sed velitationem certamen illud vocare mavis, Prosperi robur ac Cassiani debilem aciem fatere, qui vel sola velitantis Prosperi impressione facta non loco tantum motus, sed fusus ac dissipatus nec pugnam repetere, nec vires restaurare umquam potuerit.

Tradit tamen Guesnaius, pacem Prosperum inter ac Cassianum stabilitam, & quidem sequestro Leone magno tum temporis Archidiacono. Etenim lib. 1. cap. 55. num. 8. & 9. scribit Sixtum Pontificem, cum exortis inter Bonifacium & Aetium civilibus discordiis, itemque Litorio ab eodem Aetio dissidente, & huic ipsi & Albino graviter Valentiniano Augusto indignato, Romanum imperium passim a barbaris vastaretur, id consilii arripuisse, ut misso in Gallias Leone Archidiacono apostolicæ Sedis legato Duces discordes ad amicitiam revocaret, atque in Valentiniani gratiam reduceret. Addit cap. 56. Leonem legatum *plenissimis velis brevi Massiliam secundo cursu* pervenisse, ac ad Cassianum *veterem suum consiliarium & amicum* divertisse. *Aderant*, inquit num. 2. *Cassiani delatores Hilarius & Prosper*, qui cum Leonem salutationis officia præstituri convenissent, & forte fortuna Cassianus quoque adesset, testatur Legatum egisse, ut *mutuis colloquiis & usu inter eos familiari congressos, discussis ultro citroque suspicionum tenebris vocaret in lucem, eosque pacis interpres suis commonitionibus ita placaret ac leniret, ut omnes constituta concordia, quam ipse cum omnibus haberet communem, sine querela discederent.* Nec irritam Leonis legationem fuisse, hæc enim de illo affirmat num. 4. *Nec temere laudi eius adscripseris, quod nefarii consilii ac furoris pœnitens Bonifacius reconciliata sibi Placidia Augusta cum Vandalis reditum in Hispaniam persuadere non posset, bello eos aggressus est, sed victus Romam venit anno 432.* hæc ille. Monui non semel præsertim libro 2. Histor. Pelag. cap. 1. hunc scriptorem ex fabulosis tantum coniecturis Cassiani vitam coosarcinatam edidisse, quibus non modo se ipsum, sed & quem laudare omni arte conatur, lectoribus deridendum exhibuit. Celebris Leonis Archidiaconi legatio contigit circa annum 439. Nam S. Prosper in Chronico ad annum 440. ait: *Valentiniano Aug. V. & Anatolio Coss. Defuncto Xysto Episcopo quadraginta amplius diebus Romana ecclesia sine Antistite fuit mirabili pace atque patientia præsentiam diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aetium & Albinum amicitias redintegrantem Galliæ detinebant.* Postea: *Igitur Leo diaconus legatione publica accitus, & gaudenti patriæ præsentatus XXXXIII. Romanæ*

manæ ecclesiæ Episcopus ordinatur. Hic vero interrogatum velim Guesnaium, unde sciverit, Leone eo anno apud Massiliam existente, Cassianum adhuc in vivis fuisse, quem ante quadriennium mortem obiisse narrat Trithemius, & antea etiam defunctum Gennadius indicat? Quo auctore adeo constanter affirmat tum temporis Prosperum Massiliæ procul a patria commoratum? erat enim Aquitanus. Illa igitur pax non Leonem sequestrum, sed Guesnaium architectum habuit. Immo Prosper cum non personam, sed vitia opinionum Cassiani insectaretur, nequaquam Cassiano conciliandus erat. Pacato animo noster Doctor strinxit in Collatorem stylum, & ad prælium descendit mente pacifica, nam cum profligato hoste ex acie in castra reverteretur: *Nobis*, inquit, *Deo adiuvante sit studium quieta modestiaque patientia odiis dilectionem reddere*. in fine libri contra Collatorem.

Hunc quidem defensorem in Gallia Cassianus sortitus est, sed & alterum in Hispania advocatum obtinuit. Iohannes Mariana lib. de Mor. & immort. cap 6. hæc scribit: *Video, quæ a Cassiano dicta sunt, omnia de gratia certe & libero arbitrio a viris eruditis nostra ætate defendi quasi pietati consona, neque deflexa a fidei regula sancta*. Si Augustinus modo inter homines versaretur, profecto Cassiani sorti invideret, quippe qui suam de prædestinatione sententiam uti *duram & divina bonitate indignam* reprehendi animadverteret, Collatoris vero dogmata laudari tamquam non deflexa a fidei regula sancta. Certum est Felicem IV. scriptis ad Cæsarium Arelatensem literis Semipelagianorum ac Cassiani in primis errores apostolica sententia condemnasse, eaque decreta fuisse in synodo apud Arausicam anno 529. publicata. Canone tertio & quarto damnatur, qui *invocatione humana gratiam Dei dicit posse conferri*, itemque qui, *ut a peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit*. Illa plane docuerat Cassianus collat. 13. c. 13. dicens Deum quandoque *a nostro libero arbitrio quosdam conatus bonæ voluntatis vel exigere vel expectare, ne penitus dormienti aut inerti otio dissoluto sua dona conferre videatur*. Et cap. 12. ait: *Expectat nos, cum dicitur per Prophetam: Propterea expectat nos Dominus, ut*

A *misereatur nostri*. Canone V. damnatur, qui initium fidei, ipsumque credulitatis affectum, quo in Deum credimus, qui iustificat impium &c. *naturaliter nobis inesse dicit*. Cassiani error proscribitur dicentis cap. 11. *Sin vero gratia Dei semper inspirari bonæ voluntatis principio dixerimus, quid de Zachæi fide, quid de illius in cruce latronis pietate dicemus, qui desiderio suo vim quamdam regnis cælestibus inferentes specialia vocationis monita prævenerunt*. Et cap. 14. ex modo loquendi Christi probat, fidem Cornelii centurionis non fuisse ex gratiæ dono, sed ex viribus liberi arbitrii: B *Nullius enim*, inquit, *laudis esset ac meriti, si id in eo Christus, quod ipse donaverat, prætulisset. Alioquin dixisset: Amen dico vobis, non dedi tantam fidem in Israel*. His contrarium definit laudata synodus in fine: *Unde*, inquit, *manifestissime credendum est, quod & illius latronis, quem Dominus ad paradisi patriam revocavit & Cornelii centurionis, ad quem Angelus Domini missus est, & Zachæi, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed divinæ largitatis donum*. Canone VI. damnat eum, qui sine gratia Dei *credentibus*, C *volentibus, desiderantibus* &c. *petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus*. Fuit celebre Cassiani effatum lib. 12. de Instit. Cœnobiorum cap. 14. ubi ait: *Pronunciamus laborantibus tamen ac desudantibus misericordiam Dei gratiamque conferri* &c. *Dicimus enim secundum Salvatoris sententiam dari quidem petentibus, & aperiri pulsantibus, & a quærentibus inveniri, sed petitionem, & inquisitionem, & pulsationem nostram non esse condignam, nisi misericordia Dei id, quod petimus, dederit, vel aperuerit, quod pulsamus, vel illud, quod quærimus, fecerit* D *inveniri. Præsto est namque occasione sibi tantummodo a nobis bonæ voluntatis oblata, ad hæc omnia conferenda*. Ita petere, pulsare, quærere occasiones a nobismet viribus liberi arbitrii oblatas nuncupat. Canone VII. nihil boni sine gratia fieri posse determinatur, quæ sententia etiam canone XXII. his verbis asseritur: *Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum*. Contrarium plane docuerat Cassianus cap. 12. collationis citatæ: *Nec enim*, inquit, *talem Deus hominem fecisse credendus est, qui nec velit umquam, nec possit bonum: alioquin nec liberum ei permisit arbi-*

arbitrium, si ei tantummodo malum ut velit, & possit, bonum vero a semetipso nec velle, nec posse concessit. Canone VIII. *Si quis*, inquiunt Patres, *alios misericordia, alios vero per liberum arbitrium (quod in omnibus, qui de prævaricatione primi hominis nati sunt, constat esse vitiatum) ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus*. Damnatut hic famosum illud Cassiani effatum cap. 17. Deum aliorum esse Salvatorem, aliorum etiam suseeptorem: *In eo enim*, inqoit, *quod prior advocat, & ignorantes nos atque invitos attrabit ad salutem, protector atque salvator noster est. In eo autem, quod annitentibus nobis opem ferre, refugientesque suscipere ac munire consuevit, susceptor ac refugium nominatur*, contra quam Collatoris distinctionem pluribus invehitor S. Prosper. Post hosce vero octo canones, quibus diversi Semipelagianorum errores configuntur, plurimæ sententiæ ad verbum ex S. Augustioi libris exscriptæ adjunguntur, de quibus in Historia Pelagiana disseruimus; sufficiat hie illa tantum adduxisse, quibus Cassiani doctrina palam damnata esse intelligatur, ut iam penitus falsum sit, quod Mariana ex aliorum forte senteotia dixit, Cassiani dogmata de gratia & libero arbitrio *non esse deflexa a fidei regula sancta*; sont enim citra ullam dubitationem hæretica post Arausicana decreta.

Sed Massilienses quoque Semipelagiani Iohannis Cassiaoi, qui Massiliæ consederat, diseipuli ae sectatores egregium advocatum sortiti sunt Rodericum de Arriaga, qui eosdem ex *ignorantia invincibili* in errores lapsos asseruit, cuius verba præcedere debet testimonium S. Prosperi de Massilieosibus iisdem loquentis, quod recentior ille præpostera prorsus explicatione interpretatur. Hæc Aquitanus Doctor ad suum Augustinum scripsit: *Illud etiam qualiter diluatur, quæsumus patienter insipientiam nostram ferendo demonstres, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, pæne omnium par invenitur & una sententia, qua propositum & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt*. Arriaga tomo 1. in 1. partem disp. 36. num. 11. hocce scholion laudatis Prosperi verbis affigit: *Nomine priorum & antiquiorum, de quibus Prosper, non intelligi sanctos Patres, sed Massilienses aliquos Episcopos, & viros moribus & pietate insignes, invincibiliter tamen, ut puto de multis, Semipelagianos*. Quot verba, tot errata. In primis falsum est, nomine *priorum* non intelligi sanctos Patres, quod ipsemet Annatus irridens disp. 4. Defens. scient. med. num. 80. exelamavit: *Appellanda est adversarii fides, qui quod Prosper catholicis scriptoribut attribuit, dictum putat de Semipelagianis. Perspicua sunt Prosperi verba*. Semipelagiani suas opiniones, teste Prospero, *vetustate defendebant*, dictitantes Augustinum nova docere ac Patribus inaudita. Hoc pacto Prosperi dictum intellexit Augustinus lib. de Prædest. SS. cap. 14. inquiens: *Si bnius ergo sententiæ defensionem ex divinorum eloquiorum nos præcedentibus catholicis tractatoribus promerem, profecto bi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerent, boc enim significastis literis vestris*. Alterum Arriagæ erratum eapitale est, dum suos hosce *Massilienses Episcopos* exeusare conatus, eos *invincibiliter* Semipelagianos finxit. Clara ae perspicua sunt Prosperi verba in laudata epistola; *Obstinationem suam vetustate defendunt*. Cum Massiliæ lites de divina gratia ac libero arbitrio incrudescerent, nonnullis Augustino, pluribus Cassiano faventibus, allatus est Massiliam liber S. Doctoris de Correptione & gratia. Tunc *putavimus*, inquit Prosper, *omnes querelas resistentium sopiendas, quia universis quæstionibus, de quibus consulenda erat sanctitas tua, tam plene illic absoluteque responsum est, quasi boc specialiter studueris, ut quæ apud nos erant turbata, componeres*. Porro hoc libro recensito sicuti Augustiniani longe, ut idem ait, *intelligentiores* evasere, *ita qui persuasionis suæ impediebantur obscuro, aversiores, quam fuerant, recesserunt*. Cum vero ex Augustini doctrina illorum errores Prosper ac collegæ vellicarent, *obstinationem suam vetustate* defendebant. Addit: *Eo postremo pervicacia tota descendit*. Itane qui illata ex Augustini libro plurima luce oculos obstinatissime claudunt, ne videant, qui obstinati & pervicaces in opinionibus suis perdurant, qui Prosperi atque Hilarii disputationes audiunt, *invincibiliter* verum ignorasse dicentur? Audi Prosperum hæc ad Augustinum scribentem; *Cum contra eos scripta beatitudinis tuæ validissimis & innumeris testimoniis divinarum Scripturarum instructa proferimus, ac secundum*

dum formam disputationum tuarum aliquid etiam ipsi, quo concludantur, adstruimus, obstinationem suam vetustate defendunt. Et hos tot disputatinnibus instructns, tnt Augustini libris edoctos invincibili ignorantia laborasse autumabis? Semipelagianos *bona ingenia* dixit Augustinus cap. 2n. de Prædest. SS. *nec despicienda ingenia* Prosper initio libri contra Collatorem. Fuere viri doctissimi & sapientissimi Cassianus, Hilarius, Faustus, Vincentius Lerinensis, aliique, ut in Pelagiana Historia dictum est. Et hæc quidem in una Prosperi periodn explicanda Arriagæ errata sunt. Franciscus Ouviedn 1. 2. tract. 9. cont. 1. pun. 4. num. 76. illa verba Prnsperi, *retractatis priorum de hac re opinionibus*, ita interpretatur: *Quibus verbis*, ait, *asserit Prosper, iam plures ex Massiliensibus priores opiniones retractasse*. Non ita est: scribit Prnsper *retractatis*, hoc est, *relectis, seu recensitis* Patrum opininnibus, unam ex Semipelagiannrum npinione nmnium sententiam repertam, nempe prædestinatinnem præscientia dirigi. Profectn dixisset Prosper: *Retractatis prioribus de hac re opinionibus*, si ut perperam Ouviedo intellexit, *Massilienses priores opiniones retractassent*. Verum *retractatis*, inquit, *priorum de hac re opinionibus*, neque enim illi mainrum suorum Semipelagianizantium opiniones retractare poterant, cum eo tantnm tempore Semipelagiani in Galliis primitus apparuerint. Immo si verbnm illud ita accipiendum esset, quasi Massilienses prioris opinionis palinodiam cecinissent, non asseruisset Prnsper, *iam plures ex Massiliensibus*, ut perperam Ouviedus accepit, sed *omnes* prinres npiniones retractasse, nam aperte ait: *Retractatis priorum de hac re opinionibus, pæne omnium par invenitur & una sententia, qua propositum & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt*.

CAPUT III.

Faustus alter Semi-Pelagianorum princeps defenditur a recentioribus. Sancti Patres Fausti damnatores ab eisdem improbati & hæreseos falso accusati.

SEmipelagianæ Reipublicæ principatum post Cassianum tenuit Faustns ex Abbate Lerinense Reiensis Episcopus, de qnn plura in Pelagiana Histnria. At recentiores, qui pro Origene *Pelagiani erroris principe*, ita illum dixit Hieronymus, apolngias cudere ausi sunt, Faustum etiam *Semipelagianorum antesignanum*, ut ait Petavius tomo 1. Dogmatum Theol. lib. 9. cap. 2. *Semipelagianorum coryphæum*, ut illum nuncupavit Barnnius tomn 6. ad annum 490. totis viribus defendere conati sunt. Iacobus Sirmondus de ecclesiastica antiquitate benemeritus effœta ætate socinrum litigiis sese immiscens prn Faustn in Historia Prædestinatiana apologiam satis prolixam concinnavit, hæc statim cap. 3. præfatus: *Admonet hoc loco studium veritatis amorque innocentiæ, ut Fausti Reiensis vicem doleamus, sanctoque & clari nominis Antistiti reverentiam, qua fas est, deprecemur* &c. *Faustum hunc, inquam, quis æquo animo ferat, librorum nunc istorum nomine, quod Prædestinatorum in his errores ex synodi sententia refellerit, vexari passim a multis, traducique tamquam hæreticum? Idque auctore, quod dissimulare non possunt, ac duce Iohanne Maxentio Scytha monacho ex eorum numero, qui Eutychis hæresim clam foventes synodum Calchedonensem adversus Hormisdam eiusque Legatos occultis artibus impetebant*. Doluit quoque Sirmnndi sodalem Ludnvicum Cellntium, *ultra meritum modo Faustum ab adversariis vexari*. lib. 2. Hist. Gnteschalci cap. 4. §. unico, ubi *Iohannes Maxentius Eutychianus & monachorum Eutychianorum patronus* ignominiæ causa dicitur. Quid de Fausti dnctrina & sanctitate dicendum sit in Histnria Pelagiana nnbis descripta abunde patet; neque enim ex mnrum integritate doctrinæ veritas adstruitur, neque ex doctrinæ errnribus mnrum sanctitas vexanda est, in quo plerique excessere. Sirmondus veritate cngente fatetur, quod Faustus *circa initium fidei & alia plus aliquanto tribuere visus est, quam par erat*. Noluit dicere *tribuisse*, sed *visum tribuere*, cum tamen id snle clarius sit, additque ita illum sapuisse, *quando ita loqui fas fuit*. quod sane verissimum puto. Nimin tamen bonus ille senex erga suum Faustum studin abreptus sanctnrum Patrum & antiquorum testimnnia, quibus Fausti auctnritas penitus deprimitur, partim negat, partim arguit, ut pluribus hnminis apologia nobis

hic reiicienda sit. Uti vero Petrus Halloix supra deiecta Patrum capita suum Origeoem Pelagiani erroris priocipem attollere tentavit, ac synodum V. mille dicteriis impetit; ita etiam Sirmondus Semipelagianorum principem Faustum propugnans Patrum iudicia explosit, ac Præsulum sanctissimorum synodum in suspicionem hæreseos vocate non dubitavit.

Itaque ille in primis Iohannem Maxentium carpit, vocans eumdem *hominem amentem*, eiusdem in Faustum obiectiones *fallaces*. At non hoc fuit sapientissimorum de Maxentio iudicium. S. Fulgentius initio lib. 1. de Veritate prædestinationis & gratiæ ita Iohannem Maxentium eiusque syncellitam Venerium alloquitur: *Deo gratias ago, sancti fratres Iohannes presbyter & Veneri diacone, cuius ope tales estis, ut pro gratia, qua salvamur, magno spiritu & fervore certetis.* Et synodus sanctorum Episcoporum pro fidei defensione apud Sardiniam exsulantium eiusdem Maxentii ac sociorum fidem commendavit. Cardinalis Bellarminus in libro de Script. Eccles. ad annum 520. ait: *Iohannes Maxentius Faustum & Pelagianos egregie refellit ex libris S. Augustini*. Veoiat huic suppar Cardinalis Baronius, qui tomo 6. ad annum 490. hæc scripsit: *Quinam autem colligantur ex Fausti duobus libris illis errores scriptis S. Augustini & sententiæ catholicæ adversantes, tu vide illos collectos a Maxentio in responsione ad Hormisdam Pontificem, ubi in pluribus Faustus declaratur hæreticus*. At clamat Sirmoodus: *Maxentii porro in Faustum obiectiones fallaces & minime sinceras multorum iudicio habitas esse quis nescit?* Quinam sint isti *multi*, non insinuat: certe illorum *multorum indicio* iosignes illi purpurati non stetere. Multos dixit, qui nec pauci fuere, sed vix unus & alter. Audiat Sirmondus summos suæ Societatis Theologos, quibus, ubi de Theologica re disputatio fit, & ipse summus historicus assurgat. Franciscus Suarez prolog. 5. de Grat. cap. 5. §. *De Fausto*, hæc scribit: *Maxime vero contra illos libros Fausti invehitur Iohannes Maxentius in responsione ad epistolam Hormisdæ Papæ ad Possessorem sub finem, ubi assumit onus probandi illos libros esse hæreticos, idque late ostendit eo fere modo, quo nos statim idem præstabimus*. Magnus vir

A in Fausto oppugnando Maxentii vestigiis inhæsit. Gabriel Vasquez & ipse pro Maxentio testimonium dicit 1. 2. disp. 199. cap. 3. *Sententia Petri & Iohannis Maxentii tam in materia de gratia & libero arbitrio, quam in damnandis libris Fausti magni momenti esse debet*. Sed haud opus habet Maxentius ullo suffragio, neque enim ipse inibi argumenta quædam contra Faustum effingit, unde minus siocere & fallaces eiusdem contra Faustum obiectiones dici possint, sed per antithesim testimonia S. Augustini & Fausti hinc inde producit, *ut cum in brevi*,

B inquit Maxentius, *collata ad invicem contraria sibi reperta fuerint, evidenter clareat libros Fausti esse hæreticos*. Qui vero Faustum eadem cum Augustino docuisse contenderet, procul hinc Anticyras ablegandus esset. Sed non unus neque primus Fausti libros Maxentius damnavit, nam superiori sæculo, ut dicemus, S. Gelasius Papa eosdem proscripserat, & syoodus Africaoorum Patrum apud Sardiniam in epistola ad eumdem Maxentium Archimandritam, quam primus ipse Sirmondus nondum apologiam pro Fausto meditatus, in lucem emisit, pro-

C nunciavit *memorati Fausti commenta veritati contraria, catholicæ fidei penitus inimica*. cap. 18.

Quid hic aget eruditus apologista? quo evadet? quem clypeum Africano telo obiiciet? Ille synodi censuram ne pili quidem fecit, hæc ipsa vociferatus: *Difficile non erat, ab Afris id sperare, apud quos nata, ut dictum est, Prædestinatianorum hæresis in multorum adhuc mentibus hærebat*. O dictum non ferendum! Ne Fausti libet hæreseos incusetur, hæreticos audes appellare Episcopos Africanos, qui pro tuenda fide a Trasa-

D mundo Ariano in exsilium eiecti fuerant? ut hominem liberes, integrum doctissimorum ac sapieotissimorum Patrum Senatum damnas? ne Fausto erroris nota inuratur, universa Africa catholica in hæresis suspicionem adducitur? Olim quidem vivente Augustino nonnulli Adrumetini monachi plus iusto, ut scribis, gratiæ tribuere, sed intra illorum claustra vix natus error Augustini opera extinctus fuit, & si qui postea ea vesania morboque correpti fuere, e plebe, non ex Episcopis illis sanctissimis ac doctissimis fuisse diceodi sunt, ad quos veluti ad

ti ad oracula ex universo Orbe literæ consultantium vnlitabant. Illi quidem de S. Fulgentin hæc scripsere: *Adversus duos libros Fausti Galli septem libros edidit, quos cum recensueritis, agnoscetis protinus, quemadmodum memorati Galli commenta veritati contraria, catholicæ fidei penitus inimica, discussio prodidit, ratio maaifesta convicit, auctoritas divina compressit, & præcedeatium Patrum consona prorsus attestatio coafutavit*. Quid de istn Fulgentin dices, Sirmnnde, itane Prædestinatiana illum quoque peste afflatum asseverabis? Hic Fausti dngmata prnbavit esse *veritati coatratia, catholicæ fidei penitus inimica*. Ille tamen Fulgentius Monimum amicum a Prædestinatiano errore, in quem inclinabat, revocavit integrn ea de re eidem inscriptn vnlumine. At si Fulgentium absolvis, & socii etiam Episcnpi nmni prorsus Prædestinatianæ hæresis suspicione tibi liberandi sunt, qui non iam mea advoeatione indigent, sed temet falsitatis convincunt in ea ipsa epistnla, quam ipse posteris publicasti. Prædestinatianorum, ut ex Arausieano contendis, effatum erat: *Aliquos ad malum diviaa potestate prædestinatos esse*. Hanc vern hæresim Patres Africani Fausti damnatores c. 11. laudatæ epistolæ his reiiciunt: *Cum in utroque vase faciendo figuli cognoverit potestatem, in vase honoris indebitam gratiam Dei miserantis intelligat, & in vase contumeliæ debitum iudicium Dei obduraatis, idest desereatis agnoscat. Deus autem obdurare dicitar, non quia ad iaiquitatem compellit, sed cum ab iniquitate non eripit, quod, quia iustus est, iuste facit*. Damnant clare, sine fucn, evidentissime dicentes, *Deum ad iniquitatem compellere*. Et hos iudices Prædestinatiani erroris damnatores Prædestinatianæ hæreseos Sirmnndus insimulat?

Pergir idem Faustum defendere. *Callidum*, inquit, *præterea & subdolum Fansti sermonem aiuat faisse, Pelagianæ pravitati consentieatem, detectam convictumque a Fulgentio, ab Avito, & ab aliis. Quid hic aptius veriusque pro Fausto responderi queat, quam solemne illud Fausti ipsius, noa ita est*. Negat Faustum callidum ac subdnlum fuisse, Pelagianæ pravitati consentientem, & a Fulgentio cnnvictum. Opponn testem locupletissimum, antiquissimum Ecclesiæ Patrem S. Isidnrum hæc in catalngn Illustr. Script. cap. 14. de Fulgentio narrantem: *Scripsit multa, ex qaibus legimus de gratia Dei & libero arbitrio libros responsionnm septem, ia quibus Faasto Galliæ Reiensis urbis Episcopo Pelagianæ pravitati consentienti respondens, obnititur eius profundam destruere calliditatem*. Socium amice monentem Vasquium submittn: *Cum vero*, inquit, *Isidorus vir doctns & antiquus dicat Falgeatium septem libros illos contra Faustum de gratia & libero arbitrio scripsisse, quis audeat dicere, eum ex suo cerebro, aut sine fundamento id excogitasse?* disput. cit. num. 14. Habes ex Isidnro Fausti profundam calliditatem, eumdem Pelagianis consentientem, cnnvictumque a Fulgentin. At reclamat, *aon extare* libros Fulgentii. Extat tamen, qui eosdem legit, Isidnri testimonium. Forsitan in ea sententia Sirmnndus fuit, ut existimarit, a Prædestinatiann qunpiam septem eos contra Faustum librns sub Fulgentii nomine emissos? Ar de viro tantæ eruditionis hæc cnmmenta suspicari non licet. Interim audiatur testis nnn modo Fulgentii cnætaneus, sed syncellus, qui eiusdem Episcopi gesta literis mandavit; hæc de magistrn tradit: *Ita erat notior omnibus gentibus, ut duo libri, quos Faustus Episcopus Galliarum coatra gratiam subdolo sermoae composuit, favens occulte Pelagianis, sed catholicus tamea videri volens, Constaatinopoli offeasi a plaribus fratribus ad B. Fulgentium probandum dirigereatur, quibus, ac occultum serperet virus, septem libris ipse respondit, plus laboraas exponere, quam convincere; quia dubios sermoaet eius exponere, hoc erat, deliraatis argnmenta convincere. Magnus plane huius operis labor mercedem debitam cito suscepit*. libro de vita Fulgentii cap. 28. Habes Faustum subdnli sermonis, occulte Pelagianis faventem & delirantem, ac septem insuper libris a Fulgentio consutatum. Plane Isidoro consnnat Fulgentii Syncellus. Sed & synodus Sardiniensis, euius magna pars Fulgentius erat, in literis synodicis superius productis ait: *Unus ex nobis* &c. *adversns duos libros Fausti Galli septem libros edidit*. Nnlo repetere quæ sequuntur, ne lectnri fastidium ingeram. Dum in his versnr, subit animum gravis illa exprobatin, qua olim S. Doctnr contra Iulianum usus fuit libro 1. cap. 7. ubi ait: *Mallem sicut Polemo luxuriæ coronis sensim capite detractis eisque abiectis,*

manum

manum pallio subdidit, os & vultum formavit ad verecundiam, ad extremum se illi, ad quem deridendum venerat, discipulum tradidit, sic & tu loquentibus tibi tot venerabilibus viris &c. *tamquam coronas ebriosorum abiiceres laudes Pelagianorum, quibus tamquam magnus eorum defensor extolleris, & stylum, ut mitius dixerim, contumeliosum non tamquam pallio pudoris absconderes, sed tamquam manu emendatiore confringeres*.

Sed quale apostolicæ Sedis de Fausti libris iudicium fuerit, videndum est, ac Sirmondi apologia confutanda. In Romana synodo coram S. Gelasin Papa celebrata actum est de libris recipiendis abiiciendisve; porro inter libros a Romana ecclesia reiectos libri Fausti Reiensis recensiti sunt, iidemque hac sententia confixi: *Opuscula Fausti Reiensis Galliarum apocrypha*. Cum vero sequenti sæculo de eisdem libris S. Hnrmisdas a Possessore Episcopo consultus suisset, hocce responsum dedit: *Hi vero*, inquit, *quos vos de Fausti cuiusdam Galli Antistitis dictis consuluisse literis indicastis, id sibi responsum habeant, neque illum recipi, neque quemquam, quos in auctoritatem Patrum non recipit examen catholicæ fidei aut ecclesiasticæ disciplinæ, ambiguitatem posse gignere, aut religiosis præiudicium comparare*. Legit ista Sirmondus, & non modo probavit, verum etiam ut eadem prorsus ratione de Fausti libris ceteri iudicarent, optavit; hæc enim scribit: *Si de Fausti libris decernendum est, ne supra Sedem apostolicam Gelasiumque & Hormisdam sapere velint, quibus satis fuit non primæ illos auctoritatis, hoc est apocryphos dicere, non hæreticos*. Quid ais Sirmonde? Fausti librns non esse dicendos hæreticos? Quid de synodi Arausicanæ decretis a Romano Pontifice dictatis sentiendum putas? His certe, ut tu quoque fareris, Semipelagianorum errores damnantur, & præcipue Fausti Semipelagianorum coryphæi, qui te quoque teste, *circa initium fidei & alia plus aliquanto tribuere visus est, quam par erat*. Ita ne vero libros cntinentes errores a synodis & Rnmana Sede damnatos hæreticos negabis? At illud etiam interpretamentum, quo libros illos apocryphos, hoc est *non primæ auctoritatis* pronunciatos esse dicis, quam falsum sit, nemo non videat. Gelasius hnc nigrum theta hæresiarcharum libris præfigit: *Opuscula Ioviniani & Galli apocrypha. Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi apocrypha*. Et post nonnullos alios eodem prorsus modo Faustum damnans ait: *Opuscula Fausti Reiensis Galliarum apocripha*. Quare Sirmondo interprete Montani, Fausti Manichæi, ac Ioviniani libri non erunt hæretici, sed tantum non primæ auctoritatis. Cavendum ne una cum Fausto pessimi etiam hæretici excusentur. Gelasius antequam indicem illum librorum, quos Ecclesia reiicit, contexat, ante catalogum librorum damnatorum hæc præfatur: *Cetera, quæ ab hæreticis, sive schismaticis conscipta vel prædicata sunt, nullatenus recipit catholica & apostolica Romana ecclesia, e quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda*. Et statim incipiens a conciliabulo Ariminensi a Cnnstantio Ariano congregato damnatorum librorum indicem subnectit, quos inter Fausti Reiensis opuscula numerat, quæ Gelasio iudicante, *nullatenus recipit catholica & apostolica Romana ecclesia, & a catholicis vitanda sunt*. Hoccine est *non primæ*, an potius *nullius* esse auctoritatis? Scio apocryphos eos libros censeri, qui incerti auctoris sunt, aut nondum auctnritate Ecclesiæ confirmati, sed ibi Pontifex eo nomine illos libros etiam damnat, qui rectam alias doctrinam immistis erroribus deturpant. Sed neque mitius Hormisdas de Fausti libris iudicavit; nam aperte statuit Faustum non recipi in numerum Patrum, quos ut magistros sanæ doctrinæ orthodoxi venerantur. Scribit ab Ecclesia librorum recipiendorum numerum statutum; at de quibusdam aliis censet, legi posse, ut fugiantur illorum errores: *Nec vitio*, inquit, *dari potest, nosse quod fugias, atque adeo non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes*. His Faustum adnumerat dicens, quod *illum in auctoritatem Patrum non recipit examen catholicæ fidei*. Errat igitur, teste Hormisda, Faustus circa fidem. Quare Pontifex reprobato Fausto ex S. Augustini libris ad Hilarium & Prosperum Ecclesiæ doctrinam de gratia & libero arbitrio petendam dixit, quo catholicum gregem a noxiis pascuis ad saluberrima prata revocaret.

Hucusque dicta in summam redigo. Fausti vicem dolet Sirmondus, quod traducatur

ducatur *tamquam hæreticus*. At nos de A
Sirmondo querimur, quod sanctos Patres
Africanos *Prædestinatianæ hæresis* insimu-
lavit. Idem Maxentii contra Faustum
obiectiones *non sinceras* & *fallaces* accu-
sat. At Bellarminus *egregie* Faustum a
Maxentio confutatum testatur. Sirmon-
dus cum Iappero *nec sine honore catholi-
cæ Ecclesiæ doctorem* Faustum nominat.
At S. Hormisdas Papa scribit, quod
Faustum *in auctoritatem Patrum non re-
cipit examen catholicæ fidei*. Idem libros
Fausti *non primæ auctoritatis* tantum de-
claratos esse contendit. At in illis Fau-
stum *subdoli sermonis, Pelagianis consentien-* B
*tem, delirantem, catholicæ fidei penitus ini-
mica* dicentem veteris Ecclesiæ Scripto-
res ac Patres iudicarunt. Quare iure
optimo Cardinalis Baronius tomo 6. ad
annum 490. hæc scripsit: *Non est quidem
ut pro Fausto aliqua possit in eius defensio-
nem vel excusationem apologia elaborari,
quem constat in diverso Orbe catholico impu-
gnatum. Etenim in Occidente Cæsarius &
Avitus doctissimi atque sanctissimi in Gallia
Episcopi adversariis eum scriptis exagitave-
runt; eumdemque in Africa S. Fulgentius
Ruspensis Episcopus septem libris vehementis-
sime impugnavit* &c. *Sed qui præstant his* C
*omnibus, Felix atque Gelasius Romani Pon-
tifices eadem Fausti scripta reiecerunt, ut
plane universum Occidentem Orbem in eos-
dem Fausti libros insurrexisse, eosdemque op-
pugnasse certum sit. In Oriente vero non
unus dumtaxat, quem refert Ado, Iohan-
nes presbyter Antiochenus eos Fausti libros
refellit, sed orthodoxi fere omnes*. Hæc
quidem fusius in Historia Pelagiana pro-
secuti sumus. In eamdem Baronii sen-
tentiam Vasquez pedibus ivit in lauda-
ta disputatione 199. num. 15. scribens:
*Ecce iam scripta Fausti de gratia & libero
arbitrio in Galliis, in Oriente, & in Africa* D
*tamquam veræ fidei dissentanea improbata
& notata, ut deinde nullus audeat apolo-
giam pro Fausto contra communem sensum
Patrum elaborare*. Verum illam elabora-
vit Iacobus Sirmondus, quo Prædestina-
tianæ hæresis oppugnatori aliquid aucto-
ritatis adderet. Faustus tamen totus
quantus est, Semipelagianus apparet,
uti etiam Arnobius, Gennadius, aliique
antiquiores, qui S. Augustini sententiam
de gratuita prædestinatione insectantes,
Prædestinatianorum nomine eamdem in-
famare conati sunt.

CAPUT IV.

Gennadius Massiliensis Semi-Pelagianus a recentioribus excusatur.

POst Cassianum eiusque doctrinam
de gratia & libero arbitrio uti non
deflexam a fidei regula sancta commen-
datam: post Fausti libros non hæreticos
defensos, quos tamen Semipelagianorum
magistros fuisse clarius constat, quam
ut ullis quorumcumque hominum præ-
stigiis eludi possit: post Massilienses ob
B ignorantiam invincibilem excusatos: ter-
tius Semipelagianæ scholæ professor a
recentioribus defenditur Gennadius Mas-
siliensis. Hunc fuisse Semipelagianum
lib. 2. Historiæ Pelagianæ cap. 16. osten-
dimus, cuius dicti duos hic tantum te-
stes advocabo omni exceptione maiores,
Baronium & Bellarminum. Ille tomo
4. ad annum 388. ait: *Hæc Gennadius,
qui erga Pelagianos propensior tribuit falsus
auctor Evagrio signa atque prodigia*. Iste
vero lib. de Script. Eccles. V. Gennadius
ait: *Scripsit etiam librum de viris illustribus,
in quo suspicionem non parvam reliquit suæ
C non recte fidei; laudavit enim Cassianum &
Faustum, qui Semipelagiani fuerunt, & S.
Prosperum depressit, qui pro gratia Dei con-
tra Pelagium fortissime dimicavit*. Fausti
certe Semipelagiani volumen de gratia
& libero arbitrio ab Ecclesia & Patri-
bus damnatum vocavit *opus egregium*.
Idem dogmata de gratia a Cassiano con-
cinnata tamquam *salutaria* probata esse
Ecclesiæ provinciavit. Hieronymum vo-
cat obtrectatorem & æmulationis stimu-
lis incitatum. Addit Augustinum, quod
multa scripsit, errasse, quæ diffusius lo-
co citato prosecuti sumus. Ceterum &
D hic Semipelagianus eximium patronum
sortitus est. Te ne appellabo, recentio-
rum sapientissime, qui cum summa do-
ctrina summa quoque modestia coniun-
cta, sanctis Patribus ac Augustino præ-
sertim honorem semper detulisti, nec
tibi contra eumdem, licet tam multa
scriberes, verbum ullum umquam mi-
nus Augustino honorificum excidit? Tuæ
erga Augustinum reverentiæ detur, ne
in hæc invidiæ, ut obiicient, plena de-
signato nomine coniiciaris. Hic proleg.
5. de Grat. cap. 5. num. 36. Semipela-
gianismi notam procul a Gennadio plu-
ribus


ribus amovere conatus concludit: *Fieri ergo potest, ut ea, quæ de Cassiano & Fausto scripsit non per errorem in doctrina, sed per ignorantiam facti dixerit*. Annatus vero libro 7. sui Aug. cap. 2. §. 1. *Ego vero*, inquit, *non excuso, nec probo, quod de illo dicitur, animi propensionem habuisse nimiam erga defensores Semipelagianismi, & ab eius impugnatoribus Augustino & Prospero aversionem*. Itane, *quod de illo dicitur*, inquis? quasi id incerta fama vulgaverit, & non potius hoc ipsum suis in scriptis clare ostenderit, quæ tu quoque legisti, certe legere debuisti, de divina gratia scripturos.

Cum Cassianus ac collegæ Massilienses Augustini doctrinam carperent, Prosper & Hilarius ex Gallia Romam profecti, rem Pontifici Cælestino detulere, qui de Augustini fama sollicitus literas statim ad Galliæ Episcopos dedit, in quibus dolere se significavit; quod *nescio quibus presbyteris illic* impune liceret, Augustino erroris notam inurere. cap. 1. Ibidem etiam Prosperum & Hilarium commendat, *quorum*, inquiens, *circa Deum sollicitudo laudanda est*. Capite vero 2. quod & ultimum illius epistolæ est, quicquid alii vulgo arbitrati sint, eximia laudum assertione S. Augustinum exornat, dicens contra eiusdem calumniatores: *Unde resistendum talibus, quos male crescere videmus*. Qui igitur fieri potuit, ut Gennadius & ipse Massiliensis, qui eodem sæculo paulo post Prosperum floruit, hoc celebre Cælestini decretum ignoraverit? Sane S. Prosper initio libri contra Collatorem protestatur, se scribere contra Cassianum, quem licet non nominet, ex libro eiusdem, quem sibi impugnandum dicit, evidenter illum designat. At cap. 42. asserit a Cælestino Pontifice Cassianum cum sociis acriter reprehensum fuisse: *Per hunc virum*, inquit, nempe Cælestinum, *intra Gallias istis ipsis, qui sanctæ mem. Augustini scripta reprehendunt, maleloquentiæ est adempta libertas, quando consultantium* (quo nomine se & Hilarium indicat) *actione suscepta, & librorum, qui errantibus displicebant, pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate sentiri, sancto manifestavit eloquio* &c. Et recitato celebri illo Cælestini de Augustino elogio ait: *Contra istam clarissimam laudationis tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem audet quis-*

A *quam malignæ interpretationis murmur emittere*. Ergone Gennadium sedulum literarum ac librorum collectorem Cælestini epistolam ad suos Massilienses datam ignorasse arbitrabimur? Apage a Gennadio hanc *ignorantiam facti*. Profecto ille fatetur, se Prosperi librum contra Cassianum legisse: hæc enim scribit cap. 84. de Scriptoribus illustribus, ubi de Prospero agit: *Legi & librum adversus opuscula sub persona Cassiani, quæ Ecclesia Dei salutaria probat, ille infamat nociva*. Itaque Gennadius in cap. 42. libri Prosperi notavit, istum de Cælestino scribe- B re: *Per hunc virum intra Gallias istis ipsis, qui S. mem. Augustini dicta reprehendunt, maleloquentiæ est adempta libertas*. At quinam isti fuere? *Cassianus*, inquis, *& cum eo aliqui eiusdem ordinis presbyteri*. ptolegom. 5. cap. 6. num. 7. Quare Gennadius ex libro Prosperi cognovit a Cælestino Cassiani & sociorum temeritatem reprehensam, qua contra S. Augustini doctrinam insolenter insurrexerant: cognovit Prosperi pro Augustino legationem susceptam, & a Romano Pontifice laudatam; cognovit ex Cælestini elogio ibidem inserto, Augustinum nec um- C quam sinistræ suspicionis rumore aspersum. His tamen omnibus probe cognitis Gennadius sanam Cassiani doctrinam, Prosperum infamatorem, Augustinum *in multiloquio* errantem blaterare non extimuit.

Gennadius male animatus fuit erga Augustinum & Hieronymum, quos soli errantes odere. De S. Augustino scribit cap. 38. *Error illius sermone multo, ut dixi, contractus, lucta hostium exaggeratus, necdum hæresis quæstionem dedit*. Qualis iste error Augustini lucta hostium exaggeratus a Gennadio perperam intelliga- D tur, diximus libro 2. Histor. Pelag. cap. 16. Idem Hieronymo longe iniquior fuit. Scimus hunc S. Doctorem graves cum Rufino inimicitias contraxisse, de quibus superius egimus; at Gennadius palam Rufino contra Hieronymum astipulatus est: nam in laudato libro de Illustribus Scriptoribus cap. 17. ait: *Rufinus Aquileiensis ecclesiæ presbyter non minima pars fuit Ecclesiæ doctorum*. At S. Anastasius Papa non eo in pretio habuit Rufinum, in epistola enim ad Iohannem Hierosolymitanum Rufinum prorsus se nihili facere hisce ostendit: *Illud tamen*, inquit,

inquit, *scire cupio, Rufinum ita haberi a nostris partibus alienum, ut quid agat, ubi sit, nescire cupiamus. Ipse denique viderit, ubi possit absolvi*. Laudans vero Gennadius duas Rufini invectivas contra Hieronymum ita scribit: *Sed & obtrectatori opusculorum suorum respondit duobus voluminibus, arguens & convincens se Dei intuitu & Ecclesiæ utilitate auxiliante Domino ingenium agitavisse, illum vero æmulationis stimulo incitatum ad obloquium stylum vertisse*. Ob hanc censuram pessime audivit Gennadius: carpsit enim Hieronymum uti oblocutorem, obtrectatorem, atque æmulationis æstro percitum. Origenis vero libros Peri-archon veluti utilitati Ecclesiæ a Rufino translatos (nam hos Rufini labores Hieronymus detestatus est) affirmavit. Ex his mihi certum est, Gennadium scripsisse illum catalogum ante synodum Romanam sub Gelasio celebratam, nam in ea synodo pro Hieronymo contra Rufinum sententia dicta est in hæc plane verba: *Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam B. Hieronymus eum in aliquibus de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ prædictum B. Hieronymum sentire cognoscimus*. Quæ si Gennadius legisset, nequaquam contra Hieronymum pronunciasset, neque Prosperi opus contra Collatorem damnasset; illud enim a Gelasio in illa synodo approbatum fuit, reiectis Cassiani & Fausti opusculis, quæ Gennadius laudat. Atque hic dissertatio nostra adversus novos Origenis, Theodori, ac Iuliani Pelagianorum, necnon Cassiani, Fausti, ac Gennadii] Semipelagianorum defensores finem sortiatur.



VINDICIÆ
AUGUSTINIANÆ

QUIBUS

S. Doctoris scripta adversus Pelagianos ac Semipelagianos a recentiorum censuris asseruntur.

VIRGILIUS Æneid. X.

——Socii magno clamore sequuntur:
Dum Genitor nati parma protectus abiret.

INDEX CAPITUM
Vindiciarum Augustinensium.

§. 8.

PRÆFATIO

AD

VINDICIAS AUGUSTINIANAS.

Neminem non mirari existimo, tantam fuisse quorumdam recentium scriptorum, ut mitissime loquar, animositatem, qua Augustinum maximum illum catholici Orbis magistrum editis libris impetere ausi sunt, ut eiusdem defendendi necessitas iis imponatur, qui illum impensius colunt. Et quidem iam inde ab exorientis mali primordiis Maiores nostri, qui ex vitæ instituto Augustinum uti parentem sanctissime reverebantur, erumpentem novorum censorum audaciam reprimere conati sunt. Ludovicus ab Angelis insignis apud Olyssiponenses sacrorum arcanorum interpres sancti Doctoris auctoritatem a plurium calumniis vindicavit, & sanctorum Patrum elogia eidem ob Pelagianos ac Semi-Pelagianos expugnatos delata singulari diligentia congessit, unde postea eadem ceteri mutuarunt. Sed cum malum quotidie glisceret, atque in scholasticis recentiorum quorumdam disputationibus Augustini doctrina in iis præsertim quæstionibus, quas cum divinæ gratiæ hostibus idem habuerat, passim traduceretur, ita ut summus Ecclesiæ Doctor in ordinem propediem redncendus videretur, Basilius Pontius Legionensis magnus apud Salmanticenses Theologus non modo suos Augustinienses, verum etiam sapientissimos Dominicanæ familiæ Patres ipsamque Salmanticensem Academiam in Augustini partes traxit, quo veluti succenturiato præsidio sancti Doctoris auctoritas adversus recentiorum impetus muniretur. Hinc Pontio auctore Salmanticæ anno 1627. famosum illud fœdus ictum est, ea præcipue conditione, ut qui Theologica laurea donandi forent, concepto prius iuramento Augustinianæ doctrinæ defendendæ sese adstringerent. Eo nobilissimæ Academiæ facto Augustinianæ auctoritati satis consultum videbatur, præsertim cum sacra etiam Lovaniensium Theologorum Facultas iam pridem in Augustini verba iurasset. Ceterum exortis Iansenianis dissidiis plerique longe acerbiora contra Augustinum & loqui & scribere non extimuerunt. Non defuere tamen ex nostra familia viri, qui magni parentis partes acerrime defensarent. Hos inter emicuit Pater Carolus Moreau Gallus, qui tomo primo suarum in Tertullianum animadversionum satis prolixas vindicias pro Augustino inseruit, quod itidem antea præstiterat vir insignis Iohannes Rivius Belga libro quarto de Vita Augustini. Sed profecto nostros hosce scriptores & laterem lavisse, & surdis cecinisse experti sumus; tantum enim abest, ut illi ab incœpto destiterint, ut maiori longe apparatu atque infestioribus armis in Augustinum moverint, hæc adversus Hipponensem Doctorem scripturientes: *Augustini doctrinam obscuram, difficilem, intricatissimam, secum ipsa pugnantem, pluribusque erroribus obnoxiam esse. Positum illum sub caligine. In Pelagianis oppugnandis ultra veritatis limites æstu disputationis abreptum. Licitum esse nedum iudicem, sed ne arbitrum quidem*

lib. 5. de vita Aug. cap. 14. & 15.

Pontius in Apologia iuramen. Salmant.

dem honorarium in controversiis de divina gratia illum admittere. Ipsius arma non esse inexpugnabilia, neque satis apta ad Calvinistas superandos. Hæreticorum argumentis minime satisfecisse, neque positas abs se theses convincentibus argumentis comprobasse. Non esse sepeliendam scholasticam, ut unus regnet Augustinus, sed hunc ipsum ad scholasticæ amussim exigendum. Ridiculos Augustini adoratores ad nauseam hyperbolicas in eumdem laudes congerere. Volentem impugnare Augustini sententias habiturum adiutorem Deum. Hæc aliave pæne innumera addidere, quæ in calce huius apologetici referemus. Ferunt Crœsi Regis filium a puero mutum, cum parentis iugulum stricto mucrone impeti ab hoste cerneret, ruptis derepente miserantis naturæ im-
Herodot. lib. 1. petu perpetui silentii vinculis exclamasse: Ἄνθρωπε, μὴ κτεῖνε Κροῖσον. At nos, quibus integer loquendi usus est, Augustinum parentem optimum doctissimumque novorum censorum scriptis impune lacerari permittemus, & illis quidem mille conviciorum plaustra in S. Doctorem congerentibus, nos eadem citra querelas plenis auribus excipientes, ansati pacem servabimus, quasi ea nos nihil tangant? Degeneres sane ac spurii censendi essemus, immo amentes prorsus vel saxei, si in tanto parentis discrimine stylo parceremus, qui & esse & haberi volumus Augustiniani. Patris honor lacessitur: pietatis est eumdem ab adversariorum dictis vindicare. Ecclesiæ Magistri doctrina impetitur: fidei est illam a quorumcumque impetu asserere. Divi fama decurtatur: religionis est eamdem sartam tectamque servare. Quantorum ergo criminum rei evaderemus, si vulgari forte adversariorum æstimatione, aut eorum, qui eisdem suam vendidere fidem, auctoritate coerciti iniustas adeo in Augustinum peractas censuras surda aure pertransiremus. Diu quidem siluimus, privatisque querelis ingentem animi dolorem egerere curavimus, meliorem hisce hominibus erga Augustinum mentem comprecantes. Sed nihil profecimus patientia, nisi ut graviora tamquam de facili tolerantibus ingererentur; unde peiora in dies audientes, iam tandem quantulamcumque hanc nostram advocationem Augustino commodare coacti sumus. Neminem vero adeo pietatis ac religionis expertem futurum arbitror, qui hocce apologeticum torvis oculis intueatur, nigrumque eidem theta præfigat.
Lib. 5. Instit. cap. 1. Etenim, ut olim ad Constantinum Augustum Lactantius scripsit, *si sacrilegis & proditoribus & veneficis potestas defendendi sui datur, nec prædamnari quemquam incognita causa licet; non iniuste petere videmur*, ut Augustino, qui veluti Christiani Orbis deliciæ, teste S. Cælestino Papa, *ubique cunctis & amori fuerit & honori*, aliquis sit defensioni locus. Nam pessima foret nostrorum temporum conditio, si Augustini censoribus utraque auris daretur, eorumque iniuriosa nimium Augustino volumina per ora manusque hominum volitarent, & S. Doctoris defensores non modo inauditi iudicio excluderentur, verum etiam eisdem silentium lata lege indiceretur.
Tacitus lib. 12. Annal. Immane, ac barbaræ prorsus feritatis exemplum fuerit, cum Rhadamistus Tyrannorum truculentissimus Mitridatis Armeniorum Regis filios, quod *parentum cædibus illacrymaverant*, trucidavit. Iniquus sane iudex sis, qui Patre nostro mille conviciis lacessito, ut Hieronymi verbis utar, *ne gemi-*
Apol. 2. con. Rufinum. *tum quidem ac lacrymas dolori liberas esse concedis*. Legimus, cum Nerone imperante virtus omnis pro crimine haberetur, Aruleno Rustico ac Herennio Senecioni, quod innocentissimos ac sapientissimos cives laudassent, *capitale*

pitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum sævitum. Sed absit, ut hoc facinus nostri sæculi sit, vel exempli: neque enim homines ab avita erga Divos religione adeo recessisse putandi sunt, ut Augustini laudes indignantes audiant, atque editum hunc nostrum pro eodem librum irata manu discerpant. Magnus Stoicæ sectæ professor Seneca merito impias Præxaspis Persarum Satrapæ voces execratur, qui cum citra gemitum sub oculis transfigi sibi filium a Cambyse Rege vidisset, ab eodem interrogatus, num certo ictu pransus ad scopum collimaret, Tyranni dexteram filii sanguine cruentam fumantemque per detestabilem adulationem laudavit, paremque in sagittando Apollini illam dixit. Itane corpore, sed magis animo servi exemplum secutis, novorum censorum manus, quas stylis armatas Augustino intulerunt, laudibus, immo & osculis nobis implendæ erunt? Hominum quam Divorum amantior hanc nobis iniquissimam legem imponet, a qua tamen nos liberos esse scimus, quippe qui ad Augustini defensionem suscipiendam apostolicæ Sedis decretis impellimur, quibus refragari sit nefas. Cum Pelagiani veteres illi Augustinomastyges literas quasdam publicassent, in quibus sanctus Doctor pessime traducebatur, Bonifacius Pontifex indignatus doctissimi viri nomen quoquam convicio pulsari, easdem hæreticorum literas ad Augustinum per Alipium deferendas curavit, quo se ab impostorum calumniis vindicare posset. Hinc amantissimo Patri scribens Augustinus, *ago autem gratias*, inquit, *sincerissimæ in nos benevolentiæ tuæ, quod eas me latere noluisti literas inimicorum gratiæ Dei, in quibus reperisti nomen meum calumniose atque evidenter expressum, sed spero de Domino Deo nostro, quod non sine mercede, quæ in cœlis est, illi me lacerant dente maledico.* Sed & Bonifacii successor Cælestinus eiusdem sanctissimi Doctoris honori optime consultum voluit. Siquidem vix Augustino inter superos relato nonnulli, quorum teste S. Prospero *nec ordo in Ecclesia, nec ingenia despicienda videbantur*, eidem in Galliis petulanter obloqui, illiusque libros censoria auctoritate examinare ausi sunt, qui cum essent, eodem Prospero auctore, *bonæ opinionis viri, habentes speciem pietatis in studio*, Hipponensis magistri famam ac doctrinam in certum discrimen traxissent, ni Cælestinus gliscenti malo præsentissimo remedio obviam ivisset. Etenim ubi adversariorum machinationes delatoribus Prospero & Hilario cognovit, literas ad Galliarum Antistites dedit, queis eisdem indignatus, quod Augustinum impune percelli permitterent, *Timeo*, inquit, *ne connivere sit hoc tacere, ne magis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui: in talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret; merito namque causa nos respicit, si cum silentio faveamus errori. Ergo corripiantur huiusmodi, non sit his liberum habere pro voluntate sermonem.* Dein totus in S. Augustini dudum sibi, cum in vivis esset, amicissimi laudes effusus, *Augustinum*, inquit, *sanctæ recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec umquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote qui ubique cunctis & amori fuerit & honori. Unde resistendum talibus, quos male crescere videmus.* Iubet ergo apostolica Sedes, ut Augustini censores *corripiantur, non*

Tacitus in præfat. ad vitam Agricolæ.

lib. 3. de Ira c. 14.

lib. 1. ad Bon. cap. 1.

In præfat. con. Collat.

sit his liberum habere pro voluntate sermonem; lata lege etiam sancit, *resistendum talibus*. Hoc sane veteres Augustinianæ scholæ proceres Prosper, Fulgentius, Cæsarius, Prudentius, Rhemigius eruditione æque ac sanctitate percelebres magno animo executi, Augustini scripta contra Semipelagianorum aliorumque insultus defenderunt. Hoc ipsum plurimi recentiores summa cum laude præstiterunt, quorum omnium studia vicit eximius P. Macedo tot pro eiusdem Patris doctrina in lucem libris emissis. Quare Pontificiis mandatis obtemperans, tantorumque Patrum exempla licet longo positus intervallo secutus, recentiores quosdam Augustinianæ doctrinæ censores in ius vocare decrevi. Quod quidem iudicium maiori, qua potero modestia, prosequar: numquam enim meliorem causam fecit petulantia dicentis, sed sæpe peiorem. Amici mihi illi sunt, sed usque ad aras, usque ad Augustinum meum. Omnia præteribo, quæ mihi acerbiora dictu videbuntur, neque solum quid illos audire, sed etiam quid me deceat dicere, considerabo. Quod si quidpiam forte amarulenti exciderit, id propriæ tribuant importunitati, qua nos in eam necessitatem coniecere, ut sine graviori quandoque censurarum reprehensione vix possimus Augustinum pro dignitate defendere. *Hic interim liber*, ut Taciti de Agricola scribentis sententia utar, *honori* Augustini P. N. *destinatus*, *professione pietatis*, *aut laudatus erit*, *aut excusatus*.

In præfat. ad vit. Agric.

VINDI-



VINDICIÆ AUGUSTINIANÆ

QUIBUS

S. DOCTORIS SCRIPTA ADVERSUS PELAGIANOS A RECENTIORUM CENSURA ASSERUNTUR.

CAPUT I.

Refelluntur argumenta, quibus nonnulli contendunt doctrinam S. Augustini de prædestinatione & gratia esse difficilem & obscuram. Sanctissima CLEMENTIS X. Pont. Opt. Max. pro S. Doctore sententia.



ANtequam quorumdam recentiorum convicia, quæ contra S. Doctorem plurima congessere, sigillatim referam refellamque, opere pretium duxi recensere quid Augustino, quod ad traditam contra Pelagianos de divina gratia ac prædestinatione ab illo doctrinam, universim opponant; inquiunt enim, esse illam difficilimam, obscuram, intricatam, inconstantem, variam, ultraque veritatis lineas excurrentem. Quam quidem accusationem cum pluribus argumentis conentur persuadere, eadem nobis solvenda sunt, ne quid forte detrimenti apud imperitos nimiumque credulos Augustiniana doctrina patiatur. Iohannes Adamus hasce contra Augustinum obiectiones struxit, cuius quidem auctoris factum duplici odio dignum iudico, vel eo quod doctrinam, quam sapientissimi quique ad usque sidera extulere, deprimere tentavit, vel eo maxime quod Augustinianis armis contra Calvinum decertare professus, eadem ipsa arma mille dicteriis infamat, dubiumque facit, sit ne Augustino, vel Calvino infestior hostis habendus. Adamus hunc titulum in libro vernacula lingua exarato inscripsit: *Calvin deffait par soy-mesme & par les armes de S. Augustin, qu' il avoit injustement usurpees sur les matieres de la grace, de la liberte, & de la prædestination*. Nempe: *Calvinus destructus suismet & S. Augustini armis, quæ idem iniuste usurpavit in iis, quæ ad gratiam, libertatem, & prædestinationem pertinent*. Augustini nomine grandioribus caracteribus atque ex utraque parte paginam implentibus delineato. Porro volumen illud in partes est divisum tres, in quarum priori & altera nihil de gratia & prædestinatione differitur, rursusque in iisdem Augustini nomen sonat, in postremam tantum partem de illis mysteriis quæstiones reiecit. Quo consilio id egerit, nemo non ignorat; scripsit enim, cum vel maxime Ianseniani tumultus in Galliis ebullirent. Ceterum in hac voluminis postrema parte plus operæ contra Augustinum, quam contra Calvinum ponit. Etenim in prioribus decem capitulis late in unum Augustinum invectus integris viribus decertat; in quinque autem sequentibus veluti in Augustino persequendo delassatus contra Calvinum stylum deflectit. Verum in decimo sexto, quo universo volumini nobi-

lem colophooem imponat, resumpto animo iterum in Augustinum irruit, ut fa+xei fane cordis censendi fiot, qui citra noo dicam indigoationem, sed execratiooem adeo S. Doctori iniuriosa verba perlegeriot. Hoceine est, Adame, Calvinum an Augustinum destruere? Promiseras te *S. Augustini armis* cum Calvino congressurum. At quanti per tuam fidem victrieia illa arma facis? Clamas: *arma Augustini inexpugnabilia non esse*. cap. 4. pagioa 581. Itaoe *iactas plumbeos pugiones*, ut facete libro 3. con. Iul. cap. 7. ait Augustinus, queis adversarii iugulum pet as? Sub Augostini auspiciis io hostem moves, & ducem hunc tuum mille dicteriis oneras? Sanctum Doctorem a Calvioistis abs te vindicatum iri promittis, & eumdem hostibus prodis? Hæc loqueris pagina 640. cap. 8. *Si intra verborum S. Augustini altitudinem me continerem, Calvinista essem*. Addis cap. 16. pagina 760. *Orbi universo notum est, inter omnes Patres unum Augustinum Eucharistiæ mysterium maxime confudisse*. Quid quod? scribis pag. 596. cap. 4. Augustini dicta noo esse apta *ad exarmandos Calvinistas*. Præterea Augustinum, inquis, seosisse impiorum hominum reprobationem ab originali culpa esse derivatam, & illius hanc uoicam esse causam pagina 584. At cap. 10. pagina 667. scribis eam sententiam *tibi licitum esse horrere, quod mater est illius, quam Calvinus tanta impietate ac rabie contra Ecclesiam inculcat*. Et pagina 624. eap. 7. testaris, Augustinum dixisse, *mannam & Eucharistiam esse æqualiter figuram Iesu Christi*. quæ prima Calvioistarum hæresis est. Putasne Calvini sectatores ae Genevensem scholam non plenis auribus ingentique plausu isthæc tua dicta excepisse, cum te iudice suum fere videaot Augustinum, quem tameo eontra eosdem stare, te demonstraturum promiseras? Sed his omissis, ob quæ Calvinistæ gratias referunt, saltim debent, quam contra S. Doctorem accusationem instituas, audiamus.

Dial. 6. de opin. probabili. Itaque Adamus, quem iotelligo inter *celebres auctores* a sodalibus numerari, capiti quarto hunc titulum dedit: *Doctrinam S. Augustini de mysteriis gratiæ, libertatis, prædestinationis, & Eucharistiæ esse difficillimam intellectu, & eam obscuritatem magnas divisiones tum vivo tum mortuo Augustino peperisse* &c. Rutsus caput sextum ita inscribit: *Nova argumenta ad probandum doctrinam S. Augustini de mysteriis gratiæ & prædestinationis esse obscuram & difficilem intellectu*. pag. 610. Io quo quidem capite cum plura tum falsa tum calumniosa pronunciaverit, hae præclarissima censura concludit: *Sed illud, quod tenebris ac nubibus libros huius sancti & sapientis Doctoris obduxit, quodve adnotatum fuit a celeberrimis Theologis, est quod non absque profunda meditatione non semper distinguit id, quod docet uti dubium, & quod tradit, ut indubitabile: quodve dicit adversarios impugnans, & quod docet sua defendens. Sæpe oppositas sibi abadversariis obiectiones in eosdem retorquet, eos in absurditates miras coniiciens. Instantiam instantia solvit, inconvenieus refutat difficultate longe maiori. Ulterius non clare exponit, unm obiectiones ad suos hostes impugnandos proponat, vel quod in eis cum iisdem conveniat* &c. *Hæc quidem eiusdem addita perpelexitate in sententia proferenda in hac materia, ac considerata insuper distinctione librorum ante Episcopatum & in Episcopatu scriptorum, nec non diffidii doctorum ob veram eiusdem doctrinæ intelligentiam percipiendam, mihi licitum est concludere, noluisse suos sensus clare exponere, vel in illis explicandis non ita felicem fuisse, ut nullus de eius mente dubitandi superfit locus. Quare immerito volunt ipsum esse oraculum gratiæ & concilii Tridentini interpretem*. Quid arrogaotius, quid absurdius, quid indecentius contra Augustinum dici possit, noo video. At quo consilio illa eructarit, satis est manifestum, nempe ut Augustini deserendi impositam sibi necessitatem ostenderet. Quotusquisque enim est, qui Augustinum præ aliis sequi malit, si vera sunt, quæ eidem Adamus opponit? Hinc cap. 16. pagina 760. clamat: *Hæ Augustini tenebræ me cogunt ad lucem alibi quærendam, quam quidem in synodis & aliorum doctorum libris invenio*. Habemus hominis coofessionem.

Victorinus celeberrimus quondam Romæ Rethor, ac Hiernnymi & Augustini præconio Orbi notus, voloninum obscutitatem triplici ex eausa oriri dicebat, ut testatur S. Hieronymus in Procœmio libri 13. in Ezechielem: *Vel rei magnitudine, vel doctoris imperitia, vel audientis duritia*. Poterat quartam addere, nempe docentis malitiam, quod Aristoteli vitio vertitur obscuris verborum invo-

involuctis suos seosus occulenti. Sancti Augustini doctrinam de gratia & libero arbitrio ac prædestinatione esse obscuram atque difficilem ob rei magnitudioem, ob divinorum consiliorum profunditatem, ob mysterii secretissimi altitudinem libenter concedimus. Quis enim ignorat, quantum omnium ætatum sapientibus difficultatis ingessit humanæ voluntatis liberæ cum divina præscientia ac prædestinatione concordia? Testes sunt veterum Philosophorum errores. Inde enim Stoici fatum invehentes liberum arbitrium suffocarunt: alii cum Cicerone contiogeotium scientiam Deo sustulere. Hinc pariter inter scholasticos Theologos diuturna ac perpetuo duratura dissidia orta sunt. Ipsimet recentiores, qui plaoiori se via iter carpere gloriantur, in pluribus, de divinis prædefinitionibus scilicet, de obiecto scientiæ mediæ, de gratia congrua, aliisque secum invicem acerrime coocertantes, civili eo bello rei difficultatem fatentur. Molioa in Coneordia quæst. 14. art. 13. disp. 53. memb. 2. §. *parvipendunt* fatetur, semet pertinaci vigioti annorum labore insudasse, quo humanam libertatem cum mysteriis gratiæ ac prædestinationis componeret, qui tamen Thomistarum iudicio inanem operam posuit. Sed hnc sub lite dimisso, certe eo conatu difficillimam provinciam se aggressum osteodit. Suarius omnium recentiorum gravissimus scriptor tomo 2. de Grat. libro 5. io præludio agens de gratia efficaci idem ingenue affirmat. Hinc Augustinus epistola 47. ad Valentinum vocat eam quæstionem *difficillimam & paucis intelligibilem*. Et cap. 47. de Gratia Christi *ad discernendum difficilem*. Idem serm. 5. de verbis Apostoli, cum de divina gratia verba ad populum facturus esset, dixit se *habere propter obscuritatem rerum difficilem disputationem*. Ceterum sapieotissimus vir obscuris lucem & difficilibus facilitatem, quantum potuit, ingessit. Nulli sane labori pepercit, quo & clarissime & planissime loqueretur; precibus etiam Deum subinde rogabat, ut ad captum populi de gratia disterendi facultatem sibi impertiretur. Audiatur in procemio serm. 13. de verb. Apost. cum in superioribus de lege & gratia fuse perorasset: *Verbi Dei*, inquit, *altitudo exercet studium, non denegat intellectum.*

A *Si omnia clausa essent, nihil esset unde revelarentur obscura. Rursus si omnia tecta essent, non esset unde alimentum anima perciperet, & haberet vires, quibus posset ad clausa pulsare. In lectionibus Apostolicis superioribus, quas caritati vestræ, quantum Dominus adiuvare dignatus est, exposuimus, multum laborem & sollicitudinem passi sumus. Compatiebamur vobis, & solliciti eramus & pro nobis & pro vobis. Quantum autem existimo, adiuvit & nos & vos Dominus, & ea quæ prorsus difficilia videbantur, ac per nos enodare dignatus est, ut nulla quæstio remaneret, quæ conturbet mentem piam.*
B *Impia enim mens odit etiam ipsum intellectum* &c. Libro etiam tertio de Pecc. mer. & remiss. cap. 2. futuris adversariis, qui sibi loquendi obscuritatem obiecturi erant, hisce ora obstruxit: *Qui ea, quæ pro natura quæstionum dilucide dicta existimo, adhuc non intelligunt, non mihi calumnientur pro negligentia, vel pro meæ facultatis indigentia, sed Deum potius pro accipienda intelligentia deprecentur*. Et quidem libri isti primi fuere inter eos, quos supra trigiota pro divina gratia asserenda adversus eiusdem hostes elucubravit. Quare cum Augustinus vel initio dispu-
C tationis recens exortæ, indeque satis obscuræ ac difficilis dilucide se locutum dixerit, quos clarissimæ doctrinæ radios re satis superque tot annorum spatio, tot publicis privatisque congressibus, tot deoique voluminibus epistolisque discussa atque explicata, sparsisse dicendus est? Sane cum Iuliaous S. Doctori obscuritatem obiectasset, hocce ab Augustino responsum tulit: *Quia tenebras vestras redarguunt, vobis lucida non videntur, & quæcumque vobis sua radiante luce molesta sunt, contra illa cor clauditis, ne inde nox fugetur erroris*. lib. 3. Oper. imperf. cap.
D 61. Et cum idem hæreticus S. Doctoris senteotiam intellectu difficilem esse opponeret, respondit Augustinus: *Prorsus intelligor, velis, nolis: sed tu contra ista nihil dicturus, vis non intelligi, quod ego verissimum atque firmissimum dixi*. libro 4. cap. 140. lege de his plura io antithetis.

Ceterum Adamus coctam olim a Pelagianis crambem recoquens, Augustiniaoam doctrinam vitio obscuritatis infamat, quam non mysteriorum magnitudioi, non debili lectorum intelligentiæ, sed Augustini malitiæ deputat, qnppe

quippe qui *suos sensus clare dicere noluit*, vel saltem *non valuit*, ut scribit pagina 615. Itane magnum illud Africanarum synodorum *Ingenium*, quo nomine audivit Augustinus ex Prospero cap. 2. contra Ingratos, adeo bardum vel iovidum iudicas, ut post viginti fere annorum conatus oondum suam fenteotiam explicare potuerit, aut quo solus sapere videretur, noluerit tanto cum Ecclesiæ totius detrimento? Sed videamus, quibus argumentis cap. 4. 5. & 6. probare recentior ille conetur, S. Augustini doctrinam de gratia & libero arbitrio nec non de prædestinatiooe esse obscuram atque difficilem. Oppooit initio statim cap. 4. pagina 590. Florum monachum Adrumetinum primum fuisse, qui Augustinianæ doctrinæ obscuritate deceptus contra liberum arbitrium dogmatizarit: etenim non intelligens Augustini epistolam ad Sixtum contra hominis libertatem eam loqui existimabat. At cum reliqui monachi oppositum defenderent, res ab ipso Floro aliisque ad Augustinum delata est, quibus iostruendis S. Doctor binas ad Valentinum Abbatem literas dedit, addito etiam libro de Gratia & libero arbitrio, alteroque de Correptione & gratia, in quibus ea quæ obscurius in epistola ad Sixtum dixerat, clarius explicuit. Verum antequam pravam illius epistolæ intelligentiam non ex Augustini obscuritate, sed ex lectorum duricie, ut Victorini verbis utar, derivasse ostendam, supina Adami io Augustino legendo incuria castiganda est, qui Florum monachum haud rectum illius epistolæ sensum tenuisse calumniatur, cum aperte Augustinus illum quidem recte sensisse testetur, sed non fuisse ab aliis intellectum; ita enim ad monachos illos scribit cap. 1. de Cor. & grat. *Hanc fidem, quæ sine dubio vera & prophetica & apostolica fides est, etiam in fratre nostro Floro invenisse me gaudeo, unde hi potius corrigendi sunt, quos quidem propitio Deo correctos esse iam existimo, qui eum non intelligebant*. Itaque monachi quidam S. Doctoris epistolam non intelligebaot, cuius tamen sensum optime Florus assecutus, nihil ex Augustini verbis obscuritatis passus est. Unde prava illorum intelligentia non Augustini vitio, quod noluerit aut non potuerit clare loqui, danda est, sed debili monachorum captui, qui nedum Augustinianam epistolam non percipiebant, sed nec Florum eamdem pluribus explicantem intelligebant. Sed de his fusius diximus libro 1. Histor. Pelag. cap. 23. & libro 2. cap. 15.

Addit Adamus pagina 591. *Hos primos apud Africam motus ex Augustinianæ doctrinæ obscuritate ortos Gallicani tumultus consecuti sunt. Viri enim tum pietate tum doctrina insignes Massiliæ & apud vicinas insulas ægre ferebant Augustinum, cuius magna in Ecclesia æstimatio erat, nonnulla docuisse, quæ ob obscuritatem Prædestinatianorum hæresi ea tempestate per Gallias gliscenti favorem præbere videbantur. Porro cum hæc latius diffamarentur, Prosper & Hilarius de his Augustinum per literas certiorem reddidere, quo clarius suam mentem aperiret*. Fabulas bellas nectit hic scriptor; nam ii, de quibus Prosper & Hilarius ad Augustinum scribunt, nequaquam fuere Prædestinatiani, qui ex Augustini obscuritate in errores lapsi essent, sed fuere Semipelagiani, Cassianus, Hilarius, Vincentius, Faustus, aliique, ut fusius libro 2. Historiæ Pelagianæ demonstratum est; illi enim fidem & perseverantiam esse dona Dei pernegabant, nobis ex nobis ipsis ea provenire dictitantes. Nullos sane tunc fuisse Prædestinatianos patet ex literis Prosperi & Hilarii, neque enim Augnstini ipsius doctrinam in pravorum dogmatum fundamentum a Prædestinatianis sumi, sed a plurimis illam impugnari dicunt uti novam & absurdam. Dabo initium epistolæ S. Prosperi; inde enim obiecta Augustino obscuritas, ex qua in Galliis tumultus exortos fingit adversarius, evanescet: *Multi ergo*, inquit, *servorum Christi, qui in Massiliensi urbe consistunt, in sanctitatis tuæ scriptis, quæ adversus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant Patrum opinioni & ecclesiastico sensui quidquid in eis de vocatione electorum secundum Dei propositum disputasti. Et cum aliquandiu tarditatem suam culpare maluerint, quam non intellecta reprehendere, quidamque eorum lucidiorem super hoc atque apertiorem beatitudinis tuæ expositionem voluerint postulare: evenit ex dispositione misericordiæ Dei, ut cum quosdam intra Africam similia movissent, librum de Correptione & gratia plenum divinæ auctoritatis emitteres, quo in notitiam nostram insperata opportunitate delato,*

delato, putavimus omnes querelas resistentium sopiendas, quia universis quæstionibus, de quibus consulenda erat sanctitas tua, tam plene illic absoluteque responsum est, quasi hoc specialiter studueris, ut quæ apud nos erant turbata, componeres. Recensito autem hoc beatitudinis tuæ libro, sicut qui sanctam atque apostolicam doctrinæ tuæ auctoritatem antea sequebantur, intelligentiores multo instructioresque sunt facti, ita qui persuasionis suæ impediebantur obscuro, aversiores, quam fuerant, recesserunt. hæc ille. Audin Massilienses non Augustini obscuritatem obiecisse, sed *tarditatem suam culpare maluisse, quam non intellecta reprehendere*. Narrat autem nonnullos lucidiorem expositionem postulasse, non quod illa, quæ Augustinus adstruxerat, obscura erant; sed quod eadem clarius ad ipsorum captum exponi peroptabant, quæ tamen acutioris ingenii viris satis essent manifesta. Rursus ait, eosdem postea *suæ persuasionis obscuro impeditos* Augustini doctrinam aperte ac probe intellectam oppugnasse, Augustini vero sectatores ex iisdem S. Doctoris libris *intelligentiores multo instructioresque esse factos*, quod non est de Augustini mente minus recte propter obscuritatem percepta rumores in Galliis exortos, ut fingit Adamus, sed de eiusdem doctrinæ omnibus notæ veritate litigia enata esse, Prospero, Hilario, aliisque Augustinum defendentibus, Cassiano e contra cum fœderatis eumdem impugnantibus. Scribit Adamus pagina 594. Prosperum & Hilarium, quod a nonnullis presbyteris Prædestinatianis sunsmet errores Augustini nomine suffulciri cernerent, rei indignitate commotos ad Cælestinum Papam profectos, qui e vestigio literas ad Galliæ Episcopos dedit, quibus, do verba Adami pagina 595. *ora obstruit omnibus istis presbyteris, qui suos errores sub obscuritate verborum S. Augustini tegebant*. Si & delatoris Prosperi dicta & Cælestini iudicis lata pro Augustino vindicando sententia intercidissent, poterant illa utcumque ab Adamo fingi, quo Augustinianam obscuritatem illorum tumultuum fontem persuaderet. At ex Prosperi & Cælestini scriptis apertæ falsitatis reus tenetur. Hi, contra quos Prosper einsque collega Hilarius Romam profecti sunt, non fuere nescio qui presbyteri Prædestinatiani sub Augustini nomine errores suos venditantes, sed fuere plane Semipelagiani Massilienses, qui S. Augustini libros & doctrinam lacerabant. Hoc fusius a nobis probatum est lib. 2. Hist. Pelag. cap. 15. quæ hic repetere non vacat.

Pergit cœpto Adamus novis argumentis Augustinianam obscuritatem probare enitens. Opponit, quod de eiusdem sententia de prædestinatione ingens inter Theologos controversia est pagina 396 addens adeo illam esse difficilem, ut graves tumultus in Ecclesia excitarit. Tradit etiam quosdam ex Augustini sectatoribus in materia de gratia illum deseruisse, vel non ausos fuisse Augustini dogmata publice defendere pagina 610. initio cap. 10. Tet etiam sententiam ea in quæstione mutasse pagina 597. & pagina 611. addit Augustinum sæpe confessum esse, difficultates vel a se vel ab adversariis contra mysteria gratiæ & prædestinationis propositas datis a se solutionibus non elidi, suamque mentem plus obiectionibus commotam fuisse, quam responsionibus sedatam. Item eumdem, cum alicuius insuperabilis difficultatis pondere premeretur, ad illa Scripturæ verba consugisse: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei* &c. Præterea tradit ibidem, inchoasse Augustinum commentaria in epistolam Pauli ad Romanos, ubi Apostolus de mysterio prædestinationis tractat, sed rei altitudine deterritum opus imperfectum reliquisse. Tandem pagina 614. difficultatem veræ & germanæ Augustinianæ sententiæ assequendæ inde probat, quod non una est eiusdem ac constans semper opinio, sed diversæ atque pugnantes. Ego quidem responsionem paucis perstringo; neque enim negotium adversarii obiecta nobis facessunt. Gallicani illi tumultus non inde orti sunt, quod obscura vel difficilis intellectu Augustini sententia habebatur, sed quod plerique eamdem sententiam probe ab ipsis intellectam contrariam putabant antiquorum Patrum definitionibus, teste Prospero in epistola ad Augustinum. Duo enim hic distinguenda sunt. Vel enim difficilis affectur Augustini sententia, quod intelligi non nisi difficulter possit, vel quod licet recte percipiatur, humano intellectui durior videatur, cuive non ita facilis assensus præbeatur. Primum sane falsum est,

est, nam Massilienses optime Augustinianam sententiam de gratia Adami & stantis & reparati, de prædestinatione electorum, de eorumdem certo numero, de dono perseverantiæ assecuti sunt, ut palam fit ex literis Prosperi & Hilarii, qui itidem cum aliis verum Augustini sensum tenuerunt, quem si nonnulli assequi nequivere, ipsorum ingenii debilitati deputetur; neque enim Soli vitio verti potest, quod eum talpa non videat. In altero vero sensu difficilem videri S. Doctoris sententiam de prædestinatione nec ipse Augustinus negavit; res enim secretissima est, quam tamen tnt libris, quantum potuit, reddidit faciliorem. Non ibo inficias, S. Augustini sententiam de prædestinatione ante prævisa merita plures in Galliis turbasse, unde gravissimæ contentinnes emersere, doctis quibusve in partes divisis. Neque enim indocti absolutam prædestinationem cum bumana libertate compnni posse percipiebant, & docti eriam viri idipsum ægre assequebantur. Ceterum Augustinus illorum dissidiorum certior factus, in libris de Prædestinarione SS. & de Dono perseverantiæ eamdem de prædestinatione sententiam & constanter tenuit, & solidissime confirmavit. Sane in libro de Donn perseverantiæ cap. 20. respondens Massiliensibus, qui dicebant, *non opus fuisse huiuscemodi disputationis incerto minus intelligentium tot corda turbari; quoniam non minus utiliter sine bac definitione prædestinationis per tot annos defensa est catbolica fides*, nstendit iam olim ante exortns Pelagianos eadem se docuisse, quæ postea contra eosdem operosius & diligentius demonstrare cnmpulsus fuerat: *Prædestinatio*, inquit, *prædicauda est, ut possit vera Dei gratia, boc est quæ non secundum merita nostra datur, insuperabili munitione defeudi*. cap. 21. Et quidem S. Doctor donum fidei & primam gratiam ex absnluto decretn Dei suspendit, quo omnia prorsus merita divina gratia antecederet. Hinc Semipelagiani Augustino hostes facti per centum fere annos variis dissidiis Gallias fatigarunt, dnnec in Arausicana synodo II. ex Augustini libris datis responsis diuturnæ illæ inter doctos homines agitatæ contentiones finem snrtitæ sunt. Nullius sane culpæ Augustinus reus inde traducendus est, immo summis idem laudibus commendandus venit, qui Semipelagianorum nec sapientia, nec auctoritate deterritus, traditam semel de divina gratia atque prædestinaione ad initium saltem fidei (quod in confesso est apud omnes) sententiam pluribus demonstravit, neque per ipsum ullo modo stetit, quin missis in Galliam duobus præclarissimis libris de Prædestinatione SS. & de Dono perseverantiæ natos ibidem tumultus compesceret. Cum Augustinus de initio fidei atque perseverantiæ dono ea docuerit, quæ verissima sunt, & eadem in synodnrum postea cannnes transierinr, Cassianus, Faustus, Hilarius Arelatensis, aliique reprehendendi sunt, qui Augustino contradicentes erroneam doctrinam defendendo gravissimas Galliæ turbas peperere. Ex bis constat Adamum præpostere de illis Gallicanis dissidiis iudicasse. Hinc recte sub Rbemigio sanctissimo ac doctissimo Galliarum Antistite Ecclesia Lugdunensis ante octingentos annos de boc ipso pronunciavit: *Augustinus nec tanta perturbatione & commotione fidelium ab intentione veracissimæ & fidelissimæ doctrinæ suæ frangi potuit, aut revocari. Sed magis eos & scriptis suis, inquantum potuit, admonuit & instruxit, & orationibus apud Deum profusis fideliter adiuvit, ut intelligerent & agnoscerent, quam necessario & quam salubriter propter commendationem divinæ gratiæ eiusdem prædestinationis veritas omnino & credenda & prædicanda esset*. lib. de trib. Epist. cap. 35. Itaque falso contra S. Augustinum locutus est Ludovicus Molina in sua Concordia hæc scribens: *Augustini doctrina de prædestinatione plurimos ex fidelibus præsertim ex iis, qui in Gallia morabantur non solum indoctos, sed etiam doctos mirum in modum turbavit, ne dicam illius occasione salutem eorum fuisse periclitatam. Ne enim eiusmodi doctrinæ adbærerent, bæresi potius Pelagianæ ex parte assentiendum putabant*. Neque enim reiicienda sunt pharmaca, quod initio quidem sorpta stomachum delicatiorem turbare solent. Haud salus illnrum periclitata est, qui in quæstione nondum ab apostolica Sede decisa non ita se faciles præbebant ad Augustinianam sententiam recipiendam; scimus enim Cassianum, Faustum, Hilarium Arelatensem Episcopum, qui Semipelagianorum principes fuere, uti

Sanctos

Sanctos io Galliis coli, ut io Pelagiana Historia lib. 2. cap. 12. nobis descriptum est. Quis autem noo moleste ferat, recentiores Augustini doctrinam uti Gallicanarum rixarum causam traducere, cum easdem omnino contentiones una ipsa sedaverit atque sustulerit, quandoquidem Arausicani canones, qui pacem Galliis dedere, exscriptæ ad verbum Augustini sententiæ sunt? Quod initio quidem factum fuisset, si Semipelagiani S. Doctoris sententias recipere maluissent, quam eisdem cootradiceodo provinciam dissensionibus involvere. Ex his, ut ante inferebamus, illarum turbarum origo non in Augustinum, sed in eiusdem hostes reiicienda est. Porro falsum est, quod scribit Adamus pag. 610. in materia de gratia & prædestinatione nonnullos sectatorum S. Augostini ipsum deseruisse, vel non ausos eum publice tum temporis in Galliis defendere. Contrarium eoim testantur Prosper & Hilarius in epistolis ea de re datis ad Augustioum: *Recensito autem*, inquit Prosper, *hoc beatitudinis tuæ libro, sicut qui sanctam atque apostolicam doctrinæ tuæ auctoritatem antea sequebantur, intelligentiores multo instructioresque sunt facti, ita qui persuasionis suæ impediebantur obscuro, aversiores, quam fuerant, recesserunt*. Unde Augustini sectatores novis subinde a S. Doctore libris acceptis animosius eiusdem partes sustinebaot. Hilarius vero ita fatur: *Sunt ex parte tales personæ*, nempe Semipelagiaoi, *ut his consuetudine ecclesiastica laicos summam reverentiam necesse sit exhibere. Quod quidem ita curavimus Deo iuvante servare, ut cum opus fuit, non taceremus, quæ ad quæstionis huius assertionem exiguitas nostrarum virium suggereret*. Scio Prosperum in epistola eadem fateri, quosdam non ausos publice Augustiniana proouociata defendere, quod noo inde factum est, quod illa creditu difficilia ac paradoxa arbitrabantur, ut contendit adversarius, sed quod Hilarii Episcopi Arelatensis aliorumque doctissimorum Augustini hostium *dignitas & reverentia*, teste eodem Prospero, timorem eisdem iniiciebant.

Iam vero discutienda veniunt, quæ ad Augustiniaoorum dogmatum difficultatem persuadendam idem comminiscitur pag. 611. ubi ait: *Augustinus sæpe confessus est, difficultates vel a se ipso vel ab adversariis propositas in hac materia datas a se solutiones excedere, seque plus obiectionibus commotum, quam responsionibus sedatum*. Additque: *Cum vero aliqua difficultate insuperabili pressus est, ad illa Scripturæ verba confugit: O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei* &c. Rom. 11. Pereant, si umquam Augustinus ea affirmavit, qoæ illi Adamus imponit: debuerat in re gravissima aliquem S. Doctoris textum appellare. Sed non ita est, Adame, audio enim Augustioum hæc cootra Iulianum omnium adversariorum acutissimum & ferocissimom dicentem io fine lib. 6. *Ad omnia me tibi respondisse, Iuliane, & omnia refellisse* &c. *puto quod prospicis, si pervicax non sis*. Et in fine lib. 1. *Vitreas argutias tuas & fragilia, quibus tibi multum videris acutus & nitidus, argumenta confringam*. Et lib. 3. cap. 3. *Tuarum velut acutarum argumentationum nihil non solutum destructumque dimittam*. Hinc S. Prosper in cap. 2. contra Ingratos canit nullum argumentum Pelagianorum noo dilutum fuisse:

——— nullumque omnino relictum,
Docta fides quod non dissolveret, argumentum.

& S. Prudentius in epistola ad Hincmarum & Pardulum eorumdem hæreticorum argumenta a S. Augustino *abundantissime & competentissime satisfactum* esse scribit. videantur dicta cap. 1. Appendicis ad dissertationem de synodo V. Illa tamen insuperabilis quæstio Augustino visa fuit, cur Deus hunc potius quam illom prædestinaret, de qua erudite agit serm. 11. de verb. Apost. cap. 14. & epist. 105. ad Sixtum, & lib. 4. ad Bonif. cap. 6. obi ait: *Ipsa est quæstio, quæ ad illam pertinet altitudinem, quam perspicere volens idem Apostolus quodammodo expavit & exclamavit: O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei* &c. Ita summi iogeoii fasces secretis divioæ providentiæ consiliis Augustious submisit, qood & recentiores fateri coguotur, si rogentur, cur Deus huic det gratiam congruam, alteri vero neget?

Quod addit, Augustinum imperfectam reliqoisse inchoatam a se in epistolam Pauli ad Romanos expositionem, io qua de mysteriis gratiæ differitur, quasi rei difficultati succubuerit, non convincit Augustini doctrioam esse diffi-

cilem, ut sibi probandum Adamus eo A in capite proposuerat. Rationem intermissorum commentariorum hanc tradit S. Doctor lib. 1. Retract. cap. 25. *Ipsius operis magnitudine ac labore deterritus & in alia faciliora deflexus sum*. Non quod ignoraret, quid de prædestinatione & gratia iuxta Apostoli sententiam statuendum esset, cum id & in libris & in epistolis & in sermonibus adeo sæpe ex eadem epistola Pauli ad Romanos deduxerit, ut Beda, Florus, Victor Tripolitanus, aliique ex solis S. Augustini interpretationibus in eam Pauli epistolam sparsim eiusdem operibus insertis B integra commentaria in centonem consuerint, ac plane totam epistolam Augustinianis verbis exposuerint. Denique falsum est, quod Adamus scribit pag. 612. dixisse Augustinum, suam de prædestinatione sententiam *non esse populis prædicandam*. Quodve summæ falsitatis est, id probans ex cap. 15. de Dono perseverantiæ. Etenim ibidem per plura capita inculcat & prædicandam esse sententiam de gratuita prædestinatione, & modum, quo citra rudium conturbationem prædicari possit, assignat. Audiatur S. Doctor ita inchoans cap. 14. de Dono persev. *Sed aiunt prædestinationis definitionem utilitati prædicationis adversam*. C Audin Adame illam sententiam fuisse Semipelagianorum, quos ibi reiicit S. Pater, quam satis negligenter, ut mitius loquar, eidem affricas. Accipe interim Augustini responsum: *Quasi vero adversata sit Apostolo prædicanti. Nonne ille Doctor gentium in fide & veritate prædestinationem toties commendavit, & verbum Dei prædicare non destitit?*

Hæc nobis scribentibus opportune S. D. N. CLEMENS X. pro Augustino sententiam pronunciavit, aureis plane caracteribus imis præcordiis incidendam. D Etenim in diplomate raro ac singulari dato die 18. Decembris anno 1671. quo universis Christi fidelibus festa S. Augustini die nostræ familiæ templa adeuntibus, ibique pie supplicantibus plenariam indulgentiam impertitur, hæc habet: *Itaque eximia omnisque humanæ laudis præconium longe supergressa S. Augustini Episcopi, Confessoris, & Ecclesiæ Doctoris præcellentissimi, qui Spiritu Dei plenus hæresum errorumque tenebras tamquam fulgentissimum Christianæ eruditionis iubar profundissimis simulque Sole clarioribus scriptis profligavit, & hominum corda eo, quo ipse ardentissime flagrabat, caritatis igne succendit, decora grato devotoque mentis affectu recolentes* &c. Hac apostolicæ Sedis sententia honorificentissima, gravissima, sanctissimaque omnes a quibuscumque adversariis Augustinianis libris obiectæ nubeculæ fugantur penitus ac dissipantur. Hoc diploma in forma Brevis, ut aiunt, exaravit Illustrissimus Dominus Iohannes Gualterius Slusius spectatæ doctrinæ Præsul Urbi & Orbi notissimus, Clementis X. Pont. Max. a Secretis Brevium. Illud vero apostolicæ cameræ typis excusum ad eumdem Summum Pontificem detulit Illustrissimus D. Ioseph Eusanius apostolici sacrarii Præfectus idemque Augustinianæ gentis decus, quam uti olim in suggestu & scholastica cathedra illustravit, ita eamdem contionis propemodum beneficiis exornat, detulit, inquam, laudatum Breve die 24. mensis eiusdem hora 14. cum Summus Pontifex sacrosancta mysteria peregisset. Horum autem Lectores præmonitos volui, ne quis postea diploma illud a Pontifice nec visum, nec lectum comminiscatur, quemadmodum de altero diplomate ab Alexandro VII. ad Lovanienses dato, in quo S. Augustinus eiusque doctrina eximie commendatur, quidam recentior concepto iuramento publicavit, cuius quidem hominis voces inferius capite 6. castigamus. Hæ quidem Clementis X. literæ quotannis pro Augustini solemniis de more, qua late per Orbem Augustiniana Respublica colonias deduxit, populis exponentur, ac magni Doctoris ex apostolici oris sententia *Sole clariora scripta* apparebunt, nullusque posthac non falsas ac prorsus inanes illius recentioris voces intelliget, qui ausus est blaterare, S. Augustini libros esse *tenebris ac nubibus obductos*, dum ex apostolicæ Sedis oraculo Sole clariores eluceant.

Omitto consulto plura sanctorum Patrum testimonia, quibus Augustinus ab obiecta obscuritate vindicatur; illa enim producam in calce huius operis, & quidem nobilissima. Hic tamen S. Prosperi verba in præsenti repetere iuvat in præfatione ad excerpta Genuensium, initio cuius hæc ait: *In libris B. mem. Augustini Episcopi* &c. *si aliqua vos morabatur obscu-*

obscuritas, decurrere debebatis ad Patrem luminum, a quo descendit omne datum optimum & omne donum perfectum, & a quo datur spiritus sapientiæ & intellectus. Hæc autem dixit, non quod putaret Augustini dicta esse obscura, sed quod ob minutam intelligentiam illis, ad quos scribit, obscura visa erant, nam hisce plane verbis illud opus concludit: *In quibus nulla est obscuritas, si de fide prædestinationis & gratiæ Dei, ex qua est omnium bonorum origo perseverantiaque meritorum, hoc teneatur, quod habet veritas.* Ipse Augustinus in fine libri de Gratia & libero arbitrio hæc serio lectoribus inculcavit: *Repetite assidue librum istum, & si intelligitis, Deo gratias agite, ubi autem non intelligitis, orate ut intelligatis, dabit enim vobis Dominus intellectum.* Et de eodem volumine loquens initio lib. de Correptione & gratia: *Semel lectum*, inquit, *nullo modo arbitremini satis vobis innotescere potuisse: si ergo eum fructuosissimum habere vultis, non vos pigeat relegendo habere notissimum.* Volo autem Prospero supparem producere doctissimum Galliarum Præsulem, qui gravi sententia Adami scriptoris Galli præposterum de Augustini scriptis iudicium perculit, ut pateat allata ab adversario argumenta nihili fieri ab eruditis viris. Illustrissimus Ioseph Maria Suaresius Episcopus Vasionensis in dissertatione priori de Chronologia operum S. Augustini hæc ait: *Sed quod sanctissimus Petrus Apostolorum princeps de coapostoli sui sancti Pauli sensit epistolis, usurpare de operibus sancti Augustini audeo; scilicet in illis sanctum loqui Patrem de his,, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem. Nec enim auctoris ulla id accidit culpa, sed lectorum vitio, qui sive minus perspicaces, seu vagis imbuti prius erroribus, ordinem potissimum librorum & disputationum ignorantes, mentem acutissimam & sanissimas sententias doctissimi Patris assequi non potuerunt; ex φιλαυτία obcæcati sibi nebulas offundunt, & inania portenta comminiscuntur.* Hæc quidem ille ante triennium scripsit, cuius sententia tanto Præsule digna priori huic capiti finem imponet.

2. Petr. cap. ult.

CAPUT II.

Recentiores accusant eamdem S. Augustini doctrinam antilogiæ. Reiiciuntur.

GRaviorem alteram iniuriam iidem scriptores Augustino inferunt, inquiunt enim, eumdem S. Doctorem tot tantisque antilogiis laborare, ut ex illis prægrande satis volumen possent consarcinare. Accusationem ipsorummet verbis recitabo. Adamus cap. 6. pagina 614. hæc citra pudorem eructat: *Mihi licet addere, quod si diversas S. Augustini sententias in hac materia colligere vellem, corpus quoddam ex diversissimis partibus coaptarem. Uno loco dicit nostram salutem absoluto decreto esse definitam, alibi nihilominus affirmat pendere illam a nostra voluntate: præscientiam esse posteriorem decreto reprobationis, & esse item anteriorem: nostra libertate gratiam adimpleri, & libertatem in usum a gratia deduci: gratiam esse victricem, sed & eidem nostram libertatem resistere: solum peccatum originis plures in damnationem perpetuam coniicere, & homines damnari ob propria tantum delicta & libertatis rebellionem: hic arma sumpsit contra gratiam, & hic eamdem evexit. Hinc concludo, quod si mihi non licet dicere S. Augustinum in variis suorum librorum locis sibi contradixisse, saltem fas est mihi credere ipsius doctrinam esse intricatissimam, cum nulla reperiri possit intricatior, quam quæ sibi ipsi repugnare videtur.* ita recentior S. Augustini defensor. Hæc eo collimant, ut summum Ecclesiæ magistrum omni prorsus exuant auctoritate. Quotusquisque enim est, qui credat viro illi, qui nec sibi credit? Certane mihi erunt illa, quæ ipsimet auctori incertissima visa sunt? Ubi & divisio ac sententiarum varietas est, inde procul veritas degit, quæ cum una sit, nequit in partes dividi. Qui opposita docet, nihil sane docet, enimvero diruit ædificatque. Solus error sibi nec cohæret, nec constat. Quod si vera sunt, quæ adversarius Augustino obiicit, erit Augustinus impostor & mendax, & dum de uno in aliud transilit immemor eorum, quæ dixerat, & tibiam sibi & cervicem frangit. Si Augustinus usque adeo antilogiis scatet, ut quodlibet potius enigma in-

telligas, quam veram eius germanamque sententiam expiscéris: si obscuris verborum involucris veritatem, quam explicandam susceperat, implicuisse credendus est: quo iure, quove titulo Clemens VIII. in maximis illis de auxiliis divinæ gratiæ litigiis unum Augustinum consulendum iussit, a quo veritatis secreta peterentur? Pessimo sane consilio in obscuris lucem, & inter secum invicem pugnantes Augustini sententias dissidia componendi modum quæsivisset.

Pelagiani olim ac postea Semipelagiani easdem calumnias in Augustinum proiecere, quorum verba alibi data sunt, B eos autem acerrime reprehendit S. Prosper contra Collatorem cap. 41. ut nihil ab Adamo contra S. Doctorem proponatur, quod non ex veterum eiusdem hostium ore prodierit, quos tamen omnes brevi illo dicto Augustinus confutavit: *Hinc est, quod sententias meas inter se contrarias putas, vel putari cupis, tamquam improbem, quod ante approbaverim, aut amplectar, quod ante respuerim. Audi ergo apertam sententiam meam, & intellige, vel sine intelligere alios, non offundendo caligines nebulosæ disputationis sereni- C tati sincerissimæ veritatis*. lib. 5. con. Iul. cap. 9. Et quidem Augustino quid commune cum reliquis accidit, qui ob singulare ingenium supra ceteros doctrinarum copia evecti scholarum magistri evasere. Etenim sectatores, cum certatim diligentiorem operam in sectæ patrono legendo ponere studeant, suo tamen plus nimio ingenio indulgentes, diversa docendo magistros in contradictionis suspicionem trahunt. Hoc Aristoteli, hoc Platoni contigit, hoc S. Thomæ postea ac Scoto nobilissimarum scholarum principibus accidit, toties discipu- D lis de præceptoris mente acerrime inter se confligantibus. Nullus tamen sectatorum summis illis viris contradictionis crimen impingit, sed quæ ab adversariis adducuntur, congruis interpretamentis explicare conantur. Quare cum Augustinus librorum copia, doctrinæ subtilitate, & quod caput est, argumentorum prope contrariorum pertractatione ceteros longo post se intervallo reliquerit, eidem etiam periculo proximus factus est, nempe ut contraria docuisse credatur, dum a contrariis ac sibi invicem repugnantibus scriptoribus certatim sibi

A favens publicatur. Maligni tamen ac irreligiosi prorsus lectoris sit, affirmare tantum Doctorem contraria docuisse. Verum Adamus haud iis scrupulis perstrictus clamat pagina 590. *Augustinum Theologorum scholas in partes ac doctores in factiones divisisse*. Erras: nam e contra potius diversæ scholarum ac doctorum factiones Augustini doctrinam in contrarias partes dilaniarunt. Etenim dum ad Augustinum legendum præoccupatis armis accedunt, nec eius uti volunt magisterio sed patrocinio, suas opiniunculas maximo Ecclesiæ Doctori audacter affricant. Quis enim recentiorum ea mente S. Doctoris volumina aperit, ut eiurata etiam propria opinione, unius Augustini sententiæ inhærendum sibi decernat? Sed velit, nolit, Augustinus in partes vel machinis trahendus est, atque Ecclesiæ magister, si superis placet, ipsorum discipulus publicandus.

Hanc eamdem accusationem prosequens adversarius cap. 6. pagina 611. inquit: *Ostendimus etiam S. Augustinum in hac materia ter sententiam mutasse*. Citat autem in margine cap. 3. de Prædest. SS. Verum semel tantum se mutasse sententiam S. Doctor ibidem scribit; nam initium fidei ex nobis, non ex Deo esse olim arbitrabatur, quem postea errorem re melius ex Apostolo cognita repudiavit. Quæ tamen mutatio sententiæ non vitio, sed laudi illi deputanda est, cum ab errore ad veritatem deflexerit; immo revelante Deo eam se priorem opinionem exuisse scribit cap. 4. *Ecce, inquit, quare dixi superius hoc Apostolico præcipue testimonio etiam me ipsum fuisse convictum, cum de hac re aliter saperem, quam mihi Deus in hac quæstione solvenda, cum ad Episcopum Simplicianum, sicut dixi, scriberem, revelavit*. Sapiens igitur vir Deo revelante monitus sibi erranti contradixit, & priori errore posteriori sententia emendato, unam esse voluit, immo fecit de gratia ac prædestinatione doctrinam in omnibus sibi cohærentem. Scimus tamen de Augustini sententia Theologos inter se digladiari; at ii ipsi certatim sacras literas sibi faventes producunt, neque minore contentione de Scripturæ, quam de Augustini sensu decertant. Porro quis eo dementiæ impetu feratur, ut dicere ausit, sacri

cri Codicis sententias esse intricatissimas, turbas Ecclesiæ dedisse, doctos viros in factiones divisisse, aliave similia, quæ de Augustino Adamus scripturit? Non defuere tamen nebulones, Christianæ religionis hostes, qui sacras literas contradictionis arguerent, quos ceteros inter refellit S. Augustinus in libro de Consensu Evangelistarum.

At quæ adversarius ad Augustinianas antilogias suadendas adducit, futilia prorsus sunt, vixque citra nauseam repeti possunt. Opponit enim primo loco, Augustinum docuisse, nostram salutem absoluto Dei decreto definitam esse, & alibi tradidisse, eam nihilominus a nostra voluntate pendere. At hæc ipsa est S. Thomæ sententia, quam non solum sectatores, sed melioris etiam notæ Theologi subscribunt dicentes, gloriam in intentione absoluto Dei decreto prædestinatis præfixam fuisse, at in executione ab eorumdem meritis pendere; de qua re Augustinus lib. de Grat. & lib. arb. cap. 18. ubi quærit, quomodo vita æterna detur nostris meritis tamquam præmium, & simul detur ex gratia nulla merita supponente. Alteram contradictionem opponit, nempe docuisse Augustinum, præscientiam esse posteriorem decreto reprobationis, & esse etiam anteriorem. Sed debuisset hic recentior indicare libros & capita, ubi hasce Augustinianas antilogias notasset, neque enim tantæ fidei virum illum putamus, ut dicenti & nullo testimonio probanti credere debeamus in re præsertim gravissima, ubi sanctorum doctrinam atque auctoritatem in quæstionem trahit. Interim dicimus, falso asseri S. Augustinum posuisse reprobationem ante demeritorum præscientiam. nota est illa eiusdem sententia toties repetita: *Bonus est Deus, iustus est Deus, potest sine bonis meritis liberare, quia bonus est, non potest sine malis meritis damnare, quia iustus est.* Hinc contra Pelagianos probat, Deum futurum iniustum, si reiiceret a gloria pueros nulli peccato obnoxios, idque fere ubique præstat in opere posteriori contra Iulianum, & in priori etiam lib. 3. cap. 4. & 12. ser. 14. de verb. Apost. & epist. 106. Nec ullum locum dabit adversarius, ubi doceat Augustinus, reprobari quempiam a Deo, cuius nullum Deus demeritum prævideri. Addit tertio loco, tradere Augustinum *a nostra libertate gratiam compleri, & gratia libertatem in usum deduci*. Sed hæc bene inter se conveniunt. Nam sola gratia non ponit actum bonum in nobis, sed una cum libera voluntate, quam ipsa præmovet, & in actum deducit: unde ex gratia & libero arbitrio fit completum principium actuum bonorum, ita tamen ut libertas gratiæ ancilletur. Et sane cum sine gratia nihil fieri possit, prout oportet ad salutem, a sola gratia humana libertas in bonum & meritorium usum agi potest. Non do Augustini textus, quia res in omni schola est manifesta, licet de modo, quo illæ motiones fiant, disceptetur. Primum legi potest in Augustino ser. 13. de verbis Apostoli cap. 11. §. *Agnosce quid poscas* &c. ubi inter alia scribit: *Si non esses operator, ille non esset cooperator*. libro 2. de Pecc. merit. cap. 5. & alibi. Alterum vero in omni pagina librorum contra Pelagianos, ubi catholicum illud dogma semper inculcat, nihil boni meritorii fieri posse sine gratia.

Quarta sequitur obiecta Augustino contradictio: *Gratiam esse victricem, sed & eidem nostram libertatem resistere*. At de eadem gratia in individuo numquam hoc Augustinus somniavit, ut eadem simul & vinceret libertatem, eamque sibi subderet, & nihilominus a libertate reiiceretur; si enim reiicitur, iam non est victrix, sed victa repellitur. Quod si de diversa ac distincta gratia ea Augustinus dixit, omnis contradictionis umbra ab eiusdem dictis procul abest. Sane recentiores pleno ore affirmant, gratiam congruam semper esse victricem, non congruam vero repulsam pati a libero arbitrio, quod & eorum antagonistæ de gratia prædeterminante & pure sufficienti tradunt; quæ si contradictionem involvunt, publicæ gratiæ agendæ Adamo erunt, qui universos scholasticos ab inveterato errore liberaverit. Itaque cum Augustinus scribit libro de Prædest. SS. cap. 8. *Hæc itaque gratia, quæ occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur*: cum eamdem dicit movere *indeclinabiliter, insuperabiliter, invictissime* cap. 12. de Corr. & grat. *efficacissimis viribus* lib. de Grat. & lib. arb. cap. 16. *occultissima, efficacissima potestate* libro 1. ad Bonif. cap. 20. cum, inquam, S. Doctor his aliisque

aliisque epithetis victricis gratiæ energiam exprimit, de congrua & efficaci accipiendus est. At cum debili euidam gratiæ nostram libertatem resistere tradit, ut patet ex libro 1. quæst. 2. ad Simplicianum, ex cap. 9. de Prædest. SS. ubi ait: *Ex duobus ætate iam grandibus impiis cur iste vocetur, ut vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur, ut vocantem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei.* Palam fit, quosdam vocanti Deo resistere, quæ etiam ex cap. 11. de Correptione & gratia dedocuntur, cum adiutorium ministratum Angelis ante lapsum dari etiam in statu naturæ lapsæ quibusdam, aliis in pœnam peccati non dari scribit; cum, inquam, ista docet, de altera gratiæ specie debili, incongrua, & remote sufficienti loquitur, unde nulla hic contradictionis suspicio Augustinum tangit.

Quinta contradictio est: *Plures damnari ob solum peccatum originis*, & item docet, *homines non damnari nisi ob peccata personalia & propriæ libertatis rebellionem*. Non ita est, Adame. Docet Augustinus, pueros decedentes sine baptismo damnari ob solum peccatum originis, maiores vero natu homines, & propter peccatum originis & propter alia, quæ ipsorum malitia superaddidit; in quibus nulla contrarietatis umbra conspicitur. Audiatur S. Doctor lib. de Corr. & grat. cap. 13. *Hi ergo, qui non pertinent ad istum certissimum & felicissimum numerum, pro meritis iustissime iudicantur. Aut enim iacent sub peccato, quod originaliter de generatione traxerunt, & cum illo hæreditario debito hinc exeunt, quod non est regeneratione dimissum, aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt, arbitrium, inquam, liberum, sed non liberatum, liberum iustitiæ, peccati autem servum, quo volvuntur per diversas noxias cupiditates, alii magis, alii minus, sed omnes mali, & pro ipsa diversitate diversis suppliciis iudicandi.* Rursus quomodo ii, quibus in baptismo dimissum est peccatum originale, possint dici ob peccatum originale relicti in massa perditionis, tradit S. Doctor cap. 7. & nos inferius dicemus, ubi de erroribus Augustino obiectis sermonem instituemus; & certe hi nullo pacto damnari possunt ob reatum peccati originis, & de his loquitur Augustinus, dum ait neminem damnari, nisi ob propria crimina.

Sextam contradictionem ita effirmat: *Hic arma sumpsit Augustinus contra gratiam, & alibi eamdem evexit.* At nullum Augustini verbum proferenti non ita facilem assensum damus. Ubinam Augustinus contra divinam gratiam arma induit? ubinam illi iniurius fuit? quo verbo illam vel tantillum læsit? Sane in libris contra Manichæos de humani arbitrii libertate exaratis, nondum exortis Pelagianis, divinæ gratiæ mentionem fecit, illiusque ad iuste pieque vivendum necessitatem memorabili dicto pronunciavit, ac si futurus eiusdem gratiæ hostes prævidisset. Quare libro 1. Retract. cap. 9. recitatis pluribus textibus ex libris de Libero arbitrio in favorem gratiæ concludit: *Ecce quam longe antequam Pelagiana hæresis extitisset, sic disputavimus, velut iam contra illos disputaremus.* Hinc cum in libro primo ad Simplicianum multa pro libero arbitrio dixisset, illud tamen gratiæ subiecit, non supra eamdem extulit, unde lib. de Prædest. SS. cap. 4. ait: *In cuius quæstionis solutione elaboratum est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanæ, sed vicit Dei gratia.* Ergo si Augustinus vel cum pro defensione liberi arbitrii decretoria arma tractabat, gratiæ victoriam dabat, ubinam contra illam gladium eduxit?

Harum quidem contradictiones sententiarum Augustino recentior ille scriptor opponit, qui tamen haud ausus est tantum erroris Augustino affricare, sed cum hoc illi in religionem veniret, adiecit: *Hinc concludo, quod si mihi non licet dicere S. Augustinum in variis suorum librorum locis sibi contradixisse, saltem fas est mihi credere ipsius doctrinam esse intricatissimam* &c. Non ait: *hinc concludo, cum mihi non liceat dicere* &c. sed quasi subdubitans, liceatne sibi Augustinum contradictionis incusare, *si mihi*, inquit, *non licet*. At nec primum tibi licet docere, neque alterum fas est credere, nempe doctrinam S. Augustini *esse intricatissimam*, insigni enim nota præclarissimi Ecclesiæ magistri libros afficis, quam tuo Suario vel Vasquio inferri a quopiam minime patereris. Crede mihi, haud tibi licitum est tam abiecte de Augustino sentire, quid enim irreligiosius fieri potest, quam Augustinum veluti multiformem in sentiendo Protheum inducere, modo affirmantem, modo negantem, modo

modo album, modo nigrum, tot in eadem scena cothurnos subinde mutantem? Non igitur contrarius sibi est Augustinus, sed Adamus contra se pugnat, qui cum in libro inscripserit titulum: *Calvinus S. Augustini armis destructus*, mirabili constantia affirmat cap. 4. pag. 596. scripta S. Augustini non esse satis apta *ad exarmandos Calvinistas*. Unde lepida magni Doctoris sententia lib. 5. con. Iulian. cap. 5. hocce caput claudamus: *Non sunt ergo*, inquit, *verba mea inter se contraria, quamvis te patiantur, vel non intelligendo vel alios intelligere non sinendo, contrarium*. Additque: *Tu ergo, qui in me quasi sententias inter se pugnantes notasti & momordisti, expone quemadmodum tibi ipse consisteris, nec tibi ipse restiteris*.

CAPUT III.

Recentiores S. Augustini doctrinam contra Pelagianos excessus insimulant.

NOnnulli scriptores recentes, qui de re Theologica libros edidere, cum S. Augustini auctoritate nimium se premi sero iam tandem sentiant, illamque palam reiicere reformident, ne eo in campo hostibus, qui Augustini nomen ubique inclamant, cedere videantur, novo crimine S. Doctori impacto, eidem se subducere conantur; inquiunt enim, Augustinum æstu disputationis abreptum *excessisse lineas necessariæ veritatis, ut sit nimia quædam severitas & iniqua venatio, quæ medium illud, in quo veritas sedet, transgredi iubet, si præeat Augustinus*. verba Annati sunt lib. 8. sui Aug. cap. 2. pag. 862. Adamus hunc capiti septimo titulum dedit: *S. Augustinum permisisse se nimium abripi æstu disputationis contra Pelagianos, & longius quam volebat, prætergressum esse. Celebre S. Bonaventuræ dictum hac de re explicatur*. pag. 616. Quas voces Moraines, Decampsius, ceterique recentiores integras reddunt. Neque vero semel iterumve hoc Augustino contigisse putant, sed in omnibus fere suis contra Pelagianos disputationibus. Iniere quidem hanc facillimam evadendi viam, ne in Augustino interpretando diutius ingenia macerarent. Verum nil moderni isti Augustini cen-

A fores producunt, quod Pelagiani ac Semipelagiani ante duodecim sæcula S. Doctori non opposuerint. Iulianus Pelagianorum insolentissimus hoc Augustino vitium obiiciens dicebat: *Si quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut Deum esse nascentium conditorem dixerit, Cælestianus & Pelagianus vocatur. Ne igitur vocentur heretici, fiunt Manichæi, & dum falsam verentur infamiam, verum crimen incurrunt instar ferarum, quæ circumdantur pinnis, ut cogantur in retia*. apud Augustinum lib. 2. de Nupt. & concup. cap. 3. quam a se & ceteris catholicis
B calumniam erudite ibidem S. Doctor excussit. Hoc ipsum Semipelagiani publicabant, ut eiusdem auctoritatem convellerent. Hæc sunt Cassiani verba cap. 11. Collat. 13. *Multi enim singula hæc credentes, ac iusto amplius asserentes variis sibique contrariis sunt erroribus involuti*. Idem habet Faustus lib. 1. cap. 1. 6. & 17. Et hi quidem uti impudentissimi oblocutores acriter reprehenduntur in epistola, quam Cælestino Papæ recentiores, quibuscum disputamus, adscribunt: *Quia nonnulli*, inquit, *qui catholico nomine gloriantur, in damnatis autem hæreticorum*
C *sensibus seu pravitate sive imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obviare præsumunt, & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur*. Ut sit nimia quædam recentiorum animositas, damnata convicia iterum in Augustinum pleno ore eructantium. Et quidem Augustinus, cum universa abs se exarata volumina censoria severitate corrigeret, atque in laudandis Platonicis modum se excessisse ingenue fateretur lib. 1. Retract. cap. 1. tot in expugnandis Pela-
D gianis excessus suos non animadvertit, eam forte censuram recentioribus relinquens, quam uti appendicem Retractationum libris apponerent. Sane hoc clypeo se munit Calvinus contra Patrum testimonia. Illius verba sunt apud Taperum art. 7. de Lib. arb. *Græci, & præ aliis atque inter eos singulariter Chrysostomus, in extollenda humanæ voluntatis facultate modum excessere*. Et licet quandoque ægre tulerit, hunc excessum a Pighio in Augustino quoque culpari; attamen eodem vitio Augustinum etiam laborasse eadem audacia commentus est

scribens,

scribens, quod *ne Augustini quidem sententia per omnia recipienda est*. Quibus palam significavit, plus aliquando S. Doctorem dixisse, quam veritati, se iudice, congruebat. Profecto si excessus isti & quidem iuxta adversarios satis in Augustino frequentes admittantur, eidemque vitio alii quoque Patres subiiciantur, nullo propemodum Sanctorum testimonio hæretici convinci poterunt; obi enim aliqua Patrum sententia se premi senserint, excessisse eosdem clamabunt, qua ratione omnium veterum auctoritas labascit, & omnis ad heterodoxos vincendos via præcluditur.

§ I.

Quid nomine excessus *recentiores intelligant, inquiritur. Sanctorum Thomæ ac Bonaventuræ testimonia eisdem non suffragari. Excessus perperam Augustino obiici.*

SI recentiores interrogemus, quid Augustinianorum excessuum nomine intelligant? Respondet Adamus pag. 626. Augustinum *ultra veritatis limites excurrisse nimio disputationis æstu accensum, visumque hæreticis favere*. Addit Annatus pag. 862. *Ut sit nimia severitas & iniqua vexatio, quæ medium illud, in quo veritas sedet, transgredi iubet, si præeat Augustinus*. Fateotur tamen non ob hoc Augustinum mentitum esse, sed ut egregie Morainus interpretatur, *insciente loquendo quidem, ut sentiebat, sed æstu disputationis & vehementia spiritus ad alterum extremum interdum declinasse intellectu æque ac verbis, quod non est mentiri, sed falli & dicere falsum sine mendacio*. disp. 40. Anti-Iansenii sect. 6. num. 65. Igitur si non mendacii, falsitatis tamen apertæ reus Augustinus apud recentiorum tribunal convincitur. Quo vero iuste se ita de Augustino iudicasse persuadeant, nonnullos nec infimi subsellii Theologos in testes vocant, qui dixere, S. Doctorem contra Pelagianos disputantem excessisse, quorum verba cap. 5. ex professo examinabimus: de S. Thoma ac Bonaventura (hos enim illi opponunt) pauca hic adnotamus. Cum sub Augustini nomine legeretur a prioribus scholasticis liber S. Fulgentii de Fide ad Petrum, in cuius cap. 27. asseritur, pueros cum solo originali peccato defunctos ignis sempiterni supplicio puniri, S. Thomas verba *ignis* ac *supplicii* &c. large accipienda esse dixit quæst. 5. de malo art. 2. ut ponatur species pro genere; addens: *Ideo autem Sancti tali modo loquendi usi sunt, ut detestabilem redderent errorem Pelagianorum, qui asserebant in parvulis nullum esse peccatum, nec eis pœnam aliquam deberi*. Sanctus Bonaventura etiam idem testimonium, quod Augustinianum putavit, explicans dixit, quod ea posuit Augustinus *plus dicens & minus volens intelligi*, in quibus verbis triumphum sibi canunt adversarii. *Insigne dictum* appellatur ab Adamo in titulo cap. 7. Eadem verba Annatus lib. 8. cap. 2. grandioribus caracteribus expressit, quo statim legentium oculos impleret: hinc clamat Adamus: *Quid reponent nostri adversarii contra duos illustres Ecclesiæ doctores S. Thomam & S. Bonaventuram, qui hosce excessus in libris S. Augustini confessi sunt*? pag. 629. Erigat utramque aurem Adamus, audiatque quid reponamus. Vos Augustinum in excessus prolapsum dictitatis, quod est veritatis limites prætergressum fuisse, *intellectu æque ac verbis, quod non est mentiri, sed falli*, quæ Morainii confessio est: at Seraphicus Doctor excessum illum non intellectui, sed verbis tantum Augustini deputavit: *plus dicens*, inquit, *minus volens intelligi*; quod est S. Augustinum non mente, sed verbo tenus solummodo, non reapse, sed apparenter citra ullam falsitatem expressiori quodam vocabulo usum, nempe ignis ad infantium pœnas explicandas, cum tamen id ex Seraphici opinione haud ille mente sentiret. Adversarii autem Augustinum *intellectu æque ac verbis* falsum tenuisse contendunt.

Qua vero ratione eos Bonaventuræ testimonium iuvet, plane non video, cum quam Augustinianæ menti falsitatem ipsi important, ab eadem Seraphicus procul amoveat. Non est igitur, cur illius celeberrimi Doctoris suffragium iactetis, ille enim, quod ad Augustini excessus pertinet, nullo pacto vobiscum concinit. Sed neque S. Thomæ dictum vobis suffragatur. Nam dum dicit Augustinum *large* locutum, indicat

cat illum expressius tantum verbum adhibuisse, non eumdem veritatis lineas prætergressum. Large accipiendum verbum illud affirmat, qua ratione ab Augustino acceptum credidit. Etenim ut dicatur Augustinus *ultra veritatem processisse* (quo modo excessus illius explicat Adamus pag. 626.) stricte, presse, ac omnino rigorose dicendus foret sumpsisse nomen illud supplicii itemque gehennæ, cruciatus, &c. alias si large accepit, intra veritatis cancellos sese cohibuit. Igitur sancti illi Doctores contra recentiorum placita adeo aperte stant, ut mirum sit, adeo inconsiderate iuxta ac secure contra Augustinum adduci, atque in eorum verbis tantos ab Adamo rumores toto capite septimo excitari. Illud vero minime omittendum est, penes unicam dictionem, & semel tantum asseri ab illis S. Doctorem expressius locutum. At quo crimine se involvet ducentorum & amplius voluminum scriptor, si verbum non ita proprie semel tantum usurpavit? Sed hic adversarios rogamus, verbone uno tantum tenus docuerit Augustinus prædestinationem ante prævisa merita, libidinem esse malam, legem veterem sine Redemptoris gratia reos tantum facere, non esse absque gratia veras virtutes in infidelibus, in quibus aliisque plurimis excessisse illum publicant? Haud equidem credo id eos affirmaturos, cum S. Doctor non solum pluribus argumentis eas sententias stabilire conatus sit, sed universas quoque summi ingenii vires ad easdem persuadendas exeruerit: immo & quasdam uti catholicas habendas esse contendit. Non hoc est, boni homines, *plus dicere, & minus velle intelligi*; non hoc est *large* unica tantum voce & semel quidem uti; sed quid sit, iam puto, vos videris, dum sanctorum Thomæ & Bonaventuræ suffragiis destituti convincimini.

Risum sane mihi movent lepida exempla recentiorum Augustini excessus explicantium, immo forte excusantium: *Uti viridarii cultores*, inquit Adamus cap. 8. pag. 111. *distortam plantam erecturi in oppositam partem eamdem flectunt, non quod eo in situ stare illam volunt, sed ut facilius in rectitudinem attolatur. Ita pariter Augustinus*, inquit Morainius disp. 19. num. 35. *disputando contra Pelagianos, qui cum nimis extollerent vires naturales liberi arbitrii, affirmarentque sufficere sine gratia non modo ad virtutes naturales quascumque sed etiam ad salutem, Augustinus ut illos ab eo errore abducat, in contrarium extremum æstu disputationis abripi interdum videtur*. Cum quo concinens idem Adamus scribit cap. 7. pagina 631. *Augustinum suos hostes in extrema periculosa coniecisse, non ut eos ibi relinqueret, sed ut eosdem ad mediocritatem, unde illos hæresis abstraxerat, revocaret*. At quis nesciat futurum fuisse eo pacto Augustinum ineptum prorsus atque impudentem disputatorem, si toto cælo oppositam sententiam contra Pelagianos propugnasset, quo ab errore illos reduceret. Etenim cum omnia illi libero arbitrio darent, nullo gratiæ loco servato, illam e diametro Augustini sententiam, qua per excessum nihil libero arbitrio concedere, sed omnia in iure gratiæ reponere videbatur, obstinatissime subscribere recusassent. Longe melius fecisset Augustinus, si quædam libero arbitrio & quædam gratiæ etiam dedisset, ut illos ab errore removeret; facilius enim quisque ab extremo ad medium, quam ad extremum alterum propellitur. Hinc S. Thomas superius dixit Augustinum *large* locutum, non ut ea locutione hæreticos in suam sententiam traheret, sed ut hæreticorum errorem redderet catholicis magis detestabilem. Ita si recentiores veterem opinionem de auxiliis exuere cogerentur, facilius descenderent in sententiam moraliter arbitrium prædeterminantem, quam in illam, quæ physicam prædeterminationem adstruit, hanc enim nimium odere. Ridendæ etiam veniunt caussæ ab adversariis assignatæ, quæ Augustinum in excessus illos impulere. Hæc loquitur Adamus pagina 624. *Ipsius corporis temperamentum, ipsius genium, ipsius eloquentia, veritates fidei pertractandi modus eidem familiaris, magnus erga Platonicos amor, quorum excogitata plerumque altiora sunt, odiumque in omnes veritatis hostes Augustinum in propositiones adeo apparenter insolentes coniecere*. Afros fervidioris naturæ sub cælo calidiori novimus; at an Augustinus calido temperamento fuerit, unus Adamus sine teste affirmet, ego quidem non ignoro S. Doctorem minus frigoris patientem fuisse ex epistola 227. At pacato animo & sedato stylum con-

tra hæreticos ſtrinxiſſe compertum eſt, A uti mox demonſtrabo. Interim mirari licet, Auguſtini genium homini poſt duodecim ſæcula ab illius obitu viventi tam exacte innoteſcere potuiſſe. Sed nec eloquentia illorum exceſſuum origo dicenda eſt. Etenim ſi Auguſtinus e roſtris contra Pelagianos declamaſſet, more Rhetorum non tam rationum momentis quam verborum copia inſultans, utcumque hyperbole, hoc eſt, veritatem ſententia excedente uti potuiſſet, ac nonnulla per exaggerationem addere, quæ oratorum licentia eſt. At cum dogmata, quæ per exceſſum Auguſtino exci- B diſſe dicunt, tot argumentis confirmarit, atque ex ſacris arcanis petitis teſtimoniis tanto conatu ſtabiliverit, ut ſexcentos & amplius verſus eiſdem ſuadendis non ſemel exaraverit, haud equidem vanam oratoris pompam per hyperbolem affectaſſe dicendus eſt, ſed potius ipſas periodos, immo verba ipſa ſatis mature ponderaſſe, uti rei dignitas tantique Doctoris gravitas & ſapientia exigebant. Porro & illud ridiculum eſt, *ex Platonicorum amore* Auguſtinum in eos exceſſus prolapſum. Imperſe quidem Auguſtinus Platonicos coluit, atque in C eorum ſcripturis ſumma cum laude verſatus fuit, quod ex libris contra Academicos exaratis intelligitur. At quomodo ex eorum lectione in diſputationibus de divina gratia ultra lineas neceſſariæ veritatis exundaverit, ne ſuſpicari quidem poſſumus, immo nec id Adamo, licet audacter affirmanti, cognitum fuiſſe puto. Quæ enim gratiæ virtus ex Platonicorum libris habetur? Niſi malit impetum illum diſputandi Auguſtino, ut ait, familiarem e Platonicorum ſchola derivaſſe, quod cum ex eorum libris nec Plotinus, nec Philo, nec Fi- D cinus tradiderint, ab ipſo Adamo id comprobandum eſt, veteris Academiæ libris excuſſis. Sed neque exceſſus illi *ex odio, quo Auguſtinus veritatis hoſtes proſequebatur*, originem habuere; nam S. Pater, cum contra hæreticos ſcribebat, omnes odii cauſas ſe procul habere proteſtabatur. Nullus contra Auguſtinum neque infenſior, neque infeſtior Iuliano hoſtis inſurrexit, ut plane univerſum Pelagianorum virus unius Iuliani ore in Auguſtinum eructatum fuiſſe videatur. At non ſolum citra odium ſtylum contra eumdem Auguſtinus ſtrinxit, verum etiam hæc amorem erga hoſtem & quidem maximum exprimentia ſcripſit lib. 1. con. Iul. cap. 7. *Ego quidem pro dilectione, quæ mihi eſt erga te, quam Deo propitio quibuslibet conviciis abſit, ut de medullis mei cordis extirpes, mallem, fili Iuliane* &c. Quare cum omnes exceſſuum cauſas, quas in Auguſtino Adamus indagavit, ſanctus Doctor procul habuerit, longe etiam ab exceſſibus idem collocandus venit.

Inſtat Adamus cap. 16. pag. 760. *Quando Auguſtinus defendit libertatem contra Manichæos, videtur gratiæ neceſſitatem deſtruere, cum vero pro gratia contra Pelagianos decertat, libertatem evertere.* Et pag. 632. in fine cap. 7. miratur quoſdam *numquam ſciviſſe ipſummet S. Auguſtinum hunc ſui ſpiritus impetum in pluribus ſuorum librorum locis confeſſum fuiſſe*. Libeat hic cum Auguſtino exclamare: *Quis non expectet ſapientiam diſſerentis, qui fidem cognoverit mentientis?* lib. 4. con. Iul. cap. 8. Quid enim frequentius a Pelagianis Auguſtino obiiciebatur, quam illum Pelagianiſmi odio in Manichæiſmum declinare? At ſanctiſſimus Magiſter haſce a ſe calumnias ſæpiſſime excuſſit. Legatur lib. 2. de Nupt. & concup. cap. 3. & 23. lib. 2. ad Bonif. cap. 1. & 2. ubi fuſiſſime recenſitis extremis Pelagianorum ac Manichæorum erroribus & media Eccleſiæ catholicæ inter utroſque ſententia concludit: *Poſſunt enim duo errores inter ſe eſſe contrarii, ſed ambo ſunt deteſtandi, quia ſunt ambo contrarii veritati. Nam ſi propterea ſunt diligendi Pelagiani, quia oderunt Manichæos, diligendi ſunt & Manichæi, quia oderunt Pelagianos. Sed abſit, ut catholica mater propter alterorum odium alteros eligat amare, cum moneente atque adiuvante Domino debeat utroſque vitare, & cupiat utroſque ſanare.* Rurſus lib. 4. cap. 3. ita exorditur: *Iſta nefaria & damnabilia dogmata in hac tripartita diviſione quiſquis mente catholica exhortet, illius quinquepartitæ latebras inſidiaſque devitet, atque ita inter utrumque ſit cautus, ut ſic decliuet Manichæum, ne ſe inclinet in Pelagium, rurſuſque ita ſe ſeiungat a Pelagianis, ne coniungat Manichæis, aut ſi in alterutris iam tenetur, nec ſic ſe a quibuslibet alteris ſervet, ut in alteros irruat.* O egregium Magiſtrum ac præceptorum tenaciſſimum! quippe qui ſi Adamo

damo fides est, *in disputationibus contra Pelagianos & Manichæos adeo incaluit, ut in errorem oppositum illi, quem impugnandum susceperit, declinarit* pagina 632. Sed pura puta sint isthæc Anti-Augustiniaonorum figmenta. Nullus mortalium adeo exacte Pelagianorum ac Manichæorum errores perspectos habuit, ut Augustinus, qui oon modo mediam inter utrosque viam tenuit, sed eamdem ubique io libris ad Bonifacium posteros docuit, quinque præcipuis Pelagianorum ac Manichæorum erroribus e diametro oppositis ibidem recitatis, simulque media tradita Ecclesiæ inter errantes sententia, ut mirari liceat adversarios adeo secure hasce de S. Doctore fabulas vendere. Quod autem addunt, Augustinum ipsum hosce animi sui impetus agnovisse, & pluribus io locis id fassum esse, falsissimum est. Citat Adamus initium libri de Gratia & libero arbitrio; sed ibi hæc tantum scribit: *Sunt quidam, qui sic gratiam Dei defendunt, ut negent hominis liberum arbitrium, aut quando gratia defenditur, negari existiment liberum arbitrium* &c. Te hic iudicem volo, Adame, num in disputando æstus, impetus, excessus suos ibi Augustinus fateatur? hoc unum dicere poteris extremos illum errores inibi recitasse. Producit lib. 4. con. Iul. cap. 8. Verum ibi Augustinus Iuliaoum uti publicum calumniatorem redarguit scribentem, dixisse Augustinum negari liberum arbitrium, si gratia commendetur, & negari gratiam, si liberum arbitrium defendatur. Respondet autem S. Pater: *Non dixi negari gratiam, sed ut negari gratia videatur. Non dixi negari arbitrium liberum, vel auferri, sed dixi, ut putetur auferri.* At oec verbum de innata sibi io disputando vehementia atque excessu. Quod vero negari videatur gratia commendatione liberi arbitrii, *propter quæstionis difficultatem* minus intelligentibus id videri posse dixit. Præterea appellat lib. 5. cap 9. coo. Iul. & lib. 1. de Orig. animæ cap. 15. At in priori loco de concupiscentia tantum disputat, in posteriori de origine aoimæ, & neutrobique de animi sui impetu, zelo, fervore, excessu verbum ullum habet.

Ceterum quantum periculi ex obiectis excessibus Augustini doctrina subeat, nemo non videt; etenim si in illis excessibus Augustious liberi arbitrii vires plus iusto depressit, ac vires gratiæ altius extulit, tunc Calvinus concinuisse cum Augustioo dicetur, qui in illis excessibus suum dogma fundavit. Scimus Calvioum falso æque ac superbe gloriari solitum, suum esse tantum Augustinum, ita eumdem clamantem inducit ipse Adamus pagina 561. *Augustinus totus noster est.* Nostri homines respondent, Augustini doctrinam parumper excedere limites veritatis, & ex hac parte Calvino favere, nec esse doctrinam eiusdem recipiendam, nisi detonsis illis excessibus, in quos nativo animi furore præceps corruit. Hinc Adamus cap. 8. pagina 640. scribit: *Modo ne in Pelagianorum errores, quos Augustinus insequitur, incidam, mihi licet verborum, quibus ad eos expugnandos utitur, impetum non sequi. Inde fit, ut medius stem inter Pelagium & Calvinum. Si enim verba Augustini mitigando me nimium demitterem, Pelagianus essem. Si vero eorum altitudinem tenere vellem, Calvinista forem, medium ergo me cum Ecclesia teneo.* Sane videris crudelem illam feminam imitari, quæ ut in arcanis habetur, coram Salomone Regum sapientissimo medium dissecari puerum, ac partim sibi partimque adversariæ tradi gaudebat: Augustinum enim in partes dividendum iudicas, ut qua parte in excessuum altitudinem extollitur, Calvino cedat, qua vero humilior est, tuus, immo Ecclesiæ sit. At hoc quid aliud est, quam Augustinum Calvino prodere, quem a Calvino abs te vindicari iactitabas? Augustinum tamen in partes secari superi vetant, totus totum petentibns concedendus est, & qui Augustini parte contentos se dicunt, oe minimum quidem illius unguem obtineant. Sed ioani prorsus assertione Calvinus totum suum esse Augustinum finxit, nam veritate cogente partem & ipse Augustini se abiicere fassus est libro 3. Inst. cap. 11. inquiens: *Ac ne Augustini quidem sententia per omnia recipienda est.* Itaque Calvino iudice Augustini sententia partim accipienda, partim repudianda est, cui perbelle noster Adamus consonat. At hæc iniuria usque adeo nociva est, ut universam Augustini auctoritatem, velint nolint, evertat. Etenim quo præsidio adiuti discernere tandem poterimus, hic Augustioum io veritatis meta sistere, alibi vero

vero ultra excurrere? Viderint an maximum Ecclesiæ Doctorem de excessu ubique suspectum faciant.

Hic mihi discutiendum occurrit, an hæc dicteria in unum Augustinum cadant, an ipsius quoque Ecclesiæ venustissimam ac nitidissimam faciem deturpent. Scimus Hormisdam a Possessore Africano Episcopo interrogatum, quid sentiendum foret in quæstionibus de gratia & libero arbitrio, respondisse: *De gratia Dei & libero arbitrio, quid Romana, hoc est catholica sequatur & asseveret Ecclesia, licet in variis B. Augustini libris possit cognosci* &c. Scimus Bonifacium, cum esset doctissimus, adversus tamen Pelagianos Augustini responsa expectasse. Scimus Clementem VIII. gravissimam illam de auxiliis divinæ gratiæ controversiam ad unius Augustini mentem expendendam iussisse. Porro quæ Romanorum Præsulum in fidelium grege salubribus pabulis nutriendo cura fuisset, si eumdem ad Augustiniana prata duxissent, ubi tot lethiferæ contradictionum, excessuum, atque errorum herbæ luxuriabant? At si in disputationibus de gratia Romani Pontifices Augustinum secuti sunt, eiusque & lateri & vestigiis inhæsere, nescio qua fronte Adamus mediam quamdam ipsos viam inter Pelagium & Augustinum calcasse asseveret exclamans: *medium ergo cum Ecclesia teneo*. Scito Ecclesiam in iis unum post sanctas Scripturas Augustinum secutam esse, ut medium illud iter, quod illam tenuisse fingis, de medio dubio procul tollendum videatur.

§ II.

An S. Augustinus excesserit scribens, concupiscentiam rationi contrariam esse malam, & defectum naturæ humanæ ex peccato originali ortum, neutiquam vero bonum naturale illius.

UNius Antonini Moraines dicta examinabimus, qui in suo Anti-Iansenio frequenter S. Doctorem excessus insimulat. Est autem illius libri scriptor Iohannes Martinonus, ut mihi testatus est P. Macedo, quo eruditissimo viro hic Patavii familiarissime utor, is-

A que vicissim singulari me benevolentia complectitur, qui etiam mihi auctor fuit, ut tum historiam Pelagianam, tum hasce vindicias evulgarem; decreveram enim instar Aspendii intus mihi canere & Musis, nec publici iudicii periculum subire. Et quidem Morainium esse Martinonum idem laudatus Scriptor publicavit in aureo Scrinio D. Augustini cap. 13. & ex anagrammate ficti nominis patet. Non est hic animus operosiorem pro Augustino apologiam instituere; compendio S. Patris causa tractabitur, cum ostendemus ea ipsa dogmata, in quibus B Augustinus excessisse dicitur, fuisse Romanis Pontificibus ac Patrum synodis probata. Asserit Augustinus concupiscentiam esse per se malam & vitium humanæ naturæ ex primo peccato derivatum, nec illam esse passionem naturalem hominis, idque variis argumentis in libris ultimis quatuor prioris contra Iulianum operis demonstrat. Attamen S. Doctor non arbitrabatur concupiscentiam esse peccatum, sed esse veluti habitum vitiosum ad malum inclinantem. E contra Pelagiani contendebant C concupiscentiam esse perfectionem ac bonum naturale ad hominum propagationem primo parenti inditum, unde per irrisionem concupiscentia ab Augustino libro 4. con. Iul. cap. 11. dicebatur Pelagianorum *suscepta*, & libro 5. cap. 5. eorumdem *pulcherrima famula*. Recentiores sententiam illam sancti Augustini reiiciunt, obiicientes cum Morainio disp. 13. num. 87. *Excessisse illum æstu disputationis, & in odium hæresis, quam impugnabat, interdum ad extrema declinasse*. Sed errat Moraines, ac simpliciorum ignorantia abutitur, dum contendit Augustinum D interdum ad extrema declinasse in ea sententia, quam passim & ubique solidissime ac constantissime inculcat. Illa de concupiscentia quæstio erat una ex quinque præcipuis, quas S. Augustinus cum Pelagianis habuit, unde cum Iulianus diceret: *Concupiscentiæ naturalis qui modum tenet, bono bene utitur, qui modum non tenet, bono male utitur, qui autem etiam ipsum modum sanctæ virginitatis amore contempserit, bono melius non utitur*: Augustinus e contra hæc reponit libro 3. con. Iul. cap. 21. *Ego vero sic ad tua ista respondeo: concupiscentiæ carnalis qui modum tenet, malo bene utitur, qui modum non tenet,*

net, malo male utitur, qui autem etiam ipsum modum sanctæ virginitatis amore contempserit, malo melius non utitur. Inde veluti pugnæ signo dato clamat: *In hac controversia de beae utendo isto utrum bono, an malo, tota inter nos causa versatur.* Et quidem Iulianus adeo acrirer pro concupiscentia tamquam naturali perfectione decertavit, ut id *toto libro* teste ibidem Augustino executus fuerit. Opponunt ea in opininne S. Doctorem excessisse. At contendimus illam feotentiam ooo excidisse eidem quasi aliud agenti, sed totis viribus cootra hæreticos eamdem serio ac consulto propugnanti. Quod si Augustinus excessit, eodem vitio anriqua etiam Ecclesia laboravit, quæ recitatam sententiam ante Augustinum & cum Augustino secuta est, quod adversarii a nobis docendi sunt, quandoquidem illud ignorant, vel saltem dissimulant. Augustinus lib. 5. coo. Iul. cap. 12. in fine quinque quæstiones proponit de concupiscentia, quas cum Pelagianis habebat: harum tertia ista est: *Utrum malum non sit, cui repugnanti consentiendum non est, ne in saum pergat excessum.* Additisque duabus aliis quæstionibus ait: *Hoc inter nos differitur. In bis quæstionibus catholica veritate antiquitas tradita vestra impia novitas suffocatur.* Porro qua reprehensione dignus esset Augustinus, si opiniones falsas, & io quas ex disputationis furore præceps actus fuerat, pro catholica veritate publicasset? Audiatur Suarez prolegom. 6. de Gratia cap. 6. *Ulterius*, inquit, *addimus, quicquid iu hac materia Augustinus, ut certum affirmat, & ad dogmata fidei pertinere, a quolibet prudente & erudito Theologo esse tenendum & defendendum, etiamsi non certo constet esse ab Ecclesia definitum: tum quia cum Ecclesia taatum in hac materia detulerit Augustino, ut eius doctrinam in damaaudis erroribus gratiæ Dei contrariis secata fuerit, magna esset temeritas privati Doctoris, qui Augustino aliquid de gratia Dei tamquam orthodoxum docenti contradicere auderet, præsertim cum tot annis, tanta sapientia, tanto ingenio, tanta diligentia & instantia, & quod caput est, tot donis & auxiliis præditus pro divina gratia tueada & explicanda laboraverit.* Cum Suario sentit Cardinalis Bellarminus lib. 2. de Grat. & lib. arb. cap. 11. *Non posset*, inquit, *idem Augustiaus ab ingenti temeritate defendi, quippe qui non solum tam acriter pro falsitate certasset, sed etiam eam pro fide catholica venditare ausus esset.* hæc illi.

Hanc S. Patris de concupiscentia seotentiam eiusdem discipuli secuti sunt. S. Fulgentius in epistola de bono coniugali cap. 3. scribit: *In illis nempe bonis, quæ fecit Deus, inveaitur casta copulatio uxoris & viri, in quibus Dei operibus libido non potest inveniri, aec aliquando iustitiæ congruit, quæ non hominibus ex dono conditionis, sed peccatoribus ex vitio primæ prævaricationis accessit.* S. Prosper seu Pomerius lib. 3. de Vita contempl. cap. 2. *Piis*, inquit, *conatibus nostris resistit ipsa concupiscentia vitiosa, non naturalis, sed naturæ nostræ iadita pœnaliter & inserta, quæ peccato facta est, & peccatum, si vicerit, facit.* Favet Augustiniaoæ sententiæ synodus Trideotina in decreto de peccato originali, ubi tradit concupiscentiam ab Apostolo peccarum appellatam, *quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat.* Inclinare autem ad malum est proprium habitus vitiosi, hominem ad prava semper propellentis. Nec desuere plurimi ex scholasticis, qui recitatam Augustini sententiam strenue propugnarent. Petrus Aureolus acerrimi ingenii vir in 2. dist. 30. art. 2. scribit: *Habitualis rebellio appetitus sensitivi non est in nobis natura appetitus seasitivi tantum. Hoc dico propter opinioaem quorumdam, qui dicunt, quod appetitus relictus puræ naturæ suæ adhuc haberet in se habitualem illam rebellionem. Ego dico, quod ex se est indifferens ad obedieadum, vel non obediendum rationi; per aliquod autem additum, puta per qualitatem morbidam et inobedieat rationi. Et hæc conclusio potest probari auctoritatibus & rationibus; est enim expressa sententia Augustini.* Eamdem S. Doctoris sententiam strenue tuetur noster Gregorius Arimioensis 2. dist. 30. quæst. 1. art. 2. ubi ait: *Hanc Augustini sententiam secutus est Magister, ut patet in ista distinctione 30. & seq. in quibus tractat de ista materia, & multi etiam antiqui ac moderni sequuntur doctores.* Ita teste Aureolo cootraria Augustino sententia *quorumdam* tantum fuit, ubi ex Gregorio S. Doctori *multi* antiqui ac moderni scriptores tum temporis adhærebant. Hinc factum est, ut famosam illam *qualitatem morbidam* nobilissimi scholastici e Nominalium secta antiquitus iuxta Augusti-

gustiniana placita defenderint. Ex recentioribus uous mihi sit iostar omnium P. Macedo, qui lib. 4. de Clavibus D. Petri cap. 10. par. 2. S. Doctoris sententiam solidissime, ut cetera, communit. Immo celebres etiam e Societate scriptores concupiscentiam & malam esse, & nulla ratione ioter Dei opera deputandam tradidere. Bellarminus grande oon Societatis taotum, sed catholicæ etiam Ecclesiæ decus lib. 6. de Amiss. grat. caput 14. ita inscribit: *Osteuditur contra Pelagianos concupiscentiam esse malam*. Quod postea pluribus argumentis ex Augustino desumptis demonstrat. Octavum argumeotum eiusdem repetam: *Malum est*, inquit, *ut iuferiora superioribus reluctentur, id euim contra æquitatem & rectam rationem est, at propter concupiscentiam pars animæ inferior superiori, idest, rationi repugnat, legi mentis non paret, spiritui adversatur, quis igitur ambigat, an ea mala sit appellanda?* Quod est argumentum Augustini lib. 5. con. Iul. cap. 3. Iohanoes Bagocius lib. 5. Demonstrat. dogm. Christ. disputat 8. capite 1. sect. 3. sancti Augustioi sententiam pluribus probat, & concludit: *Absit autem, ut quisquam catholicus Deum rei tam fœdæ & ad malum importune incitantis auctorem credat, cum tamen si hominem nullo præcedente peccato cum illo peccati fomite condidisset, tam eius, quam naturæ humanæ & omnium naturalium qualitatum facultatumque auctor esset existimandus*. In hac eadem sententia cum Augustino concinit doctissimus P. Elisalda, qui cum Theologicam cathedram in Collegio Romano moderaretur, eamdem doctrinam dictavit. Hinc io publicis thesibus a Patribus Societatis aooo 1658. de more æstivis horis propugnatis Augustiniana senteotia his plane verbis concepta proponebatur: *Hæc concupiscentia, quo sub nomine multa comprehenduntur reducibilia ad unum, natura sua est vel pars peccati, vel effectus peccati, estque in natura humana vitium, etiam corruptio & infirmitas, & neutiquam naturalis constitutio & complexio illius. Consistit in habitu quodam pravo & corrupto, qui languor animæ est & dicitur, & eodem modo reducendus est, vel non est ad prædicamentum qualitatis, atque infirmitas corporalis, cuius modum imitatur. Munus illius habitus est inordinatio virium animæ inter se, & non subie-*

A *ctio partis inferioris ad superiorem*.

Plura autem argumenta S. Doctor contra Iuliaoum concupiscentiam defendentem congessit, quem etiam acutis subinde salibus perstringit irridetque. Hæreticus teste eodem lib. 2. cootra. Iul. cap. 7. toto libro secundo & prinri parte tertii contra librum primum de Nuptiis & coocupiscentia ab Augustino ad Valeriom missum pro suscepta laborat, quem S. Pater lib. 4. & 5. prioris operis refellit. Dabo eam in rem unum & alterum eiusdem argumeotum. Lib. 4. cap. 13. ita urget: *Duo enim bona, quæ* B *a Patre* Deo *sunt, inter se pugnare non possunt, pugnant autem inter se continentia & concupiscentia. Quid horum a Patre magis velis esse, responde. Video, quas patiaris angustias; faves quidem concupiscentiæ, sed erubescis continentiæ*. Confirmatur primo ex lib. 5. cap. 7. *Nulla pugna est sine malo. Quando enim pugnatur, aut bonum pugnat & malum: aut malum & malum: aut si duo bona inter se pugnant, ipsa pugna est magnum malum*. Cum autem continentia contra coocupiscentiam pugnet, haoc malam esse ibidem Augustinus deducit. Hinc ait: *Adhuc non evigilas, ut intelli-* C *gas nostram naturam non esse, sed vitium, contra quod virtute pugnamus*. Confirmatur 2. ibidem. *Quando enim libido vincit, vincit & Diabolus. Quando libido vincitur, & Diabolus vincitur. Quem ergo vincit libido & a quo vincitur, est hostis eius. Cum quo autem vincit & vincitur, auctor est eius*. Vis harum rationum in hoc consistit, quod Dei dona sese invicem fovent ac perficiuot; ideo enim multiplicantur, noo ut priora a posterioribus destruantur, sed ut novo cumulo ab eisdem augeaotur, ita spes fidem munit, & utramque caritas corroborat. Poste- D riora enim dona dantur in præmium bonorum operum, eisque subiectum redditur melius. Cum autem continentia sit doonum Dei, ut ex 1. Cor. 7. probat Augustinus lib. 1. de Nupt. & concup. cap. 3. consequens est, ut concupiscentia oaturale Dei donum esse non possit, sed vitium solummodo sit ac defectus. Alterum argumeotum, quod S. Doctor contra Iulianum urget, tale est. Nullum opus Dei est materia pudoris, atqui concupisceotia est materia pudoris, non igitur illa est opus Dei, & ex consequenti oon est perfectio naturalis. Ma-

ior

Gen. 1. 31. ior est certa: eteoim *vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*. Bonum autem non est materia pudoris, sed gloriæ ac laudis. Audiatur Augustinus lib. 2. de Nupt. & concup. cap. 9. *Quid enim potuit Deus facere, quod eius prædicatorem pudeat dicere? Et quod est gravius, pudeat hominem alicuius operis, quod non homo, sed Deus fecit in homine, cum omnes opifices quanto possunt labore & industria id agant, ne de suis operibus erubescant*. Porro concupiscentiam esse materiem erubescentiæ ac pudoris certius est, quam ulla aliunde petita ratione evidentius fieri possit. Scribit ibidem S. Doctor cap. 5. *De hac concupiscentia erubuerunt etiam qui primi pudenda texerunt, quæ prius pudenda non fuerant, sed tamquam Dei opera prædicanda atque glorianda. Tunc ergo texerunt, quando erubuerunt, tunc autem erubuerunt, quando post inobedientiam suam inobedientia membra senserunt*. De hoc ipso passim Augustinus agit etiam io Opere imperfecto.

Immo subtiliter & acute Iulianum vellicat, qui laudaret concupiscentiam, simulque contra eamdem pugnaret, laude quidem eamdem bonam fingens, sed pugna malam contestans. Cum vero Augustini sententiæ aculeis undique armatæ fiot, quibus non modo hæreticus pungatur, verum etiam feriatur, quasdam hic libet subnectere. Itaque libri quarti initio scribit: *Hoc malum contra me laudando adversarius meus videris, sed in te debellando meus testis es. Si autem hoc non debellas, tuus hostis es*. Longior sane est sententia lib. 3. cap. 21. sed salibus tota aspersa est. *Fortasse ergo*, inquit, *laudare te fingis, si pugnare non fingis. Nam quomodo fideliter simul agas duo ista, non video, ut & laudes velut amicam, & expugnes velut inimicam. Unum eorum credimus, sed elige, quod credamus. Si ex animo pugnas, non ex animo laudas; si autem simpliciter agis in præconio, colludis in prælio*. Et postea: *Mallem te fallaciter laudare concupiscentiam, quam fallaciter impugnare. Tolerabilius enim lingua tua, quam vita mentitur; tolerabilius sententia, quam continentia simulatur. Fingis quippe laudem, qua sis adversarius sententiæ meæ, si non fingis castitatem, qua es adversarius concupiscentiæ tuæ*. Rursus capite ultimo eiusdem libri sic Iulianum premit: *Quid est quod laudas, cum quibus pugnas? Quo-* A *modo virtute hostes debellare te credam, quos verbo lacerare non audes? Si ambo concupiscentiam debellamus, quare non ambo vituperamus? Quam te iactas expugnare continentia, quare non vis damnare sententia?* Quod vero Pelagiani continentiam præcipue profitebantur, qua contra concupiscentiam bellum gerebant, Augustinus ex ipsorum sententia continentiam in suspicionem simulationis adduci lepide ibidem inferens addit: *Bellum vestrum latet, amicitia patet. Ex hoc quod patet, suspectum facis esse, quod latet. Quid enim vis credamus de bello, quod geritis in operto,* B *quorum amicitiam cernimus in aperto? Quomodo vis, ut arbitremur adversus aculeum te dimicare libidinis, cum libros impleas laude libidinis? Verum ecce vinco suspicionem meam: expugnare te credo, quod laudas, sed laudare te doleo, quod expugnas*. Præterea lib. 3. cap. 21. *Vis enim vincere concupiscentiam expugnatione eius, me vero laude eius. Sed ego respondeo, ut vincatur, qui laudat, iudicet, qui pugnat. Si enim malum est, cur laudat? Si bonum est, cur expugnat? Si autem nec bonum, nec malum est, ut quid laudat, ut quid expugnat? Quamdiu igitur expugnator libidi-* C *nis eris, tamdiu pro me contra te ipsum iudex eris. An forte adversus libidinem non certabis, ne in isto, quod mecum habes, certamine supereris, dicens tibi ipsi, melius non pugno, quam ostendo pugnando malum esse, quod laudo? Noli obsecro te: Quid enim sum ego, quem pro magno desideras vincere? Vincat te potius veritas, ut tu libidinem vincas* &c. Quare veluti prostrato adversario insultat Augustinus: *Victoria de te mea illo malo tecum pugnante secura est*. lib. 4. cap. 2.

S. Doctor inde etiam Pelagianorum sententiam expugnabat, quod laudarent D illi continentiam, quæ tamen inimica erat concupiscentiæ, quod non minus eleganter, quam festive sæpe obiicit Iuliano. *Duo enim bona, quæ a Deo Patre sunt, inter se pugnare non possunt, pugnant autem inter se continentia & concupiscentia. Quid horum a Patre magis velis esse, responde. Video quas patiaris angustias! Faves quidem concupiscentiæ, sed erubescis continentiæ. Vincat pudor tuus, eoque vincatur error tuus*. lib. 4. cap. 13. Lepide idem inculcat cap. 14. *Inter se belligerantes tamquam in bello timidus ambas laudare conaris, velut inimicam metuens habere,*

quæ

quæ potuerit alteram vincere. Cum Iulianus continentiæ cultorem profiteretur, erat enim Episcopus, irridebatur ab Augustino, quod libidinis laudatorem ageret: *Vir fortissimus nocturnorum etsi non administrator, certe exhortator prædicatorque bellorum*. lib. 5. cap. 7. Quem tameo ad eam pravam sententiam deponendam hortabatur: *Rogo te, si libido ista, ut credimus, solam tibi ingerit molestiam resistendi, nullam vero exhibet voluptatem, cur ei quamvis falsæ tam magnam laudis persolvendam putas esse mercedem?* lib. 3. Oper. imperf. cap. 76. addens cap. 87. *Numquid ideo te plus amabit? prorsus falleris: illa non amat hominem, sed plane simulat, ut amet, quod amare non debet*.

Utrique S. Augustioi argumeoto duplicem respoosionem repositam video. Io primis Iulianus dicebat, duo io concupiscentia distinguenda esse: naturalem vim & pronitatem ad speciem per gcoerationem propagandam, & excessum eiusdem, quo etiam ad inhonesta & illicita homines propellit. Illud primum esse bonum, donum Dei, laudabile, nec materiem pudoris; hoc vero alterum esse quid vitiosum ac vituperabile. Hanc Iuliani responsionem secutus est Moraioes. Alii vero recentinres, cum eos pudeat Iuliani verbis loqui, alia via cvadere conantur. Dicunt coocupiscentiam esse donum Dei, at cum aliqua imperfectione, cum omne creatum sit defectuosum: pudicitiam autem pugnare contra imperfectiones concupiscentiæ, ac eisdem resistere, harum erubescere, de bis confundi. Ex his tradunt non inferri malum esse id, cui imperfectiones illæ connexæ sunt: sicuti voluntas est peccabilis ob sui imperfectionem, quia est ex nihilo, & tamen noo confundimur de illa, neque dicimus eamdem esse malam & vitium naturale. Sed neutra respoosio satis est ad infringendam vim argumeotorum Augustini. Primum Iuliaoi ac Morainii responsum sæpe refellit S. Doctor lib. 5. con. Iul. cap. 7. *Quid enim*, inquit, *te adiuvat, quod reprebendere videris eius excessum, cuius approbas motum? Tunc enim excedit licitum limitem, quando eius motibus ceditur, quia malo resistitur, ne bonum castitatis intereat, si huic malo non resistatur*. Acute: siquidem est mala eo ipso, quod ad malum impellit; hæc e-

A nim est proprietas habitus vitiosi, incliaare ad actum malum. Hinc optimo iure P. Macedo exemplo habitus vitiosi, quem Suarez disp. 44 Metaph. sect. 13. num. 26. negat posse a Deo produci in homine, quia Deus ea ratione inclinaret ad malum, eumdem doctorem premit concedentem, concupiscentiam posse a Deo in homine in statu naturæ puræ produci. Præterea lib. 4. cap. 14. idem Augustinus ait: *Ut non fiat malum excedendi, resistendum est malo concupiscendi. Duo ergo mala sunt, quorum unum babemus, alterum facimus, si ei non resistimus, quod*
B *babemus*. Idem lib. 3. cap. 20. ait: *Deinde incipis disputare de excessu concupiscentiæ, quem reprebensibilem dicis, quasi in eius moderatione, cum ea bene utitur coniugatus, equus ipse, qui malus est, & non potius sit eius auriga laudandus*. Hinc idem Pater lib. 1. Oper. imperf. cap. 70. scribit: *Si ei consentis, malum agnosce peccando: si ei resistis, malum agnosce pugnando*. Præterea lib. 4. eiusdem operis cap. 41. *Ecce ergo dicis Deum in bomine modum instituisse libidini, cur in eo modo non stat, in quo est divinitus instituta, sed eum, nisi coerceatur,*
C *egreditur? Quomodo ergo bonum dicitur, quæ urget & compellit bominem facere malum?* Et concludit: *Excessus proinde libidinis in peccato est, sed etiam impulsus in crimine*, nempe vitio per modum babitus. Sed nec altera responsio probari potest. Nam imperfectio consistit in privatione ac carentia perfectionis & actualitatis, vis autem concupiscentiæ impulsiva ad malum explicat validiorem causalitatem; unde nequit constitui io sola privatione, quæ nihil potest causare efficienter, sed ut purus tantum terminus *a quo*, ut docent Aristotelici. Quare sicuti habitus vitiosus, quo efficacius mo-
D vet ad actus pravos, maiorem dicit intensionem suæ entitatis, ita etiam concupiscentia, quo potentius excitat ad actus quoscumque inhonestos, maiorem intensionem suæ actualitatis ostendit. Præterea eadem responsio refellitur: quia omnis virtus seu passio naturalis habet aliquos motus bonos, inde eoim bonitas naturæ a posteriori cognoscitur. At concupiscentia nullos actus bonos habet, ut probat Augustinus lib. 4. con. Iul. cap. 2. Nam in sanctis continentibus concupiscentia oullos actus bonos exerit: *Quid ergo*, inquit, *illic agit, ubi malum*

lum est, quicquid agit, ac si ei consentiatur, & peragit? Quid ibi agit hæc concupiscentia, ubi nihil boni concupiscitur ex illa? Quid ibi agit libido, ubi nihil boni libebit ex illa? lege ibi plura.

Dices Sanctos cootinentes ob maiorem perfectiooem voluntarie sibi interdicere actus bonos concupisceotiæ, quos uxore ducta possent licite exercere. Haoe responsionem capite illo secundo explodit Augustious dicens: *Pudicitia coniugalis inhiantem concupiscentiam sive de illicito, sive de licito percipere voluptatem, frænat ab illicito, permittit ad licitum: hoc est bonum, non tamen eius, sed bene utentis bonum est. Quod autem ipsa concupiscentia facit, sive ad licitum, sive ad illicitum indifferenter ardere, utique malum est. Hoc itaque malo bene utitur pudicitia coniugalis.* Et quidem ubique Augustious constanter docuit coniuges bene uti malo. Quod rursus inde probavit, quia concupiscentia io coniugatis impellit ad malum, excitat in feminas prægnantes, & io omoe libidinosum opus insurgit. *Non importune*, ait ibidem, *in coniugatis esse dicatur. Si enim summum culmen obtinent pudicitiæ coniugalis, faciunt boni aliquid per illam, quamvis nihil faciant propter illam.* Sane nusquam S. Doctor vocavit concupiscentiam booum, sed ubique malum dixit, ut plane evideos fiat, secundum propriam essentiam esse malam, ooo vero secuodum imperfectionem aonexam, ut recentiores illi cooteodunt. Immo sæpios urget cootra Iuliaoum, admissa semel concupiscentia ex prima hominis productione eidem inserta, Manichæorum hæresim promoveri, qui cum concupiscentiam esse malum videant, oeque Deus boous mali auctor statui possit, statim inducuot Deum malum concupiscentiæ malæ conditorem. Ita enim discurrit lib. 1. con. Iul. cap. 8. & seq. lib. 5. cap. 16. & io Oper. imperf. lib. 3. cap. 178. 208. 213. lib. 5. cap. 30. lib. 6. cap. 5. & 36. Dabo unum testimonium ex eodem sexto libro cap. 6. *Tu autem, qui nescius qui loquaris, obicis mihi, quod dicam Deum creare peccatum, resiste Manichæo diceuti, in discordia carnis & spiritus inter se contrarias mali & boni apparere naturas. Unum est, quod respondemus, ut pestis ista vincatur, hanc scilicet discordiam primi hominis in nostram vertisse uaturam: quod tu negando conaris, ut vincant, satisque manifestaris fictus Manichæorum oppugnator & verus adiutor.* capite etiam 14. & fuse & erudite idipsum deducit. Exemplum autem, quod iidem scriptores ex voluntate ob sui nihileitatem, a qua ortum habet; peccato obooxia, non est ad rem; siquidem voluntas plures actus bonos elicit, qui io suo ordine naturali boni suot & laudabiles, unde & ipsa bona esse eognoscitut. At coocupiscentia oullos actus booos habet; oullos eoim ad licitum tantum terminum exetit, sed ad illicita quæque exæstuat, a voluntate autem io honesta meta illius actus figitur, ita ut ad vetita noo prorumpat.

Opponunt Augustioum lib. 1. Retract. cap. 9. dixisse: *Quamvis ignorantia & difficultas* (loquitur de difficultate orta ex concupiscentia) *etiamsi essent hominis primordia uaturalia, uec sic culpandus, sed laudandus esset Deus.* Ergo, ioquiunt, ex Augustino laudandus esset Deus, tametsi hominem creasset absque perfecta concupiscentiæ subiectione. In uoo hoc *tam claro*, ut aiunt, Augustini testimonio sibi victoriam canunt, cum tameo S. Doctot innumeris locis oppositum asseruerit, nec ibidem, ut ipsi perperam arbitrantur, ipsorum senteotiam docuerit. Etenim S. Doctor eo loci contra Manichæos disputabat, qui dicebant coocupiscentiam esse malam, & impossibile esse sine illa hominem produci; & eum a Deo bono creari nequeat, malam quamdam oaturam omnium malorum productricem commentabantur. Augustious ut eosdem refelleret, hypothesim utramque gratia disputationis admisit, oempe homioem cum concupiscentia cteatum, & sine ista oequaquam creari potuisse; urgebat vero hæreticos etiam tunc Deum fore laudaodum, nam nulla culpa Dei fuisset facete, quod fieri non poterat. Maoichæos autem putasse impossibile esse, eondi hominem sine concupiscentiæ malo, testatut S. Doctor lib. 1. coo. Iul. cap. 5. & lib. 3. cap. 12. Igitur in illa hypothesi adhuc esset laudandus Deus, ut libro tertio de Libero arbittio ab Augustino probatur. Hinc idem scribit lib. 1. Retract. cap. 9. *Quæ disputatio contra Manichæos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas veteris testamenti, in quibus peccatum originale narratur.* Postea: *Contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod utraque scriptu-*

ra commendat, quam se accipere profitentur. A Nempe malum concupiscentiæ non esse a Deo in prima productione homini insertum, eo quod *fecerit Deus hominem rectum*. Ecclesiastes 7. quod testimonium sæpius inculcat contra Pelagianos lib 14. de Civit. Dei cap. 11. lib. 13. cap. 14. lib. de Corr. & grat. cap. 6. epist. 105. ad Sixtum. lib. 4. Oper. imperf. cap. 44. & alibi. Concupiscentia autem rectitudinem hominis sustulit, illumque in illicita declivem, immo præcipitem fecit. At Augustinus præter hoc testimonium alterum etiam celeberrimum adhibuit ex cap. 40. Ecclesiastici: *Iugum grave su-* B *per filios Adam a die exitus de ventre matris eorum* &c. quod in Opere imperfecto in omnibus pæne paginis repetit, probans Deum iniustitiæ accusandum, si iugo victricis concupiscentiæ hominem nulla culpa præcedente aggravasset, id enim summa miseria est, ac gravem inde pœnam homo experitur, omnis autem pœna iniuste infligitur, si nulla eamdem culpa merita est. Igitur illam hypothesim, quam agens cum Manichæis disputationis gratia Augustinus admittebat, in libris contra Pelagianos non modo non probavit, verum etiam solidissimis C argumentis explosit.

Iulianus plura argumenta congessit, ut probaret concupiscentiam esse perfectionem naturalem hominis, esse bonum, solumque eiusdem excessum esse culpabilem. Lib. 4. Oper. imperf. cap. 56. eo utitur argumento, quod concupiscentia sit perfectio naturalis pecudis, & bonum eiusdem ad speciei propagationem inserviens; unde eadem quoque dicenda videtur hominis perfectio, qua parte cum brutis secundum gradum sensitivum convenit. Rursus lib. 1. eiusdem operis cap. 70. arguit, quia concupiscen- D tia fuit ante peccatum, ideo enim Adam peccavit, quod appetitus sensitivus eiusdem vetitum fructum concupivit. Præterea si concupiscentia est pœna peccati, igitur laudanda est, bona est, honesta est: siquidem bonum atque honestum est, peccatorem puniri. Ita arguit apud Augustinum lib. 5. prioris operis cap. 4. Denique exemplo ciborum probat eiusdem excessum esse culpabilem; nam ut illi boni sunt, malus tamen potest esse illorum usus, ita bona est concupiscentia, licet malus sit eiusdem abusus. apud S. Patrem lib. 3. cap. 20. & lib. 1. de Nupt. & concup. cap. 19. Respondet Augustinus ad primum concupiscentiam in pecude esse perfectionem, quia est conformis eiusdem naturæ, nec repugnat spiritui in brutis. In homine autem dicit defectum, vitium, ac corruptionem naturæ, unde ait lib. de Pecc. orig. cap. 40. *Tantæ namque excellentiæ est in comparatione pecoris homo, ut vitium hominis natura sit pecoris*. Et lib. 4. Oper. imperfecti cap. 56. *Sic ergo*, inquit, *in libidine agnosce & pecoris naturam & hominis pœnam, si animam non habes asininam*. Ubi etiam notat concupiscentiam in brutis non inhiare in prægnantes & in actus contra naturam, uti facit in homine; unde peior longe est in homine libido quam in brutis. Ad secundum respondet ibidem negando in terrestri paradiso actum concupiscentiæ præcessisse actum voluntatis comedendi pomum vetitum. Do eiusdem verba: *Præcessit*, inquit, *mala voluntas, qua serpenti subdolo crederetur, & secuta est mala concupiscentia, qua cibo inhiaretur illicito. Ac per hoc quamvis iam utraque mala esset, tamen voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit, nec præcessit voluntatem, nec restitit voluntati*. Ad tertium negat illationem: etenim concupiscentia prout est pœna, honeste a Deo intenditur, at mala est respectu hominis, cui infligitur: ita mors mala est homini, bona respectu Dei illam decernentis in pœnam peccati. Addit exemplum de cæcitate cordis, qua Deus uti index in pœnam præteritorum criminum punit delinquentes, quibus tamen illa est maximum malum, & concludit: *Proinde omnia, quæ pro hac tua cæca & inconsiderata opinione dixisti, qua carnis concupiscentiam eo ipso, quod eam pœnam diximus esse peccati, non solum non vituperandam, verum etiam laudandam putasti, quamlibet prolixa disputatione in eo fueris immoratus, evanuisse certissimum est*. Ad quartum respondet idem Augustinus lib. 3. con. Iul. cap. 20. *Ita enim*, inquit, *non intelligis quid loquaris, ut non vides creaturam panis & vini non concupiscere adversus spiritum, sed ipsam potius inhoneste a male utentibus concupisci, & ea forinsecus in nostrum corpus intrare*. Hinc neminem pudet in propatulo comedere, uti olim Romanorum

mos

mos fuit, at licite concupiscentia palam uti coniuges erubescunt, ut plane appareat malam esse concupiscentiam, cum vel licitus eiusdem usus pudorem incutiat. videatur S. Pater lib. 1. ad Bonifacium cap. 16.

Obiiciunt recentiores contra eamdem S. Doctoris sententiam. Motus concupiscentiæ præveniunt rationem, quia sunt ante omnem electionem, ergo concupiscentia non est omnimode subiecta rationi, cum habeat motus ante omnem actum illius. Rursus inquiunt: Homo appetitu rationali fertur in honesta, appetitu sensitivo seu concupiscentia fertur in delectabilia, ergo vehementiori impetu ista inhiat in delectabilia, quam ille in honesta; siquidem cum obiecta honesta repræsententur per species alienas, minus movent, quam delectabilia, quæ per species proprias de præsenti sensum alliciunt. Denique instant: Nullum quod est debitum naturæ est amissum per peccatum, atqui est amissa subiectio partis inferioris respectu appetitus rationalis, igitur ea subiectio non est perfectio debita naturæ. Hæc tamen olim ab Augustino diluta sunt. Respondet ad primum, quod in pœnam tantum peccati motus concupiscentiæ præveniunt deliberationem appetitus rationalis: unde si homo non peccasset, motus appetitus sensitivi præcessissent quidem voluntatis actus, non illi quidem vim inferendo ac rationem graviori impetu præoccupando illamque absorbendo, uti de facto contingit, sed suaviter alliciendo, quod & in paradiso accidit, ubi *non voluntatem cupiditas duxit, nec præcessit voluntatem, nec restitit voluntati*. lib. 1. Oper. impesf. cap. 70. Ad secundum negatur consequentia, etenim rectus ordo exigit, ut inferius a superiori, non vero superius ab inferiori moveatur. Unde optima hominis constitutio petit, ut pars eiusdem superior pleno iure in inferiorem utatur, non vero ut ista illam sibi subiuget ac supplantet. Pertinet autem ad hominis pœnam ac miseriam, ut more pecudum fortius a delectabili trahatur, quam ab honesto, & hoc provenit ex ignorantia, quod alterum ex peccato originali in humanum genus derivatum vitium est, neque enim si perfecte honestum repræsentaretur voluntati, ab

A ista dimitteretur delectabili electo. Itaque in illa præponderantia & maiori vi in trahendo, quæ inest delectabili supra honestum in statu naturæ lapsæ, pars rebellionis appetitus sensitivi contra rationalem consistit. Porro hæc scribit Augustinus lib. 5. con. Iul. cap. 3. *Si prudenter hic saperes, profecto esse iniquitatem videret, qua pars inferior hominis repugnat superiori atque meliori*. Tertium argumentum nullum est, nam in sententia Augustini falsum est post primum peccatum naturalia mansisse integra; homo enim per peccatum fuit

B spoliatus gratuitis & læsus insuper in naturalibus, quod ex parabola peregrini Ierichontini Lucæ 10. suadetur integro fere volumine a Florentio Conrio Archiepiscopo Thuamensi. Testimonia vero Augustini in eamdem rem indicat P. Macedo in Cortina thesi 34. & lib. 4. de Clavibus Petri in contr. de pecc. orig. cap. 12. ubi valide pro S. Doctoris sententia decertat.

Unum obstare videtur, quod acerrime urgent recentiores. Etenim damnata est hæc propositio Baii 55. *Deus non potuisset talem ab initio creare hominem, qua-*

C *lis nunc nascitur*. Quare potuit Deus condere hominem in statu naturæ puræ subiectum concupiscentiæ, qualis modo nascitur. De his propositionibus Baii varie sentiunt Theologi. Pater Vasquez magni inter recentiores nominis 1. 2. disp. 190. cap. 18. proponit verba bullæ, quæ eiusmodi sunt: *Quas sententias stricto coram nobis examine ponderatas, quamquam nonnullæ aliquo modo sustineri possent, in rigore tamen & proprio verborum sensu ab assertoribus intento hæreticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, & in pias aures offensionem immittentes, respective,*

D *& quæcumque super iis verbo scriptoque emissa præsentium auctoritate damnamus*. De qua censura ita idem iudicat. *Multas* ex illis propositionibus *continentes acre iudicium, quo Doctor ille aliorum opiniones criminabatur, damnari tantum ut scandalo & offendiculo patentes, & hac ratione solum prohiberi; nam & audacia nimiaque arrogantia in aliorum sententiis maligne vellicandis ac lacerandis non parum scandali afferre solet, a quo docti & prudentes Theologi in suis scriptis abstinere deberent*. Hæc autem confirmat locupletissimo testimonio Cardinalis Francisci Toleti,

leti, qui in causa Baii Lovanium ab apostolica Sede delegatus fuit. Quare cum Baius Pelagianæ hæreseos incusaret asserentes hominem talem potuisse a Deo creari, qualis modo nascitur, hinc ob infamiæ notam, quam oppositæ sententiæ auctoribus inurebat, eiusdem propositio censuræ subiecta est. Hoc autem patet ex censuris eiusdem, quæ in eadem bulla referuntur .v. g. popos. 37. ait: *Cum Pelagio sapit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturæ solis viribus ortum ducit, agnoscit*. Quam sententiam defendit Vasquez 1. 2. disp. 190. cap. 18. ubi testatur censuram Baii, non vero assertum esse ab apostolica Sede damnatum, cum in Arausicano canone 22. dicatur: *Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum*. Præterea propos. 23. ita scribitur: *Pelagii sententia est: opus bonum citra gratiam adoptionis factum non est regni cælestis meritorium*. Quare cum Lovaniensis Scriptor oppositam sententiam de creatione hominis cum concupiscentia ab auctore naturæ inserta Pelagianismi dubio procul de more incusaret, merito ob censuram eiusdem propositio uti scandalosa proscripta est. Rursus in bulla Baii propositiones dicuntur damnari *respective*, nempe, *in porprio verborum sensu ab assertoribus intento*. Propositio illa 55. damnatur *respective* ad propositionem 27. quæ est: *Integritas primæ creationis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, sed naturalis eius conditio*. Quasi subiectio coneupiscentiæ non fuerit ex dono Creatoris, sed ex exigentia naturali humanæ substantiæ tamquam propria passio eiusdem, quod falsum est. Nam hæc duo distinguenda sunt: concupiscentiæ subiectionem datam primo homini ex exigentia rei creatæ, vel ex pura puta decentia. Primum enim negatur, alterum a nobis asseritur; & hoc patet ex Augustino scribente libro 3. con. Iul. cap. 11. *In natura hominis ante peccatum pacem decebat esse, non bellum*. Scio eumdem libro 2. de Pecc. mer. & remiss. cap. 22. hæc scribere de primis parentibus: *Quamvis corpus animale gestarent, nihil inobediens in illo adversum se moveri sentiebant. Faciebat quippe hoc ordo iustitiæ, ut quia eorum anima famulum corpus a Domino acceperat, sicut ipsa eidem Domino suo, ita illi corpus eius obediret, atque exhiberet vitæ illi congruum sine ulla resistentia famulatum*. Ubi nomine iustitiæ non rigorosum debitum in natura humana fundatum intellexit, sed ex decentia solius Creatoris derivatum. Rursus sciendum est, aliquas propositiones æquivocas modo ab Ecclesia reiici, modo approbari. Hoc ostendimus libro 2. Histor. Pelag. cap. 20. de illa propositione: *Unus e Trinitate passus est*, quam Hormisdas reiecit, at Iohannes II. Vigilius, ac synodus V. uti catholicam definiveruot. Etenim in sensu Eutychianorum damnata fuit, quasi Verbum in natura divina passum diceretur; & licet alii adderent *passum carne*, attamen cum ob affinitatem cum hæresi Euthychetis suspecta esset, iure S. Hormisdas eamdem approbare recusavit. Baius propos. 74. hæc tradidisse dicitur: *Concupiscentia in renatis relapsis in peccatum mortale, in quibus iam dominatur, peccatum est*. quod falsissimum est, numquam enim ipsamet concupiscentia est peccatum, ut ex Tridentina synodo constat. Quare propositio illa Baii non solum ob censuram damnata est, verum etiam quod hæreticorum recentium errori a Tridentinis patribus damnato concineret; illi enim mordicus sustinent concupiscentiam esse peccatum, ut patet apud Bellarminum lib. 5. de Amiss. grat. cap. 5. in quo errore propositio 55. Baii, quod concupiscentiam attinet, fundatur, a cuius tamen damnato sensu longo intervallo distamus: non enim dicimus Deum non potuisse condere hominem cum concupiscentia rebelli, quod illa sit formaliter peccatum, sed quia licet ipsa peccatum non sit, est tamen ad peccatum inclinans, & quidem vehementius, quam quilibet alius habitus vitiosus ab homine contractus. Profecto thesis illa Baii, hominem non potuisse a Deo produci, qualis modo nascitur, iuxta amplam eiusdem expressionem vera est; quis enim dixerit, Deum posse condere hominem eum peccato originali, cum quo modo nascitur? Hoc enim erat illud absurdum, quod Pelagiani contra orthodoxos urgebant, Deum esse auctorem peccati, si eo infectus homo nascebatur. Et quidem Martinus de Esparza insignis nostræ ætatis Theologus quæst. 10. de gratia hæc scribit: *Concupiscentia post peccatum ita est soluta, ut regnet in carne peccati, hoc est, obtineat prædominium adver-*

fus

ſus rationem, præponderante eius inclinatione in malum atque in perniciem & damnationem hominis inclinationi rationis ſuperioris in bonum honeſtum, atque in ſalutem & ultimam felicitatem eiuſdem hominis. Quod tantum ac tam grande malum occupationis regni per partem inferiorem adverſus partem ſuperiorem nequaquam adfuiſſet in ſtatu puræ naturæ. Quare ex huius ſcriptoris ſententia oon potuit condi homo a Deo in ſtatu naturæ puræ cum coocupiſcentia ratiooi prædominante atque in eamdem vim legislativam exerceote, ut ibidem ad 6. loquitur, cum tamen homo de facto tali coocupiſcentiæ ſubiectus naſcatur. Hactenus de ſenſu illius 55. propoſitionis Baii.

Quæri poteſt, an S. Doctor admiſerit uti poſſibilem concupiſcentiam rationi ſubiectam, ita ut non ſecundum ſe, ſed ſecundum prædominium ſupra rationem eamdem ſolummodo primo homini in ſui conditione ioſeri potuiſſe negaverit. Reſpondeo Auguſtinum ſenſiſſe concupiſcentiam ſecundum ſe eſſe vitium & non ſolum eſſe vitiatam. Ita illam proounciavit *vitium, quod non eſt ex Deo* lib. 1. de Nupt. & concup. cap. 23. Idem habet libro 2. cap. 34. & paſſim contra Pelagianos. Attamen hoc ſibi ſufficere dicebat, ſi hæretici ſaltem concederent eamdem eſſe vitiatam, inde enim peccati originalis vulnus ſtatim apparebat. Scribit S. Doctor contra Iulianum lib. 2. proxime laudato cap. ult. *Et ſi non vult concedere vitium eſſe libidinem, dicat ſaltem per illorum hominum inobedientiam etiam ipſum vitium eſſe carnis concupiſcentiam, ut illa quæ obedienter & ordinate moveretur, nunc inobedienter inordinateque moveatur* &c. Et libro 5. con Iul. cap. 5. ait: *Sed quod dicis etiam genitalia ſervire animi imperio, novam quamdam libidinem dicis, aut forte nimis antiquam, qualis & in paradiſo eſſe potuiſſet, ſi nemo peccaſſet*. Et libro 2. Oper. imperf. cap. 122. ſcribit de concupiſcentia: *Aut ergo nulla ibi erat, aut voluntatem mentis nec præcedebat nec excedebat*. Idem repetit lib. 4. cap. 56. & libro 4. prioris oper. cap. 5. & 14. Ceterum S. Doctori cooſtans ſententia ſtetit, nullam fuiſſe concupiſceotiam in primo homine ante peccatum non modo ſecundum illam vim tyrannicam ſupra rationem, ſed nec ullam omnino licet rationi ipſi ſubiectam. Proba-

A tur hoc ex libro 4. con. Iul. cap. 11. ubi ait: *Quis enim negat futurum fuiſſe concubitum etiamſi peccatum non præceſſiſſet? ſed futurus fuerat, ſicut aliis membris, ita etiam genitalibus voluntate motis, non libidine concitatis; aut certe etiam ipſa libidine, ut non nos de illa nimium contriſtemus, non qualis nunc eſt, ſed ad nutum voluntatis ſerviente*. lege cap. 14. Et lib. 5. cap. 7. his adverſarios vellicat: *Sed ecce non vobiſcum de libidinis abſentia præſentiave contendimus, nec dilectionem, quam debere vos ei videmus, offendimus, ſaltem ipſam ſubdite voluntatis imperio in illo felicitatis lo-*
B *co*. De hac ipſa re agit S. Doctor libro 1. ad Bonifacium cap. 17. ubi quatuor modos aſſignat, quibus nuptiarum fœcunditas perfici potuiſſet, quorum duo poſtremi ſunt: *Aut tunc ad nutum voluntatis libido conſurgeret, quando eſſe concubitum neceſſarium caſta prudentia præſenſiſſet: aut nulla omnino exiſtente ibi libidine, ut cetera membra quæque ad opera ſua, ſic ad opus proprium etiam genitalia iuſſis volentium ſine ulla difficultate ſerviſſent*. Poſtea de his duobus ait: *Duarum vero reliquarum quamlibet elegeritis, non eſt adverſus vos ulla contentione laborandum. Etſi enim quar-*
C *tam nolueritis eligere, ubi eſt omnium obedientia membrorum, ſine ulla libidine ſumma tranquillitas, quoniam tam vos ei fecit veſtrarum diſputationum impetus inimicos; illud vobis ſaltem placebit, quod tertio loco poſuimus*. Legendum eſt integrum caput, inde enim evidenter colligitur, S. Doctorem cenſuiſſe nullam fuiſſe in terreſtri paradiſo concupiſcentiam, eamque ſubiectam voluntati diſputatioois tantum gratia admiſiſſe, ne adverſarios *de illa nimium contriſtaret*, ut ex eodem proxime recitavimus. Hæc Auguſtious de concupiſcentia ſcripſit, probans ex illo
D 1. Io. 2. 16. *Concupiſcentia carnis non eſt ex Patre*. quem textum de actibus vetitis concupiſcentiæ Pelagiani ioterpretabantur. Quam vero abſurdam eorumdem opinionem S. Pater arbitraretur ex iis, quæ ſcribit libro 4. Oper. imperf. cap. 69. colligitur: *Non igitur*, inquit, *caventur opera mala, niſi frænetur concupiſcentia mala, quæ a te horrenda impudentia vel potius amentia dicitur bona. Nec erubeſcis te ad tantum dedecus perveniſſe, ut nemo liberetur a tuo malo, niſi non conſentiat tuo bono. Concupiſcentia igitur carnis, qua cupiuntur, quæ probibentur, non*

eſt a

est a Patre. Frustra putas, vel potius vis putari, ubi hoc Iohannes Apostolus dixit, concupiscentiam carnis positam pro luxuria. Prorsus si non est a Patre luxuria, nec illa est a Patre, cui si consentiatur, concipit paritque luxuriam. Nam motibus suis quibuslibet obtinere quid conatur, quæso, nisi ad luxuriam pervenire? Quomodo ergo est bonum, quæ pervenire conatur ad malum? Quomodo est nostrum bonum, quæ nos ad malum compellit. lege ibidem.

§ III.

Utrum S. Augustinus excesserit deducens peccati originalis reatum ex innumeris humanæ vitæ miseriis. Insigne D. Thomæ pro Augustiniana sententia testimonium.

PErgo ad alterum S. Augustini excessum. Etenim ille quo Pelagianos confutaret, non solum e sacris arcanis testimonia petivit, sed ut erat subtili ac prompto ingenio, rationibus etiam naturali lumine manifestis usus est. Inter cetera argumenta celeberrimum invenit magnus Doctor, quo peccarum originis persuaderet, deducens nempe illud ab infinitis humanæ vitæ miseriis. Ita appellans illam Ecclesiastici sententiam cap. 40. initio *iugum grave super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum*, arguebat ad salvandam Dei iustitiam aliquod in nascentibus crimen afferendum esse, ne tot miseriis puniri innoxii crederentur. Hoc argumentum ubique in Augustini non dicam libris, sed librorum paginis occurrit. Lib. 6. Oper imperf. cap. 36. has sententias conglomerat. *Omnis autem pœna hominis quid est, nisi pœna Dei imaginis, quæ si infertur iniuste, profecto a quo infertur, iniustus est? Quis porro dubitet, quod iniuste inferatur pœna imagini Dei, nisi hoc culpa meruerit?* Et cap. 27. *Iustus est Deus, quod assidue contra te dicis & nescis, iustus est, inquam, Deus; & ideo nascentes nec faceret, nec fieri sineret miseros, nisi nosset reos*. Item: *Ipsi nullum, sicut putatis, trahentes peccatum immeritas, si hoc ita est, procul dubio sustinent pœnas. Ubi est iustitia Dei, quam si cogitares, numquam crederes sine ullo merito peccati originalis tam miseros esse nascentes*.

Respondet Moraines disp. 13. num. 106. Augustinum a miseriis vitæ humanæ peccatum originale probantem *excessisse videlicet fervore disputationis abreptum, & odio hæresis Pelagianæ ad contrarium extremum declinasse, neque hac in parte doctrinam eius approbasse Ecclesiam*. Placet quod non dixit *interdum* declinasse ad extremum, ubique enim declinasse dicendus esset, nam illud argumentum *tam sæpe dictum sæpiusque dicendum* vocat cap. 23. lib. 6. laudati. Quare Augustinus sciens, prudens, volens ea ratione usus est, non disputationis æstu ac furore percitus, ut adversarii opponunt. Immo Pelagiani idem argumentum evadere totis viribus conati sunt, ut patet ex Iuliano libro eodem cap. 25. ubi Augustinianam ratiocinationem irridens: *Verum quid nos*, inquit, *tam obstipæ veritatis solius rationem sequendam putamus, cum inimicorum nostrorum phalanx ipsis innitatur rerum periculis, & insurgat in nos ærumnarum inimica suffragiis; vult quippe pudore coeuntis, dolore parientis, sudore laborantis transmissionem culparum & pœnarum in semina comprobare, ut his videlicet signis difficilium partuum, agricolarum sudantium, & divisorum novalium crimen naturale credatur, cuius merito per tot incommoda genus exerceatur humanum*. Igitur de hoc argumento Pelagianos inter ac Augustinum ex proposito controversia fuit, cum præsertim Augustinus omnia solverit, quæ ad illud infringendum Iulianus opposuit, ut palam fit ex libro sexto operis laudati. Quod vero scribunt Ecclesiam hac in re non approbasse Augustini doctrinam, ipsorum eruditionem pandit, qui eamdem & Romani Pontificis & synodorum decretis consecratam fuisse non animadverrunt. S. Gelasius Papa in epistola 7. ad Episcopos per Picenum contra Seoecam quemdam Pelagianum eodem Augustini argumento utitur ad probandum originale peccatum. *Ideo*, inquit, *de felicitatis suæ claritate seclusus, atque ad spinas & tribulos miseriasque multiplices cælesti voce damnatus est, quæ utique pœna iusti iudicii tam gravis & aspera in bono perseveranti nullatenus esset inflicta, & nisi malo non convenienter illata probaretur*. En Augustini voces fideli echo redditas ab apostolica Sede. Sed hoc ipsum synodus Patrum Africanorum in Sardinia exsulum in libro de Incarnatione & gratia cap. 14. docet. *Si qui ergo*, inquiunt, *mortem solam*,

ſolam, ut non etiam peccatum ex homine primo tranſiiſſe in genus humanum nituntur aſſerere, mirum ſi non intelligunt, quibus ſententiæ ſuæ laqueis obligentur. Primo quia Deum dicunt iniuſtum in eo, quod mori faciat parvulos, quos nulla volunt iſti originalis peccati contagione pollutos. Item: *Qua igitur iuſtitia Deus iuſtus infantibus ſine peccato naſcentibus ingerit pœnam, in quibus pœnæ non invenit cauſam?* &c. Præterea ſynodus II. Arauſicana canone 2. ait: *Si quis ſoli Adæ prævaricationem ſuam & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati eſt, non autem & peccatum, quod mors eſt animæ, per unum hominem in omne genus humanum tranſiſſe teſtatur, iniuſtitiam Deo dabit.* Igitur qui maximam miſeriarum nempe mortem ſine peccato homini accidere dicit, iniuſtum facit Deum, quod eſt S. Auguſtini argumentum. Hunc textum Arauſicanum nonnulli videre, quare reſpondent, mortem ſub ratione pœnæ non potuiſſe infligi homini ſine culpa citra Dei iniuſtitiam, at potuiſſe Deum citra iniuſtitiam condere genus humanum in ſtatu naturæ puræ ſine immortalitatis dono morti naturali ſubiectum. Sed hæc reſponſio nulla eſt. Nam Pelagiani dicebant mortem eſſe naturalem homini ex eiuſdem corporea compoſitione, nec illi tamquam pœnam infligi, contra quos ex Auguſtino colligit Arauſicana ſynodus, ſi mors corporis ſine peccato tranſiit in poſteros, Deum fieri a Pelagianis iniuſtum. Quod enim mors eſſet malum ſub ratione pœnæ, erat conſequentia illata contra hæreticos, qua talis enim ſupponit neceſſario peccatum, a quo per denominationem extrinſecam dicitur pœnalis. At Patres ex ipſa gravitate mortis ac ceterarum illam præcedentium miſeriarum malum eſſe illam graviſſimum urgebant, ut inferrent, non niſi in pœnam potuiſſe iuſte infligi, alias ſuppoſuiſſent in antecedente, quod erat a Pelagianis abſolute negatum.

Subſcribunt eidem argumento alii Patres. S. Proſper con. Collat. cap. 20. *Nimis enim impium eſt hoc de Dei ſentire iuſtitia, quod a prævaricatione liberos cum reis voluerit eſſe damnatos. Patet ergo culpa, ubi non latet pœna, & ſocietas peccati convincitur de communione ſupplicii, ut quod eſt humanæ miſeriæ, non de inſtitutione creatoris, ſed de retributione ſit iudicis.* D. Anſelmus lib. de Conc. Virg. & pecc. orig. cap. 13. *Ea ipſa ratione*, inquit, *qua non debuit Deus Adam facere niſi iuſtum, nec aliquo debito ſive incommodo gravatum, aperte mens rationalis cognoſcit eum, quem ſimiliter propria voluntate & virtute procreavit, alicui malo ſubditum fieri non debere, quoniam nimis inconveniens eſt omnipotenti ac ſapienti Dei bonitati, talem facere rationalem creaturam ſola propria voluntate de materia, in qua nullum eſt peccatum.* Item lib. 2. *Cur homo Deus* cap. 2. ait: *Sapientiæ & iuſtitiæ repugnat, ut cogeret mortem pati ſine culpa, quem iuſtum fecerat ad æternam beatitudinem.* Præterea antiquiſſimus auctor Hypognoſticon libro 2. initio eodem modo diſcurrit: *Hac nos pœnæ ſententia colligatos ipſa ſibi humana natura totum per Orbem terrarum diffuſa teſtimonium perhibet, dum ſe paternis cruciatibus ſanctæ legis teſtimonio pervidet laborare. Quod qua iuſtitia, ſi hæredes parentum peccati non ſumus, patimur?* lege ibi plura. Rurſus libro 5. inter cetera ait: *Secundum errorem veſtrum Deus, qui talem fecit naturam, ut pœnalibus anima paſſionibus convexetur, crudelis eſt aut certe iniuſtus, ut innocentiam ſanctam & nullius penitus erroris obnoxiam tantis permittat urgeri periculis, & in ipſis nonnumquam vita privari.* Et quidem Auguſtinus libro 4. con. Iul. cap. 12 referens ſententias eorum, qui neſcientes originale peccatum ex miſeriis hominum Dei æquitatem accuſarunt, ait illos rem vidiſſe, cauſam neſciviſſe, cum alii in vita ſuperiore peccaſſe animas dicerent, unde ad miſerias ſubeundas in pœnam naſci iterum cogebantur, de quibus in fine eiuſdem libri erudite diſcurrit. Ex quibus patet Philoſophos pleroſque lumine naturali cognoviſſe, hominem innocentem iniuſte tantis miſeriis affligi. Quare argumentum illud Auguſtini ad ſtabiliendum peccatum originis non ſolum probatum fuit Eccleſiæ, verum etiam ipſis gentilibus, quoad reatum ſaltem peccati, adeo vel ſolo lumine naturali eſt manifeſtum atque apertiſſimum. Unde magnus ille Bellarminus cum pro oppoſita ſententia plura adduxiſſet libro 6. de Amiſſ. grat. cap. 15. in fine hæc doctiſſime iuxta ac ſincere ſcripſit: *Omnino enim veriſimile eſt non fuiſſe Deum optimum & noſtri generis amantiſſimum conditurum hominem tam miſerum, quam nunc eſt, niſi peccati noſtri magnitudo*

gnitudo tale supplicium meruisset. quæ confirmat opinione ethnicorum ex Augustino citato. Itaque quod ex amore erga homines & sua ipsius bonitate oumquam Deum facturum fuisse Bellarminus docuit, id Augustinus cum tot Patribus ex Dei iustitia fieri non posse affirmavit. Quod si recentiores & Gelasii & aliorom veteris Ecclesiæ auctorum testimonia aliqoa interpretatione adhibita utcomque explicare conabuntur, idem precamur erga Augustinum faciant, cuius unius vocibus illi locuti sunt. At si ceteros etiam æsto disputationis abreptos veritatis metam excessisse pronunciabuot, eorum voces surda aure præteribimus, Augustioo tot testibos doctissimis ac sanctissimis astipulantibus. Neque instent damoatam esse hanc Baii propositionem: *Non potuisse Deum condere ab initio hominem, qualis modo nascitur*. Nam reponitur cum Gregorio Ariminensi 1 d. 42. q. 1. art. 2. ad arg. con. 2. coocl. *Deus non potest de iustitia, quæ potest de potentia*. Ita nulla est impossibilitas Iudam in cælum trahi, sed id contra Dei iustitiam est. Quare licet sit possibile potentiæ, non est possibile iustitiæ, talem condi hominem, qualis modo nascitor; in priori vero tantum seosu qui negat, cum damoata Baii propositione seotit. Et certe, uti superius dicebamus, Deus ab initio non potuit condere homioem cum peccato originali, cum quo modo nascitor. Alius ergo debet esse illius propositionis damnatæ sensus, qua de re plura §. superiori dicta sunt, quæ iterum repetere noo vacat.

Hoc igitur S. Augustini argumento & apostolica Sedes & tot Patres usi sunt, ac præsertim utraque synodus & Sardiniensis & Arausicana, ut iam satis pateat Morainii ignorantia, aut temeritas, qui vel id ignoravit, vel una cum Augustino tot tantosque Patres excessus crimine involvit. Sed age, cum homine scholastico omnium scholasticorum principis testimonio pugnemos. Is est magnus Augustini discipulus ac nobilissimæ scholæ maximus magister S. Thomas, qui scribit Augustinum *satis probabiliter* ex miseriis vitæ humanæ peccatum originale deduxisse. Igitur Angelicus præceptor 4. con. Gentes cap. 52. initio docet miserias humanæ naturæ esse quædam probabilia signa peccati originalis, & subdit: *Posset tamen aliquis dicere, huiusmodi defectus tam corporales, quam spirituales non esse pœnales, sed naturales defectus ex necessitate materiæ consequentes. Necesse est enim corpus humanum, cum sit ex contrariis compositum, corruptibile esse, & sensibilem appetitum in ea quæ sunt secundum sensum delectabilia, moveri, quæ interdum sunt contraria rationi* &c. quæ ipsissima est responsio, quam receotiores argumento S. Augustini applicaot. Verum statim illam infringit Angelicus his verbis: *Sed tamen si quis recte consideret, satis probabiliter poterit æstimare, divina providentia supposita, quæ singulis perfectionibus congrua perfectibilia coaptavit, quod Deus superiorem naturam inferiori ad hoc coniunxit, ut ei domiuaretur, & si quod huius dominii impedimentum ex defectu naturæ contingeret, eius speciali & supernaturali beneficio tolleretur, ut scilicet cum auima rationalis sit altioris naturæ, quam corpus, tali coudition credatur corpori esse coniuncta, quod in corpore aliquid esse non possit contrarium animæ, per quam corpus vivit*. In quam rem cum nonnulla alia dixisset, coocludit: *Sic igitur huiusmodi defectus quamvis naturales homini videantur, absolute considerando humanam naturam ex parte eius, quod est in ea inferius, tamen considerando divinam providentiam, & dignitatem superioris partis humanæ naturæ, satis probabiliter probari potest, huiusmodi defectus esse pœnales, & sic colligi potest humanum genus peccato aliquo esse infectum*. Hæc S. Thomas, quem cum tot sapientissimi ac subtilissimi doctores sequantur, iam videtis quos quantosve asseclas habet illa Augustini ex miseriis humanæ vitæ peccati originalis *satis probabiliter* posita illatio. Sed nec defuere scriptores e Societate, qui Augustino ea in sententia manos darent. Uous audiatur Iohannes Bagocius. Lib. 5. Demon. dogm. Christ. disp. 8. cap. 5. sect. 2. in titulo quærit: *An foret iniustus Deus, si cogeret hominem sine reatu culpæ mori*. Respondet: *S. Augustinus & alii eius discipuli ipsique Patres canonum Arausicauæ synodi aiunt, Deum non potuisse hominem nisi culpæ reum necessitati moriendi addicere, voluntque, si id Deus faceret, fore iniustum, quia pœnam non mereuti infligeret*. Et cap. 7. sect. 3. ait: *Fateor quoque Deum de poteutia per bonitatem & sapientiam*

am ordinata nullo peccato permisso, non potuisse velle hominem morti obnoxium, & cum pravitate concupiscentiæ carnalis creare. Hæc ille non exiguæ inter recentiores famæ, qui postea insignibus Thomæ Augustini oominibus assumptis contra Ianseoium scripsit.

§ IV.

An S. Augustinus disputans de virtutibus infidelium excesserit.

IDem Morainius rigidiorem existimans S. Doctoris sententiam de virtutibus infidelium hæc scribit disp. 19. oum. 35. *Dicit disputando contra Pelagianos, qui cum nimis extollerent vires naturales liberi arbitrii, affirmarentque sufficere sine gratia non modo ad virtutes naturales quascumque, sed etiam ad salutem, Augustinus ut illos ab eo errore abducat, in contrarium extremum æstu disputationis abripi interdum videtur*. Sed eumdem lapidem hic censor offendit, nam de virtutibus infidelium ooo æstu disputationis impulsus S. Doctor disseruit, sed ab adversariis io eam arenam provocatus, libenter & animose descendit. Etenim Pelagiani, ut probareot posse hominem sine gratia bene operari, exempla infidelium producebant, quos asserebant sine Dei gratia pluribus virtutibus floruisse. Audiatur S. Pater lib. 4. con. Iul. cap. 3. *Soletis enim negantes Dei dona esse virtutes, quibus recte vivitur, & eas naturæ voluntatique humanæ non gratiæ Dei tribuentes, hoc uti argumento, quod eas nonnumquam habeant infideles* &c. At Augustinus ibidem per septingentos & amplius versus probat, virtutes infidelium habuisse bonitatem tantum civilem ac fuisse specie tenus apud homines laudabiles, illo præsertim ad Romanos 14. testimonio usus: *Omne quod non est ex fide, peccatum est*. Unde cum de operibus infidelium tanto labore ac studio Augustinus cum Pelagianis disputaverit, ac ibidem omnem adversariis aditum subtilissimis argumentis præcluserit, non æstu disputatinnis id protulit, sed post loogam rei difficillimæ meditationem ac seriam quæstioois totius considerationem. Duo autem S. Doctor asserit: primum oullas in iofidelibus ex solius liberi arbitrii viribus virtutes reperiri: alterum si quæ in eisdem virtutes fuerint, easdem nequaqoam ipsorum voluntati, sed divinæ gratiæ adscribendas esse. Scio plerosque scholasticos, quod primom illud attinet, ab Augostini sententia recessisse. Illi autem iuxta Aristotelis Ethicam de virtutibus disputaruot, cum tameo philosophos humanæ naturæ debilitas ex originali labe derivata latuerit, ac in summi boni cognitione longius a veritate exorbitaverint. At Augustious ex sacris literis, nec non ex celsiori ac subtiliori Theologia suam ipsius sententiam deduxit. In eo vero Augustiniaoæ seotentiæ cardo versatur, quod virtotes a vitiis oon officio, sed fine discernuntur. Audiatur Augustinos lib. 4. laudato contra Iulianum: *Noveris itaque*, inquit, *non officiis, sed finibus a vitiis discernendas esse virtutes. Officium est autem, quod faciendum est: finis vero propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid, ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare convincitur*. Hoc probat ibidem exemplo avarorum, qui virtutibus moralibus studere se fingunt, quæ tamen in vitia desinunt, quod avaritiæ ancillantur. Unde oon est attendenda sola substantia operis in speciem boni ex obiecto, sed finis quoque considerandus venit, propter quem idem opus elicitur. His aotem fusius ibidem ab Augustino probatis, idem conatur evincere io iofidelibus noo fuisse veras virtutes, quia easdem humanæ laudi ac gloriæ subiiciebant, qua ratione io vitia vertebantur, utpote quæ superbiæ inservireot. Hæc scribit lib. 4. con. Iul. cap. 3. *An forte*, inquit, *& istis, qui exhibuerunt terrenæ patriæ Babylonicam dilectionem, & virtute civili nou vera sed verisimili dæmonibus vel humanæ gloriæ servierunt* &c. Et antea dixerat: *Bonum est enim, ut subveniatur homini periclitanti, præsertim innocenti. Sed ille, qui hoc facit, si amando gloriam hominum magis quam Dei facit, non bene bonum facit, quia nou bonus facit, quod non bona voluntate facit*. Hinc cum Iulianus ibidem obiecisset: *Si gentilis nudum operuerit, numquid quia non est ex fide, peccatum est?* Respondet Augustious: *Prorsus inquantum non est ex fide, peccatum est, non quia per se ipsum factum, quod est nudum operire, peccatum est, sed de tali opere non in Domino gloriari, solus impius negat esse peccatum*. In quam rem

Nnn plura

plura ibi subtiliter & acute congerit.

Hæc quidem certa sunt, nam a nullo viro catholico in dubium vocari potest, actus morales humanæ gloriæ inservientes licet alias ex obiecto boni sint, ex prava tamen intentione vitiari, sicuti actus in speciem boni Epicureorum a virtutibus degenerabant, quia sectæ magister easdem virtutes, ut ibidem ait Augustinus, *inducit voluptatis ancillas*. Opponunt tamen contrariæ sententiæ auctores, posse hominem infidelem elicere actus virtutis ob solam ipsiusmet operis honestatem, nullam inde ab aliis laudem captare desiderans; siquidem cum bonum honestum sit intra obiectum voluntatis, illud propter se præcise a voluntate appeti potest. Verum Augustinus miro ingenii acumine hanc responsionem infregit lib. 4. con. Iul. cap. 3. hæc scribens: *Nihil est in creaturis, quod attinet ad institutarum divinitus merita naturarum, rationali mente præstantius. Unde fit consequens, ut mens bona magis sibi placeat, magisque se ipsa delectet, quam quælibet alia creatura. Quam vero periculose immo perniciose sibi placeat, cum per hoc tumescit typho & morbo inflationis extollitur, quamdiu non videt, sicut videbit in fine, summum illud & immutabile bonum, in cuius comparatione se spernat, sibique illius caritate vilescat* &c. Conformia his tradit lib. 19. de Civit. Dei cap. 25. *Proinde*, inquit, *virtutes quas humana mens sibi habere videtur, per quas imperat corpori & vitiis ad quodlibet adipiscendum vel tenendum, nisi ad Deum retulerit, etiam ipsæ vitia sunt potius quam virtutes. Nam licet a quibusdam tunc veræ & honestæ putentur esse virtutes, cum ad se ipsas referuntur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatæ ac superbæ sunt: & ideo non virtutes, sed vitia iudicanda sunt.* Itaque cum virtus etiam ob sui tantum honestatem appetitur, facit, ut illam prosequens atque assequens sibi complaceat in suo opere, ac philautiæ vitio laboret. Quare sicuti honeste operans ut aliis placeat ac laudetur ab aliis, peccat peccato inanis gloriæ, ita pariter qui honeste operatur complacens sibi ac in se ipso gloriatus, reus est philautiæ.

1. Cor. 8. Hinc dixit Apostolus *scientia inflat*. Eo enim ipso, quod homo cognoscit se virtute præditum, semet delectatur, ceteris se præponit, ac in se ipso, non in A Domino gloriatur. Est autem primus ad superbiam gradus, se pluris quam alios facere, ac virtutem sibi, non Deo acceptam ferre. Illud autem Augustini pronunciatum, nempe virtutem, cum ob sui honestatem appetitur, esse superbam, ac philautia vitiari, probatur fuse ab eodem S. Doctore serm. 13. de Verb. Apost. exemplo Stoicorum, qui sectabantur virtutem propter se ipsam, eorumdem tamen virtutes superbiæ ancillabantur. Ibi autem introducit Paulum Athenis cum Stoicis & Epicureis colloquentem (Dicitur enim Act. 17. *Quidam autem Epicurei & Stoici Philosophi disserebant cum eo*) inter alia scribit: *Dicebat Epicureus: Beatus cuius est in fructu voluptas carnis eius. Dicebat Stoicus: Immo beatus cuius est in fructu virtus animi eius. Dicebat Apostolus: Beatus cuius est nomen Domini spes eius. Errat Epicureus; falsum est enim esse hominem beatum, cuius est in fructu voluptas carnis eius. Fallitur & Stoicus; falsum enim est & omnino mendosissimum beatum esse hominem, cuius est in fructu virtus animi eius.* Profecto an virtus propter sui tantum honestatem intenta inflet habentem, ac philautiam causet, tam claro exemplo manifeste patet. Unde quicquid sit de re speculative considerata, in praxi Augustini sententia vera est. Porro tanta erat Stoicorum superbia, ut ad virtutem capessendam divino nos auxilio indigere stultissime pernegarent. Eorum verba recitavimus lib. 1. Hist. Pelag. cap. 1. ubi etiam probavimus superbiam Pelagianorum, qua divinæ gratiæ necessitatem inficiabantur, ex Stoicorum dogmate derivasse. Egregie S. Doctor contra Pelagianos sermone eodem 13. dixit: *Tu te vis agere, a te ipso vis agi ad actiones carnis mortificandas? Quid tibi prodest, quia non eris Epicureus & eris Stoicus?* Idem magnus Magister lib. 5. de Civit. Dei cap. 20. cum dixisset, quosdam Philosophos ad Epicuri turpitudinem demonstrandam, affabre in tabula pinxisse voluptatem in regali sella tamquam Reginam considentem, virtutes vero eidem pro obsequio adstantes eiusque nutum observantes, ut quod illa imperaret, promptissime exequerentur, hæc addit: *Nihil hac pictura dicunt esse ignominiosius & deformius*. Postea autem bis Stoicos vellicat: *Sed non existimo satis debiti decoris*

toris esse picturam, si etiam talis fingatur, ubi virtutes humanæ gloriæ serviant. Licet enim ista gloria delicata mulier non sit, inflata tamen est, & multum inanitatis habet. Inde recentiorum responsionem præoccupans addit: *Nec illi se ab ista defenderint fœditate, qui cum aliena spernant iudicia, velut gloriæ contemptores, sibi sapientes videntur & sibi placent. Nam eorum virtus, si tamen ulla est, alio modo quodam humanæ subditur laudi; neque enim ipse, qui sibi placet, homo non est.* Hæc ipsa confirmantur exemplo Angelorum reproborum ac primorum parentum, quorum lapsus ex philautia ortum duxit. Scribit S. Prosper ad Demetriadem: *Hæc superbia a Diabolo sumpsit exordium, qui quoniam sua, quam a Creatore acceperat, potentia & dignitate sibi placuit &c. a cælesti sublimitate deiectus est.* Et de homine dixit Augustinus lib. 10. de Civit. Dei cap. 13. *Diabolus hominem non cepisset, nisi iam ille sibi ipse placere cœpisset.* Hinc idem acute scribit lib. 14. eiusdem operis cap. 28. *Fecerunt itaque civitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui usque adcontemptum Dei, cælestem vero amor Dei usque ad contemptum sui. Denique illa in se ipsa, hæc in Domino gloriatur* &c. Quare ab amore sui initium superbia sumit, quæ virtutum omnium venenum est, solius divinæ gratiæ antidoto expellendum. Hæc autem valide probant virtutem etiam propter se ipsam intentam inflare, cuius ratio est, quia quilibet amore naturali diligit se, & quo plura in se bona conspicit, plus sibi complacet: unde præ aliis se æstimat, & philautia intumescit, ac veluti Narcissus suamet pulchritudine rapitur. Unum autem contrariæ sententiæ auctores opponere possent, optime huc usque dicta concludere, si eiiciens actus honestos, inde apud semetipsum inani complacentia turgescat; at fieri posse, ut quis honeste operetur, v. g. det eleemosinam pauperi, ac statim eiusdem mens alio avocetur, in quo casu neque apud semetipsum de bono opere per actum reflexum gloriabitur. Fateor quidem, si statim mens alio a novo obiecto trahatur, fieri posse, ut nulla apud seipsum gloria vel iactantia titilletur: at id per accidens contingit. Nam agens morale debet considerare, an recte operatus sit, an optime se habeat erga suum finem ex illa actione: quæ quidem considerans, amat suum opus ac in se ipso gloriatur. Censeo tamen hæc opera bona non fuisse facta ab infidelibus suis ipsorum viribus derelictis, sed præmunitis specialibus divinæ gratiæ auxiliis, quibus forte aliquando factum est, ut recte operantes novo proposito obiecto de bono opere minime gloriarentur. Etenim cum adeo facilis, immo eum irreparabilis sit casus ab actu virtutis in philautiam, divinæ gratiæ fuit, quoties infideles nulla ex opere bono superbia intumuere. Video hanc doctrinam diserte tradi a Ripalda celebri inter recentiores Theologo, qui disp. 20. sect. 6. num. 25. ait: *Recte dicitur voluntatem in hoc ordine providentiæ destitutam auxilio gratiæ suisque viribus relictam, solum posse superbiam & peccatum.* Quæ pluribus ibidem prosequitur, laudans præsertim hanc S. Doctoris sententiam: *Liberum arbitrium desertum a divino adiutorio, qualibet scientia legis excellat, nullo modo habet iustitiæ soliditatem, sed inflationem impiæ superbiæ.* Igitur ubi ex opere bono nulla superbia in animo erumpit, divinæ gratiæ auxilium præsto est.

Quod autem infideles ex speciali gratiæ auxilio quandoque bene operati fuerint, probatur ex libro 1. ad Bonif. cap. 20. ubi Augustinus lenitatem in Assueri Regis animo repente natam gratiæ adscribit: *Cor regis,* inquit de Deo, *antequam mulieris sermonem poscentis audisset, occultissima & efficacissima potestate convertit & transtulit ab indignatione ad lenitatem, hoc est, de voluntate lædendi ad voluntatem favendi.* Idem repetit lib. de Grat. Christi cap. 24. Præterea epistola 130. continentiam Polemonis Philosophi divinæ gratiæ deputandam scribit: *Tamen,* ait, *ne idipsum quidem, quod melius in eo factum est, humano operi tribuerim sed divino.* Hoc tamen ex Augustino observandum est, actus bonos infidelium ex divina gratia derivatos ex subsecuta prava operum circumstantia ut plurimum vitiari ac amittere bonitatem, quam in sua ipsorum productione ex Dei munere habebant. Hoc deduco ex Augustino libro 4. con. Iul. cap. 3. hæc scribente: *Ex quo colligitur, etiam ipsa bona opera, quæ faciunt infideles, non ipsorum esse, sed illius, qui bene utitur malis. Ipsorum*

A *rum autem esse peccata, quibus & bona male faciunt, quia ea non fideli, sed infideli, hoc est, stulta & noxia faciunt voluntate. Qualis voluntas nullo Christiano dubitante arbor est mala, quæ facere non potest nisi fructus malos, idest, sola peccata: Omne enim, velis, nolis, quod non est ex fide, peccatum est.* Vult enim Augustinus, voluntatem sola fide dirigi ad faciendum opus cum debita circumstantia relationis in Deum ultimum finem. Hinc superius ibidem dixerat. *Cum non ad suum referuntur auctorem dona Dei, hoc ipso mali bis utentes efficiuntur iniusti; si quas virtutes habent, veras non habent, ac per hoc* B *nec continentia sive pudicitia vera virtus est impiorum.* In hoc vero capite defendit S. Doctor ab obiectis Iuliani id, quod scripserat libro 1. de Nupt. & concup. cap. 3. ubi cum dixisset continentiam esse donum Dei, ait: *Quid ergo dicimus, quando & in quibusdam impiis invenitur pudicitia coniugalis? Utrum eo peccare dicendi sunt, quod dono Dei male utantur, non id referentes ad cultum eius, a quo acceperunt? An forte nec dona Dei putanda sunt ista, quando hæc infideles agunt, secundum*

Rom. 14. *Apostoli sententiam dicentis: Omne quod* C *non est ex fide, peccatum est?* Hoc secundum ibidem eligit dicens: *Quis audeat dicere donum Dei esse peccatum?* Et cum præmisisset bona naturalia animæ & corporis, cum quibus infideles nascuntur, esse dona Dei, hæc addit: *De iis autem, quæ faciunt, dictum est: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Cum igitur faciant hæc homines sine fide, quæ videntur ad coniugalem pudicitiam pertinere, sive hominibus placere quærentes, vel sibi vel aliis, sive in his rebus, quas vitiose concupiscunt, humanas molestias devitantes, sive Dæmonibus servientes, non peccata coercent, sed aliis peccatis alia peccata vincunt. Absit ergo pudi-* D *cum veraciter dici, qui non propter Deum verum fidem connubii præstat uxori.* In laudato vero capite tertio contra Iulianum fusissime hanc suam sententiam vindicat ab argumentis, quæ plura contra eamdem hæreticus urget, ubi sui constans negat veram pudicitiam fuisse in Gentilibus.

Scio nonnullos asserere, Augustinum dixisse illa opera esse peccata, quæ in Deum ultimum finem non referuntur positive, non autem negative, exempli gratia, qui continens est, ut sibi vel aliis placeat, gloriam apud se vel alios A quærens, peccat, quia inanem gloriam positive sibi finem illius pudicitiæ destinat, & tunc positive illud opus deviat a Deo tamquam ultimo fine. At si continentiæ propositum eliciat motus honestate tantum operis, nec in eodem apud se vel apud alios gloriatus, tunc ille actus negative Deum non respicit tamquam ultimum finem, ex nulla tamen parte vitiosus apparet. Hæc doctrina admitti potest, præsertim quia S. Doctor inde virtutes Gentilium vitiari docuit, quod iidem de illis vel apud se vel apud alios gloriam quærerent. Hæc B enim intelligenda sunt de actibus virtutum per accidens non vitiatis, uti in prima statim eorumdem productione contingere diximus. Nam si quis eumdem actum virtutis frequenter, eique impensius studeat v. g. pudicitiæ coniugali, sine speciali Dei auxilio non potest a philautia vel inani apud alios gloria temperare. Unde recte ob hanc rationem dixit S. Doctor, infideles non posse habere veras virtutes, illa præcipue Apostoli sententia motus: *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Moraines scribit hæc verba Pauli *perperam* ab Augustino C intellecta fuisse: at S. Patris interpretationem apostolicæ Sedi & catholicæ Ecclesiæ probatam fuisse ostendam inferius cap. 4. §. 5. Hinc idem Augustinus lib. de Prædest. SS. cap. 7. tradit bona opera Cornelii Act. 10. a fide in Deum processisse: *Cuius*, inquit, *acceptæ sunt eleemosinæ & exauditæ orationes, antequam credidisset in Christum, nec tamen sine aliqua fide donabat & orabat. Nam quomodo invocabat, in quem non crediderat?* Ex quibus patet ad referenda opera bona in Deum non requiri fidem in Christum, sed satis esse fidem in Deum; immo so- D lam fidem etiam acquisitam sufficere colligitur ex lib. de Patientia cap. 26. & 27. ubi schismaticorum patientiam & bonam esse & laudandam scribit, cuius verba paulo post referemus. Video tamen S. Doctorem unum actum bonum sine gratia in infidelibus & ceteris hominibus concedere, nempe illum, quo homo appetit summum bonum. In Enchirid. cap. 25. ait: *Quæ tamen natura in malis suis non potuit amittere beatitudinis appetitum.* Idem habet cap. 125. & lib. 4. con. Iul. cap. 3. *Neque enim*, inquit, *omnes homines naturali instinctu immortales*

& bea-

& beati esse vellemus, nisi esse possemus. At ob ignorantiam ex peccato originali contractam, nescit homo suis viribus relictus io quonam beatitudo & felicitas vera sita sit, unde tot de summo booo philosopborum senteotiæ emerserunt. Sola autem fide revelatum est, Deum clare visum esse summum hominis booum, cuius uoius possessione fit beatus.

Hæc Augustini seotentia fuit de operibus infidelium, quam & Patres ac nobilissimi doctores secuti sunt. Sanctus Leo magnus ser. 2. de Ieiunio Peotecostes ait: *Apud ipsos paganos sunt quædam vana ieiunia. Aliud enim agit sub veritate ratio, aliud sub falsitate deceptio. Apud nos fides sanctificat etiam manducantem, apud illos infidelitas polluit ieiunantem. Unde quia extra catholicam Ecclesiam nibil est integrum, nibil castum dicente Apostolo: Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Rom. 14. Idem asserit Bonifacius II. in epistola ad S. Cæsarium Arelatensem, & S. Fulgentius cum synodo Byzaceoorum Patrum io Sardinia exsulum, quorum verba recitabimus inferius cap. 4. §. 5. S. Prosper in epistola ad Rufioum ait: *Omne quod uon est ex fide, peccatum est: ut scilicet intelligat iustitiam infidelium nou esse iustitiam, quia sordet natura sine gratia.* Et in carmine contra Ingratos cap. 16. canit:

Omne etenim probitatis opus, nisi semine veræ
Exoritur fidei, peccatum est, inque reatum
Vertitur, & sterilis cumulat sibi gloria pœnam.

Iulianus Pomerius S. Cæsarii Arelatensis magister, euius libros laudat S. Isidorus, ut diximus libro 2. Hist. Pelag. cap. 14. libro 3. de Vita contemplativa cap. 1. Augustini sententiam plenam exscribit: *Hæc*, inquit, *etsi possunt bumano ingenio discerni, tamen sine dono Dei, quautum mibi videtur, nec virtutes possunt appeti vel baberi, nec earum similitudines, quæ sunt vitia virtutes imitantia, declinari in tantum, ut infidelibus nibil profuisse credamus, etiamsi sunt aliquas per corpus operati virtutes: quod eas nec a Deo suo se accepisse crediderint, nec ad eum qui est finis omnium bonorum, referre voluerint. Et quid dico, nibil eis profuerunt? immo etiam nocuerunt, dicente Apostolo: Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Legatur totum caput, ubi fusius eamdem doctrinam explanat. Cassiodorus & vulgo etiam ceteri hosce libros adscribunt S. Prospero, qua de re io Historia Pelagiana pluribus disseruimus. In eadem sententia fuit Beda in præfat. ad Cant. ubi Pelagii sententiam de pbilosophorum virtutibus impugnat inquiens: *Quod ergo dicit multos pbilosopborum patientiam, castitatem, modestiam, aliasque de naturæ bono babere virtutes, constat, quia quicumque pbilosopborum Cbristum Dei virtutem & Dei sapientiam uescierunt, nec ullam veram sapientiam babere potuerunt. In quantum vero vel gustum aliquem sapientiæ cuiuslibet vel virtutis imaginem babebant, totum boc desuper acceperunt, non solum munere primæ creationis, verum etiam quotidiana eius gratia.* Cum Augustioo etiam concinit S. Rhemigius eum sua Ecclesia Lugduneosi lib. de tenenda veritate sacræ Script. cap. 11. scribens: *Sed buiusmodi bumana bona, quæ bumana affectione potest velle, potest nounumquam agere bumaua natura. Cum propter temporalia bona appetuntur, sine dubio cupiditates sunt: cum propter solam vitæ bonestatem, sine dubio inflata & elata sunt. Tamen potest ea discernere, potest etiam velle, potest etiam babere, inquantum naturali bono adiuvatur, & Dei dispositione permittitur bumaua natura.* Ibi plura erudite asseruntur.

Omitto consulto testimonia Cypriani lib. 1. de Patientia §. *Hanc se sectari Pbilosopbi*, Tertulliani lib. de Cultu femin. initio §. *A feminis nationum*, Gregorii magni lib. 2. Moral. cap. 15. §. *Si non prius*. Etenim horum dicta ab adversariis explicari possunt de booo opere meritnrio, quod oumquam reperitur in iis, qui fide carent. Immo omnes fere scholastici, qui non similiter Augustino de operibus infidelium loquuntur, ne videantur S. Doctori adversari, dicunt eumdem negasse opera infidelium esse bona, boc est, meritoria, ut Pelagiani contendebaot. Sed hi plane Augustini libros perfunctorie legerunt; oumquam eoim Iulianus aliive Pelagiani admisere opera meritoria seu donantia ius ad gloriam sine gratia iustificante. Iuliani verba reddo ex lib. 4. cap. 3. S. Augustini contra eumdem: *Cunctarum*, inquit, *origo virtutum in ratiouabili animo sita est, & affectus omnes, per quos aut fructuose aut steriliter boni sumus, in subiecto sunt mentis nostræ, prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo. Horum igitur affectuum vis, cum insit omnibus natura-*

turaliter, non tamen ad unum finem in omnibus properat, ſed pro iudicio voluntatis, cuius nutui ſerviunt, aut ad æterna aut ad temporalia diriguntur. Quod cum ſit, non in eo, quod ſunt, non in eo quod agunt (ſubſtantiam operis vocant ſcholaſtici), *ſed in eo ſolum variant, quod merentur.* Et poſtea: *Ego ſteriliter bonos dixi homines, qui non propter Deum faciendo bona, quæ faciunt, non ab eo vitam conſequuntur æternam.* Ita Iulianus virtutes viribus naturæ ab infidelibus acquiſitas, veras virtutes ſecundum ſubſtantiam appellabat, negabat tamen eſſe meritorias gloriæ æternæ. At e contra Auguſtinus intulit, opera ſterilia non poſſe dici bona, ſed tantum mala tum ex defectu relationis in Deum, tum ex inde derivata philautia, ut ſuperius expoſuimus. *Tibi,* inquit S. Doctor, *virtutes ſine fide ſic placent, ut eas veras prædices, eiſque bonos eſſe homines; & rurſus, quaſi te pœnituerit laudis earum, ſteriles pronunciare non dubites.* Rurſus: *Aut certe, quoniam ſaltem concedis opera infidelium, quæ tibi eorum videntur bona, non tamen eos ad ſalutem ſempiternam regnumque perducere* &c. Hoc autem Pelagiani aſſerebant, quia credebant cum catholicis per ſolam gratiam ſanctificantem homines fieri filios Dei adoptivos cum iure ad gloriam, quod ius viribus naturæ haberi poſſe negabant. Legantur eorum teſtimonia apud Auguſtinum lib. de Pecc. orig. cap. 5. lib. 6. con. Iul. cap. 17. & clariſſime libro 3. Oper. imperf. cap. 108. & 117. & lib. 5. cap. 9. Ex quibus ſatis evidenter oſtenditur, Pelagianos non admiſiſſe in infidelibus opera meritoria regni cæleſtis & gloriæ, ſed tantum de eorumdem bonitate ſecundum ſubſtantiam cum Auguſtino contendiſſe. Porro de hac quæſtione ad mentem S. Patris egregie diſputarunt duo inſignes Auguſtiniani Theologi Gregorius Ariminenſis in 2. diſt. 26. q. 1. & Gaſpar Caſalius Luſitanus Epiſcopus Leirenſis libro 1. de Quadripartita iuſtitia per plura capita. Baſilius Pontius Legionenſis in primi parte Relectionum de gratia ad mentem S. P. Auguſtini cap. 15. in reſp. ad 2. ſcribit ſe in altera parte de operibus infidelium diſputaturum, quem tamen librum nuſquam potui reperire. Ex exteris Auguſtini ſententiam doctiſſime defendit P. Macedo in Cortina D. Aug. quæſt. 2. de neceſſitate gratiæ. Qui Doctores ſolvunt etiam argumenta, quæ contra S. Patris ſententiam vulgo adducuntur; unde ne actum agamus, hic eadem non repetimus. Legatur Ariminenſis, qui optime omnibus obiectis occurrit; neque enim recentiores nova argumenta produxere, quibus Auguſtinianum aſſertum impugnarent. Scio illos opponere damnatam hanc Baii propoſitionem: *Omnia opera infidelium ſunt peccata* &c. Sed hac cenſura S. Patris ſententia neutiquam percellitur. Etenim hic palam concedit in infidelibus aliqua opera bona in prima ſaltem ſui productione, ex gratia tamen donata. Præterea etiam ſine gratia homo appetitu innato ex Auguſtini ſententia amat ſummum bonum; nullus enim eſt, qui non velit eſſe beatus. Et de his hactenus.

At quoniam ob hanc ipſam ſententiam de operibus infidelium Auguſtinus male audit a Maldonato, libeat paucis hominis dicta refellere. Is igitur in Comment. cap. 6. Matth. verſ. 18. ita ſcribit: *Nec enim ſequenda illa opinio eſt, quam Tridentinum concilium nuper merito damnavit, omnia peccatorum aut etiam infidelium opera eſſe peccata, quamvis maximum auctorem D. Auguſtinum lib. 4. con. Iul. cap. 3. & con. duas Epiſt. Pelag. cap. 5. & Proſperum ſent. 106. habuiſſe videatur.* Nuſquam docuit S. Pater omnia opera peccatorum eſſe vitioſa, qui recentium hæreticorum error eſt damnatus in Tridentino ſeſſ. 6. can. 7. Immo Auguſtinus oppoſitum ſæpe docet; nam cap. 7. de Præd. SS. tradit omnia bona opera Cornelii, antequam crederet, Deo accepta referenda eſſe, ut proxime oſtendimus. Item lib. de Patientia cap. 26. docet ſchiſmaticum, qui timore pœnarum æternarum cruciatus ſuſtinet, ne Chriſtum neget, bene, citra meritum tamen vitæ æternæ, agere: *Nullo modo iſta culpanda ſunt,* inquiens, *immo vero & hæc laudanda patientia eſt.* Et cap. 27. ait: *Neque enim hoc non eſt bonum, ut credat homo æterno ſupplicio ſe eſſe puniendum, ſi negaverit Chriſtum, ut pro iſta fide qualecumque ſupplicium perferat, & contemnat humanum. Proinde ſicut negandum non eſt hoc etiam eſſe donum Dei, ita intelligendum eſt alia eſſe Dei dona filiorum illius Hieruſalem, quæ ſurſum libera eſt Mater noſtra. Hæc ſunt enim quodammodo hæreditaria, in quibus*

quibus sumus hæredes Dei, cohæredes autem Christi. Alia vero, quæ possunt accipere etiam filii concubinarum, quibus Iudæi carnales & schismatici vel hæretici comparantur. At Cornelius ante baptismum, item Iudæi & hæretici inter peccatores censentur, quorum tamen opera quædam laudanda, utpote Dei dona, Augustinus concedit. Illud vero tolerari nullo modo potest, quod audet Maldonatus asserere, Tridentinam synodum damnasse sententiam Augustini de operibus infidelium. Ubi nam, quæso te, synodus de operibus infidelium loquitur? Cannne illo septimo damnat dicentem, *opera omnia, quæ ante iustificationem fiunt, quacumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri.* Quo anathemate configit errorem novatorum dicentium, omnia opera facta ab homine extra caritatem & in peccato constituto esse peccata, quod illa a conscientiæ reatu vitiantur, quæ sententia & falsa & olim damnata fuit, uti vidimus, ab Augustino. Tantum vero abest, ut Patres Tridentini eam S. Doctoris sententiam damnarint, quin potius non defuerit ex eorum cœtu & scientia & dignitate percelebris, qui postea Augustini sententiam in sensu etiam severiori acceptam defenderit. Hic autem est doctissimus Gaspar Casalius Augustiniani instituti vir & Episcopus Leireosis Lusitanus, qui anno 1562. ingens volumen de Quadripartita iustitia inscriptum Tridenti composuit, ac Legatis S. Sedis nuncupavit, in cuius libro 1. a cap. 22. diffusissime S. Augustini sententiam propugnat, Patrum & Theologorum tum auctoritate tum rationibus eamdem confirmans. At sessio illa de iustificatione celebrata fuerat anno 1547. Itane tantum audaciæ viro illi fuisse dicemus, ut damnatam a synodo sententiam iterum tanta contentione defenderet? Libeat Casalium audire: *Porro*, inquit, *de illo alio, quod semper Augustinus videtur docere, extra fidem, extra cognitionem veri Dei non reperiri aliquam veram virtutem, quæ non sit vitium, quid dicendum? Quid dicendum, inquam, secundum sententiam eius & aliorum sanctorum doctorum? Quoad ipsum dicimus: Ipse quidem ita docuit, & quia verax erat atque ex corde loquebatur, ita credidit. Nunc alii secus dicunt, sed se ipsos sapientiores esse Augustino non ostendunt.* Sed non adeo rigorose de operibus infidelium S. Doctor locutus est, nam aliquos quandoque virtutum actus eosdem elicere palam concessit, ut ex dictis satis apparet.

§. V.

An S. Augustinus asserens parvulos puniri mitissima pœna sensus in inferis, per excessum locutus sit.

Nusquam novi Augustini censores potiori titulo excessus eidem obiicere videntur, quam ubi de pœnis puerorum sine baptismo decedentium cum Pelagianis disputavit. Etenim antiqui etiam scholastici hoc ipsum de S. Doctore publicarunt. Hoc Scotus, hoc Richardus, hoc Maior, Capreolus, aliique unanimi consensu tradidere. De hoc Augustini placito scripsit S. Bonaventura: *Plus dixit, minus volens intelligi.* Quam sententiam Annatus grandioribus caracteribus exscripsit, sæpiusque ad Augustini auctoritatem elevandam obtrudit. Nec defuere, qui rem politulo, ut ipsis quidem videtur, exemplo explicarunt teste Hauzerio tom. 2. Anatomiæ Augustinianæ col. 765. *Hinc*, inquit, *sicut equites armati, dum inveheuntur in hostes, solent eodem impetu obvios etiam pueros inermes conculcare; ita & B. Augustinus persequendo Pelagianos videtur quibusdam quasi præ fervore pugnandi minus etiam parvulis illis pepercisse.* Quin immo nec a scommate abstinuere; affirmat enim Soto illos, qui positam S. Augustini sententiam defendunt, nuncupari ignominiæ causa *tortores puerorum*, & noster Puteanus in 1. 2. q. 83. art. 4. dub. 4. testatur Gregorium Ariminensem, quod similia Augustino tradidit, appellari *tortorem puerorum*. Itaque Adamus cap. 6. pag. 666. scribit Augustinum in taxanda infantium pœna *zeli excessu extra quæstionem, quam cum Pelagianis habebat, tractum fuisse ac præter intentionem locutum*: additque *Patres, qui de hac quæstione scripsere, omnes contrariam sententiam tradidisse.* Idem habet Moraines disp. 40. num. 60. Quod vero Gregorius magnus ac Fulgentius Ruspensis in ea doctrina cum S. Augustino concinuere, scribit: *non ex sensu*

sensu Ecclesiæ, tamquam illius testes, sed ex suo id asseruisse. Ego quidem rem Augostinianæ scholæ gratam me facturum arbitror, si hac in re S. Patrem omni exceessuum suspicione liberavero, simulque ostendero eumdem catholicæ Ecclesiæ probatum dogma, communem antiquorum Patrum ac se ipso dignam sententiam docuisse; e contra vero scholasticorum plerosque in opiniones quasdam de infantium pœnis descendisse, quæ Pontificum Romanorum, synodorum, ac Patrum statutis plane adversantur. rem paucis sic conficio.

S. P. Augustini sententia de pœnis sensibilibus parvulorum sine baptismo decedentium adversus Pelagianos tradita proponitur. Primum pro eadem ex sacra Scriptura argumentum. Adversariorum responsiones explosæ.

PElagiani licet assererent pueros sine originali peccato nasci, eosdem tameo, si sacris uodis inexpiati decederent, in regnum cælorum ire negabant, illam Domioi sententiam reveriti: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum cælorum*. Scribit hæc Augustinus serm. 14. de verb. Apost. *Ideo*, inquis, *parvulo non baptizato polliceri regnum Dei non possum contra Domini sententiam apertam*. Cum vero ab omni crimine immunes pueros pronuociarent, in locum pœnarum eosdem trudi inficiabaotur, dicentes secundam quamdam felicitatem illis statutam in medio quodam loco inter gloriam regni cælestis & inferorum supplicia. Ubi tamen hic medius locus esset, ipse Pelagius se nescire ingenue fassus est celebri illo dicto apud Aug. lib. de Pecc. orig. cap. 21. *Sine baptismo parvuli morientes quo non eant, scio: quo eant, nescio*. Nec discipuli quid certius tradidere, hoc uoum asserentes ire pueros in locum, ut mox notabam, secundæ felicitatis. At Augustinus haoc a Pelagianis promissam pueris felicitatem non modo irrisit, verum etiam solidis argumentis probavit infantes sine baptismo defunctos mitti io geheonam ignis. Hioc hæretici Augustini sententiam uti crudelem reiiciebant, ut patet ex his Iuliani verbis lib. 3. Oper.

A imperf. cap. 200. *Sed reclamas: Audiamus ergo, quid parias Aristoteles Pœne. Tantum, inquis, malum ei inest, ut possideatur a Diabolo atque æternum mereatur incendium*. Hæc ille, cui Augustious: *Si autem non eruitur de potestate tenebrarum, & illic remanet parvulus, quid miraris in igne æterno cum Diabolo futurum, qui in Dei regnum intrare non finitur? An quia Pelagiani uescio quem parvulis non baptizatis præter Dei regnum, quietis & vitæ æternæ locum præparant, ideo Christi erit falsa sententia: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur?*

B Primum argumentum pro pœnis parvulorum S. Pater deduxit ex cap. 25. Matth. quod serm. 14. de verb. Apostoli ita proposuit: *Venturus est Dominus & iudicaturus de vivis & mortuis, sicut Evangelium loquitur, duas partes facturus est, dexteram & sinistram. Sinistris dicturus*: Ite io ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius. *Dextris dicturus*: Venite beoedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. *Hanc regnum nominat: hanc cum Diabolo damnationem. Nullus relictus*

C *est medius locus, ubi pouere queas infantes. De vivis & mortuis iudicabitur; alii erunt ad dexteram, alii ad sinistram. Non novi aliud. Qui inducis medium, recede de medio. Non te offendat, qui dextram quærit, & te ipsum admonet. Recede de medio: sed noli in sinistram. Si ergo dextera erit & sinistra, & uullum medium locum in Evangelio novimus, ecce in dextera regnum cælorum est*: Percipite, *inquit*, regnum. *Qui ibi nou est, in sinistra est. Quid erit in sinistra?* Ite in ignem æternum. *In dextera utique ad regnum æteruum, in sinistra in ignem æternum. Qui non iu dextera, procul dubio*

D *in sinistra. Ergo qui non in Regno, procul dubio in ignem æternum*. Ubi despiciens homines fecos opinantes veluti de fæce vulgi ait: *Hic quæris medium homo de medio*. Hæc Augostinus publice pro concione recitavit Carthagine io basilica maiori coram Aurelio Primate totius Africæ, quo iubente eam orationem habuit, ut fusius narravimus lib. 1. Hist. Pelag. cap. 5. Hinc versus finem ait: *Lego tantum: S. Cyprianus est, quem in manu sumpsi, antiquus Episcopus Sedis huius*. Illa igitur sententia de sensibili puerorum pœna publice orthodoxis tenenda tum tempo-

temporis proponebatur, quam tanta certitudine S. Pater asseverabat, ut *procul dubio in ignem æternum* ituros infantes pronunciaret. Unde non primus illa docuisse credendus est, sed totius Ecclesiæ illius ætatis fidem secutus. Idem Augustinus alio utitur testimonio, quod cum affine recitato sit, hic indicabo. Lib. 1. de Pecc. mer. & remiss. cap. 28. ait: *Nec est ullus ulli medius locus, ut possit esse, nisi cum Diabolo, qui non est cum Christo. Hinc & ipse Dominus volens auferre de cordibus male credentium istam nescio quam medietatem, quam conantur quidam parvulis non baptizatis tribuere, ut quasi merito innocentiæ sint in vita æterna, sed quia non sunt baptizati, non sint cum Christo in regno eius, definitivam protulit ad hæc ora obstruenda sententiam, ubi ait: Qui mecum* Matth 12. *non est, adversum me est* &c. Hoc idem argumentum versat antiquissimus Auctor Hypognosticon libro 5. cap. 5. ubi ait: *Ecce non baptizatus, vitali etiam cibo poculoque privatus, dividitur a regno cælorum, ubi fons viventium permanet Christus. Da mihi præter hunc alterum locum, ubi vitæ possit requies esse perennis. Primum enim locum fides catholicorum divina auctoritate regnum credidit esse cælorum, unde, ut dixi, non baptizatus excipitur. Secundum gehennam, ubi omnis apostata vel a Christi fide alienus æterna supplicia experietur. Tertium penitus ignoramus, immo nec esse in Scripturis sanctis invenimus. Finge Pelagiane locum ex officina perversi dogmatis tui, ubi alieni a Christi gratia vitam requiei & gloriæ possidere parvuli possint. Dextera est iusti iudicis sedentis & sinistra regnum & gehenna: vita & mors: iusti & iniqui. In dextera igitur iusti sunt constituti, in sinistra operarii iniquitatis; in regno requies baptizatorum, in gehenna pœna incredulorum; vita ad lætitiam gloriæ, mors ad fletum & stridorem dentium; iusti in regno Patris cum Christo, iniqui in igne æterno parato Diabolo & Angelis eius. Sed hoc dicens non divisiones locorum multorum dedi nisi duorum tantum, quoniam ad duo, regnum videlicet & gehennam, hæc omnia referuntur, etiamsi plura dicantur* &c. *Qui baptizatus ergo non est, in iis, quæ regni cælorum sunt, non potest reperiri. Et si non ibi, putasne Pelagiane, iam sentis ubi, aut certe dic ubi?*

Variæ huic argumento applicari solent ab scholasticis responsiones, sed omnes facile reiiciuntur. Catharinus in

A. opusculo de statu parvulorum postquam dixit hoc argumentum esse oppositæ sententiæ *Achillem*, negat parvulos debere sisti in iudicio. Moraines disp. 40. de gratia n. 11. respondet primo male supponi ab adversario esse dogma fidei, quod ad iudicium generale, de quo Christus loquitur Matthæi 25. parvuli sint comparituri, ibique ad dexteram vel ad sinistram collocandi; nam contrarium sine errore contra fidem affirmant Durandus & Albertus. Et num. 12. respondet secundo neque etiam fide divina certum esse, quod licet infantes ad iudi-

B cium generale sint comparituri, futuri sint de numero iudicandorum. Et citat Tostatum, Carthusianum, & S. Thomam 4. d. 47. q. 1. art. art. 3. ad 3. ubi affirmat pueros ante perfectam ætatem decedentes in iudicio comparituros, non ut iudicentur, sed ut videant gloriam Iudicis: quod probabile putat Suarez apud eumdem Morainium. Numero vero 13. ulterius respondet non satis constare futuros in sinistra, ac non potius in medio quodam loco constituendos.

Nulla tamen ex istis responsionibus admitti potest. Dum aperte in concilio

C Africano, ut mox ostendam, definitum est parvulos futuros in sinistra his verbis: *Qui enim dextra caret, sinistram procul dubio partem incurret*. Et S. Gelasius Papa in epistola ad Episcopos per Picenum adversus Pelagianos de iisdem parvulis inquit: *Et quia non nisi dextram partem legimus & sinistram, non illos faciant in sinistra regione sine baptismate remanere, sed baptizatos sinant ad dextram salutarem sacra regeneratione transferri*. Hanc Gelasii epistolam legit Moraines, eamque disp. 2. num. 31. *eruditam* vocat. Verum omittamus Africanum canonem ac Gela-

D sii epistolam hæc enim scholastici veteres non legere; nonne Augustinus hanc sententiam veluti orthodoxum dogma tradidit? Statuit S. Doctor in epistola 107. ad Vitalem duodecim regulas, quarum septima & octava his verbis describuntur. *Scimus quod omnes adstabimus ante tribunal Christi, ut ferat unusquisque secundum ea, quæ per corpus gessit, non secundum ea, quæ si diutius viveret, gesturus fuit, sive bonum sive malum. Scimus etiam parvulos secundum ea, quæ per corpus gesserunt recepturos vel bonum vel malum. Gesserunt autem non per se ipsos, sed per eos,*

quibus pro illis respondentibus, & renuntiare Diabolo dicuntur & credere in Deum, unde & in numero fidelium computantur, pertinentes ad sententiam Domini dicentis: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. *Propter quod & illis, qui hoc sacramentum non accipiunt, contingit, quod sequitur*: Qui autem non crediderit, condemnabitur. *Uude & ipsi, sicut dixi, si in illa parva ætate moriuntur, utrique secundum ea, quæ per corpus gesserunt, idest tempore, quo in corpore fuerunt, quando per corda & ora gestantium crediderunt vel non crediderunt; quando baptizati vel non baptizati sunt, quando carnem Domini manducaverunt vel non manducaverunt, quando & sanguinem biberunt vel non biberunt; secundum hæc ergo, quæ per corpus gesserunt, non secundum ea, quæ si hic diu viverent, gesturi fuerant, iudicantur.* Porro has duas senteotias cum reliquis aliis decem pertinere ad fidem catholicam docuit ibibem S. Pater his verbis: *Nempe manifestum est ex illis duodecim sententiis, quas pertinere ad catholicam fidem negare non sineris* &c. Repetam hic Bellarmini verba libro 2. de Grat. & lib. arbit. cap. 11. licet alia occasione ab ipso pronunciata: *Nam si Augustini*, inquit, *de prædestinatione* (dicam de pœnis parvulorum iudicandorum) *sententia falsa esset, non posset idem Augustinus ab ingenti temeritate defendi, quippe qui non solum tam acriter pro falsitate certasset, sed etiam pro fide catholica venditare ausus esset.* Idem postea etiam tradidit libro quinto operis postremi adversus Iulianum. Beda etiam qui longe post Augustinum floruit, affirmat secundum catholicam fidem parvulos iudicandos esse. Etenim in præliminari ad sacrum codicem Canticorum adversus Iulianum ait: *Quod dicit* Iulianus, *non aliunde alios iudicare, alios iudicari, nisi quia in eadem natura dispar voluntas sit, & quia cum omnes idem possimus, diversa faciamus, contradicit catholicæ fidei, quæ etiam parvulos esse iudicandos confitetur, eos qui in eadem natura positi priusquam aliquid boni malive facere aut velle aut saltem nosse poterant, sine baptismo capti sunt.*

Marc. 16.

Secundum argumentum ex Scriptura.

Pueri nascuntur sub potestate Dæmonis, ex qua eorumdem pœna sensibilis aperte demonstratur. Quam infeliciter huic argumento ab adversariis respondeatur. Octo pœnis parvulos subiici, quæ breviter numerantur.

Alterum argumentum desumitur ex omnibus iis sacræ paginæ locis, in quibus humani generis captivitas sub principe Dæmone designatur. Iohan. 12. 31. *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Marc. 3. 27. *Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet.* Idem Dominus testatur Matth. 12. 29. *Quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligaverit fortem?* Et Lucæ 11. Dominus comparat Dæmonem *forti armato custodienti atrium suum.* Ex quibus locis S. Doctor infert parvulos cum principe Dæmone æterno igne cremandos. Audi integrum Maximi Viri discursum libro 3. Operis imperfecti contra Iul. cap. 200. cuius superius fragmentum dedi. *Tu autem*, inquit, *qui eam*, nempe imaginem Dei, *negas a Diabolo possideri, procul dubio negas a potestate erui tenebrarum, cum in Christi regnum regeneratione transfertur & accusas universam catholicam Ecclesiam, magno crimine maiestatis; non enim legibus huius mundi tenetur reus quisquis imaginem quamvis non vivam, tamen Imperatoris exsufflat. Exsufflantur autem parvuli in exorcismo, priusquam baptizentur; exsufflantur igitur vivæ imagines, non regis cuiusque, sed Dei. Immo vero exsufflatur, sed Diabolus, qui contagione peccati tenet procul dubio reum, ut illo foras misso parvulus transferatur ad Christum. Exsufflетur itaque Iuliani amentia, ne maiestatis rea in parvulorum mundatione & exsufflatione dicatur Ecclesia. Si autem non eruitur de potestate tenebrarum, & illic remanet parvulus, quid miraris in igne æterno cum Diabolo futurum, qui in Dei regnum intrare non sinitur? An quia Pelagiani nescio quem parvulis non baptizatis præter Dei regnum, quietis & vitæ æternæ locum præparant, ideo Christi erit falsa sententia*: Qui crediderit & baptiza- Marc. 16.

tus

tus fuerit salvus erit, qui autem non crediderit, eondemnabitur? Rursus lib. 5. eiusd. oper. eap. 6. *An forte*, inquit, *homines non sunt, qui ernantur de potestate tenebrarum, quarum tenet Diabolus principatum? Aut vero ita desipis, ut affirmes eos sibi Diabolum non vindicare, quos possidet, & suæ potestati subditos tenet? Sed ut taceam de his, quos potestis dicere per suam malam voluntatem a Diabolo possideri: quid dicturus es de illo, de quo Pater ipsius Domino interrogante respoudit, quod ex infantia sua ab immundo spiritu vexaretur? Nonne membra eius & sensus, quæ omnia Deo auctore instituta sunt, & communia impiorum piorumque sunt munera, Diabolus sibi, ut affligeret, vindicabat?* &e. Hoc argumentum valde torquet adversarios, qui variis datis solutionibus vim eiusdem, ut ego quidem arbitror, frustra evadere eonantur.

Respondet primo quidam alias celeberrimus Theologus. Hæc pœna non videtur debita peccato originali; sieut ei non debetur pœna sensus, ita non debetur simul traditio in manus hostis potentissimi & infensissimi, qui perducat hominem in necessitatem moralem incurrendi eiusmodi pœnam, & simul prohibitio auxiliatoribus ne suppetias ferant. Hæe enim esset pœna gravior, quam pœna sensus, quippe tolerabilius est solum crueiari, quam poni in morali neeessitate novi eriminis merentis illum crueiatum. Hæe responsio non eonsonat Eeclesiæ statutis, ex quibus aperte colligitur ex peccato originali nos esse captivos Dæmonis. S. Cælestinus, ut vulgo putant, in epistola ad Episcopos Galliæ cap. 12. hæe definit: *Illud etiam, quod circa baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplemur intuitu: cum sive parvuli sive iuvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis & exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc vere appareat, quomodo* Princeps mundi huius mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vasa eius diripiantur in possessionem translata victoris, qui captivam dueit eaptivitatem, & dat dona hominibus. *His ergo* &e. Quam doctrinam postea universa Ecclesia tradidit, ut patet ex eap. *Sacerdotes*. de consecrat. d. 4. & cap. *Parvuli*. & cap. *Sicut nostis*. & cap. *Dehinc*. &c. & expresse synodus Tridentina sess. 5. de Peee. orig. definit Adam *incurrisse cum morte captivitatem sub eius potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est Diaboli*. Hinc S. Aug. lib. 6. Oper. imp. con. Iul. cap. 20. reprehendit Iulianum ægre ferentem *dominum ac possessorem imagini Dei Diabolum imponi*, hæc scribens: *Dicit Iesus, qui secundum hoc nomen suum salvum facit populum suum a peccatis eorum*: Nemo intrat in domum fortis, nisi prius alligaverit fortem, *& vos in hoc populo Christi, quem salvum facit a peccatis eorum, parvulos non esse conceditis, quos ut a propriis, ita nec originalibus vultis obstrictos esse peccatis, & cum fallaci vestro sermone minuitis vires eius, quem dixit veritas fortem*. Postea: *Nec tibi videatur indignum, quod subiecta est Diabalo imago Dei, hoc enim non fieret nisi iudicio Dei, nec removetur ista damnatio, nisi gratia Dei* &c.

Io. 12.

Matth. 12. Psal. 67. 19. Ephes. 4. 8.

Catharinus more solito, hoc est audacter in opusculo cit. ait: *Neque sub Diaboli perpetuo potestate erunt, quia & pro illis eiectus erit Diabolus foras in die novissimo, ut nihil iuris habeat ulterius in illos*. Hoc tamen responsum, ut bene etiam notavit Bellarminus, ab homine catholieo defendi minime potest. Peto enim, quare infantes modo sint captivi Dæmonis? Clara sunt Ecclesiæ dogmata: ob peccati originalis maculam. Rursus interrogandus est Catharinus, an hæe macula duratura sit post diem iudieii, vel non? Si secundum dieat, in errorem labitur, solo enim baptismate illa culpa destruitur. *Hæc noli dicere*, ait Augustinus, *si vis esse catholicus*. Si primum, ergo remanebit integrum ius Dæmoni in pueros etiam post diem iudieii, eum adhuc obnoxii erunt peccato originali. Audiat, velit nolit, Augustinum, quem hae in quæstione uti in aliis etiam sæpe impugnat, lib. 1. de Nupt. & eoncup. cap. 23. *Hoc generi humano inflictum vulnus a Diabolo, quidquid per illud nascitur, cogit esse sub Diabolo, tamquam de suo fructice fructum iure decerpat, non quod ab illo sit natura humana, quæ non est nisi ex Deo, sed vitium, quod non est ex Deo. Non enim propter se ipsam quæ laudabilis est, quia opus Dei est, sed propter damnabile vitium, quo vitiata est, natura humana damnatur; & propter quod damnatur, propter hoc & damnabili Diabolo subiugatur*,

lib. 3. de Orig animæ cap. 9.

quia & ipse Diabolus spiritus immundus est. Idem asseruit S. Fulgentius libro 1. de Verit. prædest. cap. 14. *Causa vero maiorum atque minorum qui sine baptismate cursum vitæ præsentis in infidelitate consummant, quantum attinet ad communionem originalis peccati, una est. Ex hac utrique ibunt in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius, quia in eis chirographum, quo sibi eos deceptoris nequitia subdidit, Salvatoris gratia non delevit.*

Respondet Arriaga tom. 1. in 1. 2. disp. 52. nihil aliud significare pueros esse sub potestate Diaboli, quam esse peccatores. Alii vero ideo putant, pueros esse sub potestate Diaboli per peccatum originale, quia Dæmon ex illo peccato habuit potestatem tentandi genus humanum, & consequenter ipsum perdendi in gehenna. Verum aliud est esse peccatorem, aliud captivum Diaboli; captivitas enim est effectus peccati, sicuti si quis Princeps subditum ob aliquod crimen in tyranni alicuius potestatem detruderet. Porro quemadmodum peccatum mortale hominem transcribit in familiam subditam Diabolo, hoc etiam peccatum originale præstat, unde dicebat S. Doctor libro 1. de Pecc. merit. & remiss. cap. 34. initio: *Quid de ipsa forma sacramenti loquar? vellem aliqui istorum, qui contraria sapiunt, mihi baptizandum parvulum afferret. Quid in illo agit exorcismus meus, si in familia Diaboli non tenetur?* Quod vero alii dicunt ideo esse genus humanum sub potestate Dæmonis, quia hic potestatem & ius ex illo peccato contraxit tentandi homines, inepte prorsus asseritur, tum quia nequit pueros tentare, qui velle nil possunt, tum quia potuit tentare Adamum, qui tamen nondum erat sub potestate Dæmonis, tum quia posse tentari, non est esse, sed posse esse captivum. At pueri nascuntur reapse captivi Dæmonis. Unde Zosimus Papa epistola 157. apud S. Aug. ait: *Nullus enim, nisi qui peccati servus est, liber efficitur, nec redemptus dici potest, nisi qui vere per peccatum fuit ante captivus.* Clare etiam S. Gregorius lib. 26. Moral. cap. 20. distinguit captivitatem a potestate tentandi: *Nunc princeps*, inquit, *huius mundi eiicietur foras. Unde iam nunc sanctos homines non tenendo possidet, sed tentando persequitur. Nam quia non in eis intrinsecus regnat, contra eos pugnat extrinsecus, & quia intus dominium perdidit, bella molitur foris.*

Præterea falsum est, pueros eodem modo esse sub potestate Dæmonis per peccatum originale, sicut per quodlibet actuale, uti docet Moraines num. 13. Nam in parvolis & ceteris non baptizatis ius habet Dæmon veluti in proprio mancipio, ut enim definit S. Cælestious Papa supra, utimur exorcismis & exsufflationibus clericorum, ut *Spiritus ab eis immundus abigatur*. Ergo vere sunt possessi a Dæmone per inhabitationem, eum neque *Spiritus immundus abigi*, nec *Princeps eiici foras* possit, nisi sit intus in parvulo. Quibus tamen exorcismis & exsufflationibus non utimur ad absolvendum peccatorem vel omnium pessimum, sed tantum in energumenis sanandis, qui intus a Diabolo per inhabitationem possidentur. Notavit hoc insignis ille Carmelita Io. Bacconus, qui ceteris scholasticis antiquis de hac captivitate, unde parvulorum pœnæ satis clare inferuntur, vix pauca verba facientibus, unus ipse Augustino-catholicæ sententiæ adhæsit in 2. sent. d. 39. quæst. 1. ubi ait de Dæmonio: *Inhabitat dico, non sicut forma informans, nec per formam aliquam, quam creat in anima peccatrice, sicut Deus eam creat, sed habitat per dominium in peccante, seu aliis verbis iure dominii & potestatis.* Et ibi ad 2. dub. definit originale peccatum *per obsequium nostræ voluntatis erga Diabolum, & ex consequenti etiam Diaboli inhabitationem.* Inhabitat igitur Dæmon in corporibus non baptizatorum tum pusillorum tum adultorum, non ut vere sint energumeni, sed ut princeps iure dominii in regno suo, tanta est potestas, quam in illos habet princeps tenebrarum, quæ omnia ex exsufflationibus & exorcismis colliguntur; siquidem dum parvulus baptizatur, dicit Sacerdos: *Exi Spiritus immunde, & da locum Spiritui Sancto.* Peccatores vero fideles sunt de corpore Ecclesiæ, cuius caput est Christus. De potestate Dæmonis supra infideles late discurrit S. Doctor epist. 107. ad Vitalem.

Respondet tandem Moraines: *Tertia ratio*, inquit num. 17. *nos minime tangit, qui non negamus parvulos illos mansuros esse in æternum Deo invisos propter peccatum originale, & quodammodo sub captivitate ac servitute Diaboli, ut in hac vita, privatos scilicet*

scilicet speciali Dei protectione, qua ab eius invasionibus & infestationibus fiant immunes. In hac respoosione maxime displicet illa particula *quodammodo*, limitans Dæmonis in captivos potestatem. Egregie inquit Augustious lib. 6. con. Iul. cap. 20. *Cum fallaci vestro sermone minuitis vires eius, quem dixit veritas fortem.* Ut quid enim additur restrictio, quam nec concilia nec Pootifices apposuere? Illud autem io eadem respoosione summe placet, quod fatetur pueros noo futuros immunes a Dæmonis invasionibus & infestationibus, hoc enim est, quod iotendimus, nempe futuros obnoxios pœnis sensibilibus, eo B quod futuri sunt sub crudelissimi tyranni potestate. Nisi dicat infantes oihil mali ex huiusmodi *invasionibus & infestationibus* percepturos, quo quid dici potest ineptius? vexantur enim noo a frigore, noo a calore, sed Dæmone, *cui mille nocendi artes.*

Simile etiam adducto argumento est illud, quod colligitur ex epist. ad Rom. 9. *Sic autem Deus volens ostendere iram & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem*; quæ vasa iræ ibidem *vasa* etiam *contumeliæ* appellantur ab Aposto- C lo. Cum igitur infantes sint vasa contumeliæ, cui, quæso, loco illa Deus deputabit? *Deus*, inquit Fulgentius, vasa contumeliæ *æterno semper arsura deputabit incendio*. Patres Africani in epistola synod. cap. 13. *Vasa contumeliæ sunt, quibus dicitur: Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo & Angelis eius.* Quod prius docuerat Africanæ ecclesiæ Magister lib. 1. Oper. imp. con. Iul. in fine: *Nos vero Deum quidem parvulorum opificem prædicamus, sed ex eadem massa medium locum vasis, ubi nec in honorem fiant, neque in contumeliam, quem non dedit Apostolus,* D *non damus.* Considerent igitur adversarii tantam esse potestatem Dæmonis in sua vasa, ut prius, ut inquit Christus Dæmonis triumphator, ligandus fuerit, quam ex eius domo vasa raperentur; nec minuant, ut ait S. Doctor, *fallaci sermone vires eius, quem dixit veritas fortem.*

Certum igitur est parvulos non baptizatos esse vasa contumeliæ io domo Dæmonis, e qua per Christum non fuot erepta, & captiva ibidem teneri *a forti armato custodienti atrium suum.* Hanc te- A nebrosam domum scholastici antiquiores dixere Limbum, io quo parvuli detinentur. Ita saocti Thomas, Bonaventura, item Scotus, Ægidius, Durandus, Richardus, & alii communiter teste Bellarmioo cap. 2. supra. Ex qua doctrina, velint nolint, probatur pœna sensus. Pro quo notandum est, quod docet S. Doctor lib. 21. de Civit. Dei cap. 11. *Octo genera pœnarum in legibus esse: damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exsilium, mortem, servitutem.* Ergo cum parvuli præter pœnam exsilii, quam scholastici vocant pœnam damni, patiaotur servitutem sub Dæmooe & carcerem, aliam profecto pœnam patiuntur a pœna damni. Qualis autem sit ista pœna servitutis sub principe tenebrarum ac forti armato, audivimus supra a celeberrimo quodam Theologo dicente: *Hæc enim esset pœna gravior, quam pœna sensus.* Verissime. Pone exempli gratia Principem filios alicuius subditi oon solum exsilio mulctare, & paterna etiam hæreditate privare, sed illos quoque tyranno cupiam io mancipia divendere, haud sane exigua esset postrema ista pœna captivitatis. Porro oulla peior, nulla acerbior, nulla atrocior captivitas est, quam esse sub Dæmone Phalaride, Dionysio, Maxentio crudeliore, tyrannorum omnium truculentissimo. Neque levis censenda est pœna carceris præcipue sub *forti armato custodiente atrium*. Id etiam alter e Societate scriptor neotericus noo inficiatur; *gravissimam*, inquit Arriaga 1. 2. disp. 52. num 5. *pœnam* illam carceris fore, ubi veluti stipites oec videre, vel olfacere, nec gustare quid possent; sane hæc sensibilis pœna esset. Unde plures ex iisdem scholasticis recentioribus, ne pueros pœna carceris affligant, *nescio quem tertium decipiendis parvulis faciunt locum*, uti olim Pelagiani teste S. Gelasio Papa, cuius proxima verba sunt, & S. Augustino sæpissime id affirmaote & irridente, finxerunt.

Verum quid dicent adversarii, si octo illa pœnarum genera a parvulis sustineri probabimus? Pœnam damni & exsilii ipsis concedunt, modo pœnam captivitatis & carceris ex Sacris literis clare deduximus. De reliquis quatuor idipsum probamus. Vincula illos pati certum est, cum fiot captivi, nec illa solvi possiot, nisi prius ipse fortis armatus custos atrii alligetur. Patiuntur etiam pœnam igno-

Rom. 9. *ignominiæ*, sunt enim, teste Apostolo, A *vasa contumeliæ*. Hinc S. Doctor lib. 1. con. Iul. Oper. imperf. cap. 138. *Ex qua tamen* (massa) *alios in Dei regnum adoptari fatemini, quos procul dubio vasa in honorem facta conceditis; alios vero non adoptari, quos facta vasa in contumeliam, nisi intelligenter consentiatis, imprudenter negatis. Neque enim, si non est pœna damnationis, sicut vultis, non erit saltem contumelia imaginis Dei separari a regno Dei*. Insuper patiuntur verbera, carent enim teste Morainio num. 17. *speciali Dei protectione, qua ab eius*, scil. Dæmonis, *invasionibus & infestationibus fiant immunes*. Nec putandus B est adeo mitis hic tyrannus, ut servos ne semel quidem flagris affligat. Satis sit infantes esse vasa in illius domo, ut ait Christus, & captivos *in familia Diaboli teneri*, ut docet S. Pater lib. cit. de Pecc. mer. cap. 34. Adde his pœnam talionis, qui enim cum suo primo parente noluere esse sub Deo, facti sunt servi sub Diabolo. Tene aurea S. Doctoris verba lib. 14. de Civit. Dei cap. 15. *Iusta damnatio subsecuta est, talis quidem damnatio, ut qui custodiendo mandatum fuerat etiam carne spiritalis, fieret etiam mente carnalis: & quia sua superbia sibi placuerat, Dei iustitia* C *sibi donaretur, nec sicut affectabat, in sua esset omnimoda potestate, sed a se ipso quoque dissentiens sub illo, cui peccando consensit, pro libertate, quam concupierat, duram miseramque ageret servitutem; mortuus spiritu volens, & corpore moriturus invitus: desertor æternæ vitæ, etiam æterna, nisi gratia liberaret, morte damnatus*. Mortem vero pœnarum ultimam non solum corporalem sed etiam spiritualem incurrisse per peccatum universam Adami posteritatem certum est. Et quidem pueros ex peccato originali pœna mortis secundæ mulctatos tradit passim S. Doctor. Lib. D 1. ad Bonifacium cap. 22. ait: *Aut si Evangelicis vocibus cogimini confiteri nec vitam salutemque posse habere parvulos de corpore exeuntes, nisi fuerint baptizati, quærite, cur compellantur non baptizati secundæ mortis subire supplicium*. Mors autem secunda ex cap. 20. Apocalypsis intelligitur, ubi hæc leguntur: *Et qui non est inventus in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis*. Et postea: *Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda*. Quare cum pueri sine baptismo decedentes non sint scripti in libro vitæ, dubio procul morti secundæ, hoc est igni deputantur. Hoc argumentum & fuse & erudite ex Augustino urget Archiepiscopus Thuamensis in opusculo de hac quæstione cap. 11. & 12. Scio Morainium respondere num. 69. mortem secundam esse privationem visionis Dei. Sed hæc responsio reiicitur ab Augustino cap. 92. Enchirid. & lib. 13. de Civ. Dei. cap. 8. Et lib. 19. cap. 28. item a S. Fulgentio lib. 1. ad Monimum cap. 6. ubi ex sacris literis pronunciant mortem primam esse, cum anima separatur a corpore, secundam vero cum eadem æternum punitur cum corpore.

Eadem S. Doctoris sententia probatur ex conciliis Africanis & literis Innocentii Papæ. Assertio de pœnis parvulorum ab ecclesia Africana inter fidei dogmata, teste S. Fulgentio, relata. Insigne pro eadem re S. Gelasii Papæ testimonium.

Scholastici, qui in statuendis parvulorum pœnis in diversam ab Augustino sententiam abiere, publicarunt eiusdem opinionem *unum Augustinum patronum* habere, ut loquitur Catharinus, eamque *paucissimos* sequi, ut ait Moraines. Immo Catharinus unum sibi opponens Augustinum scribit: *At magna, inquiunt, est auctoritas Augustini: magna profecto, sed veritatis, quæ iam pateat, longe maior, longe maior Pontificum auctoritas & Ecclesiæ de cathedra docentis, & communis doctorum sententia*. Quibus ille auctor in veterum Patrum scriptis se plane hospitem prodidit; etenim sancti Patris sententiam & synodorum & Pontificum testimoniis confirmabimus, & iis quidem adeo evidentibus, ut minime dubitem, quin scholastici, si in eadem incidissent, ne latum quidem unguem ab Augustiniana sententia discessissent. Recte Scotus in 2. dist. 33. q. un. *magistrorum* Parisiensium placitum contra Augustinum stare dixit, quibus tamen totius Africæ vetustiores Episcopos opponemus.

Et quidem veteres Parisiensis scholæ doctores, cum summa ingenia scholæ subtilitatibus devovissent, parum fuere in synodorum ac Patrum lectione versati. Hinc eruditionis defectu quasdam opiniones obtrusere, a quibus antiquioris

ris Ecclesiæ magistri longius distarunt. Hoc in præsenti controversia patebit, in qua scholastici ex manca Pelagianæ hæreseos notitia, uti a recepta antiquitus sententia recesserunt, ita illorum plerique in quibusdam cum Pelagianis convenere, quod etiam notavit cum laudis præfatione nominandus Cardinalis Bellarminus, cuius verba in calce fere huius controversiæ recitabo. Primi omnium Africani Patres Pelagianorum errores anathemate perculerunt in utraque synodo provinciæ Carthaginensis, itemque in altera synodo Milevitana, dein in plenariis conciliis, uti fusius libro priori Historiæ Pelagianæ nobis descriptum est. In his autem sacris conventibus pœnas sensibiles puerorum sine baptismo decedentium statutas esse demonstro. Patres synodi Carthaginensis in literis ad Innocentium apud Augustinum epistola 90. hæc de Pelagianis scribunt: *Parvulos etiam propter salutem, quæ per Salvatorem Christum datur, baptizandos negant, ac sic eos mortifera ista doctrina in æternum necant, promittentes, etiamsi non baptizentur, habituros vitam æternam.* Patres vero Numidiæ provinciæ in epistola ad eumdem Innocentium, quæ inter Augustinianas est 92. hæc ipsa scribunt de eisdem hæreticis: *Pueros quoque parvulos, si nullis innoventur Christianæ gratiæ sacramentis, habituros vitam æternam nequam præsumptione contendunt.* Innocentius Pontifex his literis acceptis, gravi rescripto novæ hæreseos falsitatem confixit: *Illud vero*, inquiens, *quod eos vestra fraternitas asserit prædicare, parvulos æternæ vitæ præmiis etiam sine baptismatis gratia posse donari, perfatuum est.* epist. 95. apud Augustinum. Itaque tum synodi tum Pontifex illam vitam æternam parvulis in originali peccato mortuis negarunt, quam Pelagiani eisdem pueris dabant. Vita autem æterna dicit perpetuam possessionem Dei animam beantis in regno cælorum, & ex consequenti exclusionem cuiuscumque miseriæ, cui vitæ opponitur æterna mors, quæ consistit in perpetua amissione summi boni & perenni afflictione ac cruciatibus in inferis. At Pelagiani nusquam ausi sunt dicere pueros sine baptismo ituros in regnnm cælorum, ut ex serm. 14. de verbis Apostoli superius laudato exposuimus. Scribit de

A iisdem Augustinus lib. 1. de Pecc. mer. & remiss. cap. 18. *Dicunt parvulos recenti vita editos visceribus matrum, non propter remittendum peccatum percipere baptismum, sed ut spiritalem procreationem non habentes creentur in Christo, & ipsius regni cælorum participes fiant, eo modo filii & heredes Dei, coheredes autem Christi.* Hinc idem S. Doctor contra Pelagianos ait lib. 2. Oper. imperf. cap. 113. *Respondete, quid sitis, qui tot imagines Dei sine ullius peccati merito separatis a regno Dei, & facitis duas æternas felicitates, unam quæ sit in regno Dei, alteram quæ sit extra re-*

B *gnum Dei*. Et lib. 1. eiusdem operis cap. 132. tradit parvulos iuxta Pelagianos futuros *in loco aliquo secundæ felicitatis, quem*, inquit, *talibus ædificavit heresis vestra.* Ex his infertur vitam æternam, quam illi hæretici pueris promittebant, sitam fuisse in secunda quadam felicitate, hoc est minori ea, qua fruebantur beati in regno cælorum. Nam cum ibidem pueri nullos cruciatus per totam æternitatem passuri essent, æternum felices vivere ab ipsis dicebantur. Scribit S. Fulgentius lib. 1. ad Monimum cap. 6. Deum animæ per peccatum mor-

C tuæ duplicem insuper mortem comminatum: *Primam in separatione animæ & corporis: secundam in æterna cruciatione animæ & corporis. Ac per hoc primam, qua discedente anima caro sola moritur, secundam vero, quando rediens in carnem anima in eadem & cum eadem, in qua peccavit, carne torquetur.* Primæ morti opponitur vita temporanea, alteri vero vita æterna, quando anima perpetua felicitate fruetur, qua de re legatur Augustinus lib. 20. de Civ. Dei cap. 6. Itaque vita æterna infantium ex Pelagianorum sententia illa est, quæ opponitur morti secundæ, quæ ideo ex

D Augustino lib. 18. ibidem cap. 28. *secunda mors dicitur, quia nec anima ibi vivere dicenda est, quæ a Dei vita aliena erit, nec corpus, quod æternis doloribus subiacebit.* Quare cum synodi Africanæ ac S. Innocentius damnarunt dicentes, pueros sine baptismo defunctos habere vitam æternam, exploserunt secundam illam felicitatem, quam extra regnum Dei Pelagiani infantibus promittebant, & ex consequenti decrevere eosdem subituros etiam mortem secundam, quæ beatæ vitæ opponitur. Ceterum vita illa æternum beata, quam Pelagiani pueris destinabant,

bant, ante synodos Africanas reiecta fuit in concilio Diospolitano anno 415. ubi cum obiectum fuisset Pelagio, Cælestium ipsius discipulum docuisse *infantes etiamsi non baptizentur, habere vitam æternam*, negavit se illa dixisse. Hinc Pelagium premebat Augustinus epistola 106. ad Paulinum Nolaoum pueros sioe gratia regenerationis in Christo *non habere in se vitam, ac per hoc pœnæ sempiternæ obnoxios*.

Conrius ac Moraines existimarunt vitam æternam, quam parvulis Pelagiani pollicebantur, sitam fuisse in visione elara Dei extra tamen regnum cælorum. Uode responderi potest his, quæ huc usque deduximus, synodos statuisse pueros non posse sine baptismo frui vita æterna, hoc est visione clara Dei, nec tamen statim inferri, morte secunda iuxta totam suam latitudinem plectendos, sed prout hæc tantum dicit privationem visionis Dei, non quatenus continet cruciatus & æterna supplicia animæ & corporis. Sed hæc senteotia nulla ratione admitti potest, si consideremus, quid Pelagiani nomine regni cælorum intelligerent. Et licet Moraines num. 55. dicat eosdem id *non satis expressisse*, colligitur tamen, quæ fuerit illorum seotentia ex Iuliano lib. 6. Oper. imperf. cap. 37. ubi ait: *Multo maxime congregatio omnis glorificata sanctorum esse Deo subiecta non desistet, sed totum corpus dignum regno cælorum, quod sub Christi capite construitur, divinæ voluntati perfecta affectione cohærebit, ut extincta omni cupiditate culparum, Deus & contineat cunctos & compleat*. Ex his infertur Pelagianos non promisisse pueris visionem beatam; etenim videns Deum *divinæ voluntati perfecta affectione cohæret, ut extincta omni cupiditate culparum Deus contineat eumdem & compleat*. Quare pueri fruentes visione elara Dei, reapse forent in regno Dei, quod illi negabant. Rursus S. Augustinus ubique premit Pelagianos negantes peccatum originale, quod pueri exclusi a regno cælorum immerito & iniuste tanta miseria torquerentur. Lib. 2. Oper. imperf. cap. 113. *Ac tandem aliquando*, inquit, *extra regnum Dei infelices futuros fatemini parvulos non renatos. Dicite ergo huius infelicitatis meritum verbosi & contentiosi, qui negatis originale peccatum*. Et libro 4. cap. 99. ait: *Ipsum etiam regnum sic amatis, ut non ibi esse, non saltem levem pœnam credatis hominis esse, sed nullam*. Quod si Pelagiani extra regnum Dei dabant parvulis visioonem Dei, haud congruenter Augustinus contra ipsos inferebat pueros futuros infelices & pœnæ subiectos. Nam videns Deum possidet summum bonum, nec ullo pacto potest esse infelix, aut alicui pœnæ obnoxius. Præterea S. Pater libro 2. Oper. imperf. cap. 113. his instat Iuliano & collegis: *Dicite, obsecro, in ea felicitate, quæ extra Dei regnum erit, ullusne regnabit, an nullus? Si nullus, liberior erit procul dubio sine ullo Rege illa felicitas. Si vero ullus in ea regnabit, quis erit Rex imaginum Dei, qui non erit Deus?* At io illa secunda felicitate pueri fruerentur visione Dei, & profecto Deus in illis regoaret, nec eo dilemmate Augustinus adversarios perculisset. Etenim Deus elare visus regnat solus in anima videntis, & omnes eiusdem actus regit ac moderatur. Itaque Pelagiani beatitudinem naturalem pueris destinabant, uti eoim illi naturaliter innocentes ab iisdem asserebantur, eiusdem etiam ordinis beatitatem invexere, in quo tamen dogmate numquam quid sentirent, nostris innotuit; unde Augustinus aliique Patres eorumdem sententiam plane se non percipere fassi sunt. Ille libro de Prædest. SS. cap. 13. narrat a Pelagianis promitti pueris *nescio cuius felicitatis locum*, & in lib. de Hæresibus cap. 88. *æternam & beatam quamdam vitam suam*. Idem habet lib. 1. de Orig. animæ, cuius verba mox referam. Ipse Pelagius dicere solebat: *Quo eant nescio*, ut ex Augustino superius dictum est.

Redeo ad Africanas synodos. In concilio celebrato anno 418. Carthagine contra Pelagianos, in quo hic canon io vetustis codicibus statutus legitur. *Item placuit, ut si quis dicit ideo dixisse Dominum*, io domo Patris mei mansiones multæ sunt, *ut intelligatur, quia in regno cælorum erit aliquis medius aut ullus alicubi locus, ubi beate vivant parvuli, qui sine baptismo ex hac vita migrarunt, sine quo in regnum cælorum, quod est vita æterna, intrare non possunt, anathema sit. Nam cum Dominus dicat:* Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in Regnum cælorum, *quis catholicus dubitet, participem fore Diaboli, qui cohæres*

Io. 14.

Io. 3.

res esse non meruit Christi? Qui enim dextra caret, sinistram procul dubio partem incurret. In Historia Pelagiana lib. 1. cap. 13. hunc canonem recitavi, ubi ex Photio ostendi in antiquis codicibus scriptum fuisse, quod etiam testatur Binius, licet a nonnullis omissus sit, de quo nolo cum quopiam contentionis funem ducere. Interim hoc ipsum S. Augustini testimonio confirmabo, qui lib. 2. de Orig. animæ cap. 12. scribit: *Novellos hæreticos Pelagianos iustissime conciliorum catholicorum & Sedis apostolicæ damnavit auctoritas, eo quod ausi fuerint non baptizatis parvulis dare quietis & salutis locum etiam præter regnum cælorum.* Unde satis verisimile fit, laudatum canonem reapse fuisse ab Africanis synodis exaratum. Illud vero observandum venit, ideo Patres negasse *alium alicubi locum*, quia duo tantum loca nominantur in sacris literis, nempe dextra & sinistra Iudicis, unde asserunt pueros futuros in sinistra, & ex consequenti *participes fore Diaboli*. In eodem libro de Origine animæ cap. 9. scribit S. Pater: *Non baptizatis parvulis nemo promittat inter damnationem regnumque cælorum quietis vel felicitatis cuiuslibet atque ubilibet quasi medium locum. Hoc enim eis etiam hæresis Pelagiana promisit.* Quare cum illa opinio *de quasi medio loco*, nempe inter inferorum pœnas & gaudia regni cælestis, inter errores hæresis Pelagianæ Augustinus recensuerit, constat eamdem & ab Africanis Patribus, qui contra illam hæresim diligentissime excubuere, damnatam fuisse, quod ex dicendis clarissime apparebit.

His addam synodum Byzacenorum Patrum in Sardiniam a Thrasamundo Rege Vandalorum Ariano relegatorum sententiam. Cum Constantinopoli graves de divina gratia lites agitarentur, nonnulli monachi pro iisdem componendis Romam profecti, audita Africanorum Antistitum in Sardinia exsulum fama, legationem ad eosdem destinarunt; librum etiam miserunt de Incarnatione Domini & divina gratia a se ipsis conscriptum, rogantes ut de eodem iudicium ferrent. Byzaceni Patres cum communi consilio, quid memoratis monachis rescribendum foret, deliberassent, Fulgentio Episcopo Ruspensi iniunxere, ut decreta a Patribus in literas mitteret, qui e vestigio librum exaravit in-

A scriptum de Incarnatione & gratia. In eo autem Augustini sententia de pœnis puerorum apertissime traditur; etenim cap. 14. inquiunt: *Quæ iustitia est ut imago Dei, quæ nihil potuit per se ipsam delinquere, si non redimatur sanguine filii Dei, in regnum Dei non permittatur intrare? Quo utique quisquis non ingreditur, interminabilibus ignis æterni cruciabitur pœnis. Qua igitur iustitia Deus iustus infantibus sine peccato nascentibus ingerit pœnam, in quibus pœnæ non invenit causam?* Item cap. 30. hæc scribuntur: *Quomodo infantibus, qui baptizantur & in eadem in-*
B *fantia moriuntur, donat æternam salutem, quorum bonam nec exspectat nec invenit voluntatem? Item alios quomodo sine baptismate mortuos æternis cruciatibus damnat, cum in eis nullam culpam malæ voluntatis inveniat? Nonne istos inimicos gratiæ Dei, nec defensores humani, sed deceptores arbitrii, ad hoc sua perversitas cogit, ut Deum putent iniquum in obitu omnium parvulorum, ubi nulla interveniente vel bonitate vel malitia voluntatis, alios vident potiri regno, alios interminabili deputatos incendio?* Hic liber inter volumina S. Fulgentii re-
C censetur, quod ab ipso dictatus fuit, at eumdem a synodo approbatum ac ad monachos Romam missum patet ex hoc eiusdem initio, ubi Episcopi Byzaceni nominantur: *Dilectissimis & in Christi fide atque gratia plurimum amplectendis sanctis Fratribus, Petro diacono, Iohanni, Leontio, & alio Iohanni, ceterisque fratribus &c. Dacianus, Fortunatus, Boethus, Victor, Scholasticus, Orontius, Vindicianus, Victor, Ianuarius, Victorianus, Photinus, Quodvultdeus, Fulgentius, Felix, & Ianuarius in Domino salutem.* Quindecim igitur Episcopi doctissimi ac sanctissimi in Augusti-
D ni sententiam pedibus ivere. Nec obstat laudatum volumen fuisse Fulgentii manu exaratum, qui Augustini Patris sententiam mordicus tuebatur; nam in omnibus synodis uni alicui ob eruditionem & eloquentiam insigni iniungi solet, ut publica Patrum decreta literis mandet. Scribit discipulus Fulgentii cap. 20. de Vita eiusdem: *Post deliberationis autem longissimas moras, quicquid definitio communis invenerat, eloquenter allegandum sensibus ceterorum beato Fulgentio dimittebatur.* Et postea: *Propterea quandocumque rescribebant consulentibus, Episcoporum nomina cunctorum dicebantur in titulo, sed*

solius B. Fulgentii sermo tenebatur in stylo. Quare ea omnibus Byzacii Patribus, quorum tum temporis Dacianus erat Primas, sententia stetit. Habemus etiam epistolam synodicam eorumdem Antistitum, inter quos tamen Fulgentius non nominatur, quam publicavit Sirmondus, & inter opera Fulgentii tom. 6. Bibl. PP. edit. Colonien. A. 1618. recensetur, in cuius cap. 8. eadem sententia traditur. verba inferius recitabo.

Volo hic evidenter ostendere antiquitus in Africana ecclesia, in qua quadringenti sexaginta sex Episcopi numerabantur, adeo certum fuisse pueros sine baptismo defunctos puniri in inferis pœna sensibili, ut id inter fidei dogmata relatum fuerit. Cum Petrus diaconus vir doctissimus, ut ex eiusdem libro de Incarnatione & gratia constat, in Orientem transmissurus esset, rogavit per literas S. Fulgentium, ut brevem fidei catholicæ synopsim ad se mitteret, cui se conformare posset, intelligebat enim plures hæreses passim toto Oriente grassari. Fulgentius librum eidem misit inscriptum de Fide ad Petrum, qua de re dixi libro 2. Histor. Pelag. cap. 19. In eo autem volumine quadraginta dogmata ad catholicam fidem pertinentia recitat, eaque in singula capita digerit, quæ ita inchoantur: *Firmissime tene & nullatenus dubites.* Primum dogma recitatur cap. 4. Cum vero cap. 26. posuisset dogma XXIII. de peccato originali, capite insequenti 27. hæc scribit: *Firmissime tene & nullatenus dubites, non solum homines iam ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in uteris matrum sive cum de matribus nati sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, de hoc sæculo transeunt, ignis æterni sempiterno supplicio puniendos; quia etsi propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione & nativitate traxerunt.* Hoc XXIV. dogma, seu, ut ille loquitur, capitulum de fide Petro credendum proposuit, & eum postea reliqua capitula recitasset, hæc habet cap. 44. *Hæc interim quadraginta capitula ad regulam veræ fidei firmissime pertinentia fideliter crede, fortiter tene, veraciter patienterque defende. Et si quem contraria his dogmatizare cognoveris, tamquam pestem fuge & tamquam hæ-*

A *reticum abiice. Ita enim ista, quæ posuimus, fidei catholicæ congruunt, ut si quis non solum omnibus sed etiam singulis voluerit contraire, in eo quod singulis horum contumaciter repugnat & his contraria docere non dubitat, hæreticus & Christianæ fidei inimicus atque ex hoc omnibus catholicis anathematizandus appareat.* Itaque testatur Fulgentius parvulos cum solo originali peccato morientes *ignis æterni sempiterno supplicio puniendos*, & id *ad regulam veræ fidei pertinere, & tamquam hæreticum abiiciendum*, qui eidem dicto *voluerit contraire*. hæc non indigent interpre-B te, sed tantum lectore. Quis autem ex his non intelligat, Africanam ecclesiam Augustini sententiam de pœnis infantium inter fidei dogmata recensuisse? Neque enim omnium Afrorum Episcoporum doctissimus ea in re deceptus dici potest, vel alios voluisse decipere, proprias opiniunculas pro inconcussis Ecclesiæ dogmatibus venditando. Qualis vero quantusve fuerit Fulgentius, ex eiusdem gestis patet. Hæc sufficiat ex cap. 20. libri de Vita eiusdem dixisse: *Sexaginta quippe & eo amplius Episcopos tunc catena ligabat exsilii, quorum lingua & ingenium beatus Fulgentius Episcopus fuit.* Tot eius-C dem libri editi eximiam ipsius doctrinam abunde manifestant. Vide quæ de eadem dixi lib. 2. Hist. Pelag. cap. 21. & 24.

Hoc ipsum colligitur ex Augustino, qui libro 1. de Pecc. mer. & remiss. cap. 28. asserentes pueros futuros in medio quodam loco, nuncupat *male credentes*. Idem in lib. de Prædest. SS. cap. 12. ait: *Cum moriuntur infantes, aut merito regenerationis transeunt ex malis ad bona, aut merito originis transeunt ex malis ad mala. Hoc catholica fides novit.* Præterea lib. 5. D con. Iul. Oper. imperf. cap. 64. ait: *Inter reprobos sunt certe plurimi, qui si ex hac vita abriperentur infantes, secundum falsam vestram hæresim penitus ab omni, secundum autem catholicam fidem a damnatione gravissima tollerentur.* Certum est eam pœnam a catholica fide in parvulis asseri, quam Pelagiani inficiabantur; at hi pœnam damni, hoc est exclusionem a regno cælorum libenter concedebant. Hinc dixit Augustinus serm. 14. de Verb. Apost. *Videris enim tibi misericors, quia non aufers ei vitam, damnas tamen, quem separas a regno cælorum. Damnat, non eum percutit,*

percutis, sed in exsilium mittis. Eo Pelagiani pueros *non percutiebant*, hoc est pœna sensus illos nequaquam mulctabant, sed pœna tantum damni in exsilium illos mittendo. Quare Augustino teste, catholica fides tradit parvulos *percuti*, & non tantum in exsilium mitti, quod Pelagiani ultro fatebantur. Rursus tract. 67. in Iohannem hæc ait: *Proinde respuendi sunt a corde Christiano, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum cælorum erit aliquid, ubi maneant beati innocentes, qui sine baptismo ex hac vita emigrarunt, quia sine illo in regnum cælorum intrare non potuerunt. Hæc fides non est fides; quoniam non est vera & catholica fides*. Et tamen videmus plures scholasticos beatitudinem naturalem perfectissimam citra dolores & tristitiam parvulis promittere extra regnum Dei, quorum sententia minus tolerari potest quam illa Pelagianorum, quia isti contendebant infantes esse innocentes & nulla culpa coinquinatos, unde non adeo grave absurdum videbatur quamdam eisdem felicitatem præparare, cum tamen scholastici nec ignobiles asserant cum Ecclesia catholica pueros esse originali labe infectos, sub potestate Dæmonis, filios iræ, nec postea dubitent eisdem beatam quamdam vitam promittere.

Sed ex eadem Africa ad Romanam apostolicam Sedem evectus S. Gelasius Papa adeo aperte Augustinianam sententiam confirmavit, ut nihil solidius hac in disputatione adduci possit. Hic in epistola ad Episcopos per Picenum contra Senecam delirum senem Pelagianum missa scribit: *De parvulis autem quod asserit sine baptismate pro solo originali peccato non posse damnari, satis impia, satis profana propositio est*. At Pelagiani numquam sine baptismo regnum cælorum pueris promiserunt, sed nescio quem tertium locum inter cælum & inferos. Audiatur laudatus Gelasius: *Nihil est ergo quod dicant, quod non renati infantes tantummodo in regnum cælorum ire non valeant, non autem perpetua damnatione puniantur*. Ubi cum Pontifex præter exclusionem a regno cælesti, quæ est pœna damni, decernat pueros *perpetua damnatione puniri*, palam fit eumdem Augustini sententiam approbasse, & concludit: *Dicant igitur in morte perpetua constituti, si non æstimentur esse damnati. Tollant ergo de medio nescio quem ipsi tertium, quem decipiendis parvulis faciunt locum*. Ita arguit Pontifex. Pueri sunt damnati, ergo tollant de medio tertium, quem decipiendis parvulis faciunt locum. Ex quibus patet in antecedenti loqui Gelasium de damnatione apud inferos, qua pueri perpetuæ, hoc est secundæ mortis supplicia sustinent, unde recte infertur tollendum esse de medio tertium locum. At cur *tertium* dicit? Nisi ut duo tantum loca esse declaret, nempe cælum sedem beatorum, & inferos carcerem damnatorum. Quod defensores Augustinianæ sententiæ tortores puerorum a scholasticis nuncupantur, longe graviori censura eosdem Gelasius perculit, dum illos *deceptores parvulorum* Apostolici oris sententia pronunciavit, quippe qui eisdem secundæ felicitatis locum inani asseveratione promittebant. Immo ibidem tertium illum locum explodit motus eodem testimonio sacrarum literarum, quod initio ex Augustino adduximus. Etenim scribit Pontifex: *Tollant ergo de medio nescio quem ipsi tertium, quem decipiendis parvulis faciunt locum. Et quia non nisi dexteram partem legimus & sinistram, non illos faciant in sinistra regione sine baptismate permanere, sed baptizatos sinant ad dexteram salutarem sacra regeneratione transferri*. Quare Gelasius Papa non modo S. Doctoris sententiam, verum etiam eiusdem quoque rationem approbavit. Porro definitiva illa sententia est: *Tollant ergo de medio nescio quem ipsi tertium, quem decipiendis parvulis faciunt locum*. In quibus dum dicit *nescio quem*, declarat nec scire se nec inquirere, quænam aut ubinam esset secunda felicitas parvulis a Pelagianis promissa, sed ob id eorum dogma damnare, quod tertium locum facerent inter regnum cælorum, quod daodum est iis, qui erunt in dextera, & inferni pœnas, quæ destinantur iis, qui erunt in sinistra. Ex his iure Gelasius appellatur a Gabriele Vasquez 1. p. disp. 91. num. 75. *per omnia Augustinianus*. Et quidem in eamdem epistolam, ut alias notavimus, totius Augustinianæ contra Pelagianos doctrinæ succum valentiorem contraxit. Unde cum ex Clementis Pont. opt. max. indulto eiusdem sancti Pontificis memoriam quotannis Augustiniana familia recolendi facultatem impetraf-

petrasset, inter precum officia eiusdem vitæ synopsi insignem Gelasii erga S. P. Angnstini doctrinam cultum inseruit. Gelasii laudes recitat Dionysius Exiguus in epistola ad Iulianum presbyterum, in qua eiusdem Pontificis doctrinam, pietatem, ac exantlatos pro orthodoxa fide labores eximie commendat. Has literas leges in calce prioris partis Collectionis Romanæ Lucæ Holstenii.

Idem Augustini assertum Patrum ac plurium Theologorum etiam recentiorum auctoritate probatur.

AGmen Patrum, ut par est, Hieronymus ducet, qui propius in Palæstina cum Pelagio veluti collato pede certavit. Edidit ille dialogos contra eumdem hæresiarcham, in quibus sub oomine Critoboli Pelaginm, sub nomine vero Attici virum catholicum colloquentes induxit. Itaque Critobolus obiicit in fine tertii libri: *Oro te, quid infantuli peccavere? Nec conscientia eis delicti imputari potest nec ignorantia, qui iuxta Ionam prophetam manum dextram nesciunt & sinistram. Peccare non possunt, & possunt perire, genua labant, vagitus verba non explicant, balbutiens lingua ridetur, & æternæ miseriæ cruciatus miseris præparantur.* En Pelagius exprobat catholicis veluti quid absurdum puerorum in aliena vita cruciatus. Quid his reponit Hieronymus? ao forte illa Annati verba: *negamus crudelem consequentiam?* lib. 8. sui Aug. cap. 1. pag. 858. Haud equidem: sed ex Paulo Apostolo peccatum originale probat, ut pueris tormenta non iniuste infligi videantur. Eadem pœna sensibilis infantium asseritur a S. Avito Antistite Viennensi, qui anno 500. in Galliis floruit. Etenim io carmine ad Fuscinam sororem hæc eleganter scripsit.

Omnibus id vero gravius, si fonte lavacri
Divini expertem tenerum mors invida natum
Præcipitat, dura generatum sorte gebennæ,
Qui mox ut matris cessarit filius esse,
Perditionis erit: tristes tunc edita nolunt,
Quæ flammis tantum genuerunt pignora matres.

Fnit autem Alcimus Avitus Præsul doctissimus, ac synodo Epaunensi aliisque præsedit. Huic autem supparem dabo S. Fulgentium Ruspensem Episcopum, qui eidem Avito convixit. Hic in lib. de Fide ad Petrum diaconum sententiam eamdem tamquam de fide tenendam docuit cap. 27. cuius verba superius laudavimus. Idem lib. 1. de Verit. prædest. & grat. cap. 12. ait: *Nulla igitur est causæ diversitas in infantibus, quæ faciat unum eligi, alterum reprobari. Si vero parentum consideretur voluntas, illi qui Christiani sunt, ut eorum filius baptizaretur, sollicite voluerunt, instantissime curaverunt: quorum tamen filius antequam baptizaretur, morte præventus æternis est ignibus deputatus.* Capite etiam 14. scribit: *Causa vero maiorum atque minorum, qui sine baptismate cursum vitæ præsentis in infidelitate consummant, quantum attinet ad communionem originalis peccati, una est. Ex hac utrique ibunt in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & Angelis eius, quia in eis chirographum, quo sibi eos deceptoris nequitia subdidit, Salvatoris gratia non delevit.* Est statim: *Reddet unicuique secundum opera sua, ut non solum pro originali peccato æternis ignibus ardeant, quibus arsuri sunt sine baptismate morientes etiam parvuli, qui nihil boni aut mali egerunt, sed etiam pro sua voluntate mala tanto deterius torqueantur, quanto amplius propriæ iniquitatis adiiciant.* Hi Fulgentii libri eximie commendantur a Patribus Africanis in Sardinia pro fide orthodoxa exsulantibus in epistola synodica cap. 18.

At sæculo eodem desinente S. Gregorius magnus & insequenti ineunte S. Isidorus Hispalensis Augustini sententiam approbarunt, quippe quæ communis tum temporis in Ecclesia habebatur. Gregorius lib. 9. Moral. cap. 12. in illa Iob: *Et multiplicabit vulnera mea etiam sine causa*, hæc scribit: *Nonnulli etenim prius a præsenti luce subtrahuntur, quam ad proferenda bona malave merita activæ vitæ perveniant. Quos quia a culpa originis sacramenta salutis non liberant, & hic ex proprio nihil egerunt, & illuc ad tormenta perveniunt. Quibus unum vulnus est corruptibiliter nasci, aliud carnaliter emori. Sed quia post mortem quoque æterna mors sequitur, occulto eis iustoque iudicio etiam sine causa vulnera multiplicantur; perpetua* quippe *tormenta percipiunt*, qui *nihil ex propria voluntate peccaverunt*. Et postea: *Districtus index, qua eos animadversione trucidat, quos culpa propriæ actionis damnat, si & il-*

lot

los in æternum percutit, quos reatus arbitrii non addicit? Hæc adeo clara ſunt, ut Moraines dicat, Gregorium ea non ex ſenſu Eccleſiæ, ſed ex propria opinione aſſeruiſſe. S. Iſidorus lib. 2. Differ. ſpirit. num. 26. idem tradit inquiens: *Illud tamen tenendum eſt parvulorum animas nexu peccati originalis eſſe adſtrictas, quæ niſi percipiant baptiſmatis ſacramentum, regni cæleſtis participes eſſe non poſſunt, ſed cum carne & commune habebunt peccatum & pari iudicio damnabuntur in ignem æternum.* Et lib. 1. Senten. cap. 22. ait: *Pro ſolo originali reatu luunt in inferno nuper nati infantuli pœnas.* Erat ergo certa in Latina eccleſia illa aſſertio de pœnis puerorum, quam Auguſtinus, Fulgentius, ac ſynodi in Africa docebant, quam Gelaſius ac Gregorius ſanctiſſimi Pontifices in Italia tradebant, quam S. Avitus in Gallia & S. Iſidorus in Hiſpania citra dubium aſſerebant. Eamdem vero diutius uſque ad ſcholaſticorum ætatem viguiſſe exiſtimo. S. Prudentius Epiſcopus Tricaſſinus, qui floruit anno 850. in libro de Prædeſt. cap. 16. ait: *Quæ punitio biſariam dividitur, & nunc in abſolutione animæ a ſuo corpore comparata huius primæ prævaricationis merito, quod ab ipſa radice in omne poſteritatis eius genus tranſfuſum atque innatum eſt, & poſtmodum in gehenna, quæ tam huius quam aliorum multiplicitate criminum libidinoſa perverſitate contractorum acquiſita eſt.* Et inferius de parvulis ſcribit: *Extra baptiſmi gratiam morientes, non ſuo ſed protoplaſti peccato perpetua plexione damnantur.* Ex Anglia veniat Anſelmus, qui in lib. de Concep. Virg. & pecc. orig. cap. 22. hæc docuit: *Sed cum nemo dubitet, quia par pœna non ſequetur imparia peccata, in hoc tamen ſimilis eſt & perſonalis & originalis peccati damnatio, quia nullus admittitur ad regnum Dei, ad quod factus eſt homo, niſi per mortem Chriſti, ſine quo non redditur, quod pro Adæ peccato debetur, quamvis non omnes pariter in inferno torqueri mereantur. Nam poſt diem iudicii nullus erit Angelus aut homo niſi aut in regno Dei aut in inferno.* Explodit tertium illum locum felicitatis ſecundæ, quem plerique parvulis promittunt. Ultimus accedat S. Aelredus S. Bernardi contemporaneus in libro 1. Speculi charitatis cap. 15. Cum ſibi obieciſſet: *Parvulos quæ ratio addicit damnationi, quos nec creatio malos, nec propria voluntas fecit iniuſtos?* Reſpondet: *Quid enim? iniuſtum æſtimas, ut lignum inutile & infructuoſum ignis depaſcat? Cogita quæſo totum humanum genus quaſi lignum aridum, lignum infructuoſum, lignum in ipſa radice vitiatum, utpote veneno antiqui ſerpentis infeciatum, iuſtiſſime addictum flammis, igni deſtinatum, adiudicatum damnationi. Quid ergo? Ingratum te præbes, o lignum inutile, quod quidam ramuſculi a tua præmortua præciſi radice eripiuntur incendio, quatenus ſtipiti cuidam fructuoſo inſerti priſtinæ libertati donentur.* Huius Sancti regulam lege apud Holſtenium pag. 187. parte 2. Collectionis Romanæ. Ex his patet quam falſo dixerit Adamus *omnes Patres contra Auguſtinum ſtare*. Certe neque Pater Suarez, neque Pater Vaſquez cum Auguſtino ea in re conveniunt; at bene S. Doctorem ſecuti ſunt omnes Latini Patres, qui controverſiam illam quoquo modo attigerunt, in quorum lectione Adamus totus hoſpes fuit.

Hæc itaque antiquæ Eccleſiæ ac ſanctis Patribus de infantium pœnis ſententia ſtetit, donec poſt ducenteſimum ſupra milleſimum annum Chriſtianæ epochæ novæ opiniones a ſcholaſticis procuſæ ſunt. Qui ſi in Patrum voluminibus tantum ſtudii ac laboris poſuiſſent, quantum Ariſtoteli explicando impendere, profecto S. Auguſtini ſententiam non obduxiſſent, neque eorum plerique Pelagianorum opinionem, quod naturalem illam puerorum beatitatem attinet, hominum mentibus tam alte infixiſſent. Verum tanta fuit vis veritatis ac tantum Auguſtini auctoritas valuit, ut plerique etiam ſcholaſticorum pedibus in Auguſtini ſententiam ierint. Primus fuit Gregorius Ariminenſis ſubtiliſſimus antiquæ Pariſienſis ſcholæ Doctor, qui pœnas ſenſibiles infantium acerrime ſuſtinuit in 2. ſent. diſt. 30. quæſt. 3. Nullus autem veterum ſcholaſticorum in Auguſtini lectione Gregorium ſuperavit. Hanc illi laudem ultro recentiores tribuunt. Dicitur a Vaſquez 1. 2. diſp. 185. num. 13. *apprime in Auguſtini doctrina verſatus*. A Vandero appellatur *vir doctiſſimus, & ſi quis alius doctrinæ Auguſtinianæ perſtudioſus* diſp. 1. de Liber. Dei num. 23. Addit Faſolus 1. p. q. 23. art. 1. dub. 3. num. 34. *Cuius libri Auguſtini auctoritatibus & ſententiis paſſim abundant.*

Idem

Idem nuncupatur a Raynaudo *homo in Augustini lectione versatissimus*. in Cens. A inost. cens. num. 2. Deoique Decampsius scribit: *Gregorius Ariminensis, quem non vitæ tantum instituto sed etiam doctrina Augustinianum fuisse norunt omnes, qui vel strictim eius libros attigerunt*. lib. 3. de Hæresi Ians. disp. 3. cap. 20. Quæ consulto hic inserui, ut planum fiat, quaotum fidei Ariminensi præstandum sit, ubi de Augustini mente disputatur. Video enim hunc insignem Doctorem plerasque sententias tamquam vere Augustinianas defendere, quas tamen recentiores veluti portenta ac paradoxa prorsus B Antiaugustiniana reiiciunt. Hic itaque vir subtilissimus Augustioi auctoritatem communi illius ætatis scholasticorum sensui præposuit. Albertus etiam magnus in Summa tract. 18. probabilem Augustini sententiam fatetur, ut etiam Polmanus Doctor Duacensis in calce Breviarii Theologici num. 469. Consentiunt Sonnius tract. de Extremo iudicio cap. 6. & 7. Driedo lib. 1. de Grat. & lib. arb. tract. 3. cap. 2. part. 1. Ex Augustiniana familia præter Gregorium fuse eamdem sententiam tuentur Augustinus Musæus in Apologetico ad Pau- C lum III. Alipius Reylof Belga lib. 8. de Aoima ad mentem S. P. Augustini cap. 2. §. 13. Michael Paludanus insignis Doctor Lovaniensis in epistola ad Conrium Archiepiscopum Thuamensem, quæ legitur in limine libri eiusdem Conrii mox laudandi. Denique Carolus Moreau Gallus tomo 1. sui Tertulliani par. 2. pag. 89. & seq. ubi ait: *Attendant & hi, qui solam pœnam damni in eis admittunt, se ab antiquo Ecclesiæ & Patrum sensu esse remotissimos*. Ibi enim plura Patrum testimonia laudat, quos tamen de damnatione generice sumpta intelligendos esse fa- D cile adversatii dicent, neque enim Gelasii, Aviti, Isidori, Prudentii, aliorumque auctoritates produxit, quas nos superius attulimus. Hic tamen. Augustinianos plurimum debere fateor doctissimis Seraphicæ familiæ Patribus; totidem enim pro Augustiniana sententia, quot ex nostris stare video. Alphonsus a Castro insignis Theologus in lib. adver. Hæres. V. *Baptismus*. ait pueros originali infectos, esse *gehennæ obnoxios*. Matthias Hauzerus idem docet tom. 2. Anatomiæ Augustinianæ pag. 764. Iohannes Pon-

Pro Valer. Gemelicen.

cius Hibernus disp. 18. Cursus Theologici tota quæstiooe 6. & in Com. io 2. sent. Scoti d. 33. P. Macedo lib. 4. de Clavibus cap. 18. contr. de pecc. orig. sect. 3. quorum omnium studia vicit Florentius Conrius Archiepiscopus Thuamensis integro pro S. Augustini assertione volumine evulgato, in quo fusissime ex sacris literis & Augustino sensibiles infantium pœnas demonstravit. Patrum tamen testimonia omisit, unus enim Augustinus iostar omnium illi fuit. Hic autem cum cap. 2. retulisset plerosque ea io opinione versari, Augustinum in excessus prolapsum, quæ recentiorum cantilena est, haud sibi temperare potuit, quin exclamaret: *O vocem non solum miræ animositatis plenam sed iniuriæ in Augustinum eiusque sanctos commagistros & in ipsam Sedem apostolicam forte plenissimam!* Video hunc doctissimum Antistitem vocari a Moraioio novorum Dogmatistarum prodromum, cum tamen antiquissimam Patrum seotentiam propugnaverit. At quod in limine libri Augustini nomen inscripsit ac peregrinum Ierichontinum in alio volumine descripsit, io quo humanæ naturæ status iuxta Augustini mentem egregie explicuit, hinc & nuperis, quos appellat, Dogmatistis præcursor datus; taotum Conrio stetit Augustinum defendisse. Hi ergo subtilissimæ scholæ professores, licet alias Scoto addictissimi, cum magistrum in præsenti controversia cum Augustioo minus convenire intelligerent, religioni duxerunt Scotum Augustino præponere. Immo eo facto ipsius Scoti si non doctrinam, saltem exemplum secuti sunt. Etenim subtilissimus ille Doctorum tantum Augustino detulit, ut Patres Minores in libello supplici exhibito Senatui Castellæ anno 1628. quo iuramentum Salmanticensis Academiæ pro defendenda doctrina sancti Thomæ, quod diligentissimus Augustini discipulus fuit, tamquam Doctori subtili iniuriosum deferebant, hæc scripserint: *Scotus adeo Augustinianæ doctrinæ addictus fuit, ut in solis Theologicis commentariis octingenties ac quindecies S. Augustinum in suarum assertionum testem protulerit* &c. Quæ aliave legere poteris tomo priori Historiæ Augustinianæ Hispanice scriptæ a Petro de Campo lib. 3. c. 30. & apud Lucam Wadinguoi in vita Scoti tomo 1. oper. eiusd. cap. 15. num. 69.

Thesis

Thesis de sensibili infantium pœna in inferis rationibus suadetur. Qua occasione ostenditur ecclesiam Romanam inter precum officia eamdem S. Doctoris sententiam recitare. Augustinus vocat illam pœnam mitissimam. Statuitur pueros ex pœna damni gravem tristitiam pati.

SEd nec desunt argumenta satis valida, quæ S. Augustini sententiam non modo probabilem verum etiam longe probabiliorem ostendunt, nam quod synodos & Patres attinet, vera est eiusdem sententia. Primum argumentum est. Peccatum originale induxit sensibiles miserias puerorum præsentis vitæ, ergo & easdem per totam æternitatem distendet. Probatur consequens, quia pœnæ sensibiles huius vitæ non sunt sufficientes ad satisfaciendum per satispassionem pro macula peccati originalis, & quantæ quantæ sunt, iuste humanum genus easdem patitur, ergo durante eadem macula peccati per totam æternitatem, iuste in æternum pueri originali labe infecti easdem patientur. Respondent communiter scholastici, miserias esse pœnas peccati originalis per accidens; nam iustitia originalis eximebat hominem iis miseriis, quas in natura pura subiisset; quare cum peccatum originis per se sustulerit iustitiam originalem, per accidens induxit miserias. Hanc responsionem §. 2. superius explosimus, quam rursus hic egregio testimonio Augustini lib. 6. Oper. imp. cap. 37. refellimus. *Restat*, inquit, *ut ista, quæ nunc est*, scilicet mors corporis, *ipsa novissima, hoc est in fine destruatur, quando fiet resurrectio carnis, ut non sit porro inimica, quomodo esset, si naturalis ita esset, ut pœnalis non esset: pœnalis autem sub iusto & omnipotente Deo iudice nullo pacto esset, nisi meritis peccati accidisset.* Cum autem mors pœnalis dicitur, non ideo dicitur ob relationem, quam habet ad culpam, cuius ipsa pœna sit; sed pœnale accipitur ab Augustino, quod infert cruciatum & dolorem, unde & pœna alia est iusta, alia iniusta, nempe iniusta est, quæ sine prævio demerito innocenti a tyranno infligitur. At mors nequit esse naturalis, ut non sit pœnalis. Etenim anima

A a corpore separari non potest, nisi præviis morbis & doloribus, sive ii longi sint sive breves, qui enim breves sunt, magni sunt. Ergo ex S. Doctore nequit mors esse naturalis sub iusto & omnipotente Deo, qui tamquam iustus non infligeret malum pœnæ sine culpa, tamquam omnipotens non sineret ab alio toti innocenti naturæ infligi. Hinc clamat eodem lib. 6. cap. 20. *Neque enim sub Deo iusto miser esse quisquam, nisi mereatur, potest.* Quomodo autem Adam licet ex elementis & corpore animali compositus moriturus non fuisset, egre-
B gie explicat S. Doctor ibidem cap. 39. Sed his omissis cominus datam responsionem oppugno. Etiamsi homo in natura pura futurus fuisset iis miseriis subiectus, quæ ex complexione elementorum, quibus constat & in quibus vivit, ortum ducunt, multæ sunt aliæ gravissimæ miseriæ, quas homo ex sua natura non patitur. Etenim plerumque pueri a Dæmone invaduntur, & ad mortem usque cruciantur, illa autem pœna non oritur ex conditione materiæ. Urget hoc argumentum Augustinus lib. 6. con. Iul. cap. 6. *Tu*, inquit, *affere si potes, quomo-*
C *do sibi non obscure, sed aperte vendicet parvulos, quos immundi Spiritus vexant. Si ei traditos dicis, videmus ambo supplicium, tu dic meritum: ambo cernimus pœnam, tu qui nulla mala merita dicis ex parentibus trahi, cum Deum iustum ambo fateamur, demonstra ista pœna dignam, si potes, in infantibus culpam. An vero non agnoscis etiam hoc ad illud* grave iugum *pertinere, quod est super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum* &c. Ideo enim Dæmones Eccl. 40. permittuntur tantis cruciatibus pueros torquere, quia isti sunt peccato detur-
D pati. Itaque durante eodem reatu Dæmon poterit illos affligere. Rursus reiicitur eadem responsio. Si miseriæ per accidens consequuntur privationem iustitiæ originalis in statu præsentis vitæ, cur etiam in altero statu eædem miseriæ itidem saltem per accidens non consequentur privationem originariæ innocentiæ? Profecto cum peccatum in pueris in præsenti æque ac futura vita remaneat, nescio undenam divinam iustitiam in altero sæculo futuram erga infantes mitiorem deducant, cum in aliena vita severius peccatores puniat. Et quidem si Deus Adamum post peccatum morti

morti non destinasset, & hic æternum inter miserias una cum posteris vixisset, nullus iudicium Dei culpare posset, qui inimicum genus ac sorde pollutum pœnis addixisset. Ergo in illa hypothesi ob solum originale delictum pueri æternum iuste pœnas subirent.

Probatur 2. Deus odio habet pueros originaria labe pollutos, illis est iratus atque inimicus, ergo iuste potest exercere contra eosdem actus iustitiæ vindicativæ, prout hæc est inflictiva pœnæ sensibilis. Antecedens colligitur ex Ioan. 3. 36. *Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum*. Quam sententiam parvulis non credentibus applicat S. Doctor libro 1. de Pecc. mer. & remiss. cap. 20. Scribit etiam Apostolus Ephes. 2. 3. *Eramus natura filii iræ*, nempe ob peccatum originis, quod cum natura in prolem transfunditur, quo fit, ut puer recens natus sit aversus a Deo & ex consequenti eiusdem inimicus. Consequentiam vero acute deducit Augustinus tract. 44. in Iohannem inquiens: *Apostolus natus in gente Prophetarum dicit*: Fuimus & nos aliquando natura filii iræ sicut & ceteri. *Si filii iræ, filii vindictæ, filii pœnæ, filii gehennæ. Quomodo natura, nisi quia peccante primo homine vitium pro natura inolevit?* Sunt optimæ illationes. Quandoquidem si Deus est iratus pueris, ergo potest contra eosdem exercere actum iustitiæ vindicativæ, ergo etiam eosdem pœna afficere, obiectum enim iustitiæ vindicativæ est punitio rei, potest illos gehennæ, hoc est inferni flammis destinare, ubi *erit fletus & stridor dentium*. Nec valet, si dicas iram Dei eiusque iustitiæ vindictam apparere in pœna damni, qua puniuntur pueri, nec oportet ut ab eadem iustitia pœna sensibili castigentur. Etenim pueri sunt rei eiusdem omnino peccati, quod commisit Adam, ita ut crimen, quod in Adamo fuit actuale, evaserit in posteris originale; unde dicit Apostolus Rom. 5. *in quo omnes peccaverunt*, ergo sicuti in Adamo peccatum actuale punitum fuit inflictione pœnæ sensibilis, in posteris etiam eodem supplicio castigari poterit. Uti pestis non tantum nocet illi, in cuius corpore primum nascitur, verum etiam alteri, qui eadem per contractum inficitur, ita pueros *peccati paterni contagione* mori di-

Matth. 22. 13.

A xit Augustinus libro 6. con. Iul. cap. 4. Huc facit, quod docet S. Thomas 1. 2. q. 81. art. 2. ad 1. *Pœna*, inquit, *corporali interdum iudicio divino vel humano puniuntur filii pro parentibus, inquantum filius est aliquid patris secundum corpus*. Deus enim e vita sustulit filium David, ut patris adulterium puniret, & tamen puerulus non erat reus paterni delicti. Hinc Exodi 20. 5. dicitur Deus visitare *iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem*. Quo ergo potiori iure Deus poterit punire pœna sensibili pueros, qui reapse contrahunt maculam

Exod. 20.

B primorum parentum? Sed etiamsi illationes illæ Augustini ex his verbis Apostoli, *fuimus & nos aliquando natura filii iræ*, possent utcumque eludi, nobis interim sat est easdem recitari ab Ecclesia Romana inter officia precum feria IV. Dominicæ IV. Quadragesimæ in lectione priori expositionis Evangelii. Uti enim certum est Augustinum; eo loci iuxta propriam sententiam de sensibili puerorum pœna in gehenna locutum esse; ita eiusdem doctrina suis precibus ab Ecclesia inserta ingenti auctoritatis pondere fulcitur, saltem omni censura

C liberatur, quod unum hic intendimus adversus recentiores criticos excessus Augustino obiicientes.

Probatur 3. Pueri prædestinati ex meritis Christi habebunt in alia vita bona corporis, quæ dotes a Theologis nuncupantur, ergo pueri reprobi patientur in alia vita mala corporis ex demeritis Adæ. Simile argumentum ponitur ab Augustino libro 6. con. Iul. cap. 10. ubi paritatem negantes vocat *importunos*. Do eiusdem verba: *Vide ergo*, inquit, *quam importune nolis parvulum de alieno peccato reportare malum, & velis eum de alieno re-*

D *cte facto reportare bonum, non qualecumque, sed Dei regnum. Alienum quippe opus est, cum credit per alterum, sicut alienum opus fuit, cum peccavit in altero*. Respondent negando paritatem, nam licet divina bonitas possit dare bona corporis iis, qui eodem corpore tamquam instrumento pro eorumdem acquisitione nihil boni egerunt; contra æquitatem tamen est pati corpus illius, qui eodem corpore numquam peccavit; præsertim cum pœna sensus sit proportionata iis delectationibus peccaminosis, quæ corpore percipiuntur. Sed contra est; quia sicuti in alia vita non

ta non ponitur novum meritum aut demeritum, sunt enim animæ in termino, sed Deus eo modo erga illas se habet postea ac quando recesserunt, cum pueri sine baptismo defuncti numerentur in familia Diaboli, sicuti e contra mortui suscepto sacramento in familia Christi, æquum est, ut sicut isti sub Christo bona corporis recipiunt, ita illi sub Dæmone mala corporis sentiant. Etenim si in hac vita sunt sub potestate Dæmonis, ita ut illos in corpore torqueat, ut superius ostensum est, cur in alia vita, in qua nulla est redemptio, ab illius potestate, quam antea in eorumdem corpora habebat, eximentur? Scribit S. Doctor proxime laudatus: *Iam itaque vobis ipsis reddite rationem, ne putetis indignum, ut qui non admittuntur in regnum Dei, sint sub illo, qui cecidit de regno Dei, & qui non habent vitam, sint sub illo, qui perdidit vitam.* Nec iuvat, quod pueri corpore non peccaruot, unde nec in corpore puniendi videntur, nam peccatum solius voluntatis superbientis iuste punitur pœna sensus, nec Dæmones corpore peccarunt, & tamen pœna sensibili affliguntur. Immo cum totum peccatum, quod fuit actuale in Adam, sit originale in pueris, & illius reatum ex toto subeant, cum in peccato Adæ fuerit voluptas sensus in comestione pomi, huius etiam voluptatis pœnas luit infelix posteritas, cuius pariter reatus in ipsam per generationem transfusus est.

Hic tamen advertendum est, Augustinum asserere mitissimam esse pœnam, quam infantuli in inferis subeunt. Illam *damnationem omnium levissimam* vocat lib. 5. con. Iul. cap. 11. quod 8. est in editione Basileensi, & *mitissimam sane omnium pœnam*, in Enchiridio cap. 93. & lib. 1. de Pecc. mer. & remiss. cap. 16. Cum ignis calefaciat, & si calor sit intensus, etiam comburat, quandoquidem ex Augustino pœna illa est *levissima* ac *mitissima*, erit ab igne calefaciente cum aliqua molestia pueros, sed non eosdem ustulante. Quare sicuti eo intensius ardebunt reprobi adulti, quo plura scelera admisere, cum pueri hæreditarii tantum criminis rei sint, calore ad molestiam usque ac dolorem incutiendum intenso affligentur. Video Fulgentium superius laudatum scribere pueros *arsuros*, sed ea voce calorem cum dolore, qui tamen esse potest citra combustionem, in corpus agentem significavit. Confirmatur hoc ipsum ex lib. 5. con. Iul. capite proxime memorato, ubi ait pueros *in damnatione omnium levissima futuros. Quæ qualis & quanta erit, quamvis definire non possim, non tamen audeo dicere, quod eis, ut nulli essent, quam ut ibi essent, potius expediret.* Quod si ab igne comburerentur, profecto melius illis esset, numquam extitisse. Ibi vero non recusat definire genus pœnæ nec speciem, nempe an sint in igne, & an ibi solummodo calefiant vel ustulentur, sed tantum quo gradu vel intensione caloris iidem pueri torqueantur.

Solent quærere scholastici, an pueris pœna damni tristitiam incutiat. Respondent scholarum principes, nulla tristitia pueros affici. Recentiores tamen plerique, quos inter eminet Bellarminus lib. 6. de Amiss. grat. &c. cap. 6. tristitiam in parvulis admittunt, quod a gloria æterna se exclusos videant. Pudet me ex Augustino nonnulla recitare; etenim inde palam fiet, tam procul ab Augustini sententia abiisse illos doctores, qui ob exclusionem a gloria nullam in pueris tristitiam gigni pronunciarunt, quam propius ad Pelagianorum paradoxa accessere. Profecto S. Doctor irrisit immo execratus est Pelagianos ita sentientes, quasi regni cælestis contemptores. Scribit lib. 3. Oper. imperf. cap. 99. *In regnum Dei non intrare imaginem Dei, nullam esse contumeliam putatis, ipsum regnum etiam sic amatis, ut non ibi esse, non saltem levem pœnam credatis hominis esse, sed nullam.* Idem Pelagianos graviter arguit lib. 3. con. Iul. cap. 3. inquiens: *Verum vos excellentissimi amatores illius vitæ, quæ futura est æterna cum Christo, nullam pœnam putatis esse, imaginem Dei exsulare a regno Dei: cum si parvam pœnam esse diceretis, non esset hæc vox beati amatoris illius regni, sed miseri contemptoris.* Rursus lib. 5. cap. 1. loquens de plebeis Christianis ait: *Quorum si quisquam gestans parvulum filium, nec sine clamore invidioso & in parte, ubi nullus audiret, compellaret & diceret: Ego ea mente, intelligentia, ratione, in qua sum factus ad imaginem Dei, tantum amo regnum Dei, ut hominis magnam iudicem pœnam, si eo numquam possit intrare. Itane vero tu, non homo de turba imperitorum, sed inter paucos prudentissimos regni illius amator*

amator, tanto utique ardentior, quanto magis te flagrantiſſima paucorum ſocietas in illud accendit, nec facit inde torpeſcere frigidior multitudo, reſponſurus es homini atque dicturus: non ſolum magna non eſt, ſed nulla omnino pœna eſt imaginis Dei numquam poſſe intrare in regnum Dei? Puto, quod nec uni homini, cuius nec vim nec teſtimonium formidabis, hoc dicere audebis. Te itaque ſive reſpondente quodlibet, ſive, quod magis a te exigeret ſi non Chriſtiana, certe humana verecundia, reticente, ingereret aſpectibus tuis parvulum ſuum &c. Pœnam autem hic intelligi prout eſt inflictiva doloris, non vero prout eſt tantum quid malum in ſe, inferius oſtendam. Illa autem veteres haud legiſſe credam, neque enim illam ſententiam publice docuiſſent, quam ne a Pelagianorum quidem inſolentiſſimo Iuliano uni homini non quidem docto, ſed de ultima fæce vulgi clanculum citra ullius teſtimonium inculcari potuiſſe Auguſtinus exiſtimavit. Putaſne Maſtrio curæ fuiſſe, quid hac de re ſentiret Auguſtinus? Nam ab eodem in 2. ſent. diſp. 4. de hom. q. 6. num. 163. adducitur *Auguſtinus de Pecc. meritis & remiſſione cap. 27. aſſerens infantes in Limbo non triſtari nec dolorem pati*. Auguſtinus tres ſcripſit libros de Pecc. mer. & remiſſione, quos Maſtrius non diſtinguit, ſimulque illi affricat eam opinionem, quam veluti paradoxum deteſtatus eſt. Nemo ergo nobis vitio vertat, ſi maiorem in Auguſtino legendo diligentiam in ſcholaſticis deſideremus.

Moraines cum aliis reſpondet futuram parvam illam triſtitiam puerorum ob excluſionem a gloria. Sed hæc erat aliorum Pelagianorum reſponſio teſte Auguſtino lib. 3. con. Iul. cap. 3. *Porro*, inquit, *ſi quod huic ſufficit cauſæ, parvam ſaltem pœnam fatemini eſſe, quæ magna eſt, ut imago Dei non ſinatur intrare in regnum Dei* &c. Idem vero ſerm. 14. de Verb. Apoſt. ita contra Pelagianos argumentatur: *Si amatur patria, magna pœna, ſi autem non amatur patria, peior eſt cordis pœna. Parvum malum eſt in hominis corde, qui ſocietatem non quærit ſanctorum, qui non deſiderat regnum cælorum? Si non deſiderat, pœna eſt de perverſitate: ſi autem deſiderat, pœna eſt de fraudata caritate. Sed ſi, quod vis, parva ſit pœna, & ipſa parva magna eſt, ſi nulla culpa eſt.* hæc ille. Nec iuvat quod reponunt, triſti-

A tiam illam vel nullam eſſe, quod amiſſio ſit boni ſupernaturalis, quod ipſis naturaliter non debebatur, vel ſaltem levem, quod videant, non ſua ipſorum ſed primi parentis culpa ſe ab æterna gloria eiectos. Etenim natura humana erat ordinata ad gloriam, quæ gratia omnibus poſteris Adæ decreta erat, a qua tamen cum ſe ob illius delictum excidiſſe videant, ingens doloris argumentum occurrit. Ita ſi quis ob crimen læſæ maieſtatis amittat bona ſibi a Principe antea donata, nonne eius filii toties ingenti triſtitia corripientur, quoties præſentem B pauperiem cum amiſſa bonorum affluentia comparabunt? Quod autem aliena culpa in eum ſtatum deciderint, pudorem quidem ſed non dolorem minuet, immo iſtum plus augebit. Pueris vero non modo pœna inflicta eſt, verum etiam ineſt culpa, & ſunt reapſe peccatores, unde cum triſtitia etiam pudor in illis reperitur.

Reſpondent alii pueros nullam habituros cognitionem gloriæ æternæ, quod hæc eſt ſupernaturalis, nec naturali puerorum cognitione attingi poterit. Sed hæc reſponſio ſuperius reiecta eſt, ubi C probavimus pueros futuros in ſiniſtra, videbunt enim e diverſo electos, eoſque ad æternam gloriam vocari. Interim quid his reponeret Auguſtinus, qui abſurdum putavit pueros imagines Dei haud amare regnum Dei, ſcribens lib. 6. con. Iul. cap. 4. *Si hoc eis non erit malum, non ergo amabunt regnum Dei tot innocentes imagines Dei. Si autem amabunt, & tantum amabunt, quantum innocentes amare debent regnum eius, a quo ad ipſius imaginem creantur, nihil mali de hac ipſa ſeparatione patientur?* Quid his, inquam, reponeret, cum in ſcholis audiret pueros D non modo non amare, ſed ne cognoſcere quidem regnum Dei? Tam procul ab Auguſtini ſemitis nobiles ſcholaſtici abiere. Verum hæc illis concedamus, aliunde triſtitiam puerorum probo. Etenim non ſolum ſunt averſi a Deo, ut auctore ſupernaturali, ſed etiam ut auctore naturæ; Adam enim per peccatum relicto incommutabili bono, adhæſit bono creato, quod peccatum cum ex origine a pueris trahatur, redduntur averſi a Deo & converſi ad creaturam. Hoc ipſum confirmatur, quia vel pueri habent aliquem finem naturalem, quo poſſeſſo ſatiantur,

vel

vel nullum talem finem possunt possidere. Si primum detur: peto vel erit hic finis Deus, vel creatura; si creatura, eruot igitur peccatores & aversi a Deo ut auctore oaturæ. Si vero Deus erit ultimus finis quatenus abstractive eognitus, ergo amabuot Deum & a Deo quoque amabuntur; quomodo ergo *ira Dei manet super illos*? Nonne per peccatum vere sunt inimici Dei? qua igitur ratione illom amabunt? Si vero illud alterum asseratur, oempe pueros nullum habituros oltimum fincm, erunt ergo æternum miseri utpote summi boni possessiooe exclusi. Et quidem vix posse explicari puto pueros oulla tristitia affici, dum cernunt quod *ira Dei manet super illos*, dum se vident macola peccati iofectos. Dolet ne ipsos quod in peccato sunt? Quis autem hoc oeget? Magna enim tunc foret illorum perversitas ac suppliciis gravioribus addicendi essent, si de peccaro oon tristarentur. Si autem status peccati dolorem ingerit, iidem etiam rristantur, tristitia enim est dolor de iis, qoæ nobis nolentibus accidunt. Pueros autem nolle esse in statu peccati certum puto, quod tamen, quamvis nolentibus æternum illis adhærebit. Sane arbitror illos, qui negant tristari parvulos, ne cogitare quidem de macula peccati, cum tamen sint proprie peccatores. Pelagiani, qui pueros innocentes putabant, magis coosequenter dicebant eosdem vel parvam vel nullam tristitiam pati. Profecto Scotus inde probat pueros non tristari, quia id non posset cootiogere, nisi nollent carere beatitudine, neque esse in carcere captivi, quæ pœnæ ipsis nolentibus accidissent; at tunc peccarent, quia haberent voluntatem difformem voluntati divinæ. Ex quo discursu patet virum subtilissimum ne cogitasse quidem de tristitia, quæ oritur ex peccato. Sed nec ratio illa, quam ante Scotum noster Ægidius produxit, quicquam probat. Etenim pueri cum sint peccatores, habenr voluntatem difformem voluntati divinæ: suot aversi a Deo & ad crearuram conversi: sunt vasa iræ & contumeliæ: sunt e numero reproborum: non sunt reconciliati Deo, sed ioter eiusdem inimicos computanrur, unde ira Dei manet super illos. Habent ergo ex origine voluntatem difformem voluntati divinæ. An vero quod iuste se videant torqueri, patienter tormenta sustioeant? Respondet Poncius num. 34. *non esse sibi inconveniens quod parvuli in inferno peccent actu, cum enim habeant usum liberi arbitrii, & puniantur æternaliter a Deo tum carentia beatitudinis tum pœna sensus, esset sane maxima virtus in ipsis conformare se divinæ voluntati*. Quod si Martyres intensissima gratia indiguere, oe in tormentis deficerent, sed pro religione pugnarent, nequaquam fieri posse videtur, ut pueri solis viribus oaturæ tantus ae tam longos cruciatus patienter sufferaot. Nec ex alia parte videtur iustitiæ divinæ consonum, ut hostibus suis, qui sunt de familia Diaboli, taoram divinæ gratiæ vim impertiatur.

Io. 3. 36.

Solvuntur contrariæ sententiæ augumenta.

Optime iudicasse arbitror Iohannem Ponciumsuperios laudarum, cum oum ro. dixit oppositæ seotentiæ argumenta esse *parvi momenti*, quod breviter apparebit ex subiecta eorumdem dissolutione. Obiiciunt r. Augustinum de pœnis parvulorum dubitasse, & ut Goneti verbis utar disp. 7. de peccato originali art. 7. num. 190. fuisse *dubium & anxium in hac materia*. Nam lib. 3. de Lib. arb. cap. 23. ait: *Non enim metuendum est, ne vita esse potuerit media quædam inter recte factum atque peccatum, & sententia iudicis media esse non possit inter præmium atque supplicium*. ibi autem de parvulis loquitur. Addit Bellarminus: illa *numquam, quod sciam, Augustinus retractavit*. Omissa responsione P. Macedo, non quod falsa sit, sed quod melior hæc altera nostra videtur, dico Semipelagianos olim eodem testimonio abusos fuisse, ut gradum facerent ad infringendum argumentum a parvulis ab Augustino deductum, ut gratiam ex meritis exploderent. Hæc scribit Hilarius ad Augustinum: *Parvulorum autem causam ad exemplum maiorum non patiuntur afferri: quam & tuam sanctitatem dicunt eatenus attigisse, ut incertum esse volueris, ac potius de eorum pœnis malueris dubitare. Quod in libro tertio de Libero arbitrio ita posuisse meministi, ut hanc eis occasionem potuerit exhibere*. Hinc Massiliensium obiectioni respondet S. Doctor io lib. de Dono per-

sev. cap. 12. se olim presbyterum libros de Libero arbitrio, quos laicus Romæ inchoaiat, in Africa confecisse, nempe ante annum 395. Quare etiamsi tunc de parvulorum pœnis dubitasset, *nemo*, ait, *ut opinor, esset tam iniustus atque invidus, qui me proficere probiberet, atque in hac dubitatione remanendum mibi esse indicaret.* Addit non oportere credi se ea de re dubitasse, sed quod Manichæi, quicquid de pœnis infantium sentiretur, reiiciendi erant, ne duarum naturarum, nempe mali bonique permixtio crederetur, & concludit: *Absit ut causam parvulorum sic relinquamus, ut esse nobis dicamus incertum, utrum in Christo regenerati, si moriantur parvuli, transeant in aeternam salutem, non regenerati autem transeant in mortem secundam* &c. Itaque S. Doctor ideo non retractavit quod olim docuerat, de pœnis parvulorum, quia de iisdem non dubitaverat. Immo in epistola 28. ad Hieronymum, quæ scripta fuit anno 414. cum Orosius in Asiam transmitteret, hæc scribit S. Pater de eodem libro tertio de Libero arbitrio: *Non tamen de damnatione eorum parvulorum, qui sine illo,* nempe baptismo, *ex hac vita emigrant, tunc aliquid dicendum putavi, quia non quod nunc agitur, agebatur.* Etenim Augustinus ibidem disputat tantum de pœnis, quas in hac vita parvuli patiuntur. Hinc factum est ut Hieronymus cum Augustino senserit; nam in eadem epistola diserte scribit parvulorum animas damnari, inquiens: *Dammari enim eas, si sic de corpore exierint, & sancta Scriptura & sancta est testis Ecclesia.* Orosius autem una cum hac epistola detulit in Asiam ad Hieronymum libros tres de Peccatorum meritis & remissione, in cuius priori cap. 28. locum medium puerorum explodit. Quare Hieronymus iis lectis ac in calce dialogorum laudatis, Augustino ea in sententia adhæsit, ut superius ostensum est.

Obiiciunt 2. Sanctos Patres oppositum sensisse. Etenim Nazianzenus in orat. in sanctum lavacrum dicit, quod pueri *nec cælesti gloria nec suppliciis a iusto iudice afficiantur.* Gregorius Nyssenus orat. 1. scribit pueros sine baptismo mortuos *neque in doloribus ac mœstitia esse.* Addunt Ambrosium in cap. 5. ad Rom. ubi ait: *Est & alia mors quæ secunda dicitur, quam non peccato Adæ patimur, sed eius occasione*

A *propriis peccatis acquiritur.* Denique Innocentius III. lib. 3. decr. tit. de bapt. c. *Maiores.* scribit: *Pœna originalis peccati est carentia visionis Dei: actualis vero pœna peccati est gebennæ perpetuæ cruciatus.* Respondeo ea fere ratione, qua S. Pater cap. 14. de Prædest. SS. satisfacit Massiliensibus, qui obiiciebant veteres Patres de hominum prædestinatione secus ac Augustinum sensisse. *Quid igitur,* inquit, *opus est, ut eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista bæresis oriretur, non babuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quæstione versari; quod procul du-* B *bio facerent, si respondere talibus cogerentur? Unde factum est, ut de gratia Dei* (dicam de pœnis parvulorum) *quid sentirent, breviter quibusdam scriptorum suorum locis & transeunter attingerent, immorarentur vero in eis, quæ adversus alios inimicos Ecclesiæ disputabant.* Respondeo rursus Gregorium Nazianzenum eo loci tria hominum genera sine baptismo decedentium recensere. Unum eorum, qui baptismum contempserunt: alterum eorum, qui illud ex negligentia omiserunt: postremum illorum, qui nec ex contumptu nec ex negligentia sine illo mortui C sunt. Comparat autem pœnas eorumdem: priores ait graves pœnas dare, alteros minores pati, postremos nec cælesti gloria donari, sed nec suppliciis addici, quibus alii ob contemptum vel negligenter omissum baptismum subiiciuntur. quod verissimum est: illi enim actuale peccatum commisere in contemnendo vel omittendo baptismo, cuius delicti cum pueri rei non sint, neque suppliciis iisdem torqueri possunt. Gregorius vero Nyssenus dubitanter loquitur; nam ibidem quæstionem hanc de parvulis sine baptismo morientibus vocat *diffi-* D *cilem atque perplexam.* Addit nescire *se an illa quæque anima iudicem videbit, tribunali cum aliis sistetur?* &c. Quæ tamen omnia postea definita sunt, nam teste Beda in proœmio Canticorum, qui negat pueros iudicandos *contradicit catholicæ fidei.* Gelasius etiam definit pueros *in sinistra regione sine baptismate remanere.* Ad testimonium Ambrosii respondeo, optime a Cardinali Bellarmino observatum esse, commentaria illa in epistolas Pauli perperam Ambrosio adscribi; passim enim Pelagianorum sententiæ iisdem inspersæ sunt, quod fuise & erudite probat Con-

rius

rius cap. 8. Profecto in cap. 5. in illa Apostoli: *Si enim unius delicto* &c. ait: *Plures enim gratiam consequuntur, quam mortui sunt delicto Adæ*. Præterea in cap. 8. *Vocare*, inquit, *est cogitantem de fide adiuvare*. Item io cap 9. ad illa: *Igitur cui vult miseretur* &c. scribit: *Ex persona contradicentis loquitur*. Et constanter tradit homines illos in similitudinem Adæ peccasse, qui eiusdem exemplo Deum contempsere, quæ omnia a Pelagiaois asserta sunt. Nec obstat quod obiicit Gonetus, vixisse illum scriptorem sub Damaso, quando Pelagiaoa bæresis nondum eruperat. Nam Pelagium *diutissime* Romæ vixisse scribit S. Augustinus, qua de re legantur a nobis dicta lib 1. Hist. Pelag. cap. 3. Quod denique ex decretali Inoocentii Papæ opponitur, abhinc trecentis annis a Gregorio Ariminensi solutum est. Præterea Poncius num. 28. ait, quod Pontifex intendit osteodere non posse adulto dormienti vel non consentienti dari baptismum, quia tunc tolleretur peccatum originale & noo actuale, & per coosequens ille si moreretur, non careret visinne Dei, qui non haberet peccatum originale, & tamen esset in inferno, quia esset in peccato actuali. Quæ ratio nulla est: etenim etiam peccato actuali debetur privatio visionis Dei. unde glossa vocat illam rationem superficialem, oec videtnr ab ipso Pontifice asserta sed ab aliquo non satis docto Secretario addita. hæc ille. Sed ista responsione omissa, facile dico, quod sicuti ait pœnam actualis culpæ esse gehennæ cruciatum in inferis, & tamen noo inde excluditur pœna damni, quia non ioserit particulam restrictivam seu exclusivam *tantum*, *solum*, ita & pœna originalis recte statuitur carentia visionis sed non sola.

Obiiciunt 2. Pœna sensibilis non est proporrionata peccato origioali, ergo pueri ob illud non torquentur igne in ioferis. Probant antecedens, quia pœna sensus est per passionem huius particularis persooæ, peccatum antem originale non est commissum per actum voluntatis personæ particularis, sed trahitur per iosectionem naturæ. Respondeo negando antecedens cum eius probatione. Etenim omnes homines peccaverunt in Adam, & peccatum illud fuit imputatum singulis ex eodem propagatis, ita ut peccatum quod in illo fuit actuale, originale fuerit in posteris. Audiatur Augustinus lib. 1. de Pecc. mer. & remiss. cap. 10. *Si enim peccatum intellexeris, quod per unum hominem intravit in mundum*, in Rom. 5.
quo omnes peccaverunt, *certum manifestumque est, alia esse propria cuique peccata, in quibus hi tantum peccant, quorum peccata sunt; aliud hoc unum, in quo omnes peccaverunt, quando omnes ille unus homo fuerunt*. Igitur peccatum unius fuit & omnium, qui idem erant io uno. Qua ratione pœna sensus est eadem æqualiter destinata omnibus & singulis, qui idem fuere in Adam, & toti naturæ est debita, nisi qua parte ex baptismi gratia eidem subducitur. Quare sicuti leges Priocipum pupillorum voluntates tutorum voluntati alligant, ita ut quod isti volunt, illis ratum sit; hoc quoque pacto Deus omnium posterorum voluntates Adami voluntati adstrinxit, ita ut quod ille fecisset, omnibus hominibua imputaretur. Unde sicuti ex defectu improbi tutoris pupilli quandoque detrimenta subeunt, ita ex peccato Adæ humanum genus in miserias decidit. Immo pœna seosus magis videtur proportionata peccato originis, quam pœna damni, nam pœna damni est in anima, pœna sensus in corpore; posteri autem animam a Deo creatore recipiunt, corpus vero per traducem ab Adam derivatur. Quare cum filii puniri possiot pro peccatis parentum, in quantum secundum corpus sunt aliquid illorum, ut ex D. Thoma diximus, humanum genus, quod secundum corpus ex virtute seminali ab Adam deducta aliquid illius est, potiori iure secundum corpus poterit ob illius peccatum, quod etiam proprium evasit, puniri, quam secundum animam. Hinc si anima a Deo creata infunderetur corpori nequaquam per virtutem seminalem ex Adamo traducto, illa non contraheret peccatum originale, quare intantum peccatum traducit, inquaotum in corpus ex Adamo per concupiscentiam carnalem propagatum immittitur. Ex his confirmatur nostra sententia, nam si caro per concupiscentiam genita, est causa cur anima peccato inficiatur, & ex consequenti pœnam subeat, ipsa caro, quæ veluti vehiculum peccati fuit, neutiquam debet esse a quacumque pœna immunis.

Obii-

Obiiciunt 3. Peccatum originis non tollit ordinem naturalem sed supernaturalem, nempe conversionem ad Deum per donum gratiæ habitualis, ergo solum debet puniri privatione eius boni, cui opponitur, non supplicio naturæ, quam in nulla re eidem debita lædit. Respondeo primo negando consequentiam; nam neque peccatum actuale lædit naturalia hominis, sed tantum privat hominem gratia sanctificante, & tamen punitur pœna sensus. Immo in sententia illorum, qui dicunt peccatum consistere formaliter in privatione gratiæ, hæc privatio non potest esse pœna, cum pœna ponatur a voluntate iudicis, & sit contra voluntatem rei, respectu cuius est inflictiva doloris. Respondeo secundo negando antecedens, tum quia peccatum originale tollit conformitatem ad rectam rationem, sicut quodlibet peccatum actuale & habituale, ille autem ordo est naturalis; tum quia ex dictis §. 2. ex peccato originali ortum traxit concupiscentia, quæ naturalia hominis læsit. Hinc scribit Augustinus lib. de Nat. & grat. cap. 3. *Omnia quidem bona, quæ natura habet in formatione, vita, sensibus, mente, a summo Deo habet creatore & artifice suo. Vitium vero quod naturalia ista bona contenebrat & infirmat, ut illuminatione & curatione opus habeat, non ab inculpabili artifice contractum est, sed ex originali peccato, quod commissum est libero arbitrio. Ac per hoc natura pœnalis ad vindictam iustissimam pertinet.* His accidit per peccatum originale hominem nasci subditum Diabolo & de familia eiusdem, ut ex exorcismis in baptismo superius ostendimus, quæ sane captivitas naturam hominis & vexat & deturpat. De hac captivitate post Driedonem erudite agit magnus ille noster Salmanticensis Theologus Basilius Poncius par. 1. Relect. de grat. cap. 16. Denique gratia est donum liberaliter a Deo homini datum; at quando persona graviter offenditur v. g. Rex crimine læsæ Maiestatis, non est sufficiens pœna, quod privet rebellem beneficio olim eidem liberaliter collato, sed alia etiam pœna exigitur. In Adam vero omnes posteri a Deo rebellarunt, unde inimici Dei nascuntur, & per gratiam baptismi sunt amici, sine quo non solum sunt indigni gratia liberaliter conferenda, sed digni pœnis iuste irrogandis.

Obiiciunt 4. cum Vasquez 1. 2. disp. 124. num. 8. Goneto disp. 7. cit. num. 178. Morainio & aliis. Nullus puniri debet ob id, pro quo nec vituperari aut reprehendi potest: at nemo pro peccato originali vituperari potest: igitur nec puniri. Maior patet, quia pœnæ sensibiles habent quamdam vim increpationis. Minor probatur ex Aristotele 3. Ethic. cap. 6. ubi ait neminem esse dignum vituperio & exprobratione, nisi illa faciat, quæ potuit non facere: at pueri non possunt non contrahere peccatum originale, ergo ob illud nulla reprehensione digni sunt. Respondetur negando minorem, nec Philosophi dictum nos moratur, qui actualia tantum ac personalia delicta cognovit, originali enim peccato Aristotelicum illud dictum non convenit. Et quidem Pelagiani ex Aristotelis doctrina tentabant tollere peccatum originale; unde sunt illa Augustini lib. 6. con. Iul. cap. 20. *Ad hoc enim redacta est hæresis vestra, ut gemant sectatores vestri non inveniri dialecticos iudices in Ecclesia de scholis Peripateticorum aut Stoicorum, a quibus possitis absolvi.* Iulianus querebatur catholicos Episcopos, a quibus damnatus fuerat, nescire *secundum categorias Aristotelis de dogmatibus iudicare.* Sane si Aristotelicis principiis standum sit, peccatum originale negandum est, neque enim qui nascitur tamquam tabula rasa, maculas antiqui criminis ex Aristotele portare potest, cum generatio opus naturæ sit, non voluntatis, cuius est posse peccare. Certum est ex fide, Deum esse iratum pueris, cum nascuntur ob originale crimen; nascimur enim *natura filii iræ* ex Apostolo, ac per peccatum sumus aversi a Deo, & Deus pueros odio habet, quatenus peccatores sunt, quod catholicum dogma est, vituperat igitur Deus vitium, quod ipse non fecit in homine. Adde infantes esse *vasa contumeliæ*, & ex consequenti esse dignos contumelia ac vituperio. Miror autem Vasquez virum in Augustini doctrina adeo versatum, ut sodales Complutenses *Augustinum* alterum, vel saltem *mentem ac linguam Augustini* eumdem nuncupaverint, miror, inquam, illud argumentum veluti solidum obiecisse, quod tamen diserte ab Augustino eversum fuerat. Audiatur S. Doctor lib. de Corrept. & grat. cap. 6. *An vero ideo*

ideo pravitas ista corripienda non est in homine, quia non eius propria, qui corripitur, sed communis est omnibus? Immo vero corripiatur & in singulis, quod est omnium. Non enim propterea cuiusquam non est, quod ab ea nullus immunis est. Peccata quidem ista originalia ideo dicuntur aliena, quod ea singuli de parentibus trahunt, sed non fine causa dicuntur & nostra, quia in illo uno omnes, *sicut dicit Apostolus, peccaverunt. Corripiatur ergo origo damnabilis, ut ex dolore correptionis voluntas regenerationis oriatur* &c. Ex quibus patet posse hominem corripi ob peccatum originale.

Instat Moraines num 41. Non solum Aristotelem aut Ethnicos Philosophos dicere, neminem esse vituperin & reprehensiooe dignum propter id, quod noo libere fecit aut omisit, sed omnium fidelium & infidelium communem illam vocem esse, ut confirmat S. Augustinus lib. de Duabus aoimabus cap. 11. Quare cum nullus commiserit peccatum originale libere, sed illud ex infectione naturæ trahatur, nemo potest ob illud vituperari aut reprehendi. Respondeo laudatum S Doctoris testimonium a Iuliano eidem Augustino sæpe sæpius obiectum fuisse lib. 1. Oper. imperf. cap. 45. lib. 5. cap. 43. & 45. & alibi. Cui S. Pater respondet lib. 1. Oper. imperf. cap. 48. *Ipse*, inquit, *Adam est, quem nostra illa definitio, quæ tibi placuit, intuebatur, cum dicerem*: Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi, quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere. *Adam quippe omnino quando peccavit, nihil in se habebat mali, quo nolens urgeretur ad operandum malum, & propter quod diceret*: Non quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago; *ac per hoc id egit peccando, quod iustitia vetabat, & unde illi liberum fuerat abstinere. Nam ei, qui dixit*, quod nolo malum hoc ago, *abstinere inde liberum non est. Ac per hoc sic tria ista discernas, & scias aliud esse peccatum, aliud pœnam peccati, aliud utrumque, idest ita peccatum, ut ipsum sit etiam pœna peccati. Intelligis quid horum trium pertineat ad illam definitionem, ubi* voluntas est agendi, quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere. *Peccatum namque isto modo definitum est, non pœna peccati, non utrumque.* Et postea: *Sed pertinet originale peccatum ad hoc genus tertium, ubi sic peccatum est, ut ipsum sit & pœna peccati.* Certum igitur est posse peccatum originale esse vere & proprie peccatum, etiamsi non inde liberum sit abstinere, & doctrinam illam traditam a S. Doctore lib. de Duab. anim. cap. 11. quam post Iuliaoum Moraines obiicit, applicandam non esse peccato originali, de quo ibi S. Pater noo loquebatur. Unde falsa sunt quæ postea idem Moraines addit: *Si ex mente D. Augustini*, inquit, *immo ex sensu totius Ecclesiæ & consensu generis humani, iudicandum est de peccato originali eiusque pœna, dicendum est neminem, propter illud non a se commissum sed vi origini ex necessitate contractum, esse dignum reprehensione & vituperio, ac proinde nec supplicio positivo & connaturali.* Falsa, inquam, hæc sunt. Nam ex mente S. Doctoris oppositum dicendum est; docet enim arguendum esse etiam illum, qui peccat tertio illo genere peccati, inquit enim ibidem: *Tertium vero genus ubi peccatum ipsum est, & pœna peccati potest intelligi in eo, qui dicit*: Quod oolo malum hoc ago. *Ad hoc pertinent etiam omnia, quæ per ignorantiam cum aguntur mala, non putantur mala vel etiam putantur bona. Cæcitas enim cordis, si peccatum non esset, iniuste argueretur, arguitur autem iuste, ubi dicitur*: Pharisæe cæce, *& aliis plurimis divinorum eloquiorum locis.* Immo ab illa necessitate vituperationem destrui erat ipsissima obiectio Iuliani dicentis lib. 5. Oper. imperf. cap. 52. *Huius vituperatio ad necessaria non recurrit, quia quidquid ad necessarium pervenerit, ipsum pulsat auctorem*, nempe Deum. Cui S. Pater respondet: *Numquid hoc malum hominis, ubi dicit*, quod nolo malum hoc ago, *ipsum hominis pulsat auctorem? & tamen eum, qui sic agit malum, satis apparet ad necessarium pervenisse, necessitate quippe agit, quod non agit voluntate.*

Obiiciunt 5. durum videri & divinæ bonitati minime consentaneum, ut pœna ignis æteroi puniat infantes, qui propria voluntate non peccarunt, sed aliena taotum, atque ex vi & miseria suæ originis peccato originali infecti suot. Respondet Augustinus lib. 5. Oper. imperf. cap. 13. *Si autem crudele esse arbitramini damnari parvulos, quos originale peccatum trahere non putatis, crudele vobis videatur non rapi ex hac vita parvulos secundum vos nullum habentes omnino peccatum, quos Deus utique novit in multis magnif-*

Lib. de Duab. animab. cap. 11.

Retr. 79.

magnisque peccatis sine ulla in melius mutatione morituros. Nam secundum ratiocinationes humanas crudelius videtur non liberare, cum possit, nullis inquinatum parvis magnisque peccatis, quam damnare progeniem peccatoris. Porro cum illud iustum esse qua potestis voce clamatis, & hoc esse iniustum qua fronte contenditis? Et quidem si secundum humanas ratiocinationes loquamur, videtur etiam durum, hominem ob unicum parvum desiderium, quod momento evanuit, damnari in æternum, & tamen hoc fide credimus; in eo enim actu nulla sensus delectatio fuit, qui tamen pœna sensus æternum torquebitur. Quare nec durum videri debet pueros secundum sensum puniri, qui sensu non peccaverunt, nisi quatenus idem fuere cum Adamo. Præterea cum primus parens si perseverasset in bono, transmissurus fuisset in posteros iustitiam originalem & omnia bona tum animi tum corporis, ut tradit S. Pater lib. 3. Oper. imperf. cap. 199. cur durum videtur, si prævaricatus miserias ac pœnas posteris hæreditarias fecit?

Obiiciunt 6. Propter peccatum originale non iniungitur hominibus baptizandis aliqua pœnitentia, nec iubentur habere ullum dolorem de illo; ergo non correspondet illi aliqua pœna sensus, sicuti correspondet peccatis actualibus. Respondeo primo adversariorum plerosque, qui hoc argumentum urgent, concedere in parvulis tristitiam ob carentiam visionis, quam patiuntur; igitur debetur peccato originali dolor interior, etiamsi pro peccato originali nullus internus dolor ab Ecclesia præcipiatur. Respondeo 2. data priori parte antecedentis negando consequentiam, quia cum miseriæ huius vitæ sint effectus peccati originalis, cur nova pœna imponeretur, cum innumeræ pro eodem nobis subeundæ sint? Sat est, si dicatur catechumenis omnes homines in Adamo peccasse, ac proinde e terrestri paradiso expulsos tot tantisque pœnis addictos, quas divina gratia adiuvante fortiter sustinere possumus. Respondeo 3. negando secundam partem antecedentis, nullum dolorem iniungi catechumenis ob peccatum originale, oppositum enim expresse tradit immo iubet Augustinus cap. 6. superius laudato de Correptione & gratia inquiens: *Corripiatur ergo origo damnata, ut ex dolore correptionis voluntas regenerationis oriatur: si tamen qui corripitur, filius est promissionis, ut strepitu correptionis forinsecus insonante atque flagellante Deus in illo intrinsecus occulta inspiratione operetur & velle.* Nonne catechumenus primum docendus est se vel ab ortu in peccato esse, inimicum Dei, sub Dæmonis potestate, eiusdem membrum, in eiusdem familia? Quæ ille audiens statim dolore corripitur, quod natus sit sub potestate Dæmonis atque sub eo diutius vixerit. Audiatur S. Augustinus lib. 1. de Pecc. mer. cap. 19. *Dicet aliquis: Quomodo ergo & ipsi vocantur in pœnitentiam? Numquid tantillus potest aliquid pœnitere? Huic respondetur. Si propterea pœnitentes dicendi non sunt, quia sensum pœnitendi nondum habent, nec fideles dicendi sunt, quia similiter sensum credendi nondum habent. Si autem propterea recte fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur, cur non prius etiam pœnitentes habentur? cum per eorumdem verba gestantium Diabolo & huic sæculo renunciare monstrantur.* Igitur si pœnitentiam pueris eo pacto S. Doctor asserit, adulti ad baptismum accedentes eamdem non habebunt? Tunc ergo dolet ipsos peccati originalis, quando ex Augustino renunciare se Diabolo dicunt.

Antequam hanc disputationem claudam, volo recitare obiectionem Guillelmi de Rubione, qui in 2. dist. 32. q. 2. art. 2. hoc argumento impugnat cruciatus puerorum. *Ille qui est æque innocens alio peccante sicut non peccante, non est affligendus, nec magis iuste potest affligi post peccatum alterius, quam si ille numquam peccasset: sed propter peccatum primorum parentum eorum filii, qui numquam peccaverunt, non sunt magis culpabiles, quam si non peccassent ipsi eorum parentes; immo sunt æque innocentes post ipsorum peccatum, sicut fuissent, si numquam ipsi peccassent, licet enim sint modo rei, ergo* &c. Negat hic scriptor maculam veram & propriam, quæ inest pueris ante baptismum, in quo iuxta Ecclesiæ canones parum conformiter loquitur; putat enim posteros dici peccatores per denominationem extrinsecam a culpa Adæ, ut patet ex iis, quæ habet dist. 30. q. 2. §. *Et ideo.* ita ut culpa fuerit in solo Adam, reatus vero seu obligatio ad pœnam, quæ, ut ibidem ait, est culpæ effectus & quid eamdem consequens

sequens in nepotibus. At Tridentina synodus in decreto de peccato originali definivit anathema esse, qui dixerit Adam inquinatum *per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ*. Et sess. 6. cap. 1. statuunt Patres: *Omnes homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidisse, factos immundos, & ut Apostolus inquit, natura filios iræ* &c. Ille vero Nominalis ait pueros esse æque innocentes post peccatum progenitorum, sicut fuissent, si numquam isti peccassent. Quare cum Rubion tantum innocentiæ pueris tribuat, nil mirum illorum post mortem supplicia negari. Hæc itaque argumenta Augustinianæ sententiæ obiiciunt, quæ facili negotio solvuntur, nec illorum opinionem valent reddere Augustiniana probabiliorem, uti notat Estius dist. 33. §. 8. cui S. Patris assertio probabilis visa est. Nec audiendus est Duvallius tract. de pecc. q. 4. art. 3. ubi ait sententiam contra Augustinum accedere ad fidem & habere rationes, quas constat esse evidentes.

Essent hic conferendæ sententiæ de pœnis parvulorum, nempe S. Augustini, Pelagianorum, ac scholasticorum. Sed quia id ex huc usque dictis facile coniici potest, & id tentans invidiam forte mihi conflarem, libens periculosam collationem omitto. Hoc mihi certum est in statuendis infantium pœnis non excessisse Augustinum, sed potius eos scholasticos, qui pueros naturali beatitudine donandos scribunt ac felicissimam eisdem regionem promittunt. Ita censuit acerrimus catholicæ religionis vindex Cardinalis Bellarminus, qui tomo 1. libro 6. cap. 3. hanc censuram ponit: *Non igitur*, inquit, *Augustinus aliquid humani passus esse aut excessisse in hoc dogmate censendus est; sed illi humanum aliquid patiuntur & excedunt, qui parvulos in superiore parte terræ quasi in terrestri paradiso collocant, eosque beatos ac felices dicunt*. Addam etiam de iisdem iudicium Reverendissimi P. Laurentii Brancati a Lauræa Vaticanæ bibliothecæ Præfecti & eximii nostræ ætatis Theologi, qui in eruditissimo volumine de Novissimis disp. 27. art. 7. num. 159. ait: *Quod dicunt nostri moderni, huc usque censeo inane, novum & ridiculum, nempe de statione, ha-*

A *bitaculo, deambulatione super terram: unde id habent? quis eis revelavit?* Ego autem mirari satis nequeo, quando video veteres scholasticos S. Thomam, S. Bonaventuram, Ægidium, Scotum, & alios negasse parvulos tristari ob amissionem gloriæ, cum oppositum tam aperte, tam diserte, tam asseveranter Augustinus asseruerit, & Pelagianos, quod secus sentirent, acerrime increpuerit. Scio illos non affirmare pœnam damni esse levem vel nullam secundum se, quatenus enim est privatio summi boni possessi in patria, dicitur ab ipsis summum malum,
B cum eiusdem gravitas ab excellentia boni, quo privat, mensuretur; unde minus proprie superius S. Doctoris testimonia exaggerasse videbimur, ubi idem tradit, non esse in patria esse magnam pœnam, cum id ultro scholastici concedant. Sed profecto non disputavit S. Doctor cum Pelagianis de pœna sic intellecta; illi enim cum acutissimi essent, nequaquam negabant pœnam exclusionis a regno cælorum, prout dicit nudam privationem Dei possessi in patria, esse in se magnum malum, sed dicebant levem vel nullam pœnam in pueris, quia nullum vel levem dolorem pueris incutie-
C bat. Damnum enim, quod quisque subit in amissione boni, intantum eidem infert pœnam, inquantum sentitur, si enim non sentiatur, nulla pœna est, ut patet in pueris, quorum bona dilapidantur, patiuntur enim malum, sed non sentiunt, quia ex defectu cognitionis illud non percipiunt. Pœna vero a iudice præsertim intenta, non dicit malum prout est nuda privatio boni nulla habita consideratione subiecti, sed significat id quod est malum alteri, quatenus illi dolorem ingerit aliquid ponendo vel tollendo, quod reus nollet. Porro hoc pacto accipi pœnam ab Au-
D gustino certum est. Nam lib. 6. con. Iul. cap. 10. ait: *Si hoc eis non erit malum, non ergo amabunt regnum Dei tot innocentes imagines Dei*. Quo dimisso tamquam absurdo, quod numquam Iulianus admisisset, instat: *Si autem amabunt & tantum amabunt, quantum innocentes amare debent regnum eius, a quo ad ipsius imaginem creantur, nihil ne mali ex hac ipsa separatione patientur?* At malum, quod sentitur ex amissione boni, quod amatur, habet rationem pœnæ affligentis subiectum, quod privatur eo bono, quod ab

Rrr eodem

eodem amatur. Præterea ferm. 14. de A Verb. Apoſtolicum dixiſſet Pelagianos non percutere parvulos, hoc eſt non iofligere illis pœnam ſeoſus, ſed tantum illos in exſilium mittere negando ipſis regnum cælorum, probat eos pati ac cruciari ob excluſionem ab eodem regno: *Si amatur patria, magna pœna, ſi autem non amatur patria, peior cordis pœna. Parvum malum eſt in hominis corde, qui ſocietatem non quærit Sanctorum, qui non deſiderat regnum cælorum? Si non deſiderat, pœna eſt de perverſitate; ſi autem deſiderat, pœna eſt de fraudata caritate.* Ex quibus aperte conſtat Auguſtinum B velle parvulos cruciari ob excluſionem a patria cæleſti, eo quod illam amant & deſiderant; quam ſi non amarent, eſſent *perverſi* & *mali*, quippe qui ſocietatem non quærerent Sanctorum. At malum, quod ſentitur amiſſione boni, quod amatur, eſt allativum doloris & triſtitiæ, dolemus enim & triſtamur, quoties amato bono privamur. Iam vero ſi Patrum, qui Auguſtino favent, ſuffragia ad calculum revocentur, erunt hi viginti quatuor ſeniores, nam Byzaceni quindecim fuere, qui S. Auguſtini ſeotentiam ſubſcripſerunt. Inter Patres fuit C Gelaſius Papa, qui in epiſtola decretali tertium locum a Pelagianis ioventum de medio tollendum decrevit. Non deſunt ſcholaſticorum ſuffragia. Albertus magnus, Eſtius, Dricdo, Polmanus uti probabilem Auguſtini ſeotentiam defendunt. Staot pro eadem inito fœdere quinque ex Ordine Minorum & totidem Auguſtiniani noſtri Theologi. Et quidem ſpero fore ut deinceps, ubi hæc noſtra diſputatio legetur (ſi tamen ulla horum ſcriptorum cura poſteris erit), plures in S. Auguſtini partes tranſeant, vel ſaltem a cenſuris abſtineant, neque S. Do- D ctorem exceſſus inſimulent in ea ſententia tradenda, quam unanimi conſenſu Pontifices, Synodi, ac Patres docuere, ut huc uſque luculenter monſtratum eſt.

§. VI.

An Auguſtinus differens de lege veteri contra Pelagianos exceſſerit.

Pelagiani ne gratiam omnino negando orthodoxorum indignationem ſubirent (videbant enim eamdem gratiam in ſacris Literis, a Paulo vero præcipue commendari), dixere legem, qua Deus homini facienda vel fugienda præcipit, eſſe gratiam, utpote quam Adæ poſteris profunda agendorum ignorantia laboraotibus & longo vitiorum uſu oatura li lumine pæne extincto miſericorditer propoſuit. Immo legem contra gratiam impudentiſſime erexere. Etenim arguebant ex lege oullam eſſe aliam inſuper Dei gratiam neceſſariam. Hæc eſt ratiocinatio ſexta Cæleſtii apud S. Doctorem cap. 3. de Perfect. iuſt. *Quærendum eſt, utrum præceptum ſit homini ſine peccato eſſe. Aut enim non poteſt, & præceptum non eſt: aut quia præceptum eſt, poteſt.* Et in lib. de Grat. & lib. arb. cap. 16. ſeribit Auguſtinus: *Magnum aliquid Pelagiani ſe ſcire putant, quando dicunt:* Non iuberet Deus, quod ſciret oon poſſe ab homine fieri. *Quis hoc neſciat?* Hinc hæretici in laudes legis effuſi in eadem uti in arce cauſæ ab Auguſtino ſe tutos arbitrabantur. Audiatur magnus Eccleſiæ Magiſter libro 4. ad Booifacium Papam cap. 5. ſubdolos hoſtium conatus publicans: *Nuſquam autem,* inquit, *iſti inimici gratiæ ad eamdem gratiam vehementius oppugnandam occultiores moliuntur inſidias, quam ubi legem laudant, quæ ſine dubitatione laudanda eſt. Legem quippe diverſis locutionum modis & varietate verborum in omnibus diſputationibus ſuis volunt intelligi gratiam* &c. Auguſtinus quo Pelagianam hæreſim a fundamentis everteret, ex ſacris literis & ſubtiliſſimarum rationum momeotis oſtendit, legem non modo oon eſſe gratiam homines ad bona capeſſenda adiuvantem, ſed reos tantum facere iubendo, terrendo, puniendo, non adiuvando. Pleni ſunt huiuſmodi phraſibus S. Patris libri, præſertim liber de Spiritu & litera, qui totus in hoc argumeoto verſatur. Plura loca indicat Cortina P. Macedo ad theſim 48. Unum teſtimonium profero ex cap. 8. libri de Gratia Chriſti: *Ac per hoc,* inquit, *uſque adeo aliud eſt lex, aliud eſt gratia, ut lex non ſolum nihil proſit, verum etiam plurimum obſit, niſi adiuvet gratia: & hæc oſtendatur legis utilitas, quoniam quos facit prævaricationis reos, cogit confugere ad gratiam liberandos, & ut concupiſcentias malas ſuperent, adiuvandos. Iubet enim magis, quam iuvat, docet morbum eſſe, non ſanat, immo ab eo potius, quod non ſanatur, augetur, ut attentius & ſollicitius gratiæ medicina*

medicina quæratur. At Moraines Augustini de lege veteri dicta examini subiiciens, hanc de iisdem sententiam profert disp. 24. Antiiansenii num. 44. *Augustinum pluribus locis durius loqui de lege veteri, sed sicut ipsemet ait lib. 3. de Doctr. Christ. cap. 10. Scripturæ verba quando aliquid absonum videntur præseferre, sunt in benignum & commodum sensum interpretanda: quidni etiam verba ipsius Augustini, quotiescumque vel nativo impetu animi vel æstu disputationis abreptus videtur ad extrema declinare?* Quid autem *durius* de lege veteri Augustinus dixerit, non erit indagatu difficile, cum probe sciamus, in quo S. Patris doctrina a Moraino culpetur furoris & excessus in disputando. Dixit Augustinus cum Apostolo ad Galatas 3. legem datam *prævaricationis gratia*, de quo plura disserit serm. 11. de Verb. Apost. cap. 8. & 9. Dixit *literam occidere* cum eodem Apostolo 2. Cor. 3. atque integro volumine verba illa explicat. Dixit cum eodem Paulo Rom. 3. *Lex subintravit, ut abundaret delictum*. quam sententiam exponit serm. 13. de Verb. Apostoli & epistola 89. q. 3. Vocavit legem cum eodem Galat. 3. *Pædagogum* molestissimum, ac similitudinem probavit sermone eodem & epist. 144. ubi etiam nuncupat legem *non absolutionis adiutorium sed vinculum criminis*. Quod Augustinum in excessuum suspicionem traxit ac durius assertum videtur, est ubi idem Doctor pronuntiavit tantum abesse ut lex homines adiuvarit, quin potius reos fecerit sine gratia iubendo, non adiuvando. Scribit cap. 1. de Corr. & grat. declinare a malo & facere bonum *nullus potest sine spiritu gratiæ: quæ si desit, ad hoc lex adest, ut reos faciat & occidat*. Serm. 6. de Verb. Apost. ait: *Lex enim iubebat & non implebat, quia caro, ubi non erat gratia* &c. *Quomodo ergo lex mihi opitularetur iubens per literam & non dans gratiam?* Sermone 13. laudato dixit: *Lex timorem dedit*. Ubi aut gratia non infundit amorem, observatio legis ex puro timore servili facit prævaricatorem, qua de re egregie ait in epistola 144. ad Anastasium. Videtur ergo Augustinus sensisse homines lege urgeri ad recte operandum, neque tamen semper adesse gratiam adiuvantem, ex quo inferri videtur tunc præcepta Dei esse observatu impossibilia, nam sine gratia

A impleri non possunt, qua tamen illos carere idem tradit. Hinc Iulianus hæc Augustino exprobrabat lib. 3. Oper. imperf. cap. 119. *Taceo interim, qua rabie in totam legem fremas, quam credit ea imperasse mortalibus, quorum apud eos nullam facultatem videret*. quam stropham sæpius cantat.

Duo hic possunt difficultatem facere, num lex aliquando imperet & obliget, ut aiunt, sub peccato, si desit gratia adiuvans ad implendam legem, ut videtur velle Augustinus; & an in lege veteri timor tantum servilis sine gratia re- B gnaret, quod eumdem quoque sensisse nonulli opinantur. Hæc enim duo Moraino forte duriora videntur, in quibus Augustinum extra veritatis lineam saltasse putat. Pro expediendo priori dubio res mihi altius repetenda est. In primis statuendum est discrimen inter observationem legis in statu naturæ innocentis & statu corruptæ. Etenim Adam habuit auxilium proxime sufficiens ad observationem cuiuscumque præcepti in omnibus & singulis occasionibus & instantibus. Hoc adiutorium erudite exponitur ab Augustino cap. 11. & 12. de C Corrept. & grat. Dicitur ab eodem adiutorium *sine quo non*, non *quo*; nam Adam illo adiutorio posito non statim operabatur, sed cum volebat eodem semper præsente poterat operari. *Tale quippe*, inquit cap. 11. *erat adiutorium, quod desereret, cum vellet, & in quo permaneret, si vellet, non quo fieret, ut vellet. Hæc est prima gratia, quæ data est primo Adam, sed hæc potentior est in secundo Adam. Prima est enim, qua fit, ut habeat homo iustitiam, si velit* &c. Addit quod primo illo adiutorio *ostensa est potentia liberi arbitrii*; nam ut antea præmiserat, Deus illud D adiutorium *reliquit in eius libero arbitrio*; & ut ait libro 3. Oper. imperf. cap. 112. *Rectorem habebat, quem libero reliquit arbitrio*. Quare illud adiutorium semper præsto erat Adamo; scribit enim Augustinus, *quod desereret, cum vellet*. Paulo vero post in eodem cap. 11. hæc tradit: *Si autem hoc adiutorium vel Angelo vel homini, cum primum facti sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine divino adiutorio posset manere, si vellet, non utique sua culpa cecidissent. Adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent. Nunc autem, quibus deest tale adiu-*

torium, iam pœna peccati est, quibus autem datur, secundum gratiam datur. Ex his infero primo in statu naturæ lapsæ non omnibus dari nec semper præsto esse illud adiutorium, alias oratio esset superflua. *Nam*, ut ait Augustinus libro de Nat. & grat. cap. 18. *quid stultius, quam orare, ut facias, quod in potestate habeas?* Et in epistola 95. *Ipsa igitur oratio clarissima est gratiæ testificatio*. Non rogamus autem, ut Deus det quod habemus, sed cuius maxime Indigemus; etenim ex epist. 105. *si in potestate haberetur, non utique posceeetur*. Quare cum urgente quolibet præcepto, possit homo orare Deum, ut gratiam ad illius præcepti impletionem largiatur, signum est gratiam illam non adesse semper in omnibus & singulis occasionibus. Hinc factum est, ut cum Adamus gratiam illam habuerit pro omnibus & singulis momentis sibi inhærentem, non indiguerit oratione ad observandum ullum præceptum. Scio Recentiores hoc ultimum uti nuperum paradoxum non approbare, sed plane est apertissima sententia Augustini lib. 6. Oper. imperf. cap. 15. *Dominica*, inquit, *testatur oratio, ubi non solum dicimus*, dimitte nobis debita *propter mala, quæ fecimus, verum etiam*, ne nos inferas in tentationem *propter hoc utique, ne mala faciamus; unde & Apostolus dicit*: Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali. *Quod si ita esset in potestate, quomodo fuit ante peccatum, priusquam esset natura humana vitiata, non utique posceretur orando, sed agendo potius teneretur*.

Quare cum ex inhærente divino eoque iugi adiutorio Adam in quolibet momento temporis potuisset legem implere, frustra orasset Deum, ut vires sibi ad mandata facienda ministraret. Vidit ista Theologorum huius nostri sæculi acutissimus Basilius Poncius, qui in Relectionibus de gratia 1. p. cap. ult. pag. 213. scribit: *Atque hoc est adiutorium, quod sæpe Augustinus dicit Adamum habuisse, quod nos in hoc statu non habemus, quia non habemus pro singulis occasionibus perseverantes cogitationes & affectiones boni, ut notum est. Unde Adamus non egebat oratione, ut adiutorium illud compararet, quia iam Dei munere cum ipsa natura ingenitum erat, sed gratiarum actione pro tanto beneficio, quod a Deo in prima sui origine acceperat*. Neque recte diceretur Adam intensiorem gratiam potuisse petere, ut facilius legem impleret. Etenim vanum fuisset novas vires petere *in tanta non peccandi facilitate*, ut loquitur S. Pater cap. 12. Poterat tamen Deum orare, ut tentatorem procul arceret, ne ad malum pellicer etur, vel cadendi periculo vicinus fieret. At posita tentatione neutiquam nisi inaniter a Deo petiisset vires eidem resistendi. In statu autem naturæ lapsæ illud adiutorium pro omnibus & singulis momentis proxime sufficiens non semper præsto est hominibus, unde necessitas orationis elucet, qua rogamus Deum, ut mandata ipsius implere possimus. Hinc scribit ibidem Augustinus: *Ideo in hoc agone magis nos Deus voluit orationibus certare quam viribus, quia & ipsas vires, quantas hic habere nos competit, ipse subministrat certantibus, quem rogamus. Si ergo hi, quorum contra carnem spiritus concupiscit, ad actus singulos indigent Dei gratia ne vincantur, qualem libertatem voluntatis habere possunt, qui nondum de potestate eruti tenebrarum dominante iniquitate nec certare cœperunt, aut si certare voluerunt, nondum liberatæ voluntatis servitute vincuntur*. Ubi affirmat gratiam ad singulos actus virtutis dari, neque tamen omnibus ministrari. Brevius idem tradit epist. 107. ad Vitalem: *Scimus gratiam maioribus ad singulos actus dari. Scimus non omnibus hominibus dari*. Et lib. 4. Oper. imperf. cap. 128. scribit. *Proinde hominibus natura filiis iræ dantur præcepta vivendi, quia datur & gratia, ut qui iubet, iuvet, ac sic mala non solum quæ voluntate addita verum etiam quæ sunt congenerata, vincantur. Quod enim hominibus impossibile est, Deo facile est. Quibus autem non datur gratia, propter quam dictum est*: Quis enim te discernit? quid autem habes, quod non accepisti? 1. Cor. 4 *prævaricatores fiunt accedente lege, non iusti. Sed si quam ad utilitatem vivunt filiorum misericordiæ, ut eos vidantes, & quid sibi non merito sed gratia donetur intelligentes, non extollantur, sed qui gloriatur in Domino glorietur*. quæ sententiæ passim in Augustino occurrunt.

Quod autem lex ad hoc ut obliget, non debeat supponere in operante potentiam proximam ad faciendum opus quod imperatur, est constans eiusdem S. Patris doctrina contra Pelagianos, qui,

uti

uti vidimus, ex præceptorum impositione humanæ voluntatis potentiam ad mandata facienda cum cuiuscumque divini adiutorii exclusione prædicabant. Quibus Augustinus cum collegis Africanis respondet epist. 95. ad Innocentium Papam: *Distinguenda est lex & gratia. Lex iubere novit, gratia iuvare. Nec lex iuberet, nisi esset voluntas, nec gratia iuvaret, si sat esset voluntas*. Postea inculcatis sacris testimoniis, in quibus lex & oratio asseruntur, concludit: *Sicut ergo agnoscimus voluntatem, cum hæc præcipiuntur, sic & ipse agnoscat gratiam, cum petuntur*. Quare cum instante quolibet præcepto legis, homo non irrisorie sed veraciter Deum debeat orare, ut sibi gratiam donet ad faciendum mandatum, signum est divinam gratiam necessariam ad exequendum opus imperatum non adesse in omnibus & singulis momentis, nam ut clamat ubique magnus Doctor: *Si adest possibilitas, ut quid orant?* lib. de Nat. & grat. cap. 53 Hæc doctrina quæ plane verissima est, probatur ex synodo Tridentina sess. 6. de Iustificat. cap. 11. ubi ait: *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuvat ut possis*. Est sententia exscripta ex libro S. Augustini de Nat. & grat. cap. 43. & licet illa postrema verba, *& adiuvat ut possis*, non asserantur explicite ab Augustino, subintelliguntur; nam si ab illo petis, ut possis, signum est, quod ille est, qui adiuvat ut possis. Sed plenam eamdem sententiam ex tract. 53. in Iohannem exbibeo: *Sed audiamus*, inquit, *Dominum & præcipientem & opitulantem & iubentem quid facere debeamus, & adiuvantem ut implere possimus*. Premo illa S. synodi ex Augustino verba, *& petere quod non possis*: ergo dum petis, vel etiam antequam petas, stas sub lege præcipiente, & nondum habes gratiam adiuvantem, tunc enim non potes facere, quod lex iubet. Quare errarunt Pelagiani, qui ex lege bic & nunc obligante existimarunt hominem posse suismet viribus exequi imperata. Inde etiam reiiciuntur plures Theologi, qui putant legem non posse hic & nunc obligare, nisi adsit gratia adiuvans, nam dum *petis ut possis*, profecto sentis te urgeri præcepto, & simul cognoscis te destitutum gratia proxime necessaria ad opus implendum, unde oras ut eamdem

A tibi Deus largiatur. Hic vero reiicienda est sententia illorum, qui dicunt gratiam proxime sufficientem semper adesse, nec umquam legem obligare, nisi adsit gratia adiuvans, alias homo ob impotentiam excusaretur ab observatione legis.

Nam si lex ut obliget, semper infert assistentiam gratiæ sufficientis, sequeretur gratiam sufficientem ad observationem legis necessariam non fuisse amissam ex peccato Adæ, quod licet a pluribus concedatur, puto esse falsissimum. Probatur sequela, nam Adam per pec- B catum non exemit homines a lege naturali; hæc enim lex perinde obligat Adamo peccante vel non peccante; ergo si ut lex obliget, habet connexam assistentiam gratiæ sufficientis, hæc gratia sufficiens sive stante Adamo sive cadente, connexa erat cum lege prout obligante, ergo non fuit amissa ex peccato primi parentis. Probo modo illam gratiam sufficientem esse amissam argumento eodem, quo Paulus Galat. 2. usus est ad contundendam superbiam eorum, qui dicebant legem posse iustificare; arguit C breviter sed solidissime: *Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est*. Cuius argumenti vis tota in hoc consistit, qnod si lex sola sufficiebat ad hoc ut homines observando præcepta se innocentes conservarent, Christus gratis passus diceretur. Cur enim venit in mundum ac tot tormenta subiit, si aliunde ex legis doctrina bomines poterant se iustos servare? Iam vero eamdem vim habet Apostoli ratiocinatio contra gratiam sufficientem. Si per legem & gratiam sufficientem poterat homo implere totam legem, ergo Christus gratis D mortuus est. Respondebunt Christum venisse, ut abundantiori gratia humana natura fulciretur. Instamus: igitur Christus mortuus est, ut facilius possemus implere legem ex donis ipsins gratiæ, quam tamen, licet difficilius, implere poteramus per gratiam sufficientem etiam absque ipsius Redemptoris morte. Ad hoc verbum *facilius* veluti ad sacram anchoram in tempestate confugiebant Pelagiani, qnos his Augustinus execratns est lib. 2. Oper. imperf. cap. 198. ubi recitatis iisdem verbis Pauli ait: *Apostoli est vox ista, non mea; iam erumpite in apertum inimici crucis Christi, quid timetis*

magnum

magnum populum Christi, & Christi magnum indicium non timetis? Aperte dicite, iustificari natura, iustificari lege possumus, gratis mortuus est Christus, sed formidantes multitudinem Christianam, Pelagianum verbum supponitis, & quærentibus a vobis, quare mortuus sit Christus, si natura vel lex efficit iustos, respondetis, ut hoc ipsum facilius *fieret, quasi posset, quamvis* difficilius, *fieri tamen sive per naturam sive per legem* (poteris addere, sive per gratiam sufficientem connexam necessario cum lege obligante). *Christe responde, vince, atque convince, clama*: sine me nihil potestis facere, *ut taceant hi, qui clamant, etsi difficilius, tamen possumus & sine te facere, aut si tacere non possunt, se ipsos in latebras aliquas ducant, ut alios non seducant.* Hanc nostram sententiam erudite Basilius Poncius defendit 1. p. Releƈt. de grat. cap. 14. ubi argumenta solvit Suarez & Vasquez, qui ingenue fatetur 1.2. disp. 193. cap. 4. num. 36. Augustinum fuisse in hac ipsa sententia quam exposui.

Ioh. 15. 5.

Lex igitur ex Augustino homini data est, non ut cum gratia sufficienti secum necessario connexa homines agendorum cognitione instructos ad opera præcepta implenda iuvaret, sed ob hoc data est, ut homo conatus facere quæ præcepta erant, & cernens per semet illa exequi non posse, gratiæ auxilium imploraret. Hæc scribit ad Anastasium epistola 144. *Lex itaque docendo & iubendo quod sine gratia impleri non potest, homini demonstrat suam infirmitatem, ut quærat demonstrata infirmitas Salvatorem, a quo sanata voluntas possit, quod infirma non posset.* Idem tradunt Augustini discipuli. Fulgentius lib. 2. de Verit. prædest. cap. 4. *Dum ergo*, ait, *præcipitur nobis ut velimus, ostenditur quid habere debeamus. Sed quia id ex nobis habere non possumus, admonemur, ut a quo nobis datur præceptum, ab ipso petamus auxilium.* Et Prosper in epist. ad Demetriadem: *Nec ob aliud umquam datur præceptum, nisi ut quæratur præcipientis auxilium.* Igitur lex non infert potentiam proximam voluntatis faciendi quod iubetur, & ex consequenti non habet annexam gratiam proxime sufficientem ad faciendum opus imperatum. Augustinus ex Apostolo Galat. 3. vocat legem *Pædagogum*, quia lex ducit ad gratiam. legatur sermo 13. de Verb. Apostoli. Egregie in lib. de Spir. & lit. cap. 19. *Lex ergo data est, ut gratia quæreretur: gratia data est, ut lex impleretur. Neque enim suo vitio non implebatur lex, sed vitio prudentiæ carnis. Quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit.* Pergit ulterius S. Doctor scribens legem iubere facienda, fidem vero impetrare adiutorium ad imperata exequenda. Hinc celebre evasit illud eiusdem dictum: *Fides impetrat quæ lex imperat.* epist. 89. q. 2. lib de Spir. & lit. cap. 29. & alibi. Audiendus est cap. 13. libri proxime laudati: *Ac per hoc*, inquit, *lege operum dicit Deus, fac quod iubeo: lege fidei dicitur Deo, da quod iubes. Ideo enim iubet lex, ut admoneat quid faciat fides, idest ut cui iubetur, si nondum potest, sciat quid petat: si autem continuo potest & obedienter facit, debet etiam scire, quo donante facit.* Ex quibus patet quandoque auxilium proxime sufficiens præsto esse, inquit enim *si autem continuo potest.* Illud vero ex Augustino certum est neque fidem posse movere hominem ad petendum divinum auxilium, ad hoc ut possit implere præcepta, nisi Deus infundat gratiam actualem, qua homo moveatur ad orandum. Semipelagianorum error fuit posse hominem petere & desiderare suis viribus gratiam, quem damnavit ex Augustino synodus Arausicana canone 6. Etenim licet quis sit fidelis, non habet in singulis momentis præsens divinum auxilium proxime sufficiens ad orandum. Hoc passim in Augustino habetur. Lib. de Dono persev. cap. 23. de Semipelagianis ait: *Nec volunt intelligere etiam hoc divini muneris esse, ut oremus, hoc est petamus, quæramus, atque pulsemus*: Accipimus enim Spiritum adoptionis, in quo clamamus, Abba Pater &c. Idem habet epist. 105. lib. de Corrept. & grat. cap. 1. epist. 121. cap. 15. In libro 1. qq. ad Simplicianum q. 2. inde probat orationem fervidam, qua impetramus, esse a Deo. *Nonne aliquando*, inquit, *ipsa nostra oratio sic tepida est vel potius frigida & pene nulla immo omnino interdum ita nulla, ut neque hoc in nobis cum dolore advertamus, quia si vel hoc dolemus, iam oramus?* Ex his colligitur, quomodo infideles peccent non observando legem, quandoquidem sine fide manent tantum sub lege præcipiente, non sub gratia proxime adiuvante, unde

Rom. 8.

opera,

opera, quæ ipsi faciunt, semper sunt peccata, nisi ubi aliquando Deus quosdam bonos actus ipsis nescientibus in eorumdem voluntatibus operatur. Scribit Augustinus in epistola 144. *Lex igitur adducit ad fidem, fides impetrat spiritum largiorem, diffundit spiritus caritatem, implet caritas legem. Ideo lex pædagogus vocatur, sub cuius minacissima severitate qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt?* Itaque cum infideles in Christum non eredant, Dei gratiam ad implendam legem naturalem non petunt; unde nec eamdem observant, & si quæ bona facere videntur, illa non faciunt bene, ut §. 4. probatum est. Cur vero non excusentur tradit Augustinus in lib. de Spir. & lit. cap. 33. & epist. 105. ad Sixtum. Quamvis enim careant auxilio proxime sufficienti, habent tamen auxilia quædam remota, unde non patiuntur antecedentem necessitatem peccandi, quam licet humanum genus ex peccato primi parentis incurrerit, Christi tamen Redemptoris beneficio sublata est, ut acute probat noster Poncius 1. par. Relect. de grat. cap. 15. Nihil igitur Augustinus *durius* de lege *impetu animi vel æstu disputationis* asseruit, ut contendebat Moraines. Sed quod nec de lege veteri durius quidpiam pronuntiaverit ostendo.

Rom. 10.

In primis si verba, ut foris sonant, tantum considerentur, profecto non Augustinus sed Paulus censendus foret durius locutus de veteri lege Moysis. Dixit Rom. 5. *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum.* cum tamen lex ideo promulgetur, ut delicta tollantur & cessent. Dixit 2. Cor. 3. *Litera occidit.* cum tamen lex subditos a criminibus arceat. Dixit 1. Cor. 15. *Virtus vero peccati lex.* cum lex peccata prohibeat. Has tamen loquendi formulas Augustinus locis superius laudatis explicuit, nihilve absurdi continere monstravit. In eo autem S. Doctor reprehenditur, quod visus sit asserere legem veterem reos fecisse homines iubendo, non adiuvando; quodve opera facta in lege veteri peccata dixit, cum Iudæi illa fecerint timore pœnæ, non amore iustitiæ. Iudæi habita lege eo superbiæ delapsi sunt, ut putarint solam legem ad hominem iustificandum sufficere, neque necessariam esse Dei gratiam sed tantum liberum arbitrium. Hic autem error tam alte eorum mentibus insidebat, ut plerique etiam ad fidem ex Iudaismo conversi in veteri errore obstinatius versarentur, unde illos Apostolus arguit in epistola ad Galatas cap. 2. argumento superius recitato: *Si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est*. Testatur Augustinus hæc ipsa sæpius Apostolum inculcasse, ut eorumdem superbiam contunderet. *Ad hoc dicit*, inquit serm. 13. de Verb. Apostoli, *& commendat ista Apostolus propter Iudæos, qui de lege gloriabantur & libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur: ac per hoc quia libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur, ignorantes Dei iustitiam, idest ex fide iustitiam datam a Domino, & suam volentes statuere, quasi suis viribus impletam, non dante fide impetratam, iustitiæ Dei, sicut dicit, non sunt subiecti.* Et in lib. de Spir. & lit. cap. 29. ait: *Israel vero persequens legem iustitiæ in legem iustitiæ non pervenit. Quare? quia non ex fide, sed tamquam ex operibus, idest tamquam eam per semetipsos operantes, non in se credentes operari Deum.* Porro cum hunc errorem sorbuerint postea Pelagiani asserentes gratiam Dei in veteri testamento non esse nisi legem Moysi traditam, gratiam vero novi testamenti esse Evangelium & exemplum Christi, Augustinus ut illorum errorem confutaret, acute probavit legem a gratia separatam reos facere homines iubendo, non adiuvando, ut ex testimoniis adductis constat. Neque iniurius fuit legi; non enim hæc imposita fuit, ut homines se sola iustos faceret, sed ut ostenderet quid faciendum esset, & cum homo se præceptis faciendis imparem esse cognosceret, ad auxilium gratiæ confugeret, quod ex S. Doctore eiusque discipulis probavimus, ostendentes non *durius* loqui, qui asserat in hypothesi quod sola lex iubeat nec gratia proxime sufficiens adsit, legem eamdem obligare & transgressorem reum esse peccati. Porro sicuti Hebræi non ex amore iustitiæ bona opera faciebant, ita mala vitabant timore tantum pœnæ. Hinc Augustinus dixit opera Iudæorum in veteri lege fuisse peccata, & legem illam fuisse legem servilem, quod illi qui eamdem implebant, timori inserviebant. Scribit S. Doctor lib. 4. ad Bonifacium cap. 5. *Quod ex lege testimonium comme-*

commemoratum ab Apostolo propter vitam temporalem intelligitur, propter cuius amittendæ timorem faciebant homines legis opera non ex fide, quæ transgressores legis eadem lege a populo iubebat occidi. Idem in lib. de Spir. & lit. cap. 32. ex his Apostoli Rom. 8. 15. suam sententiam probat: *Non enim accepistis Spiritum servitutis iterum in timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.* Erat ergo lex vetus lex timoris, quod carnalis ille populus se ac sua tantum amans, quicquid boni iuxta legis mandata faciebat, amore sui faciebat, volens sibi bona ac timens mala. B Lex ergo tamquam servis incutit timorem, gratia quæ per fidem Christi impetratur, inspirat amorem. Quare S. Pater lib. eodem de Spir. & lit. cap. 29. ait: *Ex lege autem timemus Deum, ex fide speramus in Deum, sed timentibus pœnam absconditur gratia.* Cur autem iis, qui ex puro timore servili legem implent, gratia abscondatur, tradit ibidem c. 19. serm. 13. de Verb. Apostoli & ep. 144 ubi hæc habet: *Quis coram Deo innocens invenitur, qui vult fieri quod vetatur, si subtrahas quod timetur? Ac per hoc in ipsa voluntate reus est, qui vult facere quod non* C *licet fieri, sed ideo non facit quia impune non potest fieri. Nam quantum in ipso est, mallet non esse iustitiam peccata prohibentem atque punientem. Et utique si mallet non esse iustitiam, quis dubitaverit quod eam si posset, auferret? Ac per hoc quomodo iustus est iustitiæ talis inimicus, ut eam, si potestas detur, præcipientem auferat, ne comminantem vel iudicantem ferat?* lege ibi plura. Timor quidem si definat esse pure servilis & per aliquem Dei amorem incipiat esse castus, est bonus nec vitiat opera ex eodem derivata, qua de re & fusissime & eruditissime disputarunt duo D insignes Lovaniensis Academiæ Doctores Christianus Lupus & Franciscus Feracques Augustiniani editis a sexennio quotannis de eodem argumento libris & apologiis. Plurimi tamen veteris testamenti Patres non sub lege tantum fuere sed sub gratia adiuvante, quia propriæ infirmitatis conscii ad sectanda virtutum opera divini auxilii opem implorarunt. Ceterum omnibus hominibus adesse auxilium saltem remotum mihi videor colligere ex Augustino lib. de Nat. & grat. cap. 67. ubi ex libro 3. de A Lib. arb. cap. 10. hanc sententiam recitat approbatque adversus eos, qui Adami peccato omnia crimina imputabant, & se ipsos innocentes asserebant: *Recte enim fortasse quererentur, si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret. Cum vero ubique sit præsens, qui multis modis per creaturam sibi Domino servientem, aversum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuvet, exaudiat deprecantem, non tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras, sed quod negligis credere, quod ignoras. Neque illud quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis.* In quo autem consistant huiusmodi auxilia remota, non ita facile explicatur, etenim *miris modis* Deum humanas voluntates ad bonum faciendum movere idem Augustinus libro 1. ad Bonifacium cap. 19. verissime affirmat, quos modos satius est humili silentio venerari quam curiosa disputatione perquirere. De his auxiliis remotis locutum arbitror eumdem S. Doctorem in lib. de Dono persev. cap. 9. ubi ait: *Ex duobus ætate iam grandibus impiis cur iste ita vocetur ut vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur ut vocantem sequatur, aut non ita vocetur ut vocantem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei.* Vocatio illius qui non sequitur, est per auxilium debile & remotum, quo intellectus transeunter tantum quasdam bonas cogitationes elicit, sed adeo debiles, ut nec voluntatem trahant ad bonum sed leviter tantum excitent, & cito citius intellectus alio evolet & in malum voluntas longo scelerum usu obdurata feratur.

§. VII.

An sententia S. Augustini de prædestinatione ad gloriam ante omnem meritorum prævisionem sit per excessum prolata.

IOhannes Adamus & Antoninus Moraines in quæstione etiam de prædestinatione & ea quidem præcipua gravem Augustino excessum obiiciunt. Adamus lib. 3. sui Calvini destructi hæc de eodem scribit cap. 8. pagina 639. *Profecto quando constat ipsum in materia de gratia & prædestinatione cum excessu locutum esse*

esse, ac verba ipsius esse mitiganda, ne ab illorum acrimonia in errorem contrarium propellar, licitum mibi esse debet aliquod catholicum temperamentum inquirere. Subit mentem illud Augustini dictum lib. 3. Oper. imperf. cap. 57. *Dic quod dicturus es, egregie corrector*. Moraines cum dixisset Didacum Ruizium ex S. Augustino gratuitam prædestinationem docere, hæc inquit: *Ruiz falsum supponit, & si Augustinus id faceret, non doctrinæ affinitas aut connexio quæ nulla est, sed æstus disputationis ad hoc illum impelleret*. disp. 9. num. 50. Verum sententiam illam de gratuita prædestinatione ad gloriam ante prævisa merita docuere S. Prosper, S. Fulgentius, Patres Africani in epistola synodica, aliique tanta certitudine, ut hæc dixerit S. Fulgentius immo cum Fulgentio Patres synodi Sardiniensis in fine libri de Incarnatione & gratia: *Deus enim qui hominem condidit, ipse prædestinatione sua & donum illuminationis ad credendum, & donum perseverantiæ ad proficiendum atque permanendum, & donum glorificationis ad regnandum quibus dare voluit præparavit, quique non aliter perficit in opere, quam in sua sempiterna atque incommutabili habet voluntate dispositum. Cuius prædestinationis veritatem, qua nos ante mundi constitutionem prædestinatos in Christo testatur Apostolus, si quis detrectat cordis credulitate recipere vel oris confessione proferre, si ante ultimum diem vitæ præsentis impietatis suæ contumaciam, qua Deo vivo & vero rebellis obsistit, non abiecerit, manifestum est eum non pertinere ad eorum numerum, quos Deus in Christo ante mundi constitutionem gratis elegit & prædestinavit ad regnum.*

Sane Semipelagiani iam olim dixerant absque ea doctrina de prædestinatione Ecclesiæ causam adversus Pelagianos per plures annos fuisse defensam, ut refert Hilarius in epistola ad Augustinum, quibus S. Doctor respondens lib. de Dono persever. cap. 20. ait: *Hæc est prædestinatio manifesta & certa Sanctorum, quam postea diligentius & operosius, cum iam contra Pelagianos disputaremus, defendere necessitas compulit. Dicimus enim singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura divina, quam si nulla talis necessitas cogeret.* Porro cui nam maior fides habenda est Augustino ne, qui ad illud de prædestinatione dogma asserendum se *necessitate compulsum* testatur ad Pelagianos *diligentius* ex Scripturis confutandos, an Morainio, qui id nulla vel doctrinæ affinitate seu connexione ab Augustino factitatum comminiscitur? Quod vero hanc connexionem etiam Aonatus negat, illam cap. 8. contra eosdem probabimus. Magnus ille Ecclesiasticorum Annalium scriptor Baronius ipsos recentiores excessus merito accusat, qui Calvini hæresim fugientes in alterum extremum a S. Augustini doctrina discedentes declinant, & quidem in hac materia de prædestinatione: *Cum igitur*, inquit, *Fausti sententiæ ubique ab Ecclesia fuerit contradictum, videant quanto periculo quidam ex recentioribus dum in novatores exsurgunt, ut eos confutent, a sancti Augustini de prædestinatione sententia recedunt, cum alioqui arma non desint, quibus adversarii profligentur*. anno 490. pag. 449.

Sed audio Petavium inclamantem: *Iam pridem disputari in utramque partem cœpit in scholis quæstio de prædestinatione, neque pro aliquo præiudicio valere ad hanc controversiam credita est auctoritas Augustini*. tom. 1. Dog. Theol. lib. 10. cap. 1. Sed huius recentioris voces gravissimo eoque domestico testimonio comprimam. Anno 1584. a Claudio Aqoaviva magno illo & incomparabili universæ Societatis moderatore prævio sex doctissimorum Theologorum eiusdem sodalitii examine selectæ sunt quædam sententiæ omnibus suis defendendæ, ne quolibet vento doctrinæ circumferrentur. Porro pag. 37. ubi de opinionum delectu agitur, hæc leguntur: *Item definitum est prædestinationis nec rationem nec conditionem esse ex parte nostra. Id ad pietatem parum pertinere dicet aliquis. At hanc Augustini doctrinam non modo communiter Theologorum schola iam recipit, sed & Ecclesiæ Patres per mille & ducentos circiter annos, qui id contendunt probare ex Scripturis & responsis Pontificum Romanorum, nempe Zosimi, Sixti, Cælestini, Leonis, Gelasii, apud quos Massilienses, Cassiani, Faustus, aliique huius prædestinationis oppugnatores male semper audierunt*. Examinata hæc cum aliis sententia fuit ab Iohanne Azorio Hispano, Gaspare Gonzalez Lusitano, Iacobo Tirio Gallo, Petro Busæo Austriaco, Antonio Guisano ex superiori Germania, & Stephano Tuccio, qui Ro-

 mæ

mæ morabatur, ut in præfatione illius libri asseritur. Augusta Theologorum nomina. Et hi quidem S. Augustini sententiam de gratiosa prædestinatiooe ad gloriam ante meritorum prævisionem defendebant, aotequam Augustiniani excessus fingereotur. Hoc idem assertum S. Thomas eiusque nobilissima schola ac melior Scotistarum pars itemque e Societate plurimi gravissimi ac doctissimi scriptores propugnant, quorum iudicia contra recentiorum censuras appello.

§. VIII.

An S. Augustinus excesserit docens copulam coniugalem solius voluptatis gratia esse peccatum veniale.

DOcuit Augustious copulam cum uxore absque prolis generandæ voluntate propter solam delectationem esse peccatum veniale. Non placet hoc dictum Augustini Morainio, sed ait disp. 17. num. 22. *excessisse interdum æstu disputationis abreptum & in odium hæresis, quam impugnabat, ad contrarium extremum declinasse*. Ne id vitii Augustino obiiciens lectorum oculos offendat, accusationis acerbitatem adverbio *interdum* mitigat, cum tamen, uti dicebam, passim & ubique in hosce excessus præcipitem Augustinum faciat. Ceterum S. Doctoris seoteotia communi sanctorum Patrum & veterum scholasticorum iudicio verissima est. Inquit Augustinus tomo 6. lib. de Bono coniugali cap. 6. *Coniugalis enim concubitus generandi gratia non habet culpam, concupiscentiæ vero satiandæ, sed tamen cum coniuge, propter fidem tori venialem habet culpam*. Hoc assertum docuerat Clemens Romanus lib 6. Constitut. Apost. ut dicunt cap. 7. *Sola enim voluptas, si quis ea etiam utatur in coniugio, est præter leges & iniusta & a ratione aliena*. In eadem seoteotia est S. Anselmus in 1. Cor. 7. ad illa verba: *Hoc autem secundum indulgentiam*, ubi ait: *Tunc enim solum coniuges sine culpa sunt in admixtione, cum non pro explenda libidine, sed pro suscipienda prole miscentur: sed tamen & alia commixtio, quæ fit pro sola voluptate, veniam accepit propter nuptias*. S. Fulgentius in epistola de Debito coniugali cap. 3. scribit: *Coniugatus ergo si fornicetur, damnabiliter peccat; si vero tori fidem non deserat, sed in uxore sua naturali dumtaxat usu aliquantulum intemperatus excedat, non solum scilicet generationem quærens, sed aliquando libidini carnis obediens, hoc equidem sine culpa non facit*. Et cap. 4. *Retenta ergo tori fides maculam diluit, (quam contrahit infirmitas carnis, si mulieri non misceatur alteri, quisquis non pro sola generatione, sed etiam propter fragilitatem carnis suæ miscetur uxori*. Sed ex S. Gregorio Papa pulcherrime hoc probatur. Cum S. Augustinus monachus, quem ad Anglos ad fidem convertendos io Britaoniam miserat, quædam dubia eidem proposuisset, inter quæ num vir suæ cooiugi permixtus, antequam aqua lavaretur, ecclesiam iogredi posset, vel ad sacram communionem accedere, respondet sanctus Pontifex lib. 12. epist. cap. 10. ad interrogat. Aug. *Romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit, post admixtionem propriæ coniugis & lavacri purificationem quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum reverenter abstinere. Nec hæc dicentes deputamus culpam esse coniugium, sed quia ipsa licita admixtio coniugum sine voluptate carnis fieri non potest, a sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest*. Et postea: *Si quis ergo suam coniugem non cupidine voluptatis captus, sed solummodo liberorum creandorum gratia utitur, iste profecto de ingressu ecclesiæ, seu de sumendo corporis Dominici sanguinisque mysterio suo est relinquendus iudicio, quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere. Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam de sua commixtione, quod defleant*. Item adductis illis verbis Pauli 1. Cor. 7. *Hoc autem dico secundum indulgentiam*, ait: *Non enim indulgetur, quod licet & iustum est. Quod enim indulgeri dixit, culpam esse monstravit*. En non solum Augustini seotentiam assertam a Gregorio magoo ex apostolica Sede ad fidelium instructionem loquente, verum etiam ex Apostolo & ex antiquo Romanæ ecclesiæ ritu eamdem confirmatam. Quid ad hæc repones Moraini? Et Gregorium & Fulgentium & Aoselmum & Clementem ad præcipitia deflexisse dices? at isti nullo æstu disputationis

tationis

tationis abrepti illa dixere, unde gravius erraſſe ſane dicendi ſunt, cum Auguſtioum zelus hoſtium expugnandorum excuſet.

Sed volo oſtendere Theologiæ ſcholaſticæ Proceres in eadem ſententia cum Auguſtino concinere. Primus ſit, quem omnes ſecuti ſuot, Magiſter ſenteotiarum, qui io 4. diſt. 31. ita ſcribit: *Hoc autem ne prædictis obviet, intelligendum eſt in illis, qui non gratia prolis conveniunt, quorum voluptas non eſt ſine peccato*. & loquitur de coniugatis. Accedat Albertus magnus tomo 16. 4. ſent. diſt. 31. art. 21. §. *Reſponſio*. ubi ait: *Sed cum ſola libido movet* &c. *aut ſervet intra metas honeſtatis & conceſſionis matrimonii, & tunc veniale dicendum eſt, ut patet ex verbis Auguſtini in litera poſitis*. Dabo huic ſupparem Alexandrum Aleoſem. 2. p. Sum. q. 147. memb. 2. *Si enim*, ioquit, *illa delectatio ſit ſub Deo, veniale peccatum eſt, excuſatur enim propter Sacramentum coniugii*. *Unde Auguſtinus de bono coniugali* &c. Ita hi duo lumina Theologicæ ſcholæ eam ſententiam traduot Auguſtini auctoritatem ſecuti. Non diſſentit Angelicus magiſter S. Thomas diſt. 31. cit. q. 2. art. 3. ubi quætit utrum peccet mortaliter cognoſcens uxorem intendendo ſolam delectatiooem, cui quæſtiooi in fine corporis reſpondet: *Si autem quæratur delectatio infra limites matrimonii, ut ſcilicet talis delectatio in alia non quæreretur, quam in coniuge, ſic eſt veniale peccatum*. Iungatur Angelico Seraphicus doctor Bonaventura, qui diſt. eadem q. 3. in fine ita iudicat: *Si autem in ea vult delectari, quia uxor, & nullo modo eam cognoſceret, ſi uxor non eſſet, tunc non eſt omnimoda inordinatio, & tunc eſt peccatum veniale, & excuſatur per bonum matrimonii, ut non ſit mortale*. Poſſem innumeros doctores addere, qui plenis ſuffragiis Auguſtini ſeotentiam comprobaot. Appello Sanchez inter recentiores doctiſſiotum, qui tomo 3. de Matt. lib. 9 diſp. 11. num. 4. hanc theſim proponit: *Secunda concluſio: Actus coniugalis ſolius voluptatis gratia exercitus, nec ſinet matrimonii tranſgrediens, eſt culpa venialis*. Quod ſane aſſertum quinquagiota doctorum tum veterum tum recentiorum teſtimooiis commuoit. Hanc S. Auguſtini ſententiam nuper defendit noſter P. Alipius Reylof Belga libro 4. de Anima cap. 2. §. 4. I nunc Moraioes, &

A Auguſtino furorem nimiumque in diſputando impetum oppone. Ita eſt, a regia via in extrema ille declinavit, ſed ſecum & Patres & cunctos Theologiæ proceres traxit, ut iam tot ſapientiſſimis viris præeuntibus poſſit quilibet inoffenſo pede illac iter carpere, licet Moraines alia via progrediatur, qui ſi forte tantorum virorum veſtigia notaſſet, eoſdem & ipſe ſecutus licet longo poſitus intervallo, ſibi melius cooſuluiſſet.

Hæc quidem de obiectis ab uno Morainio Auguſtiniaoæ doctrioæ exceſſibus dicta ſufficiant, quæ ſi ipſimet receotio-
B res attentius conſiderent, dubio procul fatebuntur non Auguſtinum, ſed ſemet in *periculoſos exceſſus* declinaſſe. Cum eoim audireot a Ianſenio Ipreoſi Epiſcopo unum ubique Auguſtinum laudari, unius Auguſtini ſententias veluti ex oraculo reſponſa proferri, eumdemque io Theologica paleſtra ſupra ceteros Eccleſiæ Patres attolli, ipſi quo procul a Ianſenio declinarent eo uſque præcipites *diſputationis æſtu abrepti* ſunt, ut Auguſtini ſere nuntium remiſerint, clamantes cum Morainio in præſatione Antiianſenii: *Qui prius Auguſtinum in omnibus*
C *depoſcebant iudicem, nunc ſibi liberum putant ne quidem arbitrum honorarium in aliis illum admittere*. Immo quo facilius ceteros ad Auguſtioi dicta examinanda animarent, divinum illis ad tam ſanctum opus auxilium adfuturum polliciti ſunt illis Annati vocibus lib. 8. ſui Aug. vind. cap. 5. pagina 897. *Neque adeo perverſum eſt hoc conſilium, ut habere non poſſit adiutorem Deum*. Auguſtinus ad Adrumetinos monachos initio libri de Gratia & libero arbitrio ſcripſit, ad ſua ipſius ſcripta intelligenda divinam opem implorandam: *a Domino ut intelli-*
D *gatis orate*. Annatus veto ad eadem S. Doctoris ſcripta cenſuris peſtringenda, etiamſi oon rogetur, Deum obvium adiutorem ſpopondit, cum temeritatis ultorem potius timere debuiſſet. Adamus pag. 632. in fine cap. 7. Auguſtini exceſſus *innocentem paſſionem contra Pelagianos* nuncupavit, ſed lepido vocabulo accuſationis acerbitatem non mitigavit. Ao vero recentiorum io Auguſtino reprehendendo exceſſus *innocens paſſio* contra Auguſtinum dici poſſit, ipſorum conſcientiam appello; certe ipſe ita iudico.

CAPUT IV.

Recentiores S. Augustino plures errores perperam obiiciunt.

INvitus quidem in hanc arenam a recentioribus trahor, quippe qui invito Augustino Augustini caufam defendendam fufcipio, vereorque ne mihi vitio detur, Parentis imperio refragari. Etenim cum vir clariffimus S. Marcellinus fumma cum poteftate ab Honorio in Africam contra Donatiftas delegatus accepiffet nefcio quem Augustino errorem obiici, id amiciffimo Antiftiti per literas fignificavit, quo obtrectantium calumniis obviam iret. Verum Auguftinus hæc refcripfit: *Vos autem, qui me multum diligitis, fi talem me afferitis adverfus eos, quorum malitia vel imperitia vel intelligentia reprehendor, ut me nufquam fcriptorum meorum erraffe dicatis, fruftra laboratis, non bonam caufam fufcipitis, facile in ea me ipfo iudice fuperamini.* epiftola 7. Sed haud difficulter a magno Patre me veniam impetraturum fpero, fi eiufdem factum imiter, qui cum errorem, cuius argui fe ex Marcellini epiftola intellexerat, procul a fuis fcriptis effe cognofceret, pravam de fua fententia conceptam opinionem confutavit, oftendens eam accufationem non correctorum intelligentiæ, fed malitiæ atque imperitiæ tribuendam. Quare cum recentiorum etiam non quidem malitia, fed, ut mitius loquar, imperitia plurium errorum idem reus accufetur, noftrum eft innoxium Patrem ab adverfariorum obiectis vindicare. Huius quoque defenfionis neceffitatem fubiere fancti illi Doctores, qui adverfus Pelagianorum reliquias pro Ecclefiæ & Auguftini doctrina certarunt. Nam eo ufque audaciæ quidam devenere, ut non illos puduerit, indicem errorum S. Auguftini contexere, (S. Profperi verbis utor) *ut quæ in libris prædicti viri damnabilia reperiffe iactabant, brevium capitulorum indiculis publicarent, talique commento & deteftationem eius, quem impeterent, obtinerent, & ab his, quæ infamafsent, curam exterriti lectoris averterent.* in Præfat. ad capit. Gallorum. Horum veftigiis nonnulli recentes fcriptores inhærentes plurium Auguftini errorum indicem publicarunt, quo S. Doctoris fama atque au-

A ctoritas in ordinem redigeretur. Hofce catalogos non unus edidit. Adamus tamen par. 3. cap. 3. pagina 584. ac Moraines difp. 12. Antiianfenii a num. 32. ceteris hac in re diligentiorem operam pofuere. Contra hofce Auguftinianæ doctrinæ cenfores egregie ftylum acuit fapientiffimus Pater Carolus Moreau Auguftinianus integro volumine infcripto *Vindiciæ pacificæ*, quod primo tomo fui Tertulliani appendicis loco appofuit, ubi diffufiffime obiectos Auguftino errores procul effe a tanti Patris doctrina demonftrat. Nos eos tantum refutabi-
B mus, quos Adamus ac Morainius concinnarunt, & quos veluti capitales ad Auguftini famam vel faltem auctoritatem elevandam obiectant, io qua quidem re ita procedo, ut quæ in Moreau defiderari ab eruditis poterant, hic tantum afferens, nihil interim ex illo fcriptore mutuare velim.

Inter cetera volumina, quæ innumera quidem pofterorum memoriæ Auguftious confignavit, primo loco laudantur libri eiufdem Retractatioonum & Confeffionum; in iftis voluntatis in illis intellectus errores, quos ceteri tanta arte ac cona-
C tu celare folent, Orbi univerfo patefecit. In utro magis laudandus, incertum. Et quidem quo edita abs fe volumina attentiori cura examinaret, Eradium in Epifcopatu fibi adhuc viventi fucceflorem impetravit. Ita ab ingenti negotiorum tumultu fequeftratus, diu noctuque deftinato operi incumbens, quælibet a fe dicta cenforia auctoritate difcuffit, ut nullus io Auguftini libris examinandis feverior Auguftino iudex effe potuerit. Ea vero diligentia ac tam rigorofa cenfura recentioribus non fuffecit, fed novas io Hipponenfi Sole maculas nota-
D turi, Auguftini iterum libros io quæftionem vocarunt, vociferantes novos fe in Auguftinianis libris nævos ac maculas deprehendiffe, quo Auguftino oculatiores haberentur. Sed age novos hofce cenfores audiamus.

§. I.

An S. Auguftinus erraverit putans animas rationales & Angelos effe corporeos.

OBiicit primo loco Adamus docuiffe Auguftinum, *Animas & Angelos*

los esse corporeos, ac solum Deum esse immaterialem. pag. 585. At Moraines scribit: *Sentit etiam Angelos & Dæmones esse corporeos*. Adamus prius refellendus est, qui Semipelagianorum errorem ipsorum hosti Augustino imponit. Docuerat Cassianus collat. 7. cap. 13. solum Deum esse spiritualem, animas vero hominum esse corporeas; eumdem uti in materia de gratia, ita ea in opinione secuti sunt Faustus in epist. ad Paulinum & Gennadius in lib. Eccles. dogm. cap. 11. At S. Augustinus animam rationalem non solum spiritualem absque ulla corporeæ fæcis permixtione asseruit, verum etiam id solide demonstravit. In epistola 28. ad Hieronymum ait: *Incorpoream quoque esse animam, etsi difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum*. Illo sane optimo argumento, quod in omnibus & in singulis particulis corporis tota simul esse non posset, si per illas ita diffunderetur, ut videmus *corpora diffusa per spacia locorum minoribus suis partibus minora occupare & amplioribus ampliora*; quam sententiam *firmissime de anima tenere* se dicit. Et lib. 12. de Gen. ad lit. cap. 33. ait: *Animam vero non esse corpoream non me putare, sed plane scire audeo profiteri*. In libro de Quantitate animæ *diligentissime ac subtilissime disputatum est*, inquit, *ut eam, si possemus, ostenderemus corporalis quantitatis non esse*. lib. 1. Retract. cap. 8. Præterea lib. 5. de Origine animæ a capite 12. usque ad cap. 22. evidentibus argumentis probat animam esse incorpoream. Quid clarius ab Augustino dici umquam potuit? & tamen eam S. Doctori absurditatem Adamus affricat. Scribit lib. 10. de Gen. ad lit. cap. 24. *Nihil vicinius aut fortasse nihil tam consequens, quam ut credito, quod anima corpus sit, etiam Deus corpus esse credatur*, quod Tertulliano accidisse addit cap. 25. Epist. 157. ad Optatum: *Illi qui animas ex una propagari asserunt, quam Deus primo homini dedit, atque ita eas ex parentibus trahi dicunt, si Tertulliani opinionem sequuntur, profecto eas non spiritus sed corpora esse contendunt, & corpulentis seminibus exoriri. Quo perversius quid dici potest? Neque hoc Tertullianum somniasse mirandum est, qui etiam ipsum Creatorem Deum non esse nisi corpus opinatur. Qua dementia repulsa* &c. Itane Augustinus docuit animam corpoream esse, cum hoc effatum somnium dementiamque pronunciaverit, nihilque *perversius* dici posse asseruerit? Adamus hæresim illam Augustino apponit, nec unicum saltem locum Augustini designans, ubi animam corpoream ille putarit, quasi tam celebris fuerit ea Augustini sententia, ut neque ullius textus citatione indigeret. Audiat interim Claudianum Mamercum, qui eodem sæculo paulo post Augustinum vixit, ita de S. Doctore loquentem. *Aurelius Augustinus & acumine ingeuii & rerum multitudine & operis mole veluti quidam Chrysippus argumentandi virtute, aut Zeno sensuum subtilitate, aut Varro noster voluminum magnitudine, & qui profecto talis natura, attentione, disciplinis extiterit, ut non immerito ab istis corporalibus nostri sæculi Epicureis aut Cynicis spiritalis sophista dissenserit, libro ad Hieronymum de Origine animæ sic pronuntiat*: Incorpoream esse animam, & si difficile tardinribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum. *Cumque id ita fore rationibus magnis atque insolubili argumentatione convincat* &c. lib. 2. de Statu animæ cap. 9. Putasne lector Adamum harum unam rationem vel argumentationem legisse?

Sed iam illo scriptore patentissimæ falsitatis convicto, quid de Angeloruin corporibus Augustinus senserit, videamus. Celebris sententia Platonicorum fuit Angelos conflatos esse ex spiritu & corpore quodam subtilissimo elementari quolibet longe nobiliori, ut ex Apuleio pluribus tradit Augustinus lib. 8. de Civit. Dei cap. 8. & 16. Hanc sententiam ex Patribus secuti sunt Origenes, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Iustinus martyr, Lactantius, & pro eadem citantur Athanasius, Basilius, & Methodius a Iohanne Episcopo Antiocheno, cuius verba etiam sunt in synodo Nicæna II. act. 5. *Solummodo autem Deus incorporeus & informabilis. Intelligibiles autem creaturæ nequaquam ex toto sunt incorporeæ & imitabiles pictura existunt*. Eidem opinioni adhæsere Cassianus, Faustus, Gennadius, aliique. Verum plures sapientissimi Patres oppositum opinabantur, omnem ab Angelis corpulentiam removentes. Augustinus quod eam quæstionem tractare ex professo nollet, videretque utramque partem plurimorum auctoritate firmatam, in re difficili ac dubia sententiam suspendit. Id *ambi-*

gnum

guum esse scribit lib. 15. de Civit. Dei cap. 23. At libro 21. cap. 10. ubi quærit, an ignis corporeus possit Dæmones torquere, ait: *Sunt quædam sua etiam dæmonibus corpora, sicut doctis hominibus visum est* &c. Postea: *Si autem quisquam nulla habere corpora Dæmones asseverat, non est de hac re operosa inquisitione laborandum aut contentiosa disputatione certandum. Cur enim non dicamus, quamvis miris, tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi, si spiritus hominum etiam ipsi profecto incorporei & nunc potuerunt includi corporalibus membris* &c. *Adhærebunt ergo, si eis nulla sunt corpora, spiritus Dæmonum, immo spiritus Dæmones licet incorporei corporeis ignibus cruciandi*. Ex quibus dubium se de Angelorum corpore fuisse significat, at non de anima dubitasse, quam *profecto incorpoream* dixit. Unde Adamus hoc ipso testimonio rursus arguitur, ac Morainii alucinatio, qui eam sententiam uti certam ab Augustino assertam dicit, quæ dubia semper apud eumdem fuit, licet quandoque corporeos esse Angelos supponat, ne nova illata quæstione ab argumento distrahatur. Non desuere tamen, qui Augustinum dubitantem sequerentur. Unus pro mille sit S. Bernardus, qui libro 5. de Consider. cap. 4. ait: *Quamquam de corporibus horum*, nempe Angelorum, *non modo unde sint, sed an aliquatenus sint, hæret sententia aliquorum. Unde si quis inter opinabilia magis id ponendum censuerit, non contendo*. Et serm. 5. in Cant. *Ceterum*, inquit, *Angelica corpora utrumnam ipsis spiritibus naturalia sint, sicut hominibus sua, & sint animalia sicut homines* &c. *videntur Patres de huiusmodi diversa sensisse, nec mihi perspicuum est, unde alterutrum doceam, & nescire me fateor, sed & vestris profectibus non multum conferre arbitror harum rerum notitiam.* hæc sanctissimus idemque doctissimus Pater.

§. II.

An S. Doctor asseruerit Solem & astra esse animata.

RUrsus opponit sancto Patri Morainius: *Item dubitavit num Sol & Luna aliaque sidera, quæ oculis conspicimus, sint animata*. ibidem. Sed hic quoque adversarii eruditio vel desideratur vel appellatur. Etenim apud veteres non modo Philosophos, verum etiam Patres controversum erat, essentne cæli animati. Platonici ac Stoici animatos cælos dicebant, in quorum opinionem ivere Cicero libro 2. de Nat. Deorum & Plinius libro 2. Nat. hist. cap. 9. Peripatetici etiam plerique idem existimarunt, ut patet ex Ragusæo tom. 1. Philosophiæ disp. 14. & Alexandro Achillino libro 3. de Orbibus cap. 1. qui etiam ex Aristotele eamdem sententiam deduci satis prolixe contendit. Communior tamen Peripateticorum opinio ex Philosopho intelligentias assistentes cælis, non vero eosdem informantes concedit. Non una etiam fuit Patrum de cælorum anima opinio, unde cum S. Doctor tantis litigiis sese immiscere noluerit, iudicium suspendit, nempe an Angeli vere orbes informarent, vel eos solummodo in gyrum propellerent. Unde in fine lib. 2. de Gen. ad lit. ait: *Solet etiam quæri, utrum cæli luminaria ista conspicua corpora sola sint, an habeant rectores quosdam spiritus suos, & si habent, utrum ab eis etiam vitaliter inspirentur, sicut animantur carnes per animas animalium, an sola sine ulla permixtione præsentia*. Quas quæstiones insolutas relinquens ait, *easdem non facile posse comprehendi*. Quare S. Thomas 1. p. q. 70. art. 3. ubi quærit, utrum luminaria cæli sint animata, ait: *Similiter etiam apud doctores fidei fuit circa hoc diversa opinio. Origenes enim posuit corpora cælestia animata. Hieronymus etiam idem sentire videtur* &c. *Basilius vero & Damascenus asserunt corpora cælestia non esse animata. Augustinus vero sub dubio dereliquit in neutram partem declinans*. Idem Angelicus Doctor 2. con. Gent. cap. 70. ingenue testatur nihil ab Ecclesia de anima cæli definitum esse. *Hoc autem*, inquit, *quod dictum est de animatione cæli, non diximus quasi asserendo secundum fidei doctrinam, ad quam nihil pertinet sive sic sive aliter dicatur*. Scotus vero 2. dist. 14. q. 1. in fine scribit: *Si cæli non sunt animati, hoc est magis creditum quam ratione probatum*. Quod si neque auctoritate Ecclesiæ, ut ait Angelicus, neque efficaci ratione, ut subdit Subtilis, quicquam de cælorum anima certi stabilitum est, nonne iure magnus noster Doctor ea de re poterat dubitare? Cum libro 13. de Civitate Dei cap. 16. retulisset sententiam Platonis

nis ait: *Et hoc quidem utrum Plato verum de fideribus dicat, alia quæstio est. Neque enim coutinuo concedendum est globos istos luminum sive orbiculos luce corporea super terras seu die seu nocte fulgentes, suis quibusdam propriis animis vivere eisque intellectualibus & beatis* &c. Ex quibus patet Augustino illam de cælorum animabus sententiam non multum placuisse, eam tamen ob Platonicorum ac Patrum præsertim auctoritatem in medio reliquisse.

Ceterum cælos sine anima melius statuendos ex propria sententia non semel docuit. In libro posteriori Retract. cap. 7. ubi corrigit libros contra Faustum ait: *In decimoquarto de Sole & Luna talia dicta sunt, tamquam sentiant & ideo tolerent vanos adoratores suos. Quamvis verba ibi accipi possint ab animali ad inanimale translata modo locutionis, qui vocatur græce metaphora*. Vides S. Patrem retractare sententiam, qna visus fuerat astris animas dare, idque metaphorice tantum intelligendum esse aperte potestari? In his vero libris definitivam veluti sententiam tulit, qua quid de astrorum animabus ipse sentiret, intimavit, ita ut etiamsi alibi oppositum dixisset, ex posteriori asserto corrigeretur. Idem habet tract. 1. in Iohannem ad illa verba: *Quod factum est, in illo vita erat*. Legatur eruditus P. Alipius Reylof Augustinianus lib. 1. de Anima cap. 4. ubi de S. Augustini sententia doctissime disputat. Opinio vero illa de cælorum anima damnata demum legitur in literis a Iustiniano Imperatore scriptis ad Mennam Patriarcham C-P. ubi inter reliquos anathematismos hic habetur: *Si quis dicit cælum & Solem & Lunam & stellas & aquas, quæ super cælos sunt, animatas & materiales esse quasdam virtutes, anathema sit.* uti præcipuus Origenis error ille proscriptus fuit. Porro Iustiniani literas Vigilius Papa cum universa Ecclesia catholica approbavit, uti testatur insignis tum temporis Carthaginensis diaconus Liberatus cap. 23. Breviarii: qua de re pluribus egimns in dissertat. de Synodo V. Hunc autem canonem in eadem synodo V. œcumenica anno 553. celebrata approbatum fuisse scribit Nicephorus lib. 17. cap. 27. Unde P. Lupus eumdem uti ab eadem synodo statutum more solito, nempe erudite notis ac scholiis illustrat. An vero modo defendi possit anima cælorum post damnatam illam Origenis opinionem, nolo disputare; posset enim quis reponere damnatam solummodo illam sententiam iuxta mentem Origenis intellectam, de quo hæc scribit S. Hieronymus epist. 61. contra Iohannem Hierosolymitanum: *Origenes docet Solem ipsum & Lunam & omnium astrorum chorum esse animas rationalium quondam & incorporalium creaturarum, quæ nunc vanitati subiectæ, ignitis videlicet corporibus, quæ nos imperiti & rudes luminaria mundi appellamus, liberabuntur a servitute corruptionis in libertatem filiorum Dei*. De qua Origenis opinione hæc tradit S. Augustinus tomo 6. in lib. contra errores Priscillianistarum cap. 8. *De Sole & Luna ceterisque sideribus, quod cælestia sint corpora videmus, quod animata sint non videmus. De divinis hoc libris legatur, & credimus*. hæc ibi. Et quidem Fromondus lib. 1. de Anima cap. 1. art. 8. fatetur eum, qui animam vegetativam aut etiam sensitivam astris concederet, in synodum V. non peccare, quæ animas tantum intellectivas a cælestibus corporibus exclusit. Petrus Aureolus Parisiensis scholæ præclarissimum decus & Ordinis Minorum singulare ornamentum, quem numquam sine admiratione se legisse testatur Basilius Poncius in quodlibetis quæst. 8. cap. 3. est enim ob ingenii acumen & argumentorum sive copiam sive vim spectes, queis nova plerumque abs se inventa asserta communit, nemini scholasticorum secundus, hic, inquam, cum in 2. sent. dist. 14. q. 2. art. 2. pluribus investigasset, num intelligentia movens cælum uniretur tamquam motor, an vero ut forma, & probabiles rationes ad animam cælorum persuadendam adduxisset, solutis etiam argumentis, quæ a Theologis contra eamdem opinionem fieri communiter solent, ita concludit: *Sed dimissis Philosophis & aliis, intelligendum est in hac materia, quæ via prædictarum duarum est probabilior, cum utraque satis probabilis videatur. Respondeo: Augustinus dicit* (recitato uno & altero testimonio): Sed nec illud certum babeo, utrum ad eamdem societatem pertineant Sol & Luna & cuncta sidera, quamvis nonnullis lucida esse corpora, non cum sensu aut intelligentia videantur: *hæc Augustinus. Si ergo tantus Doctor in hac materia du-*

ria du-

ria dubitavit, ego nihil definio in hac parte. Ridendus igitur Morainius, qui Auguſtini dubitationem ioter erroros reiecit, quam ſubtiliſſimus ſcholaſticorum ſola S. Doctoris auctoritate atque exemplo motus, ſecutus eſt, ille inquam Aureolus, *cuius veſtigiis non erubeſcit modo tota Neutralium ſchola inhærere, principia D. Thomæ & Scoti deſerendo,* quæ verba ſunt ſapientiſſimi Patris Maſtrii Meldulenſis in præfat. ad tomum 1. Metaphyſices.

§. III.

Auguſtinus de origine animæ dubitans perperam erroris arguitur. Oſtenditur ſanctos Patres ea in dubitatione Auguſtino per plura ſæcula adhæſiſſe.

TErtius S. Auguſtini error palmaris ac capitalis excutiendus eſt. Clamat Morainius: *Dubitavit etiam de origine animarum, utrum creeutur de novo, quod certiſſimum eſt, au ex Adam prapagentur.* Sed hic recentior eam dubitationem errori Auguſtino vertens ſupinam, qua laborat, totius antiquitatis ignorantiam pateſacit. Non una erat antiquitus de origine animæ inter Patres ſententia, ut videre eſt in epiſt. Aug. 157. ad Optatum Epiſcopum, & in epiſtola Hieronymi ad Marcellinum, quæ eſt 27. inter Auguſtinianas. At duæ reliquis reiectis celebriores in Eccleſia evaſerant; alii enim creari a Deo animas in ſingulorum hominum conceptione dicebant, plurimi vero non creari animam a Deo, ſed ex anima parentis traduci contendebant. Auguſtinus in hanc quæſtionem totius ſummi ingenii vires contulit, nihilque penitus indiſcuſſum reliquit, quo rei veritatem aſſequeretur; ſed cum neutram quæſtionis partem efficaci auctoritate aut demonſtrativa ratiooe ſibi probari animadverteret, neutri adhæſit, fuſe tamen ea re ventilata in libro 10. de Gen. ad lit. cap. 6. & ſeq. in quatuor libris de Origine animæ, epiſt. 28. ad Hieronymum & in tribus epiſtolis ad Optatum, quas laudat S. Fulgentius lib. 3. de Verit. prædeſt. & grat. cap. 18. Verum exortis poſtea Pelagianis, qui peccatum originale inficiabantur, illud præcipue argumentum iactantes, creari a Deo animas, nec illas poſſe a Deo produci cum peccato, ea ſententia, quæ animarum propagationem deſendebat, S. Doctori probabilior videri cœpit. Audiatur Auguſtinus lib. 10. de Gen. cit. cap. 23. ubi poſt longiſſimam diſputationem concludit: *His igitur quantum pro tempore potuimus pertractatis, omnia paria vel pæue paria ex utroque latere rationum teſtimoniorumque momenta pronuntiarem, niſi eorum ſententia, qui auimas ex parentibus creari putant, de baptiſmo parvulorum præponderares.* Itaque ad finem uſque vitæ Auguſtinus in eo dubio perſeveravit. Ceterum tantum valuit Auguſtini exemplum, ut ſapientiſſimi Patres eumdem ſubſecuti per plura ſæcula cum Auguſtino de animarum origine dubitarint, donec ſcholaſticorum opinione prævalente, animarum traduce antiquato, earumdem ereatio in Eccleſia communis evaſit. Hoc quidem diligentius oſtendendum eſt, quia Bellarminus lib. 4. de Amiſſ. grat. cap. 11. *ex traditione Eccleſiaſtica* contendit certam eſſe ſenteotiam de creatione animarum, quod tam falſum apparebit, quam verum dubitationem Auguſtini ex traditione Eccleſiaſtica antiquis temporibus fuiſſe receptam.

Et quidem ante Auguſtinum de origine animæ dubitavit Ruſious in epiſtola ad S. Anaſtaſium, ubi tribus recitatis de origine animæ ſententiis: *Ego vero,* inquit, *cum hæc ſingula legerim, Deo teſte dico, quia uſque ad præſens certi vel definiti aliquid de hac quæſtione non teneo, ſed Deo relinquo ſcire quid ſit in vero, & ſi cui ipſe revelare dignabitur.* Quia vero Rufinus tertiam ſententiam profuerat de animabus, *quod factas iam olim, ideſt tunc cum Deus omnia creavit ex nihilos, nunc eas iudicio ſuo diſpenſet in corpore,* quod Origenem ſenſiſſe ſubdit, merito vapulat a Hieronymo in Apologia & io epiſtola ad Marcellinum. At Auguſtinus numquam de ea Origenis opinione dubitavit, eſſet ne falſa, ut io epiſt. 28. ad Hieronymum fatetur, rationem reddens, cur in libris de Libero arbitrio ex illius ſuppoſitione diſputarit. Rufinus tamen ſuo tempore, nempe Anaſtaſio ſummo Pontifice, quæſtionem de anima magnis contentionibus agitari cœptam ibidem teſtatur, & Hieronymus io epiſtola laudata vocat eamdem *maximam Eccleſiaſti-*

cam

eam quæstionem. At tempore S. Augustini enatis Pelagianis ea de re lites recrudure. Hinc ab Orosio in Africam ad Augustinum, inde in Asiam ad Hieronymum peregrinationes susceptæ: hinc Augustini ad Hieronymum & Optati ad Augustinum epistolæ missæ: hinc ab eodem Optato unum, quatuor ab Augustino, & duo a Vincentio quodam de origine animæ scripta volumina. Res tamen dubia permansit, nihilque tot elucubrationibus peractum est. Hieronymus sententiam afferentem singulas singulis hominibus animas creari *potius credidit*, scribens tamen traducem animarum *Occidentalem Ecclesiam solere sentire* teste Augustino epistola 157. At non ita creationem animarum tenebat, ut rem illam dubiam esse ingenue non fateretur, cui ea de re ab Augustino consultus respondit: *Unusquisque in suo sensu abundet*. Quare S. Eucherius Episcopus Lugdunensis in cap. 3. Genes. ad illa verba *Et ædificavit Dominus Deus*, ait: *Utrum sicut caro nascentium ex carne, sic animæ ex animabus procreentur, an novæ semper creentur a Deo ex nihilo. quæ quæstio in definiendo difficilis est, quia nihil a sanctis viris vel Scripturarum auctoritate manifestius pronuntiatum est*. Pomerius etiam Africanus vir eruditissimus apud Massiliam scripsit octo libros de Anima, in quorum quarto disputavit: *Utrum anima quæ nascituro corpori infundenda est, nova fiat sine peccato, an ex substantia animæ primi hominis velut propago e radice producta etiam peccatum primæ animæ secum originaliter retrahat*. apud Gennadium de Viris illustr. cap. 98. & licet nesciamus, quid in ea quæstione senserit, rem tamen suo tempore dubiam non obscure significat. Floruit hic circa annum 480.

Sequitur sextum sæculum, in quo & Patres & synodi de origine animæ cum Augustino dubitarunt. Obortis Constantinopoli de origine animæ dissidiis, Africani Episcopi de eodem argumento consulti ita responderunt in epistola synodica ex Sardinia, ubi exsulabant, Byzantium missa: *Quæstionem vero animarum aut tacitam debemus relinquere, aut sine contentione tractare; quia sive ex propagine veniant, sive novæ singulis corporibus fiant, quod sanctarum Scripturarum auctoritas non manifeste pronuntiat, cum cautela debet inquiri, maxime quod sine fidei detrimento potest a fidelibus ignorari*. cap. 10. In eadem dubitatione fuit S. Fulgentius libro 3. de Verit. prædest. & grat. a cap. 18. ubi Augustino, quod ea de re dubitavit, eximiis laudibus commendato cap. 20. concludit: *Quanto ergo melius ab huius quæstionis certamine temperamus, in qua nos inaniter laborare cognoscimus, præsertim quia quod a sanctis viris maioribus nostris videmus minime definitum, oportet nos tanto cautius atque temperantius quærere, quanto ad eius finem illos præclaros viros cernimus minime pervenisse*. Coætaneus Fulgentii Cassiodorus in lib. de Anima cap. 14. tantum abest, ut illud Augustini dubium reprehenderit, ut eumdem potius ob id laudaverit. *Pater*, inquit, *Augustinus religiosissima devotione laudandus nihil temere dicit esse affirmandum, sed in ipsius esse secreto, sicut & alia multa, quæ nostra non potest nosse mediocritas*. Et statim: *melius est enim in tam occultis caussis confiteri ignorantiam, quam periculosam assumere fortassis audaciam*. Ita altero post Augustinum sæculo dubitatio de origine animæ sapientissimorum Patrum menti altius insederat.

Verum circa sæculum VII. Augustiniana dubitatio longe celebrior atque dignior erasit; eam enim suo iudicio apostolica Sedes approbavit, suamque effecit, ac doctissimi Patres eamdem inter fidei dogmata retulere. Sanctus Gregorius magnus libro 7. epistola 53. ad Secundinum scribit: *Sed hac de re dulcissima mihi tua caritas sciat, quia de origine animæ inter sanctos Patres requisitio non parva versata est, sed utrum ipsa ab Adam descenderit, an certe singulis detur, incertum remansit, eamque in hac vita insolubilem fassi sunt esse quæstionem, gravis enim quæstio est, nec valet ab homine comprehendi*. hæc doctissimus ac sanctissimus Pontifex. Ex quibus prorsus evanescit illa Ecclesiastica traditio, ex qua creationem animæ Bellarminus deducit; nam teste Gregorio sancti Patres eam de origine animæ *insolubilem fassi sunt esse quæstionem*. Vides igitur non unum a Morainio Augustinum erroris argui, sed & in Gregorio apostolicam Sedem & Patrum Senatum, a quibus dubitatio Augustini approbata fuit. Sed aliquid maius addendum est. Itaque cum communiter de origine animæ dubitaretur, tantum ea dubitatio in Ecclesia invaluit, ut Sanctus

ctus Isidorus Hispalensis Antistes non fuerit veritus, eamdem inter regulas fidei veluti ab omoibus catholicis credendam reponere. Etenim lib. 2. de Offic. eccles. cap. 23. quod incipit: *Hæc est autem post Apostolorum symbolum certissima fides, quam Doctores nostri tradiderunt*, inter alias senteotias, quas de fide tenendas proponit, hanc inserit: *Quod incerta sit animæ origo*. O eximiam recentiorum eruditionem, qui eam Augustino dubitationem errori vertunt, quam & apostolica Sedes & synodi & Patres plenis suffragiis subscripsere, eamque uous eorum doctrina ac pietate illustris de fide populis credendam proposuit!

At nec octavo neque nooo sæculo res definita fuit, sed sapientissimi Patres cum Augustino immo cum apostolica Sede adhuc dubitabant. Testis sit S. Prudentius Episcopus Tricassinus, cuius laudes recitat Saussaius in Martyrologio Gallicano, qui in lib. de Prædest. adversus Iohannem Erigenam ita loquitur cap. 16. *Nascitur enim de carne caro, sed utrum & anima similiter de anima nascatur, magna quæstio est, & a Patribus diu multumque discussa, sed absque certa definitione relicta*. Itaque usque ad annum 850. quo tempore S. Prudentius vivebat, ex Ecclesiastica traditione dubia erat de origine animæ sententia. Verum nec post millesimum annum ita certa erat sententia de creatione, ut plures de eadem non dubitarent. S. Anselmus Cantuariensis Antistes morti proximus cuidam familiari sibi dicenti: *Ad Paschalem Domini tui curiam relicto sæculo vadis*, hæc reposuit: *Et quidem si voluntas eius in hoc est, voluntati eius non contradico; verum si mallet me adhuc inter vos saltem tamdiu manere, donec quæstionem, quam de animæ origine mente revolvo, absolvere possem, gratiosus acciperem, eo quod nescio, utrum aliquis eam me defuncto sit absoluturus*. hæc ille ad annum 1109. teste eius discipulo libro 2. de Vita eiusdem cap. 59. apud Surium 21. Aprilis. Hugo a S. Victore libro 1. de Sacram. par. 7. cap. 30. probat animam noo esse ex traduce, sed creari, ait tamen: *Probabilius constat animas ex traduce non esse*. Et inferius: *His igitur & huiusmodi rationibus probabile factum est animas ex traduce non esse, sed novas de nihilo creatas novis quotidie corporibus de paterno semine fieri, & rursus in vulva formatis ad vivificationem infundi. In quibus tamen omnibus nulla numquam ratio sive auctoritas intantum prævalere potuit, ut dubietatem tolleret quæstionis; excepto eo solo, quod fides catholica magis credendum elegit, animas quotidie corporibus vivificandis sociandas de nihilo fieri, quam secundum corporis naturam & carnis humanæ proprietatem de traduce propagari*. Ex quibus patet ad annum usque 1130. quo floruit Hugo, nulla neque ratione neque auctoritate *dubietatem quæstionis* de origioe animæ sublatam fuisse, sed tunc in Ecclesia magis communiter defensatam esse senteotiam de creatione animarum. Hinc Magister sententiarum in 2. dist. 19. dixit Ecclesiam catholicam docere animas noo esse ex traduee, qua sententia ab scholasticis recepta aoimarum creatio asserta est, ita tamen ut teste Bellarmino libro 4. de Amiss. grat. & statu pecc. cap. 10. in fine, adhuc non desiot, *qui in ea S. Augustini dubitatione hærendum censeant*. Estius quidem nobilis Theologus scribit 2. sent. dist. 17. §. 14. nihil esse de origine animæ ab Ecclesia definitum, nec futuros læsæ fidei reos, qui ea de re dubitarent. Sed viderint illi, qui ita dubii adhuc esse vellent: sat mihi est ostendisse, iure Augustinum de origine animæ dubitasse, eamque dubitationem per plura sæcula sanctis Patribus placuisse. Sane prudentissimus fuisse dicendus est, qui in quæstione difficillima iudicium suspendit, cum nihil certi ab Ecclesia definitum esse sciret; *ubi enim de re obscurissima disputatur non adiuvantibus divinarum scripturarum certis clarisque documentis, cohibere se debet humana præsumptio, nihil faciens in partem alteram declinando*. Ita suam hanc perplexitatem defendit lib. 2. de Pecc. mer. c. 36. Hinc cum Pelagiani ex creatione animarum, quam altius exaggerabaot, deducerent non posse illas habere peccatum originale, ne alias in Deum creantem culpa rediret, lib. 3. ad Bonif. in fine & ex literis Zosimi, quarum fragmentum recitat in epist 157. saoctus Doctor in utraque sententia tam affirmantium animarum traducem quam negantium, peccatum originale bene posse componi demonstravit, ac rem apud Ecclesiam certissimam iuxta utramque opinionem explicare conatus est, ne cui peccatum originale incredibile videretur.

Die 6. Aprilis.

Bel-

Bellarminus concedit Augustinum de animæ origine dubitasse, addit tamen in scriptis post libros de Genesi ad literam *apertissime refellisse* sententiam de traduce animarum, quod in epist. 157. ad Optatum hæc scribat: *Itaque illi qui propaginem animarum inconsiderata temeritate defendunt*. Et superius loquens de sententia Tertulliani, qui ponebat traducem animarum, dicat: *Quo quid perversius dici potest?* Non assentior, eum in illa epistola adhuc se dubitare fateatur; nam recitata utraque opinione de creatione & traduce animarum initio statim epistolæ ait: *Quarum autem rerum atque causarum consideratione permovear, ut in neutram assertionem meus inclinetur assensus, sed adhuc inter utramque disceptem.* Et libro 1. de Origine animæ cap. 16. de traduce animarum ait: *Ego nec defendo nec refello*. Hos autem libros S. Doctor composuit post illam epistolam, quam Cæsarea dedit ad Optatum, ut ostendimus libro 1. Histor. Pelag. cap. 15. in iis autem libris suam dubitationem fusissime defendit contra Vincentii Victoris reprehensiones. Solvit tamen ibi more solito argumenta utriusque sententiæ, quod non est opinionem de traduce refellere, sed eiusdem incertitudinem demonstrare. Hinc illius assertores inconsideratæ temeritatis arguit, non quod putaret illos falsum asserere, sed quod culparet promptam eorum audaciam, qua opinionem non certis argumentis stabilitam uti veram contentiose defenderent, quia ut inquit in epistola laudata, *ubi res naturaliter obscura nostrum modulum vincit, & aperte divina scriptura non subvenit, temere hinc aliquid definire humana coniectura præsumit*. Unde apud Augustinum inconsiderata etiam temeritate alii mordicus oppositam sententiam de animarum creatione sustinebant. Sed neque quod Augustinus de sententia Tertulliani dixit, contra sententiam de tradnce animarum eo modo, quo ab Augnstino explicabatur, ut argumentis contrariæ sententiæ responderet, accipiendnm est. Nam Tertullianus inde ab Augustino reprehenditur, non quod traducem animarum poneret, sed quod non recte illum assereret, cum putaret animam esse corpoream, atque adeo per semen corporeum generantis traduci: *Nam & illi*, scribit Augustinus, *qui animas ex una propagari asserunt, quam Deus primo homini dedit, atque ita eas ex parentibus trahi dicunt, si Tertulliani opinionem sequuntur, profecto eas non spiritus, sed corpora esse contendunt, & corpulentis seminibus exoriri. Quo perversius quid dici potest?* Et in hoc sensu S. Thomas 1. p. q. 118. art. 2. ait *hæreticum esse* dicere animam traduci cum semine, nempe corporeo, ut ipse ibidem probat, in quo sensu communiter etiam scholastici 2. d. 17. & 18. sententiam de traduce animarum reiiciunt. At S. Doctor numquam de hoc modo Tertulliani traducendæ animæ dubitavit, sed eumdem tum in epistola tum libro 10. de Gen. cap. 25. explosit, atque *incredibilius* dogma pronuntiavit. Sed dubitavit Augustinus, *utrum incorporeum semen animæ sua quadam occulta & invisibili via seorsum ex patre currat in matrem, cum fit conceptus in femina*. in eadem epistola 157. De iis vero, qui minori cum difficultate traducem defendebant scribit lib. 10. de Gen. ad lit. cap. 20. *Per semen quippe concumbentis patris transfundi etiam semen animæ volunt*. Nam animam rationalem ex materia corporea factam fuisse, illi soli dixere, qui eamdem corpus esse putarunt ex Augustino libro 7. de Gen. cap. 9. contra quos in eo libro idem acutissime disputat. Quare censura illa Augustini eos tantum perstringit, qui animam corpoream iuxta Tertulliani errorem ex corpulentis seminibus originem trahere asseverabant. Qualem vero se exhiberet Augustinus erga utramque sententiam, audiatur lib. 10. de Gen. cap. 21. *Ego adhuc inter utrosque ambigo, & moveor aliquando sic, aliquando autem sic*. Et cap. 23. *Admoneo sane*, inquit, *quantum valeo, si quos ista præoccupavit opinio, ut animas ex parentibus credant propagari, quantum possunt se ipsos considerent, & interim sapiant, corpora non esse animas suas.* Ex quibus Adamus iterum refellitur, dum scribit Augustinum credidisse animam esse corpoream, quem errorem S. Doctor toto eo libro persequitur.

Bellarminus ut probet ex traditione Ecclesiastica animas a Deo creari, nonnullos Patres adducit, qui etiamsi aliquo modo explicari possent, nullo nobis impedimento esse debent. Nam apud Græcos in Orientali Ecclesia creatio animarum communiter tenebatur: apud

Occidentales vero, teste Hieronymo, opinio de traduce prævalebat. Idem Pater initio quidem hanc secundam sententiam irridebat in cap. ult. Eccles. motus illis verbis: *Et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum*. vers. 7. Sed hoc testimonium egregie interpretatur Augustinus lib. 10. de Gen. c. 9. & cum in ep. 28. ad eumdem Hieronymum ostendisset, eum locum *plus suffragari eis, qui ex una putant omnes esse animas*, non amplius sententiam de traduce Hieronymus irrisit, sed laudata Augustini diligentia in explicandis sacræ Scripturæ testimoniis adhibita rescripsit epist. 30. apud Augustinum: *Unusquisque in suo sensu abundet*, contestatus nihil se in literis Augustini, in quibus latissime de origine animæ disputavit, reprehendendum putare. Commentarios autem in Ecclesiastem scripsit *ante annos ferme decem* quam scriberet ad Pammachium contra errores Iohannis Hierosolymitani, anno nempe 383. nam epistola illa data est anno 393. ut erudite num. 2. eius anni probat Baronius. Cum vero libri Augustini per Ecclesiam avide legerentur, sapientiores quique cum Augustino dubitare cœperant in neutram partem inclinantes, ut demonstravimus, magna cum Augustini gloria, cum Patres subsecuti tanti illius auctoritatem fecerint, ut non modo docentem, sed etiam dubitantem sequi voluerint, quasi desperantes veritatem illam assequi, ad quam Augustini ingenium pervenire non potuerat. Itaque S. Doctor tanto studio ac diligentia omnia scripturarum loca pro utraque parte adducta exponens, rem satis dubiam apud posteros fecit, suamque illis dubietatem persuasit. Bellarminus ibidem ex Hieronymo eam Ecclesiasticam traditionem ita probat: *In Epistola ad Pammachium de erroribus Iohannis Hierosolymitani ante medium recitatis sententiis Origenis, Tertulliani, & Apollinaris hæreticorum de anima, dicit*: Ecclesiasticum dogma esse, ut Deus quotidie animas fabricetur: *Ubi cum opponat Ecclesiasticum dogma sententiis hæreticorum, videtur omnino sensisse, catholica fide esse tenendum, animas non traduci a parentibus, sed creari*. hæc Bellarminus. Verum Hieronymi verba audire præstat in epistola ad Pammachium: *An certe (quod Ecclesiasticum est secundum eloquia Salvatoris*: Patet usque modo operatur, & ego

Ioh. 5. 17.

operor: *& illud Esaiæ*: Qui format spiritum hominis in ipso: *& in Psalmis*: Qui fingit per singulos corda eorum) *quotidie Deus fabricetur animas* &c. Bellarminus addit *dogma*, & silet hæc, *secundum eloquia Salvatoris*, cum Hieronymus illud assertum Ecclesiasticum dixerit, non quod esset dogma definitum ab Ecclesia catholica ac de fide tenendum, cum scripserit Ecclesiasticos Occidentales traducem solere communiter defendere, ut fatetur ipsemet Bellarminus cap. illo 11. §. *Quarta sententia*. sed ut ibidem subdit, quod esset secundum auctoritatem Scripturæ, quæ videtur creationem insinuare, quæ tamen loca explicat Augustinus superius laudatus, & Bellarminus ipse ait: *Quare ut S. Augustinus disputat in epistola 28. ad Hieronymum, nullus fortasse Scripturæ locus invenietur, in quo perspicue doceatur animas non fieri ex propagine, sed creari*. Quare *secundum eloquia Salvatoris* haud perspicue statuitur assertum illud de creatione animarum, & sic Bellarminus a Hieronymo discedit, quem pro se produxerat, neque erit amplius assertum Ecclesiasticum, cum eo titulo tantum a Hieronymo dicatur, quod sit *secundum eloquia Salvatoris*, iuxta explicationem auctorum illius sententiæ.

Isa. 42. Psal. 32.

Opponit idem Auctor Leonem magnum in epistola ad Turibium cap. 10. hæc scribere: *Catholica fides constanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuere, nec ab ullo incorporentur, nisi ab opifice Deo, qui ipsarum est creator & corporum*. Sed ibi Pontifex Origenis sententiam de antiqua ac simultanea omnium animarum creatione confutat, ut patet ex illa epistola 91. initio cap. 10. neque minus dicitur ibidem Deus creator corporum ac animarum; unde sicut ex illo modo loquendi non deducitur corpus non esse ex traduce, nullo item modo inferri potest non fieri ex traduce ipsam animam. Addit Leonem eumdem epist. 11. ad Iulianum ita loqui de anima Christi: *Nec alio illi, quam ceteris hominibus, anima est inspirata principio, quæ excelleret non diversitate generis, sed sublimitate virtutis*. At anima Christi producta est ex nihilo, non per traducem propagata ex Augustino lib. 10. de Gen. c. 19. & 20. unde & reliquorum hominum animæ

iuxta

iuxta Leonis decretum a Deo creatæ fuisse credendæ sunt. Sed Leo ibidem damnat opinionem Eutychetis cum Origene concinentis; nam ita loquitur: *Arbitror enim talia loquentem hoc habere persuasum, quod anima, quam Salvator assumpsit, prius in cælis sit commorata, quam de Maria Virgine nasceretur, eamque sibi Verbum in utero copularet.* Ex quibus patet, illis verbis: *Nec alio illi, quam ceteris hominibus anima est inspirata principio*, non significari principium, quod idem est ac caussa animæ productiva, de quo nulla erat cum hæretico controversia, sed principium, hoc est initium durationis, quod idem fuerat in Christo ac in nobis, nempe initium vivendi in corpore, non in cælis ante corporis formationem. Do verba Pontificis de Verbo scribentis: *Nec animam enim, quæ anterior extitisset, nec carnem, quæ non materni corporis esset, accepit*. Quomodo vero defendentes traducem acute probarent animam Christi fuisse creatam a Deo, non vero reliquas aliorum hominum, lege Augustinum lib. de Gen. cir. cap 20. nobis enim satis est ostendisse nihil contra traducem a Leone esse statutum, ut Ecclesiastica illa traditio de creatione animarum a Bellarmino asserta, nullis innixa fundamentis appareat, cum potius de animæ origine dubitatio Augustiniano speculatu corroborata, per plura sæcula apud Patres invaluerit, ut satis hucusque est demonstratum.

Moraines qui eam S. Patris dubitationem in errorum indicem reiecit, non modo omnia, quæ antiquitus dicta sunt, ignoravit, sed nec quid recentiores audacter pronuntiarunt, plane novit. Scripserat vir doctissimus Christianus Lupus, cum adhuc iuvenis scripto luderet, in defensione apologiæ de Anima ovi cap. 15. Doctores Marpurgensis Academiæ hanc thesim defendere: *Anima rationalis per traducem infunditur, non creatur*. In hac etiam sententia alios esse testantur Vossius lib. 2. Hist. Pelag. par. 1. thesi prima, & Alipius Roylof. lib. 6. de Anima ad mentem S. Augustini cap. 2. §. 3. nominans Thimotheum Brighthum Cantabrigensem, Georgium Sohnium, & Danielem Sennertum, qui cum ob eximiam eruditionem inter celeberrimos nostræ ætatis medicos merito reponatur, audiendus est, licet non approbandus. Hic ergo hypomnemate 4. cap. 14. ait: *Rationalis anima in prima creatione & a Deo Opt. Max. condita & corpori humano insita quidem est, verum per illud*: Crescite & multiplicamini, *vim se* (1. Gen.) *propagandi & multiplicandi accepit, & quidem cum semine. Neque enim animæ rationalis essentia per se completa est, ut Angeli, quæ per se sola subsistat, sed est pars altera hominis, quæ corpus humanum informat, & proinde sicut societas illa corporis nihil eius nobilitati derogat, ita nec propagatio cum semine*. Item ibidem addit: *Quod Dom. Fienus falsum, absurdum, & a religione catholica alienum putat, animam esse ex traduce, est verissimum & sacris literis consentaneum*. Adducitque nonnulla sacræ Scripturæ testimonia, quæ tamen erudire olim exposuit Augustinus, ne ex sacris arcanis aliquod oppositæ sententiæ præiudicium fieret. Hæc, inquam, refero, sed non probo. Illud tamen advertendum est, quod superius ex epistola 157. ad Optatum indicavimus Augustinum dubitasse, num anima *per incorporeum semen* traduceretur, in qua sententia nulla videri debet evidens repugnantia, cum plerique scholastici admittant materiam spiritualem non esse impossibilem. Ita ex materia spirituali Angelos componunt S. Bonaventura 2. dist. 3. in 1. p. art. 1. q. 2. Alensis 2. p. q. 20. memb. 2. §. 1. Aureolus 2. dist. 3. q. 1. art. 3. Ex recentioribus materiam illam possibilem tradunt Bubalus in q. 50. S. Thomæ de Angelis art. 2. quæst. 2. difficul. 2. §. 1. Arriaga disp. 1. de Anima sect. 5. Comptonus disp. 9. de Anima sect. 2. Hanc sententiam de materia spiritali, ex qua anima componatur, fuse defendit P. Matthæus Vegliensis in hac celeberrima Patavina Academia Theologicæ cathedræ Scoti moderator, vir rari ingenii ac nostro præconio maior. Hic enim tomo priori de Angelis q. 27. probat Angelos ex materia spirituali componi, quod quæstione sequenti etiam de anima dicendum esse contendit laudans cap. 1. num. 3. quosdam Scotistas, qui in eamdem sententiam descenderunt. Hac ergo materia spirituali animæ admissa, quam tot scholastici defendunt, non erit difficile statuere animarum eductionem secundum formam ex eadem materia spirituali. Noster Alipius Roylof proxime laudatus ex eo animarum traducem

ducem possibilem defendit, quod anima ut Dei instrumentum alteram animam creare potest: quam virtutem creaturæ communicari posse nobiles scholastici existimarunt. Sed prior modus magis placet. Quæ hic libuit insinuare, ut insulsas quorumdam censuras refellam, qui Augustinum reprehendunt, quod traducem animarum probabilem asseruerit, cum tamen evidenter constet, animas non posse educi de potentia materiæ corporeæ, alias essent mortales. Etenim nusquam S. Doctor arbitratus est, animas posse educi de materia corporea, sed tantum de materia spirituali, quam esse possibilem tot superius memorati doctores concedunt; illa autem concessa non video, cur eductio formæ spiritualis ex materia spirituali adeo evidenter impossibilis appareat, ut errori verti debeat Augustino, quod illam eductionem probabilem duxerit. Fateor materiam spiritualem, ex qua anima fieret, visam fuisse difficilem Augustino, ut patet ex lib. 7. de Genesi ad lit. cap. 6. & seq. Unde ait cap. 7. *An vero illa spiritalis materies, si fuit ulla, unde anima fieret, vel si est ulla, unde animæ fiunt, quid ipsa est, quod nomen, quam speciem, quem usum in rebus conditis tenet? Vivit, an non?* &c. ubi fuse materiam spiritualem per modum disputantis examinat. Idem vero S. Pater epist. 157. ad Optatum proponit difficultates, quæ insurgunt posito illo semine spirituali, ex quo anima fiat, ut inde satis pateat quantum studii illi dubitationi tollendæ impenderit, sed cum utrimque magnis difficultatibus se premi cerneret, assensum suspendit. Neque enim probare possum hæc Bellarmini verba lib. 4. de Amiss. grat. cap. 11. *Certe S. Augustinus, si nunc inter homines viveret, non solum faveret, sed etiam gratias ageret iis, qui nostram hanc sententiam* de creatione *tuerentur*. At cur hasce gratias recentioribus Augustinus deberet? Quod ex Scriptura sententiam de creatione animarum ostenderint? At omnia sacrarum literarum testimonia Augustinus expendit excussitque. An scholasticorum auctoritatem sequeretur? Immo potius eum Patribus, quos laudavi, adhuc in veteri dubitatione persisteret. Rationibus eorumdem contra traducem convinceretur? At illæ præterquam quod ab affirmantibus materiam spiritualem facile solvi possunt, id tantum evincerent, ut Augustinus ab admittendo traduce assensum contineret, quod & semper fecit, non autem in sententiam de creatione singularum animarum eumdem traherent, in qua non minoribus difficultatibus se premi sentiebat, præcipue vero quod data ea sententia, quam etiam Pelagiani toto conatu urgebant, difficultas traducendi pecca tum originale statim emergit, qua adeo premuntur scholastici, ut in assignando modo, quo labes illa per generationem trahatur, minime inter se conveniant, sed sese invicem acerrime oppugnent. Suspenderet igitur etiam nunc assensum Augustinus, & tunc gratias tantum ageret, cum certum modum proponerent, quo data creatione animarum peccati originalis propagatio adeo evidenti ratione constaret, ut modus ille a nemine reiici posset.

Ex hucusque dictis satis elucet, quam immerito, Moraines, Augustino de origine animæ dubitanti erroris notam inuris, nam plenis sanctorum Patrum suffragiis ille absolvitur, & te invito panegyricum eidem recitat magnum Africanæ ecclesiæ ornamentum sanctus Fulgentius Ruspensis Antistes his plane verbis conceptum: *Quæstionis* de origine animæ *B. Augustinus profunditatem sibi imperscrutabilem cernens, nullam voluit huius rei definitam proferre sententiam, incongruum prorsus existimans aliquid affirmare sine dubitatione velle, quod alter posset contraria responsione convellere. Cuius tam in decimo libro de Genesi ad literam, quam in libris ad Vincentium Victorem de Origine animæ, nec non in libro primo ex duobus, quos ad S. Hieronymum scripsit, in tribus quoque epistolis, quas ad Optatum Episcopum de hac quæstione composuit, disputatione refulget non minus copiosa quam profunda, & eo magis laudabili, quia congrua temperie moderata, ubi quidquid ingenii acumine, quidquid ratiocinationis ordine, quidquid auctoritatis pondere inquirendum discutiendumque conspexit, & inquisivit singulariter & discussit, consensum tamen ab utraque definitione continuit, ne laborem tantæ disputationis inaniter susciperet, quem cuiuslibet sententiæ temeraria definitio vacuaret*. lib. 3. de Verit. prædest. & grat. cap. 18.

§. IV.

§. IV.

An fuerit ſententia S. Auguſtini pueros baptizatos ſine reali Eucbariſtiæ ſumptione non poſſe ſalvari.

TRanſeamus modo ad reliquos errores, quos de Auguſtino recentiores publicant. Opponit Adamus pag. 584. Auguſtinum docuiſſe *infantes etiam ſuſcepto baptiſmo non poſſe ſalvos fieri ſine reali ſumptione ſanctiſſimæ Eucbariſtiæ*. Moraines recitatis verbis S. Auguſtini lib. 1. de Pecc. mcr. cap. 20. §. *anferatur iam dubitatio*, ait: *Quæ verba ſunt adeo manifeſta, ut difficillime patiantur benignam interpretationem, qua plerique Tbeologorum Auguſtinum ab errore excuſare conantur; error enim eſt notatus & damnatus ſub anathemate a concilio Tridentino*. Hic quoque Auguſtini cauſa tuta eſt Romana eccleſia S. Doctori patrocinante; apoſtolicæ enim Sedis Pontifices eadem omnino Auguſtini verba contra Pelagianos uſurparunt. Cum hæretici coacti illis verbis Domini Iohann. 3. 6. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnum Dei*, concederent pueros ſine baptiſmo mortuos non ituros in regnum cælorum, cum illos ſine peccato originali eſſe vellent, negabant eoſdem in ignem æternum proiiciendos, ſed dicebant illos habituros neſcio quam vitam æternam, beatam, ac felicem, ut tradit Auguſtinus ſerm. 14. de Verb. Apoſt. lib. 4. de Orig. animæ cap. 13. epiſt. 106. & alibi. Quare ut hocce effugium Pelagianis præcluderet, illud Iohannis 6. 54. oppoſuit: *Niſi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis*, inſereos parvulos ſine baptiſmo decedentes, cum non manducarint carnem filii hominis aut eius ſanguinem biberint, non habituros vitam beatam, & per conſequens fore damnatos. De hoc argumento ex ſacris literis ab Auguſtino deducto hæc ſcribit ibidem Moraines: *Item lib. 1. de Pecc. mer. & remiſſ. cap. 20. & lib. de Prædeſt. SS. cap. 13. & lib. 2. Oper. imperf. con. Iulianum cap. 29. docere videtur, Sacramentum Eucbariſtiæ non minus eſſe neceſſarium parvulis ad ſalutem, quam baptiſmum, neque minus ad eos per-*

A *tinere, quod dicitur Io. 6. 54.* Amen a-
men dico vobis, niſi manducaveritis car-
nem filii hominis & biberitis eius ſan-
guinem, non habebitis vitam in vobis,
quam iſtud Io. 3. 6. Niſi quis renatus fue-
rit ex aqua & Spiritu S. non poteſt in-
troire in regnum Dei. &c.
Sed poſt Auguſtinum Romani quoque
Pontifices, qui Pelagianos damnarunt,
eodem prorſus teſtimonio Iohannis 6.
citato uſi ſunt, ad vitam illam, quam
pueris Pelagiani ſine baptiſmo promit-
tebant, eliminandam. S. Innocentius in
literis ad Patres ſynodi Milevitanæ ita
B ſcribit: *Illud vero quod eos veſtra frater-
nitas aſſerit prædicare, parvulos æternæ vi-
tæ præmiis etiam ſine baptiſmatis gratia poſ-
ſe donari, perfatuum eſt.* Niſi *enim* man-
ducaverint carnem filii hominis & bi-
berint ſanguinem eius, non habebunt
vitam in ſemetipſis. *Qui autem banc eis
ſine regeneratione defendunt, videntur mi-
bi ipſum baptiſmum velle caſſare, cum præ-
dicant eos babere, quod in eos creditur non
niſi baptiſmate conferendum.* Putat Mal-
donatus textum eſſe corruptum dicens,
ea verba Innocentii vix ſenſum ullum
congruentem habere poſſe: *Ubi ergo*,
C inquit, *eſt* defendunt, *legendum puto* de-
ſerunt, *& ubi eſt* niſi baptiſmate, *legen-
dum puto* ſine baptiſmate. Vaſquez 3.
p. diſp. 279. cap. 4. num. 55. cum ani-
madverſiones Maldonati notaſſet, legit:
in eis defendunt. At illa verba optimum
ſenſum habent, nam vel ipſe Cicero u-
ſus eſt illis particulis *non niſi* in lib. de
Amicitia: *Hoc primum ſentio niſi in bonis
amicitiam eſſe non poſſe*. In ſynodo etiam
Carthagienſi A. 397. can. 29. dicitur:
*Ut Sacramenta altaris non niſi a ieiunis
bominibus celebrentur*. Verbum vero *de-
fendo* cum dativo iungit Horatius lib.
D 1. Car. ode 17. *Defendit æſtatem capel-
lis*. & Virgilius Eclog. 4. *Solſtitium peco-
ri defendite*. Nec Præfectus urbem de-
fendere ſibi dicendus eſt, ſed Principi.
Quare textus S. Innocentii nulla novæ
Grammaticæ caſtigatione reſtituendus
venit. ſed leviora hæc inſinuaſſe ſit ſa-
tis. Eodem prorſus teſtimonio S. Gela-
ſius Papa Pelagianos inſecutus eſt in e-
piſtola ad Epiſcopos per Picenum: *Ut
providentia Dei*, inquit, *omnes Pelagia-
norum nequitias amputaret, non ſolum di-* Io. 3.
ctum eſt: Qui non fuerit renatus ex aqua
& Spiritu S. non intrabit in regnum cæ-
lorum,

lorum, *sed etiam pariter dictum est*: Qui non manducaverit carnem filii hominis & biberit eius sanguinem, non habebit vitam in semetipso. *De vita autem æterna hoc dictum nullus addubitet, quoniam multi non manducantes hoc sacramentum vitam videantur habere præsentem*. Audis Moraines, non minus ad parvulos pertinere illud Iohann. 6. *Nisi manducaveritis* &c. quam illud Iohann. 3. *Nisi quis renatus* &c. Hoc Innocentius credit, hoc Gelasius statuit, quod tamen in Augustino tamquam palmarem errorem reprehendebas.

Maldonatus in Comment. c. 6. Iohann. 54. ait: *Missam facio Augustini & Innocentii I. sententiam, quæ sexcentos circiter annos viguit in Ecclesia, Eucharistiam etiam infantibus necessariam*. Rursus ibidem affirmat Augustinum & Innocentium *eo testimonio Iohann. 6. adductos fuisse, ut crederent infantes etiam baptizatos, nisi Eucharistiam perciperent, salvos esse non posse*. Ita socium erroris Augustino tribuunt Innocentium, & si Gelasium legissent, eumdem quoque addidissent. Duo hic nobis præstanda sunt, & Maldonatus castigandus, & Augustinus una cum apostolica Sede ab errore ac censuris vindicandus est. In primis certum est veteres Patres consuevisse, pueris statim post baptismum sacram Eucharistiam ministrare, ut tradunt Cyprianus in libro de Lapsis, Gennadius de Eccles. dogmat. cap. 52. Augustinus epistola 107. concilium Toletanum II. cap. 11. Quod vero inquit Maldonatus illos ita fecisse, quod putabant *Eucharistiam etiam infantibus necessariam*, nullo pacto concedi potest, id enim est contra Tridentini decretum sess. 21. cap. 4. ubi de eodem antiquorum ritu dandi parvulis Eucharistiam loquens ait: *Ut enim sanctissimi illi Patres sui facti probabilem causam pro illius temporis ratione habuerunt, ita certe eos nulla salutis necessitate id fecisse sine controversia credendum est*. Quod rursus addit Maldonatus, sanctos Innocentium & Augustinum dixisse *infantes etiam baptizatos, nisi Eucharistiam perciperent, salvos esse non posse*, & Adamus, dixisse Augustinum *infantes etiam suscepto baptismo non posse salvos fieri sine reali sumptione sanctissimæ Eucharistiæ*, falsissimum est. Illi quidem dixere infantes sine sacramento Eucharistiæ salvos esse non posse, at id de pueris baptizatis nunquam affirmarunt, cum ea tempestate statim post baptismum daretur omnibus etiam Eucharistia. Ob hanc vero causam eo testimonio Iohannis 6. contra Pelagianos optime & Romani Pontifices & Augustinus usi sunt. Nam cum Pelagiani vitam æternam extra regnum Dei parvulis sine baptismo morienribus darent, sancti Patres ita arguebant: Nullus sine baptismo potest suscipere Eucharistiam, per quam ex verbis Domini Iohannis 6. donatur vita æterna, igitur pueri morientes sine baptismi & Eucharistiæ sacramentis non possunt participare vitam æternam. At numquam dixere infantes tantum baptizatos ante Eucharistiæ sumptionem non habere gratiam & ius ad vitam æternam. Eo autem discursu optime Pelagiani convincebantur, quia unde vitam æternam parvulis promitterent, non habebant. Marius Mercator S. Augustini amicus & defensor in opusculo contra Iulianum hoc ipso argumento utitur ea prorsus ratione, qua illud ipsi explicamus. Do illius sententiam ex MS. Palatinæ bibliothecæ in Vaticano num. 234. pagina 7. col. 2. *Vox Salvatoris est*: Nisi manducaveritis carnem meam & biberitis sanguinem meum, non habebitis viram in vobismetipsis: *quod certe absque ulla tergiversatione sine baptismo nullus usurpat, nec fit illius particeps sacramenti*. Porro hoc argumentum *validissimum* esse testatur Eusebius Episcopus Gallicanus, cuius homiliæ sub Emisseni titulo circumferuntur, qui tamen Emisseno & posterior & melior fuit. Hic in hom. 5. de Paschate ait: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitam in vobis. Quod testimonium contra Pelagii blasphemias evidentissimum atque validissimum est, qui asserere arrepta impietate præsumit, non propter vitam, sed propter regnum cælorum baptismum parvulis conferendum. Sub his enim Dei verbis, quibus Evangelista pronuntiat*, non habebitis vitam in vobis, *aperte intelligenda est omnis anima munere baptismi vacua non solum gloria carere sed vita*. tomo 5. Bibl. SS. Patr. par. 1. pag. 560. edit. Colon. Illam vero auctoritatem sacræ Scripturæ ita adhibuisse S. Augustinum patet ex eiusdem epistola 106. ad Paulinum, ubi ait: *Si autem cedunt Sedi apostolicæ vel potius ipsi*

ipsi Magistro & Domino Apostolorum, qui dicit non habituros vitam in semetipsis, nisi manducaverint carnem filii hominis & biberint sanguinem, quod nisi baptizati non utique possunt, nempe aliquando fatebuntur parvulos non baptizatos vitam habere non posse. Neque S. Innocentius scribit parvulis etiam baptizatis vitam æternam nisi per Eucharistiam conferri, ut illi Maldonatus impooit, sed *in eos creditur non nisi baptismate conferendam*, ut vitam æternam non ah Eucharistia sed a baptismate conferri significet. Unde Augustinus io laudata epistola ad Paulinum notat ab apostolica Sede adhibitum il- [B] lud *testimonium Evangelicum, ne parvuli non baptiznti vitam posse habere credantur*. Non ait, *ne parvuli etiam baptizati sine Eucharistiæ sumptione vitam posse habere credantur*. quæ gravis est adversariorum alocinatio.

Sed cum ea tempestate omnibus otrumque illud sacramentum, haptisma scilicet & Eucharistia, daretur, non tam frequeoter legimus in Augustino, quid senserit, si baptisma tantum sioe Eucharistia collatum suisset. Ceterum semel casum illum lego apud S. Doctorem libro 1. de Orig. animæ cap. 9. & [C] libro. 3. cap. 9. uhi cum Vincentius Victor exemplo boni Latronis proharet pueros sine haptismo posse salvari, S Doctor respondet fieri potuisse, ut latro ille fuerit baptizatus, & aotequam in carcerem iret, acceperit in baptismo remissionem peccatorum; vel ut plerique credehant, in ipsa cruce haptizatus fuerit aqua e Christi latere exsiliente. Et libro 2. Retract. cap. 18. ait iocertum esse, an latro fuerit baptizatus, qua de re sermo redihit cap. 5. §. 11. At certum est latronem non sumpsisse Eucharistiam, quæ pridie ante mortem io [D] cæna a Domino instituta fuerat. Igitur per Augustinum homo tantum haptizatus sine reali sumptiooe Eucharistiæ potest accipere remissiooem peccatorum & salutem æternam. Hoc etiam deducitur ex constanti eiusdem sententia, qua asseruit *fidem conversionemque cordis*, quæ fit per caritatem actualem, posse reddere hominem salvum, si a recipiendo baptismo improvisa necessitate excludatur. ita passim scribit in libris contra Donatistas præcipue libro 4. de Baptismo cap. 22. At puer baptizatus, etiam-

[A] si oon percipiat Eucharistiam, longe perfectiori modo habet fidem & caritatem sibi a Deo io sacrameoto regenerationis infusas; igitur iuxta doctrinam S. Augustini vere salvahitur. Cum vero sancti Patres docent sine participatiooe corporis & sanguinis Domini neminem vitam æternam conseqoi posse, iotelligendi sunt de participatione spirituali, quando per fidem infusam fiunt participes corporis Christi, dum fiunt membrum Christi, cui per fidem incorporantur, sicuti qui sumunt Eucharistiam, dicuotur fieri membra Christi, dum maneot io eo & Christus in eis. Hinc Augustinus tract. 27. in Iohannem plura de hac re habet, inter cetera: *Ut autem simus membra eius, unitas nos compaginat: ut compaginet unitas, quæ facit nisi caritas?* Et tract. 26. *Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere*. Ita etiam se explicat S. Pater in iisdem libris contra Pelagianos, ubi cum libro 3. de Pecc. merit. cap. 4. dixisset: *Quia nisi manducaverint homines carnem eius, hoc est participes facti fuerint corporis eius, non habebunt vitam*. Paulo [C] superius modum assignaverat, quo pueri participaot corpus Christi: *Unde fit consequens*, inqoit, *ut quoniam nihil agitur aliud, cum parvuli baptizantur, nisi ut incorporentur Ecclesiæ, idest Christi corpori membrisque socientur*. Et haoc ipsam esse Augustini mentem, testatur S. Fulgentius in Responsione ad duas quæstiones Ferrandi diaconi. Scripserat Ferrandus iuvenem Æthiopem morti proximum suisse baptizatum, ac statim, antequam Eucharistiam sumeret, decessisse, petens num eo pacto salvari posset. Respondit Fulgentius hominem per ba- [D] ptismum fieri participem corporis Christi, seu iocorporari Christo, etiamsi Eucharistiæ sacramentum reapse non sumat, & cum plurima ad hoc suadendum testimonia ex sacris literis addnxisset, sermonem tandem S. Augustioi ad infantes ante altare producit, uhi S. Doctor ioter alia ait: *Intelligite & gaudete, unitas, pietas, veritas, caritas, unus panis, unum corpus multi sumus; recolite enim, quia panis non fit de uno grano, sed de multis. Quando ergo exorcizabamini, quasi molebamini; qnando baptizati estis, quasi conspersi estis; quando spiritus sanctificationem*

Uuu *acce-*

accepiftis, quasi cocti eftis, eftote quod videtis, & accipite quod eftis. Igitur infantes ex Auguftino per gratiam fanctificantem baptifmi facti funt membra corporis Chrifti. Porro Fulgentius poft illa Auguftini verba concludit: *Arbitror fancte frater difputationem noftram præclari Doctoris Auguftini fermone firmatam, nec quicquam effe aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis fanguinifque Dominici participem fieri, quando in baptifmate membrum corporis Chrifti efficitur, nec alienari ab eo panis calicifque confortio, etiamfi antequam panem illum comedat & calicem bibat, de hoc fæculo in unitate corporis Chrifti conftitutus abfcedat*. in Refp. ad quæft. Ferrandi diaconi. Beda tomo 6. in Comment. cap. 10. 1. ad Corinthios, qui conflati funt ex centonibus Auguftini, ita citat priora illa verba S. Auguftini, ut eidem etiam attribuat fequentia, quæ ex Fulgentio retulimus, omiffo priori verfu: *Arbitror fancte frater* &c. in quem lapidem impegit etiam Compilator canonum cap. *Nulli* de confecr. dift. 4. verba illa Fulgentii Auguftino adfcribens. Ex his error de neceffaria pueris præter baptifmum reali Euchariftiæ fumptione a recentioribus Auguftino attributus in fumum evanefcit, cuius vocibus cum Romani Pontifices ufi fint ad eofdem divinæ gratiæ hoftes convincendos, haud ille unus erroris argui poteft, fed una cum Auguftino apoftolica Sedes accufanda venit, præfertim cum S. Doctor illud teftimonium Iohann. 6. inculcarit tamquam *ab apoftolica Sede adhibitum*, uti diximus ex epift. 106. Quod fi recentiores religioni ducunt adeo præpoftere de Romanis Pontificibus fentire, qui ex communi Ecclefiæ fenfu contra Pelagianos fententias dixere, mitiores etiam erga Auguftinum animos induant, atque in eadem prorfus caufa & Romanos Præfules & Hipponenfem Antiftitem benignis interpretationibus excipiant, non illas quidem honoris gratia e proprio cerebro fingentes, fed ab ipfo Auguftino una cum Fulgentio eafdem inaudientes. Unus enim Auguftinus fibi eft ad fui intelligentiam clavis, ac fuorum fenfuum planus ac fincerus interpres.

§. V.

Non erraffe S. Doctorem exponentem illud Apoftoli Rom. 14. Omne quod non eft ex fide, peccatum eft. *Ecclefia catholica, Romani Pontifices, ac Patres S. Auguftini interpretationem approbant.*

SEd rurfus Morainius contra Auguftinum clamat: *Perperam quoque exponit id quod ait Apoftolus Rom.* 14. 23. Omne quod non eft ex fide, peccatum eft, *quafi velit dicere Apoftolus omnia opera infidelium effe peccata, & fine vera fide nullum poffe fieri bonum opus. Cum tamen ibi fermo fit de eo, quod non fit ex dictamine confcientiæ indicantis bona fide licitum effe id quod fit, ut ex textu ipfo liquet, & communis interpretatio doctorum contradicit Auguftino, qui etiam aliquot locis, ut alibi notavimus, videtur hanc fuam affertionem reftringere ad bonum opus utile vitæ æternæ confequendæ* &c. *Utrumque tamen a vero fenfu Apoftoli loco citato plane alienum eft*. hæc ille. Nos quidem fuperiori capite §. 4. quæ fuerit S. Doctoris mens de operibus infidelium indicavimus, modo Morainii ignorantia caftiganda eft, qui eam interpretationem, quam Ecclefia inter facras cæremonias fecuta eft, a vero fenfu Apoftoli plane alienam dicere non dubitavit. Etenim ex antiquo Ecclefiæ ritu Epifcopus eos, qui fubdiaconi confecrandi funt, ita alloquitur: *Eftote ergo tales, qui facrificiis divinis & Ecclefiæ Dei, hoc eft corporis Chrifti digne fervire valeatis in vera & catholica fide fundati, quoniam, ut ait Apoftolus*, omne quod non eft ex fide, peccatum eft, *fchifmaticum eft, & extra unitatem Ecclefiæ eft*. in Pontificali Romano. Ecce Auguftinianum interpretamentum catholicæ Ecclefiæ approbatione confecratum, & per univerfum Orbem orthodoxum ab Epifcopis inter facras cæremonias recitatum. Igitur una eft Ecclefiæ & Auguftini de illis Apoftoli verbis fententia, nempe ut de vera fide Chriftiana intelligantur. Videre mihi videor novos cenfores hærere, ut aiunt, ad aquas. Si Ecclefiam catholicam *perperam* textum Apoftoli explicare dicant, iam vident, quam gravi fe piaculo obftringunt. At fi Ecclefiæ voces reiicere religioni ducunt, iam tandem Auguftino Ecclefiaftica aucto-

ritate

ritate coacti herbam porrigant. Nec mirum Ecclesiam catholicam ita Apostoli verba intellexisse, eo enim prorsus modo apostolicæ Sedis Pontifices eadem antiquitus interpretati sunt. S.Leo magnus serm. 2. de Ieiunio Pentecostes disserens de Infidelium ac Christianorum virtutibus ita Apostoli sententiam explicat: *Aliud agit sub veritate ratio, aliud sub falsitate deceptio. Apud nos fides iustificat etiam manducantem, apud illos infidelitas polluit ieiunantem. Unde quia extra Ecclesiam catholicam nihil est integrum, nihil castum, dicente Apostolo*: Omne quod non est ex fide, peccatum est &c. Idem serm. 8. de Quadragesima ait: *Is vera & rationabili purificatione se præparat, cuius cor nulla infidelitate polluitur, dicente Apostolo*: Omne quod non est ex fide, peccatum est, *inutilia erunt & vana eorum ieiunia, quos illusionibus suis decipit mendacii pater, & vera Christi caro non pascit*. Forte dicetis illam fuisse privatam Leonis interpretationem, qui ea in re cum Augustino sensit, docuisse illa Leonem pro concione differentem, non e cathedra contra hæreses quidquam definientem. Sed parum ista iuvant, dum catholici laudatam explicationem ab Apostolico ore inaudierunt, nec nisi temere dicere potestis, Leonem licet non e cathedra definientem, sed docentem *perperam* locutum fuisse. Sed habemus Pontificem Bonifacium II. qui septuagesimo a Leonis obitu anno contra Semipelagianos sententiam e cathedra pronuntians Augustinianam interpretationem probavit. Etenim in epistola ad S.Cæsarium Arelatensem loquens de fide Christiana, ait: *Præter quam* fidem *nihil est boni, quod secundum Deum quilibet valeat operari, sicut beatus Apostolus dicit:* Omne quod non est ex fide, peccatum est. *Quod cum ita sit, aut nullum bonum gratiæ deputabunt, si ei fidem subtrahere moliuntur, aut si quod bonum esse dicunt de gratia, ipsa necessario fides erit gratiæ deputanda*. At si duo Romani Pontifices non satis auctoritatis addunt Augustini interpretationi, produco suffragia quindecim Patrum doctissimorum ac sanctissimorum, qui ex Africa in Sardiniam a Trasamundo Rege Ariano in exsilium deportati in libro de Incarnatione & gratia omnium subscriptione, ut ex titulo patet, approbato hæc tradunt cap.25. *Quis audeat illas in hoc loco gentes accipere, quas constat non esse iustificatas ex fide, cum ipse testetur Apostolus*: *quia* omne quod non est ex fide, peccatum est: *& quia* sine fide impossibile est placere Deo? *Quod si Abraham ex fide iustificatum esse constat* &c. hæc synodus Byzacena. Quæ profecto faciunt, ut nostri Patris explicatio nisi temere censuræ subiici possit. Sed alii Patres atque antiqui scriptores eidem interpretationi albos calculos adiecere, S. Prosper in epistola ad Rufinum, S. Fulgentius lib. 2. de Peccator. remissione cap.1. S. Isidorus libro de Summo bono cap. 2. S. Bernardus serm. 30. & 51. in Cantica, Iulianus Pomerius lib. 3. de Vita contempl. cap. 1. Facundus Hermianensis lib. 1. de Tribus capit. ad Iustinianum Imperatorem cap. 1. in fine aliique, ita ut si Patrum suffragia numerentur, plusquam viginti Augustino in eadem Apostolici textus intelligentia consentiant, cum in altera interpretatione longe pauciores a recentioribus nominentur, nisi semet pariter istis adiungant, a quibus tam longo intervallo disiuncti sunt. Et tamen audacter Morainius contestatur, quod *communis interpretatio doctorum contradicit Augustino*, quasi illi Patres, quos adduximus, doctores non sint, sed plebeia de fæce Suburræ. Video tamen Bernardum alteram etiam interpretationem admittere, nempe quod non est ex conscientia, peccatum est, in lib. de Præcept. & disp. cap. 18. & 20. Vossius vir satis suo nomine notus lib. 3. Hist. Pelag. par. 3. thesi 12. conatur uno verbo Augustini interpretationem cum altera memorata de conscientia componere, *nempe ut mens Apostoli sit, quidquid non provenit ex fide Christiana per conscientiam ad opus applicata, illud peccatum censetur*. Sed nullis interpretamentis indiget Augustinus, qui de vera intelligentia Paulinæ sententiæ cum Iuliano litigavit. Etenim cum S. Doctor in primo libro de Nupt. & concup. cap. 3. initio, ubi incipit contra Iulianum disputare, ex illis Apostoli verbis *Omne quod non est ex fide, peccatum est*, intulisset sine fide pudicitiam non esse veram virtutem, Iulianus quatuor libros uni illi Augustiniano opponens, reiecta interpretatione S. Patris, alteram dubio procul de conscientia supposuit, ut vim argumenti elideret. At Augustinus contra hosce quatuor Iuliani libros

Hebr. 11.

Rom. 14.

bros e vestigio alterum de Nuptiis & concupiscentia exaravit, dein sex etiam volumina longe maiori labore composuit, in quorum quarto cap. 3. Iuliani expositionem reiicit, suamque datam cap. 3. de Nupt. & concup. cit. constanter defendit his plane verbis: *Testimonium illud, quod ex Apostolo posui*: Omne quod non est ex fide, peccatum est, *sicut tibi visum est, accepisti & exposuisti, non ut sapit, sed ut sapis: de cibis enim Apostolus loquebatur. Verum cum dixisset*: Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide, *hanc peccati speciem, de qua agebat, generali voluit probare sententia mox inferens*: *Omne enim quod non est ex fide, peccatum est*. Hæc Augustinus, ex quibus dictamen conscientiæ a fide dirigendum esse deducitur, a qua sola, ut ibidem probat, in ultimum finem opus refertur, quam ille conditionem ad bonitatem moralem operis ex omni circumstantia perfecti semper requirit. Etenim iudicium practicum, quod dictat abstinendum a cibis lege vetitis, dirigitur a fide, qua creduntur præcepta illa esse servanda per ordinem ad ultimum finem. Quare qui discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non operatur ex fide dirigente iudicium practicum seu conscientiam, quod dictum generali sententia probans Apostolus ait: *omne quod non est ex fide*, a qua sola bonum opus saltem virtualiter ad Deum referri potest, *peccatum est*. Neque hic audienda est violenta interpretatio Cornelii a Lapide ad hunc Pauli textum dicentis: *Augustinum cum suis rò* quod non est ex fide, *per missum sic accipere, quasi dicat Apostolus, quod est ex infidelitate, vel quod est contra fidem, quodve fit ad cultum Idoli, hoc peccatum esse, & quia S. Augustinus putabat pleraque opera ab infidelibus fieri hoc fine, scilicet ad colendum Idolum, hinc consequenter pleraque opera putasse esse peccata*. Etenim S. Pater ad veram virtutem relationem in ultimum finem necessariam adeo putavit, ut nec virtutes propter sui honestatem citra vitium expeti posse affirmaverit, ut fusius cap. 3. §. 4. probavimus; deficit enim illis relatio saltem virtualis proxima in ultimum finem, eo quod eliciantur ab homine veri Dei cognitione privato, ac philautiæ vitio corrumpantur; quæ constans Augustino sententia stetit.

Ibidem.

Dices. Igitur si *omne quod non est ex fide, peccatum est*, videlicet omnis actio, quæ non supponit fidem in operante, a qua in ultimum finem dirigatur, est peccatum, eaque adstruitur germana intelligentia verborum Apostoli ex Patrum, Pontificum, ac totius Ecclesiæ catholicæ interpretatione, sequitur omnia opera infidelium esse peccata, quæ tamen est 26. propositio Baii ab apostolica Sede toties damnata. Respondeo nos iam superius cap. 3. §. 4. insinuasse, procul esse Augustini sententiam a damnata Baii propositione; sed ne videamur recentiores Pontifices, qui memoratam thesim sæpius proscripsere, cum antiquis decessoribus, immo cum ipsamet Ecclesia catholica committere, quæ ex Apostolo docet, *omne quod non est ex fide, peccatum esse*, pauca hic iterum subiiciam. In primis illa propositio vigesima sexta Baii a plerisque recitatur, præcipue vero a Suario hoc pacto: *Et ad Pelagianismum reiicienda est illa sententia, omnia opera infidelium sunt peccata, & philosophorum virtutes sunt vitia*. Scribit autem Torrianus in tractatu de erroribus Baii ad calcem tomi de Gratia cap. 5. §. 1. num. 4. *Sic habent aliquot bullæ typis mandatæ Romæ, & aliquot manuscriptæ, quas ego vidi*. Mendose autem illam thesim sic describi certum est, nam tantum abest, ut Pelagiani dixerint omnia opera infidelium esse peccata, ut e contrario potius assererent infideles pleraque virtutum opera elicere, putantes ea ratione divinam gratiam expungere ex Augustino lib. 4. con. Iul. cap. 3. Suarez prolegom. 6. de Grat. cap. 2. num. 7. ait: *Unde suspicor in illa propositione hypothetica deesse negationem aliquam, seu verbum negandi*, nempe: *Et ad Pelagianismum reiicienda est illa sententia, non omnia opera infidelium sunt peccata, & philosophorum virtutes non sunt vitia*. At Vasquez 1. 2. disp. 191. cap. 2. ita recitat illam propositionem: *Omnia opera infidelium sunt peccata* &c. & in eadem bulla non semel edita Romæ contra Iansenium verba illa, *Et ad Pelagianismum* &c. omissa sunt. In primis damnata est illa propositio ob censuram, qua Pelagianismi incusabat negantes omnia opera infidelium esse peccata, & illam censuram

Possevin. V. Michael Baius.

ram primitus in bullis fuisse patet ex iis, quæ antiquitus Romæ editæ sunt, quas etiam Turrianus insignis e Societate scriptor testatur se legisse; quis audeat dicere Typographos Romanos propria auctoritate ea verba addidisse? Hæc confirmantur ex hac propositione 23. eiusdem Baii, nempe: *Cum Pelagio sentire, qui textum Apostoli Rom.* 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, *intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus*. Quæ quidem propositio vel secundum historicam narrationem accipitur, idest eos qui ita sentiunt, id asserere, quod itidem Pelagius affirmavit. & in hoc sensu propositio illa est vera, nec ulla ratione damnari potest; nam Pelagius ita illa Apostoli verba explicabat in epist. ad Demetriadem cap. 4. & Patres Byzaceni in lib. de Incarnat. & grat. cap. 5. recitata illa Pauli sententia scribunt: *Quem quidem Apostoli locum hi, qui gratiæ contradicunt, gentibus incredulis assignare conantur*. quod etiam tradit Augustinus lib. 4. con. Iul. cap. 3. §. *Unde & illi*. Vel eadem assertio accipitur prout censura configit eos, qui laudatum textum de infidelibus intelligunt, quasi hæresim Pelagianam eo pacto doceant; & recte ob impudentem censuram tamquam scandalosa damnatur eadem Baii propositio. Itaque etiam propositio illa 26. ob censuram proscripta fuit, quæ eamdem doctrinam cum 23, continet; oppositum enim thesis 26. probari solet ab omnibus ex textu memorato Apostoli Rom. 2. Respondeo 2. propositiones illas damnari *respective* & *in sensu ab assertoribus intento*, ut in fine bullæ asseritur. Illa propositio 26. damnatur respective ad 35. quæ est: *Omne quod agit peccator vel servus peccati, peccatum est*. Ex qua necessario infertur, omnia opera infidelium esse peccata, & philosophorum virtutes esse vitia, cum illi sint peccatores. Quare merito damnatur, uti derivata ex hæretica doctrina reiecta in Tridentina synodo sess. 6. can. 7. & ab Augustino, ut contra Maldonatum ostendimus cap. 3. §. 4. Respondeo tertio infideles aliquos actus bonos elicere, ad quos a Deo præmoventur, qui profecto peccata esse non possunt. Tradit hoc disserte S. Doctor cap. 24. de Gratia Christi, ubi recitato illo Scripturæ sacræ de Assueri muta-tione testimonio Hester 15. 11. *Convertit Deus, & transtulit indignationem eius in lenitatem*, cum prius præmisisset Assuerum tunc fuisse infidelem & peccatorem, concludit: *Interna atque occulta mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates*. Baius vero nullos actus bonos ex Dei gratia ab infidelibus fieri volebat, eo quod gratiam tantum admittebat Spiritus Sancti inhabitantis in anima, qui cum in infideli non inhabitet, hinc arbitrabatur, nullum in eodem divinæ gratiæ auxilium reperiri. Horum testem appello Gabrielem Vasquez 1. 2. disp. 190. cap. 18. num. 184. ubi de opinione Baii in libro de Iustitia & virtutibus impiorum cap. 4. & 5. hæc habet: *Non admittebat ille distinctionem gratiæ Spiritus Sancti nondum habitantis, qualem concedimus ante remissionem peccatorum, & inhabitantis, qualem dicimus esse post remissionem*. Quæ doctrina est contra Tridentinam synodum, quæ sess. 14. cap. 4. admittit *Spiritus S. impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis*, Ex his patet Gregorium nostrum Ariminensem in hac thesi cum Michaele Baio neutiquam convenire. Nam licet in 2. sent. dist. 26. q. 1. art. 1. dicat omnia opera infidelium esse peccata; attamen art. 3. in resp. ad testimonia Augustini ait: *Si tamen aliquod taliter factum, scilicet debito fine & aliis debitis, scilicet circumstantiis, reperiatur ab infidelibus, dicendum est eos id fecisse non sine speciali adiutorio Dei*. Quod in resp. ad 8. de facto in obstetricibus Ægyptiis pueros Hebræorum occultantibus factum concedit, nempe *Deo specialiter adiuvante*. Quæ etiam ibidem probat S. Doctoris testimonio lib. 4. con. Iul. cap. 3. Ubi concedit aliqua bona opera in infidelibus ex speciali tamen Dei gratia derivata, & admittit insuper adiutorium Dei, seu Spiritus Sancti nondum inhabitantis, quorum neutrum Baius asserebat. Basilius Poncius 1. p. Relect. de grat. cap. ultimo pag. 204. ait: *Ponamus enim id, quod probabilis opinio fert, ut dicam in secunda parte, omnia infidelium opera esse peccata* &c. Quis autem existimet virum inter Salmanticenses celeberrimum Baii sententiam probabilem duxisse, præsertim cum cap. 15. de eiusdem Baii proposi-

tioni-

tionibus agat? Etenim Poncius inter Principes huius sæculi Theologos merito a doctis quibusque recensetur. Huic doctissimi Patres Carmelitæ Excalceati Salmanticenses honoris gratia hocce epitaphium posuere tract. 3. de scientia Dei disp. 10. dub. 8. num. 130. *Quamvis omittere non possimus magnum illum virum, qui modo, dum huic operi insudaremus, maximo omnium dolore & totius huius Universitatis immo & Orbis iactura a vivis ereptus est, nempe Magistrum Basilium Poncium Legionensem Augustinianæ familiæ augustissimam prolem & in hac Academia Cathedræ primariæ sacræ Theologiæ meritissimum moderatorem.* Itaque cum illa propositio, omnia opera infidelium sunt peccata, a nobilissimis Theologis etiam post editam bullam contra Baium defendatur, palam fit in recto sensu posse accipi, a quo procul fuit Baius, unde merito eadem thesis ab apostolica Sede proscripta fuit. Hæc autem fusius prosecutus sum, non modo ut ostenderem summos Pontifices ac tot Patres immo ipsam catholicam Ecclesiam, dum illa verba Apostoli Rom. 14. *Omne quod non est ex fide, peccatum est*, explicant de fide Christiana, nulla ratione suffragari damnatæ Baii propositioni, verum etiam ut satis molestam quorumdam recentiorum importunitatem refellerem, qua crudam illam propositionem absque sensuum, quos plures pati monstravi, distinctione damnatam volunt.

§. VI.

S. Augustinus numquam censuit cogitationes morosas esse dumtaxat peccatum veniale, ut recentiores eidem falso imponunt.

Restaurat tamen accusationem Moraines, & alterius erroris Augustinum reum postulat his verbis: *Præterea lib. 2. c. 10. con. Iul. docet cogitationes morosas sive delectationes voluntarias de rebus venereis esse dumtaxat peccatum veniale, modo absit consensus in opus seu malum desiderium vel illius periculum: quæ doctrina ab omnibus catholicis iampridem reiicitur, nec sine scandalo a quoquam obtruderetur.* Sed respondemus Augustinum intelligendum esse de delectatione, quæ est sine plena advertentia malitiæ vel peri-
A culi illius, in quo casu non esse illam peccatum mortale communis Theologorum sententia est, testibus S. Thoma q. 15. de malo art. 2. ad 16. Sala 1. 2. tr. 13. disp. 6. sect. 6. & Vasquez 1. 2. disp. 97. cap. 3. At S. Doctorem de delectatione eo modo erumpente locutum fuisse non obscure ex illiusmet verbis cognoscitur. *Quando in talibus*, inquit, *cogitationibus cum aliqua delectatione remorantur, non quidem decernentes flagitium, sed intentionem mentis non sicut oportet, ne illo incidat, inde avertentes, aut si inciderit, inde rapientes.* cap. 10. cit. Oportet
B enim mentem, si eas in cogitationes inciderit, statim inde avertere, quod si ex defectu plenæ advertentiæ non fiat, (quod sæpe accidit, cum non sit in nostra potestate, quid nobis veniat in mentem, sed turpia quandoque irrepant, animumque repentina delectatione titillent), neutiquam peccatum mortale censetur. Hinc Augustinus addidit *aliqua delectatione*, ut eius gravitatem ac vim ad peccatum mortale causandum non sufficere ostenderet. Porro sensisse Augustinum cogitationes seu delectationes morosas esse peccatum mortale pa-
C tet ex lib. 12. de Trinit. cap. 12. ubi aperte docet tales delectationes morosas esse peccatum sufficiens ad pertrahendum hominem in æternam damnationem, nisi sacramentali gratia culpa remittatur. *Ita dici potest*, inquit, *in homine uno, si delectationibus illicitis, a quibus se continuo deberet avertere cogitatio, libenter sola pascatur, nec facienda decernantur mala, sed tantum suaviter in recordatione teneantur, quasi mulierem sine viro posse damnari, absit hoc credere. Hæc quippe una persona est, unus homo est, totusque damnabitur, nisi hæc, quæ
D sine voluntate operandi, sed tamen cum voluntate animum talibus oblectandi, solius cogitationis sentiuntur esse peccata, per mediatoris gratiam remittantur.* En claram apertamque S Doctoris sententiam, qui si alibi ita locutus fuit, ut & in pravum & in bonum sensum trahi potuerit, cur non ipsum audit Moraines suorum verborum interpretem, sed ex semel contra ipsum concepta opinione in erroneum sensum detorquet, ut eiusdem accusandi patentiorem locum sibi faciat? Tales nos erga aliorum scripta præstare debemus, quales nostris chartis

tis lectores volumus, nempe candidos, ingenuos, extra odium ac livorem positos, quive ea quæ æquivoca forte excidere, congruis interpretamentis exponunt. Ceterum quantum sanctissimus ille Ecclesiæ Doctor delectationes hasce furtim in animum irrepentes timuerit atque exhorruerit, ex his precibus, quas in fine præclari illius operis de Trinitate ad Deum profudit, satis abunde intelligitur: *Multæ sunt*, ait, *cogitationes meæ tales, quales nosti, cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Dona mihi non eis consentire, & si quando me delectant, eas nihilominus improbare, nec in eis velut* B *dormitando immorari. Nec in tantum valeant apud me, ut aliquid in opera mea procedat ex illis, sed ab eis mea saltem sit tuta sententia, tuta conscientia, te tuente.* Quid est in delectationibus *velut dormitando immorari*? nisi ex non plena advertentia immorari, sicuti qui dormitat, non plene advertit ea, quæ fiunt.

§. VII.

An S. Augustinus putaverit baptismum datum sine intentione esse validum.

SEd alio rursus errore Augustinum involvit adversarius: *Item dubitavit*, C inquit, *num baptismus sine intentione datus per iocum & irrisorie validus sit libro 7. de Baptismo cap. 53. censetque expectandam esse revelationem, antequam talis rebaptizetur.* ita Morainius ibidem. Non una, fane fateor, est Theologorum sententia in explicando Augustino, ne videatur a baptismo necessitatem intentionis removisse, quam tamen necessario requiri & Florentina & Tridentina synodus decrevere. Magister sententiarum 4. dist. 6. dubium fuisse Augustinum concedit. At D S. Thomas ibidem in fine distinctionis exponens textum, docet dupliciter posse quempiam irrisorie baptizare. Vel propter solam oblectationem, quam ex illa exteriori actione capit, non habens interim intentionem faciendi quod facit Ecclesia, neque conferendi rem sacramenti, nempe gratiam, & hoc modo tradit nullum esse baptismum. Vel potest quis ludicre alterum baptizare, ut intendat quidem facere, quod facit Ecclesia, sed non conferre rem sacramenti, quod ipse falsum nullumque arbitratur, & in

A hoc posteriori sensu ait esse validum baptismum, quare cum nesciamus, quo ex his duobus intentionis modis ludicre baptizans alterum abluerit, expectanda est, inquit S. Thomas, divina revelatio, ut docet Augustinus. P. Macedo libro 4. de Clavibus cap. 9. partis primæ hanc explicationem subscribit, laudans Augustini prudentiam, qui ad eam occultam cogitationem per ludum baptizantis detegendam, Dei unius testimonium, qui cordium scrutator est, necessarium pronuntiaverit. Addit ibidem recentiores gerere se *insolenter*, qui Augustinum ob id reprehendunt, uti est Antoninus Moraines in suo Antiiansenio *iniquissimus*, ait, *Augustino auctor, sed non miror, quod cum in eo libro fictus sit auctor, cum persona decorem deposuit. Bellarminum imitari debuit multo se doctiorem & meliorem, qui Augustinum intellexit & vindicavit.* Sed sane Moraines, qui de necessitate intentionis ministri Augustinum dubitasse dicit, Bellarminum imitatur, qui lib. 1. cap. 28. in fol. 3. arg. Kemnitii scribit Augustinum de intentionis necessitate *dubitasse*, addens: *Nunc autem res definita est in duobus generalibus conciliis Florentino & Tridentino.*

Hæc tamen explicatio mihi probari nullo modo potest. Nam in dubio repeti debet baptismus, ut communis doctorum sententia tradit ex concilio Carthaginensi post. conf. Fl. Stilichonis A. 401. ubi in dubio, an puer barbarus venundatus sit baptizatus, decernitur esse illum baptizandum; expedit enim exponere potius sacramentum periculo nullitatis, quam hominem periculo damnationis, neque dicunt Patres in eo dubio implorandam divinam revelationem. Porro illud decretum notum fuit Augustino, quo præsente repetitum est cum ceteris canonibus synodorum Africanarum sub Aurelio Carthaginensi habitarum in plenario concilio Africano anno 419. Igitur non apparente voluntate per ludum baptizantis, iterum est baptismus repetendus. Ita si quis Iudæus apud suos in scena nostra sacra irridentes esset baptizatus, ad fidem vero vellet accedere, Ecclesia illum baptizaret, nec revelationem expectaret, qua Iudæi olim in scena baptizantis intentio innotesceret. Quando autem Augustinus eo cap. 53. ait: *Utrum approbandus esset baptismus, qui*

sic

ſic daretur, *divinum iudicium per alicuius revelationis oraculum* &c. *implorandum eſse cenſerem*, non intelligit in dubio facti, ſed in dubio iuris, nam talis perſona ſic baptizata eſſet iternm baptizanda. At de ſufficientia & valore talis modi baptizandi, ut inter dogmata Eccleſiæ certa definitio teponeretur, expectandam dixit revelationem, uon quidem quæ alicui perſonæ privatæ fieret pet novum miraculum, ſed quæ fieret Patribus ſynodi per ſolitas illuſtrationcs Spiritus Sancti; unde ſtatim addit: *Ita ſaue ut poſt me dicturos ſeutentias, ue quid iam exploratum & cognitum afferreut, bumiliter expectarem*.

Inter ceteros recentiores, qui de iotelligentia huius cap. 53. Auguſtiniani agunt, ptimas ferunt Vaſquez 3. p. diſput. 138. cap. 4. & Lugo Catdinalis diſp. 8. de Sacr. in genete ſectione 3. Ego ſic iudico rem ab initio repetendo. Occaſione quæſtioois, quam Donatiſtæ de rebaptizandis iis, qui ab hæreticis baptizati erant, catholicis faciebant, nonnulla dubia de baptiſmo ioter ipſos catholicos subotta ſuetant, quæ S. Auguſtinus io finem ſeptimi & ultimi libri de Baptiſmo reiecit, ea veto ibi recitat non quidem ſoluturus, ſed poſteris potius ſolvenda proponens. Itaque ſic caput illud 53. exotditur: *Solet etiam quæri, utrum approbaudum ſit baptiſma, quod ab eo, qui uon accepit, accipitur* &c. Tres vero ibi quæſtiones præcipue proponit. Prima eſt an ſallaciter & ſimulate ttadens baptiſmum vete baptizet, ſallens, inquam, in Eccleſia, vel quæ putatur Eccleſia. Altera quæſtio eſt, an ſallacitet & cum ſimulatione ſuſcipiens in Eccleſia baptiſmum vete & valide baptizetut. Poſtrema quæſtio eſt, an tum præbens tum recipiens baptiſmum extra Eccleſiam mimice & ludicre ablutionem petagentes, vere conficiant ſacramentum baptiſmi. In his dubiis noo audet Auguſtinus quidquam defioire, ſed ait: *Nobis tutum eſt in ea nou progredi aliqua temeritate ſeutentiæ, quæ nullo in catbolico regionali concilio cœpta, nullo plenario concilio terminata ſunt*. Poſtea inſinuat, ſi in ea ſyoodo ſederet, in qua illa dubia ſolvenda eſſent, malle ſe aliorum ſententias ſequi, & ſi eo animo tunc eſſet, quo erat, cum illa dictabat, ita reſpnnſurum: Ad primam quæſtionem quidem: *Habere eos baptiſmum, qui ubicumque & a quibuſcumque illud verbis Evangelicis conſecratum ſiue ſua ſimulatione & cum aliqua fide accepiſſent*. Ad alteram quæſtionem reſpondet: *Præteritis maiornm ſtatutis nou dubito etiam illos babere baptiſmum, qui quamvis fallaciter id accipiaut, in Eccleſia tamen accipiunt, vel ubi putatur eſſe Eccleſia ab eis, in quorum ſocietate id accipitur*. Itaque ex Auguſtini ſententia ſufficit ad valotem baptiſmi, quod io altorutro tantum ſit veta fides, licet in uno poſſit eſſe ſallacia & ſimulatio. Porro oon eſt certum, an de iotentione neceſſaria ad baptiſmum loquatur. Nam Vaſquez putat, per ly *ſimulatus animus*, *fallacia*, *ſimulatio*, excludi veram intentionem aut dantis aut accipientis baptiſmum: quare cum dicit Auguſtinus qui *fallaciter* accipiunt baptiſmum, idem ſonat ac *abſque intentione*. Et concludit putaſſe Auguſtinum, intentionem oon eſſe neceſſariam in dante & ſuſcipiente baptiſmum, ſed ſatis eſſe, quod ſit in alterutto, quæ ſententia modo ob decreta conciliorum tuta non eſt. Sed hæc explicatio difficultatem patitur, quod Auguſtinus aperte ſctibit: *Præteritis maiorum ſtatutis non dubito etiam illos babere baptiſmum, qui quamvis fallaciter id accipiaut, in Eccleſia tameu accipiunt*. Si igitur ſallaciter accipere baptiſmum eſt ſine ioteotione recipere baptiſmum, maiorum ſtatutis decretum erat recipientem ſine intentione eſſe vere baptizatum, hoc enim teſtatur Auguſtinus, qui ob deceſſorum ſtatuta recipieotem baptiſmum cum ea ſallacia ac ſimulatione non dubitat eſſe valide baptizatum. Et ſupetius loquens de dante & accipiente cum ſallacia ait: *An plus valeut ad confirmandum ſacramentum illi veraces, iuter quos agitur, quam ad fruſtraudum illi fallaces, a quibus agitur, & in quibus agitur, & tameu ſi poſtea prodatur, uemo repetit, ſed aut excommunicaudo punitur illa ſimulatio, aut pœniteudo ſanatur*. Per ly *fallaces, a quibus agitur*, intelliguntur dantes baptiſmum, & per ly *in quibus agitur*, accipientes baptiſmum. Quod ſi ſallacia & ſimulatio ſignificant catentiam intentionis, quis non videat communem olim in aotiqua Eccleſia ſententiam damnatam fuiſſe a Ttidentina ſynodo, nempe non requiti intentionem ad valotem ſactamenti? Auguſtinus enim maiorum

ſtatuta

statuta appellat, quibus decretum erat fallaciter, hoc est sine intentione, ut explicat Vasquez, accipientem babere verum baptismum. Item testatur tales eum ea fallacia baptizatos, si prodatur ea simulatio, excommunicari, non vero rebaptizari, quod significat illis verbis *nemo repetit*, scilieet baptismum, euius oppositum modo docet Ecclesia, quæ eum defioiat baptismum collatum sine intentione, esse nullum illum repeti iubet. Itaque explicatio, qua Augustini dicta Vasquez interpretatur, stare nullo modo potest, nisi dicamus vel antiquos Patres errasse, & non rebaptizantes eos, qui cum simulatione baptismum peregissent, eorumdem damoationis causam fuisse. Vel certe Tridentinos ac Florentinos Patres contra vetustioris Ecclesiæ senteotiam statuisse, iotentionem esse necessariam ad valnrem sacramenti; quod utrumque falsum & absurdum est. Fictus ille Moraines io disputationibus Theologicis, quas sub vero oomine nempe Iohannis Martioooi edidit 3. par. disp. 22. sect. 3. oum. 33. non sibi cohærentem doctrinam Augustini arguens ait: *Cumque D. Augustinus eodem loco recte censuerit, eum non recipere baptismum, qui ficte & sine intentione recipiendi accedit, par fuit ratio, ut non dubitaret eum quoque non vere baptizare, qui non serio ac sine intentione baptizat*. At S. Doctor oppositum prorsus scripsit, nam plana sunt eius verba superius recitata: *Non dubito etiam illos babere baptismum, qui quamvis fallaciter* (hoc est sine intentione, ut cum Vasquio interpretatur Martinonus) *id accipiant, in Ecclesia tamen accipiunt*. Nullius autem minus cohæreotis sententiæ Augustinus auctor fuit, ut opinatur Martinonus, sed validum esse baptismum dixit & in fallaciter accipieote & a fallaciter dante.

Explicaodum igitor est, quid nomioe fallaciæ & simulationis Augustinus iotelligat, cum dici nequeat, significasse carentiam intentionis modo ex Tridentino ad valorem baptismi necessariæ. Itaque fallacia & simulatio in dupliei sensu aceipi possunt, vel quatenus excludunt inteotionem faciendi, quod facit Ecclesia in conficiendo sacramento, vel quatenus excludunt fidem seu credulitatem vel existimationem de re & effectu sacrameoti, qui est saoctificatio ani-
A mæ per gratiæ infusionem, quæ duo sunt valde diversa. Nam si quis Geotilis velit baptizari ob lucrum, quod inde sperat a Principe Christiano, fallaci animo ac simulato accipit baptismum, fallaeia tamen & simulatiooe non excludeote iotentionem necessariam ad valorem sacramenti, per quam intendit facere, quod facit Ecclesia, sed exeludeote rem & effectum sacrameoti, oempe gratiam sanctificantem. Quare cum ex dictis cootra Vasquium intelligi non possit Augustinus de fallacia & simulatione excludente ioteotionem faciendi, quod facit
B Ecclesia, quam syoodi posteriores statuerunt necessariam esse ad valorem sacramenti, de fallacia & simulatione exeludente intentionem seu credulitatem & existimationem de re & effectu sacramenti accipiendus est. Hinc Augostious ad valorem sacramenti requirit, ut qui illud *fallaciter accipiunt, in Ecclesia tamen accipiant* &c. Et ante ait: *Utrum fallens sicut in Ecclesia vel in ea, quæ putatur Ecclesia*. Qui eoim in Ecclesia petit baptismum, vult sane exterius io se fieri, quod facit Ecclesia, licet de effectu gratiæ nihil eredat. Idem Augusti-
C nus lib. 1. de Baptis. cap. 12. eum dixisset Simoni mago in baptismo dimissa fuisse peccata, quærit: *Quid si ad ipsum baptismum fictus accessit?* hoc est non habens fidem vel ioteotionem de effectu baptismi, sed aoimo simulato atque fallaci, addit: *Quæro si postea fictionem suam corde concusso & vero dolore fateretur, denuo baptizandus indicaretur? Quod si est dementissimum dicere* &c. Ex quibus patet pet fictionem illam exeludi intentionem de re & effectu baptismi, non vero intentionem faciendi, quod facit Ecclesia; si enim hoc secundo modo intel-
D ligenda esset, quomodo esset *dementissimum dicere*, illum esse denuo baptizaodum, cum ex Tridentino illud Ecclesia modo doceat? Præterea ibi opponit fallentem in Ecclesia iocanti in mimo in suscipiendo baptismo; quærit enim an teneat baptismus peractus *cum simulatione, utrum* fallentis *sicut in Ecclesia*, vel in ea, quæ putatur Ecclesia, ao iocantis sicut in mimo. At fallens io Ecclesia, & iocans io mimo in hoc conveniunt, quod uterque non habet fidem de effectu baptismi, quia neuter habet intentionem de sanctificatione animæ. At dif-

Xxx ferunt

ferunt in hoc, quod fallens in Ecclesia serio intendit vere facere, quod spectat externam actionem, quod facit Ecclesia, ut & ipse censeatur esse Christianus. At iocaos in mimo vult tantum repræsentare per ludum, quod facit Ecclesia, quod non est velle serio facere, quod facit Ecclesia, sed per ludum velle irridere, quod facit Ecclesia.

Verum quid ad tertiam illam difficultatem respondit Augustinus: *Ubi autem neque societas ulla esset ita credentium, neque ille qui ibi acciperet, ita crederet, sed totum ludicre & mimice & ioculariter ageretur, utrum approbandus esset baptismus, qui sic daretur*? Respondet rem satis dubiam esse, & ut certa definitio in synodo statueretur, divinum auxilium a Patribus implotandum. Et quidem S. Patrem de aliquo dubitasse, quod modo extra dubium ponitur, necessatio dicendum est. Quando enim ait mimice & ludicre collatum baptismum: vel *mimice & ludicre* ita intelligebat, ut procul inde esset oon solum iotentio de effectu sacramenti, vetum etiam intentio faciendi, quod facir Ecclesia; vel ita ut hæc secunda intentio minime excluderetur. Si de hoc secundo dubitavit, iam modo constat satis esse hanc iotentionem faciendi, quod facit Ecclesia, ad valorem baptismi. Si de primo dubius fuit: item certum modo est inter catholicos, baptismum exclusa qualibet intentione non esse validum. Profecto ex verbis Augustini patet omnem & quamcumque tunc inteotionem excludi, ait enim, *sed totum ludicre & mimice & iculariter ageretur*. Siquidem si adesset intentio serio facieodi, quod facit Ecclesia, iam non totum, hoc est omni ex parte ioculariter & ludicre ageretut. Quis autem hanc dubitationem Augustino vitio vertat, nisi Moraines parum æquus Augustino scriptor, qui eas S. Doctori sententias affricat, quarum oppositas sine dubio idem se tenere pronuntiat. Iure autem Augustinus iudicium suspendit ea præsertim tempestate, qua ob rebaptizationem Donatistarum, quæcumque iterario baptismi per ludum dati asserta fuisset, fideles minus rerum periti ac simplices longa via ab schismaticis rebaptizantibus in errorem trahi poterant, cui periculo prudeoter Augustinus cavit. Quod vero in votis habuit, ut in plenaria synodo res definiretur, iam definita est in coocilio Florentino in fidei decreto post ultimam sessionem, & io Tridentino sess. 7. can. 11. dum intentio ministri decernitur requiri ad valorem sacramentorum. Ita Augustinus caput illud 53. concluserat: *Quanto magis ergo nunc sine præiudicio diligentioris inquisitionis vel maioris auctoritatis illud dixisse accipiendus sum*. Quare sua illa suspensione sententiæ nullum præiudicium inferre voluit *diligentiori inquisitioni*, quæ de intentionis oecessitate io utroque œcumeoico concilio summa diligentia a sapientissimis Patribus adhibita est, aut *maiori auctoritati* utriusque synodi oecessitatem intentionis citra dubium ad valorem sacramenti definientis. Neque hic sibi plaudant heterodoxi, quorum princeps est Kemnitius, suum esse Augustinum mentientes, dum necessariam intentionem inficiantur. Nam plane contra ipsos est. Ille enim dubitavit, num sine intentione esset validus baprismus, at illi validum esse audacter & citra ullam dubitationem pronuntiant. Augustinus dixit, nolle se in ea *progredi aliqua temeritate sententiæ, quæ nullo in catholico regionali concilio cœpta, nullo plenario concilio terminata sunt*. At cum in uno & altero concilio veritas illa Augustini tempore occulta postea inclaruerit, oihil eos Augustini dubitatio iuvar, sed ubi ille aiebat, *dicturos sententias, me quid iam exploratum & cognitum afferrent, humiliter expectarem*, deberent ipsi Augustini verba inaudientes a duplici synodo pronuntiatam sententiam sequi. Mirentur vero recentiores Augustini ingenium, qui ideo dubiravit de oecessitate intentionis, quia illam aliquo argumento suaderi videbat, at quia nullius concilii auctoritate decreta erat, eiusdem modestiam laudent, qui de incertis certam ferre senreotiam recusavir. Ita ex illa dubitatione, ex qua Morainius Augustinum arguit, idem nobis quam maxime commendandus venit.

§. VIII.

Utrum Augustinus dixerit tellurem non esse rotundam, nullosque dari Antipodas.

HActenus errores, quos Augustino obiecit Morainius, a S. Patris libris

bris propulsavimus. Adamus nobis modo refellendus est, qui uti ceteris recentioribus eruditione inferior est, ita universos in censura adversus Augustinum ferenda facile superavit. Hic quosdam errores de Augustino publicat, quos Moraines etiam opposuit, a quibus procul fuisse S. Doctorem ostendimus; addit vero dixisse insuper Augustinum: *Terram non esse rotundam, nullosque dari Antipodas*. pag. 585. cap. 3. Eadem fronte, qua finxit, Augustinum negasse animam esse spiritualem, hic eumdem S. Doctorem terræ rotunditatem ignorasse comminiscitur. Sed illi, qui absque ullius textus appellatione de Augustino, ut libet, ut lubet, quælibet affirmare sibi licitum putavit, satis facile fuit talia portenta Hipponensi Præsuli adscribere. Sane Augustinus lib. 1. de Geo. ad lit. cap. 12. terram rotundam fatetur: *Cum enim*, inquit, *totam terram adhuc aqua tegeret, nihil impediebat, ut aquosa & globosa moles ex una parte faceret diem lucis præsentia, ex alia noctem lucis absentia*. Et lib. 16. de Civit. Dei cap. 9. ubi de Antipodis disserit: *Nec attendunt*, inquit, *etiamsi figura conglobata & rotunda mundus esse credatur, sive aliqua ratione monstretur, non tamen esse consequens, ut etiam ab illa parte ex aquarum congerie nuda sit terra*. Nullus igitur in Augustino legitur de telluris rotunditate error, sed ea sunt inania Adami objecta.

Verum negasse Augustinum Antipodas non ibo inficias, sed vulgarem hominum sententiam secutus est. Testatur Plinius magnam litem de Antipodis fuisse inter literarum professores & vulgus. At Augustinus haud vulgari argumento in eam opinionem ductus est, nempe quod periculum esset, ne qui nobis adversa vestigia premunt, in cælum ruerent; sed tum ex sacra tum ex profana historia rationes consideravit, quæ sapientissimos quosque in eam sententiam traxere. Ligur ille Argonauta novi Orbis inventor non ab uno Principe circulator habitus est, cum se ad Antipodas classem ducturum polliceretur, nec, ut arbitror, Arragoniæ Rex integram magno promissori fidem præstitit, sed quæ est hominum insatiata cupido, pauca navigia in spem Orbis naufragiis objectari, in lucri loco reposuit. Macrobius lib. 2. de Somnio Scipionis cap. 9.

A sola coniectura Antipodas credi dixit in opposita Orbis parte, *quod propter similem temperiem similiter incolitur, sed a quibus non licuit umquam nobis, nec licebit agnoscere*. Et quidem Aristoteles, Plinius, Ptolomæus, ceterique Historici, Cosmographi, ac Philosophi veteres, quibus scholastici Parisienses adstipulati sunt, tellurem non ubique habitabilem posuere, sed tantum sub Zonis temperatis, cum tamen etiam sub torrida ac utraque frigida terram incoli certum sit. Quid quod? Zacharias Papa epistola 10. ad Bonifacium scripta anno 748.
B *perversam & iniquam doctrinam* vocat assertorem, *quod alius mundus & alii homines sub terra sint*. et ille quidem vulgarem sententiam secutus est. Nos quidem ex nostrorum navigationibus ista didicimus. At uti sapientibus illis maioribus nostris, quibus literas omnes acceptas ferimus, vitio non datur, quod tellurem ex maiori parte inhabitabilem scripserint, neque reprehendendus venit Augustinus, si eamdem terram ex opposita parte habitari negaverit. Difficile illi videbatur, potuisse homines ab uno Adam propagatos in oppositam terræ partem Oceani im-
C mensitate traiecta semel navigasse, iterumque post diluvium illuc advectos fuisse, nullamque huius rei adeo memorabilis mentionem vel in sacris vel in profanis literis fieri. Profecto hucusque nescitur, quomodo ex Europa illuc bis homines pervenerint. Itaque cum ponentes Antipodas coniectura tantum, quæ levem prorsus ac debilem certitudinem parit, ad id dicendum moverentur, & Augustinus Antipodas negaverit omnium historicorum fide ac antiquissima Patrum traditione suffultus, potiori iure ille Antipodas sustulit, quam alii
D adstruxere. Verum non adeo opinio negans Antipodas Augustino inhæsit, quin aliquando admiserit, libro enim de Decem categoriis cap. 10. ait: *Terra, quæ videtur in medio ubique subtus est, & Antipodes nostri, qui nobis dicuntur figere adversa vestigia, cælum super se habent*. Pater Macedo vir in Augustini lectione versatissimus in volumine, quod Concentum Euchologicum inscripsit, in commentariis ad Orationem in festo S. Marci videtur velle insinuare, Americam Augustino innotuisse, dum non uno loco quatuor esse partes terræ affirmat: *Mirari*

rari libet, inquit, *Augustinum quatuor Orbis partes tam perspicue nominare, quasi sua iam ætate America detecta esset*. S. Doctor lib. 16. de Civit. Dei cap. 9. opinionem Antipodas affirmantem veluti absurdam reiecit: *Nimisque*, inquit, *absurdum est, ut dicatur aliquos homines ex hac in illam partem Oceani immensitate traiecta navigare ac pervenire potuisse, ut etiam illic ex uno illo primo homine genus institueretur humanum*. Quatuor partes dixit Augustinus, nempe Orientem, Occidentem, Meridiem, & Aquilonem. Ita tract. 118. in Iohannem: *Propter quod alibi dicit* [Matth. 24.] *missurum se Angelos suos, ut colligant electos eius a quatuor ventis, quod quid est nisi a quatuor partibus mundi, Oriente, Occidente, Aquilone, & Meridie?* At hæ partes in veteri Orbe probe censebantur esse, etiamsi America ignoraretur.

§. IX.

An entent ia S. Augustini de simultanea rerum creatione sit erronea.

HIc etiam recentiorum querelæ immo censuræ, quibus insignem S. Doctoris interpretationem in cap. 1. Geoeseos excipiunt, refellendæ sunt. Magnum illud ingeniorum monstrum, si usquam alias, in explicando hexamerone admirabilem subtilitatem præ se tulit; sed quantum inde laudis apud veteres sibi comparavit, tantum reprehensionis apud recentiores sibi contraxit, aut plus etiam fortasse. Augustinus, quod videbat sex priores dies, queis Moyses mundum a Deo creatum scribit, si literaliter accipiantur, gravissimis difficultatibus subiici, quas ipsemet in libris de Genesi ad literam proponit, subtilem prorsus ac se dignam sententiam excogitavit, nempe dies illos intelligendos esse mystice iuxta cognitionem Aogelicam de rebus in Deo & in proprio genere, & iuxta ordinem rerum simul a Deo creatarum dierum etiam ordinem in Angelorum mente designavit. Hanc S. Patris explicationem de simultanea rerum creatione mystice in sex illos dies sic divisam paucis refert S. Thomas 1. p. q. 74. art. 2. At, quæ fuit Augustini modestia, hoc a se excogitatum interpretamentum ita docuit, ut meliori explicationi oullum se præiudicium afferre velle protestatus sit: *Quisquis ergo*, inquit, *non eam, quam pro nostro modulo vel indagare vel putare potuimus, sed aliam requirit in illorum dierum enumeratione sententiam, quæ non in prophetia figurate, sed in hac creaturarum conditione proprie meliusque possit intelligi, quærat, & divinitus adiutus inveniat. Fieri enim potest, ut etiam ego aliam his divinæ Scripturæ verbis congruentiorem fortassis inveniam; neque enim ita hanc confirmo, ut aliam; quæ præponenda sit, inveniri non posse contendam*. His se munitum voluit adversus malevolorum lectorum censuras lib. 4. de Gen. ad lit. cap. 28. Hæc sola Augustini verba solidæ apologiæ loco habenda esseot, nec quidquam rursus addeodum foret pro eiusdem interpretationis defensione. Ceterum ex nostris scriptoribus Magister Emanuel Cerda Lusitanus publicus in Academia Conimbriceosi Theologiæ professor in suis quodlibetis Theologicis acerrime contra receotiorum impetum magni Parentis sententiam propugnat, eorumque & in censurando audaciam & in impugnando debiliratem ostendit. idem quoque præstitit Carolus Moreau noster Bituricensis in Vindiciis pacificis. Ego recentiorum accusationes cum veterum Theologorum & quidem principum iudiciis conferre volo, nam qui exactam Augustinianæ sententiæ defensionem desiderat, Cerdensem legat.

Igitur Ludovicus Molina in tract. de Opere sex dierum disp. 1. ita de Augustini explicatione iudicat: *Exponere in eo sensu Scripturas est sane earum auctoritatem enervare, & ludibrio forte eam coram infidelibus exponere*. At uoo ita abiecte de Augustini interpretatione seusit magnus Theologiæ immo Ecclesiæ Doctor S. Thomas in 2. seot. dist. 12. quæst. 1. art. 2. *Harum igitur*, inquit, *expositionum prima* Augustini *est subtilior, magis ab irrisione infidelium Scripturas defendens*. Alterum eiusdem Angelici præceptoris textum mox laudabo, io quo contraria prorsus scribit iis, quæ de Augustino recentior ille affirmavit. Cornelius a Lapide censoris personam contra Augustinum induens ait: *Contrarium docent omnes alii Patres, idque omnino vincit simplex & historialis narratio Moysis: quare erroneum iam est dicere omnia uno die esse creata*. Verum

rum Augustino consentit Albertus, qui ob multiplicem ac mirabilem literaturam magni cognomento insignitus fuit, his plane verbis: *Sine præiudicio sententiæ melioris videtur Augustino consentiendum*. 1. p. Summæ q. 12. de quatuor coævis. Addit S. Thomas proxime laudatus: *Hæc opinio* Augustini *plus mihi placet*. Ita ne, Corneli, sententia illa, quam Albertus magnus ac S. Thomas scholasticorum lumina ac columina probant & sequuntur, hac ætate erronea evasit? Quænam illam synodi? qui Romani Præsules? quæ doctorum Academiæ proscripsere? An quia tibi tuisque displicet, erronea censenda est? At scito recentioribus Augustinianis doctoribus probari, Cerdensi, Moreau, atque Ludovico ab Angelis doctori Conimbricensi lib. 5. de Vita S. Aug. cap. 9. ubi alios Patres, qui Augustino ea in re consensere, producit, atque in Molinam ob Patrem reprehensum invehitur. Tertius Augustini accusator Arriaga clamat: *Explicatio hæc censetur ab omnibus improbabilis, nec ego dubito, quin si Augustinum non haberet patronum, manifeste damnata fuisset ut hæretica*. tom. 2. in 1. p. disp. 28. num. 40. At recentioris huius voces comprimunt duo Parisiensis scholæ Theologi præcipui S. Bonaventura & Ægidius Romanus. Ille quidem in 2. dist. 13. art. 1. q. 1. scribit: *Quamvis autem hæc positio probabilis esset & rationabilis, catholici tamen tractatores qui Augustinum secuti sunt, viam aliam approbaverunt magis*. Iste vero 1. p. Hexam. cap. 28. *Non autem*, inquit, *ista dicimus, ut improbemus opinionem Augustini, quæ est valde subtilis & solemnis*. Sed quid tandem dicat ille Augustini censor Moraines audiamus. Ille quidem recitans catalogum errorum S. Patris, hunc primo loco posuit: *Sensit ille mundum in instanti creatum fuisse* &c. *quod non convenit cum scriptis a Moyse cap. 1. Genefeos, ut ostendunt accuratiores Theologi, speciatimque Suarez, Molina, Martinon* (ita semet inter accuratiores Theologos recenset), *communiterque reiicitur a doctoribus catholicis*. disp. 12. Antiians. num. 32. Sed non ita iudicavit Dionysius Carthusianus, dum in cap. 1. Gen. art. 5. scripsit: *Augustinus excogitavit quamdam expositionem subtilem, per quam defendit scripturam ab irrisione huiusmodi, & tamen salvavit scripturæ & fidei veritatem*. Et ante ipsum S. Thomas recitata Augustini & altera aliorum Patrum explicatione inquit: *Utrumque sensum circumstantia literæ patitur*. in 2. sent. cit. Næ S. Thomas, Albertus magnus, S. Bonaventura, & Ægidius Romanus inter accuratiores Theologos minime recensendi sunt? Erunt ne illi de ultima Theologorum plebe, Senatores vero Suarez, Molina, & Martinon? Immo omnium nobilissimi illi sunt, quibus & Suarez, & Molina assurgant, Martinon vero nec eadem cum illis die nominetur.

Illud quidem principum Theologicæ scholæ iudicium de S. Augustini interpretatione fuit, cui sane alii ante Augustinum viam aperuerant. Philo Hebræorum Plato communem sententiam de Opere sex dierum nnn modo reiecit, verum etiam irrisit lib. 1. Allegor. inquiens, *rusticanæ simplicitatis esse, putare sex diebus aut utique certo tempore mundum esse creatum*. Ex Græcis Clemens Alexandrinus lib. 6. Strommatum eamdem explicationem secutus est, quam apud Latinos noster Augustinus quam maxime illustravit. Illam etiam tanti fecere universi scholastici doctores, ut magno studio adlaborarint in explicanda sententia Augustini de cognitione illa matutina & vespertina rerum, nempe in divina natura & in se ipsis. Ita de veto Augustini sensu inter se non leviter litigant doctores scholarum principes Albertus magnus 1. p. Summ. q. 12. art. 6. & 7. S. Thomas 1. p. q. 58. art. 6. & 7. Bonaventura 2. dist. 4. art. 3. q. 1. Scotus 2. dist. 3. quæst. 9. Ægidius 1. p. Hexamer. cap. 29. & ceteri communiter, quos non sine laude in eadem Augustini mente indaganda imitati sunt Iesuiticæ scholæ duces Suarez lib. 1. de Opere sex dierum cap. 10. Vasquez 1. p. disp. 51. cap. 2. Mitto hic quæ ex Cassiodoro, Isidoro, Iunilio, aliisque in commendationem Augustinianæ explicationis adducunt Lusitani nostri doctores Cerda & Ludovicus ab Angelis. P. Macedo in altero Theologico tomo Collationum de Angelis, qui iam prælo paratus est, doctissime S. Patris interpretationem defendit, ubi plures recentiores laudat, qui Augustini sententiam amplexati sunt. Interim legendus omnino est idem Augustinus lib. 12. Confess.

Collat. 6. Diff. 2.

seff. ubi a cap. 14. usque ad 32. quo liber ille clauditur, iustam sibi apologiam paravit, qua suas in Moysem interpretationes sugillantes solide confutavit.

§. X.

S. Augustinus non erravit asserendo peccatum originale esse causam reprobationis.

ADesdum lector, nam immanem prorsus Augustino errorem obiicit Adamus, dum cap. 3. pagina 584. & cap. 6. pagina 614. scribit Augustinum sensisse *solum peccatum originis esse causam reprobationis damnatorum*. Postea cap. 10. pagina 667. hanc eamdem Augustini sententiam sequenti censura perstringit: *Sed si iste Doctor*, nempe Augustinus, *adderet peccatum originale esse solam causam reprobationis, & esse id, quo ad salvatos a damnatis separandos movetur Deus, non solum pro huius opinionis defensione mortem oppetere nolo, sed credo mihi licere illam horrere, quia mater est illius, quam Calvinus tanta impietate ac rabie urget contra Ecclesiam*. Quis autem sit iste error Augustinianæ sententiæ filius, subtexuit, sat enim illi fuit S. Doctoris assertum Calvinismi agnatione obiecta, non suspectum modo sed & exosum reddere. Porro quicumque iste error fingatur ex illa sententia S. Doctoris illatus a Calvino, interrogatum velim Adamum, num ex thesi S. Augustini de reprobatione ex originali solo peccato orta Calviniana illa opinio deducatur vere, an apparenter tantum? Si primum dicat, tunc faciet Augustinum ex Ecclesiæ Doctore Calviniani erroris magistrum, quod impium est cogitare. Si vero alterum affirmet, videbit S. Augustini sententiam non modo reapse non esse Calvinianæ hæreseos, ut perperam putat, matrem, sed neque affinem, & optime cum Calviniani erroris confutatione posse componi. Unde igitur, Adame, tale monstrum finxisti? an quod ita Calvinistæ arbitrantur? Sed si horum præiudicia sequeris, iam poteras universam Augustini doctrinam immo & sacros codices compendio horrere, nam Calvinistæ quotquot hæresum portenta nutriunt, ne veterum patrocinio nudati videantur, sub sacræ Scripturæ atque Augustinianæ togæ quibusdam veluti laciniis eadem obvolvere tota arte conantur.

O utinam hocce Calvini effatum ex Augustini sententia deductum protulisses, nulla nobis eiusdem refellendi difficultas esset, qui tenebras non invehi, sed fugari Solis præsentia novimus. Sed cum nullum tale dogma appellaveris, eo silentio non obscure significasti, non esse illud quidem Augustinianæ sententiæ filium, sed e tuo cerebro natum figmentum, si tamen vigilans illa scripsisti. Sed age videamus, quam longe S. Augustini sententia de reprobatione ex solo peccato originali orta, distet ab errore Calvini. Certa S. Augustino sententia stetit, reprobationem supponere necessario peccatum saltem originale. Quare versans illa Pauli ad Rom. 7. *Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali* &c. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*, in quibus verbis reprobatio Esau designatur, eamdem peccatum originis supponere docuit. In epistola 105. ait: *Quid oderat in Esau antequam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum?* Et libro 1. ad Simplic. q. 2. scribit: *Non igitur odit Deus Esau hominem, sed Esau peccatorem*. Quod quidem peccatum non esse factum a Deo, qui bonorum tantum est auctor, ibidem probat concludens: *Odit enim in eis impietatem, quam ipse non facit*. Quare nullo pacto Deum futurum iustum asseverat, si homines reprobaret nullo in ipsis existente peccato: *Ut autem odisset Esau, nisi iniustitiæ merito, iniustum est*. ibid. Et epistola 106. ad Paulinum: *Hæc massa si esset ita media, ut quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, ut ex ea vasa fierent in contumeliam*. Idem habet epistola 157. ad Optatum: *Merito autem videretur iniustum, quod fiunt vasa iræ ad perditionem, si non esset ipsa universa ex Adam massa damnata. Quod ergo fiunt inde nascendo vasa iræ, pertinet ad debitam pœnam*. Hinc contra Pelagianos urget Deum futurum iniustum, si pueros morientes sine peccato originis, licet non forent baptizati, damnaret, dicens: *Bonus est Deus, iustus est Deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est, non potest quemquam sine meritis damnare, quia iustus est*. libro 3. con. Iul. cap. 18.

Pluti-

Plurima ad hoc ipsum probandum S. Patris testimonia passim obvia sunt. Ergo hæc fixa constansque Augustino sententia fuit, neminem a Deo ante prævisionem peccati saltem originalis reprobari. At Calvinus in contrariam prorsus partem ivit dicens, Deum suo decreto homines non solum reprobare ante prævisum eorum peccatum, verumetiam ex divina reprobatione hominum peccata fieri. Id fuse tradit libro 3. Instit. cap. 22. & 23. Dabo nonnulla testimonia. Scribit cap. 23. §. 4. *Fateor sane in hanc, qua nunc illigati sunt, conditionis miseriam Dei voluntate decidisse universos filios Adæ, atque id est, quod principio dicebam, redeundum tamdem semper esse ad solum divinæ voluntatis arbitrium.* Et §. 7. *Disertis verbis hoc extare negant, decretum fuisse a Deo, ut sua defectione periret Adam.* Et postea: *Decretum quidem horribile fateor, inficiari tamen nemo poterit, quin præsciverit Deus, quem exitum esset habiturus homo, antequam ipsum conderet, & idcirco præsciverit, quia decreto suo ordinaverat.* Item §. 1. *Minime consentaneum est præparationem ad interitum alio transferre, quam ad arcanum consilium Dei.* Et cap. 22. §. 11. *Si non possumus rationem assignare, cur suos misericordia dignetur, nisi quoniam illi ita placet, neque etiam in aliis reprobandis aliud habebimus, quam eius voluntatem.* Præterea cap. 23. §. 9. *Excusabiles peccando haberi volunt reprobi, quia evadere nequeunt peccandi necessitatem, præsertim cum Dei ordinatione sibi iniiciatur huiusmodi necessitas. Nos vero inde negamus rite excusari, quandoquidem Dei ordinationi, qua se exitio destinatos conqueruntur, sua constet æquitas nobis quidem incognita, sed illi certissima.* Hoc idem & copiosius repetit in libro de Æterna Dei prædestinatione pagina 917. editionis Genevensis anni 1552. *Quomodo autem Dei præscientia & decreto statutum fuerit, quod de homine futurum erat, neque tamen in culpæ societatem trahendus sit Deus, quasi transgressionis vel auctor sit vel approbator, cum longe altius humanæ mentis perspicacia esse arcanum palam sit, ne ignorantiam fateri pudeat.* Hinc Zanchius libro 5. de Nat. Dei cap. 2. ait: *Fuit hoc primum, quod de reprobis constituit Deus ab æterno, nempe quorumdam hominum ad exitium sempiternum destinatio, ad hoc autem ordinata fuerunt ipsorum peccata.* Ergo Calvini sententia est, Deum suo immutabili decreto homines in peccata impellere; unde reprobatio Dei antecedit prævisionem peccatorum, quæ, ut aiunt, sunt effectus ipsius reprobationis. Sed quid pluribus ago, quasi Calvini opinio omnibus nota non sit, cum idemmet Adamus cap. 14. pagina 725. aperte id fateatur, scribens Calvinum dicere: *Deum subtrahere lumen & gratiam necessariam ad salutem omnibus illis, quorum damnationem decrevit ante vel post visionem peccati originalis.* Porro si S. Augustini & Calvini sententiæ contradictorie opponuntur, quo longius ab illo Calvini errore, quemcumque fingas, recedere possumus, quam accedendo ad sententiam S. Doctoris e diametro cum Calvini errore de reprobatione malorum ante prævisionem peccati pugnantem? Et tamen, si superis placet, ausus est Adamus eam Augustini sententiam Calvinianæ hæresi non propinquam publicare, sed propinquissimam, matrem enim hæreseos asseveravit, cum tamen Calvinistas valide premat ac suffocet. Decretum hoc Calvinianum reprobos in peccata compellens mater est omnium errorum, quos in materia de prædestinatione, gratia, & libero arbitrio Calvinus congessit. Inde enim hominis libertas evertitur, necessitas ad peccandum imponitur, fatale decretum Stoicorum inducitur, Deus criminum auctor publicatur, & mille huiusmodi errorum portenta nata sunt, quorum nullum ex memorata S. Patris sententia derivat.

Est igitur *celebris*, ut ait Iohannes a S. Thoma, sententia S. Augustini peccatum originale fuisse causam reprobationis omnium damnatorum, quam sæpe docuit S. Pater, epistola 105. ad Sixtum, 106. ad Paulinum, 157. ad Optatum, in Enchiridio cap. 98. & 99. libro 2. ad Bonif. cap. 7. Alia plurima loca designat Cortina P. Macedo thesi 20. Augustinum secuta est eius schola, Fulgentius libro 1. de Verit. prædest. & grat. statim post initium, Prosper ad septimam obiectionem Gallorum, Africani Patres in Sardinia exsules in epistola synodica cap. 6. S. Thomas q. 6. de Verit. art. 2. ad 9. unde uti ad mentem Angelici præceptoris eamdem defendunt præclarissimi Dominicani instituti Theologi, Thomas de Lemos, Illustrissimus Godoy, Io. Ba-

Io. Baptista Gonetus tom. 4. Clypei Thomistici disp. 5. art. 3. qui priores illos ex suis doctores citat. Sed ex Societate Augustino adstipulantur Suarez in 1. p. libro 5. de reprobat. cap. 5. Vasquez disp. 95 cap. 4. num. 17. & cap. 9. num. 6n. licet varient inter se circa modum, quo peccatum originale sit causa reprobationis; hic enim dicit esse peccatum originale prout est in primo parente, quo gratiæ congruæ negationem nepotibus meruit; ille vero eam vim demeritoriam ipsimet peccato originali prout inficit singulos quosque, inesse arbitratur. Melius Didacus Ruiz recentiorum eruditissimus id ipsum explicat ac late defendit disp. 14. de Prædest. sect. 4. & seq. Sed ad obiectionem Adami repellendam referam decretum, quo Augustini sententiam de reprobatione ex peccato originali ortam Theologi Societatis defendere iussi fuere a Claudio Aquaviva Præfecto totius familiæ. Olim, ut capite 3. §. 7. diximus, impressus est liber de ratione studiorum Societatis Romæ anno 1586. universis propositus ut regula & discendi & docendi post annuam sex insignium doctorum Societatis disputationem ac longissimum examen. Ibi autem in titulo de opinionum delectu regula 6. pagina 14. proponitur & eligitur definienda & tradenda universæ scholæ Societatis hæc propositio 12. *Non solum ex parte nostra nulla fuit ratio seu conditio prædestinationis; sed neque absolute dicendum est esse in nostra potestate, ut prædestinemur, nec salvi fient ulli, nisi prædestinati.* Et 13. *Reprobationis, qua ceteri homines excidere ab ultimo fine permissi sunt, causa fuit peccatum originale.* hæc ibi. Iamne vides, iamne sentis Adame, quæ sit sapientissimorum veterum tuorum Theologorum reverentia erga Augustini sententiam de reprobatione ex solo originali peccato primitus derivata, quam tamen præ tua singulari pietate, eruditione, ac zelo *horrere* te dicis, uti *Calviniani* erroris *matrem*? Plurimi quidem Theologi varios modos excogitarunt, quibus eam S. Patris doctrinam explicarent atque defenderent. Dominicus Bannez 1. p. q. 23. art. 5. quinque explicationes refert, quarum nullam probat. Quinque etiam modos recenset Gonetus cit. §. 6. quos singulos in ipsorum probabilitate relinquit. Ego iuxta doctrinam S. Augustini ita difficillimi mysterii solutionem propono; neque enim facile est, divinæ voluntatis arcana rimari: quis enim consiliarius eius fuit?

Certum dogma est hominem ex peccato primi parentis evasisse massam perditionis, ita ut seclusa gratia Redemptoris numquam inde suis viribus potuisset resurgere, quod olim ab Innocentio I. & Africanis conciliis contra Pelagianos statutum fuit. Evaserant igitur omnes homines in Adamo natura filii iræ, subiecti potestati Dæmonis, inimici Dei, & indigni qualibet gratia facti obiectum divini odii atque vindictæ. Potuisset summa Numinis iustitia qualibet vel minima gratia negata in æternum genus humanum originali peccato infectum perpetua damnatione punire. Docuit hoc Augustinus sæpissime. In Enchirid. cap. 99. *Universum*, ait, *genus humanum tam iusto iudicio divino in apostatica radice damnatum, ut etiamsi nullus inde liberaretur, nemo recte posset Dei vituperare iustitiam, & qui liberantur, sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis atque in damnatione iustissima derelictis ostenderetur, quid meruisset universa conspersio, & quo etiam istos debitum iudicium Dei duceret, nisi eius indebita misericordia subveniret.* Similia habet lib. de Corr. & grat. cap. 10. lib. de Dono persev. cap. 8. initio, lib. de Prædest. SS. cap. 8. Hæc exemplo Angelorum malorum confirmat cap. 27. Enchiridii: *Et si quidem*, inquit, *in melius hominum reformationem nullam prorsus esse voluisset, sicut impiorum nulla est Angelorum, non immerito fieret.* Itaque in illa massa perditionis homo evasit indignus tota serie gratiarum, quas inter primæ sunt gratia iustificans, per quam homo accedit ad Deum, & gratia perseverantiæ finalis, per quam homo non amplius potest recedere a Deo. Homo igitur ex peccato originali incidit in privationem gratiæ iustificantis & in privationem potentiæ proxime expeditæ ad perseverandum in semel accepta gratia iustificante, quæ privationes cum respiciant diversas formas, diversæ etiam sunt inter se, & una sine altera donari a Deo potest, ut certum est ex fidelibus, qui damnatur, quibus dedit Deus gratiam iustificantem, illis tamen negavit gratiam perseverantiæ finalis. Hinc perseverantiam esse *ex speciali auxilio Dei* docuit Triden-

Tridentina ſynodus ſeſſ.6. can.22. & olim Arauſicana II. can. 10. duce S. Auguſtino, qui catholicam veritatem iotegro volumine de Dono perſeverantiæ ioſcripto, ſolidiſſime contra Semipelagianos propugnavit. Porro bæc eſt differentia inter utramque privationem, quod privatio gratiæ ſanctificantis vel eſt ipſamet formalis ratio peccati, vel eſt neceſſario connexa cum peccato. Altera vero privatio, nempe potentiæ proxime expeditæ ad perſeverandum ſtat cum gratia ſanctificante. Sancti enim orant, ut Deus donet illis perſeveraotiam, non igitur illam habeot, ut probat Auguſtinus cap. 23. per totum; alias enim non eſſet ſpeciale Dei beneficium a gratia iuſtificationis diſtinctum: unde per gratiam ſanctifieantem noo tollitur ipſa privatio poteotiæ proxime expeditæ ad perſeverandum. Hæc vero privatio eſt in pœnam primi peccati, ſicuti etiam privatio ſubiectionis concupiſcentiæ reſpectu rationis; & licet in baptiſmo *nihil eſt damnationis iis, qui vere couſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem*, ut ait Trideotinum in decreto de peccato originali, quod dixerat antea Auguſtinus lib. 1. ad Bonif. cap. 10. *Nulla ergo condemnatio eſt nunc bis, qui ſunt in Chriſto Ieſu*, non id intelligitur de pœnalitatibus, ita enim loquuntur Theolngi, ſed de culpa, cuius nihil remanet poſt baptiſmum; illæ enim etiam poſt baptiſmum remanſere.

Hanc privationem relictam eſſe in pœnam primi peccati adeo notum eſt in S. Auguſtini ſententia, ut vel ipſi Semipelagiani hoc ex Auguſtino ſupponere ſolerent cootra ipſum arguentes. Eteoim cum probare vellent Adamum, eo quod perſeverantiæ donum non acceperit, ſine culpa cecidiſſe, ſolitam ac familiarem Auguſtino reſponſiooem præcludentes ita inſtabant teſte Hilario in epiſtola ad Auguſtinum: *Neque enim dici poteſt ideo non accepiſſe, quia non eſt diſcretus a maſſa perditionis gratiæ largitate; nondum quippe erat illa iu genere bumano perditionis maſſa, antequam peccaſſet, ex quo tracta eſt origo vitiata*. Ergo ſuppoount iuxta mentem S. Doctoris privationem poteotiæ proxime expeditæ ad perſeverandum eſſe pœnam maſſæ peccato originali infectæ; cui argumento ſolvendo S. Doctor aurea illa tria capita de Correptione & gratia, nempe 10. 11. & 12. exaravit. In illo cap. 11. palam concedit auxilium ad perſeverandum io pœnam peccati deeſſe, quod tamen oon potuit deeſſe Angelis vel Adamo: *Si autem*, ioquit, *boc adiutorium vel Angelo vel bomini, cum primum facti ſuut, defuiſſet, quoniam non talis natura facta erat, ut ſine divino adiutorio poſſet manere, ſi vellet, non utique ſua culpa cecidiſſent; adiutorium quippe defuiſſet, ſine quo manere non poſſent. Nunc autem quibus deeſt tale adiutorium, iam pœna peccati eſt, quibus autem datur, ſecuudum gratiam datur*. Noo poteſt autem iotelligere Auguſtious niſi io pœoam peccati originis donum perſeverantiæ negari; nam baptizatus cum primum lethaliter peccavit, caruit dono perſeverantiæ in bono ſemel aceepto, ergo in pœnam peccati originalis fuit a Deo denegatum. Idem tradit late cap.8. de Dono perſeverantiæ, ubi quærenti, *cur quibuſdam, qui eum coluerunt bona fide, perſeverare uſque ad finem non dedit*, reſpondet perſeverantiam ooo eſſe debitam naturæ, ſed eſſe gratiam, quæ poteſt oegari: cur autem negetur, tradit initio capitis: *Ex uno quippe*, inquit, *omnes iu condemnationem non iniuſtam iudicati ſunt ire, ſed iuſtam. Qui ergo liberatur, gratiam diligat, qui non liberatur, debitum agnoſcat*. Haoc perſeverantiam *tam magnum beueficium* vocat lib. de Corr. & grat. cap.8. io fine, & hac ſola diſceroi electos a maſſa perditionis probat ex profeſſo cap. 8. & 9. illius libri, & rurſus lib. de Dono perſev. cap. itidem 8. & 9. Hinc cap. 7. de Corr. & grat. ait: *Ac per boc & qui Evaugelium non audierunt, & qui eo audito in melius commutati perſeverautiam non acceperunt* &c. *non ſunt ab illa conſperſione diſcreti, quam conſtat eſſe damnatam, euntibus omnibus ex uno in condemnationem.* Et poſtea ſtatim: *Ab illa perditionis maſſa quæ facta eſt per primum Adam, debemus iutelligere neminem poſſe diſcerni, niſi quod boc donum babet quiſquis babet, quod gratia Salvatoris accepit*. Igitur ex Auguſtino ex Adæ peccato incidimus in privationem doni perſeverantiæ, quod gratuito tantum a Salvatore prædeſtioatis dnnatur. Privatio vero huius tam magni beneficii eſt cauſa damnatinois illativa; quicumque enim caret dono perſeverantiæ damnabitur; unde aperte deducitur peccatum origioale eſſe cauſam

reprobationis. Uno verbo concludo. Carentia doni perseverantiæ est causa damnationis, sed peccatum originale est causa carentiæ doni perseverantiæ, ergo peccatum originale est causa damnationis. Minor est Augustini & superius etiam probata est, quia per peccatum originale homo est indignus tota serie gratiarum, & licet sit baptizatus, adhuc habet privationem doni perseverantiæ, quæ est speciale Dei beneficium. Maior non ita intelligenda est, quasi illa carentia sit causa per se damnationis, sed tantum tamquam non removens prohibens; homo enim iustificatus, si tentatione gravi pulsetur & stet sub privatione potentiæ proxime expeditæ ad perseverandum, infallibiliter succumbet, ni Deus speciali auxilio donet vim perseverandi, quod auxilium, cum ex primo peccato non debeatur homini, iuste a Deo negari potest. vide quæ dixi superius cap. 3. §. 6.

Hæc sententia de reprobatione ex peccato originali orta deducitur etiam ex epistola synodica Patrum Africanorum in Sardinia exsulum, ubi cap. 6. inquiunt: *Dixistis itaque, quod vobis dicentibus, quod Esau & Iacob nec dum natis, Iacob per misericordiam gratuitam eligitur, Esau autem originali peccato detentus iusto iudicio Dei est odio habitus: illi e contrario dicunt in Esau figuram esse populi Iudæorum ex futuris malis operibus condemnandi, in Iacob vero figuram esse populi Gentium ex futuris operibus bonis salvandi. Hæc duo, quæ singula proponitis, bonum est, ut catholica consensione iungatis.* Itaque per ipsos catholicum est dicere, Esau originali peccato detentum iusto iudicio Dei esse odio habitum. At cap. 7. scribunt: *In Esau vero iudicium iustæ severitatis ostendit, qui sacramento quidem circumcisionis octavo die secundum tenorem divinæ constitutionis accepto, reatu peccati originalis caruit, sed per nequitiam cordis in hominis terreni vetustate permansit, illius ibi iudicio derelictus, qui gratis salvat iusteque damnat.* At Esau non est detentus originali peccato secundum reatum, ergo secundum aliquid ab ipso originali causatum; est enim *derelictus iudicio Dei*, quod est carere dono perseverantiæ, nam ut supra inferebam, permissio primi peccati actualis fit iusto iudicio Dei negantis donum perseverantiæ in bono iustitiæ per baptismum acceptæ: at ex Augustino il-

A lud donum negatur in pœnam peccati non actualis, nam de primo peccato actuali loquor, ergo in pœnam originalis. In eadem explicatione est S. Gregorius Papa in Psal. 101. ad versiculum: *Quia cinerem tamquam panem manducabam*, sic enim ait: *Et cum iuxta Apostoli sententiam*, neque volentis, neque currentis, sed miserentis sit Dei, *alios qui corruerant, misericorditer erigit, alios qui stare videbantur, cadere iuste permittit. Ex peccato namque primi parentis accepimus, ut ne in ipsa iustitia stabiles esse possimus.* Quod idem est, quod dicebam subiisse nos privationem potentiæ pro-
B xime expeditæ ad perseverandum, quæ non aufertur nisi ex *speciali auxilio* Dei. lege S. Prosperum in resp. ad 7. Gallorum.

Igitur præcipuæ pœnæ relictæ ex peccato originali sunt concupiscentia & privatio potentiæ proxime expeditæ ad perseverandum. Concupiscentiam relictam esse ad agonem dogma fidei est ex Tridentino in decreto de peccato originali, qua de re eleganter Augustinus lib. 2. con. Iul. cap. 4. *Contra quam regeneratus, si iam ratione utitur, illo spectante atque adiuvante velut in agone confligit, quia virtus in infirmitate perficitur, dum*
C *contra hoc nostrum, quod a iustitia deficit, illo nostro, quod ad iustitiam proficit, dimicatur, ut vincente profectu totum surgat in melius, non vincente defectu totum vergat in peius.* Ideo vero hæc pugna pœnalis nobis iusto Dei iudicio relicta est, ut homo propriam infirmitatem cognoscens elationem illam, qua olim in paradiso contra Dominum superbivit, deprimeret, atque divinum auxilium supplex imploraret. Audi Augustinum lib. 4. con. Iul. cap. 2. *Sed quia in ista humana miseria peior hostis est cavenda superbia, ideo nimirum non penitus extinguitur in carne conti-*
D *nentium sanctorum illa concupiscentia, ut cum pugnatur adversus eam, periculorum suorum animus admoneatur, nec securus insletur, donec humana fragilitas ad tantam perfectionem perveniat sanitatis, ubi nulla putredo lasciviæ, nullus tumor superbiæ formidetur.* Idem pariter dicendum est de privatione huius potentiæ proxime expeditæ ad perseverandum, nempe relictam illam ad agonem & ad humanam superbiam contundendam, unde concupiscentia & privatio ista veluti fœderatæ homini insidiantur ac mutuo se iuvant; ex concupiscentia enim inclinante ad peccatum impotentia

potentia & infirmitas stadii in bono proposito iustitiæ fovetur. Docet hoc elegantes Auctor libri 2. de Vocat.gent. cap. 28. *In ceteris vero*, inquit, *hominibus donec caro concupiscit adversus spiritum & spiritus adversus carnem, & donec spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, incommutabilis animi fortitudo non potest reperiri, quoniam non huius, sed alterius vitæ est vere perfecta & secura felicitas. In præsentis autem agonis incerto, ubi tota vita tentatio est, & ab insidianti superbia nec ipsa est tuta victoria, mutabilitatis periculo non caretur. Et licet innumeris Sanctis suis donet virtutem perseverandi usque in finem divina protectio, a nullis tamen aufert, quod ipsis repugnat ex ipsis, ut in omnibus studiis eorum atque conatibus semper inter se nolle & velle decertent.* Hoc ipsum docuerat S. Pater lib. de Dono persever. cap. 8. ubi respondens quærenti, cur fideli Deus deneget donum perseverantiæ, ait: *Deus autem melius esse iudicavit miscere quosdam non perseveraturos certo numero Sanctorum suorum, ut quibus non expedit in huius vitæ tentatione securitas, non possint esse securi; multos enim a perniciosa elatione reprimit, quod ait Apostolus*: Qua propter qui videtur stare, videat ne cadat. *Voluntate enim sua cadit qui cadit, & voluntate Dei stat qui stat* &c. Hinc quæcumque contra hanc privationem obiici solent eodem prorsus modo solvenda sunt ac illa, quæ contra pœnalitatem concupiscentiæ Pelagiani Augustino olim opponebant.

1. Cor. 10.

Expedienda hic est difficultas, unde tradita Augustinianæ sententiæ explicatio maxime illustrabitur. Carentia, inquiunt, doni perseverantiæ fuit in Adamo, nam perseverantiæ donum, ait Augustinus in lib. de Corr. & grat. cap. 11. *si habuisset, perseverasset*, ergo privatio doni perseverantiæ non est pœna peccati, quippe quæ fuit etiam in homine ante peccatum. Hoc argumentum olim Semipelagiani Augustino obiiciebant in laudato lib. cap. 10. ubi de Adamo inquiunt: *Non ergo habuit in illo bono perseverantiam, & si non habuit, non utique accepit. Quomodo enim & accepisset perseverantiam, & non perseverasset? Porro si propterea non habuit, quia non accepit, quid ipse non perseverando peccavit, qui perseverantiam non accepit? Neque enim dici potest ideo non accepisse, quia non est discretus a massa perditionis gratiæ largitate; nondum quippe erat illa in genere humano perditionis massa, antequam peccasset, ex quo tracta est origo vitiata.* Nullum argumentum neque subtilius, neque operosius isto solutum umquam fuit ab Augustino; ut summi ingenii vires omnes eidem diluendo impendisse videatur, tria enim capita in libro de Correptione & gratia integræ responsioni insumpsit, quorum summa est: Adamum habuisse auxilium Dei, quo proxime & expedite poterat perseverare, sed ita ut perseverantia actualis reposita esset in usu libero eiusdem ponendo ab ipsamet voluntate Adami, quam per modum habitus adiuvabat. Ad hoc explicandum ibidem duo illa capita 11. & 12. scripsit. unam & alteram sententiam dabo, ne universa huc transferam. *Ut ergo*, inquit, *non acciperet hoc donum Dei, idest in bono perseverantiam primus homo, sed perseverare, vel non perseverare in eius relinqueretur arbitrio, tales vires habebat eius voluntas, quæ sine ullo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex se ipsa concupiscentialiter resistebat, ut digne tantæ bonitati & bene vivendi facilitati perseverandi committeretur arbitrium*. cap. 12. Et cap. 11. scribit: *Tunc ergo dederat homini Deus bonam voluntatem, in illa quippe eum fecerat, qui fecerat rectum. Dederat & adiutorium, sine quo in ea non posset permanere, si vellet, ut autem vellet, in eius libero reliquit arbitrio*. Itaque Adam non indigebat dono actualis perseverantiæ, quia habebat adiutorium, quo per modum habitus ierat illi potentia proxime expedita ad perseverandum; unde Augustinus in fine cap. 12. ait: *Cum & voluntas primi hominis fortis & sana in bono ampliore non perseveraverit habens virtutem liberi arbitrii, quamvis non defuturo adiutorio Dei, sine quo non posset perseverare, si vellet, non tamen tali, quo in illo Deus operaretur, ut vellet; fortissimo quippe dimisit, atque permisit facere quod vellet*. Quare Adamo nil defuit ex parte Dei ad hoc, ut posset perseverare, sed sibi nolens defuit; nam si voluisset, facillime perseverasset. Addit Augustinus, si Deus hoc adiutorium denegasset, Adamum itemque Angelos non sua culpa casuros fuisse, rationem assignans, *adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent. Nunc autem*

tem quibus deest tale adiutorium, iam pœna peccati est, quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum. Ergo donum præbens potentiam proxime expeditam ad perseverandum traditum fuit Adamo, ita ut carentia perseverantiæ actualis non potuisset illi imputari culpæ, si eo adiutorio caruisset. Ceterum ex peccato perdidit sibi & nobis hoc auxilium constituens potentiam proxime expeditam ad perseverandum. Quare privatio huius potentiæ in nobis est pœna primi peccati, nam *secundum gratiam datur, non secundum debitum*. Tanta vero per peccatum Adæ contracta B est impotentia ad proxime expedite perseverandum, ut si idem omnino adiutorium, quod datum fuit Adæ ad perseverandum, nobis in statu naturæ lapsæ donaretur, non esset sufficiens ad amovendam illam impotentiam perseverandi, ut docet S. Doctor prope finem cap. 12. hæc tradens: *Si in tanta infirmitate vitæ huius, in qua tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtutem oportebat, ipsis relinqueretur voluntas sua, ut in adiutorio Dei, sine quo perseverare non possent, manerent, si vellent, nec Deus in eis operaretur, ut vellent, inter tot & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis, ut possent*. Ex his patet solutio propositi argumenti, negandum est enim antecedens, ut intelligatur de carentia potentiæ proxime expeditæ ad perseverandum, hæc enim privatio in Adamo non fuit, qui habebat adiutorium sufficientissimum ad perseverandum, solumque illi velle suum defuit. Atipse & sibi & toti generi humano subsecuto talis potentiæ privationem intulit, D cuius occasione tanta crimina committuntur. Hanc doctrinam fusius explicavi superius capite 3. Gregorius Ariminensis in 2. dist. 26. q. 1. & 2. idem ex Augustino docet.

Obiiciunt plures, qui licet peccatum originale in iis, quibus non est remissum, concedant esse sufficiens motivum reprobationis, in baptizatis tamen id nullo pacto dici posse existimant. Nam peccatum remissum non potest esse causa, cur homo damnetur, non esset enim remissum, si propter illud morte perpe- A tua plecteretur; baptizato vero est remissum originale peccatum, & propter illud nulli pœnæ est subiectus: nec potest componi voluntas remittendi peccatum cum voluntate damnandi & illud æternum puniendi. Sane Tridentinum in decreto de pecc. orig. statuit *nihil damnationis* esse in baptizatis, esset autem multum damnationis, si inesset aliquid dignum puniri pœna æterna. Hoc argumentum pariter Semipelagiani contra S. Augustinum adducebant; nam cum ille assereret peccatum originale esse causam, cur homines universim fuerint reprobati, quos divina prædestinatio suos non fecerat, inferebant hoc absurdum ex Augustini sententia: *Quod ab eis, qui non sunt prædestinati ad vitam, non auferat percepta baptismi gratia originale peccatum*. Hæc est enim secunda obiectio Gallorum, qua doctrinam S. Patris teste Prospero sugillabant. Respondeo peccatum originale intulisse pœnas proprias ipsius naturæ, & has per baptismum non remitti, quarum præcipuæ sunt concupiscentia & privatio potentiæ proxime expeditæ ad perseverandum in accepta iustitia, & sic nihil damnationis C remanet in baptizato, prout damnatio culpam significat, non vero prout dicit pœnam. Nam ibidem docet S. Synodus, remanere concupiscentiam, quæ *ex peccato est, & ad peccatum inclinat*. Nullo vero pacto conceditur, hominem baptizatum damnari propter peccatum originale formaliter, & esse ratione illius ut causæ proximæ reprobatum, sed dicimus radicaliter peccatum originale esse causam reprobationis fidelium, qui damnantur, quatenus ex illo ortum habuit privatio potentiæ proxime expeditæ ad perseverandum, sub qua præciso auxilio speciali Dei homo salutem non consequitur, sed labitur in peccata, ob quæ proxime & formaliter a Deo damnatur. Neque enim negamus Deum reprobare aliquem ob peccata actualia, neque dicimus Deum prius reprobare propter originale, deinde etiam ob actualia, ut opponit Iohannes a S. Thoma disp. 10. de Reprob. art. 2. num. 30. sed asserimus Deum immediate damnare pœna eterna hominem ob peccata actualia, in quæ incidit ob impotentiam perseverandi, seu ob privationem potentiæ proxime expeditæ ad perseve-

seuerandum, quæ est pœna humanæ naturæ relicta ad agonem ex peccato Adæ. In baptismo vero remittitur culpa & pœna debita personæ, quæ peccavit, non pœnalitas inflicta ex primo peccato ipsi naturæ, quod exemplo concupiscentiæ diximus fieri manifestum. Quare ob peccata actualia homines damnari concedit S. Pater cap. 13. de Corr. & grat. in fine, ubi de reprobis loquens: *Aut enim*, inquit, *iacent sub peccato, quod originaliter de generatione traxerunt, & cum illo hæreditario debito hinc exeunt, quod non est regeneratione dimissum, aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt* &c. *alii magis, alii minus, sed omnes mali, & pro ipsa diversitate diversis suppliciis iudicandi, aut Dei gratiam suscipiunt, sed temporales sunt, nec perseverant, deserunt, & deseruntur. Dimissi enim sunt libero arbitrio non accepto perseverantiæ dono iudicio Dei iusto & occulto*. Lege cap. 93. Enchiridii. Ex quibus colligo taxationem pœnæ dependere a peccatis actualibus, in quæ homo labitur, quia deserit Deum, deserit vero, quia est dimissus libero arbitrio non accepto dono perseverantiæ iudicio Dei iusto, nempe in pœnam peccati originalis. Ceterum homo baptizatus licet habeat illam privationem doni perseverantiæ, & non sit dignus hanc habere, quia non datur secundum debitum, non est tamen dicendus illa indignus, seu habere debitum non habendi, quomodo sunt peccatores, sed tantum non habet debitum habendi, quod debitum habebat Adam, unde non esse huius potentiæ proxime expeditæ ad perseverandum non potest dici sola negatio, sed vera privatio, quia est carentia doni alias debiti naturæ prout elevatæ ad finem supernaturalem.

Hactenus hæc pro explicanda sententia S. Augustini insinuata sint, pluribus enim eamdem sententiam & exponunt & defendunt eruditissimi Theologi Ruizius & Gonetus laudati. Unde nescio quo pannico timore perculsus illam Adamus horruerit, accusans eamdem tamquam matrem Calvinianæ hæreseos; quod quidem attentius considerans, arbitror illum intellexisse errorem satis notum, nempe in baptizatis vere remanere peccatum originis; etenim si post baptismum adhuc fidelis potest reprobari ob peccatum originis, non igitur est deletum & remissum, cum aliquid remaneat in renatis, ob quod æternum damnentur. At hæc erat vetus calumnia, quam Semipelagiani, ut ex Prospero diximus, Augustinianæ sententiæ inferebant, a qua eamdem procul esse ostendimus. Longe vero abest S. Doctor a Calvinistarum sententia, isti enim putant ipsam concupiscentiam esse formaliter peccatum originis, quæ cum remaneat post baptismum, dicunt non fuisse deletum peccatum, sed tectum & non imputatum. At S. Doctor non constituit in ipsa concupiscentia essentiam peccati originalis, sed in reatu & macula, quæ tota deletur in baptismo. Unde libro 2. de Pecc. mer. cap. 28. loquens de concupiscentia ait: *Non sic manet in membris eorum, qui ex aqua & spiritu renati sunt, tamquam non sit eius facta remissio, ubi omnino plena & perfecta fit remissio peccatorum omnibus inimicitiis interfectis, quibus separabamur a Deo*. Lege Bellarminum tom. 4. libro 5. de Amissione gratiæ cap. 8. id ex Augustino erudite probantem. Hoc ipsum tamen melius ac fusius explicat P. Macedo libro 4. de Clavibus Petri cap. 5. & 7. Non est igitur, cur Adamus celeberrimam S. Patris sententiam Calvinismi insimulet, cum Calvinus hac in re longius ab Augustino, si quis alius, abierit. Sed transeamus ad alia, suique consilii causas adversario dimittamus.

§. XI.

An erraverit Augustinus docens occisionem grassatoris mortem intentantis non esse licitam.

Ultimum, quem S. Patris errorem obiiciunt, in examen vocamus; inquiunt enim eumdem dixisse, *haud licitum esse occidere grassatorem, qui nobis velit vitam eripere*. Est Adami contra Augustinum accusatio cap. 3. pagina 585. Disputat Augustinus libro 1. de Libero arbitrio cap. 5. possint ne citra culpam interfici *hostis irruens vel insidiator sicarius sive pro vita sive pro libertate sive pro pudicitia*. Postquam dixit lege Romana grassatores posse impune occidi, dum vitam alteri stricto mucrone auferre tentant, ait: *Legem quidem non reprehendo, quæ tales permittit interfici, sed quo pacto istos*

iſtos defendam, qui interficiunt, non invenio. Ex his Auguſtini verbis in varias ſententias graviſſimi ſcriptores abiere. Multi putarunt Auguſtinum negaſſe, eſſe licitum occidere invaſorem etiam cum moderamine inculpatæ tutelæ, quorum nonnulli tanti Doctoris auctoritate moti eamdem ſententiam ſubſcripſere, vel ſaltem probabilem exiſtimarunt. Auguſtinus Triumphus Anconitanus inſignis Theologus Auguſtinianus in libro de Poteſtate Eccleſiaſtica quæſt. 52. art. 3. ponit & probat hanc concluſionem: *Puto quod culpa ſit hominem occidere, ne ipſe occidatur, quacumque inevitabili neceſſitate hoc fiat. Ad hoc eſt*, addit, *auctoritas Auguſtini in pluribus locis. Primo de libero arbitrio dicentis* &c. Toſtatus illud ingeniorum monſtrum in cap. 5. Matth. q. 109. recitata ſententia Triumphi & oppoſita, quæ eſt communior ait: *Utraque iſtarum poſitionum videtur aliqualiter rationabilis, maxime cum iſta ſecunda aliqualiter videatur eſſe de intentione Auguſtini*. Vaſquez cap. 2. de Reſtit. dub. 6. num. 18. Auguſtinum eam ſententiam ſecutum fuiſſe affirmat, *quam*, inquit, *quidam ex Canoniſtis amplectuntur*. Molina diſp. 3. cit. num. 3. ait: *Vehemens ſuſpicio eſt, Auguſtinum eius fuiſſe ſententiæ*. Gerſon pro eadem ſententia refertur in tract. de Euchariſtia. Certe 2. p. Compend. Theol. in expoſit. 5. præcepti ait: *Dicunt quidam, quod nullo modo licet occidere etiam defendendo, maxime autem viro perfecto, & hæc videtur eſſe opinio Anſelmi*. Ubi etiam recitat contrariam opinionem, neutram vero reiicit. Sequuntur Accurſius & Gloſſa ſuper l. vim vi ff. de Inſt. & iure. Richardus inſuper a S. Victore & Almaynus citantur a noſtro Salonio. Quare non ſolus fuit in ea ſententia Auguſtinus, ſed habuit ſectatores & Theologos & Iuriſconſultos, apud quos plus ponderis unius Auguſtini auctoritas valuit, quam vulgaris aliorum opinio. Antequam tamen S. Doctoris ſententiam explicem, moneo haud opus fuiſſe, nonnullos tanta diligentia utriuſque iuris teſtimonia conquirere, queis invaſoris occiſio cum moderamine inculpatæ tutelæ conceditur, uno enim verbo iam olim reſponderat S. Doctor cap. 5. laudato: *Legem quidem ſatis video eſſe munitam contra huiuſcemodi accuſationem, quæ in eo populo, quem regit, minori-*

A *bus malefactis, ne maiora committerentur, dedit licentiam; multo enim mitius eſt, eum, qui alienæ vitæ inſidiatur, quam eum, qui ſuam tuetur, occidi*. Ubi quærit an homines, quibus civiles leges invaſoris occiſionem permittunt, *aliqua vehementiore ac ſecretiſſima lege teneantur* tales non occidere.

Sanctus Thomas 2. 2. q. 64. art. 7. nolens diſcedere a S. Auguſtini ſententia, neque item a communi opinione, diſtinguit unum & alterum modum, quo quis ſe defendens poteſt invaſorem occidere. Poteſt enim quis habere tantum B intentionem ſe defendendi, licet inde ex accidenti ſequatur mors invaſoris; vel poteſt intendere occiſionem aggreſſoris, vel tamquam medium, vel tamquam finem, ut exponit ibi Caietanus. Poteſt hoc explicari exemplo ſatis apto. Præcipit medicus ſcindi venam infirmi, ut emiſſione ſanguinis curetur, licet ſciat infirmum ex tali emiſſione paſſurum deliquium, quod re vera ipſe nollet, ſi aliter infirmus curari poſſet. In hoc caſu Medicus vult ſalutem infirmi ut finem, emiſſionem ſanguinis ut medium, deliquium nullo pacto intendit, niſi ut C quid conſecutum ex accidenti præter ſuam intentionem, in quod tantum materialiter conſentit. Ita hoc ſecuodo modo poteſt aggreſſus occidere invaſorem, nullo vero pacto poteſt intendere mortem graſſatoris irruentis neque ut medium neque uti finem. Et hanc eſſe mentem S. Doctoris recte oſtendit Salonius in fine art. 7. eamdemque explicat Toſtatus citatus. Quare S. Thomas in reſp. ad 1. ſcribit Auguſtinum intelligendum eſſe de intentione occidendi aggreſſorem, non vero ſi inteodat directe conſervare propriam vitam, nam talis D actus *non habet*, inquit, *rationem illiciti, cum hoc ſit cuilibet naturale, quod ſe conſervet in eſſe, quantum poteſt*. Omitto hanc ſententiam vix poſſe in praxim reduci; quis enim ſurgente ira animoque in ſui defenſionem ſubito erecto, illam intentionem habere poteſt? quod Salon, Molina, aliique adnotarunt. Certe illa explicatio non eſt ad mentem Auguſtini, cum tamen, inquit Molina tom. 4. diſp. 3. num. 3. *fortaſſe Auguſtini teſtimonia D. Thomam impulerint ad aſſerendum, aggreſſum non poſſe intendere mortem aggreſſoris*. Nam Auguſtinus occiſionem aggreſſoris

inde

inde esse malam probat, quia oritur ex cupiditate servaodi vitam, quæ non debet amari, sed contemoi: *Quomodo enim*, inquit, *apud eam* (divinam provideotiam) *sunt isti peccato liberi, qui pro iis rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt.* Et antea: *Non enim lex eos cogit occidere, sed relinquit in potestate: liberum eis itaque est neminem necare pro iis rebus, quas inviti possunt amittere, & ob hoc amare non debent*. At S. Thomas vult ex iostinctu naturæ amare unomqoemque suam vitam quantum potest, ex quo amore sequitur defensio ad illam conservandam etiam cum morte insidiantis. Porro inter illa, quæ contemni debeot, ibidem vitam reponit Augustious, eo uteos dilemmate de vita animæ, dum corpus interimitur: *si auferri potest, contemnenda est, si non potest, nihil metuendum*. Et Angelicus doctor illam ioteotionem ex ira contra hostem infici malitia opinatur, at Augustious oimia coocupiscentia & immoderato amore erga se occisionem illam vitiari existimavit.

Sed iam videodum est, undenam Augustinus in eam sententiam descenderit. Ille quidem cum originem mali, quam contra Manichæos disputans iodagabat, a libidine seu prava cupiditate derivari statuisset, *omnia malefacta*, inquiens, *non ob aliud mala esse, nisi quod libidine, idest improbanda cupiditate fiunt*. cap. 4. postea quærit cap. 5. *Utrum vel hostis irruens, vel insidiator sicarius sive pro vita sive pro libertate sive pro pudicitia sine ulla interficiatur libidine*. Respondet occisores invasorum non esse ab hac prava cupiditate immunes: *Quomodo possum*, ait, *arbitrari carere istos libidine, qui pro iis rebus digladiantur, quas possunt amittere inviti?* &c. At statim obiicit sibi Romanas leges permittere aggressorem impuoe occidi, quod autem lege licitum est, peccatum nullo modo esse potest. Respondet tales quidem non teneri reos lege Priocipum temporali, sed *aliqua vehementiori ac secretissima lege. Quomodo enim apud eam sunt isti peccato liberi, qui pro iis rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt?* His ita constitutis, tota rei difficultas in eo erat, ut Augustinus rationem daret, cur apud leges civiles occisor invasoris noo esset homicidii reus, sed bene apud legem æternam & immutabilem. Ad hoc vero probandum S. Doctor reliqoum illius libri impendit, cuius summa est. Lex æterna vult *omnia esse ordinatissima*. cap. 6. unde fit coosequens, ut homo *in se ipso ordinatissimus sit*. cap. 7. Cum vero habeat homo plures motus cum belvis communes, nam *appetere voluptates corporis, & vitare molestias ferinæ vitæ omnis* actio est. cap 8. *Hisce motibus animæ cum ratio dominatur, ordinatus homo dicendus est. Non enim ordo rectus aut ordo appellandus est omnino, ubi deterioribus meliora subiiciuntur. Ratio ista ergo vel mens vel spiritus cum irrationales animi motus regit, id scilicet dominatur in homine, cui dominatio lege debetur ea, quam æternam esse comperimus. Cum ergo ita homo constitutus atque ordinatus est, nonne tibi sapiens videtur?* cap. 8. *Eos enim sapientes voco, quos veritas vocari iubet, idest regno mentis omnis libidinis subiugatione pacati*. cap. 9. *Putasne ista mente, cui regnum in libidines æterna lege concessum esse cognoscimus, potentiorem esse libidinem? Ego enim nullo pacto puto; neque enim esset ordinatissimum, ut impotentiora potentioribus imperarent. Quare necesse arbitror esse, ut plus possit mens quam cupiditas eo ipso, quo cupiditati recte iusteque dominatur*. cap. 10. Ex his Augustinus intentum deducit: nam cum quis aggressorem occidit, oon ratio, sed cupiditas illi dominatur: *Quomodo possum arbitrari*, inquit, *carere istos libidine, qui pro iis rebus digladiantur, quas possunt amittere inviti, aut si non possunt, quid opus est pro his usque ad hominis necem progredi?* Neque eoim actum occidendi ratio, sed cupiditas regit, cum ratio dictet vitam non esse verum bonum hominum, quia illam *possunt amittere inviti*. Quod enim inquiunt, a natura insitam esse sui conservationem ac proprii boni defensionem, nihil iuvat; oam vita corporis noo est proprium booum hominis, sed *hominis pars vilissima*. cap. 16. Bene quidem feræ naturali instinctu etiam cum aggressoris occisione vitam tuentur, quia hæc unicum summum bonum illis est, idque cupiditate sui conservaodi faciunt, oe amittant esse. At si homo, ut se defendat, iovadentem perimit, cupiditate movetur, qua & belvæ in eos motus impelluntur, existimans tantum bonum vitam corporis, ut pro illa necesse putet *usque ad hominis necem progredi*. cap. 5. Belvarum enim propriom est *appetere voluptates corporis & vitare molestias*.

lestias. cap. 8. Ergo tunc movet homines ad occidendum cupiditas, qua *bestiis meliores* non sunt, neque tunc *ratio irrationales animi motus regit*. ibidem. Ergo homo non ordinate agit, & per consequens contra legem æternam agit, quæ vult *omnia esse ordinatissima*, ut ibidem præmiserat. A

Dices. Non igitur citra vitium poterimus amare vitam corporis. Respondet S. Doctor cap. 15. nos posse amare vitam ac reliqua bona corporis utendo illis, non fruendo, quod egregie sic explicat: *Cum igitur eisdem rebus alius male, alius bene utatur, & is quidem qui male, amore inhæreat atque implicetur, scilicet subditus eis rebus quas sibi subditas esse oportebat, & ea bona sibi constituens, quibus ordinandis beneque tractandis ipse esse utique deberet bonum. Ille autem, qui recte his utitur, ostendet quidem bona esse, sed non sibi, non enim eum bonum melioremve faciunt, sed ab eo potius fiunt. Et ideo non eis amore conglutinetur, neque velut membra sui animi faciat, quod fit amando, ne cum resecari cœperint, eum cruciatu ac tabe fœdent, sed eis totus superferatur, & habere illa ac regere, cum opus est, paratus & amittere aut non habere paratior*. Unde qui occidit aggressorem non superfertur totus, neque regit bonum vitæ corporis, sed ei amore conglutinatur, ac membrum sui animi facit, dolens cum cruciatu eam sibi resecari, neque paratior est illam non habere, sed totis viribus colluctatur ut habeat, putans eam suum bonum esse, pro quo conservando digladiatur, quæ tamen vita ad beatam vitam nihil facit, nam *beate vivere est veris certisque bonis gaudere*. cap. 13. inter quæ vita corporis non reponitur, tot variis subinde affectionibus perturbata, quas erudite congerit S. Doctor cap. 11. B C D

Tandem Augustinus cap. 15. post longam disputationem disparitatem assignat, cur lex civilis Principum permittat occidi invasorem vitæ, honoris, vel divitiarum, & id alia ex parte lex æterna vetet. Etenim lex civilis Reipublicæ temporalis *nihil aliud iubet, nisi ut hæc quæ ad tempus nostra dici possunt, quando eis homines cupiditate inhærent, eo iure possideant, quo pax & societas humana servetur, quanta in his rebus servari potest*. Postea: *Ergo & ad id quod vult, torquet ac retorquet miserorum animos, quibus regendis accommodata est. Dum enim hæc amittere timent, tenent in his utendis quemdam modum aptum vinculo civitatis, qualis ex huiuscemodi hominibus constitui potest, non autem ulciscitur peccatum, cum amantur ista, sed cum aliis per improbitatem auferuntur*. At ut consequamur ultimum finem, lex æterna vetat amari illa quæ non sunt media ad illum obtinendum, ut quæ homines *possunt & volentes non adipisci & amittere inviti*. cap. 15. *Iubet igitur æterna lex avertere amorem a temporalibus, & eum mundatum convertere ad æterna*. ibidem. O dignam Augustino doctrinam! Lex civilis Principum non ulciscitur peccatum, cum amatur vita corporis, sed cum aliis per improbitatem aufertur, & parum curat de illa noxia cupiditate, cum de internis nihil statuat. At lex æterna hanc cupiditatem damnat, cum in homine dominatur ac rationem regit, dum quis arbitratur tantum bonum esse sibi vitam corporis, ut usque ad necem hominis pro illa defendenda progrediatur, cum tamen illius bonum verum minime sit, neque enim facit illum meliorem, quod proprium solum est bonorum animi, quæ nullus potest amittere invitus, & si vult, habet. de qua re late agit a cap. 12. Quis vero non videat, quo iure Augustinus datum inter utramque legem discrimen nuncuparit *sublimia quædam petentem distinctionem*? cap. 5. in fine.

Hoc quidem argumento motus in eam sententiam ivit S. Pater, in qua tradenda & confirmanda nec unum e sacris literis testimonium adhibuit, sed quod cum Manichæis res erat, rationi tantum innixus philosophatus est. Quæ tamen nova nemini videri debent, eo enim in argumento Stoici ac veteres plerique alii philosophi summa cum laude versati sunt. Siquidem quo celebre illud apagthiæ dogma persuaderent, ac omne bonum hominis in mentis arce collocarent, nihil extra virtutem in bonis habendum esse pluribus argumentis contendebant. Hoc Seneca probavit luculento opere, quod hoc titulo exaravit: *Quod in sapientem virum non cadit iniuria*. Hoc Philo intendit suo illo opusculo inscripto: *Quod omnis probus liber*. Idem adstruxit Lactantius in tertio Institutionum, sed ceteris Patribus subtilius atque ornatius Iohannes Chrysostomus in Oratione, cui hunc

hunc titulum dedit: *Nemo læditur nisi a se ipso*. quam seotentiam alii diffusis commentariis postea illustrarunt. Itaque noster Augustinus io eo primo libro de Libero arbitrio & ipse Philosophum agcos, supra omnia corporea animum hominis ad veri sui boni cognitionem evexit, suumqoe rationi imperium pravæ cupiditatis motibus subactis asseruit. Sane docuit nihili habenda esse qualiacumque hæc bona temporalia, quæ miseri mortales ad insaniam usque mille votis expetuot, neque enim illa ad summi boni assecutionem viam muniunt, sed impediunt. Quæ si vera sunt, culpaodam dixit illius copiditatem, qui pro bulla, ita enim sapientes hominis vitam corpoream dixere, defendenda mucronem stringit, atque humana cæde polluitur. Augustinus Anconitaous, qui hanc S. Doctoris sententiam ex professo defendit, alio ac plane diverso argumento illam coofirmavit, nempe quia aoimam proximi plus teneor diligere, quam corpus proprium, quod me iovito possum perdere. Planum est autem, quod anima proximi perditur, ex quo idem in actu iniustæ invasionis per me occiditur; cui argumento cedit Cardinalis Lugo tomo 1. de Iust. & iure disp. 10. sect. 6. num. 143. si restringatur ad hominem ebrium invadentem, & se defendens putet probabiliter se esse in gratia, de qua re pluribus agit Tostatus. Sed nostrum est Augustinianam tantum sententiam explicare, quæ philosophicæ rationi ionititur.

Ceterum licet Augustious iuxta subtilioris philosophiæ principia negaverit licitam esse invasoris occisionem, numquid cootra legem etiam Dei illam esse existimavit? ut plane homo a grassatore invasus, cum nulla sit alia via, qua evadat, si invasorem occidat, homicidii reus ceosendos sit, quod contra communem Theologorum seoteotiam esse ita certum est, ut Saloo cit. concl. 2. dicat: *Opposita sententia est forsau temeraria tot textibus & communi omnium fere doctorum placitis repugnans*. Ego quidem iudico S. Augustioum ex sacris literis, quas cum scriberet librum primum de Libero arbitrio, parum se calluisse testatur, postea oppositam sententiam tradidisse. Hanc legem Hebræis Deus Exodi 22. dedit: *Si effringens fur domum sive suffodiens fuerit inveutus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor nou erit reus sanguinis; quod si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur*. Ex quibus aperte deducitur, non esse contra legem Dei occidere invasorem, cum hoc Deus ipse permiserit, ac hominem occidentem negaverit reum esse homicidii. At S. Doctor tom. 4. q. 84. in Exodum disparitatem assignat, cur nocturnus fur citra homicidium interfici possit, noo vero diurnus, ita inquiens: *Intelligitur ergo tunc nou* V. epist ad Macedon.
pertinere ad homicidium, si fur nocturnus occiditur, si autem diurnus, pertinere &c. *Poterat quippe discerui, quod ad furandum, nou ad occidendum venisset, & ideo non deberet occidi. Hoc & in legibus antiquis sæcularibus* (ff. ad leg. Aquil. leg. 4.) *quibus tameu ista est antiquior, iuveuitur, uempe occidi nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem, si se cum telo defeuderit, iam enim plus est, quam fur*. Igitur si in dubio, ao fur me velit occidere, possum iuxta legem divinam ex Augustino citra peccatum homicidii illum occidere, potiori iure eumdem licite potero ioterficere, si certam mihi mortem stricto mucrone iotentet. Neque enim fas est dicere, Deum permisisse peccatum, & veluti lata lege ooo improbasse. Eteoim licet lex illa data esset ad firmandam civilem Rempublicam Hebræorum, patuit tameo divinam voluntatem permisisse homicidium, uti permisere mundaoi legislatores, & sicuti occidens iovasorem non agit cootra voluntatem legislatoris civilis, ita neque contra legislatoris Dei voluntatem agere dicendus est. Noo est ramen necesse, ut dicamus S. Doctorem priorem sententiam retractasse, cum præcipue ab scripto libro primo de Libero arbitrio post trigiota & amplius annos libros Retractationum scribens illam priorem sententiam non expuogens, iterum approbasse ceosendus sit. Itaque utrumque dictum est componendum ex eiusdem S. Patris effato lib. 1. de Lib. arb. cap. 5. ubi ait: *Potest ergo illi legi, quæ tuendorum civium causa vim hostilem eadem vi repelli iubet, sine libidine obtemperari*. Augustious ut hostis occisio sit licita, hoc tantum vult, ut actio occidendi ab illa noxia cupiditate sequestretur; quare si quis se defendens id agat, non motus illa cupiditate, qua ad sui defensionem bruta etiam impel-

luntur, sed pacato rationis imperio, A nempe ob bonum reipublicæ, vel familiæ, vel ut moriatur, cum maiori probabilitate salutis, quæ maxime Christianum consideratio decet, vel quocumque alio digniori fine procul ab illo cupiditatis irrationalis impulsu, aggressus citra culpam potest licite invasorem occidere. Quæ quidem consideratio, licet illis in angustiis non ita in promptu esse videatur, eadem probabilitate defenditur, qua S. Thomas intentionem occidendi hostis vel ut finem, vel ut medium distinxit, ad hoc ut quis posset licite invasorem interimere, ut per se B consideranti patebit.

Est alius etiam facilior modus Augustinianæ sententiæ exponendæ, si dicamus Augustinum, quando occisionem aggressoris peccatum appellavit, intellexisse moralem defectum actionis, in quem incidit, qui relicto actu longe perfectiori imperfectiorem eligit, unde ex insipientia operari dicitur. At qui se permittit occidi, nec curat, cum possit, nece hostis vitam redimere, excellentiorem quovis infortunio animum habere se monstat, haud in bonis reputans vitam, quam amittere paratus est, & C non habere paratior; unde summa laude commendandus venit, quo pacto Anaxarchus, Stilpo, aliique veterum præconia demeruere. Secus vero agens exilis animi se esse ostendit, ut quem vilissimi boni possessio impleat, ac tanti vitam faciat, ut omnibus viribus pro illius conservatione sibi dimicandum putet. Quare apud veram sapientiam stulte hic posterior agere iudicabitur, vilisque animi pœnas luet, ingenti illo laudum cumulo privatus, quæ vitæ corporis contemptori debentur. Accedit fortitudinem maiorem exeri ab eo, qui genero- D se mala patitur, quam ab eo, qui infert, ut post Aristotelem 3. Ethic. cap. 9. probat S. Thomas 2. 2. q. 123. art. 6. unde ait S. Pater cit. cap. 13. *Quid fortitudo? Nonne est illa animæ affectio, qua omnia incommoda & damna rerum non in nostra potestate constitutarum contemnimus?* Insuper certum est, excellentis charitatis actum illum futurum, quo quis mortem libens oppeteret potius, quam irruentem hostem interimens eiusdem perpetuæ damnationis causam esse; ut docet Aragon, Salon, Caietanus, aliique ad q. 64. cit. S. Thomæ. Potest hæc explicatio colligi ex iis, quæ idem in eo libro primo de Libero arbitrio scribit. Nam cum dixisset occisionem invasoris nulla lege civili plecti, ait cap. 5. *Illæ vero culpæ alias pœnas aptas habent, a quibus sola mihi videtur posse liberare sapientia.* At non agit iuxta regulas sapientiæ, qui ob vilissimæ rei, quæ sit in homine, conservationem ingenti se laude privat, unde secundum easdem sapientiæ regulas defectuose agit, quod est peccare. Sed plus aliquid velle fateor S. Doctorem, nam cap. illo 5. ait: *Quomodo enim apud eam*, providentiam divinam, *sunt isti peccato liberi, qui pro iis rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt? Videtur ergo mihi & legem istam, quæ populo regendo scribitur, recte ista permittere, & per divinam providentiam vindicari.* Quæ sane verba invasoris occisorem plusquam dicti defectus moralis citra peccatum in operando reum constituunt. Igitur sententia S. Doctoris ex subtilioris philosophiæ principiis deducta generosiori suique æstimatore animo digna non nisi iniuste reprehendi potest, cum illam Hebræorum, Græcorum, ac Latinorum sapientissimi ante Augustinum defenderint, qui vitam inter contemptibilia bona reiecere, unde nostri Patris assertum derivat, ut ex ipso luculenter ostendimus.

§. XII.

S. Augustinus in libris Retractationum nihil abs se de divina gratia assertum in libris contra Pelagianos scriptis expunxit.

HOs Augustino errores Adamus ac Moraines obiiciunt, sed vano prorsus eventu: nam eo improbo labore non Hipponensis Præsulis famam vel auctoritatem decurtarunt, sed quam maxime promoverunt. Quis autem initio causæ non fuisset veritus, ne Augustinus in ducentis & amplius libris, quos edidit, in tot epistolis, quas publicavit, in innumeris concionibus, quas ad populum habuit, in tot commentariis ac quæstionibus, quibus sacras literas explicuit, a rigidioribus hisce censoribus alicuius

alicuius errati reus teneretur, cum vel bonum ipsum Homerum quandoque dormitare in adagiis sit? Neque enim omnia dicta illi licuit perpendere; aliquoties etiam scripsit animo distracto ac calamo ad alia properante. Adiice immensam illam hæresum sylvam, cui exscindendæ ac comburendæ unus & securim & facem Augustinus admovit. Nunc enim Manichæi: modo Arriani confutandi erant: nunc in Donatistas scribendum: statim contra Pelagianos eundum: sæpe simul omnes improbandi: neque hoc quidem commode fieri poterat ob innumeras tum voce tum per literas & petitas & subinde datas consultationes. Haud in nonum annum volumioa premere illi licuit, sed impolita atque imperfecta emittere cogebatur, tantisque temporis angustiis premebatur, ut nec dictatos libros semel relegere posset, ut ipsemet testatur in epistola ad Marcellioum. Quamobrem si quid veritati minus conforme eidem excidisset, iure merito excusandus esset. Illud vero maxime notandum venit, quod Augustinus, cum uoiversos a se elucubratos libros censoria gravitate recenseret, ac sæpe spongiam adhiberet, exarata adversus Pelagianos volumina recognoscens, duo hæc tantum corrigenda dixit, nempe quod lib. 5. con. Iulianum Medici cuiusdam veluti certum nomen posuisset, quod tamen penitus ignotum postea animadverterat, quodve in libro de Natura & gratia librum quemdam Sixto Pontifici adscripserit Pelagii fidem secutus, qui tamen a Sexto Philosopho editus fuerat. Ceterum nullum illis in libris contra Pelagianos assertum dogma recantavit, nullam non dicam sententiam correxit, sed neque unum verbum veluti minus aptum erasit, sed universa ac singula senili auctoritate approbavit, ut vel hioc divina gratia, quam triginta & amplius libris cootra Pelagianorum insultus acerrime propugnavit, dignam veluti tanto labore vicem rependens, scribenti adfuisse credita sit, quo procul a quolibet vel levissimo errore volumina illa cedro digna perscriberet. Et tamen hisce in libris recentes Aristarchi tot excessus, tot antilogias, tot errores se deprehendisse iactant! Augustinus modestissimi vir ingenii suos hosce censores ita monitos vult in fine

A libri de Dono perseverantiæ: *Qui vero errare me existimant, etiam atque etiam quæ sunt dicta considerent, ne fortassis ipsi errent. Ego autem cum per eos, qui meos labores legunt, non solum doctior verum etiam emendatior fio, propitium mihi Deum agnosco, & hoc per Ecclesiæ doctores maxime exspecto, si & in ipsorum manus venit, dignenturque nosse, quod scribo.* Quæ verba cum legisset summus Ecclesiasticorum annalium scriptor ac Vaticani Senatus immortale decus Cæsar Baronius in hæc Augustiniani ingenii præcooia erupit: *Hæc ipsa digna quidem S.*

B *Augustini modestia animique eius admirabili cum summissione verecundia, ut plane nisi aliunde, ex his saltem intelligere valeas, afflatum illo divino spiritu illa scripsisse, cum non super quempiam alium quam super humilem, quietum, & trementem sermonem Dei divinum affore numen, Deus per Prophetam fuerit contestatus.* At Ecclesiæ doctores tantum abest, ut vel una litura S. Augustioi de divioa gratia doctrinam emendarint, ut veluti e sacratiori cortina datam eamdem venerantes, contra Semipelagianos defenderiot, ac Romana ipsa ecclesia fidelibus sequen-

C dam proposuerit. Quod si recentiores tot retro sæculorum approbatione repudiata, eos se *Ecclesiæ doctores* dicant, quibus sua scripta examinanda permisit Augustinus, sæculi hoiusce nostri tantorum homioum outritoris felicitati adgratulandum erit, si Augustini tamen errores melius persuadere poteruot quam hucusque fecere. At meliorem ipsis meotem, meliorem in Augustinum meum animum a Superis precor, *ut prædicatio summi in Ecclesia viri* (Prosperi verba sunt de aotiquis Augustini calumniatoribus ad Rufinum scribeotis) *etiam ab*

D *his, a quibus ad præsens revellitur, adiuvetur.*

CAPUT V.

Recentiores XXXV. doctorum testimonia, nempe Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, aliorumque contra S. Augustinum producunt, quorum fides expenditur.

Recentiores nonnulli, oe S. Augustini auctoritatem alicubi defe-

rentes bonorum omnium indignationem subirent, io id consilii descenderunt, scriptorum omnium schedas sibi excutiendas esse, & si quid in illis minus honorifice de Augustino assertum sit, io publicum proferendnm. Nam ubi eo in stadio aliorum vestigiis se inhæsisse monstraverint, omnem facti invidiam se declinaturos existimarunt. Iohannes Adamus ac Fraociscus Annatus id magno studio ac ingenti labore exsecuti fuot; ille 3. par. Calvini destructi cap. 7. p. 631. hic autem eo loci, ubi erga Augustinum debuerat esse reverentior. Etenim Annatus, ut Ianseoistarum iactantiam, qui totum sibi Augustinum vindicabant, compesceret, satis iustum volumen procudit, quo Augustinum contra Iansenium stare demonstrare conatus, unius Augustini verbis contra adversarium loquitur, & sicuti venæ toti corpori inspersæ sunt, ita & illa toto eo opere oberraot resonantque. Quo vero Augustini se vindicem ac propugnatorem ostenderet, hunc titulum libro dedit, *Augustinus a Baianis vindicatus*, Iansenistas Baianos ignominiæ causa vocans, quod Michaelis Baii proscriptas a Sede apostolica theses defendere dicebantur. Qua fide id septem prioribus libris præstiterit, viderint illi, contra quos ibi decertat, a quorum causa procul fum. Octavus eiusdem voluminis liber totus contra Augustinum est, ut alterum fane atque omnino oppositum priori titulum poscere videatur. Siquidem postremo illo libro universa io S. Augustinum dicteria hinc inde magna industria ac labore collecta producit. Augustinum iudicem, Annate, appellas, ad eius tribunal cum Iansenianis litigas, illius fententiæ stare te dicis, cum oil nobis de tua fide metuentibus, Augustinum oon suspectæ quidem fidei iudicem pronuntias (hoc enim utcumque tolerari posset), sed ex iudice reum facis, ac contra eumdem triginta & amplius testes producis, vociferans te nominare *præcipuos Ecclesiæ principes pastoresque celeberrimos & doctores scientissimos sensuum Ecclesiasticorum minimeque suspectos*. libri 8. initio. Et oe paucorum contra Augustinum ea conspiratio censeatur, protestaris cap. 3. te advocasse testes *ex Gallia, ex Italia, ex Hispania, ex Germania*: miror cur non etiam ex Iaponia. Cum Augusti oum a Baianis viodicatum nobis ostensurum promittis, eumdem misere laceratum exhibes. Sane magnum illum ducem Hippooeosem ab hostibus tua virtute defensum in capitolio triumphantem cernere sperabamus: illi quidem lauream, tibi vero civicam corooam intexturi. Cum repente ex defensore hostis acerrimus, a Iansenio in Augustinum aciem deflectis, ac ionumeros tecum trahens eumdem oppugnas. Scire vellem, quæ te ratio, Aonate, (si quæ in hisce ulla esse potest) ad longiorem hanc & acerbiorem censuram scribeodam impulerit? Respondes cap. 4. pag. 877. *Hæc duxi proponenda, ut intelligamus non nimis inverecundos fore, si qui forte non ita se faciles exhibeant in iis omnibus admittendis, quæ videri cuipiam possint proposita fuisse ab Augustino*. Addis pag. 874. *Quæ plerique non videntur satis advertisse, dum Molinæ audaciam exaggerant indicantis, aliquid lucis defuisse Augustino in conciliands cum creata libertate divinorum decretorum & auxiliorum efficacia*. Ergone ut Molinæ *audaciam*, quam *exaggerant*, excusares, Augustinus eximius ille Ecclesiæ doctor tot errorum publice coram Orbe catholico iogeoti testium turba conducta accusandus fuerat? Et quidem Annatus ooonulla contra Augustinum testimonia producit, quibus nec ipse integram fidem præstare dicit. Hinc fuot piæ illæ eiusdem voces initio cap. 3. pag. 864. *Refero tantum, non probo*. Quæ repetit cap. 4. pag. 876. *Quæ quidem ego refero, sed non probo*. Immo alicubi, dum pessime Augustino obloquentes producit, quasi fancti Doctoris vices dolens hæc publice initio cap. 3. contestatur: *Vellem & hoc & alia quædam, quæ subiungam, mitius concepta*. Et pag. 876. cap. 4. dicteria Pighii in Augustinum recitans ait: *Omitto honoris causa, quod de Augustino subiungit*. Et pag. insequenti: *Non referam, quæ dixit lib. 6. &c. quod mihi videantur in S. Doctorem acerbius quam vellem esse dicta*. Mirum hæc Annato io religionem venisse! Ego quidem huius scriptoris voces surda aure pertransire decreveram: quis enim adeo erga Superos irreligiosus esse potest, ut dicenti velle se contra Augustinum testiooooium dicere aures præbeat, ac non potius audax homi-

nis

nis consilium execratus, procul abire eum iubeat? Ne tamen Augustinus qualiumcumque hominum testimoniis succumbere videatur, libeat eadem repetere; etenim adversarii testimonia infirmare vel reiicere, boni advocati & bonæ causæ; præsertim cum plurimos contra Augustinum testes producit, qui Augustiniani nominis studiosissimi semper fuere. Initio autem eos testes nominat, quibus iudices ipsi assurgant, Cælestinum Papam, qui in epistola ad Episcopos Galliæ non universam, ut putat, Augustini doctrinam approbavit, sed certas tantum quasdam sententias, de quibus nulla modo controversia est. Verum pluribus hæc suo inferius loco cap. 8. nobis examinanda sunt. Idem postea subnectit purpuratos Vaticani Senatus Patres, nempe Baronium, Sadoletum, Bonaventuram, Caietanum, Perronium, & Valerium; de quibus sigillatim iudicandum est.

§. I.

Baronii ac Sadoleti testimonia expensa. Ludovici Donii pro Sadoleto contra S. Augustinum dicta refelluntur.

IGitur Annatus lib. 8. cap. 2. ait Baronium postquam tomo 5. ad annum 431. retulit illa verba Cælestini in fine epistolæ ad Galliæ Episcopos *Profundiores autem* &c. dicere: *His, inquam, profitetur profuudiores quæstiones illas de prædestinatione sanctorum nequaquam ab apostolica Sede definitas, illasque tantum esse stabilitas, quæ ad condemnationem errorum satis posse sufficere viderentur*. Quibus recitatis addit Annatus: *Hic ergo quæro, quæ sint illæ auctorum quæstiones de prædestinatione, quarum liberam affirmandi aut negaudi facultatem Cælestinus facit interprete Baronio*. Alucinatum puto hunc recentiorem, qui ea de Baronio publicat, quæ ille nusquam asseruit. Etenim eruditissimus Scriptor capita illa Cælestini epistolæ annexa, nequaquam Cælestino ipsi adscripsit, sed Prosperi esse dixit, ita enim ibi ait: *Putantur illa capita esse Prosperi, qui ut profiteri videtur, ea collegit ex decretis Romanorum Pontificum, simulque conciliis Africanis, ubi idem Auctor hæc habet in fine: Profundiores vero difficilioresque partes* &c. Et tamen Annatus audet affirmare Baronium ita Cælestini verba interpretatum, cum eadem Prospero attribuerit, immo nec citra dubium illius capitis hunc esse auctorem asserere ausus sit, *putari* tantum dixit. An vero Prosper & Baronius quæstionem illam de prædestinatione ad gloriam sine meritorum prævisione contra S. Augustinum resolvi posse citra reprehensionem, affirmarint, iidem nns doceant. S. Prosper ad dub. 10. Genuensium ait: Augustinus *pia tamen constantique doctrina abundanter probavit prædicandam esse Ecclesiæ prædestinationem in qua est gratiæ præparatio, & gratiam in qua est prædestinationis effectus & præscientia Dei, qua ante sæcula æterna quibus esset collaturus sua dona præscivit, cuius prædicationis quisquis est impugnator, apertissimus est Pelagianæ elationis adiutor*. Baronius vero tom. 6. ad annum 490. postquam dixit omnes Patres adversus Fausti scripta conspirasse, hæc addit: *Cum igitur Fausti senteutiæ ubique ab Ecclesia fuerit contradictum, videant quanto periculo quidam ex recentioribus, dum in novatores insurgunt, ut eos confutent, a S. Augustini de prædestinatione senteutia recedunt, cum alioqui arma non desint, quibus adversarii profligentur*. Et tamen de sententia. S. Doctoris de prædestinatione ad gloriam hæc Annatus tradit: *Quamvis Augustinus iu contrarium propendeat, permittenda tamen erit huius quæstionis determinatio liberæ disputautium electioni, quod censuit etiam Cardinalis Baronius*. cap. 1. pagina 857. Si nobis nullus esset oculorum usus, ac ea tantum de Baronio crederemus, quæ de eodem recentior ille publicat, Augustinus forte causa caderet, sed cum oppositum diserte, clarissime, citra ambages Cardinalis pronuntiet, appellanda est hic Annati fides, qui vel in primo teste producendo apertissime errat. Augustini salva res est, adversario initio causæ falsitatis convicto. In limine impegit Annatus. infaustum omen.

Alter testis Purpuratus producitur Iacobus Sadoletus, qui libro 2. in epist. ad Rom. interpretans illa Pauli *Quot præscivit* &c. hæc ait referente Annato pagina 860. *Ex altera quoque parte, & si ab ea stat Doctor maximus idemque gravissimus & sanctissimus vir Augustinus, tamen durum admodum mihi videtur, quodque*

illabi

illabi non facile queat ad sensus nostros, si omnino a nobis nihil sit, quod valeat ad obtinendam gratiam in pari conditione cunctorum, ita quosdam eligi, ut ceteri in calamitate & damno destituantur &c. Verum ubi in Barooii testimonio recitando falsum Aonatum vidimus, hic si non invidum, saltem negligentem liceat appellare, qui delatas a Sadoleto Augustino laudes decurtat, testibus ipsius verbis haud fideliter repetitis. Hæc scribit Sadoletus: *Sed ex altera quoque parte, & si ab ea stat doctor omnium maximus idemque gravissimus & sanctissimus vir* &c. Vides verbi illius *omnium* energiam, qua Sadoletus ceteris Ecclesiæ Doctoribus Augustinum anteponit? At illud Annati calamo hæsit, quod saoe casu, non consilio cecidisse concederem, oisi adversarii io Augustinum aoimus in aliam me sententiam traheret. Enim vero si diceres Suarium doctorem maximum eumdemque gravissimum, libenter id audiretur. At si adderes esse illum *omnium* maximum ac gravissimum, ingentem illi iovidiam coofiares, quasi Aquinate, Scoto, Alberto, ceterisque principibus scholastieis superiorem faceres. Sed ad Sadoletum veniamus.

Hic Scriptor non solum contra Augustinum, sed & contra Annatum ipsum sententiam dicit. Annatus cap. 1. & 2. tradit homines prædestinari sine meritis ad gratiam, *dicamusque*, inquit pagina 860. *ante prævisa merita homines ad gratiam prædestinari, post prævisum autem bonum usum gratiæ prædestinari ad gloriam* &c. At Sadoletus aliquid meriti ad obtinendam gratiam exigit; fatetur enim durum sibi videri, *si omnino a nobis nihil sit quod valeat ad obtinendam gratiam*. Audio? *gratiam* dixit, oon *gloriam*, quæ sane fuerat damnata Semipelagianorum opinio, in quam Sadoletus minus caute impegit. At quoniam Sadoletus post editum Annati librum elegantem advocatum iovenit Ludovicum Donium tom. 3. Hist. de Cardinalibus pagina 206. qui noo modo Sadoletum defendit, verum etiam num. CX. S. Augustinum arguit, quod hic *dum toto spiritus ac verborum ardore pro defensione divinæ gratiæ pugnat adversus Pelagianos liberum arbitrium cum iniuria divinæ gratiæ extollentes, in alteram quasi foveam delabi videtur, minusque interdum tribuere, quam par sit, liberæ hominis voluntati*. quam ceosuram ad verbum Donius exscripsit ex Sixto Senensi in præfat. libri 5. Bibl. Sanctæ, immo ex Iuliano insensissimo illo Augustini hoste apud S. Doctorem libro 2. de Nupt. & concup. cap. 3. Quare ut huius testis ab Annato cooducti & a Donio defeosi error aperiatur, eiusdem sententia de initiis fidei ac reliquarum virtutum nobis monstranda est. Nam si ea in opioione eumdem ad Semipelagianos accessisse monstrabimus, quis statim non intelliget nullius fidei eiusdem testimonium haberi, quippe qui cum Augustini hostibus conspiravit? Seripsir Iacobus Sadoletus Commentarios in epistolam Pauli ad Romanos, ubi eum ab Augustini senteotia de prædestinatione recedere vellet, ad Semipelagianos misere declinavit. In illud Apostoli cap. 8. vers. 29. *Quoniam quos prænovit & prædefinivit* &e. hæc scribit: *Sic illud addo, ne in eodem quidem facto intelligi a nobis eius sapientiam, si nulla causa ac ratione discrimen faciente alios improbet reiiciatque ad interitum, alios ad salutem & gratiam suam recipiat, cum isto agere modo atque operari casus potius quam consilii esse videatur*. Ita vult ex parte liberi arbitrii aliquid boni præcedere, ut gratia huie potius quam alteri donetur. Hæc plane Cassianus sentiebat, cuius de Deo verba sunt Collat. 13. eap. 12. *Ne penitus dormienti aut inerti otio dissoluto sua dona conferre videatur, occasiones quodammodo quærens, quibus humanæ segnitiei torpore discusso non irrationalis munificentiæ suæ largitas videatur, dum eam sub colore cuiusdam desiderii ac laboris impartit*. Affirmat tamen ibidem Sadoletus hæc initia bonæ voluntatis, quæ nos per oos ipsos ponimus, esse bona quædam imperfecta, nam concedit virtutem secundum sui perfectionem sine gratia haberi non posse. *Nihil enim*, inquit, *perfectum esse a nobis potest. Sed nostra sunt initia & cogitandi & volendi, atque ita nostra, ut magnam quoque partem in illis obtineat Deus. Ipsum enim necessario propositum nobis habemus, cum ipsum volumus & cogitamus, ut sit ipse prius nostrarum cogitationum voluntatumque invitamentum, ad quem cum inclinaverimus, quod bonum propositum vocat Paulus, velle deinde & operari ex illo bono proposito perfectius a Deo nobis est, cum ipsius ope & subsidio ad recte agendum constanterque volendum & fulciamur*

mur & præmoveamur. Hoc ipsum docebant Semipelagiani, qui initia & boni tantum imperfecti iochoationem viribus liberi arbitrii deputabant. Audiatur idem Cassianus lib. 12. de Instit. Mon. cap. 14. *Sed plane constantissime non mea sed seniorum sententia definio perfectionem quidem sine his omnino capi non posse, his autem solis sine gratia Dei posse eam a nemine consummari. Ut enim dicimus conatus nostros apprehendere eam per se ipsos sine Dei adiutorio non posse, ita pronuntiamus laborantibus tantum ac desudantibus misericordiam Dei gratiamque conferri*. quæ cap. 23. de Dooo pers. S. Pater explodit. Idem B Sadoletus io illa eap. 9. vers. 22. *Si autem volens Deus ostendere iram* &c. scribit: *A nobis aliqua initia bonæ voluntatis, ut præparari ad misericordiam apti simus, proficiscuntur*. Non dissentit a Cassiano lib. 6. de Instit. Mon. cap. 18. ubi ait: *Non omnibus una gratia Spiritus S. tribuitur, sed ad quam se unusquisque studio vel industria sua dignum aptumque præbuerit*. Præterea Sadoletus in caput 9. memoratum hæc habet: *Nam cum sub servitute peccati nati nos simus, neque nostra ope ex illo nostrisque viribus emergere atque eiicere nosmet ipsos queamus, volumus quidem ex nobis etiam & adnitimur, verumtamen ad consurgendum Dei ope indigemus, qui tendentes brachia ad sese corpusque agitantes, ut evolvantur, misericordia sua adiuvat, ignavos vero & desides neque quidquam agentes, quamobrem debeant sublevari, in ipso luto infixos perditosque relinquit*. In quibus egregie concinit Fausto Semipelagianorum coryphæo lib. 1. de Grat. & lib. arb. cap. 17. *Et ita se*, inquit, *duo ista coniungunt, attrahentis virtus & obedientis affectus, quomodo si æger aliquis assurgere conetur, & facultas animum non sequatur, & propterea sibi porrigi dexteram deprecetur*. Addit: *Assistenti & vocanti Domino famulus manum fidei, qua attrahatur, extendit*. At Sadoletus ne positis initiis bonæ voluntatis ex viribus naturæ præter Dei auxilium, statuere videretur gratiam perfectioris virtutis dari ex meritis, addit: *Sic nostrum credere simplex illud & inchoatum, quo ad obediendum Deo incipimus inclinari, non continuo mereri est, sed tunc meremur, cum firmati in bona voluntate ab ipso Deo* &c. Hoc pariter Semipelagiani tradebant, quorum Princeps Collat. 13. cap. 13. ait: *Dum eam* gratiam *sub colo-*

A *re cuiusdam desiderii & laboris impartit, & nihilominus gratia Dei gratuita perseveret, dum exiguis quibusdam parvisque conatibus tantam immortalitatis gloriam, tanta perennis beatitudinis dona inæstimabili tribuit largitate*. Irrisit hoc subterfugium Augustinus lib. de Prædest. SS. cap. 2. *Quis autem*, inquit, *dicat eum, qui iam cœpit credere, ab illo in quem credidit, nihil mereri? Unde fit ut iam merenti cetera dicantur addi retributione divina, ac per hoc gratiam Dei secundum merita nostra dari*. vide eumdem lib. 4. ad Bonifacium cap. 6. Ex his patet Sadoletum, dum imprudenter ab Augustini senteotia deflectit, Semipelagianis adhæsisse, qui ioitia quædam fidei ac bonæ voluotatis in oobis ex nobis asserebant, quos Arausicana synodus II. hoc canone 5. damnavit: *Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsumque credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis pervenimus, non per gratiæ donum, idest per inspirationem Spiritus S. corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, sed naturaliter nobis inesse dicit, Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur* &c. C

Hic vero nobis res erit cum Donio, qui num. 106. scribit: *Verum quis tantum virum tamque orthodoxum Semipelagianism laqueis irretitum credat aut volentem aut imprudentem*? Miror hunc scriptorem adeo perfunctorie epistolas ipsas Sadoleti legisse, ut non inde iotellexerit Sadoletum ob eam sententiam de initiis virtutum, quam suis in Paulum Commentariis inseruerat, a doctissimo ac sapientissimo Cardinale Gaspare Contareno per literas reprehensum fuisse. Hæc enim rescribit Sadoletus lib. 9. epist. 9. D *Quod autem parcior fui in præveniente Dei gratia explicanda, quam par esset, agnosco eum errorem, cum tibi ita videatur*. Rursus tamen ibidem repetit: *Pelagianum esse non puto, si in initiis aliquid retineamus, quod sit nostrum*. Conquestus amice fuerat Contareous, quod non satis pro dignitate de Augustini sententia in eisdem interpretationibus locutus fuerat, videbat enim Contarenus eam opioionem de initiis virtutum ex solis viribus arbitrii in Pelagii reliquiis ab Augustino solidissime expugnatam fuisse. Illi vero in epistola 10. anno insequenti data hæc Sadoletus respondit:

posuit: *Cum scripsissem ad Paulum me quadam in re leviter a te dissidere, isque mihi dixerit cupere te scire, ubi & qua de re sit dissensio. Primum tibi prædico me in illa de libero arbitrio sententia non omnino assentiri Augustino, qui libertatem nostræ voluntatis perspicue aufert: dumque Dei gloriam maxime complecti vult, videtur mihi illi derogare aliquid potius, quam quod videatur tribuere. Hæc, si essemus una, librosque in manibus haberemus, facile me tibi probaturum confiderem.* Hæc si Annatus legisset, dubio procul inter nobiliora contra S. Doctorem testimonia recensuisset. Sed nec Donius Commentarios Sadoleti legit; nam si eosdem vel leviter inspexisset, profecto intellexisset semet operam perdere, dum Sadoletum ab errore conatur vindicare, quasi ille hoc tantum voluerit, *ut in initiis ex spiritu gratiæ operantis facti aliquid nostrum reperiatur, quia anima vel eius potentiæ influunt physice in actus vitales supernaturales.* At Sadoletus durius loquitur, quam ut eo pacto emolliri possit. Etenim loco superius laudato Pauli Rom. 8. ut universam quæstionem tolleret, seque ob initia virtutum naturaliter posita a quacumque erroris suspicione liberaret, scribit quod *cum Deus dupliciter causa bonarum rerum sit, vel ut effector & ipse agens, vel ut finis resque desiderata*: priori modo ait Deum movere ad actus nobiliores & perfectos virtutum fidei, amoris Dei, religionis &c. postea vero addit: *Verum qua Deus finalis rerum causa est, & ad eum ut ad summum bonum mentes nostræ moventur, nostra hactenus voluntas & cogitatio & prima illa atque inchoata actionum nostrarum consilia ex Deo quoque sunt.* Rationem assignat: *Non enim tunc ut movens & impellens auctor ipse est & principium universum nostræ voluntatis, sed ut appetitus & desideratus: magnum quidem tum quoque momentum afferens ad inclinandum nos atque alliciendum.* Non ergo primi illi boni motus in Deum ex Sadoleto fiunt *ex spiritu gratiæ operantis*, ut Donius dicebat; neque enim Deus tunc movet, *ut effector & ipse agens*, qua ratione semper movet per spiritum gratiæ operantis: unde sunt illa Arausicanæ synodi can. 9. *Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, ut operemur, operatur.* Neque Semipelagiani negabant ad initia illa bonorum operum Deum movere in ratione finis; Deus enim erat obiectum apprehensum sub ratione veri & boni, cui inchoative credebant, quod desiderabant, quod petebant. Ideo vero damnati sunt, quia non satis est Deum movere tantum ut obiectum, sed movere debet tamquam agens ad hoc ut credamus & velimus per infusionem S. Spiritus ex eodem Arausicano can. 6. & can. 5. ubi statuitur *initium fidei ipsumque credulitatis affectum* fieri in nobis *per gratiæ donum, idest per inspirationem Spiritus Sancti*. Aliunde etiam Donius Sadoleti errorem intelligere poterat, dum idem hæc de Augustino scribit: *Libertatem nostræ voluntatis perspicue aufert*. Sunt hæ putidæ Semipelagianorum tum veterum tum recentiorum voces. De primis scribit S. Prosper ad Rufinum: *Scripta eius*, nempe Augustini, *quibus error Pelagianorum impugnatur, infamant dicentes eum liberum arbitrium penitus submovere.* Easdem tibias contra Augustinum inflarunt Arminiani, nova Semipelagianorum progenies, quorum unus Hugo Grotius lib. 17. Hist. Belgicæ ait: *Primus omnium Augustinus, ex quo ipsi cum Pelagio & eum secutis certamen (nam ante aliter & ipse senserat), acer disputandi ita libertatis vocem relinquere, ut ei decreta quædam Dei præponeret, quæ vim ipsam destruere viderentur.* Quis igitur posthac Sadoletum eo in errore cum Semipelagianis, incaute quidem & inscienter, negabit conspirasse, dum illorum convicia in Augustinum iactat? Donius num. 108. quod in calce literarum, ut putat, Cælestini legitur, *Profundiores vero* &c. *magnopere animadvertendum* dicit. Verum & id quod cap. 3. asseritur, *magnopere animadvertendum* illi fuerat, ubi de Semipelagianis contra Augustinum scribentibus hæc recitantur: *Cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur.* Quæ quidem si *magnopere animadvertisset*, haud equidem pronuntiasset, quod Augustinus *in alteram quasi foveam delabi videtur, minusque interdum tribuere, quam par sit, liberæ hominis voluntati.* num. 110. Ex hucusque fusius probatis evidenter constat Iacobum Sadoletum cum Semipelagianis contra Augustinum incaute sensisse & reapse *in extremam & remotissimam sententiam contentione disputandi, magis quam considerata & quieta ratione adductum*

ctum se contulisse, quæ verba ita ille merito audire debet, oti iniuste eadem epistola 10. ad laudatum Contarenum contra S. Doctorem illemet usurpavit. Interim Annatus videat, qualem eootra Augustioum testem appellaverit, nempe scriptorem, qui contra eomdem eum Semipelagianis, quod initia virtutum attinet, conspiraverit; & tamen promiserat ioitio statim libri octavi se in iudicium contra Augustinum conducturum testes *miuime suspectos*. Hactenus de Sadoleto, euius quidem erratum libentius siluissem, sed Annati & Donii ex Sadoleti verbis instituta contra S. Patrem aceusatio invito penitus ac reluctanti hueusque dicta extorserunt.

§. II.

S. Bonaventuræ & Caietani dicta examinantur.

Tertium testem opponit S. Bonaveotoram io 2. sent. d. 33. qu. 2. art. 3. dieeotem: *Ad illud, quod primo obiicitur iu contrarium de verbis Augustini, dicendum quod Augustinus in verbis illis non intendit dicere, quod parvuli sensibiliter crucientur, sed intendit eorum pœnam manifestare quantum ad careutiam visionis Dei, & quantum etiam ad vilitatem loci, & hoc valde abundanter exprimit plus dicens & minus volens intelligi*. Verum negotium nobis non facessit Bonaveoturæ eontra Augustinum testimooium, nam eo loci loquitur de libro de Fide ad Petrum diaconum eap. 27. ubi legimus pueros decedentes sine baptismo *ignis æterni sempiterno supplicio puniendos*; qui liber est Fulgeotii, non Augustini. Quare si communi illius sæculi opioione ductus Seraphieus doctor Augustini illa verba esse putavit, cum alterius sint, eius testimonio non perstamus, oon enim illius dictum apud iudiees quidqoam ponderis habet, quo per deeeptionem de quopiam aliquid affirmatur, quod noo ab illo, sed ab altero assertum constat. Hinc sancti Doctoris modestia elucet, qui Augustioi sententiam, ut putabat, haud severiori ceosura perstrinxit, sed leni interpretatione mitigavit. At Annatus gravi supercilio eamdem io sententiam tonat lib. 8. cap. 1. *Negamus crudelem consequentiam*. Rursus eo dicto, Augustinus *plus dixit, minus vo-*

A *lens intelligi*, semel Bonaventura usus est, & ea io senteotia, quæ a latere contra Pelagianam hæresim tradita est. Verum Annatus pag. 893. laudata S. Bonaventuræ moderatione abutitur ad mitigandas Augustini sententias in quæstione de efficaeia divinæ gratiæ, hæc enim scribit: *Et si quis instet Augustinum aliis locis id exprimere, quis non videt, si hoc esset, nihil aliud sequuturum, quam ut dicit S. Bonaventura, illis locis Augustinum plus dicere, iis autem, quæ sunt a nobis allata, minus velle*. An vero illa in sententia de pœois parvulorum fuerit Augustinus, nihil
B ad rem præseotem faeit, oam de libro de Fide ad Petrom locutus est Booaventura, euius verba quam parum adversarios iuveot, abunde superius diximus cap. 3. §. 1.

Audiamus quartum Cardinalem Caietanum, qui sie loquitor 1. p. q. 70. art. 3. *Sustinent autem verba hanc glossam, quia quando contra Averroem erat sermo, fas erat declinare in oppositum, ut Augustinus contra Pelagianos facit. Hoc est*, ait Annatus pag. 862. *excedere lineam necessariæ veritatis: ut sit nimia quædam severitas & iniqua vexatio, quæ medium illud, in quo veritas se-*
C *det, transgredi iubet, si præeat Augustinus*. At mediom se teoere clamat Augustinus, atque hoc primos mortalium docuit libro 4. eon duas Epist. Pelag. cap. 3. ad Bonifacium Papam hæc seribens: *Ista nefaria & damnabilia dogmata in hac tripartita divisione quisquis mente catholica exhorret, illius quinquepartitæ latebras insidiasque devitet, atque ita iuter utrumque sit cautus, ut sic declinet Manichæum, ne se inclinet in Pelagium, rursusque ita se seiungat a Pelagianis, ne se coniungat Manichæis, aut si in alterutris iam tenetur, nec sic se a quibuslibet alteris ser-*
D *vet, ut in alteros irruat*. Quis igitur Caietano io hoc credat, ac non potius Augustino coram apostoliea Sede hoc protestaoti? Sed dices, impetu disputationis Augustinom extra sibimet statotos a se limites excurrere, hoc est extra *lineam necessariæ veritatis*, ut loquitur testium conductor. Miror Annatum, qui capita epistolæ Cælestini ad Gallos aooexa ipsius Cælestini esse putat, immo, quæ est hominis diligentia atque eruditio, ne dubitavit quidem, hanc erambem iterum recoxisse. Vetus illa fuit calumnia a Semipelagianis Augostino opposita,

unde eosdem falsarios obloquutores Pontifex reiecit, ut §. superiori diximus, cuius sane verba, cum illi accusationem repetant, pro defensione nobis etiam repetenda sunt, hæc enim scribit: *Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriautur, in damuatis autem hæreticorum sensibus seu pravitate sive imperitia demorantur, piissimis disputatoribus obviare præsumunt, & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur*. Sed Annatus, qui solam appendicem epistolæ, *Profundiores vero* &c. ante oculos habuit, hæc in anteriori pagina legere non valuit, vel legere ac negligere idem fuit. Igitur Augustinus, Cælestino iudice, vel si negatis, saltem teste, lineam necessariæ veritatis non excessit. Quis autem unius Caietani testimonium S. Cælestini Papæ contestationi præponendum ducat?

§. III.

Cardinales Perronius, Valerius, ac S. Carolus Borromæus minus recte contra S. Augustinum adducti.

SEquitur quintus accersitus ex Gallia Perronius & purpura & erectis ex continuo cum hæreticis bello trophæis clarissimus, cuius sunt hæc verba, inquit Annatus: *Sat monui in quarta mearum observationum nos admodum distinguere proprias S. Augustini opiniones, dum loquitur ut privatus doctor, & eiusdem narrationes, quibus loquitur ut testis usus communis Ecclesiæ, vel ea dicit, quæ doctorum ætatis suæ communi consensui conformia sunt; ab unis siquidem argumentari nos tantum probabiliter, ab aliis demonstrative*. Bene ille quidem ac digne de Augustino sensit; quis enim privatas Augustini sententias in sacræ v. g. paginæ explicatione intra fidei canones refert? At hic controvertitur, quid de Augustini auctoritate Perronius sentiat iu quæstione de prædestinatione & gratia. Nam de Augustini auctoritate *in iis, quæ ad divinam circa homines providentiam spectant*, testimonia te producturum in ipso titulo libri octavi spoponderas. Liceat mihi Augustini huc verba inflectere: *Ingredere*, Perroni, *ingredere, & confide cum fratribus tuis, a quibus nulla ratio, nulla tentatio te separavit, opus est tua, & maxime tua sententia*. libro 1. con. Iul. cap. 6. Arrige Annate aures, Perronius suum de Augustino testimonium profert: *Augustinus maximus post Apostolos prædestinationis doctor, immo os & lingua veteris Ecclesiæ quantum ad illam de gratia doctrinam*. libro 1. Resp. ad Regem Angliæ cap. 12. *Quid te igitur*, addit Augustinus, *adiuvit quod* Perronii, *tamquam tibi suffragaretur, testimonium posuisti?* Vis scire an suam de prædestinatione sententiam docuerit Augustinus *ut privatus doctor*, an *ut testis usus communis Ecclesiæ*? Audi ipsummet hæc dicentem lib. de Dono persev. cap. 23. in fine: *Ac per hoc prædestinationis huius fidem, quæ contra novos hæreticos nova sollicitudine nunc defenditur, numquam Ecclesia Christi non habuit*. Non igitur ea in re loquutus est Augustinus, ut privatus doctor, sed ut tradit Perronius, ut *os & lingua veteris Ecclesiæ*. Quare quis non indignetur Annato, qui eos contra Augustinum testes nominat, qui S. Doctoris sententias ad cælum usque laudibus efferunt?

Itane sextum contra Augustinum testem dabit Verona nostra? Augustinum, ut ais, *recentiorem* Valerium Venetum Cardinalem? Hic libro 3. Rhetor. Eccles. cap. 42. horum clericos monet: *Beati Augustini scripta clerici caute admodum legant. Ita enim acumine ingenii præstitit, & de rebus difficilibus tam subtiliter disputavit, ut non mediocri ingenio præditi viri eius libros legentes in errores aliquando lapsi sint*. Hoc egregium scholion affingit Annatus pagina 863. *Et hoc quid aliud est, quam id ipsum, quod monentem audivimus Bonaventuram, Augustinum plus dicere aliquando, & minus velle intelligi*. O præclarum nostri commentatoris commentum! Cardinalis Valerius nonnullos Augustinensium librorum lectores lapsos in errores scribit, quod subtilissimum Augustini sensum minime assecuti sunt. Annatus ex Valerio inde lapsos dicit, quod Augustinus disputans plusquandoque verbis excurrit, quod non est de difficilibus *tam subtiliter*, ut ait Valerius, sed *tam incaute*, ut interpres contendit, disputasse. O Superi mites animos! Magnus ille Patriæ meæ Antistes Augustiniani ingenii acumen atque in disputando subtilitatem, quam plerique licet no-

bili ingenio præditi, assequi nequivere, A commendat: Annatus inde contra Augustinum excessuum accusationem struit, ac testem contra S. Doctorem illum se dare fingit, qui est eiusdem Augustini eximius laudator. Eos sane, de quibus Valerius loquitur, in errores lapsos fuisse, Augustini ne, an ipsorum, qui Augustinum non intellexerunt, culpa est? Quis autem nesciat plurimos profundos quorumdam sacræ paginæ verborum sensus non assequentes in hæreses ruisse? Itane in sacri eloquii auctorem Spiritum S. culpam devolvemus, an non in ipsorum potius petulantiam, qui ultra B ingenii vires sese evehere conati sunt? Hinc erudite Facundus Hermianensis Episcopus, qui pro tribus capitulis sub Iustiniano scripsit in lib. con. Mocianum ait: *Quid autem*, inquit, *in hoc miremur? neque enim melius loqui potuit Augustinus, quam Prophetæ, quam Apostoli, & Evangelistæ, quorum mentibus similiter male intellectis & incongrue adhibitis tam multi suos defendere conantur errores.*

Notat ibidem Annatus, S. Carolum Borromæum Valerium ad illud opus scribendum excitasse, idemque absolutum approbasse, unde uti Valerius ita & S. C Carolus contra Augustinum stare Annato visus est: *Ut ideo*, inquit, *videri possit ac debeat unum hoc testimonium esse duorum virtute ac sanctitate Eminentissimorum Cardinalium.* Ita contrarium S. Doctori S. Carolum facit, qui id ne somniavit quidem. At cum Valerius pro Augustino loquatur, suppar illi Borromæus addendus est. Sed age, ipsius S. Caroli de Augustino testimonium proferamus. Ille in epistola ad Civitatem Mediolanensem ait: *Nemo est, qui ignoret, quantum utilitatis & fructus attulerit Ecclesiæ Dei magnus illius doctor Augustinus. Extinxit* D *in Africa Manichæos, expulit Donatistas, in nihilum Pelagianos hæreticos redegit, Fortunatum hæresiarcham confutavit, & ut universa paucis complectar, omnia venena adversus orthodoxæ religionis puritatem a Dæmone eructata sustulit. Hinc factum est, ut ex illius doctrina, & a Patribus eumdem subsecutis, & a Synodis, a Theologis, ac catholicis Academiis tot Ecclesiæ dogmata fulcimentum & robur acceperint.* Et hæc quidem fuit sanctissimi Mediolanensis Antistitis de D. Augustino sententia.

§. IV.

Falli eos, qui S. Augustinum interdum iniquiorem libero arbitrio fuisse calumniantur.

Post purpuratos testes ingentem aliorum scriptorum catervam contra S. Augustinum trahunt, quos sigillatim repetere non vacat; eos vero ad certas veluti classes redigam, si qui plures in eamdem de Augustino opinionem coierint. Et primo loco opponit Annatus libro 8. Adamus par. 3. Cal. destr. cap. 7. & Decampsius libro 3. Hæref. Ianf. disp. 1. cap. 3. Genebrardum Aquensem Antistitem in epistola præfixa oper. Origenis, Albertum Pighium libro 3. de Lib. arb. & Sixtum Senen. in præfat. libri 5. Biblioth. dicentes Augustinum interdum libero arbitrio fuisse iniquiorem. Vetus ea quidem ac rancida Pelagianorum & Semipelagianorum calumnia est. Iulianus libro 1. Oper. imper. cap. 54. scribit contra Augustinum: *Liberum arbitrium in natura hominis perseverat, quod ut tu cum Manichæis negas, ita nos cum Apostolis & omnibus catholicis confitemur.* De Semipelagianis patet ex epistola Prosperi ad Rufinum, cuius verba data sunt §. 1. Quanta autem veritate hanc a se calumniam Augustinus propulsavit, illos solum nescire arbitror, qui S. Doctoris libros nec a limite salutaverint. Totus liber de Gratia & libero arbitrio pro humana libertate decertat. Initio statim hæc scribit: *Quoniam sunt quidam, qui sic gratiam Dei defendunt ut negent hominis liberum arbitrium, aut quando gratia defenditur, negari existiment liberum arbitrium, hinc aliquid scribere ad vestram caritatem, Valentine frater & ceteri, qui simul Deo servitis, compellente mutua caritate curavi.*

Genebrardus ait: *Augustinus fuit iniquior interdum libero arbitrio.* Sixtus Senensis pagina 875. testatur sanctum Doctorem *minus interdum tribuere, quam par sit, liberæ hominis voluntati.* Hi quidem *interdum* libero arbitrio minus æquum S. Doctorem fuisse affirmant. At Decampsius proxime nominatus de iisdem scribit: *S. Augustinum persæpe libero arbitrio minus æquum fuisse affirmant.* Neque

 hic

hic fideliter testium dicta exhibent. Immo nec Sixto Senensi Augustinus indignaretur, qui aperte hæc habet lib. de Grat. Christi cap. 47. *Sed quia ista quæstio, ubi de arbitrio voluntatis & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur, quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri*. Cum vero Iulianus obiecisset Augustino, dicere ipsum liberum arbitrium Dei gratiam commendando negari, respondet libro 4. con. eumdem cap. 8. *Non dixi negari arbitrium liberum vel auferri, sed dixi, ut putetur auferri*. Albertus Pighius ineptissimus S. Doctoris censor est, nam libro 3. de Libero arbitrio hæc in S. Augustinum effutire non extimuit: *Libero arbitrio alicubi videtur iniquior, etiam parum illi, quam potest, tribuit: eius facultatem vel extenuat, vel dissimulat, vel eludit, certe omnibus viribus deiicit*. Quis autem impudentis hominis testimonio credat, cum S. Hormisdas Papa in epistola ad Possessorem scribat: *De arbitrio tamen libero & gratia Dei quid Romana, hoc est catholica sequatur & servet Ecclesia, licet in variis libris B. Augustini & maxime ad Prosperum & Hilarium abunde possit cognosci* &c. Itaque Augustini doctrina de libero arbitrio doctrina Ecclesiæ est. Non igitur iniquus est Augustinus libero arbitrio, non illud elidit, non extenuat, non suffocat; nam pessimum alioqui Ecclesia magistrum sequeretur. Quis etiam non spernat ineptum Pighii consilium, quo monet ad veram de libero arbitrio doctrinam percipiendam legendos esse potius libros S. Doctoris ad catholicos datos, quam reliquos contra Pelagianos scriptos. Stulte: quasi diversa in alterutris via abierit. Irrisit hoc Massiliensium effugium, quo S. Doctoris libros universos recipere recusabant, S. Prosper in fine libri contra Collatorem: *Maneat*, inquiens, *plane maneat ista conditio, ut horum librorum novitas repudiata videatur, si in eadem causa eiusdem viri dissentit antiquitas, & ut inutile aut incongruum iudicetur, quod ab his, quæ contra Pelagianos condidit, dissonans invenitur*.

Porro si quæramus, undenam iidem scriptores moti sint, ad Augustinum tanta calumnia onerandum; respondet Decampsius citatus, quod Augustinus

A dixit, peccato Adæ *amissum ac perditum liberum arbitrium*. Quod in Enchiridio cap. 30. his expressit: *Libero arbitrio male utens homo, & se perdidit & ipsum*. At eadem ferula vapulabunt synodi ac Pontifices, qui iisdem verbis sanctissimi magistri sensum definiere. S. Gelasius Papa in epistola ad Episcopos per Picenum ait: *Dicunt, quod homo per liberum arbitrium, quod corrupit, fœdavit, ac perdidit, bono suffragante naturæ beatus efficiatur*. Concilium etiam Arausicanum can. 13. hæc definit: *Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum nisi per gratiam*
B *baptismi non potest reparari, quod amissum, nisi a quo potuit dari, non potest reddi*. Quis enim neget Adamum amisisse potestatem bene ac meritorie operandi ob peccatum commissum? Sane hæc est S. Innocentii definitio in epistola ad Patres Carthaginenses: *Liberum enim arbitrium*, inquit, *ille perpessus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda demersus est, & nihil, quemadmodum exinde exurgere posset, invenit, suaque in æternum libertate deceptus huius ruinæ iacuisset oppressus, nisi eum post Christi pro sua gratia relevasset adventus*. Au-
C diatur interim sui interpres Augustinus apud apostolicam Sedem sua dicta exponens libro 2. ad Bonif. cap. 5. & libro 1. cap. 2. *Peccato Adæ arbitrium liberum de hominum natura periisse non dicimus, sed ad peccandum valere in hominibus subditis Diabolo, ad bene autem pieque vivendum non valere, nisi ipsa voluntas hominis Dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, sermonis, cogitationis adiuta*.

§. V.

D *Falli item eos, qui dicunt S. Augustinum contra Arium ad Sabellium, & contra Sabellium ad Arium declinasse*.

DUos alios testes contra Augustinum vel nolentes trahit Annatus, Cornelium Mussum Episcopum Bituntinum pagina 865. & magnum Theologum Iohannem Scotum pagina 872. Ille quidem in cap. 5. epistolæ ad Rom. ait: *Non ergo vos moveat Augustinus vel tantillum. Hoc est enim illi peculiare, ut cum aliquem expugnat errorem, tanta vehementia*

tia illum exaggeret, ut alteri opposito causam præbere videatur. Ita cum Arium insectatur, videtur favere Sabellio, cum Sabellium Ario, cum Pelagium Manichæis, cum Manichæos Pelagio. Iste vero in 2. d. 33. q. 2. ad 1. scribit: *Et ita multum ponderandum est, contra quos hæreticos sancti sunt locuti, sicut Augustinus contra Arium videtur quasi declinare ad Sabellium, & e converso similiter videtur contra Pelagium declinare ad Arium.* Recte corrigit Annatus dicendum forte *Manichæum*. hæc quidem illi.

At enim modeste loquitur Mussus, ait enim Augustinum contra Arium disputantem *videri* Sabellio favere, mitius Subtilis hoc ipsum expressit, addidit enim *quasi videtur.* Quod non ob ineptam Augustini methodum, sed ob mysterii difficultatem ac lectorum quorumdam minus perspicax ingenium dixere, quæ libenter, uti notavimus, concedit Augustinus, & tamen Annatus ait eadem pagina 872. *Quo factum sit, quemadmodum antea ex aliis referebamus, ut Augustinus declinarit in oppositum:* cum tamen illi visum fuisse, vel quasi visum fuisse declinare scribant. At quod recentiores inde velint convincere, S. Augustinum contra Arium disputantem ad Sabellium declinasse, patens calumnia est; numquam enim contra Arium disputans, atque unitatem essentiæ adstruens visus est personas in unum confundere, ut favere Sabellio dicendus sit. Augustini dictum vel unum producant, & causam integram illis cedimus. Immo nullus mortalium adeo exacte mediam inter Arium & Sabellium viam tenuit, ut Augustinus, qui media ipsius viæ linea incessit. Unum & alterum testimonium proferam, quo adversarii falsitatis penitus convincantur.

S. Doctor tract. 37. in Iohannem ita Hipponenses suos alloquebatur: *In errore Sabellianorum unus est solus ipse Pater, qui filius. In errore Arianorum alius est quidem Pater, alius filius, sed ipse filius non solum alius, sed etiam aliud. Tu in medio quid? Exclusisti Sabellianum, exclude & Arianum. Pater Pater est, Filius Filius est, alius, non aliud, quia* ego & Pater, *inquit*, unum sumus, *sicut etiam hesterno die, quantum potui commendavi. Cum audit* sumus, *abscedat confusus Sabellianus, cum audit* unum, *abscedat confusus Arianus. Gubernet catholicus inter*

A *utrumque fidei suæ navigium, quoniam cavendum est in utroque naufragium.* Quid eruditius, quid subtilius, quid verius dici potuit? Passim hoc populo inculcabar, quo regia inter Sabellium & Arium via procederet. Omnino audiendus est iterum Augustinus tractatu 71. in Iohannem, ubi elegantissime ita hæreticos consutat: *Contraria dicitis, sed non eodem modo sicut est falsum contrarium vero, sed sicut sunt inter se duo falsa contraria. Errando in diversa itis, in medio est via, quam reliquitis. Inter vos ipsos longiore intervallo separati estis, quam ab ipsa via, cuius*
B *desertores estis. Vos hinc, vos autem illinc, huc venite, alteri ad alteros transire nolite, sed hinc atque illinc ad nos veniendo invicem vos invenite. Sabelliani agnoscite quem prætermittitis; Ariani æquate quem subditis, & in via vera nobiscum ambulabitis: est enim quod invicem ex nobis alteri ex alteris admoneri utique debeatis. Audi Sabelliane: Usqueadeo non ipse Pater, sed alter est Filius, ut eum Arianus inæqualem asserat Patri. Audi Ariane: Usqueadeo filius æqualis est Patri, ut Sabellianus eumdem esse dicat & Patrem. Tu adde quem tollis, tu adimple quem minuis, & nobis*
C *cum ambo consistitis, quia nec tu tollis, nec tu minuis eum, qui & alter est a Patre, ut convincas Sabellianum, & æqualis est Patri, ut convincas Arianum. Utrisque enim clamat:* Ego & Pater unum sumus. *Quod ait* unum, *audiant Ariani, quod ait* sumus, *audiant Sabelliani, & nec illi æqualem, nec illi alterum negando sint vani.* Itane, si superis placet, qui non modo regia via semper incessit, sed qui eamdem posteris non dicam digito monstravit, sed pedibus fecit, extra orbitas excurrisse, & ad extrema declinasse dicetur? Ego quidem prius credam,
D reapse Solis currum ductante Phaëtonte extra Eclypticam præcipitem actum, quam illis Augustini excessibus præstem fidem.

§. VI.

Expenduntur illorum testimonia, qui S. Augustinum novitatis accusant.

Isti quidem tres Præsules sunt, quorum auctoritatem ac doctrinam Annatus satis exaggerat: nempe Claudius Xaintes in lib. Atheis. Cal. tit. de præ-

desti-

destinatione, Ambrosius Catharinus in libello itidem de Prædestinatione, Hieronymus Osorius lib. 9. de Iustitia, qui S. Augustini doctrinam de prædestinatione & reprobatione novitatis accusant, quasi senserit contra sententiam omnium Patrum, qui eumdem præcesserunt. Vetus sane contra S. Augustinum Semipelagianorum cantilena est, ut ex literis Prosperi patet, cui S. Doctor hæc reponit lib. de Prædest. SS. cap. 14. *Quid igitur opus est, ut eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quæstione versari, quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur.* Sed hac de re pluribus alibi dictum est. Sane Clemens VIII. in disputationibus de auxiliis Molinæ sententiam ad Augustiniani dogmatis de prædestinatione amussim exegit, & Faustus Reiorum Episcopus inde præcipue reiectus est, quod S. Doctoris de prædestinatione sententiam impugnavit, quam Patres Augustinum subsecuti, Prosper, Fulgentius, Cæsarius, atque Africani Episcopi in Sardinia exsules, itemque monachi Scythæ, Rhemigius, Prudentius, aliique propugnarunt, quibus S. Thomas cum meliori scholasticorum parte consensit.

Illud tamen notandum venit, horum trium Episcoporum contra Augustinum testimonia recentioribus ipsis non exacte probari. Moraines disput. 9. num. 57. cum hæc parum honorifica de S. Doctore Claudii Xaintes verba recitasset: *Pro resolutione fidei meæ, quam Ecclesiæ catholicæ iudicio submitto, censeo D. Augustinum nimio contra Pelagianos ardore incensum nimis præcipitanter sententiam & consensum prædecessorum suorum contempsisse*, hanc ipsam censuram improbans ait: *Huc usque Episcopus Ebroicensis, qui, ut opinor, & pace illius dictum volo, consultius fecisset tantique Doctoris auctoritati convenientius, si semper & constanter quæcumque dixit Augustinus, in sensum illum commodum exposuisset, & non tantam in opinando inconstantiam ei tribuisset.* Dixerat enim Sanctesius Augustinum varium ea in sententia fuisse. Ambrosius Catharinus in libro de Præscientia & prædestinatione adeo adversus S. Augustinum procax est, ut bilem moverit ipsi Vasquio, unde his Catharinum increpat 1. p. disp. 90. num. 11. *Contra Augustinum*

A *parum modeste loquitur Catharinus, & in illius sententiam suo modo explicatam maledictis procaciter fertur* &c. *Ac in hoc turpissime certe Catharinus lapsus est, tum quod non intelligens mentem Augustini, ipsum impudenter impugnat & reprobat, tum quod ipse Augustinus contra Massilienses & alios a Cælestino primo in epistola prima ad Episcopos Galliæ honorifice defenditur.* Et ibi recitato Cælestini elogio addit, *hoc Cælestini testimonium sufficere, ut os ipsi Catharino obstrueretur.* Accedant ex Hispania duo Dominicanæ familiæ nobilissimi doctores, qui hominis in Augustino

B impugnando licentiam castigant. Dominicus Soto in cap. 9. epist. ad Roman. *Non potuit*, inquit de Catharino, *hic reverendus Pater citra temeritatis notam non solum Augustinum, verum sanctos omnes nova inauditaque sua commentatione contemnere.* Et Bannez 1. p. q. 23. art. 7. prope initium de Catharino ita loquitur: *Edidit tres libellos de Prædestinatione, in quibus nihil est eruditionis, sed plurimum erroris.* Quis vero quantusve fuerit iste S. Augustini reprehensor, & unde emerserit, tradit Soto in Apologia de certitudine gratiæ initio his ipsum Ca-

C tharinum alloquens: *Iam ætate provectus ex Iurisconsulto* (trigesimum ætatis annum natus Florentiæ Dominicanæ familiæ nomen dedit) *Theologus derepente prodiisti, simul & audire cœpisti in scholis, & contra egregios scholarum doctores scribere.* Tantæ auctoritatis apud suos habet Catharinus! Ceterum non possum non indignari Annato, hanc glossam pag. 866. Catharini testimonio appendenti: *Ambrosii Catharini iudicium esset merito suspectum, si quam profitetur interdum in Augustino deferendo libertatem, usurparet solus. Sed tanta ceterorum doctorum conspiratio satis osten-

D dit Catharinum in ea re, non ut Catharinum, qui suo sæpe ingenio nimium indulsit, sed ut Ecclesiæ catholicæ Archiepiscopum & doctorem id sensisse* &c. Erras, Annate, erras. Catharinus libros illos de Prædestinatione scripsit antequam esset Antistes, nam editi sunt Parisiis anno 1541. Ille vero Minorensis Episcopus in Picentinis dictus est anno 1546. die 27. Augusti ex tomo 7. Italiæ Sacræ Ughelli, Archiepiscopus vero Compsæ anno 1552. die 3. Iunii. Non itaque locutus est ut Archiepiscopus Ecclesiæ catholicæ, sed teste Soto uti nuperus *ex Iurisconsulto*

Theologus

Theologus in iis libris, io quibus, assertore Bannesio, *nihil est eruditionis, sed plurimum erroris*. Hinc factum est, ut Catharinus Iuris peritus in illis libris sæpe laudarit Codices & Digesta, ot suas de prædestinatione opiniones Theologis persuaderet.

Restat Oforius, de quo hæc habet Gabriel Vasquez 1. p. disp. 89. cap. 8. oum. 62. *Alterum, in quo hi auctores*, nempe Catharinus, Camerarius, Oforius, *fueruut decepti, est, quod putaruut Græcos Patres Augustino contraria docuisse, quasi assereret Augustinus homines ad gloriam sine meritis electos fuisse* &c. Itaque Vasquio teste Oforius deceptus est. Annatus libro primo sui Augustini a cap. 2. usque ad oonum fusius conatur probare, Augustinum noo sensisse contra antiquos Patres, & præcipue cap. 6. obi Faustum contra Augustinum loquentem ioducit. Qua ergo ratione Augustinom illis testimoniis oppugnat? Quod si dicar recirare se, quid illi senseriot, non quid illis sentiendum fuerat de Augustino, hoc nobis sat est haud plene eos testes receotioribus probatos esse, quorum ipsis fatenribus, primus *minus consulte locutus*, alter *impudens, parum modestus, & procax, immo uec mentem Augustini intelligens*. Postremus denique *deceptus* dicitur. Annate, hos cootra Augustinum testes? Sed alios modo audiamus.

§. VII.

Testimonia Driedonis, Taperi, Medinæ, & Vallosilli contra S. Augustinum producta, falsata esse nec fideliter recensita.

ANnatus quasi lippis immo cæcis scriberet, ausus est eos contra S. Augustinum testes advocare, qoi vel maxime S. Doctoris auctoritatem tuentur, quod sane nisi variis techuis usus præstare potuit. Etenim eos citat, qui apertis verbis citra ullam contrariam interpretationem non modo Augustinianos se probant, sed Augustioianissimos; novis enim verbis iosolitæ recentiorum assertiones castigandæ sunt. Quo vero fidem testibus paret, aliqua eorum verba dissimulat, alia detruncat, alia mutat, gravi contra tot doctores iniuria.

In primis appellat Driedonem, testatus pag. 878. hæc scripsisse: *Neque sentire contra divinam gratiam, ueque si fallatur, perniciose falli eum, qui, quamvis Augustinus aliter sentiat, generalem agnoscit erga omnes homines, cum primum ad usum rationis perveniunt, bonitatem, ut eos iuvet peculiaribus auxiliis*. Driedo eo loci, nempe in lib. de Capt. & redempt. gen. hum. cap. 2. tract. 4. memb. 2. par. 8. immediate ante illa verba ab adversario adducta hæc tradit: *Quamvis tutior vivat quisquis cum venerabili Patre Augustino non per auxilia sufficientia ex æquo omnibus adultis proposita, sed per divinam misericordiam & iustitiam a curiosis hominum quæstionibus se absolvit, humiliatus sub potenti manu Dei*. Deinde quam ibi iosinuat de auxiliis communibus sententiam, locum in parvulis non habere ostendit, quo iosolubili argumento S. Augustinus illam semper impugnaverat. At qui secus sentiat, *non falli*, inquit, *perniciose, si fallitur, nec coutra divinam gratiam sentire*. Nam contra iustitiam potius sentit quam cootra gratiam; nec perniciose, sed tolerabiliter fallitur. Tu vero, Annate, ut Augustini io fine lib. 6. con. Iulianum verba, velis nolis, tibi ingeram, *miserabiliter falleris, vel etiam detestabiliter falleris*, quando Driedonem contra Augustinum testimonium dicere tibi fingis, qui *tutiorem* S. Doctoris seoteotiam contestatur.

Rursus adducit eum Driedonem lib. 1. de Lib. arb. eap. 2. par. 5. ubi ait: *Ex scripturis ab Augustino adductis super hac re non expresse & efficaciter concludi potest, infantes sine baptismo decedentes supplicio æterui ignis esse cruciandos*. Additque Annatus nobile scholion: *Eu ut inefficaces fatetur adductas ab Augustino eu scriptura sacra probationes, utque optioni studiosorum permittit, ut illum aut sequantur, aut deserant*. Intelligit Driedo testimonia scripturæ ab Augustino allata oon efficaciter, hoc est haud demonstrative probare pœoam sensus puerorum in inferis; nam immediate hæc de utraqoe seotentia præmiserat: *Cum neutra videatur efficaciter ex scriptura sacra demonstrabilis*. Neque hanc sententiam demonstrative probatam nos contendimos: alias nullus posset oppositum tueri. Neque optionem facit, ut Augustinum vel sequamur, vel deseramus; oam Augustioo

stino etiam illa in opinione nobis inhærendum esse exemplo docuit, hæc adstruens: *Ut ergo, quod nobis probabilius scripturisque sacris magis consonum videtur, afferamus, arbitramur huiuscemodi parvulos sensibili quadam molestia seu afflictione ab igne & in igne torqueri*. Audis, Annate, eam sententiam, quam tu pag. 858. tamquam *crudelem* detestaris, a Driedone adstrui probabiliorem ac sacræ paginæ magis consonam? Augustino igitur militat doctissimus ille vir, neque ulla arte in recentiorum castra adduci potest, sed inane tantum illius oomen fingi ad decipiendos incautos.

Driedoni magistro supparem submittunt Ruardum Taperum ex eadem Lovanieosium Academia doctorem, quem hæc contra Augustioum scribere tradit Anoatus pag. 879. *Alia tamen opinio magis consentanea est Augustino, quod non omnibus Deus concedit tale auxilium* &c. Et deinde: *Harum tameu opinionum prior videtur magis commendare divinam bonitatem* &c. At est quod de Annato conqueramur, quippe qui verba Taperi plurimum Augustinianæ sententiæ faventia omiserit; nam ita scribit Taperus ad art. 7. pag. 222. *Alia tamen opinio magis est consentanea Augustino* & patrum conciliis, *quod non omnibus Deus concedit tale auxilium*. Pupugere recentioris mentem duo illa verba, quis enim inde non videat, quantum ponderis Augustinianæ sententiæ, teste Tapero, accedat? Illa igitur consulto omisit. Quare iure cum Augustino lib. 4. con. Iul. cap. 8. hic liceat exclamare: *Ut appareat de re tanta, quibus abs te fraudibus disputetur*. Addit Annatus, significare Taperum eamdem sententiam esse Adriaui VI. 4. Sent. q. 1. de Pœniteotia. Hioc insultat pagina 886. *Adrianus quoque sextus iuxta id, quod retulimus antea ex Ruardo Tapero, iungendus erit*. Sed profecto nullas nobis præstigias facies. Quid scripsit Adrianus citatus in fol. 3. dubii §. *Ex his respondeo ad quæsitum*, modo proferimus: *Eam misericordiam*, ait, *ut probabiliter teneo, viatoribus exhibet Deus, qua sufficienter eis assistit & suam gratiam offert, qua pro extremo saltem virium laborando possent peccati indulgentiam promereri, ut in hoc differentia sit viatorum ab iis qui transierunt terminum. Si tamen contrarium faciat, idest si non dat eis indulgentiam peccatorum laborando pro viribus, quod apud doctores dubium & incertum est, nequaquam iniustitiæ argui posset*. Vides primo dicere se probabiliter hoc tenere. Vides 2. Adriano teste dubium & incertum esse illud priocipium: *Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam*, quod recentiores putant esse certissimum. Vides 3. Deum haud reprehendi posse, si laborantibus pro viribus adhuc deneget gratiam. quæ Adriani dicta cum illorum Theologia non conveniunt. Ibidem vero ait: *In omnibus his exclamandum est cum Augustino: O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei!* cum tameo recentiores hanc S. Augustini exclamationem non modo non imitentur, sed irrideant, quod ex Iohanne Adamo superius fuit manifestum.

Accedit tertio loco Bartholomæus Medina magnus Dominicani iostituti Theologus. eius verba sic recitat Annatus pag. 875. *Sine dubio sententia est Augustini, quod homo in pura natura habet naturalem virtutem operandi, quam non habet in lapsa. Non placet tamen doctoribus*. O integræ fidei exscriptorem! Medioa eo loci adducta sententia nonnullorum asserentium diversam esse virtutem operandi hominis stantis & lapsi ait: *Quæ sine dubio videtur esse D. Augustini sententia*. quæ ita recitat Annatus: *Sine dubio sententia est Augustini*. Falleris, ô bone vir, non ita scribit Medina. *Videri* ait, non vero *esse* reapse illam Augustini senteotiam, tu vero illud verbum *videri* abradis, quo ex Medinæ vocibus Augustioo acrius insultes. Sed nec ait: *Non placet tamen doctoribus*. Relege, & videbis ita scribi: *Non placet tamen viris doctioribus*, quibus eam aliquibus, sed forte minus, ut ille quidem putabat, doctis sententiam placere significat, eos autem tacito nomine paulo ante indicaverat. Sed alia rursus audienda est obiectio. Etenim recensita Medinæ sententia exclamat recentior ille pag. 876. *Atque hac ratione hic auctör indubitatam Augustini doctrinam hoc in puncto & doctoribus contrariam esse fatetur, & sibi sine ullo fidei violatæ vel spretæ antiquitatis scrupulo*. Belle hæc sibi Annatus fingit. Medina sua ipsius sententia recitata aperte protestatur se non habere adversarium Augustinum. Hæc sunt eius verba: *Neque D. Augustinus huic nostræ sententiæ ullo modo adversatur*. Et audes coram iudicibus

affirma-

affirmare, Medinam fateri *sibi esse contrariam Augustini doctrinam?* Egregie Augustinus contra Iuliaoum lib. 4. cap. 8. *Quis non exspectet*, inquit, *sapientiam differentis, qui fidem cognoverit mentientis?*

Eadem fide aoimoque Aonatus pag. 870. ad tribunal contra Augustioum Ferdinandum Vallosillum vel nolentem trahit, qui *multis locis*, inquit, *satis indicat liberam esse ab Augustino interdum discedendi copiam*. Dein plura Vallosilli testimonia producit, in quibus tamen hic adeo constanter cum Augustino stare se profitetur, ut mecum sane illa reputans in eam opinionem abeam, alienis illa oculis Annatum lectitasse, pudet enim ac piget de viro tanti inter recentiores nomiois adeo palmares alucinationes (non enim imposturas dicam) suspicari. Verum eadem obiecta excutiamus. *Multis locis*, ait, *satis indicat liberam esse ab Augustino interdum discedendi copiam, ut quæsito 13. in 2. tomum Chrysostomi, dum quærit causam prædestinationis & reprobationis*. At cur Vallosilli verba contra Augustinum noo producis, quod ceterorum testimooia referens præstitisti? Sane quia nulla sunt; debui dicere, contraria sunt. Etenim adeo mordicus Augustinianæ sententiæ de gratuita prædestinatiooe adhæret, ut ibidem dicat: *Opinio contraria non est probabilis, licet non hæretica, & nullus eam deberet asserere in scholis neque alibi*. Et hunc dicis in disputatione de prædestinatione facere *liberam ab Augustino discedendi copiam?* Rursus ibidem, nempe quæsito 13. Chrysostomi testimoniis explicatis addit: *Augustinus patrono non indiget, nam cum prius huic dogmati constanter adhæsisset, re tamen diligentius perspecta opinionem locis innumeris retractavit*. nempe Deum homines prædestinare ex prævisis meritis fidei naturalis. Addit adversarius: *Et quæsito 18. in 3. tom. S. Augustini, ubi disputat, an possint aliæ virtutes esse sine fide, & sic loquitur* &c. *Non enim S. Thomas consentit cum Gregorio Ariminensi, neque cum B. Augustino, quod omnes actus infidelium sint peccata*. Respondemus Vallosillum hæc dixisse ex aliorum senteotia calamo ad alia properante; nam quæsito 22. in D. Ambrosium, ubi ex professo quæstionem illam agitat, & ad quam se refert tom. 7. Aug. quæs. 18. & 19. & tom. 8. quæs. 3. & alibi, aperte §. *ad argumenta Gregorii* in responsione ad 4. tradit, S. Augustinum non idem sensisse cum Gregorio Ariminensi de operibus infidelium. Et in tom. 3. quæs. 18. scribit, de virtutibus infidelium S. Augustinum *sensisse cum S. Thoma*. Et tom. 8. quæs. 3. ait de eodem S. Doctore quærens, an omnia infidelium opera siot peccata: *Et ita in re convenit cum communi sensu Ecclesiæ, & cum doctrina doctorum scholasticorum*. Et hæc est Vallosilli de Augustino seotentia.

Pergit Annatus: *Et quæsito 25. in 3. tom. Augustini, ubi concludit timorem servilem tum bonum tum meritorium esse, quamvis Augustinus videatur illi aliud sensisse, in quo forte Vallosillus deceptus est*. Sed appello oculos lectorum, nihil enim ibi ait de Augustino, ut fiogit Annatus; io fine tamen quæsiti eiusdem S. Doctoris dictum interpretatur, nec uspiam scribit, sibi videri Augustinom asseruisse, timorem servilem non esse bonum. Unde non solum ille receotior io S. Augustinum iniuriosus est, verum etiam in ipsum Vallosillum, quem *deceptum* dicit, ea de Augustino pronuntiando, quæ ne somniavit quidem. Addit quarto. *Et quæsito 10. in 10. tom. ubi dicit Augustini sententiam de causa reprobationis displicuisse plerisque veterum Patrum*. Bene: at statim quinam fuerint illi Patres significat, nempe *Massilienses & Faustus Reiensis*. Hæc tamen siluit Annatus, videbat enim illos Patres esse Semipelagianorum magistros, hoc est nullius prorsus auctoritatis. Porro ibidem Vallosillus confutat Catharinum S. Augustini sententiam reprehendeotem, & concludit: *Non ergo est, cur Catharinus in proloquio sui libelli diceret, se punctum prædestinationis vera ratione attigisse, quæ Augustinum ac ceteros antea Patres celata semper fuisset*. Tandem sic concludit: *Et quæsito 30. in 4. tom. ubi responsionem ad oppositam sibi auctoritatem Augustini in ea quæstione, num liceat uxori de consensu mariti fornicari, sic exorditur*: *Pro B. Augustino respondemus, quod quid secundum veritatem tenendum sit, definivimus*. Ita truncatum testimooium Vallosilli refert Anoatus, ut putetur parvi habita Augustini auctoritas, nam ille scriptor statim addit: *Et ipse tantum proposuit quæstionem, an in casu uxor possit licite fornicari accedente consensu viri, in quo sensu doctores scholastici quæstionem non disputant*. Postea aliam expli-

cationem annnectit: *Secundo dicimus B. Augustinum casum non definisse, quod ex verbis eius constat, postquam enim casum proposuit, conclusit sic asserens*: Nihil hic in alteram partem disputo, liceat cuique existimare quod velit &c. *Ex qua litera constat, quod cum dicat, liceat cuique existimare quod velit, quod definite nihil asseruit, sed opinioni & iudicio aliorum existimandum reliquit*. hæc doctissimus ille Episcopus, qui summa diligentia atque ingenti labnre quæcumque dubia in universis S. Augustini voluminibus occurrere poterant, explicuit, unumque præsertim ostendendum sibi proposnit, nil falsi alicubi ab Augustino assertum fuisse. Quare quis non ægre ferat & acerbe, hunc strenuissimum S. Doctoris defensorem contra eumdem ad tribunal obtorto collo a recentioribus trahi, fieri illum ipsnrummet ore ea loquentem, quæ non modn non dixit, sed quæ ab Augustini sensibus procul abesse solidissime demonstravit?

§. VIII.

Viguerii, Soti, Fabri, Horantii testimonia discussa.

Recentiores licet in superiori testium repetitione convicti sint, ora tamen iudicum aspicere, ne dum sua iternm cnntra Augustinum aperire nnn erubescunt, immo nnvos contra S. Doctorem testes adducunt, ita ut si testium numero certandum fnret, verendum esset, ne illnrum multitudine Augustinus obrueretur. Sed re nobis hucusque feliciter succedente animosiores facti, ad reliquorum testium examen accedimus.

Inhannes Viguerius pag. 872. nnminatur, quod §. 6. de peccato originali hæc scripsit: *Præterea in hoc non tenetur D. Augustinus. Unde Gennadius de Viris illustribus de eodem Augustino loquens ait*: Licet minus capacibus dubitationem de abortivis fecerit; error tamen illius, ut superius dixi, multo sermone contractus, lucta hostium exaggeratus, nec dum hæresis quæstionem dedit. *Per quæ verba dat intelligere D. Augustinum in hac opinione errasse, sed ipsum hæreticum non fuisse, eo quod non fuit pertinax, immo retractavit in epistola ad Iulianum . . . Præterea decretalis* Maiores de Baptismo, *in qua est determinatum, eos non pati pœnam sensus, tempore D. Augustini nondum edita erat. Quia idem Augustinus, qui supra modum Ecclesiam reverebatur, si edita fuisset, oppositum non dixisset*. Verum hic testis nullam apud iudices fidem meretur, quod eorum, quæ dicit, prorsus inscium se propalat. In primis Gennadius cap. 38. de sententia S. Augustini de pœnis parvulorum sine baptismo morientium non loquitur, sed de resurrectione puerorum in uteris matrum decedentium. Nam Gennadius, cum dixisset Augustinum ex multiloquio errasse, ait: *De resurrectione etiam mortuorum simili cucurrit sinceritate, licet minus capacibus dubitationem de abortivis fecerit. Catholicus permansit tamen, & error illius sermone multo, ut dixi, contractus, lucta hostium exaggeratus necdum hæresis quæstionem dedit*. Etenim S. Doctor lib. 22. de Civit. Dei cap. 13. dubium proponit: *An abortivi partus in die iudicii resurrecturi sint*. Quare Viguerius verba Gennadii nec percepit, nec fideliter retulit, nam hæc omisit: *Catholicus permansit tamen*, quibus periodi sensus variatur; errorem enim non de abortivis Gennadius obiicit, sed de prædestinatinne ex absnluto Dei decreto, ut alibi dictum est. Neque enim sententia Augustini de pœnis parvulotum fuit lucta hostium exaggerata, nam de illis Augustinum tantummodo dubitasse Semipelagiani dicebant, ut patet ex literis Hilarii ad Augustinum. Præterea falsum est S. Doctnrem sententiam illam retractasse in epistola ad Iulianum, etenim nullam ad Iulianum epistolam Augustinus scripsit. Sane in Oper. imperf. con. Iul. lib. 3. cap. 200. quod ultima ætate conscripsit constans in eadem fuit sententia: *Si autem*, inquit, *non eruitur de potestate tenebrarum, & illic remanet parvulus, quid miraris in igne æterno cum Diabolo futurum, qui in Dei regnum intrare non sinitur*? Neque hoc S. Doctoris assertum damnatum est ab Innocentio III. in illa decretali, ut optime nntat Gregnrius in 2. sent. d. 33. q. 3. & superius ex professo ostendimus.

Augetur testium numerus Dominici Soti censura, qua sententiam S. Augustini de pœnis parvulorum perstringit, inquiens librn 1. de Nat. & grat. cap. 14. apud Annatum pagina 874. *Augustinus plus iusto videtur torquere parvulos, unde*

unde qui eius sententiæ subscribunt, perpauci sunt & tortores parvulorum nuncupantur. Idem vero Annatus pagina 871. Iohannem Fabrum Episcopum Viennensem hom. 9. de Pecc. orig. in eamdem Soti sententiam adduxerat, quippe qui dixit Augustinum sic opinantem *excessive locutum*. At quæstio de pœnis parvulorum nusquam ex professo ab Augustino agitata fuit, sed occasione a Pelagianis data suam sententiam pronuntiavit, in sermone 14. de V. Apostoli fusius quidem quam alibi, ea de re locutus. Nec perpauci sunt, qui eidem adhærent, nam Gelasius ac Gregorius Pontifices, Avitus, Fulgentius, Isidorus, synodus Sardiniensis Patrum Africanorum, Prudentius, Beda, Aëlredus, aliique sancti Patres Augustinianam de parvulorum pœnis sententiam secuti sunt. Itemque ex Theologis Gregorius, Driedo, Musæus, Moreau, Macedo, Polmanus, Paludanus, Poncius, Conrius, ac Doctores Lovanienses communiter, quorum omnium testimonia indicavimus cap. 3. §. 5. Quantum vero Sotus Augustino in disputationibus de gratia detulerit, ex cap. 2. eiusdem libri colligitur ubi ait: *Hoc ipsum Augustinus agnovit ut pleraque alia, quæ in argumentum huius operis excogitari possunt; quem propterea nihil mirum si ferme unicum coryphæum identidem huc fimus præ ceteris patribus accersituri.* hæc ille.

Franciscus etiam Horantius contra Augustinum citatur, vir sane eruditus, & qui synodo Tridentinæ interfuit, quod cum Cyprianum itemque Hieronymum in quibusdam erraſſe dixisset, hæc de Augustino subiungit libro 4. cap. 3. de Locis Theologicis: *Idem Augustino longe doctissimo contigit. Sed quo feror? cui non?* Qui nusquam Augustinum erraſſe diceret, eximia Augustinum laude fraudaret, duos Retractationum libros expungendo. Verum Annato probandum erat, Augustinum in libris contra Pelagianos ab Horantio reprehensum fuisse, hoc enim se scriptorum testimoniis evicturum spoponderat. Audite interim quæ sit illius scriptoris de Augustino iudicium. Ille libro 1. cap. 51. ubi de gratia & libero arbitrio disputat, hocce nobile Augustino elogium appendit: *Hæc longe omnium in perlustrandis fidei nostræ sacramentis princeps Augustinus. Quam quidem doctrinam tamquam e cælo lapsam suscipimus, ut sanctam veneramur, ut fidei nostræ regulæ conformem amplexamus, & ut antiquæ Patrum traditioni satis constantem modisque omnibus veritati consentaneam & convenientem retinemus.* Cap. 46. vocat S. Augustinum *unum omnium doctissimum & sanctissimum*. Cap. 48. ait: *Magni Augustini mens expendatur.* Hæc de S. Doctore Horantii sententia est, ut haud iure contra eumdem a recentioribus nominari possit.

§. IX.

Iohannis a Bononia, Arborei, Aragonii, Pennoti, Estii, Vegæ, & Tostati testimonia examinata.

OMnium bibliothecarum schedulas recentiores excusserunt, rimantes si quæ doctorum licet haud ita celebrium dicta invenirent, quibus Augustini auctoritas decurtaretur. Enimvero in librum exiguum nescio cuius Iohannis a Bononia inciderunt, qui, ut refert Annatus pagina 878. expositiones Augustini in illa Apostoli: *Deus vult omnes homines salvos fieri*, non recipiens ait: *Non videtur hic modus dicendi sufficiens.* Item: *Non est verisimile Apostolum hoc sensisse.* In primis hic scriptor in tacita solutione obiectionum pag. 365. edit. Lovaniensis anni 1555. quo modestius Augustini interpretationem alteram secutus omitteret, S. Doctorem noluit nominare, religioni sibi ducens a tam sacro nomine palam discedere, sed ait: *Denique haud me latet, eximium quemdam sacrarum literarum interpretem hunc locum ad hunc modum explicare.* Postea: *Alium sensum ponit idem Doctor eximius.* At recentiores non modo Augustino nominato easdem interpretationes reiiciunt, sed dicteriis etiam onerant, vocantes easdem cum Molina vel *primo aspectu peregrinas & extortas*, in Concord. q. 19. art. 6. disp. 1. vel cum Petavio ad *eludendum magis, quam rectas & solidas videri* tom. 1. Dog. Theol. libro 10. cap. 3. At idem Scriptor in præcipua quæstione de prædestinatione hæc tradit: *Nostram mox subiiciemus sententiam, eamque dictis B. Fulgentii sumptis ex B. Augustino stabiliemus*, passimque eo in opere S. Augustini testimonia inculcat,

Timoth. 2.

Opponit pagina 88o. Iohannem Arboreum in illa verba epiſtolæ ad Rom. cap. 3. *Ubi eſt gloriatio tua? excluſa eſt: per quam legem? factorum? Non, ſed per legem fidei.* Ubi S. Auguſtini interpretationem *ieiunam* vocat & *explodendam*. Miror alterum ſummam Annati diligentiam ſubterfugiſſe; etenim ait: *Expoſitio eſt ridicula & explodenda*. Verum ridiculus potius teſtis ſit Arboreus, qui Auguſtinum latinum ſermonem docere præſumit. S. Doctor lib. de Spir. & lit. c. 10. ut probet homines non iuſtificari ex lege, ſed ex fide auxilium gratiæ impetrante, illa verba Apoſtoli adducit hæc ſubiungens: *Sive gloriationem dixerit laudabilem, quæ in Domino eſt, eamque excluſam, ideſt non ut abſcederet, pulſam, ſed ut emineret, expreſſam, unde & excluſores dicuntur quidam artifices argentarii* &c. *Sive gloriationem vitioſam de ſuperbia venientem commemorare voluerit, eorum ſcilicet, qui cum ſibi iuſte videntur vivere, ita gloriantur quaſi non acceperint eam, quam non per legem factorum, ſed per legem fidei dicit excluſam, id eſt eiectam & abiectam, quia per legem fidei quiſque cognoſcit, ſi quid bene vivit, Dei gratia ſe habere*. Itaque S. Doctor ſubindicata prima explicatione, quæ alicui forte venire poſſet in mentem, ad alteram deſcendit, cui ſemper inhæret in libris contra Pelagianos. At Arboreus ridiculum grammaticum agit, dum Auguſtinum barbariſmi accuſans ait: *Nec pictores eximii elegantiſſimæque picturæ fictores aut expreſſores dici ſolent excluſores, ſed exculptores aut effigiatores*. Quaſi Auguſtinus vulgare illius ætatis quorumdam argentariæ artis opificum nomen potuerit ignorare. Scribit idem S. Pater in illa pſal. 67. *ut excludant hi* &c. *In arte argentaria excluſores vocantur, qui de confuſione maſſæ noverunt formam vaſis exprimere*. Unde patet eos argentarios artifices, quos Latino vocabulo fuſores dicimus, tempore Auguſtini a vulgo appellatos fuiſſe *excluſores*. Certe uti 4. Reg. 24. *Cluſores* argentarii nominantur, qui gemmas auro vel argento claudebant, ita excluſores dicebantur, qui ex auro vel argento vaſa fundebant; cuius quidem vocis ethymologiam non vacat curioſius inquirere, cum & nomina ad placitum imponantur, & vox illa vulgo uſurparetur. Arboreus autem de pictoribus & pictura nomen illud perperam accipit, quod ab Auguſtino de excuſoribus argentariis ſeu de iis, qui ſtatuas ſeu quodlibet aliud excudunt, intelligitur. Igitur inepte in hoc Arboreus calculum poſuit. Verum Annatus hoc nobile ſcholion addit pag. 881. *Et tamen liber ille ab Auguſtino contra Pelagianos ſcriptus eſt, & locus Pauli contra eoſdem illic urgetur*. Quid tum? Scribit S. Doctor duas expoſitiones excogitari poſſe laudatæ Pauli ſententiæ, quarum utraque Pelagiana hæreſis ſuffocatur: ſiquidem una diſpliceat, altera recipiatur, hoc ſatis Auguſtino fuit, neque qui primam non admittit, Auguſtini hoſtis ſtatim cenſendus eſt; non enim hoc exigit Auguſtinus, dum ait: *ſive gloriationem dixerit laudabilem* &c. *ſive gloriationem vitioſam*, quibus ſignificat nolle ſe in iis explicandis immorari, utraque tamen interpretatione Pelagianos convinci, ſe quente quolibet quam velit.

Ceterum exciderint illa Arboreo, modo in quæſtionibus de prædeſtinatione & & gratia Auguſtinianum ſe profiteatur. Libro 10. Theoſoph. cap. 9. *Auguſtinus*, ait, *liberi arbitrii aſſertor ſtudioſiſſimus*. Libro 14. cap. 7. *Si non nihil*, inquit, *tibi ſit iudicii, facile cognoſces ex ſana & luculenta Auguſtini doctrina, Deum non ex eo dilexiſſe Iacob, quod futura eius merita prævideret*. Toto eo volumine in quæſtionibus de gratia ait: *Hæc Auguſtiniana eſt aſſertio*. Et initio libri vel a limine ſe S. Doctoris ſtudioſiſſimum oſtenſurus ſcribit: *Huiuſce aſſertionis partes, quæ Auguſtinianam ſapiunt doctrinam, ſeorſim ſtabiliemus*. Igitur recentiores ſuum ipſorum de Auguſtino iudicium, quod dogmata de prædeſtinatione & gratia attinet, huius Arboris nec foliis nec umbra obtegere valent.

Quo tamen Auguſtini auctoritatem propius arietent, Petrum Aragonium & Gabrielem Pennotum Auguſtinianos in ſubſidium vocant. Aragonius 2. 2. q. 10. art. 6. cum probaſſet hominem ſine gratia Dei poſſe bene moraliter operari, addit: *Ex dictis ergo infertur, ſententiam D. Auguſtini fuiſſe, quod homines nullum bonum opus moraliter efficere poſſunt ſine gratia Dei, quod idem affirmabat Gregorius*. Unde ait Annatus pag. 882. *Atque ita palam profitetur Petrus Aragonius ſe ab Auguſtino diſcedere*. Pennotus vero lib. 5. Propugnac. cap. 6. tradit minime creden-

dum

dum esse, *omnem Augustini rationem esse exactam demonstrationem, omnem responsionem esse dogma fidei, omnem expositionem locorum sacræ scripturæ esse certam regulam & infallibilem ipsas divinas scripturas interpretandi* &c. quibus recitatis his Annatus insultat: *Vide lector, quo moderamine in commendanda S. Augustini doctrina utantur etiam illi, qui ex instituto eius cultores, imitatores, & alumni sunt in utroque Ordine Canonicorum & Eremitarum. Ut perspicere liceat, quam sit superstitiosa hodiernorum Baianorum religio, qui specioso errorum prætextu, solum Augustinum in ore, in oculis, in corde habere se fingunt.* Non possum negare Aragonium in ea sententia fuisse, attamen ibidem concl. 2. fatetur hominem sine gratia *raro & infrequenter & cum magna difficultate* posse efficere bonum opus, ut parum ab Augustiniaon dogmate recedere videatur. At §. *ceterum hoc non obstante* probat sententiam S. Augustini nullum continere errorem, ac proinde posse sustineri. Huie tamen domestico testi, ne tantillum iudiees moveat, opponimus tres ex hac oostra Eremitana familia eelcberrimos doctores, qui mordieus S. Augustini sententiæ adhærent, Gregorium Ariminensem 2. d. 29. q. 1. art. 2. Basilium Pontium magnum Theologum Salmanticensem in Relectionibus de auxiliis divinæ gratiæ, & Gasparem Casalium Lusitanum Episcopum lib. 3. de Quadripartita iustitia, qui Augustini dogma explicant, solidissimis argumentis muniunr, atque ab adversariorum iaculis vindicant. Immo receotiorum subtilissimus Vasquez idem susissime propugnat 1. 2. disp. 190. quem sequuntur ex eadem familia Turrianus tract. de Grat. disp. 4. Mæratius tom. 2. tract. eodem sect. 8. Ripalda tom. 1. de Ente super. disp. 20. sect. 6. aliique.

At Pennotus non adversatur; etenim Augustinus usus est in suarum sententiarum eonfirmationem argumentis etiam probabilibus, quæ si essent demonstrativa argumenta, stultos dieeremus recentiores, qui eisdem responsionem producunt. Unum contendimus, eapitales S. Augustini sententias adversus Pelagianos & Semipelagianos non posse citra temeritatis notam impugnari. Quam vero Pennotus parum recenriorum causæ faveat, in his eiusdem verbis oemo non videt: *Si Cælestinus*, inquit, *Romanæ ecclesiæ Pontifex calumniatores doctrinæ D. Augustini de prædestinatione vocat plantas male crescentes & improbos, quibus perpetuum silentium imponendum sit, & sectatores dogmatum perversorum & damnatorum, a contrario doctrinam Augustini de prædestinatione probat ut doctrinam sanam, piam, catholicam, & de fide, cui a catholicis non possit contradici.* lib. 5. Propugn. eap. 16. num. 2. Annatus tamen lib. 8. eap. 2. pag. 860. ait: *Constituamus illam partem, quæ plus favet libero arbitrio, dicamusque ante prævisa merita homines ad gratiam prædestinari, post prævisum autem bonum usum gratiæ prædestinari ad gloriam, quid inde sequitur contra regulas a Cælestino positas? prorsus nihil. Hæc igitur una est ex quæstionibus, quas adstruere non vult Cælestinus, si credimus Baronio.* Iam sentis, iam vides, quam belle tibi Pennotus enncinnat. Quod de Baronio addis, falsum esse §. 1. ex eodem Baronio demonstravimus.

Guillelmus etiam Estius intromittitur, qui 1. sent. dist. 44. §. 14. ait: *Quod si nihilominus contendat aliquis, Augustini verba, quæ obiecta sunt, huc inflecti non posse, putetque eum re vera alterius esse sententiæ, tum respondebimus ea, quæ de adiutorio primi hominis & Angelorum obscurius, & ut videtur, extra Scripturæ auctoritatem ab eo disputata sunt, ad hoc ut ex comparatione gratia nostræ per Christum reparationis magis emineret, non debere præiudicare doctrinæ, quæ apud alios Patres ipsumque S. Thomam in huiusmodi rebus exactissimum doctorem expressior reperitur.* Estius quo suam erga S. Doctorem observantiam ostenderet, eadem dist. 44. §. 13. & 14. multum laboris impendit, ut eumdem in suam seoteotiam traheret; quod vero videbat id satis ægre posse persuaderi, ea quæ recitata sunt, apposuit, non ut parvi fieri ab ipso Augustinum iudicaremus, sed ut molesti forsitan adversarii obiectionem effugeret. At quod Estio displieuit, olim pariter Semipelagianis displicuisse scribit Hilarius in epistola ad Augustinum §. *Deinde moleste ferunt ita dividi gratiam, quæ vel tunc primo homini data, vel nunc omnibus datur* &e. Ille tamen Scriptor 2. dist. 24. §. 10. ait: *Atque horum primus fit Augustinus, ut quem constat causam fidei catholicæ contra Pelagianos præ ceteris Eccle-*

Ecclesiasticis scriptoribus acrius uberiusque defendisse. Et in 1. dist. 41. §. 6. *B. Augustini de gratia Christi doctrinam, quæ magna ex parte consistit in astruenda prædestinatione gratuita, approbavit Cælestinus Pontifex in epistola ad Episcopos Galliæ*. Omitto plura, quæ passim in commendationem S. Doctoris Estius recitat; Lovanienses enim ac Duacenses consuevere Augustino semper esse addictissimi.

Alphonsus Tostatus in nonnullis ab Augustino dissentit, quæ ad sacræ paginæ explicationem pertinent. At Annatus pag. 867. ait: *Vide lector... an putes dandam esse nemini facultatem in aliquo repugnandi ex omnibus, quæ ille contra Pelagianos & Semipelagianos scripsit*. Contendimus S. Augustini doctrinam contra Pelagianos ex tanta Ecclesiæ approbatione in excellentiori gradu auctoritatis locandam esse, quam illorum, qui, ut ait Tostatus apud Annatum, *humano ingenio solo scripserunt*. Ceterum insigne elogium Tostati de Augustino lege apud Macedo in Conceptu Euchologico pag. 431. ubi de Tostato ait: *Quamquam minutis quibusdam in quæstionibus ab Augustino interdum dissentiat, in materia de prædestinatione & gratia Augustino penitus consentit*.

His additur ab Adamo par. 3. Calvini destructi cap. 6. Andreas Vega, qui dolete se dixit, Augustinum adversariorum gratiæ obiectionibus clare non satisfecisse lib. 12. in Trident. cap. 22. de iustificat. Ceterum Vega ibidem cum dixisset Pelagianos contra divinam gratiam decem & sex argumentis stetisse, ait: *Et ad ea omnia copiose & erudite pro sua eximia doctrina respondit Augustinus*. Addit tamen ibidem nonnulla, quæ nec adversariis ipsis placere possunt. Nam hanc regulam prædicandi mysterium prædestinationis, & necessariæ gratiæ ad credendum, diligendum Deum, pœnitendum &c. concionatoribus tradit: *Cuperem hoc clare & distincte tradi, perinde esse in nostra potestate omnia exercitia virtutum, ad quæ credimus necessariam esse specialem Dei gratiam, ac si solus generalis Dei concursus sufficeret, immo ac si non esset nisi nostra sola voluntas ad ea omnia requisita*. Et post nonnulla similia addit: *Et hoc sæpe desideravi, ut Augustinus palam & aperte respondisset obiicientibus ipsi, quod a prædicatione prædestinationis & gratiæ cessandum esset coram populo*. Quis vero

A non videat, ex illa Vegæ regula orationem numquam auditoribus inculcandam esse? Etenim oratio est divinæ gratiæ testificatio, cum nullus petat ab altero auxilium ad aliquod faciendum, quod per semet æque facile præstare potest, quo argumento Pelagiani a Patribus convicti sunt. Si fideles ad divinam opem implorandam adhortandi sunt, ut in sacris mysteriis facit Ecclesia, non ita commendanda est voluntas, ac si sola ipsa ad virtutes capessendas, & fugiendas tentationes sibi sufficiat. Miror autem, cum Vegam hanc sententiam ibidem
B interserentem audio, debere nos *ipsius opem assiduis & importunis gemitibus flagitare*. Porro si hoc populi docendi sunt, qua ratione sola voluntatis humanæ potentia asserenda est? immo summa eiusdem infirmitas ostenditur, dum ad illam adiuvandam Dei gratia, non dicam expectatur, sed *assiduis & importunis gemitibus imploratur*. De his autem adeo solide agit Augustinus in lib. de Dono persev. a cap. 14. & seq. ut nihil vel clarius vel efficacius a quoquam desiderari possit. Quare Vegæ testimonium nec adversarii ipsi probent, dum ea ad-
C struit, quæ ipsimet improbent, si sane sapiant.

§. X.

Dominici Bannez testimonium altius contra Augustinum exaggeratum discutitur.

Hispani huius Theologi, quem semper infensum recentiores experti sunt testimonium contra S. Doctorem grandi fiducia exaggerant, in qua quidem re cum mala fide procedant, illud
D nobis diligentius examinandum venit. Adamus par. 3. sui Calvini destructi cap. 9. pag. 667. cum sibi licitum esse scribat, S. Augustini sententiam de reprobatione ex solo peccato originali ortam *horrere, quod mater est illius, quam Calvinus tanta impietate ac rabie contra Ecclesiam inculcat*, Bannesii patrocinio vel testimonio utitur, ita de eadem sententia Augustini scribentis. 1. par. q. 23. art. 5. *Hæc sententia non est probabilis. Non modicam habet difficultatem. Impossibile videtur & omnino incredibile, quod Deus propter culpam originalem hominem reprobaverit. Hoc nullus* fide-

fidelium dicere audebit. *Si D. Augustinus voluisset attendere malitiam huius consequentiæ, numquam posuisset, quod originale peccatum solum est causa reprobationis omnium reprobatorum hominum*. Annatus lib. 8. cit. cap. 4. pag. 874. prioribus omissis, illa *Si D. Augustinus* &c. longe grandioribus caracteribus, quo lectoris oculos statim & vocent & impleant, exaravit, quibus recensitis exclamat: *Hæc Bannez, quæ plerique non videntur satis advertisse, dum Molinæ audaciam exaggerant indicantis aliquid lucis Augustino defuisse in concilianda cum creata libertate divinorum decretorum & auxiliorum efficacia*. ita insignis Theologi suffragium contra Augustinum iactant.

Adamus illa contra Augustinum a Bannesio dicta commentatur, quorum oppositum ille scriptor asseruit. Etenim hic recitata sententia S. Augustini de prædestinatione, fatetur non modicam illi inesse difficultatem, & statim, ut id ostendat, sex argumenta contra eamdem proponit, ubi in fine tertii habet: *Ergo non est probabilis sententia Augustini*. In fine secundi: *Impossibile videtur & omnino incredibile* &c. quæ non ex propria sententia, sed adversus Augustinum arguentis persona inducta posuit, ut paret ex iis, quæ postea tradit. Ille autem tres ibidem sententias refert, primam S. Augustini, alteram quorumdam Thomistarum, postremam S. Thomæ. De secunda §. *Præterea manifestum est*, ita iudicat: *Atque ita secunda opinio facile potest sustentari; neque existimo differre a sententia D. Thomæ nisi solo nomine*. Porro §. *Tertia sententia est D. Thomæ*, collata Augustini sententia cum illa secunda ait: *Quapropter ut postea dicemus, non est minus probabilis, immo forte probabilior secunda illa sententia, quam prima D. Augustini*. Ergo teste Bannesio sententia S. Augustini est probabilis; immo dubitat an secunda sit probabilior (ait enim *forte*) illa S. Augustini, illa, inquam, secunda, quam differre putat a sententia S. Thomæ *nisi solo nomine*. Ergo falsus convincitur Adamus, dum verba illa, *ergo non est probabilis sententia Augustini*, quæ arguendi gratia ille Theologus dixit, eiusdem sententiam esse pronuntiavit. Rursus idem de altero Bannesii dicto dicendum est, dum in argumento secundo ait: *Impossibile videtur & omnino incredibile, quod Deus ab æterno statuerit originalem culpam misericorditer & vere remittere, & nihilominus propter illam culpam hominem reprobaverit*. Et in tertio argumento infert: *Ergo originale peccatum iam remissum est causa & ratio condemnationis æternæ, quod nullus fidelium dicere audebit*. Adamus vero abrasis illis verbis *peccatum iam remissum* &c. raptim alia in unam sententiam congessit, quo acerbiorem censuram faceret. Sed ex persona adversariorum illa se dixisse Bannesius ostendit, dum paulo inferius hæc scribit: *Sed operæ pretium erit, prius quædam advertere circa sententiam Augustini, quæ omnino cavenda sunt ab eis, qui illam volunt defendere*. Et statim: *Ante omnia cavendum est, ne concedatur, quod aliquis propter originale peccatum iam remissum tamquam propter causam demeritoriam damnetur pœna damni* &c. Ex quibus patet illam propositionem, quam infert in argumentis, *originale peccatum iam remissum est causa & ratio condemnationis æternæ*, esse omnino negandam ab iis, qui volunt defendere sententiam S. Doctoris. Quare si illam propositionem veluti absurdam procul ab asserto Augustini removendam putat, qui fieri potest, ut eamdem ipsemet Augustino imponat? Et quidem nusquam Augustinus dixit peccatum originale remissum esse solam causam & rationem, cur plurimi reprobentur, ita ut formaliter id intelligatur, de quo plura diximus cap. 4. §. 10.

Hæc contra testis conductorem dicta sunto; iam eum ipsomet Bannesio res sit, cuius verba, quo pacto ab Annato citantur ita se habent: *Est denique de hac re nostrum iudicium, si quid valet*. *Crediderim enim, quod Augustinus tantum fuit sollicitus destruere errorem Pelagianorum asserentium merita præscita causam esse divinæ prædestinationis & electionis, & quia si consideretur, quod præsentia malorum operum Esau fuit causa reprobationis ipsius, videbatur D. Augustino statim fieri consequens, quod etiam futura bona opera Iacob fuerint causa prædestinationis ipsius, propterea semper negavit præscientiam malorum operum Esau causam fuisse reprobationis ipsius*. Rationem vero ponit, cur illatio illa non sit legitima? Eo quod ipsa merita bona sunt effectus prædestinationis, peccata vero non sunt effectus reprobationis; unde bene possunt esse ratio & causa reprobationis. Tandem addit censuram, quam

quam grandioribus caracteribus Annatus expressit: *Propterea manifestum est, quod non est eadem ratio prædestinationis & reprobationis, ut si detur causa reprobationis ex parte nostra, detur etiam prædestinationis. Si itaque D. Augustinus voluisset attendere malitiam huius consequentiæ, numquam posuisset, quod universaliter originale peccatum solum est causa reprobationis* &c. Produxi illius Scriptoris totam fere seotentiam, quam contra Augustioum tulit, oam ubi eamdem confutavero, nihil ex Bannesii censura præiudicii Augustino fieri constabit. Io primis non recte credidit in libro 1. ad Simplicianum q. 2. ubi ea de re S. Doctor fusius agit, sollicitum illum fuisse erroris Pelagianorum confutaodi, nam liber ille exaratus est initio Episcopatus Augustini ex lib. 2. Retract. cap. 1. & lib. de Prædest. SS. cap. 4. incidit vero initium Episcopatus S. Patris in annum 395. cum Pelagiani anno tantum 411. apparere in Orbe cœperint. Igitur eo in opere ad Simplicianum nequaquam Pelagiaoorum errorem confutabat, sed rogatus ab eodem Antistite Mediolanensi caput septimum epistolæ Divi Pauli ad Romanos a vers. 10. usque ad 30. ita enim ille petierat, fuse explicuit, ut patet ex initio quæstionis secundæ. Porro prolixius disputat de illis Pauli verbis
Rom. 9. a vers. 11. *Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior serviet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui*. Ubi cum demonstrasset Iacnb non fuisse electum ob opera bona prævisa, idem a pari dicendum esse intulit de Esau, oempe neque ipsum fuisse odio habitum ob prævisa mala opera. Audiatur S. Doctor: *An forte*, inquit, *quemadmodum illud de Iacob nullis meritis bonæ actionis dictum est, ita Esau nullis meritis malæ actionis odiosus? Si enim quia præsciebat Deus futura eius opera mala, propterea eum prædestinavit ut serviret minori; propterea prædestinavit & Iacob ut ei maior serviret, quia futura eius bona opera præsciebat, & falsum est iam quod ait*: Non ex operibus. *Si autem verum est quod* non ex operibus, *& inde hoc probat, quia de nondum natis nondumque aliquid operatis hoc dictum est, unde nec ex fide, quæ in nondum natis similiter nondum erat, quo merito Esau odio haberetur antequam nasceretur?* Ex illa particula *forte* colligo S. Patrem per modum disputaotis loqui: quod etiam constat ex iis, quæ pauln ioferios ponit: *Ut autem*, inquit, *odisset Esau nisi iniustitiæ merito, iniustum est. Quod si concedimus, incipit & Iacob iustitiæ merito diligi. Quod si verum est, falsum est quod non ex operibus*. Videatur §. *Cur enim est improbatus Esau*. Disputans igitur illam consequentiam iotulit, onn quod veram illam arbitraretur, ut dicemus. Tota igitur vis illius illationis est io verbis Apostoli, qui aperte excludit booa opera, cur fuerit dilectus Iacob, & mala item opera, ob quæ odio habitus fuerit Esau: inquit enim antequam *aliquid boni egissent, aut mali*, quod idem est ac antequam aliqua opera mala aut bona egisseot, *non ex operibus* oempe bonis vel malis *Iacob dilexi, Esau autem odio habui*. Unde patet falsum esse quod ait Bannez §. *Propterea manifestum est*, Paulum, dum ait *non ex operibus*, loqui tantum de operibus bonis Iacnb, nam ut ait Augustinus: *Non ex operibus, & inde hoc probat, quia de nondum natis nondumque aliquid operatis hoc dictum est*, nam si opera tantum bona Iacob excludere voluisset, Ibidem.
dixisset: *Cum nondum natus fuisset, aut aliquid boni egisset* &c. *non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior serviet minori*. Itaque certum est ibi Apostolum loqui de operibus utriusque. Quod etiam confirmatur ex iis, quæ ibidem addit: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus, numquid iniquitas apud Deum?* Cum neuter egerit aliquid boni aut mali, unum tamen Deus diligit, alterum odio habet, qua ergo iustitia id facit Deus? At si Deus futura mala opera Esau prævidisset, oullus datur calumniæ locus. Ex his apparet vis illius paritatis, quam per modum dispurantis affert S. Doctor. Nam ita discurrit: *Si enim quia præsciebat Deus futura eius opera mala, propterea eum prædestinavit ut serviret minori*, ergo *prædestinavit & Iacob ut ei maior serviret, quia futura eius bona opera præsciebat*. Hæc illatio probatur, quia æqualiter excluduntur ab Apostolo opera bona, cur fuerit Iacnb electus, ac opera mala, ob quæ Esau fuerit reprobatus: ergo currit par ratio de operibus utriusque in ordine ad amorem, vel odium. Et ita disputat Augustinus, iudicium interim suspendens.

Ceterum

Ceterum ſcribit Bannez: *Propterea manifeſtum eſt, quod non eſt eadem ratio prædeſtinationis & reprobationis, ut ſi detur cauſa reprobationis ex parte noſtra, detur etiam prædeſtinationis. Si itaque D. Auguſtinus voluiſſet attendere malitiam huius conſequentiæ* &c. Plane hæc in Auguſtini libris legendis viri diligentiam deſiderari oſtendunt; nam *malitiam conſequentiæ* non ſolum attendit Auguſtinus, verum etiam ſolide confutavit, & quod mirum eſt, eo ipſo loco, ubi minus diligentem Banneſius illum credidit. Etenim hanc paritatem ſemper Auguſtinus negavit: Deus reprobat ex prævisione demeriti ſeu peccati, ergo e contra etiam prædeſtinat ex prævisione boni operis. En totum hoc argumentum ab illa paritate deductum a Pelagianis in epiſtola 106. ad Paulinum: *Quomodo*, inquiunt, *Eſau non damnatur indignus, ſi non ex vocante dictum eſt, quia maior ſerviet minori? Sicut enim illius nulla præceſſerant opera bona, ut ad gratiam pertineret, ſic nec huius mala, ut ad pœnam pertinere deberet*. Reſpondet S. Doctor: *Nulla plane in utroque opera vel bona vel mala, ſed propria; uterque autem illi uni obnoxius erat, in quo omnes peccaverunt* &c. *Sed ambo, qui nondum propria vel bona vel mala operabantur, rei tamen ex origine naſcebantur. Laudet miſericordiam qui liberatur, non culpet iudicium qui punitur*. Vides negari paritatem ab Auguſtino; nam Eſau eſt reprobatus ratione maculæ ex Adamo contractæ, Iacob vero per ſolam miſericordiam liberatus. Hinc celebre veluti axioma Auguſtini eſt: *Bonus eſt Deus, iuſtus eſt Deus: poteſt aliquos ſine bonis meritis liberare, quia bonus eſt, non poteſt quemquam ſine meritis damnare, quia iuſtus eſt*. libro 3. con. Iul. cap. 18. Audi rationem diſparitatis, & fatere Auguſtinum optime vidiſſe, *quod non eſt eadem ratio prædeſtinationis & reprobationis, ut ſi detur cauſa reprobationis ex parte noſtra, detur etiam prædeſtinationis*; nam actus reprobationis eſt actus iuſtitiæ punitivæ hominem damnantis. At clamat Auguſtinus: *Non poteſt quemquam ſine meritis damnare, quia iuſtus eſt*. Prædeſtinatio autem eſt actus puræ miſericordiæ & bonitatis divinæ, quæ nulla opera noſtra bona ſupponit, ſed facit; hinc ait: *Poteſt aliquos ſine bonis meritis liberare, quia bonus eſt*. Ergo *laudet miſericordiam qui liberatur, non culpet iudicium qui punitur*. Eat nunc Bannez & addat Auguſtinum *malitiam conſequentiæ attendere* noluiſſe, & hæc ipſa palmaribus caracteribus Annatus exſcribat.

Verum in eadem quæſtione ſecunda ad Simplicianum, ubi diſputans eam paritatem urgebat: *Ut odiſſet Eſau niſi iniuſtitiæ merito, iniuſtum eſt. quod ſi concedamus, incipit & Iacob iuſtitiæ merito diligi*, reſpondens, ac quæſtionem pluribus abs ſe adductis in utramque partem argumentis implexam tandem diſſolvens, paritatem negat; ibi enim diffuſius probat, nulla opera bona nec ipſam fidem præceſſiſſe, cuius intuitu Iacob fuerit electus, & concludit: *Ergo ante omne meritum eſt gratia*. Poſtea vero erudite pluribus evincit Deum non potuiſſe odio habere Eſau, antequam in illo peccatum cerneret, *quia omnis creatura Dei bona eſt, & omnis homo inquantum homo eſt, creatura eſt, non inquantum peccator. Eſt ergo creator Deus & corporis & animi humani. Neutrum horum malum, & neutrum odit Deus* &c. *nec odit in homine niſi peccatum*. Ex his concludit: *Non igitur odit Deus Eſau hominem, ſed odit Deus Eſau peccatorem*. Unde confirmata illa propoſitione: *Ut autem odiſſet Eſau niſi iniuſtitiæ merito, iniuſtum eſt*, conſequentiam illatam negat, ergo *incipit & Iacob iuſtitiæ merito diligi*, nam priori illo dicto conceſſo probat falſum eſſe, quod poſterius deducunt, nempe Iacob etiam dilectum ob bona merita: *Cur ergo*, addit, *Iacob dilexit, numquid peccator erat? Sed dilexit in eo non culpam, quam delebat, ſed gratiam, quam donabat*. Ergo per Auguſtinum grandis eſt diſparitas inter reprobationem & prædeſtinationem, quia reprobatio ſupponit meritum malum, quod odit, prædeſtinatio vero nullum ſupponit meritum bonum, ſed cauſat. At Bannez in eo deceptus eſt, quod non legens Auguſtinum quæſtionem reſolventem, ea putavit a S. Doctore affirmata, quæ ante ſuæ ſententiæ expoſitionem propoſuit, ad difficultatem quæſtionis totis viribus augendam. Non igitur *D. Auguſtinus noluit attendere malitiam conſequentiæ*, ſed Bannez noluit attendere D. Auguſtinum *malitiam conſequentiæ* & attendentem & ſolidiſſime confutantem.

Rurſus notanda ſunt, quæ ibidem Banneſius ſcripſit, ut oſtenderet malitiam

illius Augustinianæ consequentiæ: Nam *facile*, inquit, *negari poterat a contrariam sententiam sequentibus, & assignari differentia in prædestinatione & reprobatione, quod prædestinatio est causa non solum consecutionis ultimi finis, sed etiam meritorum ad ultimum finem, Reprobatio vero quamvis sit causa eius, quod redditur in futuro scilicet pœnæ æternæ, non tamen est causa eius, quod est in præsenti scilicet peccati, propter quod totus reprobationis effectus potest cadere super reprobum tamquam propter demeritum*. At certe Augustinus hanc differentiam vidit, &c, ne Bannesium mittam ad alios S. Doctoris libros, eo ipso in B loco, ubi ab Augustino minime illam observatam dixit. Etenim ibi fuse probans prædestinationem esse causam meritorum, hæc ait: *Vocantis* secundum propositum *est ergo gratia, percipientis vero gratiam consequenter sunt opera bona, non quæ gratiam pariant, sed quæ gratia pariantur. Non enim ut ferveat, calefacit ignis, sed quia fervet; nec ideo currit rota, ut rotunda sit, sed quia rotunda est. Sic nemo propterea bene operatur, ut accipiat gratiam, sed quia accepit*. lege c. 10. de Præd. SS. Postea dat differentiam reprobationis a prædestinatione, quod illa non causat C peccatum, ob quod homo reprobatur, licet causet pœnam sceleri debitam; ita enim de reprobante Deo loquitur: *Odit enim in eis impietatem, quam ipse non fecit. Sicut enim iudex in homine odit furtum, sed non odit, quod datur ad metallum, illud enim fur, hoc iudex facit; ita Deus, quod ex conspersione impiorum facit vasa perditionis, non odit, quod facit, idest opus ordinationis suæ in pœna debita pereuntium*. Itaque Augustinus prædestinationis & reprobationis latum discrimen novit, nempe quod prædestinatio Dei vocantis est causa bonorum operum, non D vero reprobatio est causa malorum. Immo S. Pater adeo constanter illam disparitatem asserit, ut ex illa una originale peccatum deduxerit, & ante tria lustra, quam erumperent, Pelagianos profligaverit. Cum enim probasset divinam electionem nulla merita in homine supponere, & ex alia parte ad reprobationem iusta demerita requiri intelligeret, quærens de reprobatione Esau, *qui si nullo merito improbatus est*, petit rationem, *quomodo eius improbatio iusta dici potest*? Cum vero ex Apostolo pateat ipsum ex suis operibus non esse reprobatum, & ex alia parte certissimum esset, quod ut Deus *odisset Esau nisi iniustitiæ merito, iniustum est*, concludit, quod *facta est una massa omnium venient de traduce peccati*, nempe quia *concupiscentia carnalis de peccati pœna iam regnant, universum genus humanum tamquam totam & unam conspersionem originali reatu in omnia permanente confuderat*. Et antea: *Una est enim ex Adam massa peccatorum, in qua & Iudæi & Gentes remota gratia Dei ad unam pertinent conspersionem*. Quomodo vero ex hac massa eligantur vasa alia in bonorem per electionem, alia per reprobationem in contumeliam, fusius ibidem tradit. Quare recte ab eodem dictum est: *Ecce enim odit Esau, quod vas ipse fecit in contumeliam*. Quis vero non miretur vastum Augustini ingenium de efficacia gratiæ, de prædestinatione sanctorum, de reprobatione, de peccato originali adeo diffuse eo in opere disputasse, ac si iam cum Pelagianis collato veluti pede certaret, qui tamen post tria lustra erupere? Hinc videas Pelagianos unum Augustinum hostes habuisse implacabilem, a quo pessimam hæresim, antequam nasceretur, suffocatam videbant. Omnes quidem in controversiis contra Pelagium de divina gratia primas illi debent, cum Augustino nullus scripserit vel melius vel diffusius. Sane ceteros Patres eo in argumento tanto post se intervallo reliquit, ut si omnia de gratia ac peccato originali a prioribus Patribus afferta colligantur, huic uni secundæ quæstioni ad Simplicianum, sive argumentorum pondus sive doctrinæ acumen sive rerum difficilimarum explicationem spectes, sine dubio cedere videatur: quæ tamen quæstio, antequam audirentur Pelagiani, uti diximus, scripta est, ut vel hinc importunæ recentiorum voces alios Patres inclamantium satis solide comprimantur. Etenim ex iis, quæ S. Pater ad Simplicianum scribit, evidenter ostenditur in quæstionibus de divina gratia reliquos Patres esse utiles, Augustinum vero necessarium, quod tam certum est, ut recentiorum, quorum obiectis satisfacimus, acutissimus Vasquez hanc Augustinianæ auctoritati laudem dederit: *Augustinus in materia de gratia & prædestinatione inter ceteros Ecclesiæ Patres non aliter quam Sol inter minora*

nora ſidera præſulget. 1. p. diſp. 89. cap. 1. oum. 8.

Volo hic uoum advertere, quo Banneſii de Auguſtino cenſura ita reiiciatur, ut eadem ipſe Banneſius pereellendus ſit. Dico igitur differentiam illam prædeſtinationis a reprnbatiooe, quod hæc ſupponit mala merita, quæ puniat, illa vero non ſupponat merita bona, quæ præmio compenſet, longe conſtantius ac rigidius fuiſſe ab Auguſtino aſſertam ac defenſam, quam ab ipſomet Bannez. Nam ſi huic Scriptori obiiciatur hoc argumentum: Divina providentia ſine meritorum prævifinne aſſumit ad gloriam æteroam, ergn eadem providentia ſine demeritnrum prævifione poteſt excludere a glnria. Nullam hic *malitiam conſequentiæ* notat, non hic repetit diſparitatem, quam Auguſtino veluti ſuggerit, prædeſtinationem cauſare merita, reprobationem vero non cauſare demerita, ſed ſupponere, ſed totum concedit; etenim in reſponſione ad argum. 2. ait: *Ante præſcitum peccatum poteſt intelligi Deus odio babere quoſdam, ideſt non diligere in vitam æternam*. Ibi enim cum aliis paſſim coneedit reprnbationcm, ut vocant, negativam, qua Deus negat gloriam non in pœnam peccati, ſed ut pure donum indebitum, non ſuppnnere præviſionem demeritorum. At S. Auguſtinus adeo mordicus ſuſtinet diſparitatem datam inter reprnbationem & prædeſtinationem, ut ubique reprobationem illam ſine præviſione demeritorum, licet negativam, excluſerit, atque in Pelagianis ſemper damnaverit. Pelagiani eoim contendebant pueros oaſci ſine ullo peccato originali, negabant tamen illns admitti ad vitam æternam regni cælorum, niſi per baptiſmi gratiam adnptarentur; etenim cum glnria libere a Deo donetur, dicebant Deum ſtatuiſſe eamdem baptizatis tantum ennſerre. Illorum verba apud Auguſtioum lib. de Peccat. originali cap. 5. hæe ipſa ſunt: *Quia Dominus ſtatuit regnum cælorum non niſi baptizatis poſſe conferri, quod quia vires naturæ non babent, conferre neceſſe eſt per gratiæ libertatem*. Unde erat illorum celebre axinma: *Habet gratia quod adoptet, non babet unda quod diluat*. apud Scriptorem libri 2. de Vncat. gent. cap. 24. Ita pueri ſine baptiſmo morientes excludebantur a regno cælorum non in

A pœnam peccati originalis, quod Pelagiani negabant, ſed quod poſſeſſin regni cælornm non erat debita, nam *vires*, aiunt, *naturæ non babent*, ut pnſſint illud acquirere. Quare pueros ſic exeludi a regno cælorum *nullam pœnam* eſſe aſſerebaot apud Aug. lib. 3. con. Iul. cap. 3. & lib. 4. Oper. imperf. cap. 99. & lib. 5. cap. 11. aſſerit pueros ſine baptiſmo defunctos ex Pelagiaoorum ſententia *liberos ab omni damnatione eſſe*. Eraot igitur excluſi reprobatione pure negativa, hoc eſt non admiſſi in regnum cælorum, nulla interim pœna illis inflicta, ita ut ipſa

B excluſio ſeu non admiſſio in regnum cælorum *nulla pœna* illis eſſet. At S. Auguſtinus ubique contra Pelagianos enntendit puerns ſine baptiſmn morientes, ſi nulla culpa nriginis infecti ſint, iniuſte reprnbatione negativa excludi a regoo Dei. Sexcentis in locis id contra hæreticos urget. Lib. 1. de Petc. merit. cap. 30. *Numquam explicant iſti, quia per iuſtitiam nullum peccatum babens imago Dei ſeparatur a regno Dei*. Et lib. 5. con. Iul. cap. 11. *Verum vos quoque, qui eos velut liberos ab omni damnatione eſſe contenditis, cogitare non vultis, qua illos damnatione*

C *puniatis, alienando a vita Dei & a regno Dei tot imagines Dei &c. Hæc autem iniuſte patiuntur, ſi nullum babent omnino peccatum; aut ſi iuſte, ergo babent originale peccatum*. Et lib. 2. Oper. imperf. cap. 325. *Numquam dicturus es, ut ſit iuſtum, ut parvuli nulla ſua, nulla plerumque etiam ſuorum culpa ſine baptiſmate mortui a parentibus & proximis fidelibus ſeparentur, & ad regnum Dei non admittantur*. Lib. 5. con. Iul. cap. 9. ſcribit: *Quapropter natos ex Adam transferri renatos oportet ad Chriſtum, ne a regno Dei pereant imagines Dei, quod ſine malo fieri qui dicit, nec amorem*

D *babet, nec timorem Dei*. Et epiſt. 106. *Hoc a iuſtitia Dei penitus alienum* ſcribit. Lib. 6. eap. 4. *Si nibil meruiſsent mali, numquam privarentur in communi cauſa privatione tanti boni*. Lege ſer. 14. de Verbis Apoſtoli, ubi clamat: *Quare enim patrimonium regni cælorum abripis innocenti? A quo regnum cælorum non acquiritur, profecto magno bono fraudatur. Quæ eſt iſta iuſtitia?* &c. Idem docuit S. Gelaſius Papa in epiſt. ad Epiſcopos per Picenum contra Pelagianos: *Cur igitur*, inquit, *infans bac forte concluditur*, nempe non admitti in regnum eælnrum, *ſi nullum*

haber omnino peccatum; magisque videtur, quod absit, iniustus Deus, si illic infligatur pœna, ubi nulla sit culpa. Concinit synodus Byzacenorum Patrum in lib. de Incarnat. & grat. cap. 14. ubi aiunt: *Et cum non sit iniquitas apud Deum, qui fecit hominem ad imaginem suam, quæ iustitia est, ut imago Dei, quæ nihil potuit per se ipsam delinquere, si non redimatur sanguine filii Dei, in regnum Dei non permittatur intrare?* Quæ duo testimonia consulto addidi, quia nonnulli memoratam S. Doctoris sententiam falsam existimant. Itaque fixum fuit certumque omnino apud Augustinum ac sanctos Patres eiusdem discipulos, neminem posse sine culpa reprobari pure negative a regno cælorum tamquam beneficio indebito, uti certissimum fuit eidem neminem in statu naturæ lapsæ prædestinari ex prævisione alicuius boni operis. Quare disparitatem inter prædestinationem & reprobationem eam necessario esse dixit, ut Deus citra iniustitiam non posset excludere a regno cælorum parvulos sine culpa, licet id non faceret in pœnam. Non est igitur Augustinus docendus illam disparitatem, vel malitiam consequentiæ a Bannesio, cum & ipso melius eamdem norit & longe rigidius defenderit. Recentiores Alarcon, Herice, aliique reprobationi illi negativæ ante prævisa demerita Calvinismi fuliginem obiectant, unde magnæ contra ipsos querelæ Thomistarum inaudiuntur, Io. a S. Thoma 1. p. disp. 10. de Reprob. num. 19. Gnneti disp. 5. tom. 4. art. 2. §. 3. Et certe Calvinus reprobationem positivam ante prævisionem peccatorum adstruxit, immo ab eadem dixit peccata causari, atque ad hæc perpetranda homines impelli, quæ a Thomistis una cum reliquis catholicis negantur. At nos absit, ut Pelagianismum sapientissimis viris & in Augustino defendendo ex iuramento Salmanticensi commilitonibus ac nostris fœderatis imponamus, illa enim tantum diximus, queis Bannesii censuram plenius confutaremus. Non est tamen cur adversarii huius Theologi testimonium contra Augustinum producant, qui in eodem loco nempe articulo illo quinto in confutatione sententiæ Iavelli ait: *Augustinus gratiæ Dei testis insignis & prædicator*. Et §. *His ergo opinionibus*, addit: *Statuenda est vera sententia iuxta mentem Augustini & D. Thomæ*. Quare siquid deceptus dixit de Augustino, uti excusatione illum quidem dignum ducimus, ita non tantæ auctoritatis habendus est, ut eius testimonium contra S. Doctorem palmaribus caracteribus expressum ab adversariis exaggerandum videatur.

§. XI.

S. Bernardus perperam contra Augustinum ab Annato adductus.

Recentiores, ut ingens testium agmen, quo S. Augustinum non loco tantum movere, sed etiam penitus obruere tentarunt, nobilissimi Patris testimonio claudant, S. Bernardum contra Augustinum suffragium dare affirmant, clamantes cum Annato pag. 884. *Veniat ergo post ultimum S. Bernardus, qui nominari debuit ante primum*. Ille vero numquam contra Augustinum descendet, nec si machinas omnes admoveatis. At inquiunt: *Igitur S. Bernardus tam religiosus S. Augustini cultor, tam studiosus lector, tam idoneus arbiter Ecclesiasticæ ac necessariæ doctrinæ, peculiarem tamen eius sententiam, qua negat S. Iohannem Baptistam accepisse plenam in utero materno sanctificationis gratiam, reiicit in epistola ad Canonicos Lugdunenses, & principio, quo nitebatur Augustinus, quod scilicet nemo renatus dici possit, priusquam natus, contrarium opponit, aitque posse aliquem prius sanctum esse, quam natum*. Cum vero sciant Augustinum quandoque a Bernardo appellatum validissimum malleum hæreticorum atque catholicæ religionis columnam, quasi per risum ita concludunt: *Constat ergo exemplo S. Bernardi tales esse, quas dixerat duas illas columnas, ut non sit necessario timendum, si quis ita divellatur ab Augustino, ut tamen innitatur Ambrosio etiam in iis, quæ contra Pelagianos Augustinus disputavit, neque nullum videri posse aliquando validissimi hæreticorum mallei incertum ictum*. hæc illi.

Fatemur particularem fuisse S. Doctoris sententiam adversus Pelagianos de peccato originali disputantis, Hieremiam ac Iohannem Baptistam non fuisse plene a peccato originali in uteris matrum per gratiam sanctificantem liberatos.

tos.

tos. Hoc docuit epiſt. 57. ad Dardanum, & lib. 4. con. Iul. Oper. imperf. cap. 133. ubi ait: *Quia & Hieremias & Iohannes quamvis ſauctificati in uteris matrum, traxerunt tamen originale peccatum. Nam quo alio merito interirent eorum animæ de populo ſuo, niſi die octavo circumcideretur, uiſi ad Chriſti gratiam pervenirent* &c. *Erant ergo illi & natura filii iræ ab uteris matrum, & gratia filii miſericordiæ ab uteris matrum, quia nec adhuc eis inerat ſanctitas, quæ vinculum ſolveret ſucceſſionis obnoxiæ, quod ſuo tempore ſolvi oportebat, & inerat tamen, quæ præconem Chriſti a maternis viſceribus deſignabat*. Duo hic conſideranda ſunt. Iohannem Baptiſtam repletum per Spiritus Sancti gratiam prophetiæ dono, poſtea noxa originali liberatum fuiſſe in utero. Primum concedit S. Auguſtinus, alterum negat, ut eius verba clare oſtendunt. Sanctus Bernardus primum & ipſe ſine hæſitatione concedit, de altero vero dicit ſe non audere quippiam definire. Audiantur dulcia mellifui Doctoris verba, ne Annati in Auguſtinum amarus ſermo nobis faſtidium ingerat: *Certiſſime autem*, inquit, *Sanctus Spiritus, quem replevit, ſanctificavit. Ceterum quatenus adverſus origiaale peccatum hæc ipſa ſanctificatio valuerit, ſive pro iſto, ſive pro illo Propheta, vel ſi quis alius ſimili præventus gratia fuerit, non temere dixerim*. Deinde ſententiam S. Auguſtioi cooſiderans addit: *Attamen quis dicat Spiritu S. repletum manere adhuc filium nihilominus iræ, & ſi mori in utero coatigiſſet, cum hac pleuitudiue ſpiritus pœnas luiturum damuationis? Durum eſt: minime tameu auſim hiuc quippiam mea ſenteutia defuire. Sed quidquid de hoc ſit* &c. Vides, Annate, nihil ea io re Bernardum definire unius, ut iure quidem arbitror, Auguſtini, quem habebat, ut dicis, *dum hæc ſcriberet, præſeutem*, auctoritate remoratum? Dura illi Auguſtini ſententia viſa eſt: at durius ſaſſus eſt ab Auguſtino diſcedere: *Miaime tamen*, inquit, *auſim hinc quippiam mea ſenteutia definire*. Hoccine eſt, Annate, ut iocaris, *divelli ab Auguſtino*? hoc putare *uullum aliquando validiſſimi hæreticorum mallei iucertum ictum*? Immo hoc eſt lectoribus fucum facere, ac Bernardo nimium iniurioſom eſſe, dum illum ea recitantem inducis de Auguſtino, quæ ne cogitavit quidem. Illa itaque eſt Melliflui ſenten-

A tia epiſt. 174. ad Caoooicos Lugduoenſes.

Sed aliud quid Aooatus garrit conLenditque, Bernardum diverſa, immo adverſa ſapere vel eo ipſo in loco ab Auguſtino recedendo, ubi ſe cum Auguſtino aut errare aut ſapere profitetur, nempe epiſt. 77. ad Hugonem. Do Annati verba: *Ut omittam, quod relata illa ſeuteutia, qua ſeuſit Auguſtinus, internam cordis converſionem ad Deum externam baptiſmi ſuſceptionem poſſe ſupplere, vir miuime iactabundus negare audet fuiſſe uſpiam ab eo retractatam, quamvis retractaſſet e-* B *xemplum, quod ſubiecerat, ſaucti Latronis ea ratione, quod incertum eſſet, an fuiſſet baptizatus*. Neſcio quo conſilio Annatus hic paralepſi utatur. Eia age, ediſſere, cur ex Bernardo Auguſtinum accuſare tibi in religionem venit? Ita eſt, Bernardus vir minime iactabundus Auguſtini ſententiam, qua aſſerit ioternam cordis converſionem ad Deum baptiſmum poſſe ſupplere, *negare audet fuiſſe uſpiam ab eo retractatam*. Forte hanc ſententiam retractandam Auguſtino fuiſſe puras? Illam ſententiam ante S. Auguſtinum docuerat S. Cypriaous, quem C laudat S. Doctor lib. 4. de Baptiſ. cap. 22. ubi de baptiſmo ait, ſi ex neceſſitate deſit, poſſe ſupplere *fidem converſiouemque cordis*, quia *tunc impletur inviſibiliter, cum myſterium baptiſmi uou coatemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis excludit*. Sed & S. Ambroſius hoc ipſum docuerat de Valentioiaoo Imperatore, ut patet ex eiuſdem oratione in qua defuncti Valentiniani laudes recitat. Utrumque vero Ambroſium oempe & Auguſtinum ſequitur S. Beroardus illa in epiſtola 77. quorum reſtimonia laudat, ſcribens: *Ab his ergo duabus columnis (Augu-* D *ſtinum loquor & Ambroſium) crede mihi, difficile avellor. Cum his, inquam, me aut errare aut ſapere fateor: credens & ipſe ſola fide hominem poſſe ſalvari cum deſiderio percipiendi ſacramentum, ſi tamen pio adimplendo deſiderio mors anticipant, ſeu alia quæcumque vis invincibilis obviaverit*. Audis, Bernardum virum mioime iactabundum cum Auguſtino ſapere & credere, *ſola fide hominem poſſe ſalvari cum deſiderio percipiendi ſacramentum*? Cur vero eam ſententiam Auguſtini diceret fuiſſe uſpiam ab eo retractatam, in quam pedibus ivit? Sed & apoſtolica Sedes

eam-

eamdem ſententiam ob Auguſtini auctoritatem approbavit. Innocentius III. in literis ad Cremonenſem Epiſcopum, quæ apud Gregorium IX. extant libro 3. tit. 43. cap. 2. ita ſcribit: *Quem ſine unda baptiſmatis extremum diem clauſiſſe ſiguificaſti, quia in S. matris Eccleſiæ fide & Chriſti nomine perſeveravit, ab origiuali peccato ſolutum, & cæleſtis patriæ gaudia eſſe adeptum aſſerimus iucunctanter. Lege ſuper octavo libro Auguſtiui de Civitate Dei, ubi iuter cetera legitur: Baptiſmus inviſibiliter miniſtratur, quem non contemptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit.* Error tamen irrepſit, nam verba illa leguntur oon in lib. 8. de Civit. Dei, ſed libro 4. de Baptiſmo, ut recitavimus, quæ etiam laudatus Bernardus ex eodem lib. 4. adduxit. Hinc Theologi baptiſmum flaminis, & Tridentina ſyoodus ſeſſ. 6. cap. 4. baptiſmum *iu voto* iuſtificare decernunt. Quid igitur tibi in mentem venit, Annate, dum ſententiam illam S. Doctoris ab Eccleſia approbatam quaſi retractatione dignam recenſuiſti, quam etiam conſtanter idem tenuit poſt exortos Pelagianos ad finem uſque vitæ? Legatur liber 1. de Orig. animæ cap. 9 & 2. Retract. cap. 18. Qui plura ea de re ſcire cupit, conſulat Chriſtianum Lupum auctorem ſatis notum in libro de Attritiooe & contritiooe cap. 8.

An forte irrides, quod de baptiſmo S. Latronis Auguſtinus inſinuavit? S. Doctor rem ſibi certam, nempe converſionem cordis ſupplere vicem baptiſmi, oon poſſe ſatis efficaciter illo exemplo demonſtrari ſaſſus eſt in libro 2. Retract. cap. 18. affirmans a quibuſdam *non incredibiliter* dici Latronem *aqua illa, quæ de vulnere lateris eius emicuit, tamquam ſacratiſſimo baptiſmo fuiſſe perfuſum.* libro 1 laudato. Ceterum idem Pater non putavit, illum fuiſſe aote crucifixionem baptizatum. Aperte ait ibidem: *Latro ille non ante crucem Domini ſectator, ſed in cruce confeſſor* &c. *Tunc etiam fides eius de ligno floruit, quaudo diſcipulorum marcuit.* Illa vero de baptiſmo Latronis adducit, quibus confutaret errorem Vincentii Victoris, qui exemplo Latronis cootendebat, pueros ſine baptiſmn mortuos pervenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatnrum, ut patet ex libro 3. de Orig. animæ ad Vincentium, ubi toto capite oono de baptiſmo Latronis diſcurrit. Quæ tamen ita adduxit, ut omnem errandi occaſionem ex illius Latronis exempln reſecaret. Hinc libro 1. cap. 9. cum varios modos receoſuiſſet, quibus Latro ille vel dicebatur vel dici poterat baptizatus, concluſit: *Verum hæc, ut volet, quiſque accipiat, dum tamen de baptiſmo non præſcribatur Salvatoris præcepto huius Latronis exemplo.* Et ipſe Bernardus conſeotit incertum eſſe, an Latro fuerit baptizatus, dicens: *eo quod ſane incertum ſit, utrumnam fuerit baptizatus.* Hinc Pater Lupus in ſanctorum Patrum lectione ſumma cum laude verſatus in opuſculo laudato de Contrit. & attrit. cap. 9. ait, *Latrouis baptiſma eſſe incertum. Variat non ſolum Auguſtinus, ſed Patres paſſim omnes.* Hæc quidem addidi, quia ex illa S. Bernardi epiſtola 77. ad Hugonem, quale Auguſtini dictum ab adverſario per reticentiam reprehenſioni expoſitum iure notari poſſit, prorſus non video, ſed nec eumdem Annatum vidiſſe exiſtimo.

§. XII.

S. Auguſtinum contra Auguſtinum producunt.

REm confeciſſe, ac tota cauſa Auguſtioum deieciſſe ſibi perſuadent, faventibus ſuffragiis, ut glorientur, *trium ſummorum Pontificum, ſex Cardiualium ex omui uumero eruditiſſimorum & fere ſanctiſſimorum, tot deiude Autiſtitum, tot doctorum omnium ſcholarum, ordinum, & natiouum.* Aonati ſibi victoriam ac triumphum eanentis voces ſuot cap. 4. pagina 887. Sed ut Auguſtino omnem prorſus evadendi aditum præcludant, ad ipſiuſmet confeſſionem provocant, quippe qui tantorum teſtium omni exceptione maiorum vocibus convictus, integram ipſis litem ſit conceſſurus. Audiatur Annatus cap. 5. pagina 888. qui adeo victoriæ ſecurus in arenam deſcendit, ut nullo pacto dubitet, vel ipſomet Auguſtino iudice, poſtrema veluti acie dimicare: *Quando*, inquit, *ea conditioue diſputamus, ut ſtemus Auguſtiui iudicio, inquirendum eſt hoc quoque, cenſuerit ne Auguſtinus placita omuia ſua, etiam illa, quæ dum Pelagianos inſectatur, expoſuit, amplectenda eſſe neceſſario.* In primis contendunt

dunt

dunt statuisse Augustinum tria tantum dogmata adversus Pelagianos juxta catholicam fidem esse tenenda, quod Sadoletus recentiores docens, olim dixerat in epistola ad Contarenum, uti §. 1. narravimus. Rursus plura S. Patris testimonia producunt, quibus asserit, nolle se eam lectoribus legem imponere, ut omnibus abs se positis assertionibus acquiescant, ablata omni prorsus contradicendi libertate. Unum dabo, nam idem reliquorum sensus est diversis tantum verbis expressus. In epistola ad Fortunatianum scribit: *Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum & laudatorum hominum, velut Scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat, salva honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte invenerimus, quod aliter senserint, quam veritas habet divino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum.* Ex quibus aliisve eamdem in rem adductis exclamant: *Licet ergo ex Augustino Augustini doctrinam aliorum scriptorum iudicio censendam exponere, licet & proprio, idque salva honorificentia. Neque adeo perversum est hoc consilium, ut habere non possit adiutorem Deum.* loquitur Annatus pagina 897. Nil tamen novi hisce censores afferunt, sed Pelagianorum ac Lutheranorum voces contra Augustinum integras repetunt. Pelagiani, cum ab Augustino Patrum testimoniis oppugnarentur, ex Augustini libris nullam sibi Patribus adhærendi necessitatem esse insolenter respondebant. Audiatur Iulianus libro 4. Oper. imperf. cap. 111. *Sed bene, quod nos onere talium personarum levasti. Nam in libro, quem ad Timasium contra liberum arbitrium contexuisti, cum sanctus Pelagius venerabilium virorum tam Ambrosii, quam Cypriani recordatus fuisset, qui liberum arbitrium in libris suis commendaverant, respondisti nulla te gravari auctoritate talium, ita ut diceres, eos processu vitæ melioris, si quid male senserant, expiasse. Tua tibi ad hoc relata sint, ut excitare de solis nominibus erubescas invidiam.* At non veterum tantum hæreticorum, sed & recentium dogmatistarum tritum hoc effugium esse ad sanctorum Patrum ac præcipue Augustini auctoritatem eludendam, testatur eruditissimus vir Stapletonus tomo 1. contr. 3. libro 7. cap. 15. *Alii,* inquit de Protestantibus, *non plus eis,* nempe Patribus, *tribuendum esse arguunt, quam ipsimet Patres sibi tribui postulant, & hoc in loco varias Augustini sententias producunt, quibus ille suis scriptis non aliter fidem haberi postulat, quam quatenus ex Scriptura sacra, vel ex evidenti ratione sententiam suam confirmaverit.* Additque in verbis S. Augustini ex libro 11. con. Faustum cap. 5. in quo loco sibi plaudit Annatus pagina 897. eos *mirifice exultare*.

Doctissimus idemque sanctissimus Pater ceteris virtutibus, quibus divino munere ad stuporem usque ornatus fuit, sociam modestiam adiunxit, neque tantum sibi umquam tribui voluit, quantum Pythagoræ a discipulis delatum fuit, ut illud esset ineluctabile argumentum, αὐτὸς ἔφα. Hoc unum Augustinus rogat tota epistola septima ad Marcellinum. Ceterum disputans contra Pelagianos passim capitalia dogmata tamquam catholicas sententias defendere se profitetur. Ita libro 5. con. Iul. cap. 12. quoque de concupiscentia quæstiones agitat, ubi ait: *In his quæstionibus catholica veritate antiquitus tradita, vestra impia novitas suffocatur.* In epistola 107. ad Vitalem duodecim theses de gratia statuit, asserens easdem *ad fidem rectam & catholicam pertinere.* Idem de prædestinatione docet lib. de Dono persev. cap. 23. in fine. Illud vel maxime iterum recolendum est, S. Doctorem, cum in libris Retractationum plures sententias correxerit, nullam contra Pelagianos statutam aut defensam thesim expunxisse, ut planum fiat Augustinum censuisse, omnia & singula, quæ illis in libris docuerat, a vero non dissonare: sed novum laborem, atque exactiorem diligentiam Augustinus forte recentioribus reliquit, qui iterum severiori iudicio eadem Hipponensis scripta, ut ait Annatus pag. 897. *inspirante Deo examinata* errores continere demonstrarent.

Cum olim Semipelagiani Augustinum erroris arguerent in iis libris, quos contra Pelagianos procuderat, modestissimi vir ingenii respondit in fine lib. de Dono persever *Qui vero errare me existimant, etiam atque etiam diligenter, quæ sunt dicta considerent, ne fortassis ipsi errent.* Ibidem vero cap. 21. ait: *Quamvis neminem velim*

velim sic amplecti omnia mea, ut me sequatur, nisi in iis, in quibus me non errare perspexerit. Nam propterea nunc facio libros, in quibus opuscula mea retractanda suscepi, ut nec me ipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrem &c. Quæ quidem attentiori mentis acie considerans magnus ille Annalium Ecclesiasticorum scriptor Cardinalis Baronius tomo 5. ad annum 426. pag. 498. hæc in Augustini commendationem scripsit, quæ licet superius recitata sint, libeat hic quoque repetere: *Hæc ipse*, ait, *digna quidem S. Augustini modestia animique eius admirabili cum submissione verecundia, ut plane nisi aliunde, ex his saltem intelligere valeas afflatum ipsum divino spiritu illa scripsisse, cum non supra quempiam alium, quam super humilem, quietum, & trementem sermonem Dei divinum afflore Numen, Deus per Prophetam fuerit contestatus; sicut & Iacobus docuit, ubi ait: quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens*. hæc ille. Et tamen eo prorupit Annatus, ut affirmare non extimuerit cap. 5. pag. 897. impugnatorem Augustini *habiturum adiutorem Deum*. Et hic inter S. Doctoris defensores numerari vult, Augustinum a Baianis vindicando? Non est hoc, Annate, Augustini causam tueri, sed prodere.

Verum licet præ animi modestia adeo humiliter de se Augustinus sensit, catholicæ tamen Ecclesiæ iudicio eius de divina gratia doctrina ita approbata est, ut vel ipsi recentiores, qui post Annatum contra Iansenium scripsere, rei evidentia coacti hanc Augustinianæ auctoritati, non dicam laudem, non testimonium, sed confessionem cum Decampsio dederint: *Conciliorum sanctiones, & Romanorum Pontificum edicta, quibus Pelagiana hæresis iugulata occubuit, ex S. Augustini libris petita sunt, S. Augustini doctrinam continent, S. Augustini verbis exprimuntur. Fuit Augustinus, quodammodo Ecclesiæ præcentor, cum Romanis Pontificibus & conciliis ore præivit, quod de superbissima hæresi iudicarunt. Fuit lingua Ecclesiæ, cum eius verbis decreta concepta sunt, & quæ prius fuerant Augustini voces, Spiritus S. oracula esse cœperunt. Fuit ille conciliorum dux atque ingenium, cum iis rationes & argumenta subministravit, quibus Pelagium eiusque complices fregerunt*. lib. 3. Hæres. Iansf. disp. 1. cap. 6. Video Annatum spissum hic pulverem excitare, quo tantam Romanæ ecclesiæ lucem Augustinum quaquaversum irradiantem obducat. Quas enim ille nebulas cogit toto capite sexto, quibus delatas a Romanis Præsulibus Augustino laudes offuscet? Illius tamen vanos conatus insequenti capite reprimemus, ubi S. Doctoris auctoritatem apostolicæ Sedis sententia toties munitam ab huius S. Patris Vindicatoris, uti se iactat, obiectionibus pravisque interpretamentis asseremus.

Attamen etiamsi nullus pro Augustino veterum Patrum staret, ac Vaticana oracula silerent prorsus omnia, non adeo deplorata censenda esset Augustini causa, ut Annato eidem adversante, nullum faventem iudicem sortiri in Orbe posset; præsertim cum manifestum sit, plura ipsum testimonia falsasse, alia prorsus finxisse, quosdam in testes adduxisse vel Semipelagiano errore infectos, vel grammaticos imperitos, vel novos ex Iurisconsultis Theologos, vel impudentes minusque consulto locutos, atque Augustinensium librorum prorsus inscios. At cum S. Augustini doctrina tot Romanorum Præsulum laudibus, tot conciliorum decretis, tot omnium veteris Ecclesiæ Patrum encomiis ornata, munita, ac defensa sit, quis nuper eamdem in iudicium a recentioribus vocatam damnari vel minima ex parte posse suspicetur? Ab Augustino enim stat antiquitas, a recentioribus novitas; illinc sanctitas, hinc audacia; illinc antiqui Patres, hinc novi scriptores; illinc tot sæculorum consensus, hinc nostræ ætatis scholasticorum minima portio. Quæ sane cum attentius considero, illud subinde mecum reputo, nescire me, an laudem, vel odium potius apud probos hoc opere mihimet conciliarim, contraxerimve. Profecto arbitror non defuturos, qui me inanem operam posuisse dicant, Augustinum in iudicio contra recentiorum accusationes defendendo, quasi horum temeritas vel initio causæ non statim intelligatur, qui contra summum Ecclesiæ Magistrum conductis testibus coram orthodoxo Orbe dimicare ausint. Sed veniam precor, si quidquam a recentiorum testibus Augustino timere mali visus sum; eius enim causam defendendam

dendam suscepi, ne apud imperitos nimiumque credulos tanrorum testium nomina, quæ adversarii longo ordine contra Augustinum producere gloriabaotur, vel fidem iovenireot, vel suspicionem saltem ingerereot.

CAPUT VI.

Elogia a Summis Pontificibus Augustinianæ doctrinæ contra Pelagianos delata a sinistris recentiorum interpretationibus vindicantur.

SAne non levem invidiam redolet recentiorum factum, de quo hoc loco sermonem instituimus. Romaoi Præsules S. Augustini de divina gratia doctrinam miris præconiis consecrarunt. Unde taota eidem ab omnibus per tot retro sæcula veneratio impensa est, ut post eorumdem Pontificum voces orthodoxi unum Augustinum inaudiverinc, immo Augustini dogmata in Pontificum decreta ac synodorum canones traosierint, quod in Historia Pelagiana demonstravimus. Hæc quidem recentiorum animum altius pupugere; quare delata Augustinianæ doctrinæ a Romanis Præsulibus elogia falsis interpretationibus partim decurtare, partim eludere audacter quidem, sed ooo æque feliciter conati sunt.

Primus inter Pontifices, qui S. Augustinum commendarunt, Innocentius producitur, qui cum ab Augustino literas accepisset, a quatuor aliis collegis subscriptas, quibus Pelagii errores eidem significabantur, respondit 'epist. 96. inter Augustioianas: *Quod earum tenor omnisque contextio est in consideratione quotidianæ gratiæ Dei, & in eorum correctione, qui contra sentiunt, integraratione consistit, ut illis omnem tollere possit errorem, & idoneum dato cuivis nostræ legis exemplo, quem sequi debeat, dignum possit præbere doctorem*. legantur, 'quæ|diximus lib. 1. Hist. Pelag. cap. 11. Recentiores haud universam S. Augustini doctrioam contra Pelagianos ab Innocentio approbatam fuisse cootendunt, sed qua parte tantum decertat contra duos Pelagii errores, quos ibi Pontifex damnat. Do verba Moraines disp. 12. Anti-Ianf. num. 49. *Ex bac autem approbatione bu-*

A *iusmodi literarum de uno aut altero tantum errore loquentium, inferre velle, totam D. Augustini doctrinam de gratia fuisse specialiter ab Innocentio approbatam, est malitiose simplicibus illudere, & eruditorum patientia intolerabiliter abuti*. Qnod vero S. Augustinus, quo melius Pelagianæ hæresis faciem Innocentio suis coloribus pictam ostenderet, eiusdem hæresiarchæ librum in laudem naturæ emissum, atque adversarium abs se de Natura & gratia compositum volumen miserat, addic ibidem: *Respondens Innocentius sequenti epistola 96. nullam facit* B *mentionem aliorum errorum Pelagii, neque libri de Natura & gratia D. Augustini, sed tantum laudat præcedentem epistolam ab illis ad se scriptam*. Duos vero errores ibidem tantum damnatos esse ait, nempe non dari peccatum originis, neque Dei gratiam esse necessariam ad recte pieque vivendum.

Quid de libro Pelagii S. Innocentius decernat, audiamus: *Librum sane*, inquit, *qui eius esse diceretur, nobis a vestra caritate transmissum evolvimus, in quo multa blasphemia, nihil quod placeret, nihil quod non penitus displiceret, a* C *quovis damnandum atque calcandum, cui similia, nisi qui ista scripserat, nemo alter in mentem reciperet atque sentiret*. Itane *nihil* Pelagiani libri Innocentio placere, *nihil* io eo scribi, quod non displiceat, est unius tantum aut alterius erroris condemnari, an potius plenum erroribus iudicari? Unam interim particulam disiunctivam corrigas, Morainie; dixisti enim Innocentii literas *de uno, aut altero errore* loqui, reponas coniunctionem de uoo & altero illam periodum reddens, ne quis erga te malevolentior dubitasse te dicat, duone an uous tantum Pela- D gii error illis in literis proscribarur. Sed ad Augustinum meum redeo. Hic Pelagii librum ad Innocentium mittens cum eiusdem consutatione asteriscis loca Pelagii signarat, ubi hic non recte de divina gratia senriebat, quæ displicuisse Innocentio, cui *nihil* illius libelli placuit, quis dubiter? Librum vero Augustini approbatum ac laudatum fuisse, & quidem de lege reos sine gratia homines faciente disputaotem, quæ salsa atque ob snrorem contra hæreticos Augustino excidisse fingit Moraines disp. 24. oum. 44. ex his Innocentii verbis

colligitur: *Nam hoc loco latius de lege disputare velut coram posito repugnanteque Pelagio necessarium esse non duximus, cum vobiscum totum scientibus parique nobiscum assensione gaudentibus colloquamur.* Audin Augustinum totum scientem, ac per omnia Innocentio in iis, quæ de lege sine gratia proxime sufficienti reos faciente disputarat, plenissime consentientem?

Innocentio successit Zosimus, dein Bonifacius, qui S. Augustinum mirifice coluerunt, quibusque eiusdem doctrina probata fuit. Annatus lib.8. cap.6. pag.908. hæc scribit: *Quare non possit ab eiusmodi Doctore instructio peti ad concipiendam erroris contrarii damnationem, ut Zosimus, ut Bonifacius, ut Felix huius nominis IV. petiisse dicuntur ab Augustino.* Hæc quidem recte se habent, sed rectius foret, id non vulgari fama assertum dicere, sed constanter adstruere. Ea enim phrasi utimur, cum de re minus comperta loquimur; quis enim mero meridie pronunciet, Solem dici splendescere? Novimus Annati erga Augustinum animum, hinc suspicioni locum damus. Zosimus non prius decretoriam in Cælestii ac Pelagii causa sententiam tulit, quam ab Africanis synodis, quorum teste Prospero Augustinus *ingenium* erat, literas acciperet, ut in Historia Pelagiana lib. 1. cap. 13. dictum est. Bonifacius etiam Iuliani literas ad Augustinum confutandas transmisit, ut ibidem pariter narravimus cap. 21. De Felice Papa diximus lib. 2. cap. 23. quæ, ne actum agamus, iterum non repetimus. Itaque & reapse Pontifices illi contra Pelagianos instructionem ab Augustino petiere, idque ex ipsius Augustini libris & eiusdem sæculi Patribus, & non vulgi tantum rumore manifestum est.

Bonifacio subrogatus Cælestinus non modo S. Augustini doctrinam laudavit, sed eiusdem calumniatores datis ad Episcopos Galliæ literis perculit. Elogium vero veluti paulo ante demortuo Augustino sepulcralem inscriptionem hocce apposuit: *Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec umquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote qui ubique cunctis & amori fuerit & honori; unde resistendum talibus, quos male crescere videmus.* Tradit Cælestinus, immo iubet, resistendum Augustinianæ famæ decurtatoribus. S. Prosper cum eximiam hanc de Augustino laudem ex Cælestino recitasset in fine libri contra Collatorem exclamavit: *Contra istam clarissimæ laudationis tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem audet quispiam malignæ interpretationis murmur emittere, & perspicuæ sincerissimæque sententiæ nubem obliquæ ambiguitatis obtendere?* Ita plane, o Prosper, conantur audentque recentiores. Immo uti inter cetera ab apostolica Sede Augustino data præconia illud iure merito primo loco reponitur, ita totis ingenii viribus desudant, quo tantarum laudum splendori *nubem obliquæ ambiguitatis obtendant*, ne tantum inde lucis in Augustinum derivet.

Annatus lib. 1. sui Augustini cap. 8. audito Cælestini elogio ait: *Non dicit esse Patrem Patrum, Doctorem Doctorum, primum Angelum inter ceteros Episcopos, inter omnes excellentissimum, vere irrefragabilem, & ineffabiliter mirabilem. Habitum esse dicit a suis prædecessoribus Innocentio, Zosimo, Bonifacio inter magistros optimos; atque ita putabantur quidem alii sancti Patres esse quoque optimi magistri, a quibus si dissensisset Augustinus, quid putamus Cælestinum fuisse nobis præcepturum, ut optimos optimo postponeremus, & multos uni, quonam id iure? vel qua ratione?* Cum vero Cælestinus postea, ut putant, cap. 3. Semipelagianos reprehendat *piissimis disputatoribus obviare* præsumentes, addit Annatus: *Hos ergo dicit Cælestinus obviasse non Augustino soli, sed piissimis disputatoribus & magistris, quibus verbis non est dubium, quin comprehenderetur etiam Hieronymus.* Hæc illi, omni arte adnitentes Augustinum in ordinem fere redigere, ut in Pelagiano bello non supremus quidem Imperator, sed tamquam e præfectorum numero æquali cum multis auctoritate habeatur. Hæc autem eo consilio moliuntur, ut quoniam Augustini nomine se gravari sero iam tandem sentiunt, aliorum Patrum, qui de gratia quid sentirent *breviter quibusdam*, ut cap. 14. de Prædest. SS. ait Augustinus, *scriptorum suorum locis & transeunter attigerunt*, suffragia iactare possint. Etenim cum illi non tam aperte & perspicue de divinæ prædesti-

natio-

nationis ac gratiæ mysteriis disserueriot, quædam eorum dicta, quando nondum Pelagianis, ut idem lib. 1. coo. Iul. cap. 6. scribit, *litigantibus securius loquebantur*, veluti sibi faventia recentiores arripiunt, dimissis S. Augustini sententiis clarissimis, apertissimis, evidentissimis, eam ceteris Patribus postpositi Augustini causam, rationemque reddentes cum Adamo 3. par. Cal. destr. e. 16. pag. 760. *Hæ Augustini tenebræ me cogunt ad lucem alibi quærendam, quam in synodis & aliorum doctorum libris invenio*. Mira dicunt. Prnfecto non dicam obscure, sed non tam clare locuti dicendi suot alii Patres, qui de gratia *breviter & transennter* quædam solummodo attigerunt, non vero Augustinus, qui copiosissime ac fusissime in triginta & amplius libris de eadem gratia disputavit; ex brevitate enim obscuritas, ex copia vero sermonis claritas derivat. Sed Augustinum ceteris præponendum esse, ubi de divinæ gratiæ auxiliis agitur, tamquam supremum catholici exercitus Ducem vetustioris Ecclesiæ Patres tradidere. Canit S. Prnspercontra Ingratos cap. 3.

Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto
Iusanas pepulere feras, industria maior,
Maius opus, totum præstautius imbuit Orbem.

S. Fulgeotius Episcopus Ruspensis lib. 2. de Verit. prædest. & grat. cap. 17. ait: *Hæc itaque catholicorum Patrum Apostolicis institutionibus tradita permanet in Ecclesia sine dubitatione doctrina, quam Græci Latinique Pontifices Sancti Spiritus infusione firmati, uno atque indissolubili semper tenuere consensu. Iu qua beatus Augustinus indutus virtute ex alto abundantius illis omnibus laboravit: non autem ipse, sed gratia Dei cum illo. Ipsius enim ministerio Dominus uberiorem huius rei fidelibus suis instructionem præbuit* &c. Audiatur iterum proxime laudatus magnus ille Prosper, qui in præfatione contra Collatorem ait: *Viginti amplius aunis contra inimicos gratiæ Dei catholica acies huius viri ductu pugnat & vincit*. Forte Annatus respondebit cum suo Vasquezio 1. p. disp. 97. cap. 3. num. 20. *Fateor sane suspecta mihi esse testimonia Prosperi & Fulgentii, quod diligentissimi & exactissimi Augustini discipuli sint*. Audiat igitur ipsius Vasquii confessionem, quandn utriusque illius Patris *testimouia suspecta* sunt. Scribit bic in 1. p. disp. 90. capite 6. numero 37. *Quamvis nullus esset ex Patribus commemoratis, quem pro hac sententia de gratiæ necessitate ad singula opera bona moralia scholastici doctores allegare possent, in uno solo Augustino eiusque schola suæ opinionis præsidium libenter collocarent, eumque sibi sufficere merito arbitrarentur, quod unicus sit, qui dum agitur de gratiæ necessitate, sicut Sol inter reliquos præfulgeat*. Verum nos non ex Vasquio ista discimus, sed ex Romanæ ecclesiæ Pontificibus. Cum Iulianus adversus divinam gratiam scripsisset, S. Bonifacius Papa ab uno Augustino responsum postulavit. Cum Oriens ob Fausti Reiensis libros in partes divisus esset, S. Hormisdas ab Augustino eognoscendum scripsit, quid Romana sequeretur & servaret ecclesia. Galliis etiam per centum fere aonos iisdem disseosinnibus contusis Felix IV. ex unius Augustini libris sententiis desumptis pacem dedit. Nostro hoc etiam sæculo universa Europa exortis de auxiliis divinæ gratiæ litigiis in partes dilancinata, Clemens VIII. eas lites ad unius Augustini tribunal iussit agitari. Quibus sane Romaoi Pontifices non obscure sigoificaruot, in controversiis de divina gratia unius Augustini vestigiis nobis iohærendum esse. Nusquam tamen solus est Augustinus, sed secum ingens subsecutorum Patrum agmen trahit, nempe Prosperum, Fulgeotium, Cæsarium, Petrum diaconum, Patres Byzacenos in Sardinia exsules, Rhemigium, Prudentium, Anselmum, Bernardum, aliosve, qui S. Doctoris vestigia illis in controversiis sequuntur, qua quidem consideratione ruit ingens ille apparatus, quem Annatus libro primo per plura capita componit, quasi io aliqua sententia de gratia solitarius esse possit Augustinus. Sane Prosper & Fulgentius, qui de Semipelagianis triumpharunt, semper cum Augustino sunt, ita ut si ex una parte Augustinus duoque isti tantum sint, ex opposita vero longe plures Patres numerentur, quis non potius illi Patrum triadi inhæreat, quæ de Pelagiana hæresi triumphavit, neque citra temeritatem erroris accusari potest? Procul etiam hinc abeant illæ Mnrainii quærelæ in præfatinne ad orthodoxos: *Quid enim, si hæretici suis argutiis possent evincere, se non esse aperte ab Augustino damnatos, Ecclesiæ causa deserenda esset, & insufficiens foret omnium aliorum Patrum pro veritate consensus,*

quia Augustinus est necessarius? Iniqua certe esset Ecclesiæ conditio, cui Deus non unicum doctorem, sed doctores promisit, ut non circumferamur omni vento doctrinæ. Erras o bone vir, & toto ostio erras, numquam solus est Augustinus, & si quidpiam primus de prædestinatione dixit, iam non solus hoc dixit, tot subsecutis Patribus Augustini verba reddentibus, quæ adversarii non satis adnotarunt.

Quod vero addit Annatus, illis verbis Cælestini contra Semipelagianos: *Piissimis disputatoribus obviare præsumunt, & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur*, non unum Augustinum intelligi, sed etiam Hieronymum, imperite prorsus asseritur. Etenim Semipelagiani contra unum Augustinum loquebantur, quod solus illam de prædestinatione gratuita sententiam docuisset. Scribit enim Prosper ad Augustinum: *Ea quæ de epistola Apostoli Pauli Romanis scribentis, ad manifestationem divinæ gratiæ prævenientis electorum merita proferuntur, a nullo umquam Ecclesiasticorum ita esse intellecta, ut nunc sentiuntur, affirmant*. Non igitur una cum Augustino Hieronymus reprehendebatur a Semipelagianis. Immo ita Hieronymus de gratia contra Pelagianos scripsit, ut Semipelagianorum sententiam tenuisse quibusdam visus fuerit; nam lib. 3. Dialog. con. Pelag. ait: *Iustitia, labore, & industria, ac diligentia, & semper super omnia Dei clementia custoditur, ut nostrum sit rogare, illius tribuere quod rogatur, nostrum incipere, illius perficere, nostrum offerre quod possumus, illius implere quod non possumus*. Quæ quidem a Semipelagianis pro suo ipsorum dogmate accipi poterant, quorum sententia erat, ut verbis utar Prosperi con. Collat. cap. 8. *Ut boni salubresque conatus nequeant quidem proficere, nisi Deus adiuvet, possunt tamen, etiamsi non a Deo inspirentur, incipere*. Et sane Hieronymum cum Semipelagianis sensisse eo loci scribit Iansenius, durius locutum Vossius, & ante utrumque de Hieronymo aliqui dubitarunt apud Vasquium 1. p. disp. 91. cap. 8. Hieronymum vero pluribus conatur defendere idem Annatus, libro 7. A. V. cap. 12. cui subscribo, nam aperte ait, Dei clementia semel habitam gratiam custodiri; neque labor & industria solitarie, nempe sine gratia, intelligenda sunt, ut fusius discurrit idem recentior. Igitur Semipelagiani Hieronymo non obloquebantur, quem io sua ipsorum sententia esse suspicari poterant. Præterea Cælestinus ait, Semipelagianos adnixos *quiescentium fratrum memoriam dissipare*, & immediate laudat post illa verba Augustinum, concludens *resistendum* oblocutoribus. Unus igitur ibi defenditur Augustinus; nam si cum Augustino Hieronymus quoque eorumdem dictis lacerabatur, cur Pontifex de uno Augustioo laudes reddit, Hieronymo in angulum prorsus reiecto? Profecto Prosper, qui apud Cælestioum S. Augustini calumniatores detulerat, huiusce Cælestioi sanctionis, quam ipsemet impetrarat, mentionem faciens contra Collatorem cap. 42. ait: *Per hunc virum intra Gallias istis ipsis, qui S. mem. Augustini scripta reprehendunt, maleloquentiæ ast adempta libertas*. Augustinum tantum & a Massiliensibus reprehensum, & a Cælestino laudatum scribit, oihil de Hieronymo locutus. At recentiores Augustino illatæ a Semipelagianis calumniæ atque iniuriæ socium Hieronymum faciunt, non solatii gratia, sed ut Cælestiniani elogii pars tantum ad Augustinum devolvatur, altera Hieronymn reservetur. Porro Augustinum plurali numero magistrum ac doctorem ab apostolica Sede appellatum paulo inferius constabit, ubi de Felice IV. dicemus.

S. Gelasius Papa inter S. Augustini cultores numeratur, eumque non immerito Vasquius 1. p. disp. 91. num. 75. vocat *per omnia Augustinianum*. Ille igitur in epistola ad Episcopos per Picenum, uti libro 2. Histor. Pelag. cap. 17. observavimus, hæc scribit: *Adhuc maius scelus accrescit, ut sub conspectu & præsentia Sacerdotum beatæ mem. Hieronymum atque Augustinum Ecclesiasticorum lumina magistrorum musca moritura, sicut scriptum est, exterminans oleum suavitatis lacerare contenderet*. Sua hic glossemata appooit Annatus libro 1. cap. 8. *Ecce Hieronymus quoque lumen est magistrorum, sicut Augustinus testimonio Romani Pontificis*. Quis hoc inficias ibit? At multum interest, undenam adversus Pelagianorum tenebras magis Ecclesia illustretur plusque lnminis accipiat, ab Hieronymone an ab Augustino? Io Conventu Hierosolymitano

tano contra Pelagium producta fuit ab Orosio epistola S. Augustini ad Hilarium, itemque paulo post etiam in synodo Diospolitana, de qua re ita scribit S. Doctor lib. de Pecc. orig. cap. 10. hæc synodi verba referens: *Quoniam sanctus Episcopus Augustinus adversus discipulos eius in Sicilia respondit Hilario ad subiecta capitula scribens librum, in quo ista continentur* &c. Quo sane tempore Hieronymus iam ediderat epistolam datam ad Ctesiphontem contra Pelagium, & in Palæstina ipsa aderat, in qua synodus habebatur, mainremque ipsa præsentia ac sanctitatis fama auctoritatem sui nominis reddebat; & tamen Hieronymi epistola prætermissa, ad Augustinianæ epistolæ amussim Pelagius examinatus fuit. Obiicient recentiores Iohannem Hierosolymitanum Hieronymi hostem acerrimum: sed in Diospolitana synodo non præsidebat Antistes Hierosolymitanus, sed Eulogius Cæsareensis Palæstinæ Metropolita. Ut certe vel initio illarum disputationum satis apparuerit, unum Augustinum supra ceteros in Pelagiano bello validissimum ac strenuissimum ducem cælitus destinatum, ac talem Patrum synodis probatum. Sed quid nobilius ipso Hieronymi & testimonio & exemplo? Cum Orosius libros priores ab Augustino contra Pelagianos publicatos in Asiam ad Hieronymum detulisset, Bethleemiticus Pater doctrinæ copiam, eruditionis excellentiam, rationum momenta, integrumque opus admiratus, silentium sibi indixit, idque scripto coram Orbe universo publicavit in fine libri 3. Dialogorum, ubi loquens de libris S. Augustini contra Pelagium ait: *Alios quoque specialiter tuo nomini cudere dicitur, qui necdum in nostras venere manus unde supersedendum huic labori censeo, ne dicatur mihi illud Horatii*, in silvam ne ligna feras; *aut enim eadem diceremus ex superfluo, aut si nova voluerimus dicere, a clarissimo ingenio occupata sunt meliora*. Adeo vero Hieronymus religiose silentium postea coluit, ut ab Anniano eiusdem epistola ad Ctesiphontem impugnata, non modo defensionem nullam adornarit, sed per literas Augustinum ad illam confutandam hortatus fuerit, de qua re libro primo Histor. Pelag. cap. 19. fusius dictum est. Ille, inquam, Hieronymus impugnatus certamen recusa-

A vit, qui nec ab amicissimo olim Rufino impune se vel minimum perstringi passus est, sed editis apologiis illatas quasque calumnias propulsavit. Itaque cum Hieronymus in hoc stadio lampadem Augustino tradiderit, ab isto quoque unice lumen Ecclesia accepit, quo Orbem catholicum illustraret. Ex his patet etiam vanam esse illam Morainii vocem in præfatione ad orthodoxos: *Quid de Hieronymo? Eritne etiam ille Augustini discipulus, vel de Angelis inferioribus?* Non discipulus Augustini fuit, sed initio certaminis commilito, dein domi quiescens Augu-

B stiniensium præliorum ac victoriarum admirator extitit, toto belli onere in Augustinum devoluto. Gelasius quidem Hieronymum æque ac Augustinum laudat, quod Seneca ille hæreticus utrumque maledico dente proscindebat. Sicuti cum Cælestinus Pontifex unum Augustinum contra Semipelagianorum conatus nominatim defendit, unum illum ab iisdem fuisse impetitum intelligimus, non vero una cum Hieronymo, ut Annatus comminiscebatur. Ceterum Gelasius ea in epistola S. Augustini solius doctrinam atque dogmata, & quidem

C quæ recentioribus minime probantur, adeo perspicue tradit, ut vere dicendus sit per *omnia Augustinianus*, idque superius luculenter a nobis probatum est.

Succedit his S. Hormisdas Papa, qui uti libro 2. Histor. Pelag. cap. 19. narravimus, de libris Fausti Reiensis a Possessore Episcopo consultus, ubi hos ab Ecclesia minime receptos respondit, hæc addidit: *De arbitrio tamen libero & gratia Dei quid Romana, hoc est catholica sequatur & servet Ecclesia, licet in variis libris B. Augustini & maxime ad Prosperum & Hilarium abunde possit cognosci, tamen*

D *& in scriniis Ecclesiasticis expressa capitula continentur* &c. quo præconio S. Augustini doctrinam Ecclesiæ doctrinam declaravit. Recentiores tamen parum inde ponderis Augustinianæ auctoritati adiici putant, pravisque restrictionibus Hormisdæ testimonium limitant. Annatus libro 8. cap. 6. ait: *Postquam enim mittimur ad libros de Dono perseverantiæ & de Prædestinatione Sanctorum, qui scripti sunt ad Prosperum & Hilarium, hoc unum putare debemus pertinere ad Romanam & catholicam fidem, quod Augustinus intendit totis illis libris*. Addit duo ibidem

tan-

tantum intendi, initium fidei & usque A in finem perseverantiam in bono esse dona Dei. Hinc concludit pag. 905. *Ergo qui nos ad hos libros mittit summus Pontifex audituros, quid Romana, hoc est catholica doceat Ecclesia de gratia & libero arbitrio, discere nos hoc tantum iubet. Ergo si quæ alia intercurrant, dum hæc confirmantur ab Augustino, nec habeant necessariam connexionem cum iis, quæ potissimum intenduntur, non est mentis Pontificis, ut eis firmiter adhæreamus, si nihil aliud cogit, quia nec est mentis ipsiusmet Augustini*. Verum invidiosa ac præpostera prorsus hæc glossemata sunt. Quis enim nesciat, libros Fau- B sti præcipue, immo unice scriptos contra prædestinatinnem ante merita prævisa, totus enim in eo est, ut S. Augustini sententiam confutet. Hinc Petrus diaconus in fine lib. de Incarn. & grat. scribit, se cum monachis sociis anathematizare *libros Fausti Galliarum Episcopi, qui de monasterio Lirinensi provectus est, quos contra prædestinationis sententiam scriptos esse non est dubium*. Quare cum Hormisdas Fausti opus reprobet, ac e contra S. Augustini libros legendos inculcet, sententiam S. Augustini de gratuita prædestinatione illis in libris assertam probat, C quam tamen inter adiaphora Annatus reiicit. Reprobat Pontifex Fausti libros inscriptos de gratia & libero arbitrio: approbat vero ea, quæ de illa materia scribit Augustinus præcipue ad Prosperum & Hilarium. Itaque quæcumque theses de gratia & libern arbitrio positæ sunt ab Augustino, quibus adversarias opposuit Faustus, illas a Romana ecclesia servari ac defendi tradit Hormisdas. Sane invidiam redolet maximam, tam amplum testimonium ad duo tantum dicta coarctari. Sed Pontifex non illos duos tantum libros Augustini lau- D dat, sed *varios* Augustini libros, præcipue vero ad Prosperum & Hilarium datos appellat. Unde ibidem cetera etiam volumina Augustini approbantur; quidquid igitur in illis docet de gratia & libero arbitrio, hoc teste Hormisda Romana sequitur & servat ecclesia. Annatus vero quasi particula illa *maxime* idem esset ac restrictiva *solum*, duas tantum S. Doctoris sententias, quas præcipue stabilit in libris de Prædestinatione SS. & de Dono perseverantiæ, ab Hormisda confirmatas fingit. Non ita est, Annate, non ita: præter id quod in illis duobus libris, in aliis quoque *variis libris* de gratia & libero arbitrio Augustinus scripsit, hoc totum Romanæ ecclesiæ probatur.

Alia via contra Hormisdæ testimonium vadit Decamps lib. 3. de Hær. Iansf. disp. 1. cap. 4. nam cum Hormisdas dixerit capitula quædam de gratia & libero arbitrio in scriniis Ecclesiasticis contineri, hæc putat esse illas sententias, quæ epistolæ Cælestini Papæ ad Episcopos Galliæ annexæ leguntur. Porro has tantum ex Augustinianis libris esse ecclesiæ Rnmanæ probatas scribit. eius verba sunt: *Asserit Hormisdas, cognosci ex S. Augustini operibus posse, quid de gratia & libero arbitrio Ecclesia sentiat, quia nimirum in his acerrime defenduntur hæc ipsa capitula, quæ in scriniis Ecclesiasticis continentur, quæque epistolæ suæ Cælestinus intexuit. Quis umquam ex nobis istud negavit? fatemur in S. Augustini operibus illa ipsa contineri acriterque defendi, quæ ab Ecclesia contra Pelagianos sancita sunt. At negamus aliud nihil in eius libris reperiri, nobisque in hac parte Hormisdas suffragatur, dum collecta a Cælestino capitula appellat, in quibus diserte traditur, profundiores quæstiones, quæ ab Augustino contra Pelagianos dimicante latius pertractantur, ab ecclesia Romana non fuisse comprobatas.* Verum quis Ecclesiastica scrinia Decampsio reclusit, ut tam confidenter scire potuerit, Hormisdam nomine capitulorum illas Cælestini sententias intellexisse? Unde novit ex universa S. Augustini doctrina nnvem solummodo Cælestini capitula in Ecclesiasticis scriniis fuisse seposita? Scimus S. Leonem magnum, qui tertius a Cælestino Pontifex sedit, in epistola ad nostrum metropolitam Aquileiensem duo integra capita ex libro S. Augustini contra Pelagianos ad verbum exscripsisse. Cur non ista pariter Hormisdas appellat? Scimus S. Gelasium Papam ad Honorium Episcopum contra Pelagianos scripsisse, atque mentionem quorumdam capitulorum fecisse: *De quibus*, inquit, *ii, quos tua caritas destinavit, si plenius instrui voluerint, sequentes titnli cum suis responsionibus intimabunt*. Quare Hormisdas hæc insinuata a Gelasio capita non intellexit? An nil aliud statuisse Gelasius credendus est, quam illa, quæ sub nomine Cælestini vulgata sunt? Quis hoc sine teste dicenti credat? Scimus eumdem Gelasium in epistola ad Epi-

Episcopos per Picenum tres quatuorve S. Augustini sententias, ut superius ostendimus, inculcare, quas recentiores reprehendunt, ac furenti contra Pelagianos Augustino excidisse comminiscuntur; unde credibilius est, has quoque inter illos titulos a Gelasio connumeratas, quam illas tantum Cælestini. Scimus Felicem IV. ad Patres Arausicanos ex S. Augustini libris excerptas de divina gratia sententias contra Semipelagianos transmisisse, & hæ quidem in XXV. canones digestæ sunt: inveoitne Pontifex omnia illa asserta in Ecclesiasticis scriniis, vel cum illa tantum novem a Cælestino selecta reperisset, novis ex Augustiniano thesauro divitiis scrinia Ecclesiastica locupletavit? Quid dicitis o novi antiquarum Romanorum Pontificum constitutionum interpretes?

Sed quod de Felicis IV. capitulis mentio incidit, ex libro secundo Hist. Pelag. cap. 23. recolendum est, Romanum Pontificem ad lites de auxiliis divinæ gratiæ per centum fere annos Gallias turbantes apostolica auctoritate sopiendas, vigintiquinque sententias ex libris S. Augustini decerptas ad sanctum Cæsarium Arelatensem transmisisse, ipsi ceterisque Galliæ Episcopis subscribendas. Quis porro non intelligat, quantum en facto honoris incrementum Augustino additum sit, cum quæ prius illius voces fuerant, in Romanorum Præsulum ac synodorum oracula transierint? At hic rursus pulverem excitant recentiores, quo tanta Augustino delatæ auctoritatis gloria obscuretur. Clamat Annatus cap. 6. pag. 903. *Et Felix, quem etiam referunt Baiani inter approbatores Augustini, propterea quod canones Arausicanæ synodi extractos ex libris Augustini & ipsius etiam verbis conceptos ad Episcopos Galliæ miserit, extractione illa monstravit, quid esset necesse ab omnibus recipi ex universa illius doctrina, nempe id, quod canonibus illis exprimitur, permissa lectoribus iudicii libertate circa ceteras, quæ intercurrunt, controversias.* Belle ac bene. Igitur non novem solummodo Cælestini sententiæ ex Augustinianis libris approbatæ sunt, quod ad nauseam usque inculcatis, sed tot insuper alia dogmata, oempe XXV. quibus refragari piaculum sit. Sed reclamat Annatus ibidem: *Ergo vi huius approbationis nulla fieri debet controversia iis, qui capita*

A *illa selecta recipiunt, etiamsi alia quædam reiiciant.* Nolo hic disputare, an recentiores ita canones Augustinianos Arausicæ firmatos recipiant, quin violentis quandoque interpretamentis eisdem vim inferant, unde ab eruditis iure reprehenduntur. Mitius vobiscum agam. Quod Arausicanos canones, ut libet, ut lubet explicatis, nullam vobis quæstionem facimus, sed quod alia Augustini dogmata reiiciatis, pati nullo modo possumus, atque contra vos accusationem paramus, non quod apostolici decreti, sed quod exempli contemptores sitis. Enim vero
B si universas lites de divina gratia in Galliis exortas apostolica Sedes ex unius Augustini doctrina componendas duxit, insigne posteris exemplum edidit, ut si quando eadem in causa de gratia iterum litigia erumperent, ad eiusdem S. Antistitis doctrinam confugerent, ex Augustini libris sententiam audirent, uni Augustino adhærerent, quod a Clemente VIII. veteri religione novoque exemplo præstitum fuit. Quare cum adversarii in plerisque recens exortis de divina gratia controversiis stare se contra Augustinum profiteantur, Felicis IV. iudicio refragari,
C eiusdem exemplum parvi facere, atque alia prorsus via ab Augustiniana ad veritatem eosdem repere, nemo non videt.

Doluere tamen recentioribus oculi, cum per Felicem IV. & Arausicanam synodum tantum honoris Augustinianæ doctrinæ delatum videre; quare glossematum ruderibus illum obruere pertentant, dicentes Ecclesiam in synodis Augustini sententiis usam fuisse *non ex necessitate, sed ex auctoritate, uti magistram, non uti discipulam.* acutum Adami commentum cap. 9. pag. 653. Vide quomodo se ipsam strangulet hæc responsio. Inten-
D dit adversarius S. Doctoris auctoritatem imminuere, & eamdem auget quam maxime. Nemo miratur, eum videt discipulum magistri voces reddere; at magistrum sententiam dicturum, non nisi discipuli ore loqui velle, hoc plane mirabile censetur, atque in discipuli eximiam excellentiam venit. Synodi ac Romani Pontifices sanctorum Patrum sententias semper secuti sunt, ut ex traditione Ecclesiæ credenda orthodoxis proponerent. Colligitur hoc ex epistola S. Leonis ad Leonem Augustum, ubi pluribus sanctorum Patrum testimoniis adductis, inter

quæ

quæ etiam *Sancti Augustini Episcopi Hipponensis* plura numerantur, concludit: *Hæc nos sequi verba debemus; his nos convenit obtemperare dogmatibus*. In Calchedonensi synodo act. 1. post recitatam fidem concilii Nicæni Patres dixere: *Necessarium visum est sanctorum & catholicorum Patrum proferre testimonia, quæ possunt satisfacere, quemadmodum eam intellexerunt, & prædicare confisi sunt, quatenus ex manifesto & omnes rectam & immaculatam fidem habentes sic & intelligant & interpretentur & prædicent eam*. Et act. 2. statim post initium: *Docuerunt enim Patres, & in scriptis custodiuntur, quæ ab eis sunt exposita, & citra ea dicere non possumus*. Et act. 5. *Sequentes igitur sanctos Patres* &c. S. Agatho Papa in epistola ad Constantinum Imperatorem, quæ habetur in VI. synodo act. 4. adversus Monothelitas, sanctorum Patrum testimoniis productis, ubi laudatur Augustinus tamquam *veritatis prudentissimus prædicator & præstantissimus doctor*, hæc habet: *Ecce piissime Domine fili, sanctorum Patrum testimoniis tamquam radiis spiritalibus Ecclesiæ catholicæ atque apostolicæ doctrina illustrata est* &c. Ubi etiam scribit, damnandos Monothelitas tamquam *non sanctorum Patrum pedissequos*. At actione 10. omnia illa Patrum testimonia in synodo relecta sunt, & cum libris Constantinopoli existentibus collata; & act. 8. synodus literis Agathonis consensum dedit, quod sanctorum Patrum doctrinæ conformes essent. Unde Georgius Antistes Constantinopolitanus dixit: *Scrutans sanctorum ac probabilium Patrum, qui repositi sunt in venerabili Patriarchio, inveni cuncta testimonia sanctorum ac probabilium Patrum, quæ in eisdem suggestionibus continentur, consonantia & in nullo discrepantia a sanctis ac probabilibus Patribus, & consentio eis, & sic confiteor & credo*. Quam sententiam ceteri ibidem subscripsere. Possent infinita ad hoc demonstrandum testimonia adduci, in quibus *ex necessitate* synodi sanctorum Patrum doctrinam se amplecti ac sequi professæ sunt.

At inquies, loqui te de uno Augustino, non de omnibus Patribus, hos enim idem concordi sententia docentes necessario in synodis Ecclesia sequi debet, quippe quæ ex Patrum traditione dogmata definit, non vero privatum Doctorem, qualis est Augustinus. Sed neque hoc te effugium iuvat. Nam dum contendis Felicem Papam & Arausicanos Patres unius Augustini sententias secutos esse *ex auctoritate, non ex necessitate*, quæso te, vel secuti sunt Augustinum contra alios Patres docentem, vel cum aliis Patribus idem sentientem? Si primum dicas: id non *ex auctoritate* fecere; nam non potest privata unius hominis sententia tamquam de fide definiri, si constet universos Patres oppositum tradidisse; potest tamen ob summam unius sancti Doctoris excellentiam iudicium suspendi, ac neutra sententia definiri, quod de privata Augustini opinione de simultanea rerum creatione recentiores affirmant. Si vero alterum eligas: iam vides ex necessitate approbandam esse sententiam ab omnibus Patribus assertam, si ea de re rectum iudicium dandum sit. Præterea Ecclesia de controversiis fidei sententiam dictura, *ex necessitate* illam partem, in qua veritas est, definire debet, cum falsitatem inter dogmata fidei referre nullo modo possit. Quare cum Felix & Arausicani Patres S. Augustini sententias uti catholicas definierint, *ex necessitate* eas secuti sunt, ut oppositas Semipelagianorum opiniones erroneas sequi minime potuerint. Felix quidem potuit Augustini sententias ad verbum non exscribere, uti exscripsere Prosper, Fulgentius, Prudentius, aliique ex Augustiniana schola Doctores, sed non potuit sensum earumdem ex necessitate non tradere, cum iam illas ante concilii definitiones veras fuisse certum sit, cum nisi id quod verum est, possit ab Ecclesia definiri.

Eadem facilitate refutatur quod addunt, synodum Arausicanam Augustini sententias adhibuisse *uti magistram, non tamquam discipulam*. Profecto mirum dicunt, dum volunt Arausicanos Patres, qui integro ab Augustini morte sæculo vixere, Augustini magistros esse potuisse, a quibus ille nec iota quidem doceri potuit. Sane magister ille est, qui docet, discipulus, qui docetur; & qui hoc nescit, mirum si discipulus non modo fuerit, sed vel esse potuerit. Qui vero doceat, qui doceatur, Augustinus ne, an Arausicana synodus, vos videtis. Olim quidem Augustinus Ecclesiæ discipulus fuit, ac talem se profitebatur, dum ad Bonifacium Papam scribebat,

mitte-

mittere ſua ſcripta non tam diſcenda, *quam examinanda, & ubi forſitan aliquid diſplicuerit, emendanda*. lib. 1. contr. duas epiſt. Pelag. ad Bonif. cap. 1. Ceterum quod a Deo illuminationis gratiam ad docendum aſſecutus eſt, ut ait S. Fulgentius, & unus univerſas Pelagianorum machinas perfregit, tantum illi Eccleſia detulit, ut ipſius Eccleſiæ per apoſtolicam Sedem magiſter conſecratus fuerit. Hinc Cæleſtinus in epiſtola toties a recentioribus inculcata Auguſtinum *magiſtrum noſtrum* honoris cauſa nuncupat, Gelaſius in epiſtola ad Honorium eumdem *Eccleſiæ magiſtrum* dicit, & Iohannes II. ut mox dicemus, de Auguſtino ſcribit: *Cuius doctrinam ſecundum prædeceſſorum meorum ſtatuta Romana ſequitur & ſervat eccleſia*. Profecto ſi eccleſia Romana Auguſtini doctrinam ſequitur, Auguſtinus eiuſdem eccleſiæ magiſter dicendus eſt, uti diſcipulos S. Thomæ aut Scoti eos appellamus, qui eorumdem doctorum ſententias ſequuntur. Cur autem hoc mirum videatur? Nonne olim magnus ille Aquinas inter tyrones in ſcholis ſedit, qui poſtea ſummus ſcholaſticorum magiſter evaſit? Laudati Antiſtites, dum in ſynodo Calchedonenſi & Conſtantinopolitana ſanctos Patres ſequi ſe dicebant, eorumdem ſe diſcipulos profitebantur, quorum doctrinis ſeſe inſtruendos tradebant: illi igitur Leones, Felices, Athanaſii, Hilarii, Auguſtini, Cyrilli, Gregorii, aliive, quos ibidem producunt, ſynodorum magiſtri fuere. Quare cum Arauſicanum concilium unum Auguſtinum ſecutum ſit, unum Auguſtinum magiſtrum habuit.

Inter S. Auguſtini encomiaſtas merito numeratur etiam S. Iohannes II. in epiſt. 3. ad Senatores: *S. Auguſtinus*, ait, *cuius doctrinam ſecundum prædeceſſorum meorum ſtatuta Romana ſequitur & ſervat eccleſia*. Quibus verbis Pontifex non ſolum S. Auguſtini doctrinam conſecravit, ſed etiam eamdem antiquitus a ſuis deceſſoribus approbatam fuiſſe affirmat. Sed en ſtatim recentiorum interpretationes. Audi Decampſium lib. 3. cit. diſp. 1. cap. 4. num. 12. *Cum igitur in hac epiſtola nec de S. Auguſtini doctrina contra Pelagianos agatur, nec ullus ex libris appelletur, quibus eos impugnavit, cur inde Ianſeniani ſpeciatim colligunt, ita probari ab apoſtolica Sede quæcumque in Auguſtini operibus continentur, ut ab his vel tantillum recedere ſit nefas?* Addit Moraines diſp. 12. Antiianſ. num. 50. *Quæ addit ex Iohanne II. & Clemente VIII. præcedentibus ſimilia ſunt, nihilque amplius probant. Tantum enim affirmant eccleſiam Romanam ſervare & ſequi doctrinam Auguſtini ſibi quaſi dotem relictam, quam tamen non in omnibus ſequitur* &c. hæc illi. Scimus eam S. Iohannis epiſtolam eſſe contra Neſtorianos, non Pelagianos; ſed ſcimus quoque Neſtorianos ex Pelagianis prodiiſſe, utroſque mutuo ſe foventes apud Epheſum condemnatos, utrique hæreſi idem a Proſpero epitaphium ignominiæ cauſa inſcriptum. Opponimus tamen Iohannem inibi ea S. Doctoris volumina laudaſſe, quibus non tantum auctoritatis ineſt, quantum tributum eſt ab apoſtolica Sede libris contra Pelagianos ſcriptis. Cum enim in illis ceteros poſt ſe longo intervallo reliquerit, in iſtis ſe ipſo quoque maior evaſit; unde ſi Auguſtinum Romana eccleſia docentem ſequitur, ubi minori laude ornatus fuit, eidem religioſius adhærebit, ubi tot Romanorum Præſulum encomiis exceptus fuit. Romana eccleſia non ſolum Auguſtinum docentem inaudit, ſed impugnatum defendit, ut illa Auguſtini auctoritatem propugnante, oleum & operam perdituri ſint recentiores, qui contra eamdem inſurgunt.

Clementis vero VIII. decretum, quo univerſas de auxiliis divinis controverſias ad tribunal S. Auguſtini expendendas iuſſit, quo olim recentiores preſſi ſunt, hiſce modo ſtrophis eludunt: *Nam quod*, inquiunt, *obiicere aliqui ſolent, Clementem VIII. iuſſiſſe tempore diſputationum de auxiliis, ut Auguſtini potiſſimum ſententia exquireretur, facile ſolvitur. Neque enim id præcepit eo præiudicio, quaſi nefas duceret ulla in re diſſentire ab Auguſtino, repudiata etiam Cæleſtini diſtinctione illa inter propoſitiones, quas eſſet & quas non eſſet neceſſe adſtruere. Neque idem eſt velle, ut diſputantes Auguſtini ſententiam inquirant, & velle omnino, ut in omnibus eam ſequantur*. Rurſus: *Inquirenda fuit Auguſtini ſententia, ut intelligeretur, utrum ea quæ diſputabantur, tangerent conſtituta iam dogmata necne, an potius ſpectarent ad quæſtiones indifferentes. Adde, cum conſtet ex mente S. Bonaventuræ Auguſtinum aliquando minus voluiſſe & plus dixiſ-*

ſe, fuiſſe cur iuberet ſummus Pontifex, ut eius ſententia inveſtigaretur, nempe ut retineretur quod perſpicuum eſſet illum voluiſſe, non autem quidquid conſtaret eum dixiſſe. Annati verba ſunt libro 8. cap. 4. in fine. Nullus hucuſque dubitavit in ſeſſionibus de auxiliis coram Clemente VIII. celebratis Molinæ doctrinam ad Auguſtinianæ doctrinæ amuſſim vocatam. Interim audiant Paulum Leonardum vere Scerlogum in Apologia ſcientiæ mediæ par. 2. num. 39. *Equidem*, inquit, *in diſputationibus Romæ agitatis coram ſanctitate Clementis octavi & Pauli V. ſæpe & diligenter interrogatum eſt de mente S. Auguſtini, quod eo ſpeciatim in genere quæſtionum exploratum eſſet, ab iis optima proferri, cui tantus divinæ gratiæ Hyperaſpiſtes faveret. Quare anno* 1602. *tractatum:* Quis maiores vires ad bonum libero arbitrio tribuat? An Auguſtinus? an Molina? *Continetur ille articulus ſeptem quæſtionibus, in quibus ſingulis de mente Auguſtini diſceptatur cum Molina* &c. *De quibus liquet altercationis pæne omnem ſcopum, quidnam Auguſtinus ſentiret?* Compendio res ageretur, ſi liceret acta illa Congregationum, vel integram Clementis VIII. Orationem, quam diſputationibus illis præmiſit, recitare. Sed quando recentiori Romano decreto id vetitum eſt, cum diſpendio cauſæ, quam defendo, neceſſariam defenſionem omitto. Et quidem plus forte ceteris meliora dicere poſſem, cum legerim omnia MSS. Gregorii Nugnii Coronel Auguſtiniani Luſitani, qui memoratarum Congregationum fuit a ſecretis. Pio ſilentio religioni lito. Repetam tamen fragmentum laudatæ orationis Clementis VIII. quod ſuo Euchologico a Congregatione ſuprema S. R. Inquiſitionis approbato inſeruit P. Macedo inter elogia Pontificum, quæ recitat ad diem 28. Auguſti pagina 406. *Quamvis*, inquit, *niſi Deo rationem reddere debeam mearum actionum, dicam tamen in præſentiarum rationes, propter quas adſtringere ſtatui totam hanc diſputationem ad normam doctrinæ S. Auguſtini de gratia. Prima eſt, quod ſi teſte B. Proſpero fere initio libri contra Collatorem, viginti annorum ſpatio acies catholicæ Eccleſiæ ita dimicavit pro gratia contra Pelagianos, ut tandem Auguſtino duce vicerit, oportet etiam ut in cauſa conſilii eumdem ducem agnoſcamus & ſequamur.*

A *Secunda eſt, quod idem Sanctus nihil videtur prætermiſiſſe eorum, quæ ad præſentes controverſias pertinent* &c. *Tertia tandem ratio eſt, quod cum multi Pontifices & prædeceſſores noſtri doctrinæ S. Auguſtini tam acres fuerint aſſertores ac vindices, ut quaſi hæreditario iure eam in Eccleſia relinqui voluerint, æquum non eſt ut patiar illam hac hæreditate privari.* Orationem hanc ipſius Clementis manu exaratam oſtendit nobis Illuſtriſſimus D. Philippus Vicecomes Mediolanenſis, Epiſcopus Catacenſis, quod etiam teſtatum reliquit in notis MSS. ad cap. 4. lib. 8. Auguſtini vin-

B dicati, quod volumen apud me eſt.

Non poſſum hic non indignari Annato, qui illis in diſputationibus de auxiliis, non ſuum Molinam, ſed noſtrum Auguſtinum in examen vocatum fingit, nam eas ſeſſiones habitas ſcribit: *Ut Auguſtini ſententia inveſtigaretur, nempe ut retineretur quod perſpicuum eſſet illum voluiſſe, non autem quidquid conſtaret eum dixiſſe.* Qua ſane ratione ſanctus Doctor, quem apoſtolica Sedes cauſæ id temporis agitatæ iudicem pronuntiavit, ſuis e libris ſententiam dictorum, ab Arnato examini tunc ſubiectus fuiſſe dicitur,

C hac de eodem ſententia pronuntiata, *ut retineretur quod perſpicuum eſſet illum voluiſſe, non autem quidquid conſtaret eum dixiſſe.* Quod, ut ibidem ait, aliquando Auguſtinus per exceſſum locutus eſt, qui quidem exceſſus in illis diſputationibus *ne retineretur*, Clementi VIII. ſententia fuit. Hoc autem quid aliud eſt, quam Auguſtinum ex iudice reum facere? Neque ſecus ſentire Annatum iudico, clamat enim in fine cap. 2. pagina 864. *Sepelienda ſcholaſtica eſt, ut nunc regnet Auguſtinus, an Auguſtinus legendus ad lucem ſcholaſticæ, & ad eius amuſſim exi-*

D *gendus?* Neutrum nobis in votis eſt, ſed vigere ſcholaſticam optamus, eamque ad Auguſtini amuſſim exigi, & non e contra, ut ipſe contendis. Perſpicua eſt Clementis ſententia, ſe velle exigere lites ſcholaſticorum de auxiliis *ad normam doctrinæ S. Auguſtini*, quibus quam belle conſonas, nemo non videt, dum Auguſtini doctrinam ad ſcholaſticorum *amuſſim exigis*. Profecto Magiſter ſententiarum, qui primus ſcholaſticam in methodum deduxit, ex Patrum ac Auguſtini præſertim ſententiis illam conflavit; unde eccleſia ipſa Romana inter

precum

precum officia, quæ Auguſtini die feſta perſolvit, ait de eodem: *Quem in primis ſecuti ſunt, qui poſtea Theologicam diſciplinam via & ratione tradiderunt*. Igitur ſcholaſtici ad Auguſtinianæ doctrinæ amuſſim ſuas ipſorum ſententias exegerunt, neque veteribus illis eiuſdem diſciplinæ viris principibus verbum ullum contra Auguſtinum excidit. Secus recentioribus viſum eſt, quorum uous Moraines in præfatione ſui Antiiaoſenii ait: *Qui prius Auguſtinum in omnibus depoſcebant iudicem, nunc ſibi liberum putant, ne quidem arbitrum bonorarium in aliis illum admittere*. Heu quam ima ſummis atra dies miſcuit! Auguſtinum olim Clemens Pontifex in controverſia de auxiliis iudicem conſtiruit, modo autem receotiores, ut palam fateri non erubeſcunt, eumdem *ne quidem arbitrum bonorarium admittunt*. Et illi quidem exceſſus, aotilogias, errores obiiciendo noo modo S. Doctorem ſuſpectum iudicem publicant, ſed veluti reum traducunt, ut loogioris huiuſce defeoſionis ioſtirueodæ neceſſitatem nobis impoſitam oemo negaverit. Et hoc quid aliud eſt quam Auguſtinum ex catbedra, ioqua ab apoſtolica Sede poſitus fuit, arqoe ex eadem cæleſtes doctrinas ediſſerens hucuſque ſumma religione a carbolicis tamquam orthodoxi dogmatis magiſter auditus fuit, violenter extrabere? O ſuperi, mites animos.

Sed quid de recentiſſimo Alexandri VII. elogio, quo deceſſorum veſtigiis iohærens S. Auguſtini doctrinam conſecravit, recentiores blaterent, exponendum eſt. Cum Pater Chriſtianus Lupus Auguſtinianus inſignis Doctor Lovanienſis Roma in Belgium profecturus eſſet, Alexander laudatus literas eidem ad ſaeram Theologicam Lovanienſium Facultatem deferendas tradidit. Porro ibidem paternum erga benemeritos filios amorem teſtatus, ad S. Auguſtini eiuſque diſcipuli S. Thomæ doctrinam, ut eo uſque ſumma cum laude fecerant, novo utique ſancto Doctori elogio inſcripto tenendam defendendamque animavit. *De reliquo*, inquiens, *non dubitamus, vos pro ſingulari ſcientiæ pietatiſque ſtudioſam & incorruptam, qualem tot apoſtolicæ Sedis declarationes & ſanctorum Patrum traditiones requirunt, doctrinam ſemper amplexuri, & adverſus orthodoxæ religionis boſtes*

A *ſtes defenſuri ſitis, nec non præclariſſimorum Eccleſiæ Doctorum Auguſtini & Thomæ Aquinatis inconcuſſa tutiſſimaque dogmata ſequi ſemper, ut aſſeritis, ac impenſe revereri velitis. Quorum profecto ſanctiſſimorum virorum penes catholicos univerſos ingentia & omnem laudem ſupergreſſa novi præconii commendatione non egent* &c. *Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die* 7. *Auguſti* 1660. *Pontificatus noſtri anno VII.* Profectus Roma Lupus ac Piſauro tranſiens, ubi apud noſtrates ſcholæ Theologicæ id temporis præfectum agebam, quantum ſecum in B Belgium theſaurum ferret, mihi ſignificavit: ubi vero Lovanium venit, ac Pontificias literas Tbeologorom Senatui tradidit, mirum eſt quanta eaſdem lætitia univerſi & ſinguli exceperint. Indictum Theologicum inſtitium, publicum in gratiarum actionem ſacrum intimatum, ac pro incolumitate beneficentiſſimi Pontificis imperata ſupplicatio. Edicti a Decano Uoiverſitatis publicati excerptum exhibeo: integrum donat P. Gabriel a S. Vincentio mox mihi laudandus. *Ut interſint ſolemni Miſſæ per eamdem Facultatem ibidem celebrandæ* C *pro longæva incolumitate ac felici regimine ſanctiſſimi D. N. Alexandri divina providentia Papæ VII. qui præter alia paternæ ſuæ erga eamdem* Academiam *benevolentiæ argumenta apoſtolico reſcripto in forma Brevis ad eiuſdem preces eam decorare dignatus eſt, quo ſanctiſſimos Auguſtinum & Thomam Aquinatem ſcholæ Facultatis patronos & magiſtros uti præclariſſimos Eccleſiæ catbolicæ Doctores deprædicat, eorumque dogmata tamquam inconcuſſa tutiſſimaque, & proinde ſemper ſequenda & impenſe reverenda commendat, ſubiungens penes catbolicos univerſos ingentia & omnem lau-* D *dem ſupergreſſa nomina eorumdem Sanctiſſimorum novi præconii commendatione non egere* &c. *Datum* 6. *Novembris anni* 1660.

Hæc quidem quantum lætitiæ ſinceriſſimis S. Auguſtini diſcipulis ingeſſere, tanrum mœroris, non enim dicam iovidis, ſed pridem erga Auguſtioum non tam bene animatis ioculerunt. Erenim nonnulli in furorem veluti acti in impias haſce voces erupere: *Laudatum Breve per Diabolicam machinam fuiſſe impetratum*. Horum teſtis eſt ipſemet Chriſtianus Lupus in epiſtola apologetica de Attritione & contritione cap. 5. ad accu-

fat. XI pag. 49. quam Lovanii edidit anno 1667. mihique, uti est mei amantissimus, honoris gratia nuncupavit. Cui nam voces adeo inverecuodæ exciderint, designat Vincentius Baronius par. 4. suorum Opusculorum libro 1. sect. 2. art. 5. §. 1. Alter vero recentior de laudato Alexandri elogio scribit, summum Pontificem *uumquam breve illud privatum vidisse*. Id autem testatur se a viro sui sodalitu accepisse, & quo maiorem dicto fidem faciat, ait: *Sincere affirmo ac sancte iuro*. Hunc etiam scriptorem ominare nolo, quod magnum patronum habeat, cuius ipse etiam patrocinio lætor; illum tamen pluribus impugoavit vir doctissimus P. Gabriel a S. Vincentio in libro de Remediis ignorantiæ disp. 14. dubio 9. num. 149. ioquiens: *Cardinalis Nerlius tuuc temporis Secretarius Brevium dixit cuidam viro gravissimo, quod hoc Breve ipse composuit ex commissione dicti Alexaudri VII. & quod Pontifex illud attente legit, & sigillum dedit, ut eo signaretur, & ad dictam Uuiversitatem Lovaniensem mitteretur. Et iste vir gravissimus sic tacto pectore testificatus est*. Hæc quidem P. Gabriel literis cousignavit, ac paulo post e vita discessit summo sui desiderio relicto; erat enim Carmelitici rigidioris disciplinæ instituti ornamentum, acceptus in primis Clementi X. Pont. Opt. Max. Vivet ille æternum de Augustini doctrina benemeritus, cuius glorioso nomini Theologicum volumen nuocupavit. Sciant recentiores Alexandrum VII. e nobilissima Chisiorum gente prodiisse, cui perpetuum erga Augustini nomen obsequium hæreditarium est, ita ut a trecentis & amplius annis unum semper in Chisiis appellari voluerit Augustioum. Non alium huius mei dicti testem, quam ipsummet Alexandrum volo, qui in frequentissimo Purpuratorum Patrum atque Antistitum Senatu agens de decernenda Thomæ Villanovani apotheosi, Regis Hispaniæ, plurimorum Priocipum, atque populorum cum Augustiniana familia obsecrationibus, queis ad id movebatur, recensitis hæc addidit: *Tum vero (confideuter dicimus) nostra erga D. Augustiuum sanctissimum Theologiæ magistrum a maioribus secundum carnem per mauus quasi tradita, & peculiaris ab adolescentia erga hunc eius alumnum veneratio* &c. Hæc taoti Pontificis hæreditaria erga *sanctissimum Theologiæ magistrum* devotio omnibus nota erat; unde in eodem consessu Franciscus Albitius Purpuratorum Patrum decus, eximiæ eruditionis Princeps, ac nostro præconio maior, sententiam rogatus dixit: *Protractus est*, Beatissime Pater, *uou sine Spiritus S. instinctu rei arduæ atque difficillimæ exitus, ut a Sanctitate vestra, quæ patronum & protectorem aguoscit Augustiuum, filius Augustini in Sanctorum uumero collocetur*. Ego quidem pluribus illius recentioris dicta consutaveram, quæ tameo magni viri imperio iussus omitto; adeo enim absurda sunt, ut satius sit, eadem silentio obducere, quam prolixiori impugnatione latius diffamare.

Ex actis Canoniz. S. Thomæ Villanov.

CAPUT VII.

Augustinianæ doctrinæ contra Pelagianos per Sedem apostolicam approbatio a recentiorum pravis interpretamentis defenditur.

HUcusque nobiliora Romanorum Præsulum testimonia de Augustinianæ doctrinæ cootra Pelagianos excellentia a sinistris recentiorum oppositiooibus viodicavimus, singula Pontificum elogia Augustino integra adstruentes: modo quid homines illi Augustini approbationi per Ecclesiam universim obiiciant, videndum est. Levi id quidem brachio retentabo; nam illorum consilium imitatus, qui civilia inter hostes bella serunt, quo domesticis dissidiis eoervatos nullo postea negotio suppediteot, Antiaugustinianis domesticos testes opponam, & pila minantia pilis. At non illos quidem novitiis istis pares, sed longe superiores, quibus loquentibus oedum assurgant, sed penitus obmutescant, nempe Suarium & Vasquium. O quanta scholæ nomina! Itaque in hoc certamine sedebo, duobus illis ducibus pro meo Augustino io aciem contra nuperos adversarios descendentibus.

Eia age, quid de Augustinianæ doctrinæ per Ecclesiam approbatione Annate sentis? si quæ adversus eam habes, libere profitere. *Obiicimus primo*, ait libro 8. cap. 6. pagina 902. *Vel ita est consecrata, ut Augustinus e numero scripto-*

rum

rum non canonicorum extractus transierit in numerum canonicorum, vel non. Si primum: errat totus Christianismus, qui contrarium sentit non modo a tempore scholasticorum, sed a mille ducentis annis. Si secundum: ergo illa omnis Ecclesiæ approbatio relinquit adhuc Augustinum intra numerum scriptorum fallibilium, quibus sine cuiuspiam iniuria repugnare liceat. Sed iam olim huic obiectinni satisfecerat non Baianus aliquis, sed strenuus Baii oppugnator Suarius, cuius sane responsionem poteraot domi legere. Cum Suarius proleg. 6. de Gratia cap. 6. num. 15. citasset hæc S. Prosperi verba in laudem Augustini: *Tu autem dilectissime & venerandissime mihi frater, si vere de bis quæstionibus instrni desideras, sicut desiderare te convenit, ipsis B. Augustini disputationibus cognoscendis impende curam, ut in confitenda Dei gratia defæcatissimam ac saluberrimam evangelicæ apostolicæque doctrinæ intelligentiam consequaris*, hæc scribit: *Non tamen dicit, Augustiuum apostolice scripsisse, quia vel scriptor canonicus fuerit, vel quia infallibilem habuerit Spiritus S. assistentiam in scribendo, sicut Apostoli habuerunt, hoc enim alienum a sensu Prosperi & totius Ecclesiæ est; sed dicit apostolice scripsisse, vel quia suam de gratia doctrinam ex Apostolo Paulo præcipue sumpsit, & validissimis eius testimoniis illam confirmat, vel certe quia tam vere ac fideliter de gratia scripsit, ut apostolica Sedes Augustini doctrinam in his, quæ ad dogmata pertinent, suam effecerit ac probaverit*.

Pergit Annatus: *Obiicimus 2. eosdem illos summos Pontifices, qui doctrinam Augustini approbarunt, ea seposnisse, quæ necessaria illis visa sunt; alias autem quæstiones intercurrentes uec contemnere, nec adstruere voluisse. Hoc enim Cælestiuus aperte significavit, ut retulimns antea* pag. 903. Idem Suarius recensita Cælestini restrictione, quam tamen oegat esse Cælestini, ut dicam, totus Augustino adhæret hæc scribens: *Nihilominus tamen etiam in his posterioribus de prædestinatione quæstionibus auctoritas Augustiui maxima est propter alias rationes suprafactas, & ideo semper a nobis ceteris præferetur*.

Sed reclamat adversarius: *Obiicimus tertio approbatam fuisse Augustini doctrinam simul & aliorum sanctorum Patrum, unde sequitur cadere approbationem hanc in id, quod est Augustino cum aliis Patribus com-*
A *mune, non in id, quod est proprium, si quid tale sit*. ibidem. Sed hocce telum Augustinum clypeo protegens Vasquius excepit 1. 2. disp. 190. cap. 6. num. 37. *Quamvis*, inquit, *nullus esset ex Patribus commemoratis, quem pro hac sententia de gratiæ necessitate ad singula opera bona moralia scholastici doctores allegare possent, in uno solo Augustino eiusque schola suæ opinionis præsidium libenter collocarent, eumque sibi sufficere merito arbitrarentur, quod unicus sit, qui dum agitur de gratiæ necessitate, sicut Sol inter reliquos præfulgeat, cuius quidem doctrinæ egregium testimonium &* B *commendationem in epistola prima Cælestini ad Episcopos Galliæ exaratam habemus*. Porro Cælestinus unum Augustinum laudavit. lege eumdem p. p. disp. 89. cap. 4. ioitio.

At non cedit Suario, non cedit Vasquio Annatus, sed rursus opponit pag. 902. *Nempe iam nos docuit Gerson & Abulensis, quo pertineat hæc approbatio; non enim eo ut intelligamus Augustinum nullis esse humanis defectibus obnoxium, sed rarioribus & levioribus, quo modo ceterorum quoque sanctorum laudes intelliguntur. Et certe cum eadem sit iudiciorum & affectu-* C *um alea, & Augustinus tanta contentione pugnet contra Pelagianos, ut obtineat nullum esse quantumvis sanctum, cui non sit opus dicere*, dimitte nobis debita oostra, *ob quotidianos voluntatis lapsus, nescio quid Baianis in mentem venerit, ut Augustiniani videri velint, cum tanto nisu persuadere conantur esse aliquos, qui iudicio nunquam labantur*, nempe Augustinum. Verum quis nesciat, Augustinum duplici facto, dum se iofra ceteros depressit, supra universos altius sese evexisse? Ille magnus Ecclesiæ Magister tum *affectus*, tum *iudicii* sui errata publicavit, hæc D quidem in libris Retractationum, illa in libris Confessionum, singulari prorsus exemplo, cum videamus quosque tum propria dicta, tum facta ab erroribus vindicare. Utinam hanc aliquando de sociis ac suæ familiæ hominibus opinionem adversarii ioduant, quorum quempiam si ab aliquo scriptore impetitum cognoscant, mille apologias procudunt, ut soli ab erroribus immunes esse videantur. Itaque eamdem & affectus & iudicii aleam subivit Augustinus. Verum dum libros contra Pelagianos retractat lib. 2. cap. 33. 36. 37. 42. 50.

61.

61. 62. 66. & 67. nullam sententiam sive de gratia sive de libero arbitrio corrigit, sed omnia abs se dicta probat, qui aliis in tractatibus plerasque theses assertas expunxerat. Unde S. Doctor nusquam in Pelagianis expugnandis se iudicio lapsum fuisse cognovit; adversarii autem misere iudicio labuntur tam humiliter de Augustino pronuntiantes. Profecto Augustinus futuros forte censores prævidens, in eorum humeros correctione devoluta, mitius illo in examine secum egit, recentioribus hanc gloriam relinquens, qua iactare possent, se illis in libris contra Pelagianos editis maculas deprehendisse, quæ Augustini aciem ac spongiam subterfugere. Quid ais, Amate, Augustinum fuisse obnoxium humanis defectibus, at *rarioribus & levioribus*, ac *iudicio* quandoque *lapsum*? Alia longe diversa fuit tui Suarii sententia, qui proleg. 6. de Gratia cap. 6. num. 17. ita & vere & digne de S. Augustino scribit: *Nihil tam admirandum & suspiciendum Ecclesiæ reddidit Augustinum, quam de gratia doctrina; at si in ea tradenda & explicanda aliquando fuisset in errorem lapsus, multo labefactaretur eius auctoritas, immeritoque Ecclesia tam fidenter iudicium eius in hac doctrina esset secuta, quod impium est cogitare*. Egregie hoc ipsum ab hinc octingentis annis notarat S. Prudentius Tricassinus in epistola ad Hincmarum & Pardulum; sed quod cum Suario & Vasquio veluti fœdere icto aliorum suppetiis dimissis contra recentiores me pugnaturum pro Augustino pollicitus sum, præclarissimum illius Antistitis testimonium omitto, alibi recitandum.

Nondum Annatus suorum vocibus ab infelici certamine revocari potuit, sed instat obtruditque hanc illationem: *Ergo si stante Augustini testimonio illo, licet tamen singularem cuiuspiam ex aliis Patribus cogitationem in hisce disputationibus non sequi: licebit etiam stante illa Ecclesiæ vel summorum Pontificum approbatione non omni adhærere Augustini sententiæ*. At huic quoque obiectioni obviam ierat subtilissimus recentiorum Vasquius, cuius ex 1. 2. disp. 190. verba paulo ante dedimus. Item præclare 1. p. disp. 89. num. 21. *Tametsi*, inquit, *aliorum Patrum auctoritas in omni controversia magni ponderis apud omnes esse debeat, in hac tamen de*

A *qua nunc agitur, unus pro multis mihi semper erit Augustinus, non solum quod omnium, qui bene sentiunt, plurimum emineat*, &c. At quod præmiserat Annatus ibidem pag. 909. *Ex quibus liquido constat, quantum Augustino tribuendum Ecclesia censuit, tantum aliis quoque Patribus tribuendum esse Augustinum ipsum censuisse*, hoc, inquam, plane falsum est; nam licet in libris contra Iulianum ex sanctis Patribus peccatum originale fusius comprobaverit, itemque in libro de Gratia Christi eiusdem gratiæ necessitatem; attamen prædestinationem ante prævisa merita **B** instantibus Massiliensibus, & nolle se illam credere affirmantibus, nisi veterum ea de re testimonia produceret, respondit lib. de Prædest. SS. cap. 14. *Quid igitur opus est, ut eorum scrutemur opuscula, qui priusquam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quæstione versari, quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur.* At cap. 19. de Dono persever. pro se adducit Ambrosium & Cyprianum, ex quibus non disertis verbis, sed per necessariam illationem suam ipsius sententiam colligit. Igitur iudice Augustino, **C** *non opus est, ut eorum* Patrum *scrutemur opuscula*, ubi de gratuita prædestinatione differitur. Ar libros de Prædestinatione SS. & de Dono perseverantiæ Hormisdas commendavir, ad eos nos remisir synodus Sardiniensis exsulum Episcoporum ex Africa, Clemens etiam VIII. sententiam Molinæ de prædestinatione iuxta S. Doctoris dogma examinandam iussit; non igitur ea in quæstione tantum Augustinus tribuir aliis Patribus, quantum ipsi Ecclesia detulit.

His randem postremo impetu contra librornm S. Augustini approbationem **D** idem Annatus decertat pag. 911. contendens, *omnibus illis approbationibus, quas obtendunt Novaugustiniani, doctrinam Augustini universim approbari, nullam vero esse, quæ cadat in omnia & singula eius placita*. Recoctam Semipelagianorum crambem reponit. Etenim cum S. Cælestinus libros S. Augustini laudasser, illi eam commendationem Augustini libris universim tantum traditam dicebant, quam ramen prioribus, non item postremis eiusdem voluminibus delatam esse contendebant, contra quos S. Prosper egregie in fine libri contra Collatorem cap. 42.

42. hæc ſcribit: *Agnoſcant calumniatores ſuperfluo ſe obiicere, quod bis libris non ſpeciale neque diſcretum teſtimonium ſit perbibitum, quorum in cunctis voluminibus norma laudatur; apoſtolica enim Sedes, quod a præcognitis ſibi non diſcrepat, cum præcognitis probat, & quod iudicio iungit, laude non dividit*, hæc ille. Succenturiatus in Annati iam defeſſi præſidium proſilit Moraines, diverſo tamen armorum genere in Auguſtinum impreſſionem faciens. Etenim quo Pontificiæ approbationis Augnſtino datæ ſplendorem imminuat, non quidem invidarum interpretationum nebulas opponit, ſed nobiliora ab apoſtolica Sede aliis Patribus tradita præconia proponit, quorum comparatione illa Auguſtino delata minora longe cenſeantur; quo ſane pacto Sol non umbris quidem, ſed immenſa propemodum luce quaquaverſum irradiante, minimum candelæ ſplendorem ſuffocat, nullumque pæne facit. Altiori itaque voce inſultat Moraines in præfatione ad orthodoxos: *Quando dictum eſt de ſcriptis Auguſtini ab aliquo Pontifice legem ſanciente, quod dixit Gelaſius de mirabili illa epiſtola Leonis magni ad Flavianum, ut ſi quis illam non admitteret uſque ad unum iota, anathema eſſet?* Verum quis non videat eximias illas de Leonis literis laudes in Auguſtinum plene devolvi? Celebrem illam Leonis epiſtolam ad Flavianum a S. Proſpero Auguſtini diſcipulo compoſitam fuiſſe conſtans non modo Latinorum verum etiam Græcorum opinio eſt. Baronius audiatur in notis Martyrol. ad diem 25. Iunii ubi de Proſpero ait: *Ado Viennenſis & alii tradunt hunc fuiſſe ab epiſtolis S. Leoni Papæ, ab eoque ſcripta fertur famoſiſſima illa epiſtola S. Leonis ad Flavianum de incarnatione Verbi, quod non tantum Gennadius, Honorius, & alii Latinorum, ſed & Marcellinus Comes teſtatur in Chronico ſub conſulatu Olybrii & Ruſtici.* Hic eſt ille Proſper, quem Annatus ipſe lib. 2. cap. 5. §. 2. pag. 179. *primarium ac proximum Auguſtini diſcipulum, qui viſus eſt illius & arma & vices geſſiſſe ad tuendam, quam veluti depoſito acceperat, eius doctrinam.* Quis vero neget delatas diſcipulo laudes in magiſtrum derivare? Profecto ſi S. Gelaſius Leonis epiſtolam uſque ad minimum iota recipiendam dixit, idem nec unum iota Auguſtinianæ doctrinæ improbavit, immo ut ſæpe in faciem recentioribus illi-

A ſum eſt, vel illæ Auguſtini ſententiæ, quæ falſæ ſeu duræ illis videntur, ab eodem Pontifice Eccleſiæ inculcatæ ſunt, qui ex Vaſquio fuit *per omnia Auguſtinianus*.

Quatit rurſus Moraines ibidem Auguſtinianam auctoritatem duplici ariete Alexandria advecto: *Quis unquam*, ait, *habuit Cyrilli Alexandrini auctoritatem in ſcribendo non tantum in ſynodo provinciali aut nationali, ſed in concilio generali Epheſino, ut ipſe per ſe ſcriberet anathematiſmos, contra quos ſentire ac ſcribere idem prope cenſeretur, ac fidei refragare? Audire mi-* B *bi videor alium, qui dicat: Quid ergo? Athanaſius etiam ille magnus eritne unus de numero filiorum & diſcipulorum Auguſtini, qui dicitur ſine exceptione Pater Patrum, Doctor Doctorum, ceteros omnes inſtar primi Angeli ſua luce colluſtrans?* Sane ingens turbarum origo, quas Epheſina ſynodus ab Iohanne Antiochiæ Epiſcopo, Theodoreto, & collegis Epiſcopis, atque ab ipſo Imperatore Theodoſio paſſa eſt, inde fuit quod Orientales Epiſcopi privati hominis auctoritate ſtatutos anathematiſmos ſubſcribere recuſabant, quam tamen ſententiam poſtea depoſuere. Sed C de Auguſtino loquamur. Hic ob ſapientiam Africanorum conciliorum *ingenium* appellatus fuit. Idem univerſa acta concilii Numidiæ itemque Carthaginenſis, cui quidem non adfuerat, ex Patrum decreto in commentarios retulit. De illo ſcribit Proſper in fine libri contra Collatorem, quod Bonifacius Papa, *cum eſſet doctiſſimus, adverſus libros tamen Pelagianorum B. Auguſtini Epiſcopi reſponſa poſcebat*. Auguſtini ſententiæ canones ſynodi Arauſicanæ ac Romanorum Pontificum decreta evaſere; de qua re Decampſii Ieſuitæ verba reddam: *Fuit*, inquit, D *Auguſtinus quodammodo Eccleſiæ præcentor, cum Romanis Pontificibus & conciliis ore præivit, quod de ſuperbiſſima hæreſi iudicarunt. Fuit lingua Eccleſiæ, cum eius verbis decreta concepta ſunt, & quæ prius fuerant Auguſtini voces, Spiritus S. oracula eſſe cœperunt. Fuit ille conciliorum dux atque ingenium, cum iis rationes & argumenta ſubminiſtravit, quibus Pelagium eiuſque complices fregerunt* &c. His collegæ dictis ſi credis, iam Auguſtinum Cyrillo parem conſpicis. Theodoſius ſane Imperator parem Cyrillo Auguſtinum iudicavit, dum ad utrumque Sacram (Imperatoris

ratoris

ratoris literas ita vocabaut) direxit. Immo longe plus honoris Augustino tributum a Principe fuit, nam ad Cyrillum uti metropolitam scripsit, quo synodum cogendam Episcopis suffraganeis intimaret; at cum ad Africæ Primatem Carthaginensem eadem de re pariter perscripsisset, privatas tamen ad Augustinum literas misit enixe eumdem rogans, ut synodo adesset, de qua re in Historia Pelagiana diximus libro secundo ad annum 431. Immo veterum scriptorum fide constat Cyrillum Alexaudrinum egisse per literas cum Theodosio, ut S. Augustinus ad synodum Ephesinam se conferret; videbat enim quauto sibi adversus Nestorianos adiumento futurus esset magnus ille dux ex contiuuis contra hæreticos præliis, erectis trophæis toto Orbe celeberrimus. Porro Athanasium magnum illum Arii autagonistam Augustini discipulum neutiquam facimus; sed motum ab Athanasio adversus Arianos bellum, ab Augustino feliciter tandem profligatum asserimus. Iohannes Rivius Belga lib. 4. de Vita S. Augustini cap. 8. §. 6. pluribus tradit, unum Augustinum Arianismum a fundamentis evertisse, quod ante ipsum adeo exacte nullus Patrum præstitit. Et sane contra Arianos & libris & sacris declamationibus ex professo S. Doctor insudavit, qua de re Possidius toto cap. 17. de Vita Augustini. Quare si argumenta ae testimonia, quibus Arii sectam Augustinus expugnavit, in considerationem veniant, anteriores Patres S. Doctor omnium eruditorum iudicio facile superavit.

Instat rursus Moraines: *Quid de Hieronymo? Eritne etiam ille Augustini discipulus, vel de Angelis inferioribus?* Sed capite præcedenti hoc obiectum refutavimus. Quod vero nolit Moraines dici Augustinum ***Doctorem Doctorum***, palam Patribus contradicit. Doceri se ab Augustino voluit Bonifacius; ***magistrum nostrum*** Augustinum nuncupavit S. Cælestinus. Ad Augustinum Orientales remisit S. Hormisdas: & sane suum Doctorem ecclesia Romana Augustinum appellat. S. Thomam Augustini doctrinam secutum esse tradit Urbanus V. in bulla de transl. S. Thomæ. De Scoto hæe habent Patres Hispani Minoritæ iu libello supplici apud Petrum a Campo tomo primo Hist. Aug. lib. 3. cap 30. *Adeo Augusti-* A *nianæ doctrinæ addictus fuit, ut in solis Theologicis commentariis octingenries ac quindecies S. Augustinum in suarum assertionum testem protulerit, enixe præ ceteris Doctoribus satagens illius mentem intimius penetrare* &c. Neget igitur Moraines, Scotum, S. Thomam, totque Romanæ ecclesiæ Pontifices S. Augustini discipulos fuisse doctores, ne Augustinus dici possit ***Doctor Doctorum***. Video tamen ipsum non pati *sine exceptione* Augustinum dici Doctorem Doctorum. Scias itaque S. Augustinum in disputationibus de auxiliis gratiæ esse Doctorem Doctorum, B sed non omnium. Non quidem eorum, qui ipsum præcesserunt, neque enim potuit illos docere; neque posteriorum, qui ab ipso doceri noluerunt, quæ fuit Semipelagianorum obdurata superbia, ac conceptæ olim opinionis defendendæ effrænis libido. At qui præcesserunt Augustinum Patres, nou sunt Doctores in materia de gratia cum Augustino conferendi, qui teste Augustino cap. 14. de Prædest. SS. *de gratia Dei quid sentirent, breviter quibusdam scriptorum suorum locis & transeunter attigerunt*. Et ridendus ille esset, qui sepositis Augustini libris, C vellet quæstionum de gratia solutionem petere ab Hilario, vel Athauasio; unde qui de divina gratia scribentes Ecclesiam illustrarunt, omnes S. Augustini discipuli fuere, qui primus sanctorum Patrum, & quidem iu doctrina tantum de gratia scholam sibi fecit, cui nomen dedere Prosper, Fulgentius, Petrus diaconus, Eugippius, Cæsarius, Prudentius, aliique, ut vere Doctor Doctorum dicatur Augustinus. Illorum vero recentiorum Doctorem Augustinum numquam pronuntiabimus, qui eiusdem discipuli esse dedignantur. Augustinum quidem D legunt, non ut ducem illum habeant, sed ut præconceptæ suæ ipsorum opinationis sectatorem, volentem nolentem faciant, admotis etiam tot violentarum interpretationum machinis. Anuatus totis libris septem unum Augustinum appellat: Morainii volumen millies Augustini voces reddit: istosne Augustini discipulos dixerim & sectatores? Videri quidem discipuli Augustini volunt: sed ficta cito in naturam suam redeunt. Hinc Moraines, cum in præfatione ad orthodoxos, quam suo Antiiansenio præfixit, Augustini laudes, ne ea in re adversario

versario cedere censeretur, recitasset, paulatim panegyricum in satyram vertit strenuus Augustinianæ gloriæ decurtator, qui initio quidem non inelegans eiusdem promotor videbatur. Eadem via Annatum ivisse ex dictis initio cap. 5. patet. Quis enim præposterum hominis consilium non irrideat, qui cum ad Augustini tribunal septem libris cum Iansenianis disputasset, atque ab Augustino causam sibi totam integramque adiudicatam gloriatus esset, exclamans in limine libri 8. *nihil esse, quod Iansenianì possint ab Augustino sperare præsidii*, cum iudici gratias agere eiusque erga se propensum suisque faventem animum commendare eumdem putas, datisque ad amicos literis laxatis habenis in illius laudes effundi, pessime ab illo Augustinum acceptum videmus, conductis contra ipsum longo ordine testibus, mille conviciis lacessitum; uno verbo, ex iudice reum factum. O gratissimos S. Augustini discipulos! Insuper non patiuntur dici, Augustinum *ceteros omnes instar primi Angeli sua luce collustrasse*. Scimus Prosperum olim cecinisse cap. 2. con. Ingratos.

Augustinus erat, quem Christi gratia cornu
Uberiore rigans, nostro lumen dedit ævo
Accensum vero de lumine.

S. Fulgentius libro 2. de Verit. prædest. & grat. cap. 18. *Augustinum legat omnis, qui salutem æternam adipisci desiderat, humiliter orans misericordiæ Dominum, ut eumdem spiritum intelligentiæ legens accipiat, quem ille accepit, ut scriberet, & eamdem illuminationis gratiam adipiscatur, ut discat, quam ille adeptus est, ut doceret.* Sed cur non audiatur S. Thomas Villanovanus Archiepiscopus Valentinus conc. 1. de S. Aug. *O Pater*, ait, *amplissime Augustine, qui non solum vitæ sanctitate, sed etiam miro sapientiæ tuæ fulgore Christi Ecclesiam luce propria, luce plena, luce fixa irradiasti. Si enim sapientia lux est, quis in Ecclesia Dei ita lucet, ut Augustinus? A Sole omnia astra lucent, ab Augustino omnes, qui post ipsum fuerunt Doctores, sapientiæ lumen accipiunt, ipse vero propria luce lucet, quam a nullo hominum, sed a Deo solo accepit, nullo enim tradente, nullo magistro cunctas didicit disciplinas.* Nonne igitur, teste Thoma, Augustinus est instar primi Angeli, quo in ceteros intelligentiæ lumen derivari Theologi autumant, eum ipse a solo Deo illustretur? Hipponensis quidem noster Angelus suæ doctrinæ radiis Prosperum, Fulgentium, Thomam, ceterosque orthodoxos Patres illustravit; at recentiores, qui contendunt cum Annato *aliquid lucis Augustino defuisse in conciliando cum creata libertate divinorum decretorum & auxiliorum efficacia*. libro 8. cap. 4. pagina 874. quive, ut idem alibi ait, nempe disp. 3. de Scientia media cap. 5. num. 113. *radium quemdam videre se putant ex Augustini Sole non emissum*, qui denique scribere non erubuere cum Molina 1. p. q. 23. art. 4. & 5. disputatione 1. memb. 6. *dum sub ea quasi caligine D. Augustinus ad hoc non attendit, arbitratus primo aspectu cum sua de prædestinatione opinione* &c. recentiores, inquam, isti, quibus purioris doctrinæ lux affulget, Augustino sub caligine posito, huius primi Angeli fulgores non excipiunt, immo fere contemnunt, ut mirum minime videri cuipiam debeat, eos adeo moleste ferre tantum lucis Augustino attribui, ut universos subsecutos doctores irradiare potuerit, & antecessorum Patrum sententiis de divina gratia plenioris ac solidioris doctrinæ lumen adferre.

Sed Annatus collecto spiritu iterum contra Augustinum invehitur, atque Morainii collegæ factum æmulatus, domesticum contra S. Doctorem librum ab apostolica Sede *expressiori atque efficaciori*, quam quodvis Augustini volumen, approbatione communitum opponit. Adversarii verba sunt: *Obiicimus 8. Omnibus illis approbationibus, quas obtendunt Novaugustiniani, doctrinam Augustini universim approbari, nullam vero esse, quæ cadat in omnia & singula eius placita: quod si aliqua talis esset, non negabunt, opinor, expressiorem fore & efficaciorem in omnibus consentiendi necessitatem. Quid igitur facient, si reperiatur in natura rerum alius quidam liber, cuius omnia & singula in eo contenta auctoritate Sedis apostolicæ per bullam ad perpetuam rei memoriam, editam & promulgatam approbentur.* Eia age, delapsum sane cælo libellum pande, nisi forte sacratiora tam cito in propatulo esse piaculum putas. *Est, inquam*, ait, *talis quidam liber in rerum natura & auctoris sancti.* Iam pietatem ac religionem excitas dum auctorem commendas, ac Divum contestaris. At pergit Annatus

lectorem ſuſpendere: *Sed quis eſt? libellum potius dicere debui, quod ſit mole parvus & ſpecie contemptibilis, ſed qui tamen virtutis plurimum habet*. Huoc libellum, cui ſupra omnia Auguſtioi magni volumina ex apoſtolicæ Sedis approbatione *expreſſior & efficacior in omnibus eſt conſentiendi neceſſitas*, cito citius exhibeas. *Quis vero*, addit, *tandem, & cuius eſt?* Ita quidem hoc petimus, hoc rogamus, ne quæſo diu noſtram expectationem torqueas, per ſanctum illius libelli auctoris nomeo ac numen obteſtor. *Contrahant*, inquit, *licet frontem Baiani, & torvum intueantur: ſorbenda pilula eſt*. Næ tuo pharmaco illi indigent, quoſcumque Baianos dicis! Nos quidem validiori ſtomacho ſumus iam pridem tuis in Auguſtinum conviciis pilulis omnibus amarioribus devorandis aſſueto, neque pilulis præmuniendi ſumus, quo auctorem libellumque citra faſtidium ac deliquium audiamus. Immo quando libri ſcriptorem ſanctum autumas, ſacris doctrinis conſperſas paginas ſumma religione deoſculantes, Divum auctorem pro Auguſtiniana auctoritate contra novos cenſores ſarta tectaque ſervanda etiam atque etiam rogabimus; ſua enim viciſſim tutari Divorum eſt. At inquis: *Liber eſt Exercitiorum ſpiritualium S. Ignatii, quem Paulus III. ſevere examinatum* &c. *ſic approbavit, ut dicat, ſe documenta & exercitia prædicta ac omnia & ſingula in eis contenta auctoritate prædicta tenore præſentium ex certa ſcientia approbare, collaudare, ac præſentis ſcripti patrocinio communire*. hæc ille ſuſpenſis diu quaſi per iocum lectoribus libro 8. cap. ultimo: exclamatque pagina 912. *Scire velim, quid ſint reſponſuri tam diſertæ tamque explicitæ approbationi, qui minus expreſſam explicitamve*, Auguſtini ſcilicet, *ſuis obtendunt erroribus*.

Abſit, ut per nos quidquam approbatiooi Ignatiani libelli detractum ſit, immo quanti illum Auguſtiniani fecerint veſtri ſcriptores tradunt in imagioe primi ſæculi libro 3. cap. 10. ubi de exercitiis Sancti Patris Ignatii loquentes hæc ſcribunt: *Teſtes ſunt infiniti toto Orbe, qui ea non minori ſua voluptate, quam fructu ſunt experti. Sed unus inſtar omnium Auguſtinus Caravaialius Auguſtiniani ordinis Theologus. Is cum Indiam Occidentis peragraſſet, & in Hiſpania variis muneribus cum laude perfunctus eſſet, Italiæ quoque cœnobia ſui ordinis iuſſu ſummi Pontificis viſitaſſet, Bononiam tandem ab eodem Pontifice Viſitator apoſtolicus miſſus ad D. Iacobi cœnobium in veterem diſciplinam reſtituendum, non aliis id præſidiis facere aggreſſus eſt, quam piis his Societatis commentationibus, quibus ipſe cum per menſem ſe exercuiſset, teſtatus eſt candide ſe quamdiu in religione vixiſſet, rationem aliquam, qua rectiſſime incederet, ſemper optaſſe, eamque tunc demum, cum in hæc S. Ignatii exercitia incidiſset, inveniſse; quæ quidem ille avidiſſime hauſta atque in intimum demiſſa pectus tanti fecit, ut in iis aliquid vere divinum ineſſe aperte diceret* &c. Hic Caravaialius ex Aſſiſtente Hiſpaniarum electus eſt Epiſcopus Guamangenſis apud Peruanos, de quo Herrera in Alphabeto Auguſtiniano. Utinam per nos Ignatianis chartis maior laudis fieri poſſet acceſſio! Illud tamen ægre patimur, quod ſcribit Annatus, Auguſtinianam doctrioam minus explicita atque expreſſa approbatione, quam Ignatianam, eſſe ab apoſtolica Sede firmatam. Quæſo vos, quandonam doctrina S. Ignatii io ſynodorum canones tranſiit? Arauſicana ſynodus ex ipſis S. Doctoris ſententiis conflata eſt. Quando illa in Pontificum Romanorum literis ad verbum exſcripta eſt? Duo integra capita ex Encihiridio S. Auguſtiri Leo magnus inſeruit ſuæ ad Aquileienſem Antiſtitem epiſtolæ, & quidem contra Pelagianos datæ. Quando ad illam pro veritate percipienda ab apoſtolica Sede orthodoxi remiſſi ſunt? Ad Auguſtini libros S. Hormiſdas Orientis principes viros, Epiſcopos, ac monachos, uno verbo catholicum Orbem retulit. Quando ad illius normam Pontifices catholicorum doctrinam exegere? Clemens VIII. iuxta Auguſtini mentem lites de auxiliis divinis componendas iuſſit. Quandonam S. Ignatii libellus tantis Romanorum Præſulum commendationibus exceptus? tantis ſanctorum Patrum elogiis decoratus? tantis omnium pæoe ſæculorum plauſibus honoratus fuit? Quæ quidem laudes ſi io librum cogerentur, iam decuplo maior ille evaderet, quam liber Exercitiorum S. Ignatii. Audio ſane quid de libro illo S. Ignatii Romana eccleſia iudicet io lectionibus Breviarii Romani: *Homo*, inquit, *literarum plane rudis admi-*

admirabilem illum composuit Exercitiorum librum Sedis apostolicæ iudicio & omnium utilitate comprobatum. Mirabile sane, libellum illum a literaruin plane rudi esse conscriptum: at profecto mirabilius recentiorum factum, qui cumdem ex apostolicæ Sedis testimonin *literarnm planr rndem* io sapientiæ, auctoritatis, ac laudum campo Augustino non dicam velur æqoalem opponere, sed quod ad illam expressiorem ac efficaciorem commendatiooem ac consentiendi necessitatem pertinet, veluti superiorem prædicare conantur, illi, inquam, Augustino, qui tantæ scientiæ fuisse ab apostolica Sede iudicatus est, *ut nihil pæne*, verba sunt Martini V. in Orat. de S. Monica, *ex sacris literis possit nisi eo duce intelligi, nihil nisi eo interprrte explicari. Eo iam auctore factum est, ut nec Philosophis sapientiam invideamus, non Oratornm eloquentiam desideremus, non studiosorum ingenia rrquiramus, non drnique nobis acnmen Aristotelis necessarium sit, non Platonis eloquentia, non prudentia Varronis, non gravitas Socratis, non auctoritas Pythagoræ, non Empedoclis solertia, non cuiusquam illius grneris hominum scientia aut virtus exrmplo aut documento nobis esse debeat. Idrm nobis Prophrtarum oracnla, idrm Apostolorum vocrs refrrt, idem omnrm omnium scripturarnm srnsum exprimit, nnus postremo omninm Patrnm sapientumque ingrnia ac studia exhibet*. Itane, si superis placet, huic apostolicæ approbationi eximiæ, præclarissimæ, excelleotissimæ Ignatiani libelli approbationem, Augustino Ignatium, tot summis Pontificibus Paulum III. opponetis? Respondet Annatus: *Quæ a me minime refrruntnr, ut vel Ignatium Augnstino, vel Paulum III. superioribus opponam Pontificibns: absit*. Sed dictis facta non cohærent. Qualis enim quantusve esset Augustinus, si Ecclesia illum non approbasset? iam cum Cassiano ac Fausto numeraretur. Igitur tantomdem nobis probandus venit, quantum idem ab Ecclesia approbatus fuit. Quare si Ignatii libellus ab Ecclesia approbatus est, itemque approbati fuere libri Augustioi, sed isti approbatione *minus*, ot ait, *expressa explicitave*, unde illi Ignatiano, te iudice, *efficacior in omnibus consrntiendi necessitas est*, quam istis Augustinianis; iam vides Ignatium Augustino vel præponi abs te, vel ex æquo saltem opponi. At cito

A

commentaris, tuique facti hanc rationem reddis, ea te de Ignatiani libri approbatione recitasse: *Quod constrt, in hoc libello aliqua rsse, quæ capitalibns Baianorum principiis opponuntur, scire velim, qnid sint responsnri tam disertæ tamque rxplicitæ approbationi, qui minus expressam rxplicitamve suis obtrndunt erroribns*. Nos quidem pro Baianis nullam volumus, immo nec possumus responsionem adornare, sed quod eodem ictu & Baianos & Augustinum ferias, tibi vitio vertimus, qui per Baianorum latera Augustioum impetis. Sint in libello Ignatii sententiæ,

B

quibus capitalia illorum dogmata strangulentur, ipsi videriot; at quod eadem periodo Augustini per apostnlicam Sedem approbationem *minus exprrssam explicitamqur* cootendis, nobis placere non potest. Parce Patri, & Baianos in exsilium non Baias, sed io Gyarum deportato.

Si Annati exemplo iosistere, & par pari reddere vellemus; uti ille ad imminuendam S. Augustioi adversus Pelagianos scribeotis auctoritatem, tum collectis plurium testimoniis, rum violentis pravisque Romanorum Præsulum elngia eidem S. Doctori delata interpreta-

C

tionibus corrumpens, contra Augustinum insurgit, possemus & nos eadem prorsus audacia huc revocare, quæ Abbas Constantious, quæ Vincentius Baronius vir satis notus par. 2. Theol. Mor. disp. 3. sect. 1. art. 2. §. 2. quæ alii de eisdem Exercitiis S. Ignatii scripsere, ac subinde frigidam illam Annati excosationem Augustino quorumdam censuris insultantis repetere: *Rrsero tantum, non probo, si qnidqnam iustæ offrnsionis causam det*. lib. 8. cap. 6. pag. 864. Sed absit, ut hominis errorem redarguens, eumdem imiter eiusque criminis reus fiam, coius

D

bunc recentiorem apud iudices reum postulo. Erubescant profecto adversarii, erubescaot, dum nos io hanc arenam vel invitos propellunt, in qua odiosis prorsus comparationibus de Divorom auctoritate litigetur. Scitote Augustinianos S. Ignatii libellum uti Augustinianæ doctrinæ conformem recipere, evolvere, deosculari, & ne quis de hoc ipsorum obsequio dubitet, editis commentariis hoc ipsum coram catholico Orbe profitentur. P. Franciscus Macedo Minorita Lusitanus Seraphicæ geotis splendor, hanc sibi gloriam felicissi-

me comparavit. Hic Augustinianæ doctrinæ adeo studiosus est, ut in Isagnge initio suæ Cortinæ hac veluti tessera in literariam palæstram descenderit: *Ego Augustinianus sum: Augustinianissimus sum.* Hic, inquam, in eruditissimo illo volumine, quo Ecclesiæ orantis & Augustini scribentis concentum descripsit, harmoniam quoque Exercitiorum S. Ignatii Societatis Iesu fundatoris, & operum S. Augustini Ecclesiæ Doctoris (nam plane hunc operi titulum dedit) exhibuit, cuius illud exordium est: *Soleo, idque expertus ac prudens, dicere, haud facile inter sanctos reperiri alium Augustino cum doctrinæ, quæ a Deo est & mystica appellatur, tum instituta a se & aliis indictæ vitæ ratione, quam Ignatium similiorem.* Quæ quidem vir doctissimus fusissime per viginti octo capita collatis ex utroque sententiis ita comprobat, ut profecto minime timendum sit, ne Augustino quidquam detrimenti ex Ignatiani libelli expressiori ac magis explicita, ut inquis, approbatione inferatur, neve tantis Romanorum Præsulum ac Patrum elogiis Augustiniana volumina nobilitantibus Ignatii libellus suffocetur, sed cum eadem dogmata & parvum Ignatii & prolixa Augustini volumina de divinæ gratiæ auxiliis tradant, eadem prorsus approbatione munita dicantur, Augustino & doctrinam & eiusdem etiam commendationem in Ignatianum codicem transfundente, & Ignatio nova a Paulo III. approbatione obtenta, antiqua Pontificum de Augustini libris decreta recentiori iterum eiusdem apostolicæ Sedis testimonio confirmante. Vos quidem magnæ animæ beatæ illius regionis cives, uti in libris, ita & in cælesti patria concordes æternum eritis, & Angelicis cantibus vestrarum doctrinarum harmonia recitabitur, ac dulcior inde concentus inaudietur. Filiis quoque vestris eumdem doctrinæ consensum immittite, eosque invicem officiosos vel servate vel facite. Turpe sit in tanta Patrum concordia filios odiosis sane comparationibus de eorumdem auctoritate contendere.

CAPUT VIII.

Recentiores ex epistola S. Cælestini Papæ D. Augustini auctoritatem limitant. Refelluntur.

SAnctus Cælestinus Papa ex literarum commercio Augustini amicus, ac deinde demortui adversus Semipelagianos defensor, in Augustiniana doctrina commendanda omnium nobilissimo elogio usus est, unde recentiores ad illud decurtandum limitandumque vires omnes intendunt, & quod est eorum acumen, ex eadem Cælestini epistola, unde ab aliis vel supra sidera Augustiniana auctoritas evehi solet, eamdem deprimere conantur. Ultima epistolæ verba recitant, nempe ubi Cælestinus ait: *Profundiores vero difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus adstruere.* Quibus significare Cælestinum contendunt, præter paucas S. Augustini sententias ab Ecclesiæ Præsulibus ac synodis receptas, quas in superioribus capitulis recitat, abs se iterata approbatione confirmatas, nolle reliquas de divina gratia opiniones, quas ille in suis contra Pelagianos editis disputationibus tenuit, tamquam de fide adstruere, ob asserentis tamen Augustini auctoritatem eas se non contemnere, sed easdem libero lectorum assensui vel dissensui citra reprehensionis periculum permittere. Et quidem Annatus lib. 8. cap. 1. cum numerosam testium catervam contra Augustinum producturus esset, eidem Cælestinum Papam ductorem dedit inclamans: *Agmen ducet, ut par est, summus Pontifex Cælestinus primus.* cum tamen hucusque inter præcipuos S. Doctoris encomiastas ille idem primas tenuerit. Quin immo recentiores isti Theologi gloriantur, se eiusdem epistolæ limitationem, qua angustior fiat Augustini auctoritas, e tenebris in scholæ oculos revocasse. Audiatur Moraines in præfatione ad orthodoxos. *Quam multi sine ullo discrimine Augustini auctoritatem admittebant, qui nunc audita limitatione, quam eius approbationi Cælestinus apposuit, dum audiunt aliquid ex Augustino proponi,* quæri-

quæritant: *Est ne hoc de illis profundioribus quæstionibus, quas non necesse judicavit adstruere, quas in ancipiti opinandi libertate reliquit?* Tripudiat in illis Cælestini verbis; Annatus lib. 8. cap. 1. pag. 858. *Nos vero*, inquit, *auctore Cælestino distinguimus inter necessarias & indifferentes Augustini sententias, omnemque huic lumini contrariam lucem tenebras reputamus*. Iraque hoc loco pro Augustiniana doctrina cum recentioribus cominus veluti collato pede pugnandum est, in quo quidem campo minus feliciter recentiorum impetus alii sustinuere, unde illi animosiores facti, sibi ea in lite de Augustino victoriam & triumphum cecinere.

In primis eximia recentiorum eruditio commendanda occurrit, qui e re prorsus incerta certum invictumque contra Augustinum argumentum exerere arbitrantur. Etenim viris eruditissimis & sapientissimis haud probatur, verba superius memorata adscribi Cælestino, sed cuipiam alteri Augustinianæ doctrinæ studioso deputanda esse contendunt. Cælestini epistola illis verbis in fine cap. 2. concluditur: *Deus vos incolumes custodiat, Fratres carissimi*. Postea decem capita adnectuntur, in quibus Pelagianorum ac Semipelagianorum errores ex Innocentii, Zosimi, ac synodi Carthaginensis decretis refutantur. Porro ista decem capita non esse Cælestini, tradit Ecclesiasticæ historiæ parens Cæsar Baronius ad annum 431. pag. 603. ubi ait de epistola illa Cælestini: *Junguntur epistolæ capita quædam adversus Pelagianos errores ab apostolica Sede olim & ab Africanis decreta conciliis, quibus deberent insistere, qui sub catholico nomine licet Pelagium atque Cælestium anathemate condemnarent, eorum tamen defendere conarentur errores. Putantur illa capita esse Prosperi, qui ut profiteri videtur, ea collegit ex decretis Romanorum Pontificum simulque conciliis Africanis, ubi idem auctor hæc habet in fine*: Profundiores vero difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius &c. ut supra. Ante Baronium Laurentius Surius in sacra historia satis percelebris, aliique post ipsum Collectores conciliorum hoc ipsum prænotarant; nam in editione Coloniensi conciliorum anno 1551. a latere hæc leguntur: *Sequentia undecim capitula videntur potius ab alio quopiam interposita, quam esse ipsius Cælestini Papæ*.

A In editione sub Sixto V. hoc scholion post secundum capitulum inseritur: *Non videtur dubitandum quin sequentia sint Prosperi, tam sunt similia & argumento & stylo eius scriptis*. Gerardus Vossius vir, quem librorum helluonem dixeris, lib. 1. Hist. Pelag. cap. 30. eamdem sententiam probat duplici argumento; uno, quod Cælestinus in illa epistola non meminit horum capitum, quæ annexa eidem sunt: aliud his verbis proponit: *Alterum argumentum, cur Cælestini esse non possit, hoc est quod Innocentii & Zosimi epistolas citet sæpius, nec usquam vel hunc decessorem, vel
B illum prædecessorem suum appellet, contra quam Romanis Episcopis mos est, & Cælestinus ipse in epistola facit his verbis*: Augustinus inter magistros optimos etiam ante a meis decessoribus habebatur. *Sane hæc argumenta tanti apud me sunt, ut Cælestino ἁπλῶς tribuere non ausim. At cujus sit ultra disquirendum*. Sed neque ex Theologis ex recentiorum schola defuere, qui negarent illa capita esse Cælestini. Unus pro mille sufficiat Franciscus Suarius proleg. 6. de Gratia cap. 1. num. 11. ubi hæc scribit: *Ex modo loquendi intelligimus, scriptorem illius partis non fuisse Cælestinum,
C nec aliquem Romanum Pontificem, ut patet ex illis verbis*. Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis autem hæreticorum sensibus seu pravitate sive imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obviare præsumunt, & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur, eaque tantummodo sequi & probare profitentur, quæ sacratissima B. Apostoli Petri sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium Præsulum suorum sanxit & docuit;
D necessarium fuit diligenter inquirere, quid rectores Romanæ ecclesiæ de hæresi quæ eorum temporibus exorta fuerat, iudicarint. *Hæc enim non videntur verba Romani Antistitis, non enim de Romana Sede tamquam de propria loquitur, nec Romanos rectores vocat prædecessores suos, prout Pontifices consueverunt, tamen habens ad definiendum auctoritatem loquitur. Qua propter aliqui censent, illa capita fuisse a Prospero collecta & illi epistolæ adjuncta, a qua sententia non longe abest Baronius anno 431. num. 185. & est certe verisimilis, indicaturque in illis verbis*: Magistris

giſtris noſtris tamquam neceſſarium modum exceſſerint, obloquuntur. *Hæc enim verba in gratiam Auguſtini dicta ſunt, magiſque redolent Proſperum, quam Cæleſtinum.* hæc ille.

Vidit iſta in Surio Gabriel Vaſquez 1. p. diſp. 91. num. 85. dixitque ab eo auctore ſine fundamento negari capita illa eſſe Cæleſtini, eum uti Cæleſtini ſanctiones protulerit Petrus diacoous. Addere poterat & Creſconium in Collectione caoonum. Verum iſte vixit anno 698. Petrus vero diaconus iotegro poſt Cæleſtinum ſæculo floruit, ut ex Hiſtoria noſtra Pelagiaoa intelligitur; quare potuit ea capita edita a Proſpero per errorem tribuere Cæleſtino. Hine Photius veterum monumentorum diligeos indagator & cenſor Cod. 53. de eodem Cæleſtino hæc-habet: *Scripſit idem & ad Galliarum Epiſcopos de fide B. Auguſtini, & contra eos, qui hæreſis licentia nimis elati inſoleſcerent.* quæ quidem in duobus prioribus capitibus continentur, neque ullam ea io epiſtola ſtatutorum dogmatum meotionem fecit. Iacobus etiam Sirmondus tomo 1. Concil. Galliæ capita illa epiſtolæ memoratæ anoexa, ab eadem prorſus ſeparavit lineis interpoſitis, quo alieno auctori illa prorſus deputanda eſſe monſtraret. Sed age, probemus ea capita non fuiſſe a Cæleſtino ſeripta, quod ſane præſtabo argumento, quo ipſe convictus ſum. Prius tamen nonnulla notanda veniunt, quibus tantorum ſcriptorum ſententia illuſtratur; nempe Proſperum & Hilarium pro Auguſtinianis libris, quos Maſſilienſes carpebant, ac ſe ipſis quoque, qui uti hæretiei paſſim traducebantur, Romam ad Cæleſtinum profectos fuiſſe, quæ patent ex Proſpero cap. 40. con. Collatorem, & cap. 1. epiſtolæ Cæleſtini ad Epiſeopos Galliæ. Cæleſtinus vero literas ad Gallos Antiſtites deſtinavit, quibus S. Auguſtinum eximie commendavit, vetans eiuſdem memoriam novis Maſſilienſium conatibus percelli, ac Proſperum & Hilarium hæreſis accuſari, nihil interim ſcripti adverſus eoſdem publicans, quo illorum errores damnarentur. hinc epiſtola inſcribitur *pro Proſpero & Hilario*. Sed hoc nobis eſt demonſtrandum.

S. Proſper contra Collatorem probaturus, *bonarum voluntatum initia Dei inſpiratione generari*, adducit cap. 10. te- A ſtimonia Innocentii, Zoſimi, & concilii Carthaginenſis eadem omnino, quæ Cæleſtini literis adiuncta leguotur, & concludit: *Videſne regulas tuas invictarum conſtitutionum ſoliditate confractas, & in fidei ſtructura pravas ruinoſaſque iuncturas, velut Ierechontinos muros ad ſacerdotalium tubarum ruiſſe concentum? Cum enim de ſanctarum origine voluntatum, & fidei caritatiſque principiis inter noſtros & Pelagianos quæſtio verſaretur, non ancipiti victoria, nec dubio diremptum eſt fine certamen, ut adhuc nobis de iniquiſſima huius fœderis tui pace tractandum ſit.* At ſi illa decem ca- B pita Cæleſtini fuiſſent, eur non illa protuliſſet Proſper veluti clariora, efficaciora, & ex toto litem dirimentia? Longe enim expreſſius Cæleſtinus eam Caſſiani opinioocm damnat, quam Innocentius vel Zoſimus. Profecto Maſſilienſes teſtimonia horum Pontificum & ſacræ paginæ explicabant, ita ut non de initio fidei, ſed de eiuſdem incremento intelligenda eſſent ex D. Auguſtino cap. 2. de Prædeſtinat. SS. *Sed nunc eis reſpondendum eſſe video, qui divina teſtimonia, quæ de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt valere, ut noverimus ex nobis quidem nos* C *habere fidem, ſed incrementum eius ex Deo.* Quæ Maſſilieoſium ſententia clare damnatur cap. 12. illius epiſtolæ, ubi hæc leguntur: *His ergo Eccleſiaſticis regulis & ex divina ſumptis auctoritate documentis, ita adiuvante Domino confortati ſumus, ut omnium bonorum affectuum atque operum & omnium ſtudiorum omniumque virtutum, quibus ab initio fidei attenditur, Deum profiteamur auctorem, & non dubitemus ab ipſius gratia omnia hominis merita præveniri, per quem fit, ut aliquid boni & velle incipiamus & facere.* Præterea hæc ſcribuotur eap. 11. *Præter beatiſſimæ & apoſtolicæ Sedis in-* D *violabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi Patres peſtifera novitatis elatione deiecta & bonæ voluntatis exordia & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis uſque in finem perſeverantiam ad Chriſti gratiam referre docuerunt* &c. Idem habet eap. 9. *Ut ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia per illum aliquid boni poſſumus, ſine quo nihil poſſumus.* Itane hæc Cæleſtini oracula Proſpero rogante data, ac literis pro eodem ad Epiſcopos miſſis inſerta, adeo memoria eiuſdem excidiſſe credenda ſunt, ut illa, cum vel maxime ad Maſſilienſium petu-

petulaotiam comprimendam necessaria essent, omitteret? Sibi cusa tela atque elaborata arma tam parvi fecit, ut cum iis Semipelagiani penitus conficiendi foreot, eisdem veluti obtusis uti noluerit, qui contra Massilieoses omnium fortissimus ac solertissimus post Augustinum dux a recentioribus & merito quidem prædicatur?

Laudatas literas a Cælestino emissas ad damnandos Massiliensium errores scribit Vasquez 1. p. disp. 91. num. 83. *Quibus*, inquit, *locis cum Cælestinus omnia bona opera, studia, & merita in quovis tempore, causa, & negotio ad Deum auctorem gratiæ referat, manifeste Massiliensium errorem confutat*. Et hæc adeo constaoter docent recentiores, ut eorum eruditissimus ac sapientissimus Annatus Cælestioi personam ioduens, quod satis ridiculum est, altiori ac clariori voce in Massilienses ita tonet: *Cum eo tantum spectet Romanæ Sedis consilium & providentia, ut Massilienses isti, quorum causa hæc sancimus, nihil penitus subtrahant divinæ gratiæ, ne illum quidem morbi sensum & desiderium medicinæ, quod gratuito & supernaturali auxilio præmittunt; prædictæ regulæ seu præfixæ sententiæ ita sufficiunt, ut sicut non debet videri catholicum quod eis repugnat, ita neque quod non repugnat, videri debeat erroneum aut sensu catholico alienum.* hæc elegantissimus Paraphrastes. Hic tamen obiter noto, hunc hominem sive contra suos Baianos, sive contra Massilienses loqui incipiat, sermonem tandem contra Augustinum semper finire. De Baianis id vidimus capite superiori; hic vero cum Cælestioi personam agens illa dixisset, statim addit: *Unde sequitur, si quid vel ab Augustino, vel ab alio quodam Ecclesiastico tractatore assertum aut negatum sit, quod non repugnet regulis illis atque sententiis, esse hoc inter ἀδιάφορα numerandum, & quæ libero catholicorum consensui atque dissensui permissa sunt*. Ego quidem certissimum puto io adiuoctis illis capitibus Massiliensium errores capitales, quorum reliqui veluti appendices erant, aperte damoari, oeque hoc in dubium vocari posse arbitror, quod recte a Vasquio, Annato, aliisque communiter est observatum. Duo erant capitalia Semipelagianorum dogmata, fidem incipere a nobis, itemque a nobis esse usque in finem in bono perseverantiam, ut docet S. Augustinus capite ultimo de Dono perseverantiæ: *Satis*, inquit, *docuisse me existimo, vel potius plusquam satis, dona Dei esse, & incipere in Dominum credere, & usque in finem in Domino permanere*. Hoc vero utrumque statuitur in literis illis, quæ Cælestino adscribuntur; nam cap. 11. deceroitur, ut dicebam, *bonæ voluntatis exordia & incrementa probabilium studiorum, & in eis usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam referri*. ibique suse probatur, fidem noo esse a nobis, sed donari a Deo; & cap. 12. iniungitur, ut *omnium bonorum affectuum atque operum & omnium studiorum omniumque virtutum, quibus ab initio fidei attenditur, Deum profiteamur auctorem*. hæc ibi.

Ex his nostrum argumentum instauramus. Cum Prosper cootra Semipelagianos Cælestini elogium recitasset cap. 42. contra Collatorem, illorum invidiosum interpretamentum apponit, quo dictirabant laudatos a Cælestino priores S. Augustini libros, oon posteriores, oempe de Correptiooe & graria, duosque ad Prosperum & Hilarium datos de Prædestinatiooe SS. & de Dono perseverantiæ. Hoc commenrum statim refellit, tum quia idem semper in omnibus libris Augustinus scripsit, idemque fuit semper io illo spiritus & doctrina, tum quia *apostolica Sedes*, ait, *quod a præcognitis sibi non discrepat, cum præcognitis probat, & quod iudicio iungit, laude non dividit*. At quorsum isthæc e longinquo librorum S. Augustini de Prædestinatione SS. & de Dono perseverantiæ petita ab apostolica Sede approbatio? Cur Cælestini literas abs se impetratas, io quibus doctrina librorum S. Doctoris de inirio fidei & de perseverantia apertis defioitionibus statuitur, noo protulit, & eas, inquam, literas, quas in eorumdem Augustini calumniatorum faciem eodem ipso loco illiserat? Annatus quidem de posterioribus libris S. Augustini scribit lib. 8. cap. 6. *Manifestum igitur est, Augustini menti his in libris satisfactum ab eo, qui fateatur & gratiam esse necessariam ad initium fidei nec eius meritum sequi, sed præire, & donum Dei esse perseverantiam*. Quodoam igitur efficacius argumentum adduci poterat, ad demonstrandum posteriores eos libros esse ab apostolica Sede probatos, quam literæ illæ Cælestini, io quibus doctrina librorum postremorum S.

Patris

A Patris adeo diserte, adeo perspicue, adeo solide asserebatur? Semipelagianos, cum Augustini auctoritatem elevarent, Prosper ex Cælestini literis, in quibus eximie ille laudabatur, confutavit. Quare, cum iidem S. Augustini doctrinam lacesserent, ex iisdem omnino literis Cælestini compressi ac convicti non sunt? Scripsit sane Prosper post Cælestinum adversus Cassianum, & literas Cælestini ea in disputatione in digitis habebat. Hoc quidem argumento capita illa insarta probantur literis Cælestini.

B Rursus dicam aliquid, quod ceteris argumentis semper prætuli. Si capita illa Cælestini essent, & a Sede apostolica emanassent, non video, qua ratione Faustus Reiorum, Vincentius Lerinensis, Hilarius Arelatensis Episcopus (si in sententia perstitere), ac alii Galliarum Episcopi ab hæresi excusari possint, atque inter Divos erectis aris connumerari. Faustus fidem esse nobis ex naturæ viribus docet lib. 2. cap. 6. 7. & 8. unde lib. 1. cap. 7. ait: *Tempus gratiæ, quo redempti sumus, merita hominum non exspectavit, opera penitus non quæsivit, sola Dei fidei nostræ devotione contentus fuit*. Addens: *Fidem exspectat a parvulis, opera etiam cum fide a confirmatis requirit, ita tamen ut credulitatis affectum proficientibus augeat*. legatur Vossius lib. 4. Hist. Pelag. par. 1. thesi 2. Idem lib. 2. cap. 10. & ante ipsum Vincentius Lerinensis in Common. cap. 37. scribunt, nos posse nostris viribus petere, pulsare, quærere, ut Dei gratiam obtineamus, quæ erat Semipelagianorum opinio ex literis Prosperi ad Augustinum. Item aliquot etiam Episcopi Galliarum mortuo Fausto, fidem nobis ex nobis nasci dicebant, ut ex literis Bonifacii II. ad Cæsarium

D intelligitur: quæ quidem sententiæ aperte damnantur in illis capitibus, in quibus fidem & huius initium, sancta cogitatio, pium consilium, omnis bonus affectus, omnisque bonus motus voluntatis asseritur esse a Deo, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Sane si quis modo Massiliensium sententias assereret non extaotibus Arausicanis aliisve apostolicæ Sedis decretis, nonne ille ex literis Cælestini reus hæresis convinceretur? Damnasse quippe inquiunt Cælestinum Massiliensium dogmata. Quam igitur excusationem concinnabimus pro Hilario, pro Fausto, pro Vincentio, pro reliquis Galliæ Præsulibus, qui ante Arausicanam synodum Massiliensium opiniones mordicus sustinebant? An isti forte Cælestini literas prorsus ignorasse dicentur? At literæ illæ datæ erant ad Episcopos non Macedoniæ, aut Bithyniæ, sed ad Episcopos Galliæ, eo tempore, quo Faustus in Lerinensi cœnobio florebat, cui post annum Abbas præfectus fuit. Quid quod? Idem Vincentius Lerinensis easdem producit in Commonitorio adversus profanas vocum novitates, easque plurimum commendat. Qua vero fronte Vincentius eas sibi favere literas iactasset, quibus ipsiusmet opiniones condemnabantur? Hæc ille scribit: *Sed & S. Papa Cælestinus pari modo eademque sententia: ait enim in epistola, quam Gallorum sacerdotibus misit* &c. Tota igitur Gallia sonantes Cælestini voces, ac Vincentii & Prosperi ore etiam redditas, quis eruditorum Antistitum non inaudivisse credendus est? Itaque capita illa a Cælestino emissa non fuere, ne hæreticos pronunriemus eos, quos & sanctitas & eru-

C ditio celebres reddidere.

Verum dubium hic expediendum alterum est, cuinam capita illa Cælestini literis annexa tribuenda sint? In libro Ecclesiasticorum dogmatum, qui inter opera S. Augustini tomo 3. recensetur, a cap. 22. undecim capita leguntur ad verbum ex literis Cælestini exscripta. Sed illius voluminis non est auctor S. Augustinus, cum etiam ibidem inferantur capita concilii Arausicani, quod anno 529. celebratum est; quare nec illa scribere potuit Gennadius ob rationes adductas libro 2. Hist. Pelagianæ cap. 16. qui cum Cassiani dogmata uti catholica perperam a Prospero impugnata fuisse dicat, non eas sententias docere potuit, quæ Cassiani opinionibus prorsus repugnarent. Sutor etiam ille, quicumque fuerit, ineptus est, nam cap. 25. ait: *Idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data prædicat dicens* &c. Cum tamen prius non citasset Innocentium, ex quo illa verba referuntur in annexis capitibus illis nempe cap. 7. Præterea duo postrema capita scilicet 11. & 12. ad verbum habentur in homilia S. Iohannis Chrysostomi de Adam & Eva

Eva tomo 2. edit. Basileæ, ubi etiam illa verba in fine ponuntur, quarum occasione ista perquirimus, nempe: *Profundiores vero difficilioresque partes* &c. io qua etiam homilia §. *Cum ergo dicitur homo tradi desideriis suis* &c. ad verbum inseruntur quadragiota versus ex libro S. Augustini con. Iul. cap. 3. Unde auctor illius homiliæ non est Chrysostomus, sed Latinus quispiam debilis ingenii scriptor, qui oec suo ore loqui potuit, sed aliorum rantum sententias in centones coegit. Baronius ac Suarius verisimile putant quod quidam scribunt, ea capita fuisse a Prospero concinnata; Vossius non audet spondere a solo Prospero elaborata esse, Hilarium aliosque Augustini defensores socios Prospero tribuit, nam plurali numero loquuotur. Quid hac in re divinari possumus? Dicamus igitur conflata esse a Prospero illa capita, demusque unam aut alteram coniecturam. Prima sit, qood cap. 8. leguntur verba literarum Zosimi & Patrum Africanorum, quæ eadem omnino eodemque modo recitat Prosper contra Collatorem cap. 10. quo loco eadem Innocentii restimonia ponit, quæ in capitibus vulgo Cælestioianis leguotur. Literæ illæ Zosimi periere, earumque initium apud Prosperum & in capitulis illis tantum habetur. Altera vero est, Prosperum cap. 9 con. Collatorem eumdem arguere, quod dixerat Augustinum quædam contra Pelagianos *iusto amplius asseruisse*: ibique vellicat *sobrietatem* adversarii. At in cap. 3. Cælestiniaoo reprebenduntur Massilienses, quod ausi sint obloqui Augustino, tamquam necessarium modum excesserit. Quæ si vere a Cælestino dicta fuissent, repetenda sane fueraot Prospero ea de re pro Augustino contra Collatorem litigante: quid enim validins adduci poterat ad os calumniatori obstruendum tam celebri apostolicæ Sedis testimonio? Unde minus etiam probatur recentiorum sententia, ea capitola absque ulla dubitatione Cælestino tribuens. Cum Prosper a Cælestino Pontifice in commendationem Augustini, ac suæ fidei approbarionem diploma impetrasset, io Galliam rediens iisdem Semipelagianis insultabat: at illi eas laudes prioribus libris S. Doctoris datas fuisse commeotabantur; quo vero omnem

A abs seipsis erroris suspicionem propulsarent, profitebantur, ea se tantom dogmata defendere velle, quæ in disputationibus de gratia contra Pelagianos ab apostolica Sede sancira fuissent. Inde onus Augustinianis incubuit demonstrandi ex Innocentio, Zosimo, & Africano concilio a Romana Sede approbato Massiliensium opiniones esse proscriptas. Quare decem illa capira contexentes, quo validiori auctorirate donarentur, eisdem Cælestini epistolam ad Episcopos Galliæ præfixere. At cum in quorumdam manus ea scripta devenissent, in illam

B sententiam abiere, ut putarent universum libellum fuisse a Cælestino Pontifice publicatum, in qua opinione video esse ex antiquioribus Petrum diaconum, dein Cresconium, quos citavi, & post quadringentos annos Ecclesiam etiam Lugduneosem in libro de tribus Epistolis atque aliis passim editis in causa Gorteschalci. Notandum tamen est Petrum diaconum ac socios Scytbas errasse, dum in libro de Incar. & grat. cap. 8. laudant verba, quæ babentur initio cap. 8. Cælestiniani tamquam Innocentii ad synodum Milevitanam; unde patet eos

C non legisse Innocentii literas, sed in hæc Cælestino attributa capitula incidisse, haud distinguentes ultima verba cap. 7. quæ S. Innocentii sunt ad Milevitanos, a primis octavi capitis, quæ alterius auctoris sunt.

Ex his patet imprudenter recentiores ex literis Cælestini Augustinianæ auctorirati adeo secure insulrare, conantes Augustinum fere in ordinem redigere. Neque enim certum est, postremam illam appendicem: *Profundiores vero difficilioresque partes* &c. ab apostolica Sede emanasse, quod præclarissimi scriptorea

D negant. Quem vero ex Tbeologis cum Soario parem ex suis faciant, quemve ex historicis vel Baronio vel Sirmoodo suo opponent? Solidissima etiam argumenta eamdem sententiam confirmant, quibus plures imposterum manus herbamque daturos spero, nisi nostrorum adulatio nobis illodat. Quæ vero dicturi insuper fumus, in gratiam recentiorum afferta sint, ut omnem illis ad Augustinianæ auctoritatis truncandæ aditum præcludamus. Hncusque io remotiori quam putarant, campo pogoatum est: nunc ad eorum castra accedimus, ea-

dem etiam in arena, in quam nos provocaverant, dimicaturi. Dabo igitur gratis decem illa capita esse a Cælestino concinnata, ab eodem etiam appendicem illam adiunctam concedam: inde tamen nihil Augustinianæ doctrinæ, nihil eiusdem dignitati, nihil auctoritati detractum fuisse docebo. Antequam tamen hoc ipsum exsequar, mens animusque recentiorum indagandus est, suisque veluti coloribus delineandus.

Veteres Semipelagiani Massilienses, quo conceptum semel contra S. Augustini doctrinam odium specioso quodam prætextu velarent, Pelagium ac Cælestium damnabant, profitentes amplecti se quæcumque contra eosdem ab apostolica Sede sancita fuissent; ceterum in aliis, de quibus nulla emanarant a Pontificibus decreta, non stare se cum Augustino dicebant, quod ille in doctrina contra Pelagianos tradita necessarium modum excesserat. Do verba Cælestini cap. 3. *Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis autem hæreticorum sensibus seu pravitate sive imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obviare præsumunt; & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur, eaque tantummodo sequi & probare profitentur, quæ sacratissima beati Apostoli Sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium Præsulum suorum sanxit & docuit.* At nos proponimus recentioribus S. Augustini de gratuita ad gloriam prædestinatione sententiam: in hanc transeant ob asserentis auctnritatem rogamus. Respondet Moraines disp. 9. Antiiansf. num. 50. si eam sententiam docuit Augustinus, *non* statutæ contra Pelagianos *doctrinæ affinitatem aut connexionem, quæ nulla est, sed æstum disputationis ad hoc illum impulisse.* Addunt se tantum teneri ad desendendendas sententias a Romana Sede approbatas: *Quamvis enim*, inquiunt, *præferenda sit ea sententia, quæ talem modum prædestinationis ex meritis omnino negat, tamen ut damnata etiam censeatur illa quæ affirmat, videndum erit, quam sit necessario connexa cum articulis a Cælestino definitis. Si enim non sit, quamvis Augustinus in contrarium propendeat, permittenda tamen erit huius quæstionis determinatio liberæ disputantium electioni.* verba sunt Annati libro 8. cap. 7. pagina 856. Igitur nullo gradu distat hoc recentiorum de Augustino iudicium a veteri Semipelagianorum opinione; utrique enim admittunt necessitatem credendi ea, quæ contra hæreticos de divina gratia ab apostolica Sede statuta sunt; at non illa, quæ per excessum contra eosdem S. Augustinus asseruit. Dicam tamen, quid inter utrosque discriminis intersit. Cum S. Prosper Cælestini approbationem Augustinianæ doctrinæ Massiliensibus obiiceret, illi eas laudes anterioribus libris Augustini delatas dicebant, non posterioribus, in quibus & prædestinatio sine meritis & fides Dei donum adstruitur. At recentiores libros etiam posteriores recipiunt, aiuntque approbatos, qua parte fidem ex Dei munere esse dicunt, non qua etiam prædestinationem ante prævisa merita ponunt. Itaque Massilienses ex toto postremos Augustini libros laudatos a Romanis Pontificibus negabant, recentiores ex parte tantum approbatos concedunt.

Certum est Iacobum Arminium apud Batavos Semipelagianismum ab Orco revocasse, vel si alicubi adhuc superstes erat, communivisse; unde P. Macedo scribit in prologo Scrinii: *Sintne hodie hostes gratiæ, scire qui velit, inspiciat is, an sint hodie Augustini hostes; cumque hos invenerit, & illos invenisse se putet. An in Belgio sunt hostes Augustini, sunt & in Anglia, licet multo pauciores, idest Arminiani & Remonstrantes.* Itaque hic Batavorum Semipelagianorum novus princeps illa Cælestini clausula contra Augustini auctoritatem armari se satisque instrui putabat: dat eius verba amicus laudatus in antithesi Arminiana ibidem. *Tantum vero abest*, inquit Arminius, *ut doctrina ipsius etiam Augustini de prædestinatione in illis conciliis recepta sit, ut Cælestinus Episcopus Romanus, qui illo tempore vivebat ad Episcopos Galliæ scribens, & Pelagianorum doctrinas condemnans, in fine suarum literarum in hæc verba concludat: Profundiores vero difficilioresque partes occurrentium quæstionum, quas latius* &c. Quibus Cælestini verbis Arminius erecto veluti aggere contra Augustinum stetit. Hinc ridenda sunt Morainii verba in præfatione Antiiansenii: *Quam multi*, inquit, *sine ullo discrimine Augustini auctoritatem admittebant, qui nunc audita limitatione,*

quam

quam eius approbationi Cælestinus apposuit, dum audiunt aliquid en Augustino proponi, quæritant: Est ne hoc de illis profundioribus quæstionibus, quas non necesse iudicavit adstruere, quas in ancipiti opinandi libertate reliquit. Quasi ipsi recentiores in oupera Iansenii causa illa Cælestini verba adnotarinr, cum non modo Arminius, verum etiam ante octingenros annos eadem recirata fuerint ab Ecclesia Lugdunensi cap. 12. de tenenda sacr. script. Veritate. Armioius veteris Semipelagiaoismi recoctor eam Cælestini clausulam versavir, reversavitqne discipulorum chorus, cum quibus recentiores conciount, quorum uous & nobilis exclamat: *Ita est, multa habemus cum Arminianis communia*.

l. 2. Hær. Ians. cap. 3. n. 123.

Verum enim vero audire mihi videor recentinrum querelas, se gravari iovidiosis tantum nominibus, non autem ipsorum seotentiam falsitatis errorisve coovinci. Agite dum, relinquamus ista, ut pote odiosa, ad arcem causæ accedamus. Auctor illorum capitum intendit tradere cootra Massilieoses, quænam sint liberi arbitrii vires ad bonum, ac quanta gratiæ necessitas. Hoc patet ex fine literarum, ubi legimus: *Quia ad confitendam gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quidquid secundum prædictas regulas apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt*. Quare ea, quæ de peccato originali ac modo, quo item propagatur, de concupiscenria ac miseriis reliquis, quæ sunt pœnæ peccati originalis, fusius conrra Iulianum S. Augustinus docuit, in illis Cælestiui literis non definiunrur, quia de illis nulla erat Augustioum inter & Massilienses controversia, nec ullam inde Semipelagiani Augustino quæstionem faciebant. Quare Cælestinus dixit: *Non necesse habemus adstruere*, quod est nolle se de illis canones edere, quod ad præsentem cum Massiliensibus controversiam oon conducebant, oon quod libero disputantium assensui vel dissensui illa dimittere vellet, quæ est iosulsa recenriorum ioterpreratio. Hinc patet inanem laborem subire eos, qui nomine intercurrentium quæstionum quasdam intelligunt ex Augustini libris desumpras, quas ad rem non facere satis commode & lepide ostendit Annarus libro 8. cap. 1. At dices, si oon sunt ap- A probata a Cælestino ea, quæ S. Doctor de coneupiscentia latissime tradit contra Iulianum, libero substant lectorum assensui vel disseosui. Ad hoc quidem suo inferius loco respondebimus; interim sciendum est, Augustioum libro 5. con. Iul. cap. 12. quinque de coocupiscentia quæstiones proposuisse (in quarum tertia receotiores stant contra Augustioum iisdem argumenris, quibus Iulianus usus est, decertantes), atque hæc ibidem dixisse: *In his quæstionibus catholica veritate antiquitus tradita vestra impia novitas suffocatur*. Repetere autem hic possumus, quæ B in alia causa dieebat Bellarminus Cardinalis libro 2. de Grar. & lib. arb. cap. 11. *Nam si Augustini de prædestinatione* (dicas concupiscentia) *sententia falsa esset, non posset idem Augustinus ab ingenti temeritate defendi, quippe qui non solum tam acriter pro falsitate certasset, sed etiam eam pro fide catholica venditare ausus esset*. Numquam S. Doctor proprio e cerebro naras opiniones pro catholicis seotentiis publicasset. De qua re repete dicta cap. 3. §. 2.

Scribit Auctor in fine cap. 3. *Constitutiones sanctorum Patrum compendioso* C *manifestamus indiculo, quo si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere*. Hic magnæ difficultates emerguot; undenam scire poterimus haoc dogmatum connexionem? Receoriores se huius mysterii magistros profiteotur, irridenrque Augustinum ea de connexione scribenrem. Legimus cap. 12. homines non prius baptismum suscipere, *quam exorcismis & exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc vere appareat, quomodo princeps mundi huius mittatur fo-* D *ras* &c. inferimus, ergo Dæmon sensibili pœna nocere poterit pueris infectis originali peccato, utpote suis mancipiis, quorum ipse est princeps. Clamat Annatus pagina 858. *Negamus crudelem consequentiam*. At connexionem illam asseveravit satis coostanter S. Augustinus libro 4. Oper. imperf. cap. 200. *Si autem non eruitur*, inquit, *de potestate tenebrarum, & illic remanet parvulus, quid miraris in igne æterno cum Diabolo futurum, qui in Dei regnum intrare non sinitur?* Respondet Moraines disp. 40. Anriiansenii oum. 60. id dixisse Augustioum *æstu*

disputationis abreptum. En Semipelagianorum voces, Augustinum *necessarium modum excessisse*, a Cælestino damnatas, cuius quidem literas, prout utile est ipsorum causæ, recipiunt, sed prout in rem Augustioi faciunt, minime imitantur. Itaque erravit Augustinus furore abreptus eam connexionem adstruendo, quam oullam esse recentiores contendunt. Opponimus cap. 11. *perseverantiam usque in finem ad Christi gratiam referri*; datur enim gratis, ut ex precibus fuse probat Augustinus, & definitum est in Arausicaoa synodo canone 10. Inde inferimus prædestinationem ad gloriam esse pariter mere gratuitam; nam prædestinatio, quæ segregat reprobum a prædestinato, fundatur sen connectitur eum dono perseverantiæ finalis mere liberaliter meritis superaddito; ergo a mera liberalitate Dei prædestinatio dependet. Hanc eonnexionem vidit ac propugnavit Augustinus, eamdem sancti Patres Augustiniani, Prosper, Fulgentius, Prudentius, Rhemigius, aliique asseruere. At recentiores eam connexionem negant, qui Augustini doctrinam iuxta connexionem cum Cælestini literis recipiunt, quam tamen connexionem iuxta proprias opiniones recipere vel respuere nec piget nec pudet. Uno verbo: Augustini libri ad normam literarum Cælestini examinandi sunt, Cælestini vero literæ iuxta suam ipsorum imaginationem interpretandæ. Illi quidem, ut probent hæc eapita, quæ epistolæ Cælestinianæ eonnexa suot, esse reapse ab apostolica Sede emissa, produeunt Petrum diaconum & Ecclesiam Lugdunensem, a quibus illæ sententiæ laudato Pontifici adscribuntur. At respondemus, eos Patres illam epistolæ appendicem legisse, & tamen uti dogma eatholieum prædestinationem absque meritorum præcognitione statuisse; sed dieent, mitiori se illorum de Augustini doctrina iudicio non stare; bene, oec illorum nos convincimur testimonio, ut Cælestino illas theses deputemus.

Subit hic mentem, quoniam de prædestinatione sermo incidit, recentiorum modestia in sententia S. Augustini de prædestinatione mere liberali examinanda; inquiunt enim honoris gratia cum Molina, esse *duram & indignam divina bonitate, eiusque occasione plurimorum salutem fuisse periclitatam*, eum Mariana esse *novam*, & Augustioum in illa haud constantem, *inducere desperationem*, cum Lessio, brevique *a contraria opinione obducendam*, eum Petavio. Nonne hoc ipsum est Augustini sententiam *contemnere?* & tameo de illa dictum fuisse a Cælestino asseritis, se illam non *audere contemnere*. Peccatum originale esse potissimam ac proximam causam reprobationis est S. Augustini sententia, idque concedit Adamus pag. 614. sui Calvini destructi, de qua pag. 667. eap. 10. 3. q. scribit: *Credo mihi licere eam exhorrescere, quia mater est Calviniani dogmatis*. Potuitne Augustini sententia vilius excipi? Ridet Annatus lib. 8. eap. 1. quosdam, qui explicaturi verba illa Cælestini: *Profundiores vero difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt*, quarumdam quæstionum indicem texunt, quas ad propositum non facere, non prave idem ostendit. At petimus ubinam eontra Pelagianos latius agitarit Augustinus quæstionem illam de prædestinatione? Certe in epistolis ad Paulinum & Sixtum de illa oon multa loquitur, ut vix dicendus sit, fusius inibi eam pertractasse. Verum in libris ad Prosperum & Hilarium latius de illa disseruit; at eo in opere S. Doctor hæreticis non resistebat; erant enim Semipelagiani eatholici, eratque id nomen factionis, non hæresis. Cælestinus vero illas quæstiones appellat, quas illi qui hæreticis restiteruot, pertractaruot. Scio quid responsuri sitis, intelligeoda esse Cælestini illa verba, qui hæreticis restiterunt, *specificative*, non *reduplicative*. Scholæ interpretamentum est; ne sim litigiosior, cedo herbam, nec me hoc postremum multum movet: ad alia transeamus.

Sed mitissime atque humanissime vobiscum agamus. Scitote adeo in tuto esse S. Augustini auctoritatem, ut causam, de qua hucusque litigavimus, ex integro vobis ultro cedere possimus, quin quidquam detrimenti Augustinianæ doctrinæ dignitas subeat. Habuerint deeem illa capita Cælestinum auctorem, oullum Augustini dogma eum illis connexionem habeat: damus omnia, ut liber, ut lubet. Hioc tamen oon fit, ut eapitalia S. Augustini dogmata inter adiaphora numerentur, quæ libero dispu-

tantium

tantium arbitrio permissa sunt. In illis capitibus initium fidei, pium consilium, probabile studium, sanctam cogitationem, perseverantiam finalem esse Dei dona decretum est: Augustino id gloriæ detur, suas ipsius theses adversus Massilienses defensas in fidei dogmata a Cælestino relatas fuisse. Interrogatus velim modo recentiores, an post Cælestini obitum ulla alia Augustini asserta ab apostolica Sede contra hæreticos aliosve statuta sint? Affirmabunt profecto, qui sciunt vigintiquinque canones Arausicanos a Felice IV. ex S. Augustini libris desumptos fuisse. Cælestinus ex S. Augustini doctrina quidquid Massilienses in dubium vocabant, definivit, ex eiusdem etiam sententiis contra novos Pelagianorum conatus a successoribus idem præstitum fuit. S. Gelasius Papa D. Augustini sententiam de transfusione peccati originalis in prolem ratione concupiscentiæ, de exclusione a regno cælorum, de miseriis ex peccato originali venientibus, de infantium damnatione, de libertate ad bonum per peccatum amissa, aliave multa in epistola ad Episcopos per Picenum approbavit. Leo magnus integra duo capita Augustinianæ doctrinæ suis literis inseruit, in quibus asserit Augustinus, non improbabiliter dici, parentum quoque peccatis parvulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum. cap. 46. Enchirid. Quare si sanctissimo eidemque doctissimo Pontifici Leoni illa Augustini sententia placuit, quam hic tantum non improbabilem iudicabat; quantum illas apostolicæ Sedi placuisse dicemus, quas tamquam certas, tamquam sacris literis conformes, tamquam denique plane orthodoxas totis lacertis contra hæreticos propugnavit? Statuerit itaque Cælestinus quid contra Massilienses ab omnibus tenendum sit, non inde intra cancellos brevissimos Augustiniana doctrina restringitur: latius expatiatur, ac secum unanimi consensu Romani Præsules procedunt, Augustinum in statuendis de auxiliis divinæ gratiæ decretis summa semper religione secuti. Subsidat ergo iam tandem tantus ex his, ut putant, Cælestini capitulis pulvis a recentioribus contra micantissimos Augustini Solis radios excitatus, ac sancti Præsulis doctrina quacumque falsarum interpretationum depulsa caligine Ecclesiam universam illustret.

CAPUT ULTIMUM.

Centum ac triginta quinque recentiorum contra D. Augustinum convicia, dicteria, ac censuræ ab eodem S. Doctore & S. Patribus repulsæ.

Mirari satis nequeo Augustinum tam magno ac felici ingenio excelluisse, ut non modo eos hostes, quibuscum vivens acerrime dimicavit, mille voluminibus conculcarit protriveritque, verum etiam asserta abs se dogmata iis argumentorum armis muniverit, ut & subsecutorum omnium hæreticorum conatus infregerit, ac quorumcumque hominum censuras eluserit: cum nullas sive hæresis sive invidia voces dare possit, quibus suis in libris Augustinus plenissime non satisfecerit. Exemplo sint recentia convicia, quibus nonnulli novitii scriptores venerandam magni Patris canitiem temerario ausu discerpere conati sunt: quandoquidem etiamsi nullus pro Augustino defensando stylum stringat, ex unius illius dictis omnium calumniantium ora penitus obstruuntur. Hoc modo demonstrare aggredior, productis hinc novorum scriptorum censuris, illinc vero datis ex Augustino responsis. Quæ sane quicumque procul amoris & odii causas habens attente perleget, is profecto fatebitur, Augustinum ita esse locutum, ac si cum recentissimis hisce hominibus, qui post duodecim sæcula erupere, reapse litigasset. Hic tamen mihi decretum est, illatas Augustino contumelias repellere, illarum vero auctores silentio præterire. Etenim cum Augustinus Pelagianos primitus impugnandos suscepisset, ita eorumdem errores insecutus est, ut auctores minime publicaret. Cuius facti hanc ipse rationem assignat lib. 2. Retract. cap. 33. *In his autem*, inquit, *libris tacenda adhuc arbitratus sum nomina eorum, sic eos facilius posse corrigi sperans*. Et quidem magni Patris vestigiis inhærentes nostri instituti homines Basilius Poncius Hispanus ac Carolus Moreau Gallus ita importatas Augustino iniurias confutarunt, ut adversariorum nominibus pepercerint. Familiare igitur maio-

maioribus nostris exemplum secutus, censorum nominibus suppressis, minus honorifica eorumdem de Augustino dicta ex Augustino ipso refellam. Optime enim de humano genere merentur, qui antidota suggerunt, etiamsi venenorum artifices minime prodant. Dabimus profecto grande patientiæ, grandius modestiæ documentum, ut vel hinc mitiora iam tandem erga insignem Ecclesiæ Doctorem consilia eosdem imposterum inituros non dubitemus. Verum ne censores ita cum Augustino committam, ut sub lite etiam dimittam, iudices advocandos decrevi, a quibus gravissima hæc, si quæ umquam alias, causa cognoscatur. Vos, vos, precor, adeste vetustioris Ecclesiæ Patres, bello invicta manus, ac tot de heterodoxis reportatis triumphis perceleбres. Vos cælestis Senatus lumina ac Christianæ Reipublicæ columina, quorum auctoritatem catholicus Orbis sequitur, sapientiam universi adorant, dicta tamquam secretiora Numinis oracula singuli venerantur. Sedete Augustiniaoæ causæ iudices honorarii, hinc quorumdam recentiorum accusationes, isthinc Augustini defensionem audituri. Vestram fidem quicumque in suspicionem vocaverit, is ab orthodoxa fide se penitus alienum ostenderit. Tu vero, magne Pater, quando dignam advocationem nullus tibi mortalium commodare potest, tuæ ipsius causæ suffragator accede. Et si olim apostolicæ Sedis decreto in controversiis de divinæ gratiæ auxiliis sententiam dicturus iudex destinatus fuisti, patere parumper, id quorumdam (ut mitissime loquar) importunitate exigente, ad Patrum tribunal sisti ex iudice reum. Neque enim arbitror te id ægre esse laturum, qui olim novitii dogmatis a Iuliano accusatus, Patrum iudicium non modo non declinasti, quin immo ad illud vel repugnantem adversarium obtorto collo traxisti. Erit sane iucundum intelligere, immo vel oculis ipsis intueri innumeros Ecclesiæ Doctores albos calculos (neque enim est incerta victoria) Augustino adiicere, eiusdem sententias commendare, auctoritatem defendere, adversariorumque temeritatem gravi iudicio percellere. At cito citius adest sacer Divorum Senatus, & quidem frequentissimus, Augustinianam causam cogniturus. Tumultuantur rotundo agmine adversarii Augustinum accusaturi. Interim S. Prosper, qui inter primi subsellii iudices sedet, accusatoribus loquendi facultatem faciens, [1] *ecce*, inquit, *salva catholicæ pace victoriæ, salva indissolubilium reverentia decretorum parati sumus patronos doctrinæ emendatioris audire, & circumcisas ab omni errore lineas subtilissimæ discretionis agnoscere. Constituatur in medio quod de novis emersit ingeniis.* [2] *Ut facile vel tenuis diligentiæ advertat inspector, quam iniustis opprobriis catholici prædicatoris memoria carpatur, & in quod peccatum cadant, qui aliena instigatione commoti scriptorem celeberrimi nominis promptius habeant culpare, quam nosse.*

1. *con. Collat. initio.*

2. *in præf. Resp. ad cap. Gallorum.*

I.

Censores.

Hæc nostra ratio conciliandi libertatem arbitrii cum divina prædestinatione a nemine, quem viderim, hucusque tradita; ideo satius hæc duxi paulo fusius explicare.

S. P. Augustinus.

Mira sunt quæ dicitis: nova sunt quæ dicitis: falsa sunt quæ dicitis. Mira stupemus, nova cavemus, falsa convincimus. *lib. 3. con. Iulian. cap. 3.*

S. Bernardus.

Miror admodum, si novus iste novarum inventor assertionum & assertor inventionum invenire in hoc rationem potuerit, quæ sanctos Patres latuerit Ambrosium & Augustinum. epist. 77. ad Hugonem.

II.

Censores.

Neque vero dubito, quin ab Augustino & ceteris Patribus unanimi consensu comprobanda fuisset hæc nostra de prædestinatione sententia ratioque conciliandi libertatem arbitrii cum divina gratia, præscientia, & prædestinatione, si eis proposita fuisset.

S. Augustinus.

O quid perdidit, qui te audire non potuit. *lib. 4. con. Iul. Oper. imperf. cap. 119.*

Ionas

Ionas Episcopus Aurelianensis.

Igitur quia non solum B. Augustino, sed etiam aliis eximiis Doctoribus te superciliose prætulisti, merito solitaria destructionis tuæ gloriatio in immensum sese extendens, in irritum deducitur. Væ namque eidem gloriationi tuæ iuxta illud Ecclesiastis imminet, quia non ha-
Eccl. 4. 10. *bens solum ex consortio aliorum, frigore solitario torpet, & cum ceciderit non habebit* sublevantem. lib. 1. de Cultu imag. tom. 9. par. 1. Biblioth. PP. edit. Colonien. 1618.

III.

Censores.

Quare dubitandum non est, si ea de re vel Augustinus vel D. Thomas consulerentur, responsuros fuisse nihilominus prædestinationem & reprobationem non sine prævia illa sententia habitaque considerat ione usus liberi arbitrii futuri *&c.*

S. Augustinus.

Quis dedignetur talem habere doctorem? . . . O admiranda atque sectanda doctrina! *lib. 2. de Orig. animæ cap. 9.*

S. Cælestinus Papa.

Luc. 6. *Legimus* supra Magistrum non esse discipulum, *hoc est non sibi debere quemquam ad iniuriam Doctorum vindicare doctrinam. Nam & hos ipsos a Deo nostro positos novimus ad docendum, cum sit dicente Apostolo, eis tertius locus intra Ecclesiam deputandus.* in epistola ad Episcopos Galliæ contra S. Augustini calumniatores scripta cap. 1.

IV.

Censores.

Quæ si data explanataque semper fuissent, forte neque Pelagiana hæresis fuisset exorta.

S. Augustinus.

Quæ tu si non didicisses, Pelagiani dogmatis machina sine architecto necessario remansisset. *lib. 6. con. Iul. cap. 11.*

S. Hieronymus.

Scripsit dudum vir sanctus & eloquens Episcopus Augustinus ad Marcellinum, qui postea sub invidia tyrannidis Heraclianæ ab hæreticis innocens cæsus est, duos libros de infantibus baptizandis contra hæresim vestram &c. *Alios quoque specialiter tuo nomini cudere dicitur, qui necdum in nostras venere manus, unde supersedendum huic labori censeo, ne dicatur mihi illud Horatii:* In silvam ne ligna feras: *aut enim eadem diceremus ex superfluo, aut si nova voluerimus dicere, a clarissimo ingenio occupata sunt meliora.* in fine lib. 3. Dialog. contra Pelagianos.

V.

Censores.

Neque ex Augustini opinione tot fideles fuissent turbati, ad Pelagianosque defecissent, facileque reliquiæ illæ Pelagianorum in Gallia, quarum in epistolis Prosperi & Hilarii fit mentio, fuissent extinctæ, concertationes denique inter catholicos facile fuissent compositæ.

S. Augustinus.

O doctrinam, cui omnis ætas aures surrigat, quæ homines annosos, quæ denique presbyteros mereatur habere discipulos! Legat, legat in concione quod scripsit, notos atque ignotos, doctos atque indoctos recitaturus invitet. Seniores cum iunioribus convenite, quod nesciebatis, discite, quod numquam audieratis, audite. *lib. 2. de Orig. animæ cap. 5.*

S. Prosper.

Ecce salva catholicæ pace victoriæ, salva indissolubilium reverentia decretorum, parati sumus patronos doctrinæ emendatioris audire, & circumcisas ab omni errore lineas subtilissimæ discretionis agnoscere. Constituatur in medio, quod de novis emersit ingeniis. initio lib. con. Collatorem S. Augustini reprehensorem.

VI.

Censores.

Qui novarum solutionum inventionem putant iniuriosam esse Augustino, idem mihi facere videntur, quod illi, qui sine Scipionum & Cæsarum iniuria dici posse negarent, esse iam aliam instruendæ aciei rationem, quam fuit tempore fundarum & balistarum.

S. Augustinus.

Melius exponant ista meliores, non isti, quorum novi iam sententiam reprobandam, sed alii, qui veraciter possunt. *epist. 89. ad Hilarium contra Pelagianos.*

S. Ful-

S. Fulgentius.

Proinde memoratus Dei Pontifex Augustinus turrim fortitudinis ipsam gratiam tenens, & exinde cuncta hostilium machinamenta telorum cælestis iuvaminis virtute confringens, non solum ipse de hoste victoriam referens triumphavit, quin etiam posteris certandi & vincendi ordinem, si quando victa pravitas recidivo ausu infandum caput erigere niteretur, ostendit. lib. 2. de Verit. prædest. & grat. cap. 18.

VII.

Censores.

Absit, ut ego Augustino præponendum aliquem putem eorum, qui successerunt, sed ne æquandum quidem. At multum interest, utrum dicas collata in eum esse scientiæ dona longe plura quam ceteris; an omnia: item utrum successuris omnibus citra comparationem pauciora servata esse, an nulla; ut crimen sit, quod alii radium quemdam videre se putant ex Augustini Sole non emissum. *Et alibi*: Quæ plerique non videntur satis advertisse, dum Molinæ audaciam exaggerant indicantis aliquid lucis defuisse Augustino in concilianda cum creata libertate divinorum decretorum & auxiliorum efficacia.

S. Augustinus.

Non improbo humilitatem tuam, immo vero etiam laudo, quod honorasti Doctorem tuum, nec hominem, sed ipsam quæ tibi per illum loqui dignata est, veritatem, si tamen potueris demonstrare, quid per illum veritatis acceperis. Vellem itaque rescriptis tuis, quid te doceret, me doceres. Absit enim ut erubescam a presbytero discere. *lib. 2. de Orig. animæ cap. 1.*

S. Thomas Villanovanus.

Si sapientia lux est, quis in Ecclesia Dei ita lucet, ut Augustinus? A Sole omnia astra lucent, ab Augustino omnes, qui post ipsum fuerunt doctores, sapientiæ lumen accipiunt. serm. 1. de S. Augustino. Et B. Iordanus de Saxonia serm. 13. *Unde etiam de Augustino potest exponi illud Iob.* 14. Qui claudit stellas, quasi sub signaculo, *quia in ipso in scrinio suo pectoris, quasi tota sapientia fuit reclusa, quæ quasi aperto sigillo, eructatione suæ doctrinæ ore & manu fuit mundo pandita & reserata. Unde ipse dicitur claudere stellas, id est omnium aliorum doctorum doctrinas in suo pectore quasi sub signaculo, ad modum quo liber vel litera clauditur sigillo.*

VIII.

Censores.

Quæ *Augustini* doctrina plurimos ex fidelibus præsertim ex iis, qui in Gallia morabantur, non solum indoctos, sed etiam doctissimos viros atque in Episcopali dignitate constitutos, mirum in modum turbavit, ne dicam illius occasione salutem eorum fuisse periclitatam. Ne enim eiusmodi doctrinæ adhærerent, hæresi potius Pelagianæ ex parte assentiendum putabant.

S. Augustinus.

Itaque dilectissimi, ne vos conturbet huius quæstionis obscuritas; moneo vos primum, ut de iis quæ intelligitis, agatis Deo gratias; quidquid est autem, quo pervenire nondum potest vestræ mentis intentio, pacem inter vos & caritatem servantes a Domino, ut intelligatis, orate. Et donec vos ipse perducat ad ea, quæ nondum intelligitis, ibi ambulate, quo pervenire potuistis. *lib. de Grat. & lib. arbitr. cap. 1. vide cap. 16. de Dono perseverantiæ.*

Ecclesia Lugdunensis.

Augustinus nec tanta perturbatione & permotione fidelium ab intentione veracissimæ & fidelissimæ doctrinæ suæ frangi potuit aut revocari; sed magis eos & scriptis suis inquantum potuit, & instruxit, & orationibus apud Deum profusis fideliter adiuvit, ut intelligerent & agnoscerent, quam necessario & quam salubriter propter commendationem divinæ gratiæ eiusdem prædestinationis veritas omnino & credenda & prædicanda esset. lib. de tribus Epist. cap. 35. tomo 9. Bibl. PP. par. 1. pag. 1009.

IX.

Censores.

Interim vero dum sub ea quasi caligine D. Augustinus ad hoc non attendit, arbi-

S. Augustinus.

Adhuc quippe in quæstione caligant de prædestinatione sanctorum. *loquens de Semi-*

arbitratus primo aspectu cum sua de prædestinatione opinione esse coniunctum *&c.* *Semipelagianis lib. de Prædest. sanctorum cap. 1.*

S. Paulinus.

O lucerna digne supra candelabrum Ecclesiæ posita, quæ late catholicis urbibus de septiformi lino pastum oleo lætitiæ lumen effundens, densas licet hæreticorum caligines discutis, & lucem veritatis a confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis enubilas. epistola 31. ad Augustinum in eiusdem commendationem.

X.

Censores.

Præterea hæc sententia, *nempe Augustini de prædestinatione*, occasionem præbet hominibus despondendi animo, ne dicam desperandi, segnius operandi, obtendendi excusationes, atque ea de causa minus hominum animos erga Creatorem diligendum ac colendum excitare videatur. Certe non video quanam ratione patentissima libertas arbitrii nostri, quam experimur, quæque tam aperte in scripturis sacris traditur, cum divina prædestinatione ita explicata cohærere valeat.

S. Augustinus.

Ego autem nolo exaggerare meis verbis, sed illis cogitandum potius relinquo, ut videant, quale sit, quod sibi persuaserunt, prædicatione prædestinationis audientibus plus desperationis, quam exhortationis afferri, hoc est enim dicere, tunc de sua salute hominem desperare, quando spem suam non in se ipso, sed in Deo didicerit ponere, cum Propheta clamet: *Maledictus omnis, qui spem ponit in homine.* lib. de Dono persev. cap. 17. *Hier. 17. 5.*

S. Prosper.

Hoc propositum vocationis Dei, quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani eligendorum & reiiciendorum dicitur facta discretio &c. *& lapsis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem temporis afferre.* Item: *Removeri itaque omnem industriam, tollique virtutes, si Dei constitutio humanas præveniat voluntates, & sub hoc prædestinationis nomine fatalem quamdam induci necessitatem.* ita Semipelagianos sentire scribit ad Augustinum.

XI.

Censores.

Unum tamen e difficilimis ab Augustino & ab aliis fuit semper iudicatum, veram invenire rationem & modum, qui difficultates omnes pelleret, & humanum intellectum pacatum omnino redderet super cohærentia libertatis arbitrii cum divina gratia, præscientia, & prædestinatione. Ac quamvis hi hæretici, qui vel divinæ gratiæ vel libertati arbitrii præiudicium afferre moliti sunt ex scripturis sanctis principiisque fidei efficaciter sint expugnati, haud tamen scio an explicata penitus & abunde reddita ratione integra conciliandi libertatem arbitrii cum illis tribus, & hæreticis aditus, quo facilius ad pacem unitatemque Ecclesiæ redirent, sit patefactus, & concertationes, quæ ante mille annos inter viros catholicos obortæ fuot, quaotum par est, sint compositæ.

S. Augustinus.

Sed primum secundum auctoritatem scripturarum sanctarum, utrum se ita fides habeat, demonstrandum est. Deinde si voluerit & adiuverit Deus, istis garulis ratiocinationibus elatioribus, quam capacioribus, atque ideo morbo periculosiore laborantibus, sic fortasse serviemus, ut inveniant aliquid, unde dubitare non possint. *lib. 1. de Trin. cap. 2.*

Quoniam vos aliquando contra evidentissimam auctoritatem ratio humana delectat, proferte ipsam regulam rationis vestræ. *serm. 14. de Verb. Apostoli.*

S. Innocentius Papa.

Sanctæ fraternitatis vestræ literas plenas fidei totoque catholicæ religionis vigore firmatas, a vobis missas & conciliis vestris per fratrem & Coepiscopum nostrum Iulium pergrato suscepimus animo, quia earum tenor omnisque contentio in consideratione quotidianæ gratiæ Dei & in eorum correctione, qui contra sentiunt, integra ratione consistit, ut & illis omnem tollere possit errorem, & idoneo dato quovis nostræ legis exemplo, quem sequi debeant, di-

guum possint præbere Doctorem. in epistola ad S. Augustinum, quæ est 96. inter Augustinianas.

XII.

Censores.

Expositiones aliæ Augustini ad locum Pauli (*nempe Deus vult omnes homines salvos fieri*. Timoth. 2.) præter Damasceni & communem Patrum expositionem, omnes vel primo aspectu peregrinæ & extortæ apparent.

XIII.

Censores.

Frustra noluit Augustinus concedere hanc voluntatem Dei circa omnium salutem, & locum illum Pauli nullo ex tribus modis recte exposuit.

XIV.

Censores.

Tres quatuorve ex Augustino commemorati sunt a nobis modi exponendi verba illa, *Deus vult omnes homines salvos fieri*, cum illius opinionem exponeremus, qui mihi quidem ad eludendum magis, quam recti & solidi videri solent.

S. Augustinus.

Manifestum est eos, qui huic resistunt tam perspicuæ veritati, non intelligere omnino, qua loquutione sit dictum, quod *omnes homines vult Deus salvos fieri*, cum tam multi salvi non fiant, non quia ipsi, sed quia Deus non vult, quod sine ulla caligine manifestatur in parvulis: sed sicut illud, quod dictum est, *omnes in Christo vivificabuntur*, cum tam multi æterna morte puniantur, ideo dictum est, quia omnes quicumque vitam æternam percipiunt, non percipiunt nisi in Christo, ita quod dictum est, *omnes homines vult Deus salvos fieri*, ideo dictum est, quia omnes, qui salvi fiunt, nisi ipso volente non fiunt, & si quo alio modo illa verba apostolica intelligi possunt, ut tamen huic apertissimæ veritati, in qua videmus tam multos volentibus hominibus, sed Deo nolente salvos non fieri, contraria esse non possint. *epistola 107. ad Vitalem. item cap. 103. Enchirid. & cap. 14. de Corr. & grat.* *1. Cor. 15.*

Ecclesia Lugdunensis.

Sensus illorum verborum Apostoli, quibus ait (qui vult omnes homines salvos fieri) *etiam nos superius commemoravimus, & fideliter posse accipi diximus, si tamen & ille sensus B. Augustini, quem ille iuxta alterius divinæ Scripturæ auctoritatem diligenter inquirit, & multis ac veracibus modis exponit, pariter recipiatur. Nec propter istum ille damnetur, sed potius utrique sensui propter veracem & piam Patrum auctoritatem fideliter obediatur.* in lib. de trib. Epist. cap. 26. idem habet c. 24. S. Bonaventura ait: *Expositiones Augustini Doctoris egregii super illud 1. ad Tim. 2.* Deus vult omnes homines salvos fieri, *bona sunt.* 1. sent. dist. 46. q. 1. art. 1.

XV.

Censores.

Unde cessat obiectio, quam sæpius Augustinus repetit, quæque in causa fuit, ut testimonium Pauli non de omnibus universim hominibus exponeret, sed ad tres illas expositiones confugeret. Sæpe enim obiicit, pueros in uteris maternis interdum perire ante baptismum, neque tamen per pueros, neque per parentes, neque per ministros stare, qui percuperent eis subvenire, & remedium baptismi ad salutem adhibere, nec tamen possunt.

S. Augustinus.

Quid de illis dicis, qui in utero moriuntur? O angustia! *serm. 7. de Verb. Apost. Idem epist. 105. ad Sixtum.* Et cur providentia Dei, cui nostri capilli numerati sunt, sine cuius voluntate non cadit passer in terram, quæ nec fato premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec ulla iniquitate corrumpitur, ut renascantur ad hæreditatem cælestem, non consulit omnibus parvulis filiorum suorum, & nonnullis consulit etiam parvulis impiorum?

S. Fulgentius.

Ubi enim duorum parvulorum nec in actibus aliqua sunt merita, nec in origine dissimilis causa; manifestum quidem nobis est, quod ambo fuerint originalis peccati vinculis obligati, occultum vero, cur non ambo fuerint absoluti. Sciamus igitur imperscrutabile nobis esse, cur uno derelicto alterum Deus ab illa perditionis massa gratis eripiat &c. *Dicet aliquis: cur non ambobus largitus est Dominus gratuitam misericordiam, cum unus ambos reatus obstrinxerit? Cui salva imperscrutabili altitudine iudiciorum Dei, respondemus, ideo non utrumque liberatum, vel utrumque damnatum, quia Dominus, qui malum nec velle potest aliquando,*

quando, nec facere, ab uno iusta severitate debitum præcepit exigi, alteri vero iussit gratuita bonitate dimitti. lib. 1. de Verit. prædest. & gratiæ cap. 13. Idem docet S. Prosper con. Ingratos cap. 31.

XVI.

Censores.

Appellare cognitiones illas rerum in Verbo, & in proprio genere diem, multiplicareque ea ratione dies comparatione diversorum obiectorum, est uti vocabulis ad libitum, & præter omnium sensum & opinionem; nec ullam verisimilitudinem habet, Moysem cum populo rudi in ea significatione fuisse loquutum, quam vix ullus potuit excogitare, excogitatamque sibi persuadere. Quare exponere in eo sensu scripturas, est sane earum auctoritatem enervare, & (si in impugnanda sanctissimi eminentissimique Doctoris de Ecclesia & sacra Theologia quam meritissimi sententia, fas est ita loqui) ludibrio forte eam coram infidelibus exponere. Merito ergo sententia Augustini ab aliis Patribus & doctoribus communiter reprobatur.

S. Augustinus.

Quisquis ergo non eam, quam pro nostro modulo vel indagare, vel putare potuimus, sed aliam requirit in illorum dierum enumeratione sententiam, quæ non in prophetia figurate, sed in hac creaturarum conditione proprie meliusque possit intelligi, quærat, & divinitus adiutus inveniat. Fieri enim potest, ut etiam ego aliam his divinæ scripturæ verbis congruentiorem fortassis inveniam. Neque enim ita hanc confirmo, ut aliam, quæ præponenda sit, inveniri non posse contendam. *lib. 4. de Gen. ad lit. cap. 28.* Cum his autem, qui cuncta illa quæ vera sunt, falsa esse non dicunt, honorantes & in culmine sequendæ auctoritatis nobiscum constituentes illam per sanctum Moysem editam sanctam scripturam tuam, & tamen nobis aliquid contradicunt, ita loquor: Tu esto Deus noster arbiter inter confessiones meas & contradictiones eorum. *lib. 12. Confess. cap. 16.*

S. Thomas.

Harum igitur expositionum prima, scilicet Augustini, *est subtilior, magis ab irrisione infidelium scripturas defendens. Secunda vero*, scilicet aliorum Sanctorum, *est planior & magis verbis literæ quantum ad superficiem consona, quia tamen neutra earum a veritate fidei discordat, & utrumque sensum circumstantia literæ patitur, ideo ne neutri harum expositionum præiudicetur, utramque opinionem sustinentes, utriusque rationibus respondendum est*. in Quæst. disput. q. 4. de mat. informis creat. art. 2.

XVII.

Censores.

Temere affirmabimus auxilium sufficiens aliquibus denegari, atque ab Augustino aliisque idem sentientibus petere possumus, undenam huius voluntatis Dei certiores facti fuerint.

S. Augustinus.

Quid responsurus sum? Auditurus es Augustinum, qui non audisti Apostolum dicentem: *O homo tu, quis es, qui respondeas Deo?* Duo parvoli nati sunt; si debitum quæras, ambo tenent massam perditionis *&c.* Sed habet figulus luti potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Disputare vis mecum? Immo mirare mecum, & exclama mecum: *O altitudo divitiarum!* serm. 11. de Verb. Apost. Rom. 9. 20. Rom. 11. 33.

S. Prosper.

Eo ipso tempore, quo ad omnes gentes prædicatio Evangelii mittebatur, quædam loca Apostolis adire prohibebatur ab eo, qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, *Multis utique in illa retardatis atque aversis Evangelii mora sine agnitione veritatis & sine regenerationis consecratione morituris. Dicat ergo scriptura, quod gestum est*: Transeuntes autem, *inquit*, Phrygiam & Galatiæ regionem vetiti sunt a Sancto Spiritu loqui verbum in Asia. Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit illos Spiritus Iesu *&c.* in epist. ad Rufinum. Idem docet in cap. 11. contra Ingratos.

——— Dic unde probes, quod gratia Christi
Nullum omnino hominem de cunctis, qui generantur,
Prætereat, cui non regnum vitamque beatam
Impertire velit? nec enim vel tempore nostro
Omnibus in terris iam certum est insinuatum
Christi Evangelium, ne dicam exordia doni
Non potuisse simul toto decurrere mundo.

Lege epist. synodicam PP. Africanorum cap. 9.

XVIII.

Censores.

Fateor sane suspecta mihi esse testimonia Prosperi & Fulgentii, quod diligentissimi & exactissimi Augustini discipuli sint.

S. Augustinus.

Nunc in familiarissimis meis similiter non sentientibus me iam vulneratis, tortquetisque sentientem. *lib. de duabus Animabus cap.* 14.

S. Prudentius.

Huius rei testis est S. Antistes Fulgentius, qui super hoc &c. *certe si nulla nobis alia aut auctoritas aut ratio suppeditaret, solus ille nobis in huius sermonis intelligentia sufficere poterat, cuius doctrina atque scientia tanto in catholica Ecclesia honore & amore convaluit, ut de illius scriptis nullus umquam dubitaverit, nullus derogaverit* &c. *Testis est etiam S. Prosper vir in omni literarum eruditione doctissimus ac facundissimus, qui Gallorum aliorumque sequacium impudentiis & libris fideliter editis, & Romani Pontificis edicto sua instantia impetrato, propugnator, fortissimus ac fidelissimus obviavit. Proinde impudentior ceteris tui similibus comprobaris, qui cum eorum venerabilia scripta legeris, quippiam secus ausus es musitare.* lib. de Prædest. cap. 11.

XIX.

Censores.

Verum opinio Augustini hoc modo intellecta Theologis scholasticis iam non probatur, & merito, ex ea enim cogimur incidere in sententiam Pelagii.

Iidem alibi.

Contra Augustinum parum modeste loquitur Catharinus, & in illius sententiam suo modo intellectam procaciter fertur. *Item*: In hoc turpissime certe Catharinus lapsus est, quod non intelligens mentem Augustini, ipsum impudenter impugnat & reprobat.

S. Augustinus.

Quomodo sperem te auditurum esse quod dico, qui tam in proximo non audis ipse, quod dicis, dum tibi continuo contradicis? lib. 2. con. Cresconium cap. 12. tom. 7.

XX.

Censores.

Mihi in hac parte non probatur doctrina B. Augustini *&c.* sed existimo aliter philosophandum de donis, quæ in Adamo perdidimus.

S. Augustinus.

Si autem hoc adiutorium vel Angelo, vel homini, eum primum facti sunt, defuisset, quoniam non talis natura facta erat, ut sine divino adiutorio posset manere, si vellet, non utique sua culpa cecidissent; adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent. Nunc autem quibus deest tale adiutorium, iam pœna peccati est. *lib. de Corr. & grat. cap.* 11.

S. Innocentius Papa.

Liberum enim arbitrium ille, nempe homo primus, *perpessus, dum suit inconsultius utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda demersus est, & nihil quemadmodum exinde exsurgere posset, invenit, suaque in æternum libertate deceptus huius ruina iacuisset oppressus, nisi eum post Christi pro sua gratia relevasset adventus* &c. in epist. ad Patres concilii Carthaginensis.

XXI.

Censores.

Augustinus argumentis victus novam prædestinationis formam invexit post lapsum

S. Augustinus.

Didicimus enim singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones

psum hominis non fluxam quoad eventum & inconstantem, quippe ex libero arbitrio, sed ex gratia certam potius & ratam.

nes, contra quas diligentius defenderetur scriptura divina, quam si nulla talis necessitas cogeret. Quid autem coegit loca Scripturarum, quibus prædestinatio commendata est, copiosius & enucleatius isto nostro labore defendi, nisi quod Pelagiani dicunt, gratiam Dei secundum merita nostra dari. *lib. de Dono perfev. cap.* 20.

XXII.

Censores.

Augustinus primus, quod sciam, inter antiquos in veteri spatio novam semitam invenit, nova impressit vestigia.

S. Augustinus.

Ac per hoc prædestinationis hujus fidem, quæ contra novos hæreticos nova sollicitudine nunc defenditur, numquam Ecclesia Christi non habuit. *Ibidem in fine cap.* 23.

S. Fulgentius.

Nos itaque, carissime, hæc interim pauca de libris S. Augustini & de responsionibus Prosperi ad hoc maluimus huic libello inserere, ut cuncti noverint, quid debeant de prædestinatione fauctorum impiorumque sentire, simulque ut appareat eiusdem B. Augustini dictis tenorem sententiæ nostræ convenire. lib. 1. ad Monimum cap. 30.

XXIII.

Censores.

Nempe asserendum est, quamvis B. Augustini, B. Fulgentii, & sequacium sententia de obduratione Pharaonis videatur dura minusque conformis divinæ benignitati, & idcirco nobis non placeat, tamen non esse asperiore censura percellendam.

S. Augustinus.

Dicit enim Scriptura ad Pharaonem: *Qui ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam* &c. Ergo *cuius vult miseretur, & quem vult obdurat.* Hoc facit, apud quem non est iniquitas. Miseretur itaque gratuito dono, obdurat autem iustissimo merito. *epist.* 105. *ad Sixtum.*

Ecclesia Lugdunensis.

Beatus quoque Antistes & gloriosus Confessor Fulgentius de hac iudicii in utramque partem præscientia & prædestinatione egregium librum scripsit, qui sicut & cetera eius admiranda & veneranda scripta semper ab Ecclesia fideliter receptus & inter scriptores Ecclesiasticos laudabiliter annumeratus est, & nunc nescimus, qua ratione, immo infidelitate & contentione simul cum B. Augustino abiicitur, & ab iis qui catholici videri volunt, tales ac tanti viri Dei iniquissime iniuriati & spreti, velut quisquiliæ & purgamenta vilissima conculcantur, & est nimis mirabile, immo horribile, quomodo, ut suis adinventionibus & ineptiis credatur, exigant, cum ipsi beatissimos Patres & illustrissimos Doctores Ecclesiæ abiecerint. lib. de trib. Epist. cap. 8.

XXIV.

Censores.

Non omnes Augustini sententiam de prædestinatione probant, horrida multis videtur & aspera.

S. Augustinus.

Nimiæ igitur contentionis est prædestinationi contradicere, vel de prædestinatione dubitare. *lib. de Dono perfev. in fine cap.* 21.

S. Amolo Archiepiscopus Lugdunensis.

Sed iam audiamus B. Augustinum, quomodo & ipse post Apostolum præcipuus prædestinationis & gratiæ prædicator hortetur fideles ad studia pietatis & instantiam orationis, ut mereantur accipere præmium vocationis. in fragmento epist. ad Hincmarum.

XXV.

Censores.

De auctoritate cum agitur, Augustinum sic amemus, ut eos non audiamus, qui illum supra quam par est, extollere student.

S. Augustinus.

Tantumque mihi tributum est, ut ubicumque me præsente loqui opus esset ad populum, rarissime tacere atque alios audire permitterer. *in proœmio lib. Retractationum.*

Hila-

Hilarius.

Quidquid pro ea gratia, quam in te pusilli cum magnis defendimus, volueris, aut valueris, gratissime accipiemus tamquam a nobis carissima & reverendissima auctoritate decretum. in epist. ad Aug. *Moleste ferunt, quod de his, quæ adversum excellentissimæ auctoritatis virum inter multas collationes asserere, resistimus.* Prosper in epistola ad Rufinum.

XXVI.

Censores.

Quid enim vehementius urgebant, qui Fausti libris infesti erant, quam quod Petrus diaconus ceterique cum eo in epistola sua criminantur, contra prædestinationis illos sententiam scriptos esse? Quid hoc autem ad Augustinum? Nam contra prædestinationis sententiam scriptos a se Faustus non abnuebat, sed contra illam dumtaxat, quæ vel fatum afferat, vel liberum arbitrium neget, quorum utrumque ab Augustini sensu non abhorrere non inficias ierint ipsi.

S. Augustinus.

Hæc est prædestinatio manifesta & certa sanctorum, quam postea diligentius & operosius, cum iam contra Pelagianos disputaremus, defendere necessitas compulit &c. *lib. de Dono persev. cap.* 20.

Faustus Reiensis.

Si ergo unus ad vitam, alter ad perditionem, ut asserunt, deputatus est, sicut quidam Sanctorum dixit, non iudicandi nascimur, sed iudicati. *lib.* 1. *de Grat. & lib. arb. cap.* 4.

Vasquez.

Intelligit certe Augustinum. r. *p. d.* 89. *n.* 6.

B. Lupus Abbas Ferrariensis.

Reverendissimus Papa Gelasius cum septuaginta Episcopis viris eruditissimis statuens, qui scriptores essent, vel non essent recipiendi, post approbationem Augustini & amplissimas laudes Hieronymi memoratum Faustum ab auctoritate his verbis removit: Opuscula Fausti Reiensis Galli apocrypha. *Nos igitur incorruptum sanctarum Scripturarum sequentes intellectum, & apostolicæ Sedis gravitatem suspicientes, quid aliud dicamus, nisi taceat Faustus & similiter sentientes, loquantur cum suis consortibus Hieronymus & Augustinus scilicet illius proverbii recordantes: Conticescant ranæ, dum cælum tonat.* in collect. de trib. quæstionibus quest. 3.

XXVII.

Censores.

Iam pridem disputari in utramque partem cœpit in scholis quæstio de prædestinatione, neque pro aliquo præiudicio valere ad hanc controversiam credita est auctoritas Augustini.

S. Augustinus.

Ipsa est igitur prædestinatio sanctorum, quæ in Sancto sanctorum maxime claruit, quam negare quis potest recte intelligentium eloquia veritatis? *lib. de Prædest. Sanct. cap.* 15.

XXVIII.

Censores.

Sententiam de gratuita electione ad gloriam amplexus Augustinus suffragatores habuit complures posteros, neque tamen aut illius auctoritas, aut illorum consensus a contraria sequenda tuendaque retardavit insignes aliquos pietate & doctrina Theologos, quorum tantum valuit exemplum, ut hoc tempore communiter & promiscue adhibeatur in scholis, & ut initia habent, paulatim obducta alia, rerum potitura videatur.

S. Augustinus.

Hoc scio, neminem contra istam prædestinationem, quam secundum scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse. *lib. de Dono persev. cap.* 19. Nullum est, inquam, illustrius prædestinationis exemplum, quam ipse mediator. Quisquis fidelis vult eam bene intelligere, attendat ipsum, atque in illo inveniat & se ipsum. *ibidem. cap.* 24.

S. Prudentius Episcopus.

Cum aliqui Gallorum, sicut quidam de eis ait, quod eorum semper sint repentina consilia, nequaquam prædestinationem perditorum reprehenderent, sed sanctorum prædestinationem novo colludio derogare maluerint, quorum insanæ præsumptioni memorabilis idem Augustinus Doctor eximius, petentibus Prospero & Hilario, orthodoxe respondens, duos libros

libros, alterum de Prædestinatione sanctorum, alterum de Dono perseverantiæ, plenissime fidelissimeque confecit, in quibus perpauca de prædestinatis ad interitum, plura vero de prædestinatis ad gloriam verissime disseruit. in epist. ad Hincmarum & Pardulum.

XXIX.

Censores.

Postremo ne longum faciam, illud suscepisse Tridentinum concilium videtur, ut cum novorum hæreticorum, qui Augustini doctrina ad erroris sui patrocinium abutebantur, insaniæ occurrere vellet, nonnullis necessario additis illam faceret catholicam.

S. Augustinus.

Multa diximus, & fortasse iam dudum potuimus persuadere quæ volumus, & adhuc tam bonis ingeniis sic loquimur quasi obtusis, quibus & quod nimium est, non est satis. *lib. de Prædestinatione SS. cap. 20. in fine.*

S. Remigius eum sua Ecclesia Lugdunensi.

Mirifice prius laudato S. Augustino ait: *Sanctorum atque orthodoxorum Patrum de libero arbitrio plenissimis & clarissimis definitionibus nec addendum aliquid fuerat, nec subtrahendum, quia & quod fidei catholicæ necessarium est, plenissime continent, & si quid inde subtrahatur, veritatis integritas violetur.* lib. de tenenda Verit. S. Scripturæ cap. 4. tomo 9. Bibl. PP.

XXX.

Censores.

Non enim pauca, neque contemnenda sunt Augustini dogmata, quæ vel Ecclesiæ universæ, vel Theologorum aut omnium, aut multorum, nec infimi subselii reprobantur.

XXXI.

Censores.

Augustini & aliorum Patrum, quos cum eo nominavit approbavitque sancta synodus, non pauca, neque levia errata circumferuntur, quæ profecto neque catholica sunt, neque haberi synodus ulla œcumenica voluit.

S. Augustinus.

Nec trepidus ero ad proferendam sententiam meam, in qua magis amabo inspici a rectis, quam timebo morderi a perversis. Grataoter enim suspicit oculum columbinum pulcherrima & modestissima caritas, dentem autem caninum vel evitat cautissima humilitas, vel retundit solidissima veritas. Magisque optabo a quolibet reprehendi, quam sive ab errante, sive ab adulante laudari. Nullus enim reprehensor formidandus est amatori veritatis. Etenim aut inimicus reprehensurus est, aut amicus. Si ergo inimicus insultat, ferendus est: amicus autem si errat, docendus; si docet, audiendus *&c. lib. 2. de Trinit. in proœmio.*

S. Prudentius Episcopus.

Si enim S. Augustini doctrinam *adversam fidei orthodoxæ in quoquam conspiceret, nequaquam eam Romanæ ecclesiæ Antistes venerabilis Innocentius cum totius Orbis Episcopis suscepisset, neque prædictum memorabilem suarum epistolarum communiter privatimque officiis affecisset, neque successor eius Zosimus eodem tramite cucurrisset, neque Bonifacius eiusdem apostolicæ Sedis Præsul epistolas Pelagianorum sibi delatas ei ad respondendum misisset, aut responsionem eius quatuor libris editam probabiliter atque honorabiliter suscepisset. Cælestinus quoque memoratæ urbis Episcopus quid contra Gallorum insaniam super eo eiusque doctrina senserit ex auctoritate apostolica decretorum suorum scita declarant, quæ ita se habent* &c. ubi recitat elogium S. Augustino delatum. in epistola ad Hincmarum & Pardulum.

XXXII.

Censores.

Quænam concilia, quæve Pontificum Romanorum edicta Augustini de prædestinatione ac reprobatione sententiam, quatenus æternam salutem respiciunt, pari cum his, quæ de gratia docuit, gradu auctoritatis adsciscunt, ut in fidei dogmata transierint?

S. Augustinus.

Ac per hoc prædestinationis huius fidem, quæ contra novos hæreticos nova sollicitudine nunc defenditur, numquam Ecclesia Christi non habuit. *lib. de Dono persev. cap. 23.*

S. Pro-

S. Prosper.

Agnoscant calumniatores superfluo sese obiicere, quod his libris, nempe postremis S. Augustini ad Prosperum & Hilarium, ubi fuse agit de prædestinatinoe, *non speciale neque discretum testimoninm sit perbibitum, quorum in cunctis voluminibus norma laudatur. Apostolica enim Sedes, quod a præcognitis sibi non discrepat, cum præcognitis probat, & quod iudicio inngit, laude non separat.* contra Collatorem cap. 42.

XXXIII.

Censores.

Quibus verbis additis rigidum illud ac nimis severum Augustini seosum, ut quidem nonnullis visum esse noverant, *scilicet Tridentini Patres*, decretum, *Nullum esse opus bonum nisi ex gratia Christi*, prudenti cautione moderati suot.

S. Augustinus.

Non sic est adiutorium Dei, non sic est adiutorium Christi, non sic est adiutorium Spiritus Sancti. *Item:* Si defuerit, nihil boni agere poteris, agis quidem illo non adiuvante libera voluntate, sed male. Ad hoc idooea est voluntas tua, quæ vocarur libera, & male agendo fit damnabilis ancilla. *serm. 13. de Verb. Apostol.*

Sancti Patres Africani in Sardinia exsules.

Ante largitatem quippe gratiæ est in homine quidem liberum arbitrium, sed non bonum, quia non illuminatum. Proinde nisi gratia detur, bonum ipsum arbitrium non habetur. Sic namque est liberum hominis arbitrium absque dono gratiæ, sicut oculus sine luce, nam & oculus ad videndum factus est, sed nisi lumen acceperit, non videbit. io epist. synodica cap. 5. tomo 6. Bibl. PP. par. 1. *Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum.* Synodus Arausicana canone 22. quæ est sententia exscripta ex Tract. 5. S. Patris in Iohannem.

XXXIV.

Censores.

Ridiculi *S. Augustini* adoratores ubique dicuot illum esse fidelissimum antiquitatis testem, ut loquitur Calvinus, primum Ecclesiæ oracolum, principem Patrum, & omnium Doctorum subtilissimum.

S. Augustinus.

At ego ubicumque sis, ubicumque legere ista poteris, te ante istos in tuo corde constitui, quos oon amicos meos, & inimicos tuos aliqua in meam partem gratia propendentes, aliquo abs te merito tuæ offensionis aversos, & ob hoc tibi adversos in hac nostra disputatione constitui cognitores *&c. lib. 2. con. Iulian. cap.* 10.

S. Hieronymus atque alii Patres.

Hierooymus epistola 25. inter Augustinianas ita Augustioum alloquitur: *Macte virtute in orbe celebraris, catholici te conditorem antiquæ rursum fidei venerantur atque suspiciunt.* Audax Episcopus epist. 139. inquit: *Thesaurum sapientiæ desideravi, sed minus accepi, quam volui, licet minus non debet dici, sed munus, quod oraculum legis contulerit Augustinus, sacrator iustitiæ, instaurator spiritalis gloriæ, dispensator salutis æternæ.* Sixtus IV. in bullario August. *Augustinus inter intemeratæ Ecclesiæ Doctores præcipuus & subtilissimus Evangelii ac sacrarum literarum perscrutator.*

XXXV.

Censores.

At æqui admiratores docent S. Augustinum numquam adeo vagam & iodeterminatam in Ecclesia auctoritatem obtinuisse, ut catholici sese omnibus eius opinionibus cæcis oculis submittere teneantur, & illæ absque temeritate & errore impugnari non possint.

S. Augustinus.

Vos autem & tam cauti & tam turbulenti & tam novi nemini dubium est, quin nihil dignum auctoritate præferatis. *lib. de Utilitate credendi cap.* 14.

S. Hieronymus.

Mihi autem decretum est te amare, te suspicere, colere, mirari, tuaque dicta quasi mea defendere. Certe & in Dialogo, quem nuper edidi, tuæ beatitudinis, ut dignum fuerat, recordatus sum. epist. 30. ad S. Augustinum inter Augustioiaoas. *Nolo autem sanctitas tua sic me arbitretur hæc scribere, quasi de iis, quæ nunc edidisti, ego dubitem.* Hilarius in epistola ad Augustinum.

XXXVI.

XXXVI.

Censores.

Sanctum Augustinum veneramur, ut decet, sed non pecudum more & sine ratione, cum ipso profitemur, quod minus illum amamus, quam veritatem.

S. Augustinus.

In hoc te plane laudo, quod veritatem etsi numquam percepisti, certe quam putasti, homini prætulisti, ideo quidem temere, quia existimasti scire te quod nescis, sed ideo libere, quia personam non veritus, elegisti aperire quod sentis. *lib. 4. de Orig. animæ cap.* 1

S. Alipius Tagastensis.

Habemus ducem Augustinum, *qui nos in ipsa veritatis arcana Deo iam monstrante perducat*. lib. 3. Aug. contr. Academ. in fine. Rupertus Abbas lib. 7. de Oper. Spiritus S. c. 19. *Iste est Augustinus columna & firmamentum veritatis*. Prosper in epist. ad Rufinum: Augustinum *abundantissime Spiritus veritatis implevit*.

XXXVII.

Censores.

Contendimus ipsius arma omni ex parte inexpugnabilia non esse, sint licet illustria.

S. Augustinus.

Nempe cum arma tua vana quidem & obtusa iactanter ventilas. *lib. 5. con. Iul. cap.* 9.

S. Paulinus.

Ideoque cum hoc Pentateucho tuo contra Manichæos me satis armaveris, si qua in alios quoque hostes catholicæ fidei munimina comparasti, quia hostis noster, cui mille nocendi artes, tam variis expugnandus est telis, quam oppugnat insidiis; quæso promere mihi de armamentario tuo & conferre non abnuas arma iustitiæ. epist. 31. apud S. Augustinum. *Utpote inter multa Dei dona, quibus illum abundantissime Spiritus veritatis implevit, habens etiam hanc scientiæ & sapientiæ ex Dei caritate virtutem, ut non solum istam adhuc in suis detruncationibus palpitantem, sed etiam multas prius hæreses invicto verbi gladio debellaret*. S. Prosper ad Rufinum. Iohannes XXII. ait: *Augustinus* &c. *catholicæ fidei veritatem in lucem produxit, eduxit in publicum, firmis ac invictis rationibus solidavit*.

XXXVIII.

Censores.

Neque eum in sententiarum suarum & fundamentorum, quibus eas confirmat, delectu adeo felicem esse (ut demonstrabo, si mihi illud iniunctum fuerit) quin mentibus nostris plenissimam ipsius doctrinæ non consentiendi, immo oppositam partem tuendi libertatem relinquat, quin & ipsemet de opinionum, quas docet, certitudine addubitet.

S. Augustinus.

Hoc quidem dicitur, sed tu dicis, qui autem legit & intelligit, si non Pelagianus est, hoc non dicit. *lib. 1. Oper. imperf. cap. 15. ut refelleret illa Iuliani*: Nihil itaque ibi de omnibus Augustini argumentis & propositionibus inexplosum remansit.

Probet, si potest, & fatebor me didicisse ab illo. *lib. de Orig. animæ cap.* 14.

S. Prosper.

De argumentis S. Augustini contra Pelagianos ita canit in carmine contra Ingratos c. 3.

Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto
Insanas pepulere feras, industria maior,
Maius opus, totum præstantius imbuit orbem.
Quaque per ambages anceps iter egit opertas,
Huius ab occursu est præventus, mille viarum
Insidiis aditum non reperientibus ullum.
Cumque foris rabies avidorum exclusa luporum
Frenderet, inque omnes mendacia verteret artes,
Ne mentes ullarum ovium corrumpere posset,
Neu dubia obliquis turbaret corda querelis,
Istius ore viri fecit Deus, istius ore
Flumina librorum mundum effluxere per omnem,
Quæ mites humilesque bibunt, campisque animorum
Certant vitalis doctrinæ immittere rivos.

XXXIX.

Censores.

Si Augustinus hæc recte dicit, deserere eum possum, ut omnibus Doctoribus me adiungam. Sin vero absque ratione hæc dicit, eum etiam deserere possum hoc ipso, quod me id posse asserit, quia sine ratione loquitur, & ita quovis modo sumatur Augustinus, ipsius mancipium fieri & omnes eius sententias adorare nequaquam cogor.

S. Augustinus.

Si enim turpe est sine ratione cuiquam credere, quid exspectas, quid satagis, ut alicui sine ratione credam, quo facilius tua ratione duci possim? An firmum aliquid superædificabit ratio tua fundamento temeritatis? *lib. 6. de Utilit. credendi ad Honorat. cap.* 14.

S. Bernardus.

Ab his duabus columnis, Augustinum loquor & Ambrosium, credite mihi, difficile avellor, cum iis me errare, aut sapere fateor. in epistola septuagesima septima ad Hugonem.

XL.

Censores.

Hoc sufficit ad confessionem hanc ab effrænatis Augustini adoratoribus extorquendam, licitum esse absque erroris & temeritatis nota Augustini sententias non semper sequi.

S. Augustinus.

Neminem velim sic amplecti omnia mea, ut me sequatur, nisi in iis, in quibus me non errare perspexerit. *lib. de Dono persev. cap.* 21.

S. Idelphonsus.

Audiant B. Augustinum, cui contradicere fas non est. serm. 2. de Beata Virgine.

XLI.

Censores.

Plerique mortalium pietate ac doctrinis illustres, Episcopi, Cardinales, ipsiusque, *scilicet Augustini*, amici, servi, ac fautores, fratres, ac filii sæpe illum reliquerunt.

S. Augustinus.

O si vos non essetis, qui contra testimonium veritatis falsum testimonium vestrum & dicitis, & insuper scribitis! *lib. 2. Oper. imperf. con. Iulian. cap.* 79.

Numquid iden vim veritatis effugere poteris, quia nobis calumniando importas socios falsitatis? *lib. 5. con. Iul. cap.* 7.

S. Vincentius Ferrerius.

Audeo dicere: Omnes Doctores, qui venerunt post Augustinum, sustentantur super eius doctrinam sanctam, puram, immaculatam, auri purissimi, sine errore falsarum opinionum in serm. de S. Augustino.

XLII.

Censores.

Inauditum in Ecclesia est, quod & ipse Augustinus detestatur, licet eius impertinentes adoratores illum supra ceterorum Patrum capita ponant. Soli amentes sic ratiocinantur: Unus hoc Doctor asseruit, ergo credendum est.

S. Augustinus.

Ecce non ego unus, sed tot ac tanti sancti eruditique Doctores tibi pro me, vel mecum, proque omnium nostrum & tua ipsius, si sapis, salute respondent. *lib. 1. con. Iul. cap.* 7.

S. Vincentius Ferrerius.

Quilibet doctor est contentus ad probandum dictum suum, si potest habere unam auctoritatem Augustini. ibidem.

XLIII.

Censores.

Hæc Augustini obscuritas etiam in pertractandis prædestinationis & gratiæ mysteriis apparuit; siquidem in scholas Theologorum dissensiones invexit, doctores inter se divisit, turbis & contentionibus partim in Africa, partim in Gallia tam ipso vivente, quam e vivis sub-

S. Augustinus.

De qua difficillima quæstione, hoc est de voluntate & gratia, non opus habui etiam in hac epistola diutius disputare, quoniam & aliam iam eis dederam tamquam citius redituris. Et scripsi ad vos etiam librum, quem si adiuvante Domino diligenter legeritis, & vivaciter intellexeri-

sublato exortis occasionem præbuit.

lexeritis, nullas existimo inter vos de hac re dissensiones ulterius iam futuras. *epist. 47. ad Valentinum*.

S. Thomas Villanovanus.

O sidus maximum, Augustine Pater, quantum Ecclesiam Dei tua sapientia irradians illustrasti? quantum tua præsentia errorum tenebras effugasti? nunc enim te auctore, te magistro ita omnia sunt lucida, ut errare non possit, nisi qui ex industria velit alucinari; est enim, ut mihi videtur, in Ecclesia Dei schola Theologica velut quædam area &c. conc. 1. de S. Augustino.

XLIV.

Censores.

Quin eadem Augustini obscuritas pro clypeo fuit hæresi Prædestinatianorum, qui ferocia horridaque sua dogmata in huius Patris doctrina fundabant.

S. Augustinus.

Arbitror sane nonnullos tardiores id opinaturos, me sensisse quod non sensi, aut non sensisse quod sensi, quorum errorem mihi tribui non debere quis nesciat, si velut me sequentes, neque apprehendentes deviaverint in aliquam falsitatem, dum cogor per quædam densa & opaca viam carpere, quandoquidem nec ipsis sanctis divinorum librorum auctoritatibus ullo modo quisquam recte tribuerit tam multos & varios errores hæreticorum, cum omnes ex eisdem scripturis falsas atque fallaces opiniones suas conentur defendere. *lib. 1. de Trinit. cap. 2.*

Facundus Episcopus Hermianensis.

Quid autem in hoc miremur? Neque melius loqui potuit Augustinus, quam Prophetæ, quam Apostoli & Evangelistæ, quorum mentibus similiter male intellectis & incongrue adhibitis, tam multi suos defendere conantur errores. libro contra Mocianum. De Facundo Hermianensi lege S. Isidorum de Eccles. Script. cap. 19.

XLV.

Censores.

Mihi concludere licet, eum noluisse suis in libris animi sui sensa clare exponere, aut in iis exponendis satis clarum non fuisse, ut nullum legentibus de eius vera mente & intentione dubitandi locum relinqueret.

S. Augustinus.

Qui ea, quæ pro natura quæstionum dilucide dicta existimo, adhuc non intelligunt, non mihi calumnientur pro meæ facultatis indigentia, sed Deum potius pro accipienda intelligentia deprecentur. *lib. 3. de Peccat. merit. & remiss. contra Pelagium cap. 2.*

S. Prudentius Episcopus.

O monstrum horrendum, o linguam præcidendam, quæ vel ignorantiam, vel invidiam tantis Doctoribus importare non metuit, ut qui obscura revelare subierant, obscurioribus dictis ea implicasse credantur &c. *de qua re testes nobis sunt libri beatissimi Patris Augustini*. lib. de Prædest. contra Ioh. Erigenam cap. 11.

XLVI.

Censores.

Augustinus cum pondere alicuius insuperabilis difficultatis premebatur, ad illa verba Scripturæ confugiebat: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei!*

S. Augustinus.

Nimiæ vanitatis & cæcitatis sunt, si etiam his consideratis nondum dignantur exclamare nobiscum: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei!* ep. 105. ad Sixtum

Adrianus Papa VI.

In omnibus his exclamandum est cum Augustino: O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! In 4. sent. quæst. 1. de Pœnitentia in solutione tertii dubii.

XLVII.

Censores.

Doctrinam S. Augustini de mysteriis gra-

S. Augustinus.

Prorsus intelligor, velis nolis, sed tu con-

gratiæ, libertatis, prædestinationis, & Eucharistiæ differentem esse difficillimam intellectu & obscuram.

contra ista nihil dicturus vis non intelligi, quod ego verissimum atque firmissimum dixi. *lib.* 4. *Oper. imperf. cap.* 140. Relege & intelliges. *lib.* 3. *cap.* 191.

Cassiodorus.

Ipse etiam doctor eximius beatissimus Augustinus debellator hæreticorum, defensor fidelium, & famosorum palma certaminum, in quibusdam libris nimia difficultate reconditur, in quibusdam sic est planissimus, ut etiam parvulis probetur acceptus, cuius aperta suavia sunt, obscura vero magnis utilitatibus farcita pinguescunt. cap. 22. de Divin. Lection. *In quibus propter obscuritatem rerum & subtilitatem disputationum minus Augustinum intelligere possumus, vel a Domino intelligentiam postulemus, vel ab eis quot ipse suo dono illuminare dignatus est, humiliter nos doceri patiamur ac deprecemur.* Ecclesia Lugdunensis lib. de tenenda sac. script. Verit. cap. 9.

XLVIII.

Censores.

Nova argumenta ad probandum doctrinam S. Augustini de mysteriis gratiæ & prædestinationis esse obscuram & difficilem intellectu.

Si non vis intelligere, aut si te fingis non intelligere, noli obstrepere volentibus & valentibus intelligere. *lib.* 4. *con. Iul. cap.* 46.

S. Prosper.

In quibus Augustini dictis *nulla est obscuritas, si de fide prædestinationis & gratiæ, ex qua est omnium bonorum origo perseverantiaque meritorum, hoc teneatur quod habet veritas.* in fine Resp. ad excerpta Genuensium ex libris S. Augustini de Prædest. SS. & de Dono persever.

XLIX.

Censores.

Denique ut hoc caput de S. Augustini verborum obscuritate irrefragabili ratione concludam, & veræ ipsius mentis detegendæ difficultatem demonstrem *&c.*

S. Augustinus.

Non tamen laboras ut me intelligas, quod facillime potes, sed laboras ut me refellas, quod non potes. *lib.* 3. *Oper. imperf. cap.* 141.

S. Antoninus.

Quasi Sol refulgens, qui dominus dicitur planetarum & pater luminis super omnia luminaria splendens, delectabilis oculis ac per omnia respiciens; sic Augustinus Ecclesiam illustravit, gemma Doctorum, Pater Theologorum, suavis eloquio, omnes materias penetrando dilucidans. parte 2. Hist. tit. 8. Et inferius: *Merito igitur sicut Sol refulgens, sic iste in templo Dei refulsit splendore doctrinæ clarissimæ.* S. Prosper in epist. ad Augustinum: *Recensito autem hoc beatitudinis tuæ libro, sicut qui sanctam atque apostolicam doctrinæ tuæ auctoritatem antea sequebantur, intelligentiores multo instructioresque sunt facti; ita qui persuasionis suæ impediebantur obscuro, aversiores quam fuerant, recesserunt.*

L.

Censores.

Observandum est ipsummet S. Augustinum fateri, se circa multas prædestinationis quæstiones dubium sæpe hærere, se illas insuperabilibus difficultatibus plenas reperire, quibus nullam umquam responsionem, cui acquiesceret, dare potuerit præter ignorantiæ suæ, & altitudinem iudiciorum Dei confessionem.

S. Augustinus.

Quæris tu rationem? ego expavescam altitudinem: *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei!* Tu ratiocinare, ego mirer; tu disputa, ego credam; altitudinem video, ad profundum non pervenio. *Postea*: Requievit, quia invenit admirationem; nemo quærat a me occultorum rationem. Ille dicit, inscrutabilia sunt iudicia eius, & tu scrutari venisti? Ille dicit, investigabiles sunt viæ eius, & tu investigare venisti? Si inscrutabilia scrutari venisti, & investigabilia investigare venisti, crede, iam periisti. *serm.* 20. *de Verb. Apost.*

S. Fulgentius.

Re vera enim frustra labor superfluæ scrutationis impenditur, ubi nulla inventionis copia suffra-

suffragatur, & noxia curiositas iu reatum protinus labitur, quando modum suum humana infirmitas nou metitur. Quin potius in hoc profundissimo divinæ voluntatis arcano nihil aliud nostræ saluti congruere noverimus, nisi cum David unusquisque nostrum humiliter dicat: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, nec potero ad eam. *Cum beato quoque Paulo religiosi clamoris iungamus affectum, qui ait:* O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! lib. 1. de Verit. prædest. Lege Prosperum ad dub. 4. & 7. Genuensium.

LI.

Censores.

Cum S. Augustinus sententiam suam in hac materia ter mutaverit, hoc nos ad credendum induxit, S. Augustinum, quamvis eminentis esset ingenii, suis meditationibus non acquievisse, & post tot conatus ad penetrandum prædestinationis mysterium consumptos, coactum fuisse infirmitatem suam fateri.

S. Augustinus.

Videtis certe quid tunc de fide atque operibus sentiebam, quamvis de commendanda Dei gratia laborarem, in qua sententia istos fratres nostros, *nempe Semipelagianos*, esse nunc video, quia non sicut legere libros meos, ita etiam in eis curaverunt proficere mecum. *lib. de Prædest. SS. cap. 4.*

S. Prosper.

Quia ergo nec iusta nec rationabilis intelligitur eorum fuisse persuasio, qui huius viri, nempe Augustini, *scientiam tot incrementorum profectibus ædificatam, tot annorum studiis expolitam ad adolescentiæ rudimenta revocabant, ut magis suffragaretur hæreticis, quod inter initia conversionis suæ imperite senserat, quam prodesset catholicis, quod Pontificalis diligentiæ veritas revelarat; merito illos hoc præiudicio utentes, & in his quæ dudum abdicata fuerant, immorantes, pii Doctoris gravitas notat, quod qui curaverunt omnes sensus ipsius indagare, noluerint cum eius eruditione proficere.* in Resp. ad dubium 3. Excerpt. Genuen. in fine.

LII.

Censores.

Nec mirandum est, si *Augustini* ingenio inter tot sententias, quæ illi probabiles videbantur, fluctuante, asseratur ipsum ter mutasse sententiam.

S. Augustinus.

Dicis me quoque ipsum innovasse sensus meos, & initio conversionis meæ hoc sensisse quod tu. Sed fallis, aut falleris, sive calumniando iis quæ nunc dico, sive non intelligendo, vel potius non legendo ea quæ tunc dixi. *libro 6. con. Iul. cap. 12.*

S. Prosper.

Maneat plane, maneat ista conditio, ut horum librorum novitas repudiata videatur, si in eadem causa eiusdem viri (scilicet Augustini) *dissentit antiquitas, & ut inutile aut incongruum iudicetur, quod ab his, quæ contra Pelagianos condidit, dissonans invenitur.* in fine lib. con. Collatorem.

LIII.

Censores.

Sæpissime *S. Augustinus* fassus est, difficultates aut a semetipso, aut ab adversariis in hac materia propositas, suas responsiones excedere, mentemque suam magis obiectionibus vexari, quam solutionibus acquiescere.

S. Augustinus.

Ad omnia me tibi respondisse, Iuliane, & omnia refellisse *&c.* puto quod perspicis, si pervicax non es. *libro 6. con. Iul. cap. 26.* Unde tibi duobus prioribus libris sic me respondisse arbitror, ut a nullo amplius requiratur. *initio libri 5. con. eumdem*

S. Prosper.

Nec sola est illic synodorum exerta potestas,
Ceu quos non possent ratione evincere nostri,
Vi premerent, discussæ artes, virusque retectum est
Hæretici sensus, nullumque omnino relictum,
Docta fides quod non dissolveret, argumentum.

Et postea:

An alium in finem posset procedere sanctum

Con-

Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque
Augustinus erat, quem Christi gratia cornu
Uberiore rigans nostro lumen dedit ævo?

contra Ingratos cap. 2.

LIV.

Censores.

Fatetur *Augustinus* suam doctrinam *de prædestinatione* talem esse, ut populis aut hominibus tardioris ingenii prædicanda non sit.

S. Augustinus.

Hæc atque huiusmodi cum dicantur sive paucis Christianis, sive multitudini Ecclesiæ, cur metuimus sanctorum prædestinationem & veram Dei gratiam, idest quæ non secundum merita nostra datur, sicut eam sancta scriptura prædicat, prædicare? *lib. de Dono persev. cap.* 22.

S. Prosper.

Augustinus *pia tamen constantique doctrina abundanter probavit prædicandam esse Ecclesiæ prædestinationem in qua est gratiæ præparatio, & gratiam in qua est prædestinationis effectus, & præscientiam Dei, qua ante sæcula æterna, quibus esset collaturus sua dona, præscivit. Cuius prædicationis quisquis est impugnator, apertissimus est Pelagianæ elationis adiutor.* in fine Resp. ad excerpta Genuensium.

LV.

Censores.

Mihi licet addere, quod si diversas S. Augustini circa hanc materiam propositiones colligere vellem, corpus quoddam ex diversissimis partibus coaptarem: isthic enim asserit salutem nostram absoluto decreto definitam esse, alibi vero dicit nihilominus a libero nostro arbitrio pendere *&c.*

S. Augustinus.

Non sunt ergo verba mea inter se contraria, quamvis te patiantur, vel non intelligendo, vel alios intelligere non sinendo, contrarium. *lib.* 5. *con. Iul. cap.* 5.

S. Prosper.

Legantur tres ad Marcellinum ipsius libri: ad S. Paulinum Nolanum epistola retractetur: ad beatissimum quoque apostolicæ Sedis tunc presbyterum Xistum, nunc vero Pontificem emissæ paginæ recurrantur: ad sanctum Pinianum, ad Valerium Comitem, ad servos Christi Timasium & Iacobum distinctim edita volumina revolvantur: sex libri priores contra Iulianum, nunc ad S. Aurelium Carthaginensem Episcopum de gestis Palæstinis, alius ad Paulum & Eutropium Sacerdotes contra Pelagii & Cælestii quæstiones, & ad beatæ mem. Papam Bonifacium libri quatuor explicentur. Ac sic in his omnibus operibus multisque aliis, quæ enumerare longum est, idem doctrinæ spiritus, eadem prædicationis forma præcessit. in fine lib. con. Collatorem cap. 41.

LVI.

Censores.

Hinc concludo, quod si mihi non licet dicere S. Augustinum in variis librorum suorum locis sibi contradixisse, saltem fas est mihi credere ipsius doctrinam esse intricatissimam, cum nulla reperiri possit intricatior, quam quæ sibi ipsi repugnare videatur.

S. Augustinus.

Hinc est quod sententias meas inter se contrarias putas, vel putari cupis, tamquam improbem quod ante approbaverim, aut amplectar quod ante respuerim. Audi ergo apertam sententiam meam, & intellige, vel sine intelligere alios, non offundendo caligines nebulosæ disputationis serenitati sincerissimæ veritatis. *lib.* 5. *con. Iul. cap.* 9.

S. Prosper.

Tu autem dilectissime & venerandissime mihi frater, si vere de his quæstionibus instrui desideras, sicut desiderare te convenit, ipsius beati Augustini disputationibus cognoscendis impende curam, ut in confitenda Dei gratia defæcatissimam ac saluberrimam Evangelicæ Apostolicæque doctrinæ intelligentiam consequaris. in epistola ad Rufinum in fine.

LVII.

LVII.

Censores.

Numquam tamen longius zeli ardore Augustinus abreptus est, quam ubi Pelagianos impugnavit, dum enim ab eorum loquendi ratione & erroribus longissime recedere intendit, in periculosos excessus incidit, ut hinc aliqui Theologi doctrina & pietate insignes dixerint, eum veritatis limites transgressum esse, nimio disputationis calore accensum fuisse, aut visum fuisse favere hæreticis. Verba hæc insolentia & impudentia essent, nisi vera essent.

S. Augustinus.

Ista nefaria & damnabilia dogmata in hac tripartita divisione quisquis mente catholica exhorret, illius quinquepartitæ latebras insidiasque devitet, atque ita inter utrumque sit cautus, ut sic declinet Manichæum, ne se inclinet in Pelagium, rursusque ita se seiungat a Pelagianis, ne se coniungat Manichæis, aut si in alterutris iam tenetur, nec sic se a quibuslibet alteris servet, ut in alteros irruat. *lib. 4. con. duas Epist. Pelag. cap. 3.*

S. Fulgentius.

B. Augustinus indutus virtute ex alto abundantius illis omnibus laboravit, non autem ipse, sed gratia Dei cum illo &c. sensum quippe Christi habens, tam gratiæ Dei quam humani arbitrii & officia discrevit & merita, semper divinis humana subiiciens, & veraciter docens, divinitus homini & gratuito iustificationis donum, & bonæ voluntati exordium & plenum tribui glorificationis effectum. lib. 2. de Verit. prædest. & grat. cap. 18.

LVIII.

Censores.

Ipsemet Augustinus in pluribus operum suorum locis hunc animi sui impetum agnoscit, quo, *scilicet in disputationibus cum Pelagianis & Manichæis*, ita abreptus est, ut in errorem oppositum illi, quem destruere intendebat, declinaret.

S. Augustinus.

Possunt duo errores inter se esse contrarii, sed ambo sunt detestandi, quia ambo sunt contrarii veritati. Nam si propterea diligendi sunt Pelagiani, quia oderunt Manichæos, diligendi sunt etiam Manichæi, quia oderunt Pelagianos. Sed absit, ut catholica mater propter alterorum odium alteros eligat amare, cum monente atque adiuvante Deo debeat utrumque vitare, & cupiat utrumque sanare. *lib. 2. ad Bonifacium cap. 2.*

S. Prosper seu Pomerius.

Sanctus Augustinus Episcopus acer ingenio, suavis eloquio, sæcularis literaturæ peritus, in Ecclesiasticis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione compositus, in expositione sua fidei nostræ catholicus, in quæstionibus absolvendis acutus, in revincendis hæreticis circumspectus, & in explicandis scripturis canonicis cautus. lib. 3. de Vita contemplat. cap. 31.

LIX.

Censores.

Profecto quandoque constat *Augustinum* in quæstionibus de gratia & prædestinatione cum excessu locutum esse, verbaque ipsius esse mitiganda. Ne ab illorum duritie, & acrimonia in errorem contrarium incidam, licitum mihi esse debet temperamentum aliquod catholicum addendum inquirere.

S. Augustinus.

Mentientes conclusiones, aut irrepentes paulatim vel minuendo vel addendo in assensionem falsitatis, quis non metuat? quis non oderit? *lib. 2. de Ordine cap. 4.*

Dic quod dicturus es, egregie corrector. *lib. 3. Oper. imperf. cap. 57.*

Sixtus III. Papa.

Quæ sunt tandem illa credenda & dicenda? Nihil ultra liceat novitati, quia nihil addi convenit vetustati. Perspicua maiorum fides & credulitas nulla cœni permixtione turbetur. in epist. ad Iohannem Antiochenum. Hic est Sixtus, ad quem S. Augustinus scripsit egregiam epistolam 105. contra Pelagianos.

LX.

LX.

Censores.

Modo ne in Pelagianorum, quos *S. Augustinus* insequitur, errores incidam, mihi licet verborum, quibus ad eos expugnandos utitur, impetum non sequi.

S. Augustinus.

Ita & Manichæos & Pelagianos superamus atque vitamus, quorum sic errores utrorumque diversi sunt, ut qui videtur minor, ipse illius qui videtur maior, demonstretur adiutor. *lib. 3. con. Iul. Oper. imp. cap.* 178.

S. Prosper.

An vero ita se novorum censorum norma exactior temperavit, ut nulla eorum quæ excisa sunt, asserat, & quædam ex his quæ defensa sunt, respuat? contra Collatorem S. Augustini reprehensorem cap. 1.

LXI.

Censores.

Hinc fit, ut medius stem inter Pelagium & Calvinum, si enim verba Augustini mitigando me nimium demitterem, Pelagianus essem. Si vero eorum altitudinem tenere vellem, Calvinista essem; medium ergo cum Ecclesia teneo.

S. Augustinus.

Nulla est itaque fovea, quam metuens quasi revertar in viam, quo videris me velle revocare. Dic tamen quænam illa via sit, & explica ratiocinationem tuam. *lib. 3. con. Iul. cap.* 8.

S. Prosper.

Sed nec cum hæreticis tibi, nec cum catholicis plena concordia est. Postea: *Tu informe nescio quid tertium & utrique parti inconveniens reperisti, quo nec inimicorum consensum acquireret, nec in nostrorum intelligentia permaneres.* ibidem cap. 5.

LXII.

Censores.

Ratio, *ob quam scilicet non tenemur sequi B. Augustinum in quæstione de prædestinatione sanctorum ad gloriam, de modo operandi divinæ gratiæ &c.* hæc est, quia Pelagiani de illis quæstionibus numquam disputarunt, nec S. Augustini doctrina est irrefragabilis, nisi cum eorum errores impugnat; & licet contra eiusmodi relatas opiniones prædicassent, Ecclesia eos numquam hac de causa in numerum hæreticorum adscripsit vel adscribere potuit.

S. Augustinus.

Hæc est prædestinatio manifesta & certa sanctorum, quam postea diligentius & operosius, cum iam contra Pelagianos disputaremus, defendere necessitas compulit. Didicimus enim singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura divina, quam si nulla talis necessitas cogeret. *lib. de Dono persev. cap.* 20.

S. Prosper.

Agnoscant calumniatores superfluo se obiicere, quod his libris Augustini *non speciale, neque discretum testimonium sit perhibitum, quorum in cunctis voluminibus norma laudatur. Apostolica enim Sedes, quod a præcognitis sibi non discrepat, cum præcognitis probat, & quod iudicio iungit, laude non separat.* ibidem cap. 23.

LXIII.

Censores.

Verum si *Augustinus* adderet, peccatum originale esse solam causam reprobationis, & esse id, quo ad separandos prædestinatos a reprobis movetur Deus, (*quam esse sententiam S Augustini scribit*), non solum pro huius opinionis defensione, mortem oppetere nolo, sed credo mihi licere eam abhorrere, quia mater est illius, quam Calvinus tanta impietate ac rabie urget contra Ecclesiam.

S. Augustinus.

Quid enim diligebat in Iacob antequam natus fecisset aliquid boni, nisi gratuitum misericordiæ suæ donum? Et quid oderat in Esau, antequam fecisset aliquid mali, nisi originale peccatum? *epist.* 105. *ad Sixtum, quæ ibi diffusius versat.*

S. Tho-

S. Thomas.

Electio Dei, qua unum eligit & alium reprobat, rationalis est, nec tamen oportet, quod ratio electionis sit meritum, sed in ipsa electione ratio est divina bonitas, ratio autem reprobationis est in hominibus peccatum originale, ut Augustinus dicit. quæst. 6. de Verit. art.2.ad 9.

LXIV.

Censores.

Verum hæ causæ sunt, ob quas sancti illius & eruditi Doctoris volumina tenebris & caligine resperssa sunt, sicut a celeberrimis Theologis est observatum.

S. Augustinus.

Qnia tenebras vestras redarguunt, vobis lucida non videntur, & quæcumque vobis sua radiante luce molesta sunt, contra illa cor clauditis, ne inde nox fugetur erroris. *lib. 3. con. Iul. Oper. imperf. cap.* 61.

Rhemigius Antisiodorensis.

Beatus Augustinus rerum obscurarum subtilissimus indagator, inter ardua sine offensione decurrens. Et antea: *Alii Doctores comparantur stellis, Augustinus Soli, nam sicut stellæ lumen a Sole recipiunt, sic omnes Doctores lumen recipiunt ab Augustino.* in epistolam 2. ad Corinthios.

LXV.

Censores.

Quod *S. Augustinus* videtur defendere prædestinationem ad gloriam ante prævisa merita hominum, non loquitur ut oraculum, nec ipsius sententia ab Ecclesia approbatur, nec omnes Theologi illam sequuntur, immo qui eum magis suspiciunt, eum deserunt.

S. Augustinus.

Ille itaque dicat Ecclesiam aliquando in fide sua non habuisse veritatem prædestinationis huius & gratiæ, quæ nunc contra novos hæreticos cura diligentiori defenditur. *lib. de Dono persev. cap.* 23.

Synodus Byzacena.

Cuius prædestinationis veritatem, qua nos ante mundi constitutionem prædestinatos in Christo testatur Apostolus, si quis detrectat cordis credulitate recipere, vel oris confessione proferre, si ante ultimum diem vitæ præsentis impietatis suæ contumaciam, qua Deo vivo & vero rebellis obsistit, non abiecerit, manifestum est, eum non pertinere ad eorum numerum, quos Deus in Christo ante mundi constitutionem gratis elegit & prædestinavit ad regnum. in epilogo lib. de Incarnat. & gratia inter opera S. Fulgentii.

LXVI.

Censores.

Mortalium doctissimi aliquid aquæ suffundunt igni verborum S. Augustini.

S. Augustinus.

Plue mihi, Domine, mitigationes in cor, ut patienter tales feram. *lib. 12. Confess. cap.* 25.

S. Hieronymus.

Hæc de Augustino ad eumdem scribit: *Qui contra flantes ventos ardore fidei perstitisti.* epist. 23. apud Aug. & Paulus Orosius, quem Romana synodus sub Gelasio *virum eruditissimum* vocat, ita S. Augustinum alloquitur: *Necesse me fuit festinato edere & coacervare in unum omnes perditionum arbores cum radicibus & ramis suis, & offerre ignienti spiritui tuo.* in præfat. Commonitorii tomo 6. ante librum contra Priscillianistas.

LXVII.

Censores.

Fateor sane quædam ab Augustino, quæ ad asserendam libertatem & vim cooperationis nostræ ex gratia pertinent, potuisse explicari in hac materia clarius, quæ in quibusdam locis, ubi opportune dici poterant, omisit. *Ubi in septem quæstionibus de gratia assignant modum, quo loqui debebat Augustinus* ad animorum neces-

fa-

S. Augustinus.

In lectionibus Apostolicis superioribus, quas caritati vestræ, quantum Dominus adiuvare dignatus est, exposuimus, multum laborem & sollicitudinem passi sumus. Compatiebamur vobis, & solliciti eramus & pro nobis & pro vobis. Quantum autem existimo, adiuvit & nos & vos Dominus, & ea quæ prorsus difficil-

lima

fariam consolationem.

lima videbaotur, fie per nos enodare dignatus est, ut nulla quæstio remaneret, quæ conturbet meotem piam; impia enim mens odit etiam ipsum intellectum &c. *serm. 13. de Verb. Apost. cou. Pelagianos.*

Eeclesia Lugduoensis.

Iste vero cum hæc legisset tam utiliter & salubriter ad illuminatiouem nostræ fidei dicta, nou est conteutus moderamine & pietate sancti doctoris Augustini, ne terminos ab eo præfixos excederet, sed addidit de suo. lib. con. Iohannem Erigenam cap. 8. Floru it anno 852.

LXVIII.

Censores.

Ad tribunal S. Augustini disputatum hactenus est & liberata fides, quam obligaveram, hoc est probandi quidquid ille probaret, improbandi quidquid ille improbaret... Una superest adhuc tractanda quæstio, oimirum quanta fuerit huiusce conditionis æquitas, & quanta necessitas subeundi legem illam; quam quia illi putant ab Ecclesia impositam, audire iuvat præcipuos quosdam eiusdem Ecclesiæ principes pastoresque celeberrimos, & doctores scieotissimos sensuum Ecclesiastieorum minimeque suspectos.

S. Augustinus.

Illorum enim dicta non defendis, ut promiseras, sed reprehendis. Tuo quippe dogmate cum cogaris illa culpare & falsa esse ostendere, nullo modo sineris auctoribus eorum defensionem, quam spoponderas, exhibere, quia & in accusatione adulator esse conaris, & in adulatione deprehenderis accusator. *lib. 4. cou. Iul. Oper. imp. cap. 112.*

Eugippius Abbas.

Inter maguos Ecclesiæ catholicæ Doctores præclarum fuisse & esse beatum Augustiuum quis ignorat Episcopum? quem divina eruditione mirabilem tum omnes orthodoxi iu toto terrarum Orbe veneraūtur, præcipue tamen apostolicæ Sedis Antistites scripta eius sua auctoritate firmautes, tauto maiori studio simpliciter amplexi sunt, quanto ampliori solatio eis se usos esse testautur. Nam contra multos hostes Ecclesiæ dimicautes, & maxime coutra versipelles iuimicos gratiæ Dei doctriua eius instructi, vel potius eadem illustrati gratia semper extitere victores &c. in præfatione Collect. ex libris S. Augustini. Hic Eugippius S. Fulgentii amicus fuit, ad quem etiam literas dedit. lege S. Isidorum de Script. Eeclesiast. cap. 13.

LXIX.

Censores.

Quamvis eoim præferenda sit ea sententia, quæ talem modum prædestinationis omnino negat; tamen ut damnata etiam censeatur illa, quæ affirmat, videodum erit, quam sit necessario connexa cum articulis a Cæelestino definitis. Si eoim noo sit, quamvis Augustinus in contrarium propendeat, permitteoda tamen erit huius quæstionis determinatio liberæ disputaotium electioni, quod censuit etiam Cardinalis Baronius.

S. Augustious.

Ecce inter meos testes, vel ioter nostros constituo iudices, quem putasti patrooum tuum. *lib. 1. con. Iulianum cap. 6.*

Baronius Cardinalis.

Cum igitur Fausti seutentiæ ubique ab Ecclesia fuerit contradictum, videant quauto periculo quidam ex recentioribus, dum iu novatores exsurgunt, ut eos coufutent, a S. Augustini de prædestinatione sententia recedunt, cum alioqui arma uon desint, quibus adversarii profligeutur. ad aonum 490. pag. 449.

LXX.

Censores.

Qui, *nempe Cardinalis Perronius*, probabi-

S. Augustinus.

Vis audire, quid etiam ipse de bae re aper-

bilem tantum esse dicit Augustini sententiam, dum loquitur ut privatus doctor, & demonstrativam, dum consentit ceteris Patribus, satis indicat minime necessarium esse, adhærere Augustino, nisi ubi ceteris Patribus ille concinit.

apertissime dixerit? Ecce etiam ipsum numero illi adiungo sanctorum. *ibidem*.

Perronius Cardinalis.

Augustinus maximus post Apostolos prædestinationis doctor, immo os & lingua veteris Ecclesiæ quantum ad illam de gratia doctrinam. lib. 1. Resp. ad Reg. Britan. cap. 12.

LXXI.

Censores.

Augustinus Valerius Cardinalis in sua Rhetorica Ecclesiastica hæc Clericos monet: *Beati Augustini scripta clerici caute admodum legant* &c. Et hoc quid aliud est, quam idipsum, quod monentem audivimus Bonaventuram, Augustinum plus dicere aliquando, & minus velle intelligi.

S. Augustinus.

Si legisses, vel si lecta fideliter considerare voluisses, numquam profecto de literis eius ad offundendas nebulas ignorantibus, ea quæ nihil ad quæstionem, quæ inter nos vertitur, pertinent, in his tuis libris nescio qua mente posuisses. *lib. 1. con. Iul. cap. 5.*

Valerius Cardinalis.

Beati Augustini scripta clerici caute admodum legant. Ita enim acumine ingenii præstitit, & de rebus difficilibus tam subtiliter disputavit, ut non mediocri ingenio præditi viri eius libros legentes, in errores aliquando lapsi sint. Sed eius libros pulcherrimos de Doctrina Christiana & egregios sermones, quos habuit, dum Episcopus ad populum concionaretur, sæpe & diligenter legant. lib. 3. Rhet. Eccles. cap. 42.

LXXII.

Censores.

Referentes Catharinum plura contra Augustinum dixisse, addunt: Tanta ceterorum doctorum conspiratio satis ostendit, Catharinum in ea re, non ut Catharinum, qui suo sæpe ingenio nimium indulsit, sed ut catholicæ Ecclesiæ Archiepiscopum & doctorem id sensisse *&c.*

S. Augustinus.

O frontem qualinmcumque Episcoporum! *lib. 4. con. Iul. cap. 11.*

S. Basilius.

Contemnuntur Patrum dogmata, apostolicæ traditiones annihilantur, novorum hominum inventa introducuntur. Episcopus autem ille est, qui custos est doctrinæ Patrum, & omnis novitatis hostis. apud Stocolovium libro 3. de veræ & falsæ Ecclesiæ Discrimine cap. 14.

LXXIII.

Censores.

Vellem & hoc & alia quædam, *nempe contra Augustinum testimonia*, quæ subiungam, mitius concepta, sed refero tantum, non probo, si quidquam iustæ offensionis causam det. *Item*: Omitto honoris causa, quod de Augustino subiungit.

S. Augustinus.

Vide, quæ taceas, quæ dicas. Puto quod te pungat conscientia; sed vincit rectum timorem, cum ingerit perversum pudorem, quoquo modo iam defendenda præcipitata sententia. *lib. 5. con. Iul. cap. 9.*

S. Hieronymus.

Absit autem a me, ut quidquam de libris beatitudinis tuæ attingere audeam; sufficit enim mihi probare mea, & aliena non carpere. epistola 13. ad Augustinum tomo 2. oper. S. Augustini.

LXXIV.

Censores.

Hæc ego inter alia id genus multa, quæ habet, *nempe Pighius contra Augustinum*, duxi proponenda, ut intelligamus non nimis inverecundos fore, si quid forte non

S. Augustinus.

O mira defensio! Tam densum & arctum est, ubi eis adhæserunt pedes, ut eos evellere conantes, frustra & manus & pedes & caput figant, & in eodem luto hæsi-

non ita se faciles exhibeant, in iis omnibus admittendis quæ videri cuipiam possint proposita fuisse ab Augustino. hæsitantes, arctius iovolvantur. *in lib. con. Donatistas post collationem cap.* 19.

S. Aoselmus.

Nihil potui invenire me dixisse, quod maxime beati Augustini dictis non cohæreat. io præfat. Menologii. *Nec crimen renuit, sed criminosorum turbam requirit.* S. Hierooymus Apologia 2. con. Rufinum.

LXXV.

Censores.

Quid ad hoc, o Baiani scholasticomagistes, sepelienda scholastica est, ut unus regnet Augustious? Ao Augustinus potius legendus ad lucem scholasticæ, & ad eius amussim exigendus?

S. Augustinus.

Rependite mihi beneficium: & si me magistrum libenter vocatis, reddite mihi mercedem. *lib.* 1. *de Ordine cap.* 10.

Ecclesia Romaoa.

Augustinus tam multa pie, subtiliter, & copiose scripsit, ut Christianam doctrinam maxime illustrarit, quem inprimis secuti sunt, qui postea Theologicam disciplinam via & ratione tradiderunt. in Breviario Rom. lectione 6.

LXXVI.

Censores.

Licet ex Augustioo Augustioi doctrinam aliorum Scriptorum iudicio censendam exponere, licet & propiio, idque falva honorificentia.

S. Augustinus.

Non valde curo, inquam, superborum imperitorumque iudicia, qui similiter in legendos libros, atque in salutandos homines irruuot. *lib.* 1. *de Ord. cap.* 11.

LXXVII.

Censores.

Neque adeo perversum est hoc consilium, ut habere noo possit adiutorem Deum.

S. Augustinus.

Auxilium Dei quæris, ut impleantur vani libri tui, & non quæris, ut corrigantur perversi sensus tui. *lib.* 3. *con. Iul. Oper. imperf. initio.*

S. Prosper.

Unde ergo hæc sententia tam severi emersit examinis? Unde in banc austeritatem supercilium tam tetricæ frontis se armavit, ut mensurat sensuum, pondera locutionum, numeros syllabarum insidiosus scrutator evrntilet, magnumque se aliquid conficere præsumat, si catholico Prædicatori, scilicet Augustinn, *notam erroris affigat, quasi incognitum aliquod opus & quod bactenus latuerit, impetatur? an non illa iis morsibus doctrina lanietur, quæ novorum bæreticorum commenta disiecit, & diabolicum tumorem Pelagianæ elationis elisit?* io præfat. adversus Collatorem.

LXXVIII.

Censores.

Vides tertio quantopere alienum putet Augustinus a pia doctoris humilitate & veraci de se ipso cogitatione, quod velit, aut potet libros suos erroris expertes esse. Fuit igitur etiam ipsius Augustini & pia hæc humilitas & verax de se ipso cogitatio; ac proinde qui de ipsius scriptis aliter sentiunt, mendacem faciunt, quæ verax supponi debet eius intentio.

S. Augustinus.

Qui legunt hæc, si intelligunt, agant Deo gratias, qui autem non intelligunt, orent, ut eorum ille sit doctor interior, a cuius facie est scientia & intellectus. Qui vero errare me existimant, etiam atque etiam, quæ sunt dicta, considerent, ne fortassis ipsi errent. *in fine libri de Dono perseverantiæ.*

S. Prosper.

Magna enim gloria sua bumano generi consuluerint, si Augustinum ab errore revocaverint; nisi forte modesti bomines novique censores magnorum prius meritorum seni bonorabiliter ac misericorditer parcunt, & securi, quia libros eius nemo usquam recipiat, conquiescunt atque ignoverint. in epist. ad Rufioum.

LXXIX.

LXXIX.

Censores.

Quam multi ferre non possunt, istos homines ad nauseam usque inculcare Augustinum Patrem esse Patrum, Doctorem Doctorum, primum post Scriptores canonicos, mirabilem, irrefragabilem.

S. Augustinus.

Invidetis, inquam arridens, laudibus meis. *in fine lib. 3. con. Academicos.*

LXXX.

Censores.

Non dixit Cælestinus Augustinum esse Patrem Patrum, Doctorem Doctorum, primum Angelum inter ceteros Episcopos, inter omnes excellentissimum & vere irrefragabilem & ineffabiliter mirabilem, sed habitum esse dicit a suis prædecessoribus Innocentio, Zosimo, Bonifacio inter magistros optimos.

S. Augustinus.

Quid igitur tibi in hoc genere tentationis, Domine, confiteor? Quid? nisi delectari me laudibus, sed amplius ipsa veritate, quam laudibus. *Postea*: Verumtamen nollem, ut vel augeret mihi gaudium cuiuslibet boni mei suffragatio oris alieni; sed auget, fateor, non solum, sed & vituperatio minuit. *libro 10. Confess. cap. 37.*

Sancti Patres.

S. Præsul Augustinus assumptus est cum Angelis, ubi gaudet cum Prophetis, lætatur cum Apostolis, quorum plenus spiritu, quæ prædixerunt mystica, fecit nobis pervia, post quos secunda disputandi verbi Dei primus refulsit gratia. Ecclesia Augustiniana in antiphona ad Magnificat in eiusdem solemnitate. *Excellentissimæ auctoritatis virum* vocat eumdem S. Prosper in epist. ad Rufinum: *Admirabilis disputator* dicitur ab eodem in Resp. ad dubium 8. Genuensium: *Magister mirabilis* a Cassiodoro in Prol. ad psalmos: *Cui contradicere fas non est.* S. Idelphonsus ser. 2. de B. Virgine. Beatus Iordanus de Saxonia hæc scribit: *Post Paulum neminem sanctorum præfero in doctrina fidei Augustino, unde ipse proprie dicitur alter Angelus.* serm. 140.

LXXXI.

Censores.

Novum crimen, inquiet aliquis, & quod invidiam redolet, vocare hominem in iudicium, quod Augustinum nimis effuse laudaverit. Absolvetur reus vel ipso Augustino indice, neque enim ulli veniam facilius impertimur, quam illi, qui de nimiis erga nos laudibus accusatur.

S. Augustinus.

Nunc tibi certe, quod tam male ac falso de me fueris opinatus, ignosco. *lib. 4. Oper. imperf. cap. 4.*

S. Possidius.

Si cuncta mei corporis membra verterentur in linguas, adhuc non essem dignus, aut sufficiens ad laudandum tantum Patrem & Doctorem, & tantum fidei relucentis illuminatorem. in epist. ad Macedonium. S. Thomas Villanovanus ait: *O quem te memorem Patrem Augustinum? Omnis laus inferior te est.* conc. 1. de S. Augustino. *Quorum profecto sanctorum virorum*, nempe Augustini & Thomæ, *penes catholicos universos ingentia & omnem laudem supergressa nomina commendatione novi præconii plane non egent.* Alexander VII. in bulla ad Lovanienses.

LXXXII.

Censores.

Est enim in iure titulus de pluris petitione, ut qui plus postulat, minus habeat: & nobis a natura comparatum est, ut cum aliquis plus iusto extollitur, naturali quadam propensione conemur illum deprimere, & laudes ultro non roganti concedimus, vel obtrudimus recusanti quod pro suo iure exigenti negaremus. *quæ postea applicat S. Augustino.*

S. Augustinus.

Ora, obsecro, ut non laudari volens, sed laudans invocem Dominum, & ab inimicis meis salvus fiam. *epist. 22. ad Paulinum.* Præsertim quoniam multi sunt hic, qui detrahendo nobis, ceterorum animos, a quibus diligi videmur, adversus nos perturbare conantur. *epist. 227. ad Albinum* &c.

S. Hie-

S. Hieronymus.

Certe quicquid dici potuit, & sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque dissertum est. Sed quæso reverentiam tuam, parumper patiaris, me tuum laudare ingenium. epistola 30. ad Augustinum.

LXXXIII.

Censores.

Ecclesiæ interest sua omnia iura non uni committere; periclitatur exercitus, cuius robur unius hominis virtute oitisur. Quid enim si hæretici suis argutiis possent evincere, se ooo esse aperte ab Augustino damoatos, Ecclesiæ causa deserenda esset, & iosufficiens foret omnium aliorum Patrum consensus, quia Augustinus est necessarius? Iniqua certe esset Ecclesiæ conditio, cui Deus non unicum Doctorem, sed Doctores promisit, ut non circumferamur omni vento doctrinæ.

S. Augustinus.

Desine talibus, uous homo som, Ecclesiæ inter nos agitur causa, non mea; Ecclesiæ, inquam, quæ in nullo homine spem ponere a suo didicit Redemptore. Quamquam nec de me ipso vobis, etiamsi meam conversationem nossetis, recte crederetur ioimicis mihi. Ad existimationem hominum magna testium qui me novecrunt, suppetit copia, ad Dei vero conspectum sola conscientia, quam contra criminationes vestras cum intrepidam geram, non me tamen sub oculis omnipotentis iustificare audeo. *libro 3. con. Cresconium cap.* 80.

S. Prosper.

Viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei catholica acies huius viri ductu pugnat & vincit; vincit, dico, quia non patitur respirare quos vicit. io præfat. con. Collatorem. & in carmine eootra Ingratos cap. 3.

Istius ergo inter cunctos, qui de grege sancto
Insanas pepulere feras, industria maior,
Maius opus, totum præstantius imbuit orbem.
Nam quocumque gradum convertit callidus hostis,
Quaque per ambages anceps iter egit apertas,
Huius ab occursu est præventus mille viarum
Insidiis aditum non reperientibus ullum.

LXXXIV.

Censores.

Quæ certe non eo consilio a me commemoraotur, ut aliquid Augustini laudibus detractum velim. Utinam maior illis mea opera fieri posset accessio.

S. Augustinus.

Sic audire debeo contumelias tuas, quomodo laudes. *lib. 3. con. Iul. Oper. imperf. cap.* 10.

Pius II.

Magnus Augustinus doctrina & verecundia iuxta nobilis, cuius tanta gloria est, ut nullius laudibus crescat, vituperationeve minuatur. cum esset Æneas Sylvius epist. 130. ad Cardinalem Caravaialium.

LXXXV.

Ceosores.

Sed tantum ut manifestem, quam male de vero Augustino meritus sit iste suppostitius, qui comparationibus odiosis & laudibus hyperbolice supra omnem adulationem exaggeratis, plus illi detraxit, quam addiderit auctoritatis.

S. Augostious

Neque tamen huic tam familiari amico meo velim credas, quæ de me forte laudans dixerit. Senii enim etiam ipsum sæpe non mentiendi studio, sed amandi propensione falli iudicantem. *epist.* 32. *ad Paulinum*. Si laudanti amico credendum non est, nec inimico detraheoti. *libro.* 3. *con. Literas Petil. cap.* 2.

S. Hieronymus.

Omni quidem tempore beatitudinem tuam eo quo decet honore veneratus sum, & habitantem in te dilexi Dominum Salvatorem; sed nunc, si fieri potest, cumulo aliquid addimus, & plena complemus, ut absque tui nominis mentione ne unam quidem horam præterire patiamur. Postea: *Macte virtute in Orbe celebraris, catholici te conditorem antiquæ rur-*

rurſum fidei venerantur atque ſuſpiciunt, & quod ſignum maioris gloriæ eſt, omnes hæretici deteſtantur. epiſt. 25 apud Auguſtioum.

LXXXVI.

Cenſores.

Qui prius Auguſtinum io omnibus depoſcebaot iudicem, nunc ſibi liberum putant, nec quidem arbitrum honorarium in aliis illum admittere.

S. Auguſtinus.

Non enim vos oblitos credo, iudicis mihi muous fuiſſe delatum. *libro 2. cont. Academicos cap. 8. Sane Clemens VIII. S. Auguſtinum iudicem conſtituit in quæſtionibus de auxiliis.*

S. Proſper.

Tantaque inſolentia damnati foventur errores, ut pravitatis invidia & auctores noſtri pulſentur & indices. in præfat. contra Collatorem pro S. Auguſtioi doctrina defendenda.

LXXXVII.

Cenſores.

Nec verum eſt, quod ipſe, tum alii dogmatiſtæ frequenter iactant, univerſam S. Auguſtini doctrinam contra Pelagianos fuiſſe approbatam ab Eccleſia, pluribuſque ſummis Pontificibus, adeoque certam & ioeoncuſſam eſſe debere.

S. Auguſtinus.

Utrum etiam noſter licet exiguus ex eodem, quo etiam tuus abundans, emaoet capite fluentorum, hoc a te probari volumus, tuiſque reſcriptis de communi participatione unius gratiæ eooſolari. *epiſtola 95. ad Innocentium Papam contra Pelagianos.*

S. Hormiſdas Papa.

De arbitrio tamen libero & gratia Dei quid Romana, hoc eſt catholica ſequatur & ſervet Eccleſia, licet in variis libris Beati Auguſtini, & maxime ad Proſperum & Hilarium abunde poſſit cognoſci, tamen & in ſcriniis Eccleſiaſticis expreſſa capitula continentur. epiſt. 77. ad Poſſeſſorem.

LXXXVIII.

Cenſores.

Ex hac autem approbatiooe, *nempe Innocentii PP.* huiuſmodi literarum de uno aut altero tantum errore loquentium, inferre velle totam D. Auguſtini doctrinam de gratia fuiſſe ſpecialiter ab Innocentio approbatam, eſt malitioſe ſimplicibus illudere, & eruditorum patientia intolerabiliter abuti.

S. Auguſtinus.

Scripſimus etiam ad B. mem. Papam Innocentium præter conciliorum relationes literas familiares, ubi de ipſa cauſa aliquanto diutius egimus. Ad omnia ille nobis reſcripſit eodem modo, quo ſas erat atque oportebat apoſtolicæ Sedis Aotiſtitem. *epiſt. 106. ad Paulinum.*

S. Innocentius Papa.

Librum ſane, qui eius, nempe Pelagii, *eſſe diceretur, nobis a veſtra caritate tranſmiſſum evolvimus, in quo multa blaſphemia, nihil quod placeret, nihil quod non penitus diſpliceret, a quovis damnandum atque calcandum, cui ſimilia, niſi qui iſta ſcripſerat, nemo alter in mentem reciperet atque ſentiret.* epiſt. 96. ad Auguſtinum, quæ incipit: *Fraternitatis veſtræ lineas plenas fidei, totoque religionis catholicæ vigore firmatas* &c.

LXXXIX.

Ceoſores.

Quam multi ſine ullo diſcrimine Auguſtini auctoritatem admittebant, qui nunc audita limitatione, quam eius approbationi Cæleſtinus appoſuit, dum audiunt aliquid ex Auguſtino proponi, quæritant: Eſtne hoc de illis profundioribus quæſtionibus, quas non neceſſe iudicavit adſtruere, quas in aocipiti opinandi libertate reliquit?

S. Auguſtinus.

Sed multum eum iſta fallit opinio. Longe aliter ſe habent quæſtiones iſtæ, quas eſſe præter fidem arbitratur, quam ſunt illæ, io quibus ſalva fide, qua Chriſtiani ſumus, aut ignoratur, quod verum ſit, & ſententia definitiva ſuſpenditur, aut aliter, quam eſt, humana & infirma ſuſpicione coniicitur. *lib. de Pecc. originali cap. 23.*

Eccleſia Lugdunenſis.

Beatus Papa Cæleſtinus de quibuſdam profundioribus quæſtionibus in decretis ſuis poſuit dicens de eis, quæ ſicut ooo audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere. *Sit*

Sit ergo inter nos pia cautela & moderatio, quatenus sanctis Patribus debitus servetur honor, & quolibet quis acquiescat modo ex illis sensibus, qui de hac sententia ab eis positi sunt, non iudicemus esse hæreticum. lib. de tenenda Verit. Script. cap. 12. tomo 9. Bibl. PP.

XC.

Censores.

Sed neque verum est quod assumunt, Romanos Episcopos approbasse omnia tamquam necessaria, quæ Augustinus in hisce quæstionibus docuisset. *Et recitata Cælestini clausula aiunt*: Quibus verbis clare significat, esse aliquas profundiorum illarum quæstionum, de quibus loquitur, conclusiones ab Augustino traditas, quæ debent inter adiaphora computari.

S. Augustinus.

Hæc ergo, quæ istis, ut dixi, duabus epistolis illorum respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem non tam discenda, quam examinanda, & ubi forsitan aliquid displicuerit, emendanda constitui. *Postea*: Ago autem gratias sincerissimæ in nos benevolentiæ tuæ, quod eas me latere noluisti literas inimicorum gratiæ Dei, in quibus reperisti nomen meum calumniose atque evidenter expressum. *lib. 1. ad Bonifacium Papam cap. 1.*

S. Prosper.

Bonifacius Papa, *cum esset doctissimus, adversus libros tamen Pelagianorum B. Augustini Episcopi responsa poscebat. Unde & venerabilis memoriæ Pontifex Cælestinus* &c. *Per hunc virum intra Gallias istis ipsis, qui sanctæ mem. Augustini scripta reprehendunt, maleloquentiæ est adempta libertas.* Postea celebri illo Cælestini de Augustino elogio recitato exclamat: *Contra istam clarissimæ laudationis tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere?* in fine libri con. Collatorem cap. 43.

XCI.

Censores.

Si cui tamen post tot testimonia obscurus adhuc videbitur Augustini sensus, expectet tantisper, brevi loquetur Roma quid senserit Augustinus, vel sentire debuerit.

S. Augustinus.

Inde etiam rescripta venerunt. Causa finita est, error utinam aliquando finiatur. *ser. 2. de Verb. Apostoli in fine, cum literæ S. Innocentii Papæ adversus Pelagianos Roma in Africam pervenissent.*

S. Prosper.

Immo noverint non solum Romanam Africanamque ecclesiam, & per omnes mundi partes universos promissionis filios cum doctrina huius viri, nempe Augustini, *sicut in tota fide, ita in gratiæ confessione congruere.* in epist. ad Rufinum.

XCII.

Censores.

Augustinus, & qui eius de prædestinatione sententiam sequuntur, in prædestinationem referunt, hunc trahi, illum non trahi, quia hic prædestinatus fuerat, ille non fuerat, itaque non magis quærendum esse, quare hic trahatur, ille non trahatur, quam dicere, cur hic prædestinatus fuerit, ille non fuerit. *Ubi postea arguunt S. Augustinum, quod dixit trahi & prædestinari idem esse.*

S. Augustinus.

Ergo trahi a Patre ad Christum, & audire ac discere a Patre ut veniat ad Christum, nihil aliud est, quam donum accipere a Patre, quo credat in Christum. Neque enim audientes Evangelium a non audientibus, sed credentes a non credentibus discernebat, qui dicebat: *Nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.* Fides igitur & inchoata & perfecta Dei donum est. *lib. de Prædest. SS. cap. 8.*

S. Prudentius.

Quæ verba tua quam sint mendaciorum nebulis caligata, eiusdem sanctissimi Patris Augustini verbis eluceat. lib. de Prædest. contra Erigenam cap. 8.

XCIII.

Censores.

Certe probabilior, magis expedita responsio aliorum est, hunc trahi, illum non trahi, quia hic trahentem Deum sequi voluit, ille noluit; quod ipse D. Augustinus

S. Augustinus.

Valde remota est a sensibus carnis hæc schola, in qua Pater auditur, & docet, ut veniatur ad filium. *lib. 1. de Prædest. Sanct. cap. 8. At liber de prædestinatione & gra-*

stinus fateri coactus est in lib. de Prædest. & gratia.

gratia non est Augustini, & contrarium docet, ac illi auctori imponunt, ut patet ex cap. 15. §. *Hic quicumque respondet*.

S. Thomas.

Quare autem in speciali trahat hunc, & illum non trahat, non est ratio aliqua, nisi beneplacitum voluntatis divinæ; unde dicit Augustinus, quem trahit, & quem non trahit, quare illum trahat, & illum non trahat, noli iudicare, si non vis errare. in Comment. ad cap. 6. Iohannis.

XCIV.

Censores.

Si nihil Christianæ eruditioni post Augustinum accesserit, scholastica Theologia penitus abiicienda foret.

S. Augustinus.

Pro magnitudine sapientiæ vestræ res mirabiles dicitis. *lib. 3. con. Iul. cap. 3.*

XCV.

Censores.

Augustini auctoritatem interponentibus responderi potest, Ecclesiam in suis filiis usque hodie crescere in eruditione.

S. Augustinus.

Modo autem vos vestri magistri esse potestis. *lib. 2. de Ord. cap. 3.*

S. Thomas Villanovanus.

Augustinus primus cœpit catholicas veritates enucleare, digerere, dilucidare, distinguere, atque in scholasticam formam redigere, docens quid in quolibet fidei mysterio sentiendum, quid ad obiecta respondendum esset, unde ex Scripturis colligendus locus ad roborandum. Denique si quid de fide distincte sentimus, aperte dicimus, audacter asserimus, id totum Augustino debemus. conc. 1. de S. Augustino.

XCVI.

Censores.

Ex ipsiusmet Augustini & Patrum consilio hoc legitimum ac ratione conforme temperamentum appono, & errorem Pelagianorum fugiens in Augustini excessus non incido.

XCVII.

Censores.

Iam pridem e catholicis plurimi doctrina & pietate laudabiles confessi sunt, S. Augustinum Pelagianismi odio ita in contrariam partem inclinasse, ut persæpe Calvino potius, quam Tridentinis Patribus favere videatur.

XCVIII.

Censores.

Vel denique si aliquot locis plus intendit Augustinus, applicandum illis erit, quod in eo notarunt plures & graves doctores catholici, excessive interdum æstu disputationis abreptum, & in odium hæresis quam impugnabat, ad contrarium extremum inclinasse.

XCIX.

Censores.

Ut sit nimia quædam severitas & iniqua vexatio, quæ medium illud, in quo veritas sedet, transgredi iubet, si præeat Augustinus.

S. Augustinus.

Ecce unde se putant hæretici novi Manichæorum nomine obiecto vim subterfugere veritatis: sed non subterfugiunt, insequitur quippe illa, & simul Manichæos Pelagianosque subvertit. *Postea*: Quod dicimus legem sanctam, iustam, & bonam, non iustificandis impiis, sed convincendis superbis prævaricationis gratia positam, & contra Manichæos est, quia secundum Apostolum landatur, & contra Pelagianos, quia secundum Apostolum nemo ex lege iustificatur; & ideo iustificandis eis, quos litera occidit, id est quos lex bona præcipiens prævaricatione reos facit, spiritus gratiæ gratis opitulatur. *Item*: Quod arbitrium sui in malum liberum dicimus, ad agendum bonum gratia Dei esse liberandum, contra Pelagianos est: quod autem dicimus ab illo exortum, quod antea non erat malum, contra Manichæos est *&c.* Utrosque igitur catholica fides sicut & ceteros hæreticos adversarios invenit, utrosque divinorum testimoniorum auctoritate & luce veritatis convincit. *lib. 3. con. duas epist. Pelag. in fine cap. 9.*

S. Cælestinus.

Mirifice prius laudato S. Augustino addit: *Quia nonnulli, qui catholico nomine gloriantur,*

tur, in damnatis autem hæreticorum sensibus seu pravitate sive imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obviare præsumunt, & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur &c. in epistola ad Episcopos Galliæ cap. 3. ut censores ipsi tradunt.

C.

Censores.

Respondeo dupliciter intelligi posse, B. Augustinum aliosque Patres interdum excessive locutos esse. Primo scienter & contra mentem suam asserendo aliquid a veritate alienum, quod est mentiri, id est contra mentem ire. Secundo nescienter & loquendo quidem, ut sentiebant, sed æstu disputationis & vehementia spiritus ad alterum extremum interdum declinantes intellectu æque ac verbis, quod non est mentiri, sed falli & dicere falsum sine mendacio. Secundum contigisse Augustino & aliis non solum affirmant auctores citati, sed & plures alii.

S. Augustinus.

Non est ita ut loqueris, quicumque illa dixisti, non est ita, multum falleris, vel fallere meditaris. *lib. 2. de Nupt. & concup. cap. 3. Obiecerat enim Iulianus, Augustinum, cum longius a Pelagiano dogmate recedere vellet, ad Manichæos accedere* instar ferarum, quæ circumdantur pinnis, ut cogantur in retia, quibus quoniam deest ratio, in verum exitium vana formidine contruduntur. *Cui Augustinus*: Agnosce igitur in tuo dogmate nomen tuum, & catholicis, a quibus confutaris, desine obiicere & dogma & nomen alienum. Nam veritas utrosque redarguit, & Manichæos & vos. *ibidem*.

S. Prosper.

Multi, inquis, *singula hæc credentes ac iusto amplius asserentes, variis sibique contrariis sunt erroribus involuti*. Placet igitur tibi cum hæreticis catholicos, cum victis damnare victores, & eos erroris nota adurere, qui errorem ab Ecclesia depulerunt. *lib. con. Collatorem cap.* 10. *Hinc dicebat magnus ille Theologus Gregorius Ariminensis ab hinc* 300. *& amplius annis supremus Augustinianæ Reipublicæ Moderator*: Qua potestate dicunt Augustinum hic non proprie & vere, sed excessive locutum, dicet alius similiter in aliis regulis per Augustinum positis fuisse locutum excessive, & non ut sonant illas esse tenendas; sed sic dicendo non est dubium intuenti diligenter, quod in multos quis laberetur errores. 2. *sent. dist.* 33 *quæst.* 3.

CI.

Censores.

Ita sæpe in libris Retractationum se purgat Augustinus, quod olim contra Manichæos, *qui dicebant omnia bona a Deo bono, omnia mala a Deo malo, quasi fato, non autem libere ab homine fieri*, scribens, ita liberum arbitrium prædicarit, ut gratiæ oblitus esse videatur. Contra postea orto Pelagio hoste gratiæ ita gratiam extollit, ut liberum arbitrium deprimere censeatur.

S. Augustinus.

Quamvis & in libris, qui non contra illos omnino, *nempe Pelagianos*, quippe illi nondum erant, sed contra Manichæos conscripti sunt de libero arbitrio, non omni modo de ista Dei gratia reticuimus, quam nefanda impietate conantur auferre: diximus quippe *&c. & eam in rem pluribus testimoniis allatis concludit*: Ecce quam longe antequam Pelagiana hæresis extitisset, sic disputavimus, velut iam contra illos disputaremus. *lib. 1. Retract. cap.* 9.

S. Prosper.

Sed videant quomodo se a dedecore istius exuant falsitatis, qui possunt tam inepta confingere, si hi, quorum abutuntur auribus, aliquantulum diligentiæ ad cognoscenda ea, quæ præstantissimus minister gratiæ Augustinus *disputavit, intenderint. Licet omnem istius inquisitionis moram ipsi, qui hæc loquuntur, prævenire deberent, proferendo atque explicando libros, ullamve eorum particulam demonstrando, quam per dubium saltem intellectum tali interpretationi obnoxiam vir Sanctus ediderit*. in epist. ad Rufinum.

CII.

Censores.

An non hoc ipsum est, quod Molina concedit, quodque ab eo superbe dictum exag-

S. Augustinus.

Unde tibi duobus prioribus libris sic me respondisse arbitror, ut a nullo amplius

exaggerari consuevit ab adversariis, rationem hanc tuendæ libertatis non fuisse datam & explanatam ab Augustino contra Pelagianos disputante? plius requiratur. *lib. 5. con. Iul. Pelagianum. cap. 1.*

S. Gelasius Papa.

O si studerent adversus eos, nempe Pelagianos, *maiorum nostrorum libros responsaque cognoscere, illis omnibus modis cerneretur nihil esse prorsus, quod ab istis fuerit ventilatum, & ab illis magnifica veritate contritum, sicque de cunctis eorum nequitiis refutandis fideles quoque viderentur instructi, ut nihil amplius quæreretur.* in epistola ad Honorium Episcopum contra Pelagianos.

CIII.

Censores.

Nulli Patrum promissa fuit infallibilitas, & singuli fere in quibusdam erraverunt, ut Cyprianus in rebaptizandis hæreticis, Hieronymus in aliqua parte Danielis reiicienda &c. & ut plura dicamus speciatim de Augustino.

S. Augustinus.

Quod dixi, mihi obiice, ut purgem. *lib. 4. con. Iul. cap. 1.* Nam tua me non terret velut lingua censoris. *lib. 3. cap. 21.*

S. Prosper.

Doctrinam, quam sanctæ mem. Augustinus Episcopus contra Pelagianos inimicos gratiæ Christi & liberi arbitrii decomptores per multos annos apostolice asseruit literisque mandavit, quibusdam visum est aut non intelligendo, aut intelligi eam nolendo reprehendere, & hoc quasi compendium cognitionis his qui iudicio eorum ducebantur, afferre, ut quæ in libris prædicti Viri damnabilia reperisse iactabant, brevium capitulorum indiculis publicarent; talique commento & detestationem eius, quem impeterent, obtinerent, & ab his, quæ infamassent, curam exterriti lectoris averterent. in præfat. Resp. ad capitula Gallorum.

CIV.

Censores.

Sensit ille, *nempe Augustinus*, mundum in instanti creatum fuisse lib. 4. de Gen. ad lit. a cap. 21. usque ad finem libri & lib. 5. cap. 1. & seq. quod non convenit cum scriptis a Moyse cap. 1. Geneseos, ut ostendunt accuratiores Theologi, speciatimque Suarez, Molina, Martinon, communiterque reiicitur a doctoribus catholicis.

S. Augustinus.

O vita pauperum Deus, in cuius sinu non est contradictio, plue mihi mitigationes in cor, ut patienter tales feram, qui non mihi hoc dicunt, quia divini sunt, & in corde famuli tui viderunt quod dicunt, sed quia superbi sunt, nec noverunt Moysis sententiam, sed amant suam, non quia vera est, sed quia sua est. *lib. 12. Confess. cap. 25.*

S. Thomas.

Sed prior Augustini opinio, de creatione mundi in instanti, *est rationabilior & magis ab irrisione infidelium sacram Scripturam defendens, quod valde observandum docet Augustinus super Gen. lib. 1. ut sic scripturæ exponantur, quod ab infidelibus non irrideantur, & hæc opinio plus mihi placet.* 2. senteot. dist. 12. q. 1. art. 2. in fine corporis.

CV.

Censores.

Sensit etiam Angelos & Dæmones esse corporeos in psal. 85. & 145. & epist. 115. aliis in locis, ubi affirmat aut supponit habere corpora quædam subtiliora.

S. Augustinus.

Adhærebunt ergo, si eis nulla sunt corpora, spiritus Dæmonum, immo spiritus Dæmones, licet incorporei corporeis ignibus cruciandi. *lib. 21. de Civit. Dei cap. 10.*

S. Thomas.

Augustinus loquitur non asserendo, sed opinione Platonicorum utens, qui ponebant esse quædam animalia aerea, quæ Dæmones nominabant. 1. p. quæst. 51. art. 1. ad 1.

CVI.

Censores.

Item dubitavit, num Sol & Luna aliaque sidera, quæ oculis conspicimus, sint animata.

S. Augustinus.

De Sole & Luna talia dicta sunt, tamquam sentiant, & ideo tolerent vanos adoratores suos, quamvis verba ibi accipi possint ab animali ad inanimale translata, modo locutionis qui vocatur Græce metaphora. *lib. 2. Retract. cap. 7.*

S. Thomas.

Similiter etiam apud Doctores fidei fuit circa hoc diversa opinio. Origenes enim posuit corpora cælestia animata. Hieronymus etiam idem sentire videtur exponens illud Ecclesiastici primo, lustrans omnia &c. *Basilius vero & Damascenus asserunt corpora cælestia non esse animata. Augustinus vero sub dubio dereliquit neutram in partem declinans, ut patet ex 2. de Gen. ad lit. & in Enchiridio.* 1. p. q. 70. art. 3.

CVII.

Censores.

Dubitavit etiam de origine animarum, utrum creentur de novo, quod certissimum est, an ex Adam propagentur, ut videre est epist. 29. ad Hieronymum, & epist. 157. & in libro de Origine animæ.

S. Augustinus.

Proinde ignorantiam meam de origine animarum te corripientem atque obiurgantem non moleste ferrem, immo insuper & gratias magnas agerem, si eam mihi non solum duris percuteres conviciis, sed veris etiam excuteres dictis. *lib. 4. de Orig. an. c. 3.*

S. Fulgentius.

Cuius quæstionis de origine animæ *beatus Augustinus profunditatem sibi imperscrutabilem cernens, nullam voluit huius rei definitam proferre sententiam, incongruum prorsus existimans aliquid affirmare sine dubitatione velle, quod alter posset contraria responsione convellere. Cuius tam in decimo libro de Genesi ad literam, quam in libris ad Vincentium Victorem de Origine animæ, nec non in libro primo ex duobus, quos ad S. Hieronymum scripsit, in tribus quoque epistolis, quas ad Optatum Episcopum de hac quæstione composuit, disputatione refulget non minus copiosa, quam profunda, & eo magis laudabili, quia congrua temperie moderata. Ubi quicquid ingenii acumine, quicquid ratiocinationis ordine, quicquid auctoritatis pondere inquirendum discutiendumque conspexit, & inquisivit singulariter, & discussit; consensum tamen ab utraque definitione continuit, ne laborem tantæ disputationis inaniter susciperet, quem cuiuslibet sententiæ temeraria definitio vacuaret.* lib. 3. de Verit. prædest. & grat. cap. 18. *Quanto ergo melius ab huius quæstionis certamine temperamus, in qua nos inaniter laborare cognoscimus, præsertim quia quod a sanctis viris maioribus nostris videmus minime definitum, oportet nos tanto cautius atque temperantius quærere, quanto ad eius finem illos præclaros viros cernimus minime pervenisse.* cap. 20.

CVIII.

Censores.

Perperam quoque exponit id, quod ait Apostolus Roman. 14. vers. 23. *Omne quod non est ex fide, peccatum est*, quasi velit dicere Apostolus, omnia opera infidelium esse peccata, & sine vera fide nullum posse fieri bonum opus. Cum tamen ibi sermo sit de eo, quod non fit ex dictamine conscientiæ iudicantis bona fide licitum esse id quod fit, ut ex textu ipso liquet, & communis interpretatio doctorum contradicit Augustino, qui etiam aliquot locis, ut alibi notavimus, videtur hanc suam assertionem restringere ad bonum opus utile vitæ æternæ consequendæ *&c.* Utrumque tamen a vero sensu Apostoli loco citato plane alienum est.

S. Augustinus.

Testimonium illud, quod ex Apostolo posui: *Omne quod non est ex fide, peccatum est*, sicut tibi visum est, accepisti, & exposuisti, non ut sapit, sed ut sapis. De cibis enim Apostolus loquebatur; verum cum dixisset, *qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide*, hanc peccati speciem, de qua agebat, generali voluit probare sententia mox inferens: *Omne enim quod non est ex fide, peccatum est.* Et inferius: *Omne* enim, velis nolis, *quod non est ex fide, peccatum est. lib. 4. con. Iul. cap. 3.*

Bonifacius II. Papa.

Illos autem, qui præcedente fide, cetera, sicut iudicas, volunt gratiæ deputare, sua professione constringimus, ut multo magis dono gratiæ etiam fidem cogantur adscribere, præter quam nihil est boni, quod secundum Deum quilibet valeat operari, sicut B. Apostolus dicit: Omne quod ex fide non est, peccatum est. *Quod cum ita sit, aut nullum bonum gratiæ deputabunt, si ei fidem subtrahere moliuntur, aut si quod bonum esse dicunt de gratia, ipsa necessario fides erit gratiæ deputanda.* In epistola ad S. Cæsarium Arelatensem.

CIX.

Censores.

Norunt etiam quicumque in eius lectione versati sunt, non adeo felicem in indagando literali sensu scripturæ interdum fuisse. Ex quo tamen potissime argumentandum est, longeque illi in hac parte præferendum esse Hieronymum & Chrysostomum.

S. Augustinus.

Cum his autem, qui cuncta illa quæ vera sunt, falsa esse non dicunt, honorantes & in culmine sequendæ auctoritatis nobiscum constituentes illam per sanctum Moysen editam sanctam scripturam tuam, & tamen nobis aliquid contradicunt, ita loquor: Tu esto Deus noster arbiter inter confessiones meas & contradictiones eorum. *lib. 12. Confess. cap. 16.*

Sancti Patres.

Hieronymus epistola 30. ad Augustinum ait: *Certe quicquid dici potuit & sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque dissertum est.* S. Prudentius in epistola ad Hincmarum & Pardulum: *Hoc primum vestram sinceritatem moueat, ut doctrinam Beatissimi Patris Augustini omnium absque ulla dubitatione undecumque doctissimi, sanctarum scripturarum auctoritati in omnibus concordissimam; quippe nullus Doctorum abstrusa earum scrupulosius rimatus, diligentius exquisierit, verius invenerit, veracius protulerit, luculentius enodaverit, fidelius tenuerit, robustius defenderit, effusius disseminaverit* &c. Rhemigius Antisiodorensis in 2. ad Corinth. *Sicut Sol excedit in lumine omnes planetas, ita Augustinus omnes excessit in exponendis sacris scripturis.* Hugo de S. Victore serm. 25. *Inde & de ipso in hac eius sollemnitate canimus, quod Prophetarum & Apostolorum plenus spiritu, quæ prædixerunt mystica, fecit nobis pervia, post quos secunda dispensandi verbi Dei primus refulsit gratia* &c.

CX.

Censores.

Durius quoque loquitur pluribus locis de veritate corporis Christi in Eucharistia, ut supra indicavimus, qua de causa suum plane illum esse gloriantur, sed falso Calvinistæ, & Eminentissimus doctrina æque ac dignitate Cardinalis Perronius in libro singulari, cui titulus est: Refutatio obiectionum ex D. Augustino contra S. Eucharistiæ sacramentum cap. 1. ipso initio idcirco vocat S. Augustinum magnum prætensum Sacramentariorum patronum.

S. Augustinus.

Admonet me plane, ac mihi iubet suavissimo imperio lex Christi, hoc est caritas, ut cum aliquid falsi in libris meis me sensisse homines putant, quod ego non sensi, atque idipsum falsum alteri displicet, alteri placet, malim me reprehendi a reprehensore falsitatis, quam ab eius laudatore laudari; ab illo enim, quamvis ego non recte qui hoc non senserim, error tamen ipse recte vituperatur. Ab hoc autem nec ego recte laudor, a quo existimor id sensisse quod vituperat veritas, nec ipsa sententia quam vituperat veritas. *lib. 1. de Trin. cap. 3.*

Guitmundus Episcopus.

Quid hic Umbratici respondebunt? Ubi in tanta luce lucifugæ nostri umbram parabunt? Ecce Augustini manifestissima documenta recitantur, nihil in eis scrupulosum, nihil ambiguum; aut de his se expliceut, aut Augustinum nobis obiicere desistant. lib. 3. de Veritate Eucharistiæ contra Berengarium tomo 11. Bibl. PP.

CXI.

Censores.

Item lib. 1. de Peccat. merit. & remiss. cap. 20. & libro de Prædest. SS. cap. 13. & lib. 2.

S. Augustinus.

Sancto Innocentio vide quid respondeas, qui nihil aliud de hac re sapit, quam quod isti,

& lib. 2. Oper. imperf. con. Iul. cap. 29. docere videtur, sacramentum Eucharistiæ non minus esse necessarium parvulis ad salutem, quam baptismum, neque minus ad eos pertinere quod dicitur Ioh. 6. v. 34. *Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, quam istud Ioh. 3. v. 6. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest introire in regnum Dei*.

isti, in quorum te conventum, si tamen prodest aliquid, te introduxi. Cum his etiam ipse consīdet, etsi posterior tempore, prior loco &c. Qui denique parvulos definivit, nisi manducaverint carnem filii hominis, vitam prorsus habere non posse. Huic responde, immo ipsi Domino, cuius ille Antistes usus est testimonio. *lib. 1. con. Iul. cap. 4.*

S. Innocentius Papa.

Illud vero quod eos, Pelagium ac Cælestium, *vestra fraternitas asserit prædicare, parvulos æternæ vitæ præmiis etiam sine baptismatis gratia posse donari, perfatuum est. Nisi enim manducaverint carnem filii hominis & biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis. Qui autem hanc eis sine regeneratione defendunt, videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, cum prædicant eos habere, quod in eos creditur non nisi baptismate conferendum.* in epistola ad Patres Milevitanæ synodi apud Aug. epist. 93.

S. Gelasius Papa.

Ut providentia Dei omnes Pelagianorum nequitias amputaret, non solum dictum est: Qui non fuerit renatus ex aqua & Spiritu S. non intrabit in regnum cælorum, *sed etiam pariter dictum est*: Qui non manducaverit carnem filii hominis & biberit eius sanguinem, non habebit vitam in semetipso. *De vita autem æterna hoc dictum nullus addubitat, quoniam multi non manducantes hoc sacramentum vitam habere videantur præsentem.* in epistola ad Episcopos Piceni.

CXII.

Censores.

Indeque disputans contra Pelagianos, probat infantes Eucharistiæ sumptione non posse vitam æternam consequi, quam sumptionem distinguit a baptismo, quasi velit debere infantes necessario esse reipsa & distincte utriusque sacramenti participes, baptismi & Eucharistiæ, ut vitam æternam obtineant. Sic enim loquitur cap. illo 20. lib. 1. de Pecc. mer. *Auferatur ergo iam dubitatio* &c. Quæ verba sunt adeo manifesta, ut difficillime patiantur benignam interpretationem, qua plerique Theologorum Augustinum ab errore excusare conantur; error enim est notatus & damnatus sub anathemate a concilio Tridentino.

S. Augustinus.

Nihil de nostro afferamus, ipsum Apostolum item audiamus. Cum ergo de isto sacramento loqueretur ait: *Unus panis, unum corpus multi sumus.* Intelligite & gaudete, unitas, pietas, veritas, caritas, unus panis, unum corpus multi sumus; recolite enim, quia panis non fit de uno grano, sed de multis. Quando ergo exorcizabamini, quasi molebamini; quando baptizati estis, quasi conspersi estis; quando spiritus sanctificationem accepistis, quasi cocti estis: estote quod videtis, & accipite quod estis &c. *in sermone ad infantes ante altare.*

S. Fulgentius.

Beatus quoque Augustinus de hac re sermonem fecit admodum luculentum & aptum ædificationi & instructioni fidelium. Et toto sermone recitato, in quo verba proxime recensita leguntur. *Arbitror*, ait, *sancte frater, disputationem nostram præclari Doctoris Augustini sermone firmatam, nec quicquam esse aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque fidelium corporis, sanguinisque Dominici participem fieri, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab eo panis calicisque consortio etiamsi, antequam panem illum comedat & calicem bibat, de hoc sæculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat.* in Respon. ad quæstionem de baptismo Æthiopis.

Concilium Tridentinum.

Neque ideo tamen damnanda est antiquitas, si eum morem, nempe dandi Eucharistiam parvulis, *in quibusdam locis aliquando servavit; ut enim sanctissimi illi Patres sui facti proba-*

probabilem caufam pro illius temporis ratione babuerunt, ita certe eos nulla falutis neceffitate id feciffe fine controverfia credendum eft. feffione 21. cap. 4.

CXIII.

Cenfores.

Præterea lib. 2. con. Iul. cap. 10. docet cogitationes morofas, five delectatiooes voluntarias de rebus venereis effe dumtaxat peccatum veniale, modo abfit confenfus io opus, feu malum defiderium, vel illius periculum. Quæ doctrina ab omnibus catbolicis iam pridem reiicitur, nec fine fcandalo a quoquam obtruderetur.

S. Auguftious.

Unum igitur genus eft probatiffimum, & quafi purgatiffimum, eum & bona fcripta funt, & in bonam partem accipiuntur a legentibus. *lib. de Utilit. cred. ad Honoratum. cap. 5.*

S. Auguftious.

Ita diei poteft in bomine uno, fi delectationibus illieitis, a quibus fe continuo deberet avertere cogitatio, libenter fola pafcatur, nec facienda decernantur mala, fed tantum fuaviter in recordatione teneantur, quafi mulierem fine viro poffe damnari, abfit hoc eredere. Hac quippe una perfona eft, unus bomo eft, totufque damnabitur, nifi hæc, quæ fine voluntate operandi, fed tamen eum voluntate animum talibus oblectandi, folius eogitationis fentiuntur effe peccata, per mediatoris gratiam remittantur. lib. 12. de Trinit. cap. 12.

CXIV.

Ceofores.

Certe cum eadem fit iudieiorum & affectuum alea, & Auguftinus tanta conteotione pugnet contra Pelagianos, ut obtineat nullum effe quantumvis fanctum, cui noo fit opus dicere, dimitte nobis debita noftra, ob quotidianos voluntatis lapfus, nefcio quid Baianis in mentem venerit, ut Auguftioiani videri veliot, cum tanto nifu perfuadere eonantur effe aliquos, *nempe Auguftinum*, qui iudieio numquam labantur.

S. Auguftinus.

Neque enim negare debeo, ficut in ipfis moribus, ita multa effe in tam multis opufculis meis, quæ poffiot iufto iudicio & nulla temeritate culpari. Ex quibus fi aliena reprebendes, illic & tibi fortaffis ofteoderem, qualem te effe, in quibus noo perperam reprehenderes, vellem, meque tibi iuniori maior, & præpofitus fubdito correctionis exemplum quanto bumilius, tanto falubrius exhiberem. Sed ea io me repreheodifti, quæ non corrigere humilitas, fed partim fateri, partim defendere veritas cogit. *lib. 4. de Orig. an. c. 1.*

B. Iordanus de Saxonia.

Ipfe tamen poftea Auguftinus *tam ab erroribus intellectus, quam a corruptione affectus per actum bierarchicum purgatus fuit.* ferm. 138. S. Thomas Villanovanus ait: *Hæc igitur Auguftini tam profunda bumilitas apud Deum & bomines fapientia & intellectu illum fublimiter exaltavit, quoniam Deus fuperbis refiftit, bumilibus autem dat gratiam. Unde poteft de illo intelligi Prophetæ vatieinium, dedit abyffus vocem fuam altitutinem phantafiæ.* *Habac. 3. verf. 70.* *Abyffus, inquam, bumilitatis Auguftinus vocem doctrinæ fuæ populis dedit propter phantafiæ fuæ, ideft ingenii altitudinem, quam propter bumilitatem contulit illi Deus.* conc. 2. de S. Auguftino.

CXV.

Cenfores.

Conftat ergo exemplo S. Beroardi tales effe, quas dixerat duas columoas, ut non fit neceffario timeodum, fi quis ita divellatur ab Auguftino, ut tamen innitatur Ambrofio, etiam io iis quæ eontra Pelagianos Auguftinus difputavit *&c.*

S. Auguftinus.

Quid ergo, quo me ab illo in hac caufa feparandum putas? *Poftea*: Ergo ille nofter, an vefter fit, & vos videtis. *lib. 4. con. Iul. Oper. imperf. cap. 119.*

S. Bernatdus.

Ab bis ergo duabus columnis (Auguftinum loquor & Ambrofium) crede mibi, difficile avellor; eum bis, inquam, me aut errare aut fapere fateor. epiftola 77. ad Hugonem de S. Victore.

CXVI.

CXVI.

Censores.

Quid igitur mirum, si vir alioqui doctissimus & sanctissimus *Augustinus* difficultate rei oppressus, nihil aliud invenerit, in quo essentiam origialis peccati constitueret?

S. Augustinus.

Hominem tuo iudicio doctissimum & peritissimum non dubitasti reprehendere. Ego autem & me doctissimum ac peritissimum nescio, immo vero me non esse certissime scio. *lib. 4. de Orig. animæ initio.*

B. Iordanus de Saxonia.

Quantum ad dictorum sufficientiam, quia nihil deest in libris Augustini, quod pertinet ad scientiam legis divinæ; unde dicit Volusianus scribens ad Augustinum: Utcumque in aliis Sacerdotibus toleratur inscitia, sed cum ad Antistitem Augustinum venitur, legi Dei deest, quicquid Augustinum contigerit, ignorare. *sermone 548.*

CXVII.

Censores.

Nempe iam nos docuit Gerson & Abulensis, quo pertineat hæc approbatio; non enim eo ut intelligamus Augustinum nullis esse humanis defectibus obnoxium, sed rarioribus & levioribus.

S. Augustinus.

Senti de Augustino quicquid libet: sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Quod enim ait Apostolus: *Mihi minimum est, ut a vobis iudicer, aut ab humano die. lib. con. Secundinum cap. 5.*

Arnobius iunior.

Serapion dixit: *Testor Deum, quia sollicitudini meæ universa ambiguitate eliminas, si de his eius*, scilicet Augustini, *mihi definita proferas, & de omnibus quæ transacta sunt, evidentia eius afferas documenta; fateor enim me eius assertiones ita probatas habere, ut se ipsum ore suo hæreticum detegat, qui Augustinum putaverit in aliquo reprehendendum eloquio.* Arnobius dixit: *Meo sensu locutus es, nam ea quæ eius nunc profero, ac si sacratissima Apostolorum scripta sic credo & teneo & defendo.* tomo 5. Bibl. PP. par. 3.

CXVIII.

Censores.

Sensit Augustinus mundum in instanti creatum fuisse, quod non convenit cum scriptis a Moyse *&c.*

CXIX.

Censores.

Contrariam Augustino sententiam non modo probabiliorem iudico, sed certæ & indubitatæ veritatis.

CXX.

Censores.

Explicatio hæc censetur ab omnibus improbabilis, nec ego dubito, quin si Augustinum non haberet patronum, manifeste damnata fuisset ut hæretica.

CXXI.

Censores.

Contrarium docent omnes alii Patres, idque omnino evincit simplex & historialis narratio Moysis; quare iam erroneum est dicere, omnia uno die esse creata.

S. Augustinus.

Nemo iam molestus sit dicendo mihi, non hoc sensit Moyses quod tu dicis, sed hoc sensit quod ego dico. Si enim mihi diceret, unde scis hoc sensisse Moysem quod de his verbis eius eloquetis, æquo animo ferre deberem, & responderem fortasse quæ superius respondi, vel aliquanto uberior, si essem durior. *lib. 12. Confess. cap. 24.* Illud autem, quod contendunt, non hoc sensisse Moysen quod ego dico, sed quod ipsi dicunt, nolo, non amo, quia & si ita est, tamen ista temeritas non scientiæ, sed audaciæ est, nec visus, sed typhus eam peperit. *cap. 25.* Ita cum alius dixerit, hoc sensit quod ego, & alius, immo illud quod ego: religiosius me arbitror dicere, cur non utrumque potius, si utrumque verum est? & si quid tertium, & si quid quartum, & si quid omnino aliud verum quispiam in his verbis videt, cur non illa omnia vidisse credatur, per quem unus Deus sacras literas vera & diversa visuris multorum sensibus temperavit? *cap. 31.*

Patres & Doctores.

Cassiodorus. *De iisdem principiis sanctus quoque Augustinus disertus atque cautissimus disputator duodecim volumina conscripsit, quæ doctrinarum pæne omnium decore vestivit, hacque vocavit de Genesi ad literam, qui quamvis de eadem re tractaverit, qua B. Basilius*

lius & S. Ambrosius celeberrima laude fulserunt, tamen quod post disertos viros minime contingere solet, opus suum longe in aliam summitatem Domino largiente produxit. libro 1. Divin. Institut. cap. 22. S. Thomas: *Hæc opinio*, nempe Augustini de simultanea rerum creatione, *plus mihi placet.* 2. sent. d. 12. q. 1. art. 2. B. Albertus magnus. *Sine præiudicio sententiæ melioris videtur Augustino consentiendum* &c. *Dicendum ergo quod per distinctionem, quam ponit Moyses, intelligitur distinctio rerum secundum naturæ principia, & non distinctio temporum.* 1. p. Summæ quæst. 12. de quatuor coævis. Ægidius 1. p. Hexameron cap. 28. *Non autem ista dicimus, ut improbemus opinionem Augustini, quæ est valde subtilis & sollemnis.* Dionysius Carthusianus: Augustinus *excogitavit quamdam expositionem subtilem, per quam defendit scripturam ab irrisione huiusmodi, & tamen salvavit scripturæ & fidei veritatem.* in cap. 1. Genes. art. 5.

CXXII.

Censores.

Augustinus vero clarius Durando adstipulari videtur, cum actum peccati nullo modo Deo agenti tribuit, sed solum humano arbitrio &c. id quod clarius ostendit lib. de Perfect. iustitiæ ratiocinat. 4. ubi sic quærit: *Quid est peccatum? actusne, an res? Si res est* &c.

S. Augustinus.

Redde verba mea, & vanescet calumnia tua. *libro quarto con. Iulianum cap. 8.*

S. Prosper.

Stupeo sanctitatem vestram obiectionem calumniantium a persona defensoris gratiæ non potuisse discernere, & verba obtrectantium ei ipsi, qui obtrectatoribus suis respondet, aptasse. ad 10. dubium Genuensium contra S. Augustinum.

CXXIII.

Censores.

Petimus ergo a Baianis quanti facienda sit Augustini doctrina dicentis fallibilem esse scripturis non canonici auctoritatem, & hanc esse illius differentiam a canonico, quod sine peccato, vel iniuria cuiusquam suspecta esse quandoque possit. Si negant esse probandam, fidem fallunt, & positos a se terminos primi transgrediuntur, Augustinum deserendo. Si probandam fatentur, cum negare non possint, quin Augustinus sit intra numerum auctorum non canonicorum, restat ut fateantur sine peccato, vel iniuria cuiusquam dubiam aliquando videri posse illius auctoritatem atque sententiam. Esset autem ridiculus, qui ea, quæ ille dicit de fallibilitate scripturis non canonici, intelligenda diceret cum exceptione ipsius Augustini.

S. Augustinus.

Sane cum in omnibus literis meis non solum pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desiderem, multo maxime in his, ubi ipsa magnitudo quæstionis utinam tam multos inventores habere posset, quam multos contradictores habet; verumtamen sicut lectorem meum nolo mihi esse deditum, ita correctorem nolo sibi. Ille me non amet amplius, quam catholicam fidem, iste se non amet amplius quam catholicam veritatem. Sicut illi dico: Noli meis literis quasi scripturis canonicis inservire, sed in illis & quod non credebas, cum inveneris, incunctanter crede, in istis autem, quod certum non habeas, nisi certum intellexeris, noli firmiter retinere: ita illi dico: Noli meas literas ex tua opinione, vel contentione, sed ex divina lectione, vel inconcussa ratione corrigere. *libro 3. de Trinit. in proœmio.*

S. Thomas Villanovanus.

Ultimum quoque ingenii testimonium hoc est præstantissimum, quod ita conspicue in tanta nebula veritatem intuitus est Augustinus, *& ita eam in tanta silva errorum discussit, ut cum in hoc ipse omnium primus extiterit, usque hodie post tam longum tempus id teneat, id sequatur Ecclesia & fidei schola, quod Augustinus decreverit.* con. 1. de S. Aug. in fine.

CXXIV.

Censores.

Augustinus argumentis Iuliani non satisfecit. *In articulis censuratis a sacra Facultate*

S. Augustinus.

Vitreas argutias tuas, & fragilia, quibus tibi multum videris acutus & nitidus,

tate Theologica Lovaniensi & Inquisitione Vallisoletana anno 1650. *Martii* 28. *& apud Rivium lib.* 4. *de Vita S. Aug. cap.* 10. §. 6.

dus, argumenta confringam. *in fine lib.* 1. *con. Iulianum*. Dialecticorum quasi iaculis oneratus acutis in certamen procedis, & iactas plumbeos pugiones. *lib.* 3. *cap.* 7. *contra eumdem.*

Ven. Beda & S. Prudentius.

Iulianus *homo ut Rhetor peritissimus, ita gratiæ Dei post Pelagium impugnator acerrimus, ut apertius scripta eius, quibus contra strenuissimum eiusdem gratiæ propugnatorem Augustinum insanuit, ostendunt*. initio præfat. in Cantica. S. Prudentius ait: *Cum a Patribus præcipueque beatissimo Augustino* Pelagianis *competentissime abundantissimeque responsum fuerit* &c. in epistola ad Gelinonem Archiepiscopum Senonen. ante lib. de Prædest.

CXXV.

Censores.

Volentes sustinere partes Iuliani non posse Augustini rationibus coovinci.

S. Augustinus.

Necessarios articulos sermonis tui, quantum me adiuvat Dominus, comprehendo atque confringo, ut totum corpus victum iacere conspiciat, qui & illa tua & hæc nostra perlegerit. *lib.* 4. *con. Iul. cap.* 9.

S. Prosper.

Quicquid etiam in libris contra Iulianum ab ipso sub hac quæstione obiectum, potentissime debellasti, hoc totum ab istis sanctis intentiosissime conclamatur. io epistola ad S. Augustinum.

CXXVI.

Censores.

Si triumphi Ecclesiæ niterentur posterioribus scriptis Augustini, immerito de Pelagianis triumphasset Ecclesia.

S. Augustinus.

Proficienter me existimo Deo miserante scripsisse, non tamen a perfectione cœpisse. *lib. de Dono persev. cap.* 21.

S. Prosper.

Contra istam (recitat enim Cælestini Papæ elogium de S. Augustino) *clarissimam laudationis tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere, & perspicuæ sincerissimæque sententiæ nubem obliquæ ambiguitatis obtendere? Ut scilicet, quia in epistola Papæ librorum, pro quibus actum est, non expressus est titulus, hinc eos appareat non probatos, & istam in S. Augustinum laudationem pro anteriorum scriptorum meritis fuisse collatam. Maneat plane, maneat ista conditio, ut horum librorum* (quos nempe postremos in materia de gratia ediderat) *novitas repudiata videatur, si in eadem causa eiusdem viri dissentit antiquitas, & ut inutile, aut incongruum iudicetur, quod ab his, quæ contra Pelagianos condidit, dissonans invenitur*. con. Collat. cap. 43.

CXXVII.

Censores.

Augustious fuit doctor perinde ac alius etiam modernorum.

CXXVIII.

Censores.

Augustini dotes seu naturales, seu infusæ non fueruut altioris ordinis, quam aliorum doctorum etiam scholasticorum.

S. Augustinus.

Quicquid de arte loquendi & disserendi, quicquid de dimensiooibus figurarum & de musicis & de numeris sine magna difficultate nullo hominum tradente intellexi *&c.* Non enim sentiebam illas artes etiam ab studiosis & ingeniosis difficillime intelligi, nisi cum eis easdem conabar exponere, & erat ille excellentissimus in eis, qui me exponentem non tardius sequeretur. *lib.* 4. *Confess. cap.* 16.

S. Thomas Villanovanus.

Hoc sibi iustissime vindicat Augustinus, hæc pars Augustini in hac sapientiæ luce, sicut Sol omnia astra, ita ceteros omnes post Apostolos superat Augustinus &c. *Etenim intellectus acu-*

acumine, ingenii perspicuitate, disputandi acrimonia, inveniendi copia, disserendi subtilitate monstrum quoddam in natura fuit Augustinus, qui humanæ intelligentiæ terminos irradiante Deo visus est transcendisse, vir intellectu, ut quidam ait, & sapientia prope divinus. conc. 1. de S. Augustino. *Quis enim ita excelluit ingenio? quis ita valuit facundia? quis humanarum divinarumque rerum sapientia sic effulsit? quis tot tantisque voluminibus Dei Ecclesiam illustravit? quis Ecclesiasticos ordines sic edocuit? Mentitur, ait quidam, qui se omnia Augustini volumina legisse iactat: plus valuit ille scribere, quam nos sufficimus legere*. conc. 3. de eodem.

CXXIX.

Censores.

Vindicanda est Ecclesia a tutela & pædagogia Augustini.

S. Augustinus

Te ergo vera sponsa veri Christi Ecclesia catholica alloquar, & ego te pro modulo meo qualiscumque filius & servus tuus positus in te dispensare cibaria conservis meis. *lib. 15. con. Faustum cap. 3.*

Facundus Hermianensis.

Audeant isti, si possunt, hæreticum dicere Augustinum, audeant sollicita præsumptione damnare, & tunc vere discent, quæ sit pietas & constantia Ecclesiæ Latinorum, quam Deus magisterio eius instituit atque firmavit, cum ab omnibus confestim anathematizati fuerint, & tamquam putrida & morbida membra præcisi. in libro contra Mocianum.

CXXX.

Censores.

Utrum Augustinus contra id quod sentimus, sentiat, non admodum curandum.

S. Augustinus.

Non valde curo, inquam, superborum imperitorumque iudicia, qui similiter in legendos libros, atque in salutandos homines irruunt. *lib. 1. de Ord. cap. 11.*

B. Albertus magnus & S. Paulinus.

Dicendum quod sic, quia hoc Augustinus aperte dicit, cui contradicere impium est in iis quæ tangunt fidem & mores. in 2. p. Summ. Theol. tract. 14. q. 184. ad q. 3. S. Paulinus epistola 36. ad Romanianum inter Augustinianas ait: *Si audias, si sequaris* Augustinum, *ut rursum te sermone Salomonis alliciam: Fili coronam accipies gratiarum tuo vertici*. Postea: *Vere enim Pontifex & vere Consul, Licenti, eris, si Augustini vestigiis propheticis & Apostolicis disciplinis, ut sacrato beatus Helisæus Heliæ, ut illustri Apostolo Timotheus adolescens adhæreas indivulso per itinera divina comitatu* &c.

CXXXI.

Censores.

Iam enim in libris editis constat, quantas turbas excitarit una vocula tanta adulatione iactata: *Reliquos quidem Patres utiles, sed Augustinum unicum esse necessarium, & ad omnes materias Theologicas sufficere*: quasi Ecclesia Dei ad tantam solitudinem redacta sit, ut non ex multorum Patrum consensu, sed ab unius suffragio suarum decisionum robur mutuari cogatur.

S. Augustinus.

Tantumque mihi tributum est, ut ubicumque me præsente loqui opus esset ad populum, rarissime tacere, atque alios audire permitterer. *in prologo Retract.*

Absit a me ista, quam mihi obiicis, arrogantia, ut me istam causam contra vos, unum pro omnibus agere pollicerer. *in fine lib. 2. con. Iulianum.*

CXXXII.

Censores.

Vidimus sectione præcedenti scriptores Synopsis eius vitæ, *nempe Iansenii*, hoc ipsius celebre dictum veluti tanto Viro dignum apophtegma referre: *Patres ceteros utiles esse, sed Augustinum necessarium, immo unum pro omni materia Theologica sufficere.*

S. Augustinus.

Unus sum e multis, qui prophanas vestras novitates, ut possumus, refutamus, sicut unicuique nostrum Deus partitus est mensuram fidei. *lib. 6. con. Iulian. cap. 8.*

Nunc ergo ne tui stomachi follis indi-

cere. Quæ propositio non modo gravem exaggerationem, sed etiam perniciosum errorem continet.

gesta maledictorum cruditate rumpatur, in hunc evome, si audes, calumniosas tuas vanitates & insanias mendaces *&c.* Insignis Ecclesiarum Doctor loquitur. *lib. 2. con. eumd. cap. 28.*

Martinus V. Papa.

Quicumque de Christo, de fide, de religione aliquid saperent, omnibus in ore erat Augustinus, ut nihil pæne ex sacris literis possit nisi eo duce intelligi, nihil nisi eo interprete explicari. Eo iam auctore factum est, ut nec Philosophis sapientiam invideamus, non Oratorum eloquentiam desideremus, non studiosorum ingenia requiramus, non denique nobis acumen Aristotelis necessarium sit, non Platonis eloquentia, non prudentia Varronis, non gravitas Socratis, non auctoritas Pythagoræ, non Empedoclis solertia, non cuiusquam illius generis hominum scientia ac virtus exemplo, aut documento nobis esse debeat. Idem nobis Prophetarum oracula, idem Apostolorum voces refert, idem omnem omnium scripturarum sensum exprimit, unus postremo omnium Patrum sapientumque ingenia ac studia exhibet. Si veritatem quæris, si doctrinam, si pietatem, quis doctior? quis iustior? quis, ut ita dicam, sanctior Augustino? in sermone de translat. corporis S. Monicæ.

CXXXIII.

Censores.

Non est cur S. Pauli ac S. Augustini verbis teneamur, qui aliquando omnia meræ Dei voluntati attribuere videntur etiam absque ullo bonorum nostrorum operum intuitu. Hos enim duos magnos viros quasi duo maria magna considerare necesse est, qui ingenii sui impetu in unum litus ita exundant, ut alterum pro aliquo tempore siccum relinquere velle videantur. Verum sicut Oceanus postquam in aliquam plagam effusius sparsus est, in limites sibi a Deo constitutos regreditur, sic istiusmodi Viri postquam in rebelles veritatis impugnatores insiluerunt, ad tranquillam æqualitatem ædificationi fidelium accomodatam redeunt.

S. Augustinus.

Sic vis disputatoribus non præiudicare catholicis nonnulla quæ ab eis, sicut putas, incautius fusa, vobis obiicimus, quid est hoc, nisi dicere, etiam in scripturis sanctis ea quæ pro se usurpant hæretici, incautius fusa esse, quo sceleratius quid potest dici? *lib. 4. Oper. imperf. con. Iul. cap. 112.*

CXXXIV.

Censores.

Ingenii S. Pauli ardor satis fervebat, ut in eiusmodi expressiones, *excessivas nempe*, facile abriperetur. Sic cum vult Christianis sublimem gratiæ baptismalis ideam tradere, ipsosque ad illius conservationem potenter hortari, videtur asserere impossibile esse eos qui aliquo crimine lapsi sunt, rursus ad eam revocari per pœnitentiam. Cum in epistola ad Romanos fidem extollit, arma Calvino videtur ministrare ad suam hæresim stabiliendam, & videtur asserere per eam solam quemlibet salvari. Cum vero in epistola ad Corinthios caritatem prædicat, videtur omnia, quæcumque de fide dixerat, evertere, & omnem spem nostram in ea ponere.

S. Augustinus.

Si enim ad scripturas sanctas admissa fuerint velut officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur, cuius pondere contentiosæ falsitatis conteratur improbitas? Statim enim ut protuleris, si aliter sapit qui contra nititur, dicit illud quod prolatum erit, honesto aliquo officio scriptorem fuisse mentitum. *epistola 9. ad Hieronymum.*

CXXXV.

CXXXV.

Censores.

Spiritus Pauli sublimis & acer in partem, in quam inclinat, ita vehementer ferrur, ut io extrema declinare alterumque extremum negare videatur.

S. Augustinus.

Quæ auctoritas literarum aperiri, quis sacer liber evolvi, quod documentum cuiuslibet scripturæ ad convincendos errores exeri potest, si hæc vox admirtitur, si alicuius pooderis æstimatur? *lib. 11. con. Faustum cap. 2.*

S. Remigius.

Graviter perculsi & coufusi animo vidimus ia eis & scriptaræ sauctæ certissimam veritatem, & beatissimorum Patrum præcipueque S. Augustini reverendam & iu omni Ecclesia catbolica receptissimam auctoritatem novo conatu & ausu uimis temerario impugnari, & quautum iu ipsis fuit, improvide atque insoleater labefactari. Uade ipsa caritate provocati & commoniti, per quam in uuo Christi corpore omnes unum esse debemus, ut sicut Apostolus dicit, invicem pro se sollicita sint membra, & sive gloriatur unum membrum, con- 1. Cor. 12.
gaudeant omoia membra, & sive quid patitur unum membrum, enmpatiantur omnia 26.
membra. *Hac, inquam, caritatis affectione visum est nobis atqae complacuit, ut bæc qualiacumque sunt & ad commoaitionem nostram, & ad eorum qui legere voluerint, ædificationem & coufirmationem compeadioso, lacido (prout Domiaus aspirare dignatur) sermone scriberemus; quicquid ia eo diceudum putavimus, nou nostro seasu aut præsumptione, sed præfatorum sauctorum Patrum veuerabili auctoritate firmaates, a quorum vestigiis, unitate absit, ut vel nos, vel illi, quorum caritate compulsi bæc dicimus, ullateaus recedamus, ne ab ipsis divisi etiam ab ipso Domino dividamur, qui illis specialiter dicit*: Qui vos audit, me Luc. 10. 16.
audit, & qui vos spernit, me spernit. *Quos uimirum taatæ in Ecclesia sua esse voluit*
gratiæ & gloriæ, ut coasidenter cum Apostolo dicere possint: Itaque qui hæc spernit, non 1. Thess 4. 8.
hominem spernir, sed Deum, qui etiam dedit Spiritum suum Sanctum in vobis &c.
lib. de tenen. Verir. Script. cap. 4.

S. P. N. AUGUSTINUS.

NOs quidem, carissimi, cum falsa crimina audimus ab eis, quos offendimus prædicaudo lib. 3. con. lit.
eloquia veritatis, & erroris vaniloquia convinceado, babemus, sicut nostis, abundan- Petiliani
tissimam consolationem. Nam si in eis, quibus me criminantur, testimonium coascientiæ meæ cap. 6.
non stat contra me in conspectu Dei, quo nullus oculus mortalis inteuditur, non solum con-
tristari uon debeo, verum etiam gaudere & exsultare, quia merces mea multa est in cælis.
Neque eaim intuendum est, quam sit amarum, sed quam falsum sit quod audio, & quam 2
verax, pro cuius nomine bæc audio. [2] *Hæc utique falsa sunt, & ideo nobis nibil obsunt,* lib. 2. con.
cum ea dicitis iu aos, nec respicitis vos; vobis autem obsuat, quia cum ea falsa dicitis, iu eumdem
uos non caduat, sed quia ea vera putatis, in vos recidunt. [3] *Ad existimatiouem bomiaum ma-* cap. 33.
gna testium, qui me noverunt, suppetit copia: ad Dei vero conspectum sola conscientia, 3 lib. 3. con.
quam contra vestras criminationes cum intrepidam geram, aou me tameu sub oculis omuipo- Cresc. c. 80.
tentis iustificare audeo; magis ab illo essluentem misericordiæ largitatem, quam iudicii sum-
mum examen exspecto. [4] *Dicis me, si sub potestate iudicum premerer, quales tibi ipsi com-* 4
ponis, non babiturum fuisse quid facerem, quo confugerem, cum tuis argumeatatioaibus an- lib. 2. con.
de occurrerem, reperire nou possem. Ego plane baberem, quod facerem, baberem quo confu- Iul. cap. ult.
gerem; a Pelagianis enim tenebris ad bæc tam clara catbolica lumina provocarem, quod &
nuac iam facio. Tu ergo respoade quid facias, dic quo confugias. [5] *Nec eos, qui numquam* 5
fuerunt, aut non suat, aut quorum sententiæ de boc, quod inter nos disputatur, iacertæ ibid. cap. 10.
suat, iaaai cogitatione confinxi, sed saactos & ia saacta Ecclesia illustres Antistites Dei, non
Platonicis & Aristotelicis & Zenonicis aliisque buiuscemodi vel Græcis vel Latinis, quamquam
& istis aliquos eorum, verum omues sacris literis eruditos uominatim sicut oportebat expressi,
eorumque sententias, quantum sufficere videbatur, sine ulla editas ambiguitate digessi. [6] *Si* 6
Episcopalis synodus ex toto Orbe congregaretur, mirum si tales possent illic facile sedere tot, ibidem.
quia nec isti uno tempore fuerunt. Sed fideles & multis excellentiores paucos dispensatores
suos Deus per diversas ætates, temporum locorumque distaatias, sicut ei placet atque ex-
pedire iudicat, ipse dispensat. Hos itaque de aliis atque aliis temporibus atque regioaibus,

ab Orien-

ab Oriente & Occidente congregatos vides, non in locum, quo navigare cogantur homines, sed in librum, qui navigare possit ad homines. [7] *Nullas nobiscum vel vobiscum amicitias attenderunt, vel inimicitias exercuerunt. Quod invenerunt in Ecclesia tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt, quod a Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Nondum vobiscum apud istos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est causa nostra. Nondum vobiscum certabamus, & eis pronuntiantibus vicimus.* [8] *Quos oportet ut populi Christiani vestris prophanis novitatibus anteponant, eisque eligant potius adhærere, quam vobis.* [9] *An non tota vestra causa impulsa, prostrata, contrita, & sicut pulvis, quem proiicit ventus a facie terræ, sic a cordibus eorum, quos decipere cœperatis, si hæc voluerint deposito studio contentionis cogitare, proiecta est?* [10] *Nos autem paratiores sumus cum istis viris, & cum Ecclesia Christi in huius fidei antiquitate firmata quælibet maledicta & contumelias perpeti, quam Pelagiani cuiuslibet eloquii prædicatione laudari.*

7 *ibidem.*

8 *ibid. cap. 9.*

9 *ibid. cap. 3.*

10 *lib. 2. de Nupt. & concup. c. 29.*

S. PROSPER AQUITANUS.

Sufficienter, ut arbitror, demonstratum est, reprehensores S. Augustini & vana obiicere & recta impugnare & prava defendere, peremptorumque armis intestinum bellum moventes, dictis divinis atque humanis constitutionibus rebellare. Quorum tamen, dum adhuc non sunt a fraterna societate divisi, toleranda magis est intentio, quam desperanda correctio: donec Dominus per Ecclesiæ principes & legitimos iudiciorum suorum ministros hæc, quæ per paucorum superbiam & quorumdam imperitiam sunt turbata, componat. Nobis Deo adiuvante sit studium, quieta modestiaque patientia odiis dilectionem reddere, & ineptorum vitare conflictus, veritatem non deserere, nec cum falsitate certare. in peroratione contra Collatorem.

S. ALIPIUS TAGASTENSIS.

Quare iam, socii mei, expectationem vestram, qua me ad respondendum provocatis, certiore spe mecum ad discendum convertite. Habemus ducem Augustinum, *qui nos in ipsa veritatis arcana, Deo iam monstrante, perducat.* apud Augustinum in fine lib. 3. contra Academicos.



ADVENTORIA

Amicissimo ac Doctissimo Viro

F. FRANCISCO MACEDO

In Patavina Academia Ethices Interpreti,

IN QUA

DE INSCRIPTIONE LIBRI S. AUGUSTINI DE GRATIA CHRISTI

Albine, Piniane, & Melania,

DISSERITUR.

REVERENDISS. AC DOCTISSIME PATER.

Cceperam ab amico literas, quibus significabat, te Venetiis Bononiam versus solvisse; nescire autem se, quam in urbem improvisam hanc tuam peregrinationem destinasses. Idem etiam libellum, quem nuper Veronæ adversus meam de quorumdam veterum Lerinensium doctrina sententiam edidisti, transmisit. At ipse volumen illud avide legere, diligenter expendere, accurate notare. Etenim sperabam fore, ut superatis Apennini iugis, de proximo Florentiam venires, eaque occasione & sincere & amice aperirem, quid in libello tuo albis calculis, quid nigro theta signandum censerem. Verum cum Florentiam accessisses, adventum tuum tam studiose mihi celatum voluisti, ut pæne verear, ne antiquæ nostræ amicitiæ hoc tuo silentio nuntium remiseris; præsertim cum nec unius libelli tui exemplar ad me deferendum curaveris. Ceterum ne officiis, quæ pro iure veteris consuetudinis a te expectabam, ipse etiam deesse videar, quod sperabam coram præstare, literis exequor. Et quidem, mi Macedo, non sum tam bardus, aut stupidus, quin optime intelligam, neminem mortalium quanta libet amicitia carissimum esse in amore Divis præferendum. Novi vetus adagium: *Amicus usque ad aras*. Itaque ineptus iudicer, si tantum mihi ab amico tribui velim, ut me plus, quam superos amet. Utinam susceptam pro doctrina sanctorum Hilarii Arelatensis & Vincentii Lerinensis defensionem pro merito præstitisses, & ex vetustis tabulis atque antiquioris Ecclesiæ testibus rem feliciter confecisses. Profecto multas tibi gratias agerem, plures etiam deberem, quippe qui duos celeberrimos Patres Augustini coætaneos eidem sancto Doctori in nullo dogmate adversatos, sed per omnia consentientes ostendisses; nihil enim magis in votis habeo, quam Augustinianam doctrinam communibus Patrum suffragiis

A comprobatam monstrari. At cum videam te passim rhetoricari, omissis veterum monimentis, tuis imaginationibus indulgere, ac pro historia entia rationis & secundas intentiones, ut dicitis, seu una quædam tuæ mentis idola obtrudere, non possum non tuas vices dolere, qui bonæ causæ non æque bonam advocationem commodasti. Intra sex, vel octo dies nuperrimæ tuæ apologiæ confutationem ad umbilicum deducam, & palam faciam te Dalæi, Blondelli, aliorumque Protestantium sententiam sequi, munire, exaggerare: Baronii defensionem verbo tenus abs te iactari, cum

B eidem, etiam cum patrocinium magno hiatu promittis, adversere, & neglectis veterum scriptorum voluminibus, novas passim historias, hoc est puras putas fabulas venditari. Ne tamen ad populum phaleras loqui videar, universi tui operis specimen in una & altera pagina capitis septimi in hac epistola exhibeo, tum ne forte iis, qui ne leviter quidem in Ecclesiastica historia versati sunt, fucum facias, tum etiam ut adventoriæ loco te in Urbe conveniat; ne qui in amore erga te nemini cedo, amicorum

C tuorum, quorum centurias Romæ numeras, officiis superer. Etenim nulla inter amicos officia laudabiliora versantur, quam cum suas apud amicos querelas sine sequestro deponunt, animi arcana produnt, nihilque quod illorum rem attinet, celatum volunt; et si quando que a benevolentia, humanitate, ac veritate deflectant, eosdem intra orbitas ponunt, & ad officium revocant. Hæc integro volumine præstabo, quod brevi extra Italiam (Florentini enim typographi variis libris libellisque imprimendis occupantur) nitidissimis characteribus excu-

D sum, ad te transmittam, quamvis tu Florentia transiens nullam mihi libelli tui legendi copiam facere volueris, cum tamen plurimi mea interesset, noscere per te errores, quos fugerem, cernere veritatem, quam consectarer.

In capite septimo prioris commentationis pro doctrina Lerinensium a te in-

geniosissime concinnatæ pagina 51. veritus ne brevioris opusculi tui lectio fastidio proximior fieret, lepidam mihi de Albino quæstionem facturus, ex arce causæ ad exilia & ludicra quædam descendis, ut me universis irridendum exhibeas. *Sic ecce*, inquis, *ut molestum hoc opus lepore aliquo & sapore condiam, iacido in locum Noris, in quo desidero grammaticam*. Quod autem hoc ipsum esset ex præcipuis, quæ in tuo opere lectoribus observanda duceres, in indice scripsisti: *Noris imperitiæ grammaticæ arguitur*. Næ postquam ibidem in proxima pagina ex sacris Theologorum Academiis me ad Chronologos amandasti, statim ad Grammaticorum subsellia *ab Orbilio*, ut inquis, *castigandum* detrudis? Equidem lectores tanto abs te *lepore & sapore condita* scripta evolventes cum Terentio repetent. *Facete, lepide, laute, nihil supra.*

In Eun. 3. 1. 3.

O capitulum lepidissimum!

Ipse autem doctissimi æque ac sanctissimi Nolani Antistitis ad Ausonium V. C. carmina tibi ingero.

Multa iocis pateant; liceat quoque ludere fictis.
Sed lingua mulcente gravem interlidere dentem:
Ludere blanditiis arentibus, & male dulces
Fermentare iocos satyræ mordacis aceto,
Sæpe poetarum, numquam decet esse parentum.

Non tua scripta lepore condis, mi Pater, sed meam mihi cutem, non secus ac elephantinam, tam multo sale perfundis, ut cum me *amicissimum* ibidem voces, procul dubio habearis *magni delator amici*.

Iuven. sat. 1. 33.

Iniquiori autem loco me tecum congredi iubes, dum ad grammaticam provocas, quæ tuum regnum est, in quo tibi plaudis ac triumphas. Etenim cum ego nondum mammam atque tatam loquerer, tu eloquentiæ magister publice Madriti Rhetoricam profitebaris, cui a teneris unguiculis strenuam atque indefessam operam navaveras, non secus ac ille,

Idem sat. 10. 30.

Quem pater ardentis massæ fuligine lippus
A carbone, & forcipibus, gladiosque parante
Incude, & luteo Vulcano ad rhetora misit.

Profecto numquam ab *amicissimo* viro, qualem te contestaris, tantum meo tergo periculi timuissem, ut ab eodem contra me stringerentur *Orbilii* scuticæ,

Ferulæque tristes, sceptra pædagogorum.

Mart. lib. 10. 52.

Itane a meo Macedone, quem in editis voluminibus toties summis laudum præconiis extuli,

Discipulorum inter iubeor plorare cathedras?

Horat. sat. 10.

Libeat Augustini sententiam solidæ apologiæ loco tibi reponere libro 2. con. Cresconium cap. 1. *Si enim*, inquit, *Demosthenes clarissimus Oratorum, cui verborum tanta fuit cura, quanta rerum auctoribus nostris, cum tamen ei nonnullam orationis insolentiam obiecisset Æschines, negavit ille in eo positas esse fortunas Græciæ, illone, an illo verbo usus fuerit, & an huc, an illuc manum porrexerit; quanto minus nos laborare debemus de regulis derivandorum nominum, quando sive hoc, sive illud dicamus, intelligitur sine ambiguitate quod dicimus, quorum non in expolitione sermonis, sed in demonstratione veritatis est maior intentio*. Interim ne me timeas, *cui vides necessariam esse grammaticam*. Sed ne me tergiversari putes, Grammaticorum scholam *ab Orbilio castigandus*, ut minitaris, ingredior.

Cum libro 1. Hist. Pelag. cap. 15. expenderem inscriptionem librorum sancti Augustini de Gratia Christi & de pecc. originali, nempe: *Sincerissimi fratres, dilecti a Deo, Albine, Piniane, & Melania*, non admisi correctionem Baronii, qui A. 409. pro *Albine* putavit *Albina* reponendum, *nisi*, addit ibidem, *præter Albinam matrem fuerit illic Albinus filius*. Etenim ea ætate feminarum nomina non semper feminina terminatione efferebantur. Paulæ filia neutræ terminationis cognomen habuit, nempe Eustochium. Immo mulierum nomina a sanctis Patribus cum terminatione masculina id temporis exprimi solita affirmavi. Ita *Albinam* iunioris Melaniæ matrem passim *Albinus* in recto casu vocatam indicavi. Augustinus præter inscriptionem libri de Gratia Christi hunc titulum epistolæ 227. dedit: *Albino, Piniano, & Meliano*. Ubi certum est, legendum esse *Melanio*. Hieronymus epist. 79. ait: *Albinus, Pinianus, Melania salutant vos*. Possidius Calamensis in indice librorum sancti Doctoris Hipponensis scribit libros de Gratia Christi & peccato originali missos *ad Pinianum, Albinum, & Melaniam*. Sanctus Paulinus epistola 44. quæ inter Augustinianas est 249. *Melanio* pro Melania posuit. Ita

Patres

Patres, qui anno 400. florebaot, Albinæ nobilissimæ feminæ nomen scripsere.

Pag. 52. *Mira*, inquis, *certe ratio exponendi, nova & incognita antiquis Priscianis, & Donatis & nuperis Despauteriis & Nebrissis, quam nulla tempora tulerunt, ut libera esset nominum inflexio, & promiscue masculina & feminina declinarentur atque adeo Albina pro Albino, & Melanius pro Melania poneretur.*

Rectius dixisses, *Albinus pro Albina, & Melanius pro Melania poneretur*. Sed hoc omisso, ad Donati, ad quod provocasti, tribunal vador. Scribit libro 5. de generibus: *Sunt præterea alia sono masculina, intellectu feminina, ut Eunuchus comœdia, Orestes tragœdia, Centaurus navis. Alia sono neutra, intellectu feminina, ut Phronisium, Glycerium, Sophronium, quæ mulieres sunt*. Itaque Donato iudice, nomen desinens in *VS*, alias masculinæ terminationis, si rei femioinæ imponatur, retenta terminatione masculina, significationem femininam induit. Ita *Eunuchus* nomen est viri exsecti masculinæ terminationis & significationis; at si imponatur uni ex comœdiis Tereotii, non mutata terminatione, variata tamen significatione, fit generis feminini, & dicimus *lepidam Eunuchum* Terentii. Ægyptus femininæ significationis nomen est; at si viro cuipiam id nomiois imponatur, masculini generis evadit. Horum ratio est, quia terminatio in *VS* est tantum materia & substractum nominis, sola autem significatio, Donato magistro, fortitur rationem formæ. Appello testem omni exceptione maiorem Vossium, qui libro 3. Grammat. libro 1. de analogia cap. 24. laudato prius Quintiliani testimonio ait: *Voluit igitur Fabius parem esse rationem in Murena & Glycerium, eoque ut virile est Murena propter significationem, etsi terminatio aliud requirere videatur, ita Glycerium esse muliebre, licet sit neutralis terminatio*. Quare licet hoc cognomeo *Albinus* fit terminatioois masculinæ, eo ipso quod feminæ imponatur, quomodo reapse a tot Patribus impositum fuit, significationem feminioam subit, quæ optime cum terminatione masculina cohæret. Equidem, mi dulcissime Macedo, Heribertus Rosuveydus hisce tuis scrupulis non tangebatur, cum in præfatione ad librum 8. de Vitis Patrum num. 6. hæc notavit. *Proba Baronii divinatio: sed*

A *non necesse Albinam pro Albino restituere. Constat enim illo sæculo feminarum nomina etiam masculinis terminationibus quandoque elata. Sic de femina nunc* Melanius, *nunc* Melaoium *apud veteres occurrit*. Hoc ipsum postea etiam confirmavit in Notis ad epistolam 44. sancti Paulini, ubi ait: *Melanio: Intelligit ipsam Melaniam, quæ nunc Melania, nunc Melanium dicta. Ita videtur capiendus Augustinus epistola* 227. Carissimis fratribus Albino, Piniano, & Melanio: *ita lego pro Meliano. Intelligit Albinam & Melaniam, cum apud Alipium Episcopum Tagastæ in Africa versarentur*.

B Viden ut totus meus est Rosuveydus? quem sane ante oculos habui, cum illa scriberem, & Baronii correctionem ooo Pag. 35. admitterem. Tu vero inquis: *A Grammaticis Noris dissentit ab Orbilio castigandus, nec Baronio timendus, quem obiter pungere voluit, & ego vindicare*. Quid, Amice, cum Rosuveydo ages? Memento hunc illum esse, quem pagina 150. *auctorem eruditissimum & elegantissimum* nuncupasti; io indice scribis: *Rosuveydus auctor elegantissimus*. An forte, ne mibi plagas condones, una mecum Rosuveydum *ab Orbilio castigandum* dices? Cave tibi a

C tot ferulis, quas docti Rosuveydi sodales in scholis stringunt. Vel *elegantissimi* titulum expunge, si in homine quoque, quemadmodum io me, grammaticam desideras. Vel si temeritati id proximum iudicas, me quoque, qui Rosuveydi verbis locutus sum, Orbilii ferulis exime. Hoc interim scias, mihi decretum esse, malle cum Rosuveydo vapulare, quam grammaticas Macedonis regulas discere. Falleris tameo, si unum a me tibi Heribertum opponi putas. Habeo plures tum receotes, tum Græcos, tum Latioos scriptores, quibus pro me loquen-

D tibus, tu ne hiscere quidem audeas; sed mirere tantum, & forsitan doleas, neque eoim

Hæc rixa est, ubi tu pulsas, ego vapulo tantum. Iuven. sat. 3. 228.

Pag. 53. *Exemplum*, inquis, *Eustochii ab re est, cum Eustochium fuerit nomen proprium Virginis Paulæ filiæ, quæ Eustochia dici non potuit, cum Eustochium deberet, quemadmodum nec Glycerium apud Terentium in Andria Glyceria vocari potuit: erant quippe certa nomina terminata in* um, *quæ tum virorum, tum feminarum propria erant; puta Dynacium, Pegnium virorum: Eustochium, Gly-*

cerium feminarum. Non erat igitur libera, nec promiscua illa declinatio, sed necessaria grammatices constructio. A

Memento te in Grammaticorum schola versari, a quibus vapularent discipuli, qui Eustochium *nomen* proprium Virginis dicerent, erat enim cognomen filiæ Toxotii & Paulæ; illius autem nomen Iulia erat. Scribit Hieronymus de D. Paula epistola 27. *Iuncta est Toxotio, qui Æneæ & Iuliorum altissimum sanguinem trahit, unde etiam filia eius virgo Eustochium Iulia nuncupatur.* Ex quibus corrigo Gandorpium, qui Toxotios Iuniis accensuit in Onomastico. Quod etiam B ex Capitolino in iuniori Maximino patet: *Desponsata*, inquit, *illi erat Iulia Fadilla proneptis Antonini, quam postea accepit Toxotius eiusdem familiæ Senator.* Errat autem Gruterus, qui *Iuniam Fadillam* legit. Sed de his alias; neque enim te, qui nomen Virginis pro cognomine posuisti, Orbilii ferulæ subiiciam: non sum erga amicum tam rigidus in grammatica censor, qualem te erga me profiteris. Notat Chiffletius pagina 45. Notarum in epistolas Paulini Nolani in editis voluminibus in calce epistolæ ad Pammachium *Eustochium* legi, *cum alioquin*, inquit, *Eustochia scribatur in MSS. Puteano* C *& Viennensi.* codicem vero Puteanum vocat pagina 8. *perquam antiquum & optime notæ.* Transeo ad Glycerium Terentii; video enim te parum veterum monimenta callere, & præsertim Prisciani, quem alterum contra me iudicem seu testem appellas. Notat Priscianus, nomina feminarum desinentia in VM, figurate, non vero proprie sic elata. Do eiusdem verba ex lib. 6. *Inveniuntur tamen*, inquit, *apud Comicos multa huiuscemodi Græcorum nomina, quibus articulos feminini generis necessario significationis gratia* D *præponere solent, ἡ Δόρκιον hæc Dorcium, ἡ Γλυκέριον hæc Glycerium; hoc autem solet fieri adulationis causa, sive diminutionis ætatis.* Idem libro 5. scribit nomina feminarum desinere in VM. *figurate, ut Glycerium mea, Dorcium, & Philotium.* Quare si Glyceria per imitationem tantum Græcorum a Latinis Glycerium dici potuit, proprie & recte, hoc est latine loquendo Glyceria, non Glycerium dici debuit. Quid ergo ais: *Nec Glycerium Glyceria vocari potuit?* Immo passim apud Latinos illius nominis feminam *Glyceram* appellatam video. Martialis lib. 11. epigramm. 41. ait:

> *Respondit Glycera dolere dentes.*

Horatius lib. 1. ode 19.

> *Urit me Glyceræ nitor*
> *Splendentis Pario marmore purius.*

Ode 30.

> *O Venus regina Gnidi Paphique*
> *Sperne dilectam Cypron, & vocantis*
> *Ture te multo Glyceræ decoram*
> *Transfer in ædem.*

Idipsum ex pluribus inscriptionibus apparet. Unam & alteram subiiciam. Romæ ad D. Clementis:

FLAVIA. DOMITILLA. FILIA. FLAVIÆ DOMITILLÆ. IMP. CÆSARIS.... ANI. DOMITI. NEPTIS. FECIT. GLYCERÆ. I. ET. LIBERTIS. LIBERTABUSQ. POSTERISQ. EORUM

Altera apud Gruterum pag. MVIII. 6.

D. M.
FLAVIO. SEVERO
FILIO. KARISSIMO.
QUI. VIXIT. ANN. VI. M. V.
FLAVIUS. VITALIS. EVOK. ET.
GLYCERA PARENTES.
INFELICISSIMI.

Ex his intelligis nomen *Glyceræ* familiare Latinis fuisse. Unde & in fastis Romanæ Ecclesiæ ad diem 13. Maii leges: *Heracleæ sanctæ Glyceriæ martyris.* Immo non modo apud Latinos, verum etiam apud Græcos Glyceriam, seu Glyceram legimus. Laudatur a Simocatta lib. 1. & 8. de rebus Mauricii Imperatoris cultus *Γλυκερίας τῆς Μάρτυρος Glyceriæ Martyris.* Athenæus lib. 13. inter famosas mulieres recenset *τὴν Γλυκέραν Glyceram*, quam ab Harpalo Athenas accitam scribit. Lucianus de Rhetorum præcept. cum Thaide & Malthace *Γλυκέραν Glyceram* nominat. Notabat autem laudatus Priscianus lib. 6. Glyceriam feminam per quamdam adulationem (ipse dicerem festivitatem) neutrali nominis terminatione expressam. Ita Athenæus ibidem ex Machone poeta hæc carmina recitat:

> *Glycerium, quam ab amatore acceperat*
> *Corinthio, æstivam vestem statim*
> *Fulloni tradidit.*

Lucianus etiam in Dialogis meretricum

cum Γλυκέριον *Glycerium* nominat. Et quidem meretrices a Plauto in Græca terminatione efferuntur. Ita appellantur Silenium & Gymnasium in Cistella; Philocomasium & Acroteleutium in Milite; Phœnicium in Pseudolo &c. Ita etiam scortorum nomina exhibet Aristænetus libro 1. epist. 14. & 24. libro. 2. epist. 13. Vide, mi Macedo, quales libros tua illa censura Historiæ Ecclesiasticæ professorem appellare cogat!

Sed, uti es acuto & subtili ingenio, repones mulierem, quæ apud Terentium Glycerium dicitur, numquam Glyceriam potuisse nuncupari, sicuti nec quæ Glyceria nominabatur, Glycerium in recto casu dici potuisse. Sed parum hocce te effugium iuvat. Relege memoratos Dialogos Luciani: videbis uni illorum ab auctore titulum dari ΓΛΥΚΕΡΑ ΚΑΙ ΘΑΙΣ, *Glycera & Thais*; at in Dialogo scribitur Γλυκέριον *Glycerium*. Ita legitur in editis codicibus & in duobus MSS. Serenissimi Magni Ducis in pluteo LVII. atque ita omnino interpretantur viri doctissimi Iacobus Micyllus & Iohannes Benedictus, in titulo *Glycera & Thais*, in textu *Glycerium* vertentes. Magnus Baronius in notis ad diem 13. Maii lit. C. ait: *Glyceriæ, sive Glycerii*. Idem in Annalibus A. 175. *Glyceriam* martyrem laudat, quæ in eiusdem tomi indice *Glycerium* dicitur. Redeo ad Glycerium Terentii. Scis Andriam Terentii esse Menandri comœdiam, quam ille Latio se donasse testatur in prologo.

Menander fecit Andriam & Perinthiam.

At Glyceram meretricem dilectam a Menandro Athenæus libro 13. testatur: *Glyceram amatam Menandro norunt omnes*. Græce Γλυκέραν leges. Quare Menander amasiam fabulæ inseruit, quemadmodum noster Maro suum Alexin in secunda ecloga cantavit. Et quamvis mali Græcæ poesis fato Menandri comœdiæ interierint, palam fit ex interpretatione Terentii, Glycerium in Græca fabula appellatam, quam Athenæus Glyceram nominavit. Quid ergo scribis: *Nec Glycerium apud Terentium in Andria Glyceria vocari potuit*? Claudat agmen vir utriusque idiomatis peritissimus Gentianus Hervetus, cuius eruditas interpretationes poteris per otium legere apud Possevinum. Hic primus Lausiacam historiam Palladii Episcopi Helenopolitani latinis

A auribus donavit. Porro scribit cap. 86. *Illic* Evagrius *excipitur a beata Melania*. Postea: *Dicit ei beata Melanium*. Idem cap. 97. *Huic aliquando Melanium iunior magnæ Melaniæ neptis, de qua dicam postea, misit quingentos nummos*. Denique cap. 118. *Cum autem, inquit, suam quoque neptem Melanium* &c. Quod tu *non licere usurpari* dicis, Hervetus non tantum semel, sed iterum ac tertio usurpavit, eamdem feminam Melanium & Melaniam promiscue nuncupans, cum tamen in textu Græco Palladii numquam Melanium inveniatur, sed feminina terminatione idem

B mulieris nomen semper efferatur. At tu Herveto eruditior scribis: *Non erat libera, nec promiscua illa declinatio, sed necessaria grammatices constructio*. Audebisne tantis scriptoribus oppedere? Itane Martialem, Horatium, Lucianum, Athenæum, & interpretes Micyllum & Benedictum, Hervetum, Rosuveydum, & si superis placet, magnum Baronium *ab Orbilio castigandos* pronuntiabis, & *imperitiæ grammaticæ* accusabis? Expunge potius præcipitem tuam illam censuram, a qua, si melius veterum scripta lustrasses, non dubito quin abstinuisses, ne in-

C fulsus alienæ grammaticæ castigator haberere. Si tamen roges, cur Patres, quos initio laudavi, pro Albina & Melania posuerint Albinum & Melanium? docebit te Rosuveydus in Notis ad epist. 44. sancti Paulini, cuius verba non laudo, quod velim bibas ex fonte. Iam vides, iam sentis, Amice, tuam illam censuram, quam veluti insigne tui operis documentum in indice sic exarasti: *Noris imperitiæ grammaticæ arguitur*, tot testimoniorum pondere elisam iacere. Ne tamen inhumanus censear, sepulcrale eidem saxum impono, addito epitaphio, quo iusta il-

D lius oppressio uncialibus caracteribus exprimatur. Ex Gruterianis acervis illud exporto pag. 825. 6.

SATVRNINVS
SEVERI V F. SIBI.
ET RAMO. VRSVLÆ
CON. KARISSIMÆ
ACCEPTO F. ANN. VIII.
MASCVLO F. ANN XIII.

Legent posteri post Iosephum Scaligerum c. 19. indicis Gruteriani, RAMUS URSULA. Verum si tu saxo durior in semel

ſemel concepta criſi perduras, abiecto calamo, exciſorium ſcalprum & malleolum ſtringe, ac pro RAMO incidas RAMÆ, ut vel ſilentes mortuorum manes e ſepulcrali lapide tuam in grammatica excellentiam loquantur, & ne uſquam gentium mulieris nomen maſculina terminatinne elatum fuiſſe videatur.

Pag. 53. Sentio tamen iterum me in areoam abs te provocari. *Sed mittamus*, inquis, *hæc exilia, quamquam non contemnenda, ne videamur in titivilitio immorari.* Utinam quæ præ exilitate mittis, omiſiſſes, profecto ſecurius encyclopædiæ tuæ, cuius te non ſemel ſpecimen edidiſſe io præfatione ſubindicas, conſuluiſſes. Exilia vocas, quæ nihil rectius dixiſſes. Certe mihi gaudeo, utinam & tibi gratulari poſſem, finem logomachiæ tandem impoſitum. Pergis: *Examinemus perſonas, quibus oput illud ſuum Auguſtinus dedicavit, & uter noſtrum melius ſentiat, experiamur. Inſcriptio eſt: Albine, Piniane, & Melania.* Itaque a grammatica ad hiſtoriam provocas. Cave tamen, ne ubi in grammatica non bonus corrector fuiſti, malus in hiſtoria ſcriptor habearis. Equidem libentius io hiſtoriarum campo, quam intra grammatices cancellos tecum certabo; nam ubi tu phaleratam orationis copiam, & Tulliano ore crepantes periodos conſectaris, ut tympano potius, quam gladio pugnes; ego rebus addictus, ſervio factis, rerum geſtarum notitiam in antiquioris ætatis ruderibus ſepultam indago, ut ſi non ſermonis, veritatis tamen curam quam maximam geram. Agedum, quid ſentias de perſonis, quibus librum de Gratia Chriſti ſanctus Doctor nuncupavit, expone.

Pag. 52. *Equidem*, ioquis, *initio haud probabam nomine* Albine *ſignificari filius Piniani, ne præponeretur filius parentibus.*

Si Palladii hiſtoriam legiſſes, numquam de filio Piniani cogitaſſes; nam idem cap. 119. hæc ſcribit: *Cum Melania ſuſcepiſſet filios duos & utrique defuncti eſſent, venit ad tantum pro Chriſti nomine odium nuptiarum, ut hoc Piniano marito ſuo Severi Expræfecti filio diceret* &c. Itaque Pinianus filios amiſerat, antequam ex Italia diſcederet, & caſtitatis propoſitum una cum uxore Melania indueret. Scriptor vitæ ſanctæ Melaniæ apud Surium die 31. Decembris, narrat Melauiam prius ſeminam peperiſſe, poſtea

A filium. *Atque*, ait, *quod natum quidem fuerat, erat maſculinum, ſimulatque autem natum, & ſancto baptiſmo fuit regeneratum, ab hoc mundo diſcedens ad eum qui illic eſt, tranſmittitur.* Progrederis.

Placebat aut mutari nomen Albine *in* Albina, *uti vult Baronius, ut ſit Albina ſocrus, aut retineri* Albinum *pro ſocero, aut avo unius duorum Piniani & Melaniæ: & hoc arridebat magis.* Ibid.

Id poſtremum, quod ridiculum eſſet, arridebat magis. Hoc ut clarius iotelligas, & tuas haſce phaotaſias me magiſtro exuas, ſcito Melaniæ ſenioris filium Al-

B binam nobiliſſimam feminam deſponſaſſe, ex qua Melaniam iuniorem Piniani poſtea coniugem ſuſcepit. Hæc tradit Palladius Melaniæ ſenioris amicus ex cap. 10. Lauſiacæ, & Melaniæ ac Piniani in Italia hoſpes, cum in cauſa ſancti Iohannis Chryſoſtomi legatus Romam veoit, ut idem teſtatur cap. 121. Hæc loquitur laudatus ſcriptor cap. 118. *Cum autem* Mclania ſenior *ſuam quoque neptem Melaniam* (ita Hervetus interpretatur, noli de nomine profligatam litem reſtaurare) *una cum eius marito Piniano & catecheſi inſtituiſſet Albinam nurum ſuam,*

C *uxorem autem filii ſui, & perſuaſiſſet his omnibus vendere, quæ habebant, Roma eos eduxit.* Itaque avus iunioris Melaniæ erat maritus Melaniæ ſenioris. At certum eſt coniugem Melaniæ ſenioris non fuiſſe io vivis anno 373. Audi Hieronymum epiſt. 24. *Sancta Melania calenti adhuc mariti corpuſculo & nedum humato, duos ſimul perdidit filios.* Poſtea: *Quin immo qua illos mente contempſerit, in unico poſtea filio probat, cui omni, quam habebat, poſſeſſione conceſſa, ingruente iam hieme Ieroſolymam navigavit.* Idem vero Hieronymus in Chronico ad annum decimum Va-

D lentis Imperatoris ſcribit: *Melania nobiliſſima mulierum Romanarum & Marcellini quondam conſulis filia unico Prætore tunc Urbano filio derelicto Ieroſolymam navigavit.* anno epochæ Chriſtianæ 373. a 28. Martii ex Ammiano Marcellino libro 26. pagina 315. edit. Valeſii V. C. decimus Valentis annus labebatur. Tu vero, mi Macedo, maritum Melaniæ ſenioris, & alterius avum ſuperſtitem facis anno 418. quo ſanctus Auguſtinus ſcripſit librum de Gratia Chriſti; nam Albinum avum Melaniæ iunioris imaginaris, cui ſanctus Doctor laudatum volumen nuncupavit.

Palla-

Palladius cap. 117. hæc ait: *Inter quas* A *erat etiam beatissima Melania Romana, quæ fuit quidem filia Marcelli consularis, uxor cuiusdam viri, qui erat in magna auctoritate, cuius nominis non recte memini*. Profecto prodigio propius est, Palladium utriusque Melaniæ amicissimum ac nobilissimæ familiæ clientem oblitum fuisse nominis mariti Melaniæ, illud vero a te post duodecim & amplius sæcula prodi, quod nempe Albinus diceretur. Sed nec recte asseri potest Albinus avus Piniani; nam circa annum 400. ut ostendam, Pinianus & Melania castitatis propositum susceperunt, magnam paternorum B bonorum partem in pauperes erogantes. Quod cum Severus Piniani frater intellexisset, ac locupletissimo patrimonio familiam Piniani pietate privatam doleret, *insano Dæmonis instinctu*, inquit Auctor vitæ sanctæ Melaniæ, *inspiratus, aggressus est fratrem molestia afficere, agros evellens, fructus abripiens, omnibus modis insultans, & vim afferens*. Idem nequissimis Piniani *servis persuasit, ut non solum seipsos, sed eos quoque agros, in quibus habitabant, Severi esse dicerent, & eos eius nominarent*. Ex quibus patet non modo avum, verum etiam patrem Piniani id C temporis non vixisse, cum Severus Piniani fratris bona per vim occupare tentaret, & Pinianos agros & servos distraheret, antequam in Africam navigaret. An bona quædam castrensia uni tibi nota obtrudes?

Quod autem existimas Albinum fuisse saltem *socerum unius duorum*, eadem facilitate refellitur. Etenim socer Melaniæ vocabatur Severus. Id diserte legisses in libro memorato Palladii Helenopolitani Episcopi cap. 119. ubi ait: *Cum Melania suscepisset filios duos, & utrique defuncti essent, venit ad tantum pro* D *Christi nomine odium nuptiarum, ut hoc Piniano marito suo Severi Expræfecti filio diceret*. Audin ut Severus fuerit socer Melaniæ, non vero tuus ille Albinus? Sed nec dici potest socer Piniani, nam pater Melaniæ iunioris Publicola dicebatur, quod discere poteras ex Notis viri eruditissimi Petri Fr. Chiffletii in Paulini epistolas p. 1. cap. 24. & rursus p. 2. cap. 26. & 34. Mirari lubet undenam *tantam*, ut Hieronymi verbis utar, *habeas mutandorum nominum potestatem*, ut Severo & Publicolæ Albini nomen imponas? *Hoc*, inquis, *arridebat magis*. Querebar de te quod cap. 11. pagina 64. tuæ apologiæ me *Pyrgopolynicem* dixisses, sed imposterum querelas compescam, cum te videam tam eruditum nomenclatorem. Nondum tamen illud agnomen demerui, scis enim ex Plauto Pyrgopolynici dictum: *Sexaginta Macedones una die occidisti*. Cum integrum tuum volumen confutavero, ac te unum Macedonem deiecero, tunc, ut libet, ut lubet, me Pyrgopolynicem nuncupato. Addis: in Mil.

Baronius mutat Albine in Albina, & mendum putat, non tamen improbat Albine pro filio Albinæ, ut sit sensus, Albine vir. Noris ait, Albine retinendum, eoque nomine significari feminam pro illius ætatis licentia ob rationem proxime adductam. Ego contra sentio omnino legendum Albine *masculini generis*. Pag. 53. Ubi, ubi, amice, Baronii defensio, quam in titulo capitis promiseras? *Vindicatur ab eius nota Baronius*. Peream, si semel promissam toties in hoc tuo opere Baronio defensionem commodasti. Toto, ut aiunt, ostio ab eo aberras, cum te eiusdem sectatorem publicas. Hæc ad oculum demonstro in apologia, quam procudo. Baronius scribit mendum in vocem *Albine* irrepsisse, cum Albina Melaniæ mater dicenda sit. Ego quod personam attinet, Baronio consentio, nego tamen mendum irrepsisse, cum utramque nominis terminationem Albina subire potuerit. At tu contendis *Albine* legendum, & hunc virum putas, qui fuerit aut avunculus, aut pater, aut socer, aut patruus Piniani. Hoccine est Baronium a Noris nota vindicare? De unica tantum litera cum Baronio quæstionem habeo, nempe quod Albina mater Melaniæ in casu vocativo *Albine* ob illius ætatis licentiam apellata fuerit. Tu sexum omnino mutas, & quam Baronius feminam recte dixit, tu masculum facis. Immo ubi ille de filio Albinæ suspicatur, tu Albinum non cognatum Piniani cum Baronio, sed avum, aut patrem, aut avunculum eiusdem imaginaris. I nunc, & temere Baronii advocatum vendita, cum eidem quam maxime adversere. Quid in mente habebas, cum hanc egregiam tuam Baronii defensionem literis mandabas? Procedis:

Id elicio ex verbis Augustini; quippe ait: Pag. 54. Sincerissimi fratres, dilecti a Deo Albine, Piniane, & Melania, *quod nomen fratres*,

tres *ſignificat maiorem partem maſculos eſse*, *& epitheta confirmant*, ſinceriſſimi, dilecti.

Vereor ne Theraſiam quoque ſancti Paulini uxorem in virum mutes; nam in titnlo epiſtolæ 34. ſancti Auguſtini hæc leguntur: *Dominis dilectiſſimis & ſinceriſſimis, vere beatiſſimis atque abundantiſſima Dei gratia fratribus Paulino & Theraſiæ*. Et in medio epiſtolæ: *Sancti fratres & dilecti Deo*. In calce vero: *Domini dilectiſſimi, ſinceriſſimi, vere benigni, & abundantiſſima Domini gratia præſtautiſſimi fratres*. Ubi vides titulum utrumque coniugem appellare, licet genus nominum a digniori deſumatur. Ita unns Pinianus, quod genus attinet, illa epitheta regit, licet una ſimul ſocrus & uxor deſignentur. Addis:

Ibid. *Quis antem eſset ille Albinus, latet*. Hic Rhodus, hic ſaltus, hoc opus, hic labor eſt, o Macedo. Dixeras in titulo huiuſce tui capitis ſeptimi: *Qui fuerit Albinus, Pinianus, & Melania, exponitur*. De Piniann & Melania hoc tantum dicis, fuiſſe coniuges, ac præterea nihil: Albini nomen utramque paginam implet. Adeſdum: expone quis fuerit. Reſpondes: *latet*. Ad ius tituli te, velis nolis, voco. Obligatam fidem imple, ne magni hiatus, ut ait Horatins, promiſſor dicare. Memento te dixiſſe: *Qui fuerit Albinus, exponitur*. Si latet, te iudice, non exponitur. Nihilne tibi ſuggerit, quam in præfatione iactas, encyclopædia? Liceat ex Trinummo Plauti reponere.

IV. 2. 69. *Vide homo ut hominem noveris!*

Ego tamen, inquis, *exiſtimo fuiſſe aut patrem, aut ſocerum, aut patruum, aut avunculum Piniani, ut ſit maior uatu, & propter ætatem primas vendicet*. Ita putaſti repetito quater *aut*, *aut*, compendio Albinum tuum illum virum expoſuiſſe; illa enim diſiunctione tamquam Ariadnæo filo uſus, ex intricato Albinianæ genealogiæ labyrintho evaſiſti. Heu quantis, Amice, erroribns implicaris! Non fuit Albinus Piniani pater, nam ex Lauſiaca hiſtoria, cuius verba ſuperins dedi ex cap. 119. pater Piniani dicebatur *Severus Expræfectus*. Extant reſcripta trium Auguſtorum ad Severum Præfectum Urbi in Cod. Theod. *L.* un. *De mendicantibus* & *L.* 2. *de lucris officiorum*. data Antonio & Syagrio Cnſſ. nempe anno 382. Pinianus autem Severi filius anno 397. quo Melania avia uxoris Pinianoi Siricio Pontifice ex Hieronymo in Apologia 2. cootra Rufinum cum hoc ipſo ex Palæſtina Romam venit, iunctus erat Melaniæ iuniori, teſte Palladio c. 118.

Sed nec *ſocerum* Piniani fuiſſe evidenter demonſtro. Sanctus Auguſtinus libro 2. Retract. c. 50. hæc ſcribit: *Poſteaquam Pelagiana hæreſis cum ſuis auctoribus ab Epiſcopis eccleſiæ Romanæ prius Innocentio, deinde Zoſimo cooperantibus conciliorum Africanorum literis convicta atque damnata eſt, ſcripſi duos libros adverſus eos, unum de Gratia Chriſti, alterum de Peccato originali*. Porro Auguſtinus hoſce libros nuncupavit Albino, Piniano, & Melaniæ, ut capite primo ſtatim apparet. Innoceotius hæreſim Pelagii damnavit anno 416. ut patet ex eiuſdem literis datis ad Patres ſynodi Milevitanæ VI. Kalend. Februarias Honorio Aug. & Conſtantio V. C. Coſſ. Zoſimus aono 418. eoſdem hæreticos repetita ſententia proſcripſit. Quare duo illi libri, quos Albino, Piniano, ac Melaoiæ ſanctus Doctor inſcripſit, anno eodem 418. editi ſunt. At filius Melaniæ ſenioris ſocer Piniani abhinc annos viginti e vita diſceſſerat. Scio Baronium ad annum 409. Chiſſletium vero p. 2. Not. in epiſt. Paulini cap. 34. & 35. anno 416. eiuſdem obitum recitare. Verum evidenter utriuſque metachroniſmos reſello. Scriptor vitæ ſanctæ Melaniæ oarrat eamdem anno ætatis decimo quarto iunctam fuiſſe Piniano, & cum duos filios peperiſſet, ſimulque amiſiſſet, de vita cælibi ſerio cogitaſſe, verum a patre prohibitam, ne pium illud propoſitum exſequeretur. Poſtea ait: *Eis quidem e vivis excedit Melaniæ pater*. Quo quidem defuncto Melania una cum Piniano tori ſocietate dimiſſa, conceptum dudum caſtæ vitæ propoſitum exſecuta eſt. Audiatur laudatus auctor. *Illi antem, cum amotus eſſet is qui probibebat, quando Deo viſum eſt, & tempus vocabat, ſtatim quidem exeunt magna civitate, urbanam multitudinem & tumultus valere iubentes. Erat id temporis Piuiano ætas viginti quatuor annorum, Melaniæ autem viginti*. Palladius etiam capite 119. de eadem ſcribit: *Viceſimo ergo ſuæ ætatis anno mundo renuntiat*. Quare Pinianus ſuperſtite ſocero ſex tantum annis cum uxore Melania vixit. Idem vero Palladius de Melania ſeniori ſcribens

A bens cap. 118. ait: *Multis itaque post annis cum de neptis statu audisset, & eam nupsisse & velle sæculo renuntiare; verita, ne forte in aliquam abriperetur doctrinam, vel hæresim, vel malam vitam, annus LX. annos nata navem ascendit, & Cæsarea navigans viginti dierum spatio Romam venit*. Eiusdem in Italiam una cum Rufino adventum eiusque Romam iter fusius describit in epistola 10. ad Severum sanctus Paulinus, apud quem illa in Campania hospitata est. Cum vero vivente Siricio Melania & Rufinus Romam advenerint, ut testatur Hieronymus tum in Apologia secunda, tum in epistola 16. B quæ epitaphium Marcellæ inscribitur, palam fit anno 397. qui postremus Siricio fuit, Pinianum iunctum fuisse Melaniæ iuniori, neque posse patris eiusdem & soceri Piniani obitum protrahi vel cum Baronio ad annum 409. vel cum Chifletio in annum 416. eum superstite socero sex tantum annos cum uxore Pinianus vixerit. Extat de obitu soceri eiusdem insignis epistola 44. sancti Paulini, quæ inter Augustinianas est 249. ad sanctum Augustinum, cui sanctus Doctor insequentem epistolam 250. reposuit, ex qua annus obitus filii Melaniæ C senioris, qui Piniani socer fuit, clare mihi deducitur. Hæc ibi leguntur: *Proinde ad istam lætitiam, qua vobiscum est frater Possidius, cum ex ipso audieritis, quam tristis eum causa compulerit, hoc me verissime cognoscetis* &c. Tristis vero causa, quæ Possidium Episcopum ad navigandum in Italiam compulit, traditur ab eodem Augustino epistola 202. ad Nectarium. Etenim Gentiles Calamæ in Numidia, cuius sacris Possidius præerat, facto tumultu, lapidibus, dein facibus ecclesiam Christianorum evertere conati, ipsum Possidium Episcopum ad necem quæsi- D verant. quod facinus scribit Augustinus perpetratum adversus *recentissimas leges* contra Paganos ab Imperatoribus Arcadio & Honorio latas in Africa XIV. Kalend. Aprilis Manlio Theodoro Cos. nempe anno 399. ut idem testatur libro 18. de Civit. Dei cap. 54. In eadem vero epistola ait tumultuatum a Gentilibus *Kalendis Iunii*, dum illi Floralia festa peragerent. Tempus vero navigationis Possidii ex altera Augustini ad Nectarium epistola 254. colligitur, ubi ait: *Nam ego rescripseram, cum adhuc nobiscum esset, neque navigasset sanctus frater & Coepiscopus meus Possidius. Has autem, quas mei causa illi dignatus es reddere, accepi VI. Kalend. Aprilis post menses ferme octo, quum scripseram*. Itaque Possidius anno 399. ineunte Augusto nondum in Italiam transmiserat, qui tamen anno 400. ante VI Kalend. Aprilis in Africam redierat, eum ante illud tempus Nectarius Calamensis eidem sancti Augustini literas tradiderit. Immo si exactius rem velis investigare; notes, precor, Paulinum in laudata epistola 44. in qua de obitu soceri Piniani ac constantia matris Melaniæ eum laude loquitur, scribere se circa diem festum Apostolorum Petri & Pauli literas Augustini accepisse a Victore diacono, qui aliquandiu Romæ antea moratus, non curaverat citius easdem ad se in Campaniam transmittere. Quid vero in illa epistola Augustinus scripserit, attende. *Docuisti me*, inquit, *in spiritu veritatis salutare moderandi in occiduis mortalibus animi temperamentum, quo & illam beatam matrem & aviam Melaniam flevisse carnalem obitum unici filii, taciturno quidem fletu, non tamen sicco a maternis lacrymis dolore vidisti*. Ex his colligas socerum Piniani, filium Melaniæ senioris & iunioris patrem, obiisse ante Maium anno 399. cum Paulinus constantiam matris in morte filii ex literis Augustini intellexerit circa festum Apostolorum, ut testatur in epistola 44. cui alteram quæ est 250. reposuit Augustinus, degente in Italia Possidio, qui post Iulium eiusdem anni ex epist. 254. ex Africa ad comitatum navigaverat. Hæc fusius dixi, non quod tanti fuerit tuas de Albino socero Piniani imaginationes refellere, sed ut epistolarum sanctorum Paulini & Augustini tempus innotesceret, eum Baronius & Chifletius alieno prorsus tempore easdem recitent. Vide quanti faciam tuam illam plane frigidam admonitionem pagina 297. in fine operis contra Lupum: *Norit Noris, cum a Principe Ecclesiasticæ historiæ recedit, a vero recedere*. Baronium & veneror, & nocturna diurnaque manu illius dignissimos cedro annales evolvo; haud tamen ita viro deditus sum, ut eumdem veritati præferendum ducam. Sed de his plura habebis in Apologia. Utinam tu, qui antiquos fontes, unde plurimarum rerum ad Albinum, Pinianum, ac Melaniam spectantium no-

notitiam haurire poteras, inquirere neglexisti, deductos saltem inde Baronii rivos adiisses. Sana didicisses socerum Piniani anno 409. obiisse, vel eo ipso anno illius obitum a magno Annalista recitari, neque eumdem anno 418. superstitem cogitasses. Itaque errati duplicis convictus es, qui Albinum putasti Piniani patrem, aut socerum. Addis *aut patruum*. Hic me veterum monimenta deficiunt. Interim ex Trinummo Plauti responsum accipe.

IV. 2. 8. *Neque novi, neque natus, necne is fuerit, id solide scio*.

Denique concludis: *aut avunculum*. Superius scripseras pag. 52. posse *retineri Albinum pro socero, vel avo unius duorum Piniani & Melaniae: & hoc arridebat magis*. Risum amice teneas, qui modo Albinum non avum, sed *avunculum* Piniani existimas. Videris velle universam Piniani cognationem & affinitatem comprehendere, dum scribis Albinum fuisse eiusdem *aut patrem, aut socerum, aut patruum, aut avunculum*. Quaeso te, cur avum omisisti, de quo tamen modo cogitaveras? Cur tam cito avus in avunculum transmigravit? Pudet me bonas horas tuis hisce phantasiis refellendis insumere.

Horum autem omnium rationem reddis: *Ut sit maior natu, & propter aetatem primas vendicet*. Rem non intelligis. Ideo Augustinus in laudata inscriptione Albinum priori loco nominavit, non quod vir ille esset maior natu aliis duobus, sed quia cum illi tres literas communes pro Pelagio, quocum erant in Palaestina, ad Augustinum in Africam exarassent, Pinianus socrui Albinae ob aetatis praerogativam, & quod filii loco ab eadem amabatur, unde sanctus Doctor epist. 225. eumdem Albinae *filium* dicit, priorem in subscriptione literarum locum honoris & reverentiae gratia detulit. Hinc illis respondens sanctus Augustinus, eumdem in inscriptione ordinem servatum voluit, quem in subscriptione eorumdem notaverat. Ita teste sancto Possidio in indiculo epistolarum sancti Patris hanc inter ceteras inscriptionem ponit: *Albinae, Piniano, & Melaniae*; ubi socrus ante generum nominatur. Hinc observes Augustinum, eiusque coaetaneos Patres, Possidium ac Prosperum, quoties memoratos libros appellare opus fuit, vel nomina feminarum Albinae & Melaniae omisisse, vel Pinianum feminis praeposuisse. Audi nostrum sanctum Doctorem, *in quo* gloriaris pag. 287. *habitare*, lib. 4. contra Iul. cap 8. *In novissimis enim partibus primi libri mei ad sanctum Pinianum, cuius est titulus de Gratia Dei contra Pelagium*. Sanctus Possidius Episcopus Calamensis in catalogo librorum Augustinensium ait: *Contra Pelagium & Caelestium de Gratia Christi & peccato originali libri duo ad Pinianum, Albinum, & Melaniam*. Videsne hic Pinianum feminae Albinae anteponi, non ob aetatis privilegium, sed ob dignitatem sexus? Vocat illam Albinum, non Albinam, ut iam satis superque intelligas, nullo iure tantum grammaticorum pulverem abs te in virum amicissimum excitatum. Sanctus Prosper in fine operis contra Collatorem recensens plerosque libros Augustini, inter eosdem nominat ad *sanctum Pinianum duos*. Fatere, in illa inscriptione non virum Albinum, quem fingis, sed Albinam socrum ob aetatis privilegium priores partes tulisse, cum alias ob sexus dignitatem vel unus, vel priori saltem loco Pinianus gener collocaretur.

Addo, inquis, *Augustinum epistola 227. scribere Albino, Piniano, Meliano, qui videntur esse iidem, quos nominavimus, nisi in Meliano mendum sit, ac legendum sit Melaniae. Itaque mihi paene persuasum est Albinum esse retinendum, ut virum significet*. Pag. 54. Si Possidii indiculum legisses, hanc tuam de masculo Albino opinionem deposuisses. Ita illius epistolae titulum ibidem recitat: *Albinae, Piniano, & Melaniae*. Eamdem mulierem Albinum vocat Augustinus, Albinam eiusdem collega Possidius nuncupat. Si audivisses Scriptorem vitae sanctae Melaniae, numquam eidem Albinum virum socium apud Africam posuisses. *Cumque*, inquit, *Melaniae ita visum esset, mare eam suscepit, cum simul adesset mater*, nempe Albina, *& Pinianus*. Anno 410. Albina socrus cum filia & genero erant in Sicilia, quo tempore Alaricus Calabros vastabat. Rufinus in praefatione ad Homilias Origenis super Numeros, quam suo auctori restituit vir omni praeconio maior Americus Bigotius, ac Henrico Valesio V.C. communicavit, haec ait. *Quamvis amantissimus filius noster Pinianus, cuius religiosum coetum pro amore pudicitiae profugum comitamur, iniungat & alia*. Ibidem vero iniectas Rhegio oppido faces *angustissimo freto*

freto e Siciliæ litore se prospectasse testatur. At mortuo paulo post Rufino, Albina, Pinianus, & Melania se ad Alipium Tagastem contulere; quorum adventu intellecto, scripsit ad eosdem Augustinus, non posse se Hippone discedere, hiemis rigorem causatus. Cum vero septem in Africa annos degissent, in Palæstinam transmiserunt, ut constat ex actis sanctæ Melaniæ; inde literas pro Pelagio anno 418. ad Augustinum scripserunt, quibus duos doctissimos libros sanctissimus Pater reposuit.

A Laudaveram S Paulini epistolam inter Augustinianas 249. in qua *Melanio* pro *Melania* scribitur. Eius verba sunt: *Sed cesso plura de memoria tam dilecti mihi, quam devoti Christo hominis enarrare, cum & pristinis literis non pauca super eo narrasse me repetam, & nihil possim de beata huius filii matre & sanctorum patre radice ramorum Melanio melius aut sanctius prædicare, quam sanctitas tua in eam profari & disputare dignata est.* Hæc verba minus mihi intellecta scribis. *Refellit*, inquis, *illum, quod putavit illud* Melanio *Melaniæ esse attribuendum, & unam hic tantum personam significari*. Postea: *Verum duæ hic personæ nominantur, mater & filius, Melania & Melanius*. De beata, *inquit*, matre: *ecce una;* & sanctorum patre radice ramorum: *ecce altera, idest Melanius*. Si Rosuveydi *eruditissimi & elegantissimi* Notas in laudatam epistolam legisses, textus mendum, quod te fefellit, adnotasses. Scribit vir insignis pagina 887. *Antecedentia & consequentia docent legendum, sanctorum pariter radice ramorum Melania: nusquam enim alibi mentio Melanii patris. At de Melania & ante locutus erat, & continuo subiicit. Videndum an forte dictum sit Melanium, ut Glycerium*. Et recte. Nam si matrem Melaniam & patrem Melanium immediate posuisset, dixisset non *in eam*, sed *in eos profari dignata est*. Adde filium Melaniæ appellatum non Melanium, sed Publicolam, ut in Notis ad easdem epistolas Paulini non uno loco tibi indicare potest Chiffletius. Verum duobus hisce celeberrimis e Societate Iesu scriptoribus aures denegasti: cur te ipsum saltem non audisti? Nonne dixeras socerum Piniani Albinum nominatum? quo iure alterum eidem fratrem Melanium addis? An forte dicturus es duos fuisse Melaniæ filios, quorum unus Melanius, cuius morti Paulinus indoluit, alter vero Albinus Melaniæ iunioris pater & socer Piniani? O te! Ab anno 373. unici filii mater remanserat vidua Melania. Scribit Palladius c. 118. *Non est abstracta a cupiditate filii, non eam divisit a caritate Christi unigeniti filii desiderium*. Scribit Hieronymus epistola 24. *Quin immo qua illos mente contempserit* (nempe mortuum maritum ac binos filios) *in unico postea filio probat*. Scribit Paulinus epistola 44. *Melaniam flevisse carnalem obitum unici filii sui*. Tu vero contra oculatorum testium dicta duos

B Melaniæ filios obtrudis, Albinum & Melanium, cum unicus illi filius Publicola fuerit. Si vidisses hæc Hieronymi verba in epistola 41. ad Rufinum: *Erat nobiscum & Hilas sancti Melanii famulus*, profecto tibimet pro Melanio viro triumphum cecinisses. Sed textus mendum corrigendum est ex optimo MS. bibliothecæ Serenissimi Magni Ducis in pluteo XIX. ubi *sanctæ Melaniæ* legitur. Forte *sanctæ Melanii* scriptum fuit a Hieronymo, quæ exscriptores haud percipientes, vel textum corruperunt *Sancti* reddentes, vel sine necessitate emen-

C darunt *Melaniæ* exprimentes. Corrigendus insuper est scholiastes Baronii, qui ad annum 409. ubi eruditissimus Cardinalis recitat epistolam Paulini ad Augustinum, ponit in margine: *Melanius pater Melaniæ:* etenim de Melania scribit Palladius cap. 117. *Fuit quidem filia Marcelli consularis*. Scio in Chronico D. Hieronymi ad annum decimum Valentis dici Melaniam *Marcellini Consulis filiam*. Sed Rufinus libro 2. Invect. in Hieronymum referens verba Chronici Hieronymiani scribit: *Marcellini consulis neptem*. Gessit autem Flavius Marcellinus consulatum

D cum Probino collega anno 341.

Putabas, Amice, Albini tui genealogiam repetitis illis *aut*, *aut*, tamquam facibus illustrare, sed non modo illam densissimis tenebris involvisti, verum etiam palam fecisti quantam lucis in Ecclesiastica historia iacturam patiaris. Quæso te, ne moleste & acerbe feras, Augustini verbis ab amico admoneri: *Si ergo penitus instructus non es, cur non penitus taces, aut ita loqueris, ut instituí te desideres?* libro 1. contra Crescooium cap. 3. Cum tuam provocationem in hæc plane verba concepisses: *Examinemus perso-*

nas, quibus opus illud suum Augustinus dedicavit, & uter nostrum melius sentiat, experiamur; consulere debueras veterum scriptorum volumina, ut inde personarum, de quibus mihi litem intendebas, notitiam haurires. Laudantur tres illæ personæ earumque agnati ab Augustino, Hieronymo, Paulino, Palladio, Rufino, Possidio, qui non modo eisdem convixere, sed etiam easdem de facie noverunt, illarumque fuere hospites & clientes vel encomiastæ. Dicis cap. 3. pag. 25. *Novit Noris meus familiaris eum me esse, qui summa cura & intentione auctores lego, ac iis me inferre ac penitus introdare ac eorum sensum diligenter investigare*. Sane si ad tribunal vocer, non ausim tale pro te testimonium dicere; siquidem suspicor, cum illa scribebas, te ne semel quidem memoratos auctores vidisse, nedum totum *te iisdem intulisse ac penitus introdedisse*. In præfatione tui operis adversus Ecclesiasticæ historiæ professores laxatis eloquentiæ tuæ habenis, grandi verborum strepitu declamans, *Baiulos*, inquis, *agunt, non auctores; in dorso studium; non in cerebro*. Et rursus: *Et quidem ii nihil afferunt ab ingenio, a dorso multum: cum alio comportant, quæ invenerunt*. Ita est, mi Macedo, dossuarius homo sum, & baiulum ago, & plerumque sub librorum onere deficio. Tu vero, qui dedignaris hisce baiulis, ac si essent ultima de fæce suburræ, accenseri, omnia *ab ingenio* affers, *a dorso* nihil; *auctorem*, non *baiulum* agis: vah quam feliciter! Etenim *ab ingenio* tuo est filius Piniani & Melaniæ anno 418. superstes. Hunc dossuarii ex lectione libri de Vita sanctæ Melaniæ id temporis vixisse ne cogitarunt quidem. *Ab ingenio* tuo est avus Melaniæ iunioris anno eodem in Palæstina degens. Dossuarii ex Chronico Divi Hieronymi eumdem anno 373. defunctum putant. *Ab ingenio* tuo est Piniani pater Albinus. Hunc dossuarii ex Palladii Piniani eiusdem hospitis Lausiaca Severum vocant. *Ab ingenio* tuo est Piniani socer Albinus anno 418. inter homines ambulans. Hunc dossuarii ex Augustini & Paulini literis ante annum 400. diem obiisse testantur. *Ab ingenio* tuo sunt patruus & avunculus Piniani. Hos miseri dossuarii in nullis veterum monimentis inveniunt. *Ab ingenio* tuo in laudata inscriptione libri de gratia Christi

A primas sibi vendicat Albinus. Dossuarii ex Augustino & Possidio & Prospero priorem Piniano tamquam viro locum concedunt. *Ab ingenio* tuo Albinus vir Piniani & Melaniæ socius in Africa publicatur. Dossuarii ex libro de Vita Melaniæ horum sociam Albinam feminam faciunt. *Ab ingenio* tuo sunt duo senioris Melaniæ filii, Albinus & Melanius. Dossuarii ex Hieronymo, Paulino, & Palladio unicum eidem filium fuisse pronuntiant. *Ab ingenio* denique tuo est quicquid cogitas, dicis, scribis. *A dorso* meo est quicquid ad te confutandum iove-

B ni. Poetarum est, mi Macedo, omnia afferre ab ingenio. Poemata, elegias, & argutissima illa epigrammata, quibus ethicas lectiones in Patavina cathedra tam lepide me toties audiente concludere consuesti, *ab ingenio* tuo eleganti, acuto, erudito derivare, ne Zoilus quidem inficias ibit. At cum historias quoque præter omnium veterum scriptorum fidem *ingenio* tuo velificante in literas mittis, nonne illud Martialis repetere possumus?

Historias bellas, carmina bella facis. lib. 2. 7.

C Perge, Amice, *ingenio* fidere, & *baiulis dorsi* laborem ac graves crebrosque sub vasto voluminum pondere anhelitus exprobra, ut historiæ, quas tam belle compingis, ab ingenio non modo verborum elegantiam, verum etiam eventuum fidem accipiant. Scribis pagina 55. *Non eo hæc dico, quod velim convicium facere doctissimo viro mihique amicissimo, sed ut aliquid dem lepori & salibus, quibus interdum scripta molesta & insipida sunt condienda*. Quæ verba in calce capitis septimi loqueris, in quo de Albino grammaticam & historicam mihi quæstionem intulisti. Non recuso, ut cum Satyrico loquar:

D *Euge tuum, & belle*. Profecto, quis te, o Macedo, non lepidissimi iudicii hominem fateatur, qui me *doctissimum* vocas simulque *ab Orbilio castigandum* dicis? Quem appellas *amicissimum*, toto tuo sale perfricas, quod hostili rabie super dirutarum urbium solum sæpius sparsum accepimus. Credas, non dicam doctissimo, *quia*, ut Petronii verbis utar, *non sum de gloriosis*, saltem *amicissimo*, te multum olei & operæ, plurimum vero etiam salis perdidisse, dum eodem tua scripta condienda existimasti, veritus ne illa *molesta & insipida* lectoribus viderentur Persius sat. 1.

tur

tur. Etenim si sali pepercisses, tot lepidis de Glyceria & Glyceriu, de Melania & Melanio scholiis conspersa sunt, tam bellis historiolis de Albino *aut patre*, *aut avo*, *aut avunculo*, *aut socero*, *aut patruo* condita, ut minime dubitem, quin eruditi non modo hilari aoimo, verum etiam ore ridenti eadem lecturi sint. Certe egomet, qui tamen illis impetor, non potui, cum illa legerem, a risu temperare.

Quoniam tuæ elegantissimæ simulque vehementissimæ præfationis mentio incidit, iuvat unam & alteram illius periodum hic recitare. Hæc fulmina cootra Ecclesiasticæ historiæ cultores, seu, ut vocas, *baiulos valentissimos* ore tonas: *In rutis cæsisque versantur: dummodo antiquarios se ostendant, sibi satisfaciunt, literarios & ruderarios præstant. Latomorum instar cedunt lapidicinas priscorum monumentorum, & efferunt lapides, & acervos struunt.* Scias velim, baiulos illos valentissimos, strenuos etiam lapidarios quandoque agere. Saxa eadem, qua volumina, manu volvunt ac revolvunt; siquidem ioscripti lapides certissimi illis sunt testes antiquitatis. Attende quid a lapidariis afferri possit, ut Albinæ, de qua tantum pulverem ab ingenio tuo excitatum video, & pater & frater & familia etiam intelligantur. Io libello de Vita S. Melaniæ apud Surium die 31. Decembris, Lippomanum vero die 31. Ianuarii hæc de eadem recitantur, cum Byzantium appulisset: *Invenit autem suum quoque patruum Volusianum gravi morbo oppressum.* Extar in bibliotheca Sereoissimi Magni Ducis idem libellus Græce scriptus ioter opuscula Sancti Gregorii Nazianzeni in pluteo VII. num. 6. ubi laudata verba ita leguntur: *ἀφεῖσκει δὲ ϗ τὸν θεῖον αὐτῆς Βολοσίανον χαλεπῇ νόσῳ κεκρατημένον.* At falsum est Volusianum fuisse patruum sanctæ Melaniæ; etenim pater Melaniæ nullum fratrem habuit, cum *unicus filius* Melaniæ seoiori fuerit, quemadmodum Hieronymus, Paulinus, ac Palladius, quorum verba superius laudavi, disertissime contestantur. Quare cum Volusianus non fuerit frater patris Melaniæ iunioris, nec istius patruus scribi potest. Ex ioterpretum vitio error vulgaris derivavit. Photius Codice LII. Volusiani mentionem facit, idemque ibidem nuncupatur *θεῖος τῆς ἁγίας Μελάνης*. At nomen illud *θεῖον* apud Græcos promiscue significat fratrem patris & matris, nempe patruum, vel avunculum, quemadmodum apud Italos vox *Zio*, & apud Hispanos *Tio*, quæ verba a Græcis mutuata esse mihi certum est, idque forte etiam ostendet Octavius Ferrarius V.C. & magnum bonarum artium in Italia columen & præsidium, in opere de Origine linguæ Italicæ, quod proxime typis daturus est. Interpretes quos inter Schottus genealogiæ Melaniæ ignari, vocem *θεῖον patruum* latine reddiderunt, cum *avunculum* scribere debuissent, & quidem Baronius ad annum 420. recte Volusianum sanctæ Melaniæ *avunculum* dixit. Itaque Volusianus fuit frater Albinæ, & *avunculus sanctæ Melaniæ*. Ex his pater, frater, ac familia Albinæ nullis hucusque scriptoribus iodagata, intelligitur. Etenim illa fuit filia Rufii Ceionii Albini ac soror Rufii Ceionii Volusiani, ut postea ostendam. Albinos e Ceionia gente fuisse patet ex epistola Ceionii ad Ælium Bassianum apud Capitolinum in Albino cap. 4. Ibi vero Clodius Albinus Ceionii filius, qui uoa cum Septimio Severo Cæsar fuit, laudatur a Capitolino uti *originem a Romanis familiis* trahens, *Posthumiorum scilicet & Albinorum Ceioniorum. Quæ familia*, inquit, *hodie quoque, Constantine maxime, nobilissima est, & per te aucta & augenda, quæ per Gordianos & Gallienum plurimum crevit*. Qui vero ex hac familia Constantino imperante summos honores consecutus fuerit, ex hac inscriptione mutila colligitur apud Grurerum pag. CCC. LXXVII. 5.

RELIGIOSISSIMOQVE
C. CEIONIO RVFIO. VOLVSIANO. V. C.
CORR. ITALIAE. PER ANNOS OCTO.
PROCONSVLI AFRICAE.
COMITI. DOMINI. NOSTRI.
CONSTANTINI. INVICTI.
ET PERPETVI. SEMPER. AVGVSTI.
PRAEFECTO. VRBI. IVDICI. SACRARVM.
COGNITIONVM. CONSVLI.

At Ceionia familia ante Albinum Severi collegam Romanum Orbem moderata est; etenim L. Ceionius in Æliam & Antoninam familiam rranscriptus, cum Aotonino Philosopho Augustus fuit, ac appellatus *L. Ceionius Ælius Commodus Verus Antoninus* ex Capitolino in vita eiusdem ioitio. Illius vero pater Ceionius

ionius Commodus ab Hadriano Cæsar designatus, paulo post improvisa morte decesserat. Porro Ceionios Albinos cognomen Volusiani habuisse constat ex hac inscriptione apud meum Panvinium Anno V. C. MXXCVII.

S. P. Q. R.
CEIONIVM RVFVM. ALBINVM. V. C. PHILOSOPHVM RVFI. VOLVSIANI. IVD. ORD. CONS. FILIVM. SENAT. CONSVLTO SVOQVE. EIVS. LIBERIS. POST. CÆSARIANA. TEMPORA. I. POST ANNOS CCCLXXX. ET. I. AVCTORITATE. DECREVIT.
FL. MAGNVS IANVARIVS V. C. VII. STATVARVM.

Cum inter maiores suos referreot Volusum ducem Rutulorum, inde Albini cognomen assumpsisse scribit Rutilius Numatianus l. 1. Itinerarii v. 167.

Iamque aliis Romam redeuntibus, hæret eunti
Rufius, Albini gloria viva patris,
Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen,
Et reges Rutulos, teste Marone, refert.

Hunc Rufium Volusianum Ceionii Albini filium, fratrem nostræ Albinæ & sanctæ Melaniæ avunculum illum fuisse, qui postea contra Pelagianos, cum iterum Urbi præfectus esset, edictum publicavit, scribunt eruditiss. viri Cardin. Baronius ad annum 412. & Iacobus Sirmondus in Notis ad epistolam 16. lib. 9. Sidonii, quibus subscribit Rutilii scholiastes Cæsar Barthius num. 169. Itaque Ceionia Albina mater fuit Melaniæ, & socrus Piniani, soror vero Ceionii Venerii Rufi Albini Volusiani, qui pluries urbis præfecturam gessit, & una cum matre in Africa degens ad Augustinum Ethnicus scripsit, ut patet ex epist. 2. tom. 2. operum S. Augustini. Huic Volusiano Rutilius eiusdem in præfectura urbana decessor suum itinerarium nuncupavit; unde illius nomina concinnantur.

Quod vero hæc scribo in Etruria, quo me Serenissimus Magnus Dux COSMUS III. eximius bonarum artium cultor ac protector munificentissimus vocavit, libeat observare Albinos Volusianos ex Etruria originem duxisse, indeque Romam se contulisse. Id testatur Capitolinus in Vero Augusto cap. 2. Albinum autem Volusianum Albinæ nostræ fratrem in agro Volaterrano villam habuisse idem Rutilius affirmat; etenim scribit se, cum Volaterrana Vada navigio prætervcheretur, improvisa tempestate adortum, in terram exscendisse, ac Albini Volusiani villam petiisse. Hæc ille ait v. 463.

Illic me rapidus consistere Corus adegit,
Qualis silvarum frangere lustra solet.
Vix tuti domibus sævos toleravimus imbres,
Albini patuit proxima villa mei.
Namque meus, quem Roma meo subiunxit honori,
Per quem iura meæ continuata togæ.

Hunc vero honorem fuisse præfecturam urbis paulo superius, nempe versu 415. affirmat. Id autem in itinere intellexit, antequam Pisanum litus attingeret.

Hic præfecturam sacræ cognoscimus urbis
Delatam meritis dulcis amice tuis.
Optarem verum complecti carmine nomen,
Sed quosdam refugit regula dura pedes.
Cognomen versu Veneris carissime Rufi,
Illo te dudum pagina nostra canit.
Festa dies, pridemque meos dignata penates,
Poste coronato vota secunda colat.

Gessit autem Rufius Volusianus urbis præfecturam anno epochæ Christianæ 417. etenim scribit Rutilius Romam alloquens v. 135.

Quamvis sedecies denis & mille peractis,
Annus præterea iam tibi nonus eat.

Annus autem Urbis 1169. a palilibus nempe 21. Aprilis coincidit cum anno Dionysiano 417. quo anno Rutilius Roma profectus, Volusianum Præfectum urbis designatum accepit. Diutius autem post Constantini imperium Ceionii ethnicorum superstitionem secuti sunt. Constat ex hac inscriptione apud Gruterum pag. XXVIII. 5.

CEIONIVS. RVFIVS VOLVSIANVS V. C. ET INLVSTRIS.
EX. VICARIO ASIAE. ET CEIONI. RVFI. VOLVSIANI. V. C.
ET. INLVSTRIS. EX. PREFECTO PRETORIO. ET. EX. PREFECTO VRBIS
ET. CECINE. LOLLIANE. CLARISSIME. ET. INLVSTRIS. FEMINE.
DEE. ISIDIS. SACERDOTIS. FILIVS.
ITERATO. EX. VIGINTI. ANNIS. EX. PERCEPTIS. TAVROBOLIIS. VI. ARAM.
CONSTITVIT. ET CONSECRAVIT. VI. KAL. IVN. D. N. VALENTINIANO.
AVG. & NEOTERICO. CONSS.

Ita

Ita illi anno 390. a Christiana religione aversi erant. Volusianum eadem superstitione occupatum patet ex epistola eiusdem itemque Augustini & Marcellini, initio statim tomi secundi operum sancti Doctoris. Melania avunculum ad rectum dogma paulo ante eiusdem obitum Byzantii adduxit. Albinam etiam sororem in eodem errore fuisse posset quis colligere ex Palladio in Lausiaca cap. 118. ubi tum Apronianum Gentilem, tum Albinam a Melania seniori *caterbesi* instructos affirmat. Plura de Albina leges in actis eiusdem filiæ Melaniæ.

Interim vide quam benevolo erga te animo sim. Etenim ubi confidenter me in certamen provocans exclamasti: *Examinemus personas, quibus opus suum Augustinus dedicavit, & uter nostrum melius sentiat, experiamur*: ego temet ex adversario iudicem constituo ac deposco. Tu de Albino pronuntiasti: *Quis autem esset ille Albinus, latet*. Ego non virum, sed feminam fuisse ostendi, eiusque patrem Albinum, fratrem Rufium Volusianum, familiam Ceioniam, socrum Melaniam, maritum Publicolam, filiam Melaniam iuniorem, avorum patriam Etruriam, villas ad Vada Volaterrana, quod oppido nomen etiamnum manet Populonium inter ac Liburnum, amicos denique & encomiastas Augustinum, Hieronymum, Palladium, Rufinum; hæc, inquam, omnia de Albina monstravi, ut iam satis superque, *uter nostrum melius sentiat*, experiaris. Voca me *baiulum antiquarium, ruderarium, Latomum*, ut libet, ut lubet, modo fateare me de personis, quibus Augustinus laudatos libros inscripsit, ex ipsis oculatorum testium scriptis, ex vetustissimis sanctorum Patrum monumentis, ex antiquorum lapidum inscriptionibus longe certiora protulisse, quam tu *ab ingenio* sine ullo prorsus librorum, quod me dicere pudet, præsidio de eisdem adduxeris. Quod si pronunties te *ab ingenio auctorem* esse ingeniosissimum, me vero *a dorso valentissimum baiulum*, stabo tuæ sententiæ, nec alium iudicem appellabo.

Hæc iustæ apologiæ, quam modo adversus recentissimum tuum librum adorno, specimen sint. Cum vero intelligam me istic a quibusdam reprehendi, quod dixerim sanctos Hilarium Arelatensem Episcopum & Vincentium Lerinensem monachum Cassiani partibus adversus doctrinam S. Augustini de prædestinatione adhæsisse, quasi aut solus, aut primus id asseruerim, & tu quoque hæc in cap. 16. p. 119. scribas: *Cedo mihi, quæso Pater Noris, scriptorem aliquem bonum, malum, qui Hilarium Arelatensem Semipelagianismi appellet: ego nullum hactenus potui invenire*; decrevi quosdam nobiles scriptores appellare. Agmen ducat S. Prosper in epistola ad Augustinum, in qua cum Cassiani sectatorum (quos scholastici recentiores dixere Semipelagianos) opiniones & obiecta S. Doctori narrasset, hæc scribit: *Credimus & speramus non solum tenuitatem nostram disputationum tuarum præsidio roborandam, sed etiam ipsos, quos meritis atque honoribus claros caligo istius opinionis obscurat, defæcatissimum lumen gratiæ recepturos. Nam unum eorum præcipuæ auctoritatis & spiritualium studiorum virum, sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum, sciat beatitudo tua admiratorem sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ, & de hoc, quod in querelam trahit, iam pridem apud sanctitatem tuam sensum suum per literas velle conferre*. Hinc Augustinus in lib. de Dono persever. cap. 21. non dubitat suppresso nomine Hilarium iis accensere, qui negabant *initium fidei esse donum Dei*. Quam vero violenter verba illa detorqueas, brevi intelliges. Petis *scriptorem aliquem bonum, malum*? Audi Usserium in lib. de Antiquitate Eccles. Britan. cap. 11. p. 346. *Denique*, inquit, *Hilarium Arelatensem illum fuum inter eos, qui in doctrina de prædestinatione ab Augustino dissentiunt, annumerat Prosper*. Forte reponas, Usserium esse Calvinistam? At ipsemet scriptorem aliquem *malum* poscebas. Vocatur tamen Usserius a P. Ricciolio lib. 1. Chronol. Reformatæ cap. 20. *vir Ecclesiasticæ antiquitatis scientissimus*. Hoc parum causam iuvat adversus te, qui *bonum, malum* flagitasti. Attende scriptores bonos, meliores, optimos, quibus vix audeas adversari. P. Teophilus Raynaudus in Apologia pro Valeriano Cemeliensi cap. 4. ita scribit. *Hilarius Episcopus Arelatensis unus fuit eorum, qui adversus D. Augustinum querelas moverunt. Audi Prosperum in calce epistolæ ad Augustinum*. Et laudatis verbis proxime a me recitatis, *expendo*, inquit, *particulas illas* unum eorum, *utique adversus Augustinum agentium, de quibus sermo*: & in aliis omnibus, *nam quoad negotium, de quo Prosper tota epistola, atque adeo quoad errorem Semipela-*

pelagianum, non erat Augustinianæ doctrinæ admirator, immo eam in querelam trahebat. *Et Prosper liquide testatur se eum babuisse suspectum, cum dubitet, quo fine esset cum Augustino per literas acturus*. Aceedat quartus post Prosperum testis P. Gabriel de Henao in volumine pro scientia media sect. 28. num. 184. ubi ait: *Liquet etiam de discrimine ab Hilario, qui una cum S. Prospero misit literas ad S. Augustinum. Nam is Hilarius non obscurabatur caligine opinionis adversæ S. Augustino, neque huius doctrinam in querelam trahebat circa negotium gratiæ, sed ille alter Hilarius Antistes Arelatensis*. Sunt hi duo insignes e Societate Iesu scriptores, sed tertium ex eadem doctissima familia testem habeo magnum sacræ ac profanæ eruditioois promotorem, Iacobum Sirmondum in notis ad epistolam Cælestini Papæ ad Episeopos Galliæ, ubi scribit *epistolam illam, quæ tota est pro defensione S. Augustini, congruere Hilario Arelatensi non posse, qui Augustini doctrinam, ut Prosper in epistola sua testatur, cum in ceteris suspiceret, bac in parte non probabat*. apud Labbeum & Cossartium tom. 2. Concil. pag. 1818. In hoc tanti viri testimonio & glorior & triumpho. Visoe alios testes, qui *aliquem malum, bonum* rogabas? Adest par testium, & uno ore loquuntur. Sunt Sammarthani viri eruditissimi tom. 1. Galliæ Christianæ pag. 36. *Constat autem*, ioquiunt, *Hilarium, qui scripsit ad S. Augustinum, & cuius occasione misit libros de Prædestinatione sanctorum, & de Dono perseverantiæ, esse distinctum ab Hilario Arelatensi Episcopo: primum quia Hilarius in epistola ad Augustinum significat se fuisse laicum. Prosper vero eodem tempore & die scribens ad Augustinum, dicit Hilarium Arelatensem tunc fuisse Episcopum, & ipsius doctrinæ contrarium, bis verbis*: Credimus ipsos, quos meritis, & honoribus claros calligo istius opinionis obscurat, *Semipelagianismi*, (inserunt hoc verbum Sammartbaoi, noo ego) defæcatissimum lumen gratiæ recepturos. Nam unum eorum præcipuæ auctoritatis, & spiritualium studiorum virum sanctum Hilarium Arelatensem &c. verba Prosperi recitant. Petis alium testem, qui septimus ceterorum agmen claudat? Adest ex eadem Gallia Gilbertus Maguinus vir doctissimus ae Regi Christianissimo a coosiliis, qui paucis abhinc diebus diem obiit. Hæc scribit par. 2. Confut. Fabulæ Prædest. cap. 11. pag. 650. *Teste Prospero episto-*

A
la ad Augustinum Hilarius Arelatensis Episcopus & alii plurimi non minus auctoritate quam pietate celeberrimi viri, S. Augustini de gratuita Dei prædestinatione doctrinam non minus quam hæresim aversati sunt. Et pag. 475. ex eodem Prospero testatur Hilarium *Pelagianæ pravitatis reliquiis infectum*. Cum dixeris: *ego nullum hactenus potui invenire*, qui scripserit S. Hilarium Arelatensem adversatum fuisse doctrinæ S. Augustioi, absit ut te mentitum putem; novi animi tui ingenuitatem, eandorem, simplicitatem. Itaque neminem laudatorum scriptorum legisti. Tantum, mi
B
Macedo, plerumque oocet omnia *ab ingenio* afferre. Disce tandem, quid iuvet, *Baiulos agere, non auctores; in dorso studium esse, non in cerebro*. Nam his plane verbis Ecclesiastieæ historiæ professoribus in præfatione insultasti. Tua illa compellatio coofidentissima: *Cedo mibi P. Noris, scriptorem aliquem bonum, malum*, tuo *ab ingenio* est. At amici tui Noris gravis ae quadrata responsio *a dorso*. De Vincentio Lerinensi oil addendum puto; scribis enim me alios habere dicti mei assertores: nuper accessit eximius Doctor Lovaniensis Christianus Lupus par. 4. not. in Synodos
C
pag. 757. Hæc, mi dulcissime Macedo, æqui bonique consulas precor, neve tibi ante victoriam triumphum per Italiam Romam usque eantes. Et quando annos natus septuaginta septem, tot vigiliis, quas io edendis quadraginta & amplius voluminibus subiisti, seoili corpore macerato, vastissimo Ecclesiasticæ eruditionis pelago te committere expavescis, veritus ne in medio cursu te vita deficiat, sine me, quem imberbem iuvenem olim Romæ vidisti, & amicum tui oomioois supra ceteros studiosissimum nosti, sine inquam, me vela pandere, ac de portu se-
D
curus prosperam mihi navigationem Horatiano carmine adprecare. *lib. 1. ode. 3.*

Navis quæ tibi creditum
Debes Historieum per freta ducere,
Reddas Norisium *precor*,
Et serves animæ dimidium meæ.

Vale, amicissime & ingeniosissime Pater, meque isthie amicis commendatum facias; tuos vero patronos mihi benevolos, vel saltem minus iratos reddas.

LAUS DEO.

RESPONSIONES
P. FRANCISCI
MACEDI

Professoris Patavini, Veneti Civis, &c.

ADVERSUS

PROPOSITIONES PARALLELAS
FR. IOHANNIS A GUIDICCIOLO
COLLECTÆ

AB

ANNIBALE RICCIO

Veneto, Sacræ Theologiæ Baccalaureo.

Sanctus Hieronymus epist. 61. ad Pammachium.

Nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientem, ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio conscientia iudicetur.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISS. PRÆSULI D.

CAMILLO PIAZZÆ

EPISCOPO DRAGONIENSI

Sanctæ Romanæ Universalis Inquisitionis Assessori.

Quod te, Illustrissime ac Reverendissime Præsul, novus homo scripto venerarer, ac summæ catholicæ religionis rei admotum importunis vocibus interpellarem, nupera nescio cuius molesti hominis accusatio in causa fuit. Hesternus censor propositiones parallelas publicavit, conatus demonstrare quasdam Henrici Noris assertiones cum Michaelis Baii erroribus convenire; quam ille opellam Eminentissimis Patribus, qui catholicæ fidei sartæ tectæ servandæ præsident, nuncupavit. Ceterum quam falso orthodoxo Scriptori de Baiano nomine invidia confletur, illos solum ignorare arbitror, qui eiusdem volumen ignorant; siquidem satis

Pppp 2 lucu-

luculenter in eodem oſtendit, quam multis paraſangis ſtatuta abs ſe theoremata a Baii erroribus diſtent. Verum adverſarii importunitas neceſſariæ defenſionis mihi onus imponit, ut amico Scriptori brevem quidem ac tutiſſimam advocationem commodem, quam ſane veluti compendio agam, ne longiori apologia Te, quem totius orthodoxi Orbis cauſæ tum difficultate implexæ, tum multitudine innumeræ diu noctuque diſtinent, occupatum, ut inquit Comicus, occupem. Itaque mihi decretum eſt unius P. Franciſci Macedi, cuius vel honorarii tituli ſatis ſpatioſam paginam implent, teſtimonio adverſus novum Paralleliſtam depugnare. Haud arbitror tanti viri fidem delatori ſuſpectam fore; eſt enim eiuſdem non modo amicus, ſed etiam frater &, ut ſuſpicor, emiſſarius. Videſis, Illuſtriſſime Domine, quanta huic cauſæ, quam defendo, fiducia ſit, ut vel unius Macedi ſuffragiis Baianiſmi notæ eximatur. Te per tuam famam, quæ ubique cum laude perſonat, etiam atque etiam obteſtor, ut defenſionem, quam ex P. Macedi ſcriptis Noriſio præſto, Eminentiſſimorum Patrum veſtigiis ſiſtas, eoſque per Macedum, ſi ſuperis placet, probabili cauſæ propities.

PARA-

PARALELLUM

Propositionum damnatarum Michaelis Baii & quorumdam similium Henrici Noris.

CENSURA.



Atis inauspicato opos aggreditur, ac se prorsum in parallelis deducendis novum propalat, dum vel io ipso titulo mendam admittit. Parallellum scribit, cum parallelum scribere debuisset. Hinc facile intelligitur, quam erronee parallela coocinnet, qui vel paralleli nomen cum errore pronuntiat.

ACCUSATOR.

Prima Baii damnnta quæ est in ordine 12.

Pelagii fententia est: opus bonum extra gratiam adoptionis factum non est regni cælestis meritorium.

Prima Noris eiusdem sensus in Vindiciis pag. 942. lit. D.

Numquam Iulianus nliique Pelagiani admisere operu meritorin sive donantia ius nd gloriam sine gratin iustificante.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hæc scribit vir doctissimus tomo 2. Collat. 10. differ. 3. sect. 2. pag. 583. col. 1. *Pelagiani inducebnnt genus quoddam nctuum honestorum naturalium, qui steriles quidem essent vitæ æternæ, sed præditi tnmen bonestate naturnli.* Recte: nam ut haberent fructus vitæ æternæ, fatebantur cum catholicis neceſſariam esse gratiam adoptionis. Cælestius apud S. Augustinum in lib. de Pecc. orig. cap. 5. ait: *Quin Dominus statuit regnum cælorum non nisi baptizatis posse conferri, quod, qnin naturæ vires non babent, conferre necesse est per grntiæ largitatem.* Vulgare erat Pelagianorum effatum: *Non bnbet unda quod diluat, babet quod adoptet.* Sanctus Aogustinus lib. 1. Oper. imp. cap. 133. hæc contra Iuliaoum scribit: *Dic, quæso, quibus meritis parvulorum debeat regnum cælorum. Dicturus es forte, debere boc eum grntiæ suæ, qua opitulante renati sunt; propter bunc enim acceptum iam venire in eius regnum merentur.* Ex his patet Pelagianos ad meritum regni cælestis neceſſariam putaſſe gratiam adoptionis; unde pueros hanc gratiam in baptismo minime consequutos, cum catholicis excludebant a regno cælorum, teste sancto Augustino serm. 14. de Verb. Apostoli. Omnia hæc observat Svarez tom. 3. de Grat. lib. 12. cap. 14. quo loci errorem etiam Baii explicans, ait: *Putavit enim Baius bomini non fuisse necessariam gratiam nisi ratione culpæ; nam seclusu peccnto, credidit nnturæ humanæ ex visuæ primæ crentionis esse debitum vitam æternam, ita ut acceptari nd illam non sit gratia seu grntuitn adoptio, sed naturnle bonum; & quia Pelagiani non adeo errarunt, ut negarent esse necessarinm parvulis ndoptionem, quamvis negarent bnbere peccatum, ideo dixit cum Pelagianis sentire, qui banc ndoptionem gratiæ dicunt esse ad meritum necessarinm. Damnatur enim bæc altera eiusdem Baii propositio 18. Dicit sentire cum Pelagio, qui dicunt esse necessariam ad rationem meriti, ut bomo per gratiam adoptionis sublimetur ad statum Deificum. His consimilia trndit prop. 16. & 19.* Itaque propositio illa 12. Baii damnatur, quod Pelagiaoæ hæreseos accusarit dogma catholicum, in quo, teste Suario, Pelagiani non errarunt. Ex his patet, Parallelistam nec Baii nec Pelagianorum sententias intellexisse.

ACCUSATOR.

Secunda Baii damnata in parallelo, est in ordine 25.

Omnia opera infidelium sunt peccata.

Secunda propositio Noris in Vindiciis pag. 1008. lit. D.

Infideles peccnut non observando legem, & opera, quæ ipsi fnciunt, semper sunt peccnta.

RESPONSIO P. MACEDI.

Antequam eruditi Theologi textum exhibeo, palam denuntio accusatorem

verba

verba P. Noris malitiose detruocasse, quo eumdem Baiana fuligine deoigraret. Hæc ibidem leguntur: *Unde opera, quæ ipsi faciunt, semper sunt peccata, nisi ubi aliquando Deus quosdam bonos actus, ipsis nescientibus, in eorumdem voluntatibus operatur.* Audio Deum infidelibus quandoque bonos actus operari, ac proinde non omnia infidelium opera esse peccata, uti per errorem Baius autumavit? Sententiam P. Noris uti Augustinianam & solide & fuse olim defenderat P. Macedus. Hæc scribit in Cortina thesi 39. *Omnis actus, qui fit sine ullo fidei lumine & sine ullo impulsu gratiæ, peccatum est.* Præterea tom. 2. Collat. 10. differ. 3. sect. 2. pag. 586. col. 1. *Ex his,* inquit, *primum, quod proposui, probatum manet, scilicet Augustinum sentire omnia opera citra fidem & gratiam esse vitiosa; nam non negat Augustinus infideles aliquando bene operari, sed negat operari bene, cum citra omnem fidem & gratiam operantur.* Iam germana Macedi ae Noris sententia est, ut non ovum ovo similius sit. At viden, quemadmodum idem Macedus a se Baianum pulverem excutit ibidem sect. 3. p. 590. col. 2. *Respondetur, ait, tertio & melius me quidem auctore, eas propositiones prolatas a Baio in rigore & universaliter falsas omnino & damnandas esse & prorsus alienas a mente Augustini. Nam illa prima propositio: Omnia opera infidelium sunt peccata, ita universim accepta, reprobanda est, cum multa opera fiant ab infidelibus indeliberata & sine advertentia, non pauca ex ignorantia invincibili, quædam possint esse ex lumine fidei, quæ certe peccata non sunt: igitur falsum est, quod omnia opera infidelium sunt peccata. Apparet autem, Augustinum de operibus tantum infidelium deliberatis, & ante omnem fidem & gratiam, fuisse locutum, cum dicat ea ex defectu debiti finis prava fore.* hæc ille, quibus satis clare demonstravit, quam procul sua sententia, quæ Norisii etiam est, a Baiano errore remota esset.

ACCUSATOR.

Tertia Baii, quæ est damnata in parallelo in ordine 27.

Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adiutorio non nisi ad peccandum valet.

Tertia propositio Noris in Viod. pag. 933. lit. D.

Sanctus Doctor Augustinus asserit, nullas in infidelibus ex solius arbitrii viribus virtutes reperiri, & si quæ in iisdem virtutes fuerint, easdem nequaquam ipsorum voluntati sed divinæ gratiæ adscribendas esse.

RESPONSIO P. MACEDI.

Concinit cum Norisio Macedus io Cortina qu. 2. art. 1. pag. 221. his plane verbis: *Negat igitur Augustinus esse huiusmodi actus naturales bonos sine gratia: negat esse in nuda facultate naturæ: negat eos in infidelibus omni fide & gratia carentibus reperiri.* Et statim in eadem pagina addit: *Mentem Augustini per conclusiones expono. Prima sit: Omnes actus sine ulla omnino fide & citra omne auxilium gratiæ esse pravos & vitiosos, auctor est Augustinus.* Postea art. 3. pag. 239. ioter obiectiones, quas cootra abs se statuta recitat, ponit cum aliis haoc damnatam Baii: *Liberum arbitrium sine gratia & Dei adiutorio non nisi ad peccandum valet.* Adducit pag. 247. plures responsiones: unam brevitatis gratia hue appellabo. *Respondetur secundo, illas propositiones secundum se & in rigore esse falsas & contra mentem Augustini, uti Baius eas proferebat: nam, ut etiam notat Vasquez, in eo errore erat Baius, ut nullum bonum opus admitteret sine fide perfecta & gratia sanctificante, & patet ex propositione 16. & 60. qui error alienus est a sententia Augustini, qui tantum requirit fidem, & gratiam incboatam, & ante iustificationem bona opera admittit. qua de re videndus Vasquez disput. 218. cap. 3.* Præterea idem P. Macedus cum tom. 2. Collat. 10. differ. 2. sect. 3. pag. 578. laudasset pro eadem sententia Episcopum de Abellis, ac tres Augustinianos, Ariminensem, Casalium, & Poncium, deinde Vasquez, hæc scribit: *Accedit illustris & recens auctor Augustinianus P. Henricus Noris, qui in suo erudito libro de Historia Pelagiana nunc in lucem edito, eo tractatu, quem inscribit*, Vindiciæ Augustinianæ, *eamdem Augustini doctrinam tradit, munit, confirmat magna & invicta sanctorum Patrum auctoritate.* Ita vir insignis Baianam obiectionem dudum ex Vasquio retudit, & magni Augustini sententiam procul a Baianis tenebris in optimo lumine collocavit, ac denique suum in eadem defendenda commilitonem Norisium illustri præconio commendavit.

A C-

ACCUSATOR.

Quarta Baii damnata in Parallelo est in ordine 65.

Non nisi Pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, sive non malus, & gratiæ Dei iniuriam facit, qui ita sentit & docet.

Quarta Noris in Vind. pag. 938. lit. A. *Censeo hæc opera bona non fuisse facta ab infidelibus suis ipsorum viribus derelictis, sed præmunitis specialibus divinæ gratiæ auxiliis.*

RESPONSIO P. MACEDI.

Cum vir disertissimus & acutissimus tum in Cortina tum in altero tomo Collationum locis proxime indicatis, P. Noris sententiam uti omnino Augustinianam confirmasset, inter Baii propositiones, quas in Cortina pag. 239. & in Collat. pag. 588 sibi opponit, tertiam statuit: non nisi Pelagiano errore &c. quam accusator Norisio exprobrat. Illam vero hac responsione confutat pag. 246. Cortinæ, & pagina 590. Collationum. *Nunc tertio suus est locus: quod in Michaele Baio damnabat propositiones Augustini. Huic igitur respondendum primo illas propositiones damnatas fuisse copulative in rigore & sensu ab auctoribus intento, qui non solum suam sententiam statuebant, sed etiam contrariam sugillabant, ut patet in secunda & tertia propositione: unde quemadmodum hodie vetatur, ne quis carpat, aut damnet sententiam defendentem B. Virginem conceptam in peccato originali, quin tamen ultra damnetur opinio, & tantum vetatur scandalum damnandi opiniones contrarias; ita etiam hæ propositiones non aliter damnantur, nisi prout continent improbationem contrariarum; id enim Baius agebat, ut Theologos ex diverso opinantes condemnaret: qua ratione solvit Vasquez in 1. 2. disput. 190. a num. 47. & confirmat testimonio summorum Theologorum Bellarmini & Toleti.* Hoc clypeo Macedi contra intorta pila Noris latus munitur. Idem Macedus Collar. 10. differ. 3. §. *Iudicium* pagina 595. & 596. testimonia Pontificum, Synodorum, Patrum, ac plurium deinque scholasticorum addendat, ut probet nullum actum bonum sine Dei gratia ab infidelibus elici posse; voluit autem P. Norim tam nobile ac validum agmen claudere: *Accedit*, inquiens pagina 597. *novus & clarus scriptor Noris in suo libro de Historia Pelagiana nunc in lucem edito, ubi eam probat multorum Patrum auctoritate in Vindiciis Augustinianis cap. 4. §. 5. Tanta mole auctoritatis, tanto numero Scriptorum nititur hæc sententia. Propterea non possum non magnopere mirari nonnullos adversariorum audere illam in invidiam vocare.* Addit statim: *quod obiiciunt de Baio, ut nobis terrorem incutiant, inane est. Iam illam formidinem supra removimus & in Cortina & in Mente Innocentii & in lib. de Clav. Petri, eamque obiectionem occupaverat, & diluerat Vasquez, Turrianus, Ripalda, & tota schola Vasquii Complutensis. Quære huiusmodi auctores in locis supra adductis: difflabis inanem nubeculam.* Viden, ut erudito, non enim ventoso dicam, Macedi tui ore, non secus ac Borea spirante, diffletur inanis nubecula, qua Baianas umbras P. Noris sententiæ importare conabaris? At quod ventatiunculas suffarcinas, ut ostendas, auctore Norisio antiquam Ecclesiam in interpretatione Paulinæ sententiæ cum præsenti committi, ac sub lite dimitti, te magistro usus, parallelo inducto, unius te Macedi verbis castigabo. Scribit ista tomo 2. Collation. different. 3. sectione 4. pag. 597.

ACCUSATOR

Hic notandum Henricum Norim in Vind. a pag. 1048. ad 1055. contendere dictum illud Pauli Rom. 14. *Omne quod non est ex fide, peccatum est*; omnino intelligendum esse de fide divina habituali. quo sensu affirmat Augustinum & antiquam Ecclesiam illa verba Pauli accepisse: quod si verum est, propositio Baii de operibus infidelium, quod omnia sint peccata, non potest condemnari, quia sequitur ex illo dicto *omne quod non est ex*

P. MACEDUS.

Non itaque asserimus cum Baio nulla opera infidelium esse bona, sed si qua sunt bona, ea ex aliqua fide & gratia esse. Quo sensu est Augustini conclusio ita intelligentis Paulum Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Sed quoniam hæc expositio loci Pauli impugnatur ab omnibus contrariæ doctrinæ auctoribus, immo & erroris a nonnullis audacioribus appellatur, quales sunt recentiores quidam PP. Galli, quorum duo errorem appellant, præterquam quod ego in Cor-

ex fide, peccatum est, ut ait Noris, obiiciens contra se, sequitur, inquit, omnia opera infidelium esse peccata. Et quidem sequela concludit contra Norim. Tu fateris eo loco pag. 1052. illam expositionem dicti Pauli *omne quod non est ex fide, peccatum est*, esse Augustini & Patrum antiquæ Ecclesiæ, ac proinde esse veram: non potest igitur damnari sequela, quod est dogma Baii secutum ex doctrina Patrum, & tamen est damnata a summis Pontificibus Pio V. Gregorio XIII. & Urbano VIII. in suis Bullis. Ergo vel PP. illi Ecclesiæ antiquæ erraverunt, vel Pontifices male condemnaruot doctrinam Baii dicentis omnia opera infidelium esse peccata. Quod sane argumentum concludit contra Norim, tenentem illam esse sententiam Baii & expositionem Augustini & Patrum, & sic inducit Noris manifestam contradictionem antiquæ Ecclesiæ & nostræ sub illis Pontificibus Romanis. Errat manifeste Noris dicendo illam expositionem de fide, esse intelligendam de fide divina habituali. Patet evidenter contra ipsum; quia illi PP. noo sunt locuti de fide habituali, sed de conscientia dictante, vel de fide illuminante, quæ dicitur irradiatio fidei &c.

Cortina olim aliquos pro ea Patres ac inter eos magnum Gregorium & Bernardum produxi: remitto lectorem ad eruditissimum Patrem Henricum Noris, qui in ea, quam superius laudavi, Pelagiana Historia, in Vindiciis Augustinianis cap. 4. §. 5. evidenter ostendit, eam esse Ecclesiæ, Pontificum, & Patrum locum illum Pauli de fide prout est virtus Theologica intelligentium. Producit Pontificale Romanum, Leonem I. Bonifacium II. Synodum Byzacenam quindecim Patrum, inter quos fulgebat Fulgentius, qui extra concilium idem tradidit libro 2. de Pecc. remiss. S. Prosperum epist. ad Rufinum, S. Isidorum libro de summo Bono cap. 2. S. Bernardum serm. 30. & 31. in Cant. Iulianum Pomerium libro 3. de Vit. contempl. Cap. 1. Facundum Hermianensem libro 1. de trib. cap. ad Imperatorem Iustinianum in fine. Quorum testimonia in eis egomet meis oculis vidi, assuetus non fidere alienis, & animadverti Anselmum, quem Vasquez contra Augustinum producit 1. tom. in 1. 2. disp. 59. cap. 2. num. 8. etsi locum Pauli de conscientia intelligat, non improbare sensum Augustini, immo suam illam expositionem ad eum accommodare &c.

Qui Macedi eum Norisio consonantiam tam manifestam non videt, næ is quidem insigniter cæcus est. Nam Macedus non modo Noris sententiam probavit, verum laudata ab eodem testimonia exscripsit, ac suum in volumen traostulit. Ceterum de accusatoris fide hic liceat postulare, qui fingit textum Apostoli intelligendum esse iuxta Norisium de fide divina habituali, cum Pater Noris in Vindiciis cap. 3. §. 4. ubi ea de re fusius agit, pagina 940. hæc diserte pronuntiet. *Ex quibus patet ad referenda opera bona in Deum non requiri fidem in Christum, sed satis esse fidem in Deum; immo solam fidem etiam acquisitam sufficere colligitur ex lib. de Patientia cap. 26. & 27.* Immo eo loci numquam fidei habitualis mentionem fecit; unde Accusator imposturæ convincitur. Concludo cum Macedo Collat. 10. cit. pagina 589. col. 1. *Perstandum nihilominus in proposito, & sustinendum Augustinum tria illa quæ statuimus, docuisse, & in eo sensu locutum, quem per conclusiones eius locis munitas affirmavimus, neque aut ipsum contra aliter, aut contra ipsum Pontifices sensisse, eiusque sententiam tutam & sanam esse longeque a Baii sensibus alienam.* O sancta veritas! o bone Deus!

ACCUSATOR.

Quinta Baii damnata in Parallelo est in ordin. 39.

Quod voluntarie fit, etiamsi necessario fiat, libere tamen fit.

Sexta Baii damnata in Parallelo est in ordine Bullæ 41.

Is libertatis modus, qui est a necessitate, sub libertatis nomine, non reperitur in

Notæ eiusdem.

Hæ quatuor propositiones comprehenduntur a Noris in Vindic. August. pag. 992. 993. continent eamdem doctrinam Baii de libertate; idest posse stare libertatem ad merendum & demerendum cum necessitate, quia sola violentia sive coactio repugnat libertati, quæ item fuit tertia propositio damnata in Ianse-

nio

in Scripturis, sed solum oomen libertatis a peccato.

Septima Baii damnata in Parallelo est in ordine Bullæ 66.

Sola violeotia repugnat libertati hominis naturali.

Octavn Bnii damunta in Parallelo est in ordine Bullæ 67.

Homo peccat etiam damnabiliter io eo, quod necessario facit.

nio. Exscribamus hic verba Noris: quod est deterius, attribuit illud Augustino cum Calvino, Innsenio, & sequncibus, asserens pag. 992. obiectionem Vnsquii, Goneti, Morninii, & nliorum, quæ bniusmodi est. Nullus puniri debet ob id, pro quo nec vituperari, nut reprebendi potest: igitur nec puniri. Respondet, dicendo duo esse genera peccati: unum quod est omnino liberum & simpliciter peccatum: nlterum quod est peccatum & pœna peccati iuxtn doctrinnm Augustini, & respondet primum genus peccati committi cum libertate indifferentiæ, secundum minime, & testimonin nddučtn n contrariis pro libertate cum indifferentin restringit nd primum genus peccati, in quo est peccntum actunle Adami; in ceteris nntem, in quibus est originale & nlin actualin, quæ sunt pœna peccati, ponit necessitatem, & cum ea stare nffirmat peccatum; & in hunc sensum nffert verba Augustini quando ponit libertntem cum indifferentia ad peccnndum, uno tantum citnto loco, qui est libro 1. *Operis imperfecti cap.* 48. *& altero libro* 5. *eiusdem operis cap.* 52. *specialiter nutem pag.* 993. *lit. C. relebre testimonium Augustini pro libertnte indifferentiæ ad peccandum positum in lib. de duabus Animnbus cnp.* 11. Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere, *cum Augustino eodem loco Operis imperfecti restringit ad solum peccntum Adnmi iisdem verbis Augustini, qui sic ait eo loco libro* 1. *Oper. imperf. cnp.* 48. Ipse est Adam, quem nostra illa definitio quæ tibi placuit, intuebatur, cum dicerem: Peccatum est voluntas retinendi. *Qui etiam eodem loco non vult comprebendere sub ea definitione libertatis cum indifferentin peccntum, quod est pœna peccnti* &c.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hæc ait in Cortina quæstio 1 art. 2. pag. 39. *Id cum nlias, tum perspicue lib. contra Iulianum imperfecto* 1. *fol.* 40. *Augustinus exponit. Adam quando peccavit, nibil in se babebat mali, quo nolens nrgeretur ad peccandum, ac per boc id egit, quod iustitia vetat, & unde liberum fuerat abstinere. Et quidem banc partem definitionis in Adæ tantum peccatum quadrare docet, quod mnxime liberum fuerit; non vero in peccntn nnturæ lapsæ, quæ cum non totn libertnte fiunt, iis non est liberum nbstinere.* Rectius art. 4. pagina 68. ferram per eamdem lineam ducit. *Sed nibil*, ioquit, *nd idem probnndum fortius & evidentius, quam illa ipsa definitio peccnti nnten propositn & nb Augustino semel de peccnto Adæ explicata, peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere. Cnm enim ea definiri a se primum Adæ peccatum Augustinus semel, uti proxime diximus, declarasset, nou negavit cum nliis item peccntis lapsæ naturæ convenire, quæ quidem proprie peccatn sunt, idest quæ simili illi Adæ parentis libertate fiunt: ac proinde pœnæ peccatorum non sunt, cuiusmodi sunt ea, quæ nb bomine iusto peccata committuntur.* Et statim. *Perspicue Augustinus lib.* 1. *contra Iulianum Operis imperfecti proximam definitionem nova & excogitata ratione oppugnantem, Scias, inquit, nliud esse peccatum, nliud pœnam peccnti, aliud utrumque. Intelligis, quid borum trium pertineat ad illam definitionem, ubi voluntas est agendi quod iustitia vetat, & unde liberum est nbstinere: peccntum namque isto modo definitum est, non pœua peccati, nou utrumque. Horum sane trium generum si requirantur exempla, primi generis in Adam sine ullo modo quæstionis occnrrit multa quippe sunt quæ agunt bomines mnla, n quibus eis liberum est nbstinere* &c. Hæc ex Augustino & cum Augustino Macedus. Profecto accusator insigniter imponit, dum ait P. Norisium famosam illam defioitionem cum Augustino io eo loco Operis imperfecti restringere ad solum peccatum Adami. Nusquam hoc Augustinus, nusquam hoc eiusdem sectator Noris autumavit. Nam oppositum in eo ipso loco sanctos Doctor diserte pronuntiat: Multa quippe, inquiens, sunt ea, quæ aguot homines mala, a quibus eis liberum est abstinere. Igitur ea defioitio aliis peccatis actualibus posterorum Adami convenit; quod evidentissime rursus docet sanctus Augustinus libro 5. eiusdem Operis cap. 60. Hoc uoum Noris dixit ex Augustino, laudatam definitionem non competere peccato quod est pœna peccati. Audia-

tur Augustinus lib. eodem 5. cap. 47. Definitio itaque illa peccati cum sit, quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere, ad illud peccatum pertinet, quod tantummodo peccatum est, non quod etiam pœna peccati. Hoc errarunt Calvinus ac Iansenius, quod dixere memoratam definitionem soli Adami peccato posse adaptari, ut ex locis ab accusatore adductis ad oculum patet. Iulianus ad auferendum peccatum originale passim & ubique usus est illa peccati definitione, cui constanter sanctus Augustinus reposuit, eamdem non quadrare in peccatum, quod est pœna peccati, cuiusmodi erat peccatum originale, a quo nulli posterorum liberum est abstinere, cum non per liberam volitionem personæ, sed per vitiatæ ex libero Adæ peccato naturæ necessitatem posteris insit. Porro Noris eo loci de solo peccato originali disputat. Fateor tamen ipsum laudare illa verba sancti Doctoris, quibus D. Pauli sententiam: *Non enim quod volo, facio bonum* &c. Rom. 7. contra Iulianum urgens, necessitatem peccandi exagerat: verum cum hæc peccata sint pœnæ peccati ex Augustino, & pertineant ad tertium genus peccatorum, a quibus non est liberum abstinere, sunt tantum materialiter peccata, immo mala potius, quam peccata, uti palam appellantur ab Augustino in textu, quem ex Norisio censor opposuit. Diserte S. Doctor illud Pauli dictum libro 5. Oper. imper. cap. 59. explicat de motibus concupiscentiæ indeliberatis, præsertim cum Augustinus asserat, Apostolum de se ipso ea pronuntiasse. Quod autem idem Augustinus ibidem cap. 50. tradit de actibus deliberatis etiam intelligi posse, non est alia in eisdem necessitas adstruenda, quam moralis, quæ idem est ac maxima difficultas, uti recte probat P. Macedus pagina 96. suæ Cortinæ. Hæc notavi, non ut P. Noris dicta defenderem, cum ille tantum de peccato originali loquatur, a quo non est liberum posteris abstinere, sed ut sancti Augustini sententiam, quam accusator sugillat, in bono, hoc est catholico lumine collocatem.

ACCUSATOR.

Nec obiiciat Noris locos illos libri imperfecti contra Iulianum; nam illi libri sunt ambigui nec indubitati inter opera Augustini & nuper inventi & in multis propositionibus corrupti; quarum una est illa, quam Noris adducit; continet enim contradictionem manifestam cum aliis, ubi perpetuo & clare sanctus Augustinus docet ad merendum & demerendum omnino reperiri libertatem indifferentiæ &c.

RESPONSIO P. MACEDI.

Libros Operis imperfecti, uti germanum Augustiniani ingenii fetum Macedus laudat sæpius in Cortina pag. 47. 61. 63. 64. 67. 69. 93. 94. 107. Immo textum Augustini ex libro 1. c 48. ex quo Noris suam sententiam deduxit, in eodem omnino argumento Macedus adduxerat, ut ex eisdem verbis proxime laudatis ostendi. Idem Macedus ex Augustino negat indifferentiam libertatis requiri ad merendum & demerendum. Lege thesim 80. Cortinæ & tres sequentes, in quibus indifferentiam a libertate distinguit. *Libertas*, inquit, *ab indifferentia distinguitur: quod indifferentia est punctum indivisibile æquilibrii in neutram partem inclinantis, libertas vero suscipit magis ac minus, & patitur inclinationes & impulsus in utramque partem, quod non patitur indifferentia illa indivisibilis*. Id fusius explicat in libro de Mente Innocentii adversus propositiones Iansenii. Tu videsis, ac disce nullam in Augustini dictis, quod libertatem ad merendum & demerendum requisitam attinet, antilogiam reperiri. Ceterum sex libros Operis imperfecti esse Augustini, validissime ex Concilis a sancto Martino, dein sancto Agathone Romæ coactis, & sexta etiam Synodo, ac Patribus antiquioribus Norisius demonstravit in appendice ad dissertationem de Synodo V. Hæc recitat sancta Synodus VI. act. 4. ex epistola Agathonis Papæ: *Veritatis prudentissimus prædicator Beatus Augustinus in 5. volumine disputationis adversus Iulianum Pelagianistam... ...Item in eodem: veritas autem dicit, quamdiu est voluntas ulla, a natura non potest separari*. Hæc leguntur in calce cap. 53. libri 5. Operis imperfecti, ex cuius superiori capite 52. Norisius Augustini testimonium adduxit, de cuius fide accusator dubitat. Ex his sancti Augustini libris duo Romana Concilia ac postremo

sex-

ſexta univerſalis Synodus de Monothelitis triumpharunt; & audebit novus delator eoſdem apud Romanæ Eccleſiæ Patres uti apocryphos accuſare? Pape; quam eruditi homines Noriſio litem intentant!

ACCUSATOR.

Nona Baii damnata in Parallelo eſt in ordine 55.

Deus non potuiſſet talem ab initio creare hominem, qualis nunc naſcitur. Hæc propoſitio de concupiſcentia communiter intelligitur, quaſi reprobetur a Pontificibus, quia Baius putabat, concupiſcentiam eſſe per ſe malam & vitioſam, non autem eſſe proprietatem naturæ, quamquam per peccatum vitiatam. In hoc autem ſenſu Noris negare debet, poſſe hominem creari cum concupiſcentia; immo a fortiori, quia ille ſentit eam eſſe natura ſua & ſecundum eſſentiam malam. Ita in Vindic. pagina 917. lit. C. *Ut*, inquit, *evidens fiat ſecundum propriam eſſentiam eſſe malam, non vero ſecundum imperfectionem annexam*. Et poſtea: Tenet igitur Noris ſententiam negativam, quam Papa prohibuit, in quocumque ſenſu ſumatur; non poteſt enim eſſe vera, niſi affirmativa ſit falſa; mens autem Pontificis fuit ſtatuere affirmativam: ſcilicet Deus potuiſſet talem ab initio creare hominem, qualis nunc naſcitur, cum concupiſcentia naturali quæ eſt proprietas naturæ, uti communiter tradunt Theologi. hactenus Parallelista.

RESPONSIO P. MACEDI.

Io hac communitate Theologorum, neque enim e vulgo ſcriptorum eſt, Macedum oon invenies; tranſiit olim ad illos, ad quos poſtea Noris acceſſit, nempe eos, qui negant concupiſcentiam eſſe proprietatem naturæ, cum velint eſſe malum ac vitium. Hæ ſunt voces Macedi libro 40. de Clav. cap. 10. parte 2. pag 370. col. 1. *Unde concupiſcentia ne indifferens quidem eſſe poteſt, cum inclinet ex ſe ad peccatum, & peccati fomes ſit, & effrenata licentia feratur. Igitur malum eſt, quamquam non ſit peccatum*. Confirmatur: *quia ſi iſta libido eſſet proprietas naturæ, & flueret ex eius principiis, attribueretur Deo conditori, ſed non decet Deum condere naturam cum illo modo, qui inducit ad peccandum, & oritur ex natura infecta peccato; igitur non eſt innata: & hinc argumentum ſumo contra Suarez negantem poſſe a Deo eſſe habitum vitioſum vel per ſe vel per accidens infuſum in voluntate eo quod inclinet natura ſua ad malum morale*. *Item: quomodo concedit poſſe Deum condere naturam cum libidine effrenata, quæ fomes eſt peccati, & ad peccandum inducit ſaltem per accidens, quod ille de habitu vitioſo negat*? Idem vero Macedus ibidem pagina 371. obiicit ſibi Bullam B. Pii V. in qua ſeries propoſitionum Baii continetur, quarum LV. eſt: *Deus non potuiſſet talem ab initio creare hominem, qualis nunc naſcitur*: quod argumentum pluribus diluit. *Reſpondet primo, non omnes propoſitiones Baii damnatas eſſe, cum ipſa Bulla dicat, nonnullas poſſe aliquo pacto ſuſtineri, quarum certe una hæc eſt; & quidem ſi ſolitarie ſumatur & ſeorſim conſideretur, certa omnino & tuta eſt. Reſpondet ſecundo, dato damnari illam, uti vult Suarez, in ea ſerie contentam, nihil inde ſequi contra noſtram ſententiam; nam ea ſolum damnatur, ut inquit Bulla, in rigore & proprio verborum ſenſu ab aſſertore intento, id eſt non ſolitaria, ſed coniuncta connexaque cum aliis & ut cum illis conſentiens; atque hoc modo continet perverſam doctrinam; nam ex propoſitione 21. & 26. eiuſdem Baii in eadem Bulla relatis conſtat illum ſenſiſſe integritatem & iuſtitiam originalem non fuiſſe donum Dei, ſed conditionem naturæ, ex quo etiam reſultat hæreſis alia quinquageſima, quæ ex conſequenti negat poſſe creari hominem ſine integritate & iuſtitia originali, qualis nunc naſcitur, qui ſane perverſiſſimus eſt ſenſus & minime ferendus, a quo longiſſime abeſt propoſitio illa ſolitarie ſumpta & a quovis alio Theologo pronuntiata*. hactenus Macedo.

Ex his patet, totam illam Baianam conſpirationem, cuius Noris inſimulatur, vel ipſius P. Macedi teſtimonio falſam, inanem, ac nullam eſſe. Profecto nec gutta guttæ ſimilior eſt, quam utriuſque Scriptoris ſententiæ, ut certe Noris furti reus cenſendus foret, cum Macedi theoremata plane tranſcripſerit, niſi uterque ex communi eoque limpidiſſimo Auguſtini fonte eas doctrinas derivaſſet, quas poſtea in ſua ipſorum volumina diſperſere. Sunt in eadem Auguſtiniana navi Macedus ac Noris; contra utrumque Baiana tempeſtas excitatur, idem utrumque naufragium merget, vel benigniori ſidere afflante, una ſimul incolumes evadent, ac Auguſtini aræ votivas tabulas appendent.

Noris eas sententias ex S. Augustini libris evidentissime deductas, a Macedo his verbis tom. 2. Collat. 10. pag. 596. col. 1. animatus, propugnavit: *Quod obiiciunt de Baio, ut nobis terrorem incutiant, inane est. Iam illam formidinem supra removimus & in Mente Innocentii & in libro de Clavib. Petri. Eamque obiectionem occupaverat & diluerat Vasquez, Turrianus, Ripalda, & tota Schola Vasquii Complutensis. Quære huiusmodi auctores in locis supra adductis: diffiabis inanem nubeculam.*

Quod vero accusator quasdam propositiones P. Noris conglomerat, quas similes Baiaois, nullo tameo Baii textu apposito, pronuntiat, operæ pretium duxi easdem P. Macedi dictis simillimas demonstrare.

ACCUSATOR.

Prima. Homo ex peccato originali incurrit in privationem potentiæ proximæ expeditæ ad perseverandum in semel acceptа gratia sanctificante. io Vindic. pagina 1076. lit. D.

P. MACEDUS.

Quæcumque igitur gratia leviter pulsat cietque voluntatem intra illos terminos actuum inefficacium, quos velleitates dicimus, ea est gratia sufficiens Augustiniana, in quam deflexit illud adiutorium sine quo non status integri Adami & Angelorum, quod per se in eo & proxime tunc sufficiens erat ad operandum, dabatque integram potestatem & expeditam propter sanas & integras liberi arbitrii vires: at vero in nostro infirmo & misero tantum remote iuvat, nec est integre immediateque sufficiens &c. in Scrinio Divi Augustioi cap. 3. pag. 81.

ACCUSATOR.

Secunda. Capitale Massiliensium dogma fuit, communem omnibus esse gratiam. libro 2. Hist. Pelag. pagina 388. lit. A.

P. MACEDUS.

Eiusdem est cum veteribus Massiliensibus sententiæ novorum Semipelagianorum princeps Arminius, qui cum teneat universalem cum iis gratiam, Augustinum sibi contrarium fatetur. ibidem cap. 12. pag. 197.

ACCUSATOR.

Tertia. Adam habuit auxilium proxime sufficiens ad observationem cuiuscumque præcepti. *Et infra*. Infero in statu naturæ lapsæ non omnibus dari, nec præsto esse illud adiutorium. in Vindic. pag. 1002. & 1003.

P. MACEDUS.

Quod autem hæc sit mens Augustini docentis auxilium, quod ex se omnino & proxime & integre erat in statu innocenti sufficiens, nunc in statu ruinæ minus sufficiens sit, atque adeo remote tantum, & uti diximus, imperfecte sufficiens tradit expresse magnus hic auctor Suarez. ibidem cap. 8. pag. 83.

ACCUSATOR.

Quarta. Reiicienda est seotentia illorum, qui dicunt gratiam sufficientem semper adesse, nec umquam legem obligare, nisi adsit gratia adiuvans. in Vind. pag. 1006. lit. A.

P. MACEDUS.

Respondetur ex doctrina Augustini & Tridentini sæpius tradita, satis esse illud auxilium remotum ad vitanda peccata, non immediate, sed mediate. Nam constat ex utriusque sententia per id auxilium fieri voluntates incohatas, quæ sunt initia quædam boni, quæ cum sint facilia, per illud obtinentur, & iis habitis, maius illud auxilium impetrari, quo præcepta servantur. ibidem.

ACCUSATOR.

Quiota. Infideles cum in Christum noo credant, Dei gratiam ad implendam legem naturalem noo petunt; unde nec eamdem observant. in Vind. pag. 1009. lit. A.

P. MACEDUS.

Verum cum Augustinus auctor sit, omnia opera, quæ deliberate ab infidelibus sine ulla fide & gratia sunt, esse peccata, uti nos cum multis in Cortina nostra propria quæstione monstravimus; necesse est aliter eidem argumento respondere: nam & sententia Augustini supponit sine ulla fide & gratia, idest sine ullo auxilio sufficienti peccari; quandoquidem

opera

opera ita operantium deliberata peccata fuat. ibidem cap. 14. pag. 238.

ACCUSATOR.

Sexta. Dum petis, vel antequam petas, stas sub lege præcipiente, & nondum habes gratiam adiuvantem; tunc enim non potes facere, quod lex iubet. in Vind. pag. 1005. lit. D.

P. MACEDUS.

Ecce enim aiunt, nempe Augustinus ac Tridentini PP. facere quod possis, & petere quod non possis. Ex quo patet, posse nos eo auxilio aliquid, idest exile & facile; aliquid non posse, idest illud magnum & difficile, ad quod sumus ulterius adiuvandi a Deo, ut possimus. ibidem cap. 8. pag. 82.

ACCUSATOR.

Septima. Illud ex Augustino certum est, neque fidem posse movere hominem ad petendum auxilium divinum, ad hoc ut possit implere præceptum, nisi Deus infundat gratiam actualem ad orandum. in Vind. pag. 1008. lit. B.

P. MACEDUS.

Non solum datur gratia excitans propter difficultatem & excellentiam operis supernaturalis, quæ indiget excitatione potentiæ, sed ex alia ratione connaturali, quæ postulat, ut habitualis virtus (v. gr. fides) *excitetur per motionem actualem, ut videmus fieri in hominibus iustis & sanctis, qui cum habeant gratiam sanctificantem & habitus infusos, tamen sine excitatione actuali voluntatis non possunt eos exercere.* ibidem cap. 5. pag. 4.

ACCUSATOR.

Octava. Urgente quolibet præcepto, non adest gratia necessario sufficiens, nisi intermedia oratione actuali. in Vindic. pag. 1003. & seq.

Est mera impostura: numquam illa sententia apud Norim legitur. Numquid enim Paulus orabat, dum tam illustre divinæ gratiæ lumen accepit? P. Noris pag. 1008. lit. B. diserte tradit, posito præcepto, quandoque auxilium proxime sufficiens præsto esse: aliquando oratione intermedia impetrari: & utrumque sancti Augustini testimonio confirmat.

ACCUSATOR.

Nona. Infideles sine fide manent tantum sub lege præcipiente. in Vindic. pag. 1008. lit. D.

P. MACEDUS.

Quod ad hos, nempe infideles, attinet, videntur gratia sufficienti prorsus carere, his argumentis. Primum est. Fides est ostium gratiæ: sed infideles carent omni notitia fidei: ergo carent omni auxilio gratiæ. ibidem cap. 11. pag. 157. *Auxilia, quæ his hominibus infidelibus dantur, si qua sunt, ea sunt remotissima & a fidelium sufficientibus tantum distant, ut vix appellari auxilia possint. Igitur non erit ab re negare, illa auxilia esse.* pag. 160. P. Noris concedit dari infidelibus auxilia remota, ut ex propositione 12. statim patebit.

ACCUSATOR.

Decima. Posita tentatione, Adamus neutiquam nisi inaniter petiisset vires eidem resistendi. ibidem pag. 1004. lit. A.

P. MACEDUS.

Consequenter dicere debent, nec sufficientia, nec efficacia auxilia petenda esse a Deo, cum sufficientia semper adsint, & efficacia sint in potestate operantis, cum ab illius consensu desumantur. lib. 3. de Clavibus Petri cap. 3. pag. 171. col. 1. At efficaciam adiutorii sine quo non Adami, in potestate eiusdem fuisse secluso quolibet ulteriori auxilio, probat egregie Macedus integro volumine, quod Scrinium nuncupavit. Audiatur pag. 49. *Erat enim illud Adami adiutorium possibilitatis, excitans proxime & constituens in actu primo potentias, apte illustrans intellectum, & ciens voluntatem, ut nihil ei ex parte adiutorii deesset ad agendum, si vellet agere pro suo arbitrio.*

ACCUSATOR.

Undecima. Ex sancto Doctore probavimus non durius loqui, qui asserat in hypothesi, quod sola lex iubeat, nec gratia proxime sufficiens adsit, eamdem legem

gem obligare, & transgressorem reum esse peccati. ibidem pag. 1010. lit. D.

P. MACEDUS.

. Verum quidem est utrumque: non omnibus gratiam praesto esse, nec sine illa recte agi posse, cum utrumque sit Augustini. Non tamen inde sequitur peccari in eo, quod vitari nequit. Potest enim cum necessitate in specie stare libertas in individuo, & sublata libertate contrarietatis, manere libertas contradictionis. Unde non repugnat hominem infidelem sine gratia esse determinatum ad unam tantum partem contrarietatis, idest ad malum in specie, & tamen esse liberum ad actus malos singulares, atque adeo libertate peccare. in Cortina quaest. 1. art. 7. pag. 99.

ACCUSATOR.

Duodecima. Infideles habent auxilia quaedam remota, unde non patiuntur antecedentem necessitatem peccandi, & ideo non excusantur: ibidem pag. 1009. lit. B.

P. MACEDUS.

Auxilia, quae his hominibus infidelibus dantur, si qua sunt, ea sunt remotissima, & a fidelium sufficientibus tantum distant, ut vix appellari auxilia possint. in Scrinio cap. 11. pag. 60. Viden, ut rigidius quam Noris loquatur?

ACCUSATOR.

Tertiadecima. Sententia Augustini de praedestinatione ad gloriam sine ullis praevisis meritis, est doctrina de fide. in Vindic. pag. 1013. 1167. 1211.

Haec propositio nusquam legitur in locis citatis. In Vind. pag. 1167. lit. B. scribit Hormisdam sententiam Sancti Augustini de gratuita praedestinatione probasse. At ex his non infert esse doctrinam de fide: nam Pontifices ita approbant etiam sententiam Immaculatae Conceptionis, quin eamdem, uti de fide, credi velint. Pag. 1211. lit. C. scribit Petrum diaconum ac Ecclesiam Lugdunensem sententiam laudatam uti dogma catholicum statuisse. Hoc constat ex libro Petri diaconi de Incarnatione & gratia cap. ultim. & ex opusculo de tribus Epistolis cap. 35. Legatur Bellarminus lib. 2. de Grat. & lib. arb. cap. 11.

ACCUSATOR.

Quartadecima. Concupiscentia secundum propriam suam essentiam est mala, non autem secundum imperfectionem annexam. in Vindic. pag. 917. lit. C.

P. MACEDUS.

Unde concupiscentia ne indifferens quidem esse potest, cum inclinet ex se ad peccatum, & peccati fomes sit, & effrenata licentia feratur. Igitur malum est, quamquam non sit peccatum. Itaque vitium naturae est contractum ex peccato, non proprietas innata. lib. 4. de Clavibus cap. 10. pag. 370. Ita habitus vitiosus est essentialiter malus, non per accidens ob imperfectionem annexam, quia imperfectio ipsa pertinet ad essentiam seu formale constitutivum illius.

Ex collatis hucusque utriusque scriptoris sententiis optime, Illustr. Domine, intelligis Noris assertiones, non quidem Baianis erroribus similes, sed doctissimi Macedi thesibus esse simillimas. Macedus eo in stadio Norisio Augustinianam lampadem praetulit, quo procul a Baianis praecipitiis regiam ad veritatem viam inoffenso pede calcaret. Itaque lusit operam trutinator, dum Baii ac Noris sententias gemina veluti lance exaequare conatus est; nam apparuere mendaces filii hominum in stateris. Unus Macedus libripendis imperitiam, neque enim dolum dixero, propalavit, ac Norisium invidiae, quam eidem ex Baiano nomine librator conficiverat, exemit. Ita eruditus ac optimus senex nullo aut pretio, aut prece conductus, immo nequidem cogitans, tam amicum, tam strenuum, tam denique invictum Noris advocatum egit. Quod tamen non ex destinato Norisio profuit, nullum eidem forte beneficium contulisse videri possit, nam, ut inquit Seneca lib. 6. de Benef. cap. 8. *Beneficium aliquis nesciens accipit, nemo a nesciente.* Verum quod toties in illum tam liberali manu laudes effudit, ac sancti Augustini sententia a Baiano errore vindicavit, plurimum eidem gratiarum Norisius referet: certe debet.

CONFUTATIO
PALINODIÆ
SUB NOMINE
P. HENRICI NORIS
PUBLICATÆ
AUCTORE
ANNIBALE RICCIO
Veneto Sacræ Theologiæ Baccalaureo.

ANNIBAL RICCIUS PHILALETHIS.



Ogor iterum, Lector optime, e ſipario in ſcenam prodire, & alteram vel invitn genio fabulam ludere; ſiquidem intelligo P. Noriſii adverſarios deridiculas rurſus ſtrophas nectere, dum oovas ſcriptiunculas illius nomine doloſa arte incruſtatas evulgantes, cum invidiam, tum periculum in dies eidem moliri non ceſſant. Equidem ineunte hoc ipſo, qui onper exiit, aono 1676. Noriſium veluti omnium hæreſeon recoctotem pet ſummam calumniam rraduxerant. Deio apud publicos magiſtratus novam accuſationem urgebant, quod idem ſacræ eique ſingulari nobiliſſimæ Provinciæ dignitati iniurius fuiſſet, quippe qui illam a ſchiſmate derivatam contenderit. Poſtea quibuſdam propoſitionibus parallelis inductis, eumdem apud Eminentiſſ. PP. qui catholicæ fidei ſartæ tectæ ſervandæ præſidenr, detulerunt, quod Michaelis Baii etrores ſuis in libris recuderet. Sed oeutiquam hic ſtetit adverſariorum conatus; nam Germanitates, ut eorum verbo utat, tora fallendi arte contextas publicarunt, ut illum Ianſenio ſimiliter loquutum oſteoderent. Verum ſacris ac profanis tribunalibus multiplici accuſatione fatigatis, quaſi Purpuratorum Patrum, quam nudius tettius imploraverant, ſuſpectam fidem haberent, Chriſtum Dominum iudicem appellarunt, hunc plane titulum accuſationis libello præfigentes: *D. N. Ieſu Chriſto Crucifixo*; quam delatiooem ficto Humberti Carthuſienſis nomine ſubſigoatam quaquaverſum ſparſere. Quis autem hominum audaciam non miretut, qui cum per ſe loqui aut nolint, aut nequeanr, quo omnem in accuſando pudorem exuant, alieoa ſibi nomina imponunt, ipſa religioſi ſilentii clauſtra irrumpunt, atque Aſcetam rigidiori vitæ inſtituto taciturnitati addictum, tot mendaciorum loquaciſſimum fingunt, nec verentur ad tremendum Chriſti tribunal mentito nomine ac tot dolis & præſtigiis ioſtructos accedere. Eteoim io eo A ſcripto rara periodus mendacio immunis eſt, quemadmodum Noriſius ſatis prolixa apologia, quam Romam miſit luculentiſſime demonſtravit, ur ex eiuſdem ad amicum literis intellexi. Decimus fere menſis agitur, cum edita a Notiſio volumina ad ſupremum Romanæ Inquiſitionis tribunal delata ſunt, & adhuc lenta manu ceoſura premitur. At illi diuturnioris moræ impatientes, Ieſu Chriſti iudicium ſollicitant, his plane vocibus ad calcem oouncupatoriæ epiſtolæ formidandum mortalibus iudicem Deum compellantes: *Surge Domine, iudica* B *cauſam tuam*: a quo ſane eos audire deceat: *Filii hominum nolite ante tempus iudicare*. Eteoim quæ hos homioes intemperies tranſverſos agunt, ut adeo moleſte feraot Romanam cenſuram in perendioum trahi, ut eo accuratior, quo maturior feratut? Eoim vero ſubtidens hæc mihi met non ſemel ioſuſurravi. Videſis, ne quiſpiam adverſariorum divini etiam iudicii tarditatem iocuſans, Noriſium obtotto collo ad inferos trahat, ac Minoi vel Rhadamantho reum ſiſtat, illud Poetæ vociferans:

C *Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta movebo.*

Cum de repente Noriſium imperitiſſimi vulgi iudicio circumventum video, ac ſtatim nulla quæſtione habita, immo vel nulla interrogatione ioſtante, ſuos illum ſponte errores fateri, ultroneam palinodiam canere, dicta indicta velle, ac veniam coram plebe humillimis precibus poſtulare. Vix oculis meis credidi, cum cenſuram ac palinodiam Italico idioinate ſub Noriſii nomine per dolum publicatam ioſpexi, ut non iam ſæculares magiſtratus, non ſacer Purpuratorum PP. confeſſos, non D denique Chtiſtus ipſe, quorum omoium tribunalia appellaverant, ſed piſtores, lanifici, tonſores, ipſæque mulierculæ legendi tanrum gnaræ, cum Noriſium ſuos errores publice expugnantem audiunt, totam adverſariis cauſam ſtatim adiudicent. Quod ſi Principum leges in publicarum tabularum cortuptores tam ſe-

vere animadverfum, haud equidem minori fupplicio is puniendus eft, qui fuppofititio fcripto, virum ingenuum ac feveriores mufas colentem, tot mendaciorum portenta, quæ ne quidem fomniavit, effutiiffe commentus eft. Verum quamvis tantæ impofturæ architectus legem Corneliam illudere, & latere mortales indices poffit, ultorem latere non poteft Deum. Hac maligna nocendi arte, hifce dolorum cuniculis, hifce fuppofititiis fcriptiunculis peffima olim capita Hieronymo doctiffimo eidemque S. orthodoxi orbis doctori infidias inftruxere, nempe fcriptum quoddam fub eiufdem nomine evulgantes, in quo multiplicium errorum palinodiam canere fingebatur. Quid ni igitur Norifius iifdem plane infidiis impetitus, cum eodem reponat lib. 2. in Rufinum: *Ego taceo, & litteræ non meæ loquuntur contra me .... Qui hoc aufus eft facere, quid aliud non audeat?* Unus idemque Proteus mutatis fubinde formis longiorem hanc fabulam ludit, cuius fane infultus generofo potius filentio defpiciendi forent, quam folida refponfione confutandi: at ne ex eorum impofturis quidpiam detrimenti veritas patiatur, cogimur tam futilibus ftrophis retexendis unam & alteram horam impendendo perdere, quod tamen antequam præfto, res mihi paulo altius repetenda eft.

Nuperus Cenfor propofitiones quafdam parallelas concinnarat, conatus demonftrare Norifium in iifdem cum Baio concinuiffe. Verum manifeftam earumdem thefium diffonantiam ex P. Macedi fcriptis oftendi; hic enim non uno loco eafdem propofitiones fe cum Norifio & quidem longe a Baiano fenfu remotas defendere affirmaverat. Mirum dictu, quanto cum plaufu a doctis quibufque mea illa non minus vera, quam ingeniofa defenfio excepta eft. Siquidem docti ac boni illius fenis verba adeo Noris dictis conformia exhibui, ut non interprete, fed lectore tantum opus effe videatur. At nefcio quis homo importunus & mendax fcriptum quoddam furtivis typis excufum fub nomine P. Noris in vulgus emifit, hoc illi titulo præfixo: *Cenfura del P. Enrico Noris fopra le rifpofte raccolte dal P. Annibale Riccio*: in qua quidem opella fingitur Norifius palam denuntiare nufquam laudatatum thefium Macedum fecum fenfiffe. Non poffum autem non in ftomacho ridere, cum belliffimum cenfuræ librum ingredior; nam uno & altero verbo fe veritati litare teftatur, qui pura puta mendacia loquitur, ac plebeculæ, ad quam fcribit, fucum facit. Porro hæc Norifium loqui mentitur.

Il mondo letterario avrà forfe veduto (an *creduto?) ch'il P. Maeftro Macedo fii ftato confapevole di quanto nella Scrittura delle rifpofte parallele fia divolgato: così che ciò in effa s'adduce, fii coftante opinione di quel grand'Uomo.*

Partius hoc: non magnus homo qui plurima fcribit.
Optima qui potuit fcribere, magnus homo.

E pure come fono dottrine diftantiffime dalle fue; così da lui ne anche furono fatte degne d'un' occhiata.

Ita quidem omnes, quibus integer oculorum ufus eft, in laudatis thefibus Macedum Norifio fimiliter loquutum viderunt. Num cuipiam, cum primum illam confonantiam afpexit, oculi doluerint, nefcio. Cum P. Macedus traditam abs fe doctrinam plurium teftium numero firmaturus, Norifium quoque cum laudis præfatione tam nobili fcriptorum centuriæ inferuerit, qua fronte de fuis fententiis Norifius fcribet: *Sono dottrine diftantiffime dalle fue?* Videfis quam fupinæ alucinationis Macedus infimuletur, qui Norim diverfa plane fentientem teftem appellaverit. Clamat Macedus tomo 2. Collat pag. 596. col. 2. v. 9. *Accedit novus & clarus fcriptor Noris in fuo libro de Hiftoria Pelagiana.* Audin ut Macedus fuo illum lateri adiungit? Cur ergo Norifius Macedum a fe remotiffimum fingat?

Perchè egli dice il contrario nelle propofizioni, che sfacciatamente gli s'impongono, e fervano tre per prova. Una è: omnia opera infidelium funt peccata: *come io fcrivo ed affermo effere di fanto Agoftino vera e legitima; e pure effo nella fua Cortina e nella Mente d'Innocenzo foftiene, che* Non omnia opera infidelium funt peccata, fed ea tantum &c. *quale anche nella logichetta fi vede contradittoria alla mia.*

Hæc Norifium fcribere? vah putidam impofturam! Ad talionem libri. Hæc ille tradit in Vindiciis Auguftinianis cap. 4. §. 3. pag. 1053. lit. D. *Refpondeo tertio infideles aliquos actus bonos elicere, ad quos*

a Deo

a Deo præmoventur, qui profecto peccata esse non possunt. Tradit hoc diserte S. Doctor cap. 24. de Gratia Christi, ubi recitato illo Scripturæ Sacræ de Assueri mutatione testimonio &c. Baius vero oullos actus bonos ex Dei gratia ab infidelibus fieri volebat. Næ ille affirmat omnia opera infidelium esse peccata, qui palam pronuntiat infideles aliquos actus bonos elicere, qui peccata esse non possunt? Adeat calumoiator suam, quam appellat, logiculam, ac videat, num hæ duæ propositiones, infideles aliquos actus bonos eliciunt, quæ Noris est, & altera Baii, infideles nullos actus bonos eliciunt, fiot cootradictoriæ. Quod si neget, non ad Petri Hispani summulas, sed Anticyras mittendus est. Verum adeo manifesta est illatæ Norisio calumoiæ falsitas, ut lectorum tum patientia abuterer, tum etiam oculis diffiderem, si eamdem pluribus confutarem. Sed iterum quæ sua eidem somnia affingat, audiamus.

L'altra : omne quod non est ex fide, peccatum est: *quale sostengo essere proposizione di S. Agostino, e l'intendo vera per la fede Cristiana abituale, e lui intende di qualche barlume di fede eccitante e transeunte.*

Conchas facilius a scopulo, quam Norisium ea in sententia a Macedo divelles. Cum vir eruditus pag. 597. col. 1. dixisset, *expositionem S. Augustini in illa Apostoli Rom.* 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est, *erroris a nonnullis audacioribus appellari, remitto*, inquit, *lectorem ad eruditissimum P. Henricum Noris*, qui in ea, quam laudavi, *Pelagiana Historia, in Vind. August. cap. 4. §. 5. evidenter ostendit, eam esse Ecclesiæ, Pontificum, & Patrum locum illum Pauli de fide prout est virtus Theologica intelligentium*. Itaque noo modo Noris seotentiam probat, verum etiam testatur ipsum evidenter ostendisse eam Ecclesiæ ac Patribus probari. Huc te volo. Vel vir insignis putavit laudatam interpretationem a Norisio intelligi de fide per modum actus vel per modum habitus. Si primum dicas, iam vides Macedum Norisio consentientem; sin alterum malis, videsis qualem accurato Theologo alucinationem imponas, qui erro-

A neam Noris explicationem evidenter Ecclesiæ ac Patribus probatam affirmarit. Enim vero ubinam in Norisii scriptis vox *habitualis* insonuit? Immo tantum abest, ut textum Apostoli de fide Christiana habituali intellexerit, ut diserte cap. 3. §. 4. pag. 940. lit. D. pronuntiaverit, *solam fidem acquisitam sufficere*. Estne fides acquisita idem ac fides habitualis infusa? Immo hoc est mendacia venditare, ac lectoribus fucum facere. Pergit Impostor.

La terza, che colla necessità possa accoppiarsi la libertà con l'esclusione dell' indifferenza, pretendendo io in questo seguitar S.
B *Agostino, fondandomi ne' libri imperfetti contro Giuliano; e Macedo nega tale necessità, nè s'è mai persuaso essere quei libri del S. Padre; anzi come io mantengo e seguo le interpretazioni di Giansenio e Baio, così Macedo riprovandole, tutto s'impegna ad esimere il Santo del sentire con la dottrina loro e delle loro imposture.*

Recte olim Romani parens eloquii exclamavit: O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium iosidias facile se per se ipsam defendit! Haud ita potuit Impostor miseram hanc scri-
C ptiunculam veritatis fuco vestire & ornare, quin sponte erumperent indicia manifesta, quibus malam artem ac figmenti artificem manum proderet, ac falsitatem eo impudentius retegeret, quo imprudentius occuluit. Ita oe Noris omnem & frontem & timorem posuit, ut in media Italia ore plane infrunito diceret: *Mantengo e seguo le interpretazioni di Giansenio e di Baio?* Et statim adderet easdem esse *loro imposture?* Est ne vir ille pistillo obtusior, qui interpretationes, quas palam denuntiat esse imposturas, scieos ac volens & sequatur & de-
D fendat: idque publico etiam scripto testetur, hoc est læsæ fidei suo se ore reum publicet, ac Vaticana in suum caput fulmina accendat? Patent præstigiæ, detecta fraus, dolus omnis iam palam est. Num vero Noris in dogmate de libertate non quidem a necessitate, sed tantum a coactione damnatam Iansenii opinionem sequatur, ex hac utriusque Scriptoris aotithesi declaratur.

IANSENIUS.	NORIS.
Infideles carent gratia sufficienti ad salutem tum proxima tum remota, & omnibus	*Quamvis infideles careant auxilio proxime sufficienti, habent tamen quædam auxilia remota;*

bus principiis eius. *est titulus cap. 11. lib. 3. de Grat. Christi Salvat.*

Rursus qua fronte Noris testari ausit, libros Operis imperfecti contra Iulianum a P. Macedo S. Augustino abrogari, ac in apocryphorum quisquilias detrudi, qui sciat eosdem a S. Martino & Agathone Romanæ ecclesiæ Pontificibus & ab œcumenica Synodo VI. S. Doctori deputari? Cur Macedum religiosissimum virum catholicæ Ecclesiæ iudicio, immo sibi ipsi adversari affirmet? Etenim toties iste præsertim in Cortina eosdem li- B bros appellat, eorumque testimonio suas sententias communit. At bellissimam fabulam prosequamur. Hæc de P. Macedo alieno ore Noris affirmat.

Che tanto è, che i suoi sentimenti s'accordino cò i miei nel modo, che le dette risposte conchiudono, quanto che lui si obliga, che ogni volta gli venga dimostrata ne' suoi libri una delle mie proposizioni da lui censurate, e provata dottrina sua, ne farà publico cartello di retrattazione, detestazione, ed abiurazione in ogni forma solennissima.

Quis Pythius Apollo Macedooici pe- C ctoris arcana Norisio revelavit? qui nocturni lemures severiora hominis consilia eidem in aures insusurrarunt? qui bonus malusve genius absentis Macedi animum indicavit? Num illa forte ex Tullianis libris de Divinatione intellexit? Hoc scio, P. Macedum recitatas propositiones P. Noris testimonio confirmasse. Patent libri, neque olim dicta indicta esse queunt, nullis iam offuciis subliniri lectoribus oculi possunt. Quod scripsit, scripsit. Uno verbo rem conficio: vel eadem Noris dixit quæ Macedus, vel diversa. Si eadem, cur hoc neget? si di- D versa, cur illum Macedus laudat? cur lectores ad illum remittit?

Altera iam scena aperitur: ac Norisius novam fabulam alienis soccis ornatus ludit.

In verità che questa risoluta deliberazione mi è stata di stimolo acutissimo, per imitare l'ingenuità di sì grand' Uomo, e dar principio a sodisfar il mondo, che aspetta qualche mia giusta retrattazione. Onde ben esaminate le proposizioni del mio libro, e viste quelle sono degne di censura, comincierò a ritrattarmi dall' impostura di Semipelagianissimo al gloriosissimo e dottissimo S. Vincenzo Lirinese.

mota; unde non patiuntur antecedentem necessitatem peccandi. in Vind. cap. 3. §. 6. pag. 1009. lit. B.

Hæc est ridicula palinodia, quam ante biennium quasi Norisii manu exaratam publicaverant, & quidem iisdem omnino verbis contextam, ut cum nihil novi contra eumdem garrire possint, rancidas modo strophas repetant, ac recoctam crambem reponant. Semipelagianorum sententia fuit, gratiam omnibus offerri, non tamen universis ac singulis applicari, sed iis ut plurimum dari, qui prius eamdem peterent, quærerent, ac pulsarent, ne Deus sine ulla industria, sine studio, sine labore, inertibus atque otiosis sua dona conferre videretur. Vincentius cap. 37. Commonitorii errare dicit *afferentes, quod magna & specialis ac plane personalis quædam sit Dei gratia, adeo ut sine ullo labore, sine ullo studio, sine ulla industria, etiamsi nec petant, nec quærant, nec pulsent* &c. ubi specialem Dei gratiam vult esse effectum laboris, studii, ac industriæ, quibus petimus, quærimus, ac pulsamus, cum tamen ipsamet gratia specialis & personalis sit causa petendi, quærendi, ac pulsandi. At sancti Augustini discipuli asserebant, dari hominibus gratiam specialem ac personalem, etsi nec peterent, nec quærerent, nec pulsarent, cum ad hoc etiam a Deo infundatur, ut petamus, ut quæramus, ut pulsemus. Quis autem nesciat, petere, quærere, ac pulsare fuisse illas veluti ansulas vel occasiones, quas Massilienses præmittebant, ad hoc ut specialis ac personalis gratiæ donum rationabile iudicaretur? Sed inquit: non addere Vincentium *propriis viribus*. Insulse. Putasne Massilienses unum illud & alterum verbulum semper addidisse? Viden ut Vincentius speciali ac personali gratiæ industriam, laborem, ac studium invicem opponat, ut illa horum effectus, non autem causa intelligatur? Nullus reapse petit, quærit, aut pulsat, nisi speciali ac personali gratia ad eosdem salutares actus præmoveatur: igitur specialis gratia datur, etiamsi quis illam non petat, aut quærat, cum ideo detur, ut quærat ac petat. Si Vincentius Augustini sententiæ adhærebat, cur illud verbum omisit,

omisit, quo solo a Massiliensium opinione discrepare videretur? Scribebat Vincentius in Provincia, in qua id temporis docti quique Augustino adversabantur, præter paucos perfectæ gratiæ intrepidos amatores, teste Prospero in epistola ad S. Doctorem. Utitur iisdem verbis laboris, studii, atque industriæ; item quærendi, petendi, ac pulsandi, quæ Massilienses illis in disputationibus invexerant, ac suæ scholæ propria fecerant. Quidni igitur Vincentius eadem repetens, unus illorum fuisse iure ac merito dicatur? His addatur arguta quidem, sed falsa epistolæ Cælestini interpretatio, & non obscure, qua in sententia fuerit, apparebit. Pergit argutari.

Anche per altro capo evidente apparisce libero da tal sospetto il medemo Lirinese, perchè per opinion' anche mia ei non puote apprendere quell' errore sotto l'Abbate Fausto, avendo io avuta quella sentenza nel lib. 2. cap. 11. ove dissi: Cum Abbate Fausto, sub Abbate Fausto, cum concellitis Lerinensibus.

Didicit eam opinionem, uti scite vir multæ eruditionis Garnerius notavit, ex libris Cassiani, ex quibus illam ceteri hauserunt. Cum vero Norisius scripsit, *sub Abbate Fausto Vincentium Massiliensium sententiæ accessisse*, id iuxta vulgarem opinionem dixit: omnes enim putant Commonitorium apud Lerinam scriptum fuisse, quod tamen Noris ibidem negat. Hinc pag. 391. lit. B. hæc ait: *Vincentii sub eodem Fausto monachi, ut volunt, artem non detexit*. Audin ut volunt? Potuit ne clarius ostendere, se iuxta aliorum placitum loqui, quod tamen inferius enodat? Ut Norisium antilogiæ insimulent, ea verba supprimunt, quæ omnem contradictionem ab eiusdem scriptis eliminant. Sed en alteram eiusdem antihistoriam.

Essendo io stesso affermo quell' epistola di Celestino essere stata approvata ed accettata dal predetto Vincenzo Lirinese nelle Vindic. cap. 8. pag. 1204. lit. A. *nel qual luogo scrivendo di queste lettere di Celestino, dissi*: Idem Vincentius Lerinensis easdem producit in Commonitorio adversus prophanas vocum novitates, easque plurimum commendat. *Adunque ciò, ch' io altra volta dissi, cioè che il Lirinese abbi estorto il senso di quelle lettere a favore del suo errore e contro Prospero, ora dichiaro per ritrattato, rammentandomi di quelle parole,* A *che seguitano*: Qua fronte Vincentius eas sibi favere literas iactasset, quibus ipsiusmet opiniones condemnabantur? *Conosco queste parole per mie, colle quali rivoco ciò, che prima di quelle lettere giudicato e trattato avevo.*

Pape: qualem Norisio chimæram obiiciunt! Vincentius literas Cælestini admisit, uti etiam ceteri Massilienses admisere. igitur neutiquam easdem in Augustinianæ sententiæ defensores retorsit. non vidit Norisius huius consecutionis necessitatem. Scribitur de Massiliensibus cap. 3. appendicis ad literas Cælestini: B *Eaque tantummodo sequi & probare profitentur, quæ sacratissima beati Apostoli Petri Sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium Præsulum suorum sancit & docuit.* Illi ergo, utpote viri catholici, literas Cælestini receperunt; verum pro sua ipsorum sententia easdem loqui contestabantur. Hanc chordam mox iterum pulsabo. Ceterum in posteriori textu cum Norisius scripsit: *Qua fronte Vincentius eas sibi favere literas iactasset, quibus ipsiusmet opiniones condemnabantur?* negat opinionem Vincentii ac sociorum damnatam fuisse a Cælestino; quippe qui haud C illius appendicis auctor sit, sed hæc Cælestini literis assuta fuerit. Dum vero ait, *ipsiusmet*, nempe Vincentii, *opiniones condemnabantur*; ea, quæ antea scripserat, expungit? Immo diserte ac luculenter errorem Vincentii designat, asserens in illa appendice ipsius opiniones condemnari. Et quidem cur Norisius palinodiam caneret, cum videat viros doctrina & eruditione illustres, suæ ipsius sententiæ albos calculos adiicere, & eamdem suis libris inferere? Hæc scribit Pater Paschasius Quesnellus presbyter Oratorii Parisiensis dissert. 3. par. 2. D operum S. Leonis pag. 397. *Si pro parte vel appendice literarum Cælestini Papæ habita tunc essent eiusmodi capitula, itane pudorem omnem abiecisset Vincentius Lerinensis, ut pro se suisque scriptum esse a Cælestino in illis literis tam grandi tuba personaret, ut fecit in suo Commonitorio? qui enim ausus est novitatis notam Augustini adversariis a Cælestino inustam, in sancti Doctoris discipulos reiicere, veritus esset, ne tam apertis definitionibus capitulorum, quibus suorum Massiliensium & Lerinensium errores sæpius proscribebantur, revinceretur ac impudentis argueretur mendacii?* Hæc vir erudi-

eruditissimus in literas miserat, antequam Norisii librum evolveret: nam ibidem pag. 417. *His*, inquit, *ita scriptis, iamiamque prælo subiiciendis, incidi in Vindicias Augustinianas doctissimi viri Henrici de Noris, ex quarum cap. 8. plurima scite sincereque scripta huc transferenda essent; sed quoniam instant operæ, sufficiat locum indicasse, quem adiisse lectorem nequaquam pœnitebit*. Abeat igitur impostor cum ficta sua palinodia, eamque in suo grege crepet; quandoquidem tanta illum mentiri portenta delectat. Sed iterum commentatur.

Non posso non rivocare con piena retrattazione quelle quattro gravissime ingiurie da me con più passione, che verità inferite a S. Vincenzo Lirinese, quali se fossero vere, mostrarebbero essere ingiusta la di lui canonizzazione. La prima: che fu bersaglio del suo Commonitorio la fama di S. Agostino, contro il quale egli lo scrisse.

Nugas ac gerras germanas loquitur: quatuor crimina fingit, quæ nulla sunt. Hoc tibi familiare idque turpissimum crimen est, tua somnia ac imposturas alteri affricare. Quo pressius ac brevius adversarii dictum refellam, libeat hunc syllogismum inducere. Antiqua tantum dogmata defendenda ac tradenda suot, nova vero fugienda: atqui Augustini sententia de efficaci Dei prædestinatione ad fidem & perseverantiam finalem est novum dogma; hoc igitur cuique fugiendum est. Ita plane Massilienses ratiocinabantur, quibus minor illa propositio certa erat; unde Prosper scribit ad Augustinum: *Multi ergo servorum Christi, qui in Massiliensi urbe consistunt, in sanctitatis tuæ scriptis, quæ adversus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant Patrum opinioni & Ecclesiastico sensui quicquid in eis de vocatione electorum secundum Dei propositum disputasti*. Et versus finem: *Illud etiam qualiter diluatur, quæsumus, patienter insipientiam nostram ferendo demonstres, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, pæne omnino par invenitur & una sententia, qua propositum & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt*. Idem scripsit id etiam temporis Hilarius ad eumdem S. Doctorem: *Hoc etiam*, inquiens, *de aliorum libris, quorum est in Ecclesia auctoritas, faciunt, quod perspicit sanctitas tua non parum posse iuvare contradictores, nisi maiora aut*

A *certe paria proferantur a nobis. Non enim ignorat prudentissima pietas tua, quanto plures sint in Ecclesia, qui auctoritate nominum in sententia teneantur, aut a sententia transferantur*. Quibus S. Pater cap. 14. de Prædestinatione SS. rescripsit: *Si huius ergo sententiæ defensionem ex divinorum eloquiorum nos præcedentibus Tractatoribus promeremus; profecto hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerent, hoc enim significastis literis vestris. Quid igitur opus est, ut eorum scrutemur opuscula, qui, priusquam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quæstione*

B *versari, quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur?* Idem tamen cap. 19. de Dono perseveraotiæ inductis Cypriani, Nazianzeni, ac Ambrosii testimoniis suam sententiam confirmat. Itaque Massilienses certo sibi persuaserant, novam esse Augustini sententiam, nec quidpiam secus opponere sciebant Prosper, Hilarius, ac pauci id temporis sancti Augustini discipuli. Hinc factum est, ut Vincentius maiorem adducti syllogismi propositionem probandam assumpserit, quod non minori eruditione, quam elegantia præstitit in Commo-

C nitorio, in quo sancti Augustini senteotiam neutiquam oppugnavit, quæ quod vera erat, antiquissima etiam habenda est, quamvis compertum non sit, sanctum illum virum eo tantum consilio scripsisse, ut suo illo volumine Augustinianæ sententiæ novitatem oblique pulsaret. Hine prudenter Norisius scripsit eo loci pag. 394. lit. A. *Cum Augustini fortasse doctrinam de prædestinatione veluti per cuniculos eo opusculo subruere tentaret*. Nec tamen S. Doctoris famam impetiivit; alias Augustinus, dum adversus S. Cypriani opinionem tot doctissimis vo-

D luminibus conflixit, S. Martyris famæ iniurius fuisse diceretur.

La seconda: Che habbi ingiuriati con titolo d'eretici discepoli del mio Santo medesimo, e censurata d'eretica la dottrina inespugnabile dello stesso.

Scribit Prosper in laudata epist. *putasse Massilienses sub hoc prædestinationis nomine fatalem quamdam induci necessitatem*. Hinc hæreseos notam illam opinionem defendentibus impingebant. hoc pluribus idem Prosper testatur in epistola ad Rufinum. Non ne in controversia de gratia scholæ sibi invicem adversæ sibi mutuo Calvinismum

nismum aut Semipelagianismum obiiciunt? Vincentius acerbiorem sane notam, fervente tamen dissensione, adversariis inussit. Quis vero nesciat, qua censuræ acerbitate Hieronymus in epist. ad Theophilum & Cyrillus in literis ad Atticum magnum Chrysostomum perstrinxerint? Neutrius tamen sanctitati ea amariora dicta nocuere, neutrum ex albo Sanctorum expungit. Brevem hanc sanctissimis viris apologiam donat Baronius ad annum 412. prope finem: *Homines enim illi erant & humanis passionibus obnoxii.*

La terza: Che aderendo ai Semipelagiani, a favar loro convertisse la decretale di Celestino con depravarla.

Cum Cælestinus ea in epistola dixisset: *Desinat, si ita res sunt, incessere novitas vetustatem*: nihil interim circa agitatam id temporis controversiam definiens; Vincentius argute suis illam epistolam favorabilem pronuntiavit, quippe qui antiquorum Patrum sententiam adversus novam, ut putabant, Augustini opinionem defendebant. Detur id eiusdem erga apostolicam Sedem reverentiæ, cui quantum etiam ceteri Massilienses deferrent, ex cap. 3. appendicis eiusdem literis additæ, proxime observabam. Cum Alexander VII. in litigiis de attritione literas apostolicas publicasset, Christianam in disputando modestiam iniungens, nihilve ea de re interim definiens, utraque disputantium factio cum oppositæ præiudicio laudatas literas sibi favere iactabat: quod ex libellis acutissimi viri Francisci Farvacques Augustiniani doctoris Lovaniensis & P. Maximiliani le Dent Iesuitæ intelligitur. Porro Vincentium memoratas Cælestini literas contra Prosperum retorsisse tradunt viri insignes, qui etiam inter homines ambulanr, Lupus, Frassenius, ac Quesnellus, uti postea monstrabitur, nec fictitii illius criminis, cuius palinodia Norisio imperatur, scrupulus illorum quempiam incessit.

La quarta: Che abbino avuto origine dal di lui santissimo e modestissimo ingegno i portentosi paradossi intitolati, Obiectiones Vincentianæ *ordite contro la riputazione della dottrina di S. Agostino.*

Audiantur Lovanienses tom. 7. Operum S. Doctoris in appendice, ubi hæc obiectionibus Vincentianis præmittunt. *Sunt qui arbitrentur Vincentium hunc Lerinensem illum fuisse, cuius extat opusculum adversus prophanas hæreseon novitates: certe hoc tempore in Galliis floruit.* Ante centum fere annos eruditis hominibus ea sententia stetit, cui non modo Lovanienses nullam notam inussere, verum etiam eamdem, addita temporis circumstantia, confirmarunt. Illæ obiectiones a scholasticis illationes ad impossibile appellantur, in quas ex prioris assertionis consecutione quis eo adigitur, ut earumdem absurditate deterritus, a semel concepta opinione resiliat. Er quidem data duplici sententia sancti Augustini de efficaci prædestinatione ad gloriam ac reprobatione ex præviso peccato originali, nonne plurimi recentiorum Vincentianas obiectiones contra utramque memoratam sententiam restaurant; quin tamen ullam se iniuriam Augustino inferre arbitrentur? Vincentii factum nulli reprehensioni obnoxium fuit; siquidem ea scripsit, vix mortuo ante quadriennium S. Doctore, cum passim una & altera eiusdem sententia in Provincia a viris sanctitare ac doctrina illustribus impugnarentur, nec ullius Pontificis aut synodi decretis confirmatæ fuissent, uti postea factum est. Et quidem quæ errorum portenta Prædeterminantes ac Scientiæ mediæ defensores non sibi invicem obiiciunt? Id vero eorumdem pietati ac sanctimoniæ, modo absint sales ac scommata, neutiquam nocet. Utraque tamen schnla procul se ab obiectis erroribus profitetur; quos etiam a S. Augustini sententia Prosper non minus solide, quam sapienter removir.

Quis autem a risu temperet, dum videt istos homines fingere tot crimina a Norisio Vincentio impacta fuisse, illumque sera tandem pœnitentia ductum, eadem una litura delere. Tantam alienæ conscientiæ scrupulusiores isti curam gerunt, cum tamen haud religioni ducant supposititia scripta vulgare, publice mentiri, ac aliorum dicta, uti mox declarabo, dolosa arte corrumpere. Ita dum hac ficta palinodia Norisii crimina eluere mentiuntur, imposturis, dolis, ac fallaciis turpem operam navant, & aliena quæ fingunt, crimina corrigentes, veris iisque turpissimis se noxis obstringunt, quarum utinam privatam saltem in sacra exomologesi palinodiam recitent, qui publicam aliis imponunt. Sed quid insuper novi ferat Africa, videamus.

Nè 'l mio fondamento di liberar il medesimo

mo

mo Vincenzo dalla nota d' eresia Semipelagiana, perchè in quel tempo non fosse condannata, puole sussistere, avendo io detto libro 2. Hist. Pelag. pagina 374. lit. B. Cælestinus sancti Augustini iam inter superos se Pontifice relati, primus Romanorum Præsulum doctrinam consecravit: *che vale tanto, come dichiararla catolica e di canonica autorità; e nel medemo libro:* Cælestinus Apostolica auctoritate adversus Semipelagianos Augustini doctrinam defendit.

Quis hunc verborum prodigum non fateatur, qui ne rogatus quidem, tanta Norisii vice sibi suisque simillimis occinit. Norisius cum scriberet, Cælestinum sancti Augustini doctrinam commendasse, consecrandi verbo usus est, ut ea voce Apostolici oris maiestatem exprimeret, qua ratione antiquitus ea cuncta, quæ ad Imperatores spectabant, sacra dicebantur, unde sacræ largitiones, sacræ cognitiones, saerum consistnrium, & ipsa epistola per antonomasiam Saera appellabatur. Neutiquam vero dixit, consecrasse, hoc est inter dogmata catholicæ fidei retulisse; unde & in altero testimonio adducto seripsit: *Doctrinam defendit*. Certe declaravit sancti Augustini doctrinam nulli contra fidem errori obnoxiam esse. Verum Massilienses, teste Prospero in ealce libri contra Collatorem, tale Pontificium encomium prioribus S. Doctoris libris, non iis, quns ultima ætate elucubraverat, delatum fuisse contendebant. Vincentius vero antiqua dogmata a Patribus accepta, a Cælestino laudata affirmavit, unde ea solum ratione Augustini doctrinam laudatam eontendit, quatenus ceterorum Patrum sententiis consormis apparebat; in illam vero opinionem, quam de efficaci prædestinatione ad fidem & perseverantiam novam invexerat, Cælestini eloginm non eadere. Falsæ quidem interpretationes; sed quæ Massilienses catholicos fuisse demonstrant; quippe qui non ausi Romanæ sedis dictis obsistere, eadem quæsitis utcumque interpretamentis explicare conabantur.

Onde S. Prospero, che prima chiamava catolici i Semipelagiani, dopo d' aver impetrate le lettere di Celestino, mutò lo stile, chiamandoli lupi, calunniatori, ipocriti, colubri, serpenti &c. Non è dunque vero, che la dottrina di S. Agostino non sia stata approvata da Celestino, e la contraria Semipelagiana condannata.

Prosperum appellasti, ad Prosperum ibis. Sedeat ille utriusque nostrum honorarius arbiter, ac sententiam in causa ferat. Hæc ille scribit in epilogo operis contra Cassianum de Massiliensibus, quos vulgo Semipelagianos vocamus: *Quorum tamen dum adhuc non sunt a fraterna societate divisi, toleranda magis est intentio, quam desperanda correctio.* Addit hoc scholion Baronius anno 433. *Hæc Prosper cum perorat, intelligis Cassianum inter catholicos professores adnumeratum*. Consentit Suarez proleg. 5. de Grat. cap. 5. num. 6. *Nondum enim erat*, inquit, *illa sententia hæresis vel erroris damnata ab Ecclesia, ut Prosper in fine libri contra Collatorem aperte docet, Cassianumque inter catholicos numerat*. Hinc Vasquez 1. p. disp. 89. cap. 4. num. 24. vocat Semipelagianos *viros alioqui catholicos & religiosos*. Sed ad Prosperum redeo. Idem eap. 33. scribit: *Quis hæc prædicari a catholicis inter catholicos crederet?* Porro cum illa Prosper in literas misit, diem obierat Cælestinus, cum ibidem Sixtus eiusdem successor a Prospero commendetur. Quod si illos lupos occultos, calumniatnres, & hypocritas dixit, eiusmodi verba zelus Augustinianæ doctrinæ inter disputandum extorsit; quo enim maiori erga aliquem benevolentia propensi sumus, eo severius excipimus qni contra eumdem loquuntur. Fateor Augustioum dixisse Massilienses non recedere ab illa damnata Pelagii sententia: *Gratiam Dei secundum merita nostra dari*. lib. de Prædestin. SS. cap. 2. At illi reponebant Pelagium admisisse merita perfecta & de condigno, se tantum occasiones quasdam & ansulas, queis ex nobis erumpentibus utebatur Deus, ne ansatis & omnino otiosis sua dona conserre videretur. Scite P. Macedus in Scrinio cap. 12. pagina 193. *Nec satis*, inquit, *erit effugio dicere, illos posuisse meritum & initium meriti in natura. Nam in primis id Semipelagiani dicere se negabant. Quamvis vero S. Doctor id responsi egregie confutarit, nil tamen ea in causa Cælestinus definivit, alias Prosper numquam Massilienses appellasset catholicos*. Scribit Vasquez 1. p. disp. 91. cap. 9. num. 57. *Neque incredibile alicui videatur Patres Græcos tantæ auctoritatis & doctrinæ in hac fuisse sententia: siquidem Massi-*

Massilienses & per Galliam tot etiam insignes viri in eadem opinione fuerunt. Res enim admodum subtilis & difficilis erat ad explicandum, donec Augustinus ingenii sui felicitate, ut multa alia, eam nobis explicuit. Immo ipse Augustinus cap. 3. de Prædest. SS ingenue fatetur, se adhuc presbyterum in errore Massiliensium fuisse. Vasquez laudatus caput 10. his plane verbis inchoat: *Cum Cassiano & Massiliensibus non pauci scholastici conveniunt.* Et nominat statim Scotum, Gabrielem, Caietanum, Durandum, Scotum, Driedonem, Ruardum, & alios. Sed talionem passus est, oam Suarez libro 4. de Gratia cap. 14. recitata Vasquii opinione de cogitatione congrua naturali num. 8. concludit: *Non videtur per illum dicendi modum convenienter fieri satis difficultati propositæ, nec sufficienter vitari Semipelagianorum doctrinam.* Quæ consulto hic recitavi, non solum ut appareat viros doctissimos in Massiliensium errorem vel impegisse, vel magni nominis Theologos id saltem de iisdem indicasse, ut plane excusandi videantur Cassianus, Faustus, Vincentius, aliique Galliarum doctores, qui initio motæ difficillimæ controversiæ cespitarunt, cum post tot sæcula viri celeberrimi in eodem luto hærere visi fuerint; verum etiam ut pateat, quam immerito Norisius carpatur quod scripsit Sadoletum incaute & inscienter in Massilieosium errorem impegisse. At Impostor grandiores tibias inflans, ac Norisianam palinodiam vehementiori boatu crepans addit:

Per fine la mia opinione contradice manifestamente al Martirologio Romano, dove alli 24. di Maggio fà quest' elogio di S. Vincenzo Lirinese: Doctrina & sanctitate conspicuus: *ch' essendo vero, non poteva esser Semipelagiana, ne meno far chiaro e cospicuo il medesimo Santo, anzi denigrarlo ed oscurarlo.*

Bellissume. Divi Cypriani martyris sanctitate & doctrina clarissimi elogium recitat Martyrologium Romanum. Nullum igitur Cypriani doctrina lucis defectum passa est, cum rebaptizandos hæreticos tanto conatu contendit? Breve quidem, sed solidum a Melchiore Cano responsum accipe, quod prolixæ apologiæ loco sit. *Ceteroqui nemo, quamvis eruditus & sanctus, non interdum alucinatur, non alicubi cæcutit, non alicubi labitur. Sanctus vero it fuit, qui credidit ab hæreticis baptizatos esse rebaptizandos: Sanctus fuit, qui in Christi corpore & sensum pœnæ & dolorum fuisse negavit: Sanctus fuit, qui in Chiliastarum dogma descendit: Sanctus fuit, qui viro ob adulterii culpam uxorem repudianti alterum matrimonium concessit: Sanctus fuit, qui animis piorum usque ad diem iudicii veram felicitatem ademit: Sanctus fuit, qui animam hominis ex traduce esse putavit* &c. hæc vir doctissimus libro 7. de Locis Theol. cap. 3. Nonne Massiliæ sancti Cassiani festum solemni pompa die 13. Iulii celebratur? Nonne S. Fausti Episcopi apud Reios extructo templo memoria consecrata est; qui duo tamen fuere Semipelagianæ scholæ magistri? Profecto doctrina Commonitorii S. Vincentii nomen illustrat; catholicæ fidei traditionem & acceptam a Patribus doctrinam, antiqua tantum dogmata recipienda esse demonstrat, profanas vero vocum oovitates fugiendas, quæ omnia veritati consooa sunt. At quod in uno & altero versu oescio quem lucis defectum subierit, in re adhuc obscura ac nondum per apostolicam Sedem io catholico lumine collocata, cum tamen in ceteris nitidissimos veræ doctrinæ radios quaquaversum diffundat, humanæ conditioni condonandum est. Agedum, est ne aliud quidpiam, quod Norisius indictum velit?

Confesso ingenuamente la verità, ch' allora stampai non avendo altro autore da seguitare, che il Vossio. Di poi che son stato impugnato dal Macedo, ricercai altri autori cattolici, e ritrovai il P. Lupo & il P. Frassen Francescano. Ma il primo per favorirmi approvò la mia opinione, & il secondo solamente dice: videtur adhæsisse. *C' è un' altro di più, Basilio Ponzio, ma non fà forza, perchè non nomina Vincenzo Lirinese, e solamente dice:* Cassianus, Vincentius, Faustus; *onde quel Vincenzo non era Lirinese, ma quell' altro autore delle obiezioni chiamate Vincenziane. E ancora che tutti questi affermassero la mia sentenza;* isti qui sunt inter tantos?

Dignum patella operculum! Cum suppositam hanc palinodiam ex putis mendaciis hucusque contexuerit, triplici mendacio eidem colophonem imposuit. P. Lupi volumina aono 1673. ante paschalia festa typis excusa prodiere, eaque secum in Italiam tulit Illustriss. D.

Airoldus Pontificius Interouotius, qui ex Belgio circa paſcha diſceſſit. At Hiſtoria Pelagiana menſe Maio eiuſdem anni adhuc Patavinis typis premebatur. Qui igitur fieri potuit, ut eruditiſſimus P. Lupus ea de Vincentio tomo 4. pag. 757. inſeruerit, ut Noriſio ſuffragaretur, cuius librum nondum viderat? Claudius Fraſſeo inſignis Scotiſta in Academia Scoti tract. 2. diſput. 3. ſect. 1. §. 2. hæc ſcribit: *Vincentius Lerinenſis videtur etiam adhæſiſſe & faviſſe Semipelagianis, cenſeturque ab aliqnibus ſcriptor obiectionum Vincentianarum, quibus S. Proſper reſpondit. Quod etſi cetera taceant, hoc ſufficienter evincit, quod eodem modo Cæleſtini Papæ epiſtolam, qua ſe catholici tuebantur, adverſus catbolicos uſurpare non dubitaverit. Et paulo inferius: urgendo tantopere illud (ſi) non obſcure indicat ſe criminationem Proſperi & Hilarii pro falſa habere.* Audin quid dicat? Teſtatur Vincentium Cæleſtini epiſtolam io ſancti Auguſtini diſcipulos retorſiſſe, ac delationem Proſperi non obſcure falſitatis inſimulaſſe. Cur ergo offucias facis imperitis, ac miſerrimæ plebi, ad quam ſcribis, fabulas vendis.

Sed non minus putidum mendacium eſt, quod de corrupto Poncii teſtimonio commeotatur. Nam hic inſigois Theologus 1. p. Relect. de gratia cap. 4. ioſcripto de errore Semipelagianorum pagina 40. v. 13. ſcribit: *Præcipui inter eos fuere Caſſianus Chryſoſtomi diſcipulus, & a quo ſuos errores de gratia didiciſſe exiſtimant nonnulli, ſed falſo, ut oſtendam poſtea, & Vincentius Lyrinenſis & Fauſtus Reienſis.* En ipſiſſima Baſilii Poncii verba, qui Vincentium Lerinenſem Maſſilienſibus accenſet, ac Lyrinenſem cum y effert. Callide quidem, ſed ſuiſmet impoſturis ſatis accommode pſeudopalinodiam Italice ſcriptam publicaruot. Quis enim e plebe appellata a Noriſio teſtimonia repetat? Hinc fingunt eadem a Noriſio corrupta, cum huius plane criminis illi rei convincantur. At quid promptam horum ad mentieodum audaciam miremur? Nam longe illis facilius fuit unum verbum textui Poncii ſubtrahere, quam tot verba Noriſio per dolum appingere. Ioauditum hercle facinus moliti ſunt; ouſquam enim accepimus, quempiam adducta a ſemet in ſui defenſionem teſtimonia, & quidem ſuæ cauſæ validiſſi-

A me ſuffragaotia abieciſſe. Id tameo ſtoliditatis Noriſio affricant, qui locupletiſſima ac certiſſima Fraſſenii ac Poncii teſtimonia dudum a ſe in iudicio adverſus accuſatorum calumnias appellata, oon ſolum repudiarit, ſed etiam, ne ſibi patrocinari viderentur, ſtulte corruperit. Verum duo ioſuper teſtes audiendi ſunt. Iohannes Garnerius Ieſuita in notis ad Marium Mercatorem diſſert. 1. de Auctoribus hæreſeos Pelagianæ cap. 6. pag. 150. col. 2. confutans doctiſſimi Vignierii opinionem, ſcilicet Fauſtum Abbatem Lerinenſem tum primum
B errores Semipelagianos ſorbuiſſe, cum Iulianus Pelagianorum anteſignanus aono 440. Iralia pulſus, in Lerinum ſe recepit, hæc ſcribit: *Deinde ſi qua Pelagiani erroris fuligo Lerinenſibus adhæſit, ut adhæſit ſane, ea certe non ex Iuliani, ſed ex Caſſiani ſocietate, & multis quidem ante annis, ut ex Commonitorio Vincentii intelligitur, afflata eſt.* Ita vir eruditus in Commonitorio, quod anno 434. a Vincentio ſcriptum fuit, Semipelagianiſmi notas advertit. Huic ſuppar acceſſit P. Paſchaſius Queſnellus p. 2. operum ſancti Leonis magni diſſert. 3. num. 5. pag.
C 410. *Vincentius*, inquit, *Lerinenſis clariſſima etiam Cæleſtini Papæ pro Auguſtino verba ex epiſtola ad Gallos non dubitavit ſancti Doctoris defenſoribus obiicere, tamquam contra eum emiſſa a Pontifice, qui dum ſcripſit*, ut deſinar inceſſere novitas vetuſtatem: *Auguſtinum tamquam novitatis inventorem arguerit &c.* Huius ſcriptoris teſtimooium Noriſius Antonio Magliabeco, viro omni eruditionis genere inſigni ac toto literario orbe celeberrimo, ſe acceptum ſerre teſtatus eſt in epiſtola ad P. Iacobum Florellum Venetum, ſpectatæ probitatis ac
D doctrinæ Theologum meumque inrer paucos amicum. At inquit Impoſtor: *Iſti qui ſunt inter tantos?* Scito non eſſe fungos aut truncos, ſed ſcriptores doctos & eruditos, quorum poſtremo laudati egregie in Pelagianorum rebus verſati ſunt, quibus etiam magnus homo honoris gratia aſſurgat. Scito eſſe teſtes ingenuos, ac procul ab omni partium ſtudio remotos. Scito horum quatuor adhuc ſuperſtites eſſe, iiſque tum ingenium tum ſtylum ſupereſſe, ad ea quæ meo Noriſio ſimilia ſcripſere, defendenda. Haud opus eſt mitti in præteri-

teritum diligentiam curiosam; cum intra proxime elapsum triennium quinque insignes scriptores in eamdem de Vincentio Lerinensi sententiam conspirarint. I nunc, & Norisium tot licet locupletissimorum testium præsidio suffultum, pannico tamen timore percussum, palinodiam canere tibimet fingito, eamque extra sapientium chorum, apud ignaram rudemque plebeculam, Italica lingua, prælargo anhelante pulmone, ad ravim canta ac recanta; immo per me etiam crepa.

Sic cuculus cuculat, fritinit rauca cicada.

Ex his satis superque, lector optime, intelligis, quantas hic mendacissimus fictæ palinodiæ artifex insidias fecerit; in quo pudorem ac conscientiam, immo etiam mentem desideres, dum retractationem fabularem usque ad derisum & ineptiam Norisio imposuit. Equidem nescio, quo malo fato hic scriptor in eiusmodi genus hominum inciderit, quos tanta contra illum invidia mordet, ut cum eamdem per biennium innumeris scriptiunculis haud quaquam exhalare potuerint, ipsummet censorias sibi manus inferentem inducunt, ut idem, quem tot hucusque qua occultis, qua apertis conatibus deiicere pertentarunt, sua ipsius dextera cadere videatur. Iam profana tribunalia adierant; iam sacros iudices repetitis accusationibus fatigaverant; iam formidandum mortalibus Christi iudicium appellaverant: sed cum nusquam sibi causa adiudicaretur, proximam & compendiariam, ad eamdem obtinendam, viam inire destinarunt: hanc ipsam, quam confutavi, palinodiam sub Henrici Noris nomine vafre ac malitiose publicantes. Quotus quisque enim est, qui non statim reum esse illum iudicet, qui ultronea criminis confessione, vel silente iudice, in semet sententiam pronuntiat? Immo eo consilio suppostitiam illam retractationem Italico idiomate concinnarunt, ut plebeius quisque intelligeret Norisium tota plane causa cecidisse, ac dein contra eumdem plebiscitum conderetur, in quo ipsi postea plebeium, quem unice aucupantur, triumphum canerent. Porro ad aniles hasce nugas miseri homines descenderunt, cum ægre ac moleste ferrent Norisii libros per manus oraque hominum volitare, eorumque iam latius invalescentem famam in remotiores literarii Orbis plagas extendi, nec ulla adhuc censura publica coerceri. Enimvero cum Noris volumina apud sacrum Romanæ Inquisitionis tribunal accusaverint, cur Romanæ censuræ exitum taciti interim ac quieti non opperiuntur? cur tot subinde accusationibus terræ cælique tribunalia pulsant? cur tantam chartæ ac pecuniæ in edendis tot libellis, tot pagellis, quæ turis ac piperis sint cuculli, iacturam faciunt, & stridulos reverendi illius, quem honoris ac humanitatis gratia non indigito, typos obtundunt? Equidem pol credo Norisium ea mente compositum esse, ut plurimum S. R. E. pietati se debere intelligat, quæ innumeris orthodoxi Orbis cutis districta editi ab ipso voluminis correctionem in minimam earumdem partem asciverit. Profecto summæ eidem gloriæ vertetur, Romanæ Ecclesiæ magisterio didicisse, ac errores, in quos incautus forte deciderit, Pontificio oraculo præmonente cognovisse. Decet virum, qui doctrina æque ac vitæ instituto Augustinianus & esse & haberi velit, eximium Doctorum Summi erga apostolicam Sedem obsequium imitari. Nam cum Augustinus quatuor contra Pelagianos libros Bonifacio Pontifici nuncuparet: *Hæc*, inquit, *quæ istis, ut dixi, duabus epistolis illorum ista disputatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem, non tam discenda, quam examinanda, & ubi forsan aliquid displicuerit, emendanda constitui*. Itaque Norisius & moderate & prudenter se gerit, dum ad Romani iudicii exitum, nequicquam bambante adversario, vocem suspendit, ac post siparium silet; quamvis illum Momus annosus, pannosus, clamosus, in alieno socco mimum in scena ludere, ac insulsam ineptissimæ palinodiæ fabellam cotam plebe recitare comminiscatur.

RESPONSA
P. FRANCISCI MACEDI

Minoritæ Lusitani, Magistri Conimbricensis, Lectoris sui Ordinis Iubilati, Professoris Publici Patavini, Exlectoris Regii Madriti, Pontificii Romæ in alma Sapientia, & in Collegio de Propaganda Fide, Exqualificatoris Sancti Officii Romani, Concionatoris, & Consiliarii Regis Christianissimi, & Serenissimi Lusitaniæ Regis Historiographi Latini, Veneti Civis, & XLVII. librorum editorum, maiorum, minorum, & aliorum plurimorum libellorum MSS. Auctoris &c.

ADVERSUS

GERRAS GERMANAS
GERMANITATUM

Cornelii IANSENII & Henrici NORIS

COLLECTA

AB

ANNIBALE RICCIO

Veneto Sacræ Theologiæ Baccalaureo.

PRÆFATIO.

Postquam una & altera advocatione Henrici Noris causam cum fideliter, tum constanter propugnavi, decreveram eamdem eruditorum iudicio dimittere, ne cum larvatis hominibus, qui sub mentito nomine longiorem eidem litem intentant, depugnans, non mediocrem temporis, quod gravioribus studiis longe laudabilius impendendum foret, iacturam subirem; præsertim cum vitiligatores dicacissimi nullum umquam calumniandi finem faciant, ut vel ex ipso tumulo, cui iam proximi iacent, accusationem restauraturi videantur. Enim vero cum Norisii volumina sacris, qui Romæ sedent, iudicibus criminati essent, sperabam fore, ut interim taciti ac quieti abs se postulati iudicii exitum opperirentur. At illi, sive quod diuturniores Romanæ censuræ moras fastidirent, sive quod dubia hominum iudicia, quamvis toties appellata, perosi essent, causam ex integro ad formidandum Christi tribunal detulerunt, hoc plane titulo accusationis libello præfixo: *D. N. IESU CHRISTO CRUCIFIXO*.

Et vile telum est: ima quod tellus creat:
Cælo petam.

Quis mehercle hominum audaciam non miretur, quos nec piget, nec pudet terribile ac tremendum Dei iudicium adire, cuius vel sola cogitatio sanctissimis quibusque viris tantum terroris incussit, ut palam testati sint, malle se in remotissimis speluncarum recessibus latebras quærere, immo vel ad remota inferorum claustra detrudi, quam formidandi iudicis aspectum sustinere. Unus idemque Proteus varios subinde cucullos induens, multas criminantium personas cum regione distantes, tum instituto discordes, adumbrat, ut accusatorum numero insultet, ac maiorem invidiam Norisio creet, quem tot ubique gentium scriptores oppugnant. Enim vero ex Sarmatia Risbrochium, ex Germania Hausenum, ex Italia nescio quem Guidicciolanum in scenam produxerunt. Putabam fabulam peractam, ac cum risu iam plaudere incipiebam, cum de repente e sipario prodit Humbertus Carthusiensis, ac quartam scenam loquacissimus implet. Crederes Castoris illum ac Pollucis, vel Plautinam Menæchmorum fabulam recitare; nam Germanitates Iansenii ac Norisii quam simillimas ludit. Cuias vero sit iste Humbertus, nescio; hoc plane scio plerosque emunctæ naris lectores, ubi primum illas Germanitates typis excusas videre, constanter affirmasse easdem id sapere, quod T. Livii historiæ Asinius Pollio exprobravit. Ita homines importuni, garruli, contentiosi ex ipsis silentibus religiosæ solitudinis cellulis Ascetam taciturnitati unice devotum extrahunt, suos illi soccos impingunt, ac in publico literarii Orbis theatro coram iudice Deo mille mendaciorum plaustra eructantem inducunt. Etenim ut Iansenii ac Norisii Germanitates quam germanissimas obtrudant, ac

Non minus similes, quam lacti lac si conferas,

hic mei Norisii verba mutilant; hic de suo periodos augent; alibi sententias invertunt; omnia denique mala arte susdeque confundunt; & quod furori proximum est, hocce commentitium opus Christo Domino nuncupare

pare non erubescunt. Itane, Pseudo-Humberte, tanta te audacia transversum egit, ut mentito nomine ac cum tam putido mendaciorum ac præstigiarum apparatu ad divinum tribunal adire non extimueris? Credin te fallere posse Deum? Non est hic animus tuam illam nuncupatoriam epistolam in examen vocare, unam & alteram eius periodum levi brachio perstringam. His Christum alloqueris: *Tu scis, Domine, me esse indoctum, & magis deditum lectioni librorum spiritualium, quam scholasticorum*. Qua ergo fronte ad Germanitatem II. testaris, Norisium scribere *contra communem sententiam Theologorum scholasticorum*? Omnium igitur Theologorum tum veterum, tum recentium volumina mole prægrandia, multitudine pæne innumera evolvisti, ut tanto oris hiatu ea, quæ proxime adduxi, coram Deo verba eructares. Rursus Christum compellans, *Scis*, inquis, *meam in citando fidem & in referendo sinceritatem*. Cum tam falsus in citando sis, cave ne quispiam non bene erga te animatus quam fidem ac sinceritatem vocas, perfidiam ac vafritiem appellet, mihi enim decretum est amarioribus dictis abstinere, neque quid te audire, sed quid me dicere deceat, considerare. Quod vero intelligo methodum, qua nuper in Baianis parallelis confutandis usus sum, nempe unius P. Macedi testimonio adversus illatas Norisio calumnias appellato, plerisque viris eruditis mirifice placuisse, eamdem plane inpræsentiarum defensionis viam, uno Macedo duce, calcabo. Hac enim ratione spero fore, ut bonum illum Senem demerear, nam quidam qui Rhinocerotis nasum iactant, cum scirent Macedum ac Norisium adversis secum invicem scriptis depugnasse, ipsum Macedum harum Germanitatum parentem non uno loco publicarunt. At mehercle numquam virum vitæ integrum ac sceleris purum, tanto crimini obnoxium affirmare ausim; ut volens ac sciens, ore plane infrunito, ipsi quem alloquitur, Christo mentitus sit, conatus eas sententias, quas suis in libris & solide & erudite dudum tradidit, in Ianseniani erroris suspicionem adducere. Immo hanc Macedi ac Norisii fiduciam habeo, ut ubi se tam concordi sententiarum affinitate coniunctos viderint, veteris necessitudinis ob literaria quædam diffidia aliquantisper sopitæ memoriam refricent, ac arctioribus amicitiæ vinculis iterum, me auctore, iungantur. Itaque spuriis hisce Germanitatibus pigmenta detraham, fucum abradam, suum Iansenii affectionibus, suum Norisii sententiis vultum Macedi manu restituam.

GERMA-

GERMANITAS I.

Circa vituperationem Theologiæ ſcholalaſticæ.

Ianſenius lib. Proæm. cap. 3. pag. 3.

Non eis, *inquit*, cura eſt quæ eſſe deberet, quid vel ſcripturarum ſacrarum auctoritas, vel veneranda Patrum caoities conſulta reſpondear: ſed ſtatim ad Philoſophiæ præſidium velut adomnium ſolutionum armamentarium ſeſe conferunt, atque eius regulis tamquam ſacroſanctis myſteriorum altiſſimorum momenta metiuntur. *Et infra*. Nempe de rebus iſtis Theologicis pleriſque valde arcanis homines Ariſtotelicis diſcipliois inſtructiſſimi ſecure & magiſtraliter diſputant. *Et in fine capitis col.* 2. Semper enim Philoſophia quemadmodum mater hæreticorum fuit, ita rerum divinarum arcanis definiendis adhibita mater errorum eſt.

Cap. 6. pag. 6. col. 2. Perſpicuum eſt quam parum huiuſmodi rariocinationes philoſophicoſcholaſticæ ad inveoiendas divioas veritates faciant.

Cap. 8. pag. 8. col. 2. Cur plerumque diſſentiunt ſcholaſtici & a magiſtris diſcipuli & inter ſe diſcipuli, niſi quia ut homines humanis ſenſibus & humanis ratiocinatiooibus ex Philoſophorum principiis iſta quærunt, ut ſane tot altercationibus atque diſſenſionibus philoſophorum aotiquorum ſæculum, quorum principia ſibi a teneris propinata imhiberuot & veſtigia terunt, revixiſſe videaur.

Ibid. paulo poſt: Enim vero quis ſano iudicio dubitare, poſſit pleraſque notitias genuine ſcholaſticas non niſi putas abſtractiones eſſe, depuratasque Ariſtotelicæ Metaphyſicæ deliquationes. *Et cap. 9. pag. 10. col.* 1. Diſcrimeo magnum aperitur inter modum, quo Spiritus Sanctus divinarum rerum ootitiam per os Eccleſiæ ſuæ diffundit uberiorem, & eum, quo ſcholaſtici multi eamdem illam cognitionem per quæſtiones ſuas ſine termino mulriplicatas extendunt. Spiritus enim Dei per os Eccleſiæ vix niſi cogente hæreticorum petulantia hoc facit, quorum inſultatio non aliter compeſci poteſt. Scholaſtici vero nulla neceſſitate compulſi, ſed ſola plerumque quidlibet indagandi & re-

Noris in Vindic. Auguſt. pag. 891. lit. C.

Sectatores ſcholaſtici cum certatim diligentiorem operam in ſectæ patrono legendo ponere ſtudeant, ſuo tamen plus nimio ingenio indulgentes, diverſa docendo magiſtros in contradictionis ſuſpicionem trabunt. Et pag. 892 lit. A. *Diverſæ ſcholarum ac doctorum factiones Auguſtini doctrinam in contrarias partes dilaniarunt*. Pag. 934. lit. A. *Scio pleroſque ſcholaſticos ab Auguſtini ſententia receſſiſſe. Illi autem iuxta Ariſtotelis Ethicam de virtutibus diſputarunt, cum tamen philoſophos humanæ naturæ debilitas eu originali labe derivata latuerit, ac in ſummi boni cognitione longius a veritate exorbitaverint.*

Pag. 947. lit. A. *Rem gratam me facturum arbitror, ſi oſtendero ſcholaſticorum pleroſque in opiniones quaſdam deſcendiſſe, quæ Pontificum Romanorum, Synodorum, ac Patrum ſtatutis plane adverſantur*. Pag. 892. lit. D. *Sciunt de Auguſtini ſententia Theologos inter ſe digladiari, at ii ipſi certatim ſacras literas ſibi faventes producunt, neque minori contentione de Scripturæ, quam de Auguſtini ſenſu decertant.*

Pag. 961. lit. A. *Scholaſtici eu manca Pelagianæ hareſeos notitia uti a recepta antiquitus ſententia receſſerunt, ita illorum plerique in quibuſdam cum Pelagianis convenere.*

Er pag. 960. lit. D. *Et quidem veteres Pariſienſis ſcholæ doctores eum ſumma ingenia ſcholæ ſubtilitatibus devoviſſent, parum fuere in Synodorum ac Patrum lectione verſati. Hinc eruditionis defectu quaſdam opiniones obtruſere, a quibus antiquioris Eccleſiæ magiſtri longius diſtarunt.*

Et pag. 974. lit. B. *Hæc itaque antiquæ Eccleſiæ ac ſanctis Patribus de infantium pœnis ſententia ſtetit, donec poſt ducenteſimum ſupra milleſimum annum Chriſtianæ epochæ, novæ opiniones a ſcholaſticis procuſæ ſunt, qui ſi in Patrum voluminibus tantum ſtudii ac laboris poſuiſſent quantum Ariſtoteli explicando impendere, profecto ſancti Auguſtini ſententiam non obduxiſſent, neque eorum plerique Pelagianorum opinionem, quod ad naturalem illam puerorum beatitatem attinet, hominum mentibus tam alte infixiſſent*. Pag. 982. lit. B. *Solent quærere ſcholaſtici an pueris pœna da-*

resolvendi cupiditate. *Et in fine capitis*: Apud scholasticos plerosque in confesso est difficillime aut nullo pacto fieri, ut qui in scholastica Theologia præcelluerit, in positiva, quam vocant, simul primas ferat.

Tandem cap. 10. *pag.* 11. *in fine*: Ex puris philosophiæ Aristotelicæ principiis tota hæresis Pelagiana & Semipelagiana fabricata est.

damni tristitiam incutiat? Respondent scholarum principes nulla tristitia pueros affici. Pudet me ex Augustino nonnulla recitare; etenim inde palam fiet tam procul ab Augustini sententia abiisse, quam prope ad Pelagianorum paradoxa accesserunt.

RESPONSIO P. MACEDI.

Nihil eorum, quæ Norisius dixit, in reprehensionem ab hoc Parallelista vocatur, quod non ante suis in libris Macedus docuerit. Hoc adductis illius testimoniis sub oculis ponam. Et quidem scholarum factiones sancti Augustini doctrinam contrarias in partes dilaniasse tradit his plane verbis Macedus tom. 2. Collat. 10. diff. 3. sect. 2. pag. 343. ubi recitatis sententiis Thomistarum, Iesuitarum, ac Iansenianorum de adiutorio *quo & sine quo non* ait: *Ex eorum inter se concertatione factiones sunt exortæ, quæ Augustini mentem lacerarunt. Nam cum opiniones in sectas degenerant, necesse est ut de quo disceptant, id omnino discerpatur ac dissipetur*. Legatur præfatio eiusdem Macedi ad librum de Mente Innocentii contra quinque damnatas propositiones Iansenii. Quod vero in quæstione de potentia naturæ humanæ circa virtutes assequendas plerique scholastici iuxta Aristotelis Ethicam disputarint certum est; cum alii iuxta sancti Augustini dogmata asserant, naturam humanam peccato originali fuisse in naturalibus læsam, ac proinde seclusa divina gratia, nullum opus moralis virtutis posse elicere. Hæc Macedo sententia stetit libro 4. de Clavibus cap. 9. Hinc Gaspar Casalius *Episcopus Leyrensis*, ut ait Macedus Collat. 10. differ. 2. pagina 578. *Ordinis sancti Augustini, unus Patrum concilii Tridentini, præstantissimus Theologus*, idem argumentum versans libro 1. de Iust. quadrip. cap. 21. ait: *Nec solum Platonem in illis verbis perstrinxit Augustinus, sed & Platonicos omnes & Peripateticos, atque multos alios Philosophos multosque nostrorum Theologorum, qui eodem modo simul cum Platone sapiunt, vel sapere videntur*. Id non semel ibidem repetit. Quæ Parallelista ex pagina 974. 960. & 947. Vindiciarum recitat, disputationem de pœnis parvulorum tangunt; ubi non omnes scholasticos Noris reprehendit, sed *plerosque* appellat. Ea vero quæ illis obiicit, ad oculum probat, cum ex Patrum testimoniis res deducatur. Quidam scholasticorum naturalem beatitudinem pueris promittunt. Audi quid de his censeat Macedus Collat. 8. tomi 2. diff. 5. sect. 3. pag. 463. *Ego certe hanc opinionem ferre non possum, quod videam adversari Scripturis & Patribus, immo & rationi*. Et Bellarminus lib. 6. de Amiss. grat. & statu pecc. cap. 2. ait: *Atqui hæc est ipsa hæresis Pelagiana*. Macedus cit. pag. 462. col. 1. hosce scholasticos *deteriores Pelagio philosophos* vocat. Hos paucos vero obtrusisse opiniones quasdam sanctis Patribus contrarias, ac ex manca Pelagianæ hæreseos notitia quosdam ad Pelagium accessisse, extra dubium est. Nam Durandus ac Rubion 2. sent. d. 30. dicunt peccatum originale non esse maculam intrinsece reddentem pueros peccatores, & Durandus id ex Aristotele probare conatur iis plane argumentis, quibus Iulianus contra catholicos utebatur. In eo etiam argumento Catharinus ac Pighius misere alucinati sunt; hinc Vasquez 1. 2. disp. 22. cap. 2. ait: *Mirandum est viros doctos & pios aut hæresim Pelagii ignorasse, aut ab ea non discessisse*. Et Macedus Collat. 7. cit. sect. 2. pag. 389. *Quæ sententia communiter improbatur, quod tollat veram rationem peccati in parvulis, & cum Pelagii errore consentiat*. Denique nobiles scholastici dixere parvulos nulla tristitia affici ob amissam gloriam, quam sententiam fuisse etiam Pelagianorum tradit sanctus Augustinus libro 3. Oper. imperf. cap. 99. & alibi. Hinc Bellarminus laudatus cap. 3. oppositum probat *propter auctoritatem sanctorum Patrum Augustini, Fulgentii, Gregorii, & aliorum, quos nonnulli etiam scholastici Theologi secuti sunt*. At Iansenius totus in eo est ut scholasticos penitus pessundet; passim & ubique illos ignorantiæ, erroris, alucinationis carpit, ac antiquæ veluti fi-

dei

ācti destructores vellicat, ut plane non mirari non possim quædam verba, quæ Norisius uno tantum & altero loco de quibusdam scholasticis cursim ac breviter dixit, in crimen adduci, ut initi cum Iansenio adversus scholasticos fœderis reus arguatur.

GERMANITAS II.

De doctrina Iansenii & Noris circa adiutoria gratiæ.

Desumpta ex libro singulari de Gratia primi hominis & Angelorum & libro 3. de Gratia Salvatoris Iansenii; & ex lib. de Hist. Pelag. In Vind. August. c. 3. §. 6. Henrici Norit.

Iansenius in his libris proponit differentiam illam gratiæ excitantis & actualis Adam in statu innocentiæ & eiusdem gratiæ in statu naturæ lapsæ, & agit de duobus adiutoriis *sine quo non & quo*. Primum assignat Adamo innocenti & Angelis. Secundum attribuit Adamo in statu naturæ lapsæ, & exponit hæc adiutoria tradita ab Augustino lib. de Corrept. & grat. eodem prorsus modo, quo Henricus Noris proponit & exponit.

Primo Iansenius in eo lib. cap. 3. affirmat nullum fuisse motum concupiscentiæ ante actum voluntatis malum deliberatum in statu innocentiæ in Adamo contra commonem sententiam Theologorum scholasticorum, & ponit exemplum in manducatione pomi vetiti adducta auctoritare Augustini lib. 1. Operis imperfecti fol. 103. quæ talis est: *Non itaque ibi qualiscumque cupiditas qualicumque reluctata est voluntati, sed ei potius depravata servivit. Ac per hoc quamvis iam utraque mala esset, tamen voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit, nec præcessit voluntatem, nec restitit voluntati*. ita Augustinus.

Iansenius pag. 35. col. 2.

Nullus cuiuscumque appetitus sive corporalis, sive spiritualis motus, cum quo resistente pugnare potuisset, voluntatem numquam surgendo præcedebat, vel quando voluntate iubente surrexerat, nutum eius vel ad latum unguem non excedebat, sed in omnibus eam obediendo sequebatur. Ex quo fiebat ut (quidquid in contrarium non pauci recentiores dicant) ne quidem voluntas sollicite vigilare cogeretur, ne cupiditatis alicuius motus obreperet. Hinc Augustinus de cupiditate cibi vetiti loquens: *Non itaque*, inquit, *ibi qualiscumque cupiditas qualicumque voluntati servivit, ac per hoc quamvis iam utraque mala esset, tamen voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit, nec præcessit voluntatem, nec restitit voluntati*.

Noris in Vind. pag. 919. §. Iulianus.

Arguit, quia concupiscentia fuit ante peccatum, ideo enim Adam peccavit, quod appetitus sensitivus eiusdem vetitum fructum concupivit. Respondet Augustinus pagina 920. lit. B. *ibidem negando in terrestri Paradiso actum concupiscentiæ præcessisse actum voluntatis comedendi pomum vetitum. Do eiusdem verba*. Præcessit, *inquit*, mala voluntas, qua serpenti subdolo crederetur, & secuta est mala concupiscentia, qua cibo inhiaretur illicito, ac per hoc quamvis iam utraque mala esset, tamen voluntas cupiditatem duxit, nec præcessit voluntatem, nec restitit voluntati.

RESPONSIO P. MACEDI.

Antequam docti nostri Senis responsum recito, Augustinus audiendus est. Hæc docet S. Pater lib. 4. Oper. imperf. cap. 27. *Alii sunt sensus carnis, quibus caro præsentia corporalia spiritui quodammodo nuntiat, & alii sunt carnalis concupiscentiæ motus, quibus caro adversus spiritum concupiscens in quæque illicita atque inhonesta præcipitat, nisi adversus eam etiam ipse spiritus concupiscat*. Itaque quamvis pomum esset *pulchrum oculis aspectuque delectabile*, nulli tamen motus primo primi in appetitu sensitivo Adæ insurrexere, contra quos spiritus concupiscere cogeretur, alias discordia in utroque appetitu fuisset ante peccatum. Hinc cum Iulianus apud

S. Doctorem lib.6. Operis laudati cap.14. opponeret eum fuisse Adamum, *quem rei interdictæ & venustas irritabat & suavitas*, respondet: *Nos autem dicimus tam beatum fuisse illum hominem ante peccatum tamque liberæ voluntatis, ut Dei præceptum magnis viribus mentis observans, resistentem sibi carnem nullo certamine pateretur, nec aliquid omnino ex aliqua cupiditate sentiret, quod nollet; voluntatemque eius prius fuisse vitiatam venenosa persuasione serpentis, ut oriretur cupiditas, quæ sequeretur potius voluntatem, quam resisteret voluntati.* Quare eum, primum Adam tentanti eredidit, cupiditatis motus primo erruperunt; hinc iidem inter pœnas peccati originalis a Theologis numerantur. Audiatur sanctus Thomas in cap.8. epist. ad Rom. lect. 1. *Primi motus*, inquit, *in infidelibus, ex eo quod procedunt a peccato originali, non afferunt damnationem peccati mortalis, sed originalis.* Hinc iidem Theologi negant motus primo primos fuisse in Christo Domino, ut patet ex Suario disp. 34. de Incar. sect. 1. ubi etiam affirmat in statu innocentiæ nullos futuros fuisse motus primo primos rationem prævenientes. Unde Thomistæ recte tradunt nullum peccatum ab Adamo committi potuisse per subreptionem; quia hæc fit motibus primo primis appetitus sensitivi eum impetu tendentis ad obiectum delectabile præveniendo rationem: quæ plane est definitio motus primo primi concupiscentiæ. Hosce motus egregie excludit ab Adamo P. Macedus tomo 2. Collat. 8. differ. 1. sect. 3. pag. 409. col. 2. *Addito vero*, inquit, *dono integritatis illa subordinatio transiit in subiectionem servilem, parente omnino appetitu sensitivo ad nutum rationis, ut nihil aut præter eam, aut contra eam moveret, sed prorsus in illius potestate esset, eiusque imperio obediret, quod Augustinus optime declaravit exemplo eius partis, in qua est libido, ut etiam illa, sicut ceteræ partes & membra corporis, in potestate voluntatis esset, ac imperium rationis iubentis vetantisque exspectaret ac sequeretur.* Et pag. 411. col. 2. *Invenit* donum integritatis status innocentiæ *appetitus diversos & suspectos ex diversitate; fecit concordes, & sustulit suspicionem remota cupiditate, & aditus omnes intrinsecos ad erumpendum motibus, qui exurgere præter rationem possent, præclusit.* Itaque donum innocentiæ Adamo collatum motibus primo primis præter rationem erumpentibus aditum præclusit. Hi sane tollunt perfectam subordinationem partium inferiorum respectu rationis; sunt incentiva discordiæ inter utrumque appetitum; & si non rebelliones, tumultus sane cient, contra quos ratio sollicita cura cogitur vigilare. Pomi vetiti pulchritudo ita sensum delectavit, ut hic, teste Augustino, eamdem rationi proponeret *nuntiando*, non eamdem motibus primo primis appetitus sensitivi eum impetu ad concupiscendum trahendo, unde ratio inimicis hisce titillationibus obsistere cogeretur. Ex his patet Parallelistam minus recte eam sententiam in erroris suspicionem vocasse.

PARALLELISTA.

Quoad primum.

Secundo principaliter concordant Iansenius & Noris in doctrina de duobus adiutoriis gratiæ *sine quo non* & *quo*: ac eodem modo illa exponunt.

RESPONSIO P. MACEDI.

Edidit hic Auctor anno 1654. Londini volumen, quod *Scrinium D. Augustini* nuncupavit, in quo de dupliei illa specie adiutorii *sine quo non* & *quo* egregie disputavit, cuius fere partem iterum tomo alteri suarum Collationum inseruit. Quam vero Macedo similiter Noris loquutus fuerit, ex illius testimoniis mox laudandis apparebit. Itaque Collat. 7. differ. 3. sect. 4. pag. 250. scribit: *Ægerrime hanc divisionem auxiliorum nuperi quidam Theologi ferunt ob duas potissimum rationes. Prima est, quod eam adversarius*, nempe Iansenius, *ad nauseam usque inculcat; perinde ac illa totius Augustini de gratia doctrinæ clavis & filum sit. Secunda, quod ille in iis exponendis duos præcipue errores admisit* &c. nempe adiutorium *quo* necessitare voluntatem; adiutorium vero *sine quo non* fuisse tantum in statu innocentiæ, nec ulli dari in statu naturæ lapsæ. Et statim nominatis quinque Scriptoribus Iesuitis, qui contra laudatam utriusque adiutorii divisionem scripsere, hæc ibidem addit: *Laudo studium emendandi vitia, sed video eos non vitia solum hominis insectari, sed doctrinam*

ctrinam quoque Augustiai nimio adversariam impugnandi ardore elidere; aam eo impagnando progrediaatur, ut nolint quicquam reapse inter ea adiutoria interesse, atque adeo velle prorsus coafundere, quemadmodum post apparebit. Equidem adversarium peccasse non credo in eo quod censuit, rectam huiusmodi divisionis adiatoriorum intelligentiam clavim & filum totias Augustinianæ de gratia doctrinæ esse. hæc Macedus.

PARALLELISTA.

Et quamquam in ea non contineatur error, tamen est contra scholam Thomistarum & Scotistarum, quia Thomistæ negant adiutorium illud *sine quo noa* tale esse, quod describitur a Iansenio, quia tollit *prædeterminationem causarum secaadaram a Deo*, uti late probat Ioh. Baptista Gonetus insigois Thomista tom. 9. de Grat. disp. 5. §. 3.

RESPONSIO P. MACEDI.

Is Collat. 7. laudata in titulo sectionis XI. pag. 377. scribit: *Quid sentiat schola Thomistica de hac distinctione adiatorii sine quo non & qao*: addit statim ibidem: *Thomistis non arridet, quia adiutorium* sine quo non *videtur auferre physicam illam suam prædetermiaationem... Verum cum videam eos non acquiescere huic Augustini divisioai, eamque, at suam tueantur sententiam, velle evertere, quamquam satis ea divisio sit a nobis modo coafirmata, operæ tamen pretium duco, eamdem coatra obiectioaes Thomistarum defendere & vindicare. Et at certum mihi adversarium sumam, in quo veluti summa certaminis sit constitata, propter hominis acumen & eruditionem, volo cum eo coateadere. Is vero est P. Ioh. Baptista Gonetas, vir sane doctas & hoc tempore celeberrimas.*

PARALLELISTA.

Scotistæ etiam negant illud genus adiutorii, quia volunt, ut causæ secundæ etiam liberæ ita subordinentur Deo, ut ab illo determinentur, salva semper libertate, quam omnes conservant.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hæc tradit ibidem pag. 383. col. 1. *Nostroram Scotistarum pauci de hac divisione adiutorioram tractarunt: quod ii ad meatem Scoti eruendaa & interpretandam inteati, minas de Augustino cogitaruat. Saat tamea qui eam viderant & notarunt, qaalis est Hiqaæus* &c. *Sed aemo melius quam Theodorus Smising de iis dispatatioaem iastituit.* Et producit huius auctoris testimonium de duplici illo adiutorio sibi ae Norisio plane conforme.

PARALLELISTA.

Negaot item Patres Iesuitæ, qui illam divisionem expositam a Iansenio & Nori communiniter reprobant, quales sunt Petavius, Annatus, Moraines.

RESPONSIO P. MACEDI.

Providisse, inquit, *Deum, ut quoniam ea divisio adiutoriorum in eas duas formas* sine quo non & quo *noa placuit Patribas Societatis Gallis, ea magnopere placaerit Patribus eiusdem Societatis Hispanis, quod sane scita est iucandum & aotatu dignum: ut Hispani adversus Gallos seatirent, & quod armis soleat, id pennis facerent, & iater se se dimicareat. Quare Patribas Dionysio Petavio, Antòaio* (voluit dicere *Stephano*) *da Champ, sive Richardo* (*idem est quippe*), *Antoaino Moraines, sive Iohaani Martinoao, & Thomæ Augustino, sive Petro* (debuit scribere *Iohaaai*) *Bagocio* (*placuit enim iis dissimulare nomiaa*), *& Francisco Annato Gallis opponimus Patres Franciscum Saarez, Gabrielem Vasquez, Luisum Tarriaaum, Antoaium Perez, Didacam Ruiz de Montoia Hispanos, qaorum telis tela refutemas, & divisionem traditam sustineamus.* Hæc ille Collat. 7. differ. 3. sect. 2. pag. 382. col. 2. & 3.

PARALLELISTA.

Quoad primam conditionem adiutorii sine quo non, *idest flexibile pro arbitrio voluntatis.*

Ianseaius lib. de Geat. primi hom. cap. 14. pag. 60. col. 2.

Ita videlicet ut illud adiutorium plenam permanendi potentiam seu sufficientiam

Noris. In Vind. cap. 3. §. 6. pag. 1002. lit. C.

Hoc adiutorium dicitur sine quo non, *non* quo. *Nam Adam illo adiatorio posito aon statim*

tiam largiretur ſine qua permanere non poterat, non tamen tribueret uſum illius adiutorii, ſeu ipſam permanendi voluntatem, utpote quæ in ipſius libero relinqueretur arbitrio, a cuius liberrimo flexu & nutu Deus pendere voluit, ut illo adiutorio uti vellet aut nollet. *Idem tradit Ianſenius per totum reliquum librum, & multis aliis locis, præſertim de Gratia Salvatoris.*

statim operabatur, sed cum volebat eodem semper præsente poterat operari. Nam primo illo adiutorio oſtenſa eſt potentia liberi arbitrii, nam ut antea præmiſerat Auguſtinus, Deus illud adiutorium reliquit in eius libero arbitrio, & ut ait lib. 3. Oper. imperf. cap. 12. rectorem habebat, quem libero reliquit arbitrio. Scribit enim Auguſt. cap. 11. lib. de Correp. & Grat. Quod desereret, cum vellet.*

RESPONSIO P. MACEDI.

Poſt Ianſenium & ante Noriſium idem docuerat Macedus in Cortina, in Scrinio, & tomo 2. Collationum, in quarum VII. differ. 3. de adiutorio *ſine quo non* initio ſectionis 8. pag. 364. col. 2. hæc habet. *Illud adiutorium in ſtatu naturæ integræ erat ita accommodatum voluntati, ut in eius eſſet poteſtate, nec ei daret actum, ſed præpararet ad illum, ac poſſe conferret: quia ſine illo non poterat agere arbitrium; at eo accepto poterat ſe determinare ad agendum, utens illo pro ſua virtute, quæ cum eſſet intrinſece ſana & recta, concurrebat cum illo adiutorio excitante quidem, ſed minime præmovente aut inclinante; ſed eam ſolum leviter afficiente, ac eam indifferentem omnino relinquente, ut cum integro ſui dominio gratiam haberet in poteſtate, quæ ipſius motum arbitrii exſpectaret & ſequeretur.* Et pag. 363. col. 1. *Illa phraſis quadrat in adiutorium* ſine quo non, *quod ait Auguſtinus eſſe in poteſtate arbitrii; eo enim arbitrium pro ſuo libito, dominantis more, utitur, vel non utitur, ita ut operatio ſecuta libero arbitrio tribuatur, quemadmodum nos multis antea diximus.* habes pleniſſimam Macedi cum Noriſio conſonantiam.

PARALLELISTA.

Quoad ſecundum. Quod ſemper præſto erat Adamo.

Ianſenius lib. 2. de Grat. primi hominis cap. 13. pag. 58.

§. Hoc ergo. Non defuturum cum opportunitas exercendarum actionum poſtulabat. *Et iterum.* Docet Auguſtinus iſtud adiutorium Angelis & hominibus ante lapſum nullo modo deeſſe potuiſſe.

Noris ibid. pag. 1002. lit. C.

Illud adiutorium ſemper præſto erat Adamo. Et rurſum ibid. *Hinc factum eſt, ut Adamus gratiam illam habuerit pro omnibus & ſingulis momentis ſibi inhærentem.* Et: *Cum ex inhærente divino eoque iugi adiutorio in quolibet momento potuiſſet Adam legem implere.*

RESPONSIO P. MACEDI.

Hoc quadrat, inquit, *in adiutorium gratiæ Adami ſine quo Adamus perſeverare non poſſet. At ſi nollet accipere, non perſeveraret. Nam illa gratia erat in manu Adami poſita, eius nutui intenta præſto erat, ſi vellet uti: non incitabat, nec trahebat voluntatem, aderat, offerebat ſe, & exſpectabat placitum voluntatis.* tomo 2. Collat. 7. differ. 3. ſect. 1. pag. 341. col. 2.

PARALLELISTA.

Quoad tertium. Quod Adam non indiguerit oratione ad ſervanda præcepta.

Ianſenius lib. 3. de Grat. Chriſti Salvat. cap. 4. pag. 104. col. 2.

Inde eſt, quod Auguſtinus quando Adamo ſtanti tale adiutorium adeſſe ſtatuebat, etiam orationes pro faciendi poteſtate & actione ſubtraxit. Quæ illi abundantia erat, quando conſtitutus eſt homo in paradiſo, quando nihil illi deerat, quando Deo fruebatur. *Et inferius:* In paradiſo non clamabas tamquam indigus;

Noris in Vindic. cap. 3. §. 6. pag. 1002. lit. B.

Adam, inquit, *habuit auxilium ſufficiens proxime ad obſervationem cuiuſcumque præcepti in omnibus & ſingulis occaſionibus & inſtantibus.* Et infra: *Hinc factum eſt cum Adamus gratiam illam habuerit pro omnibus & ſingulis momentis ſibi inhærentem, non indiguerit oratione ad obſervandum ullum præceptum.* Et iterum poſt pauca: *Cum ex inhærente divino*

digus, sed laudabas, oon gemebas, sed fruebaris; & quidni clamabat primus homo? Nempe ne quando non deerat illa gratia sufficiens, in illam incideret stultitiam, qua oraret ut haberet, aut faceret quod iam habebat in potestate.

Ita Iansenius abusus auctoritate Augustini.

divino eoque iugi adiutorio Adam in quolibet momento temporis potuisset legem implere, frustra orasset Deum, ut vires sibi ad mandata facienda ministraret.

Ita Henricus Noris Iansenio consentiens.

RESPONSIO P. MACEDI.

Angelos bonos, inquit, *fuisse amplius adiutos externa protectione Dei, ne scilicet tentarentur tam graviter ut ceteri, & ut in sancta semel suscepta cogitatione persisterent, nulla diversione ad rationes deficiendi, quæ aliis Angelis occurrebant, admissa, & similibus manutenentiis: non autem per maiorem intrinsecam virtutem adiutorii gratiæ trahentis & præmoventis arbitrium, quod ea non indigebat ad persistendum, ubi nihil, ut cum Augustino dicam, concupiscentialiter resistebat*. Itaque si Angelus & Adam non indigebant maiori virtute gratiæ intrinsecæ, cur eamdem orando optassent impetrare? nam scribit sanctus Augustinus libro 2. de Pecc. mer. cap. 6. *Quis autem optat quod in potestate sic habet, ut ad faciendum nullo indigeat adiumento?* Hæc tradit Noris pagina 1004. lit. A. de Adamo innocente: *Etenim vanum fuisset novas vires petere* in tanta non peccandi facilitate, *ut loquitur sanctus Pater cap. 12. Poterat tamen Deum orare, ut tentatorem procul arceret, ne ad malum pelliceretur, vel cadendi periculo vicinus fieret*. Quare eadem omnino dicit cum Macedo, quia Angelus vel Adam id tantum poterant petere, quo Angeli boni *amplius adiuti* steterunt, quod extrinseca tantum fuit protectio, *non* autem *maior virtus intrinseca gratiæ*, ut ait Macedus, vel *novæ vires*, ut inquit Noris; cum maiores vires intrinsecæ fiot effectus maioris gratiæ intrinsecæ. Idem Macedus libro 3. de Clavibus cap. 3. pagina 171. ait: *Qui consequenter dicere debent, nec sufficientia nec efficacia auxilia petenda esse a Deo; cum sufficientia semper adsint, & efficacia sint in potestate operantis, cum ab illius consensu desumantur.* Quare si adiutorium *sine quo non*, quod idem est ac auxilium sufficiens, ex recitatis Macedi sententiis *præsto erat* Adamo, & eiusdem efficacia a potestate voluntatis pendebat, *consequenter dicere debet Adamo nec sufficientia nec efficacia auxilia petenda fuisse a Deo*. Hanc eamdem sententiam defendit P. Carolus ab Assumptione Carmelita Excalceatus opusc. 3. de Attritione cap. 4. num. 55. pagina 388. cuius sane viri acutissimi liber Romæ examinatus, immunis a censura evasit anno 1674. in profesto S. Thomæ Aquinatis. Quæ consulto adnotavi, ut pateat Parallelistam satis importune novam contra memoratam sententiam accusationem apud eosdem iudices restaurare. Est sancti Augustini dogma certissimum libro 6. Oper. imperf. cap. 15. *Unde*, inquit, *& Apostolus dicit*: Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali; *quod si ita esset in potestate, quomodo fuit ante peccatum, priusquam esset natura humana vitiata, non utique posceretur orando, sed agendo potius teneretur*. hæc disertissima verba nullum plane violentæ interpretationis fucum admittunt.

GERMANITAS III.

Circa Concupiscentiam.

Ambo concordant disputando contra communem scholasticorum sententiam de intrinseco concupiscentiæ malo, ut contradicant Iuliano Pelagiano affirmanti, concupiscentiam naturaliter esse bonam & proprietatem naturæ.

Iansenius libro 1. de Statu naturæ lapsæ cap. 18. pag. 104.

Verba, *inquit*, Augustini ita sonant, ac si concupiscentia esset qualitas vitiosa quidem,

Noris in Vind. pag. 915. in fine.

Concupiscentia, inquit, *est mala eo ipso quod ad malum impellit; hæc enim est pro-*

dem, sed tamen positiva. *Et rursum*: Sanctus Augustinus per consuetudinem nihil aliud nisi habitum intelligit, comparat enim consuetudini concupiscentiam. *Et iterum pag.* 106. *col.* 2. Instar consuetudinis, *inquit*, seu habitus acquisiti, & si non sit habitus qualitas illa quæ nobis a natura inditur, in Adamo exorta est. *Et rursus ibi in medio columnæ*: Innata inspersaque intimis visceribus concupiscentia pertinacissime medullis hæret. *Et cap.* 23. *pag.* 111. *col.* 2. Nec mirandum est fieri animam ex illa mistione cum carne peccati seu concupiscentiis terrenis infecta carnalem. *Pergit Iansenius lib. de Gratia primi hominis cap. 3. pag. 36. init. loquens de cupiditate pomi vetitien Augustino contra Iulianum, non fuisse ortam ex concupiscentia, sed ante actum voluntatis, quod ipsum dicit Noris adducto eodem testimonio Augustini, ut neget concupiscentiam ad naturam pertinere*. Augustinus, *inquit*, semper omnem omnino appetitus cuiuscumque motum, qui quovis modo resisterer rectæ voluntati, ab illo statu (*integræ naturæ*) tollit. *Et postea prope finem cap. agens de cupiditate pomi vetiti sic ait idem Iansenius*. Hinc Augustinus de cupiditate cibi vetiti loquens, quam suspicabatur consideratione decoris pomi surrexisse Iulianus, non itaque, inquit, ibi qualiscumque cupiditas qualicumque reluctata est voluntati, sed ei potius depravata servivit.

prietas habitus vitiosi inclinare ad malum. Pergit: *Quare sicuti habitus vitiosus quo efficacius movet ad actus pravos, maiorem dicit intensionem suæ entitatis, ita etiam concupiscentia quo potentius excitat ad actus quoscumque inhonestos, maiorem intensionem suæ actualitatis ostendit*. Rursum: *Vis concupiscentiæ impulsiva ad malum*. Et ibi illam appellat *quid vitiosum & vituperabile*. Prosequitur per omnia similis Iansenio etiam negando fore concupiscentiam in statu naturæ puræ, inficiando ullum motum concupiscentiæ antecessisse peccatum voluntatis, & utitur eodem testimonio Augustini, quo fuerat usus Iansenius. Ita Noris in Vindic. pagina 919. lit. D. prope finem: *Arguit Iulianus, quia concupiscentia fuit ante peccatum: ideo enim Adam peccavit, quod appetitus sensitivus eiusdem vetitum fructum concupivit*. Cui respondet uti Iansenius nomine Augustini: *Augustinus*, inquit, *respondet negando in terrestri paradiso actum concupiscentiæ præcessisse actum voluntatis comedendi pomum vetitum. Do eiusdem verba. Præcessit, inquit, mala voluntas & secuta est mala concupiscentia, qua cibo inhiaretur illicito; ac per hoc quamvis iam utraque mala esset, tamen voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit, nec præcessit voluntatem, neque restitit voluntati*. Concludit ibid. *concupiscentiam secundum suam essentiam esse malam* in sensu Manichæo; quod non audet Iansenius, quamvis insinuet.

RESPONSIO P. MACEDI.

Negat Macedus concupiscentiam esse proprietatem naturæ, asserens esse vitium appetitus sensitivi per peccatum originale depravati. In Collat. 8. tomi secundi differ. 1. sect. 2. pag. 405. col. 2. scribit: *Illud ego observo, Pelagium & Iulianum homines acutos vidisse, quod inesset naturæ secundum se & a Deo conditore, id malum esse non posse; hinc enim deducere soliti erant, concupiscentiam non esse malam, quod naturalis esset, nec malam esse posse, cuius Deus auctor est, qui mali auctor esse non potest. Contra quos Augustinus acutius arguebat, concupiscentiam malam esse, quod ad peccatum inclinat; id autem, quod inclinat ad peccatum, naturæ effectum non esse, sed peccati pœnam, eiusque Deum auctorem esse non posse; esse igitur in homine peccatum originale, a quo concupiscentia esset*. Idem ibidem ut probet, concupiscentiam carnalem seu libidinem esse vitium, non proprietatem naturæ, *Argumentor*, inquit, *secundo: quia vel ista libido est quid bonum, vel quid malum, vel quid indifferens ad utrumque; bonum esse negnit, nam hic erat error Iuliani dicentis libidinem esse bonam, contra quem D. Augustinus toties tamque vehementer pugnavit ex Apostolo vocante illam* malum *& peccatum &c. Unde ne indifferens quidem esse potest, cum inclinet ex se ad peccatum, & peccati fomes sit, & effrenata licentia feratur. Igitur malum est, quamquam non sit peccatum. Igitur vitium naturæ est contractum ex peccato, non proprietas innata*. Et addit col. 1. eiusdem pagina 405. *Nec obiicias istam libidinem relictam ex amissione originalis iustitiæ; nam præcise non inde oritur, cum prius sit transmitti semen & generari hominem, quam privari iustitia; at ista libido transit cum semine, & per illud traducitur; igitur non sequitur ex amissione iustitiæ, sed est immediate*

ex

ex infectione naturæ &c. lege eumdem Collat. 8. differ. 3. sect. 5. pag. 447. Quod adducit Parallelista de concupiscentia Adæ erga pomum vetitum, superius ad Germanitatem II. excussum fuit. Quod addit, Norisium posuisse concupiscentiam malam in sensu Manichæo, ridiculum est; nam ibidem pagina 920. lit. A. ex sancto Augustino probat, concupiscentiam esse bonum pecudis, vitium vero hominis. Hæc scribit ibidem: *Concupiscentiam in pecude esse perfectionem, quia est conformis eiusdem naturæ, nec repugnat spiritui in brutis; in homine autem dicit defectum, vitium, ac corruptionem naturæ.* At Manichæi dicebant, concupiscentiam esse naturam & substantiam malam tum in brutis, tum in homine. Noris dicit, concupiscentiam esse *habitum vitiosum*, qui accidens est, non substantia; esse illam malam secundum suam essentiam homini, non pecudi: sicut calor secundum suam essentiam est quid malum respectu aquæ, quia secundum sua prædicata essentialia est destructivum naturalis perfectionis aquæ. Ita habitus vitiosus secundum suam essentiam est malus, quia definitur per hoc, quod est esse inclinans ad malum actuale.

Quod vero Parallelista præmittit, nempe Norisii sententiam esse contra communem scholasticorum opinionem, si antiquos intelligat, falsum est; nam plurimi veteres Parisiensis scholæ doctores dixerunt concupiscentiam consistere in quadam morbida qualitate ex peccato originali in posteros derivata, nec ullo pacto eamdem esse naturæ proprietatem. Vasquez 1. 2. disput. 132. cap. 4. fatetur *permultos scholasticos* in ea sententia fuisse, ac plures ibidem appellat. Noris sententiam & fuse & erudite defendit in synodo Tridentina Cardinalis Seripandus, teste Card. Pallavicino lib. 7. Hist. synodi Trident. cap. 9. num. 4. quo loci verborum Seripandi summarium recitat. Hæc tantum exscribam: *Secondo Agostino essere la concupiscenza non proprietà della natura, come da molti presupponevasi, ma corruzione e ribellione di natura.* Et sane Card. Bellarminus lib. 5. de Amiss. grat. cap. 13. testatur, *affirmari ab Augustino concupiscentiam non tantum esse pœnam, sed esse etiam in se & absolute malam, quia est quid immoderatum & vitiosum, quamvis non habeat propriam culpæ rationem, cum non in voluntate, sed in carne sedem habeat.* Eamdem sententiam etiam defendit Estius 2. distin. 30. a § 10. & quidem latissime, & ex recentioribus Iesuitis Iohannes Bagocius & Michael Elizalda, quos Norisius in Vindiciis laudat. Accessit nuper P. Contensonus insignis Thomista differt. 1. de Grat. cap. 1. specul. 2. Ceterum cum dixit Bellarminus concupiscentiam *esse in se & absolute malam*, perinde est ac si dixisset, *secundum suam essentiam esse malam*, uti Norisius scripsit. Quis vero nisi furiosus ac demens, sensum Manichæum Bellarmini dictis impingat? In hoc misere alucinatur Parallelista, quod illa verba, *secundum essentiam*, intelligit secundum substantiam, quæ interpretatio maligna aut certe inepta est. Nam essentia dicitur tum de substantia, tum de accidente, cum sit denominatio orta ab ente, quod est transcendens; immo ipsæ privationes habent suam essentiam, cum definiantur; definitio enim est oratio explicans essentiam rei.

GERMANITAS IV.

Circa hypothesim Manichæorum de concupiscentia secundum essentiam suam mala, quam Noris affirmat admisisse sanctum Augustinum gratia disputandi.

Iansenius & Noris proposito ex adverso contra suam opinionem loco August. ex lib. 1. Retract. & lib. 3. de Lib. arb. Quamvis ignorantia & difficultas, etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset Deus.

Iansenius ita respondet lib. 3. de Statu pur. nat. cap. 20. pag. 399. col. 2.

Perspicuum est, Augustinum refellisse

Noris in Vind. August. cap. 3. §. 2. pag. 918. lit. B.

Opponunt Augustinum lib. 1. Retract. cap. 9. di-

se Manichæos ex hypothesi ad hominem, eaque falsa & impossibili, sed quæ sufficeret ad eorum insanias revincendas. *Et paulo infra pag. 400. col. 1.*

Hypothesis itaque impossibilis est, ut ignorantia & mala libidinum diversarum desideria sint naturalia, & homini a Deo conditore primitus data. Ex quo tamen recte sequitur, eis licite posse consentiri. *Et rursum*:

Ex quo recte consequenter sequitur, quicquid illa ignorantia ac desideriis naturalibus appetitur, sine ullo peccato in pura natura posse perpetrari. *Et postea:*

Ex qua denique hypothesi similiter recte sequitur, Deum in istis naturæ primordiis adhuc laudandum; Dei naturam non esse mixtam cum gente tenebrarum, Deum a creaturæ sic conditæ peccatis esse remotissimum, quæ Aug. contra Manichæos in ista suppositione spectabat. Si enim tunc in hypothesi peccat creatura, laudemus Creatorem, quia non peccat, nisi dum ab instituto sui Creatoris abscedit. Si vero non peccat, laudemus Creatorem, quia nihil præter Creatoris instituta committit.

9. *dixisse*: *Quamvis ignorantia & difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset Deus*. *Ergo*, *inquiunt*, *ex Augustino laudandus esset Deus*, *tametsi hominem creasset absque perfecta concupiscentiæ subiectione*. *In hoc uno tam claro Augustini*, *ut aiunt*, *testimonio sibi victoriam canunt*, *cum tamen sanctus Doctor innumeris locis oppositum asseruerit*, *nec ibidem*, *ut ipsi perperam arbitrantur*, *ipsorum sententiam docuerit*. *Etenim sanctus Doctor eo loco contra Manichæos disputabat*, *qui dicebant concupiscentiam esse malam quamdam naturam*, *& omnium malorum productricem commentabantur*. *Augustinus*, *ut eosdem refelleret*, *hypothesim utramque gratia disputationis admisit*; *nempe hominem cum concupiscentia creatum*, *& sine ista nequaquam creari potuisse*: *urgebat vero hæreticos*, *etiam tunc Deum fore laudandum*: *nam nulla culpa Dei fuisset facere quod fieri non poterat*. lege (nam est mendum) *aliter fieri non poterat*.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hæc tradit tom. 2. Collat. 8. disser. 4. sect. 3. pag. 464. col. 2. *Animadvertit tamen* Augustinus *lib. 1. Retract. cap. 9. se libros illos adversus Manichæos scripsisse*, *& iis abuti contra doctrinam a se traditam de gratia Pelagianos*, *& ad finem capitis sic*. Quam miseriam nolunt Pelagiani ex iusta damnatione Dei descendere negantes originale peccatum: quamvis ignorantia & difficultas etiamsi essent primordia hominis naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset Deus. *In hac ergo suppositione procedit Augustinus unde addit:* Sicut in eodem tertio libro disputavimus. Quæ disputatio, *inquit*, contra Manichæos habenda est, qui non accipiunt scripturas veteris testamenti, quibus peccatum originale narratur, & quicquid in literis Apostolicis legitur, detestabili impudentia immissum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum, tamquam non fuerit ab Apostolis dictum. *Itaque perspicue dicit Augustinus*, *se non loqui ex sensu scripturarum admisso peccato originali*, *neque de pœnis illius*, *sed secundum naturam ipsam*, *quomodo loquebantur Manichæi*, *ut eos ex suis impugnet principiis*. Hæc Macedus, quo teste sanctus Augustinus iuxta hypothesim seu *principia Manichæorum* loquutus est, ut eos ad hominem, ut inquiunt, confutaret. Ceterum Parallelista insigniter imponit, dum scribit Norisium dixisse, sanctum Augustinum gratia disputandi admisisse hypothesim de concupiscentia mala. Hæc sunt verba Noris pag. 918. lit. C. *Augustinus ut Manichæos refelleret*, *hypothesim utramque gratia disputationis admisit*, *nempe hominem cum concupiscentia creatum*, *& sine ista nequaquam creari potuisse*. Audin quæ fuerit duplex illa hypothesis ab Augustino gratia disputationis admissa? At concupiscentia mala non fuit una eiusmodi hypothesium, nam sanctus Doctor in eo se cum Manichæis convenire ingenue, immo catholice fatebatur. Non est opus huius veritatis alios ab Augustino testes appellare. Audiatur lib. 5. contra Iulianum Oper. imperf. cap. 30. ubi cum Iulianus parallelum obiecisset inter Manichæum dicentem concupiscentiam carnis esse diabolicam, & Augustinum eam vocantem fruticem Diaboli ac legem peccati, sic responsionem exorditur: *Numquid propterea dicere non debemus*, *quod bonus Deus fecerit mundum*, *quia etiam hoc dicit Manichæus? Sed cum*

cum quæritur, unde fecerit, ibi discernimus. Et eum plures eam in rem instantias adduxisset, *in eo*, inquit, *quod simul dicimus, malam esse concupiscentiam carnis, qua caro concupiscit adversus spiritum; cum quæritur unde hoc sit malum, discretissime reperimus. Nos enim cum Ambrosio dicimus*, hanc fœdam discordiam carnis & spiritus per prævaricationem primi hominis in nostram vertisse naturam. *Ille autem cum fuit dicit, ut invicem adversentur caro & spiritus, alienam nobis, quæ semper mala fuit, adhæsisse naturam; unde nos poscimus Salvatorem, ut hoc vitium nostrum sanetur; ille vero ut a nobis aliena natura, quæ sanari omnino non potest, auferatur. Etiam hic cur non attendis in eo, quod carnis concupiscentiam spiritui resistentem simul malam dicimus, quanta dissimilitudine separemur? Cur non attendis nec nos esse Manichæos, qui cum eis aliqua dicimus, & vos esse hæreticos, quoniam cum eis illa non dicitis?* Et librum sextum, quem morti proximus exarabat, hac sententia concludit: *Nec videtis tamen, neque nos a vobis ideo dici debere Manichæos, quia malum esse concupiscentiam & illi & nos dicimus.* Ex his patet sanctum Doctorem non admisisse gratia disputationis eum Manichæis *concupiscentiam esse malam*, sed eo in dogmate cum eisdem convenisse, a quo Pelagianos, quod bonam illam affirmabant, dissentientes hæreticos esse dixit, quoniam *cum* Manichæis *illa non dicerent*. Omnia paucis perstringo. Duplex hypothesis statui potest. Prima: hominem initio creatum fuisse cum concupiscentia. Altera: hanc concupiscentiam fuisse bonam utpote proprietatem naturæ humanæ. Utramque hypothesim Pelagiani admittebant, totusque in utraque propugnanda Iulianus in suis contra sanctum Augustinum libris versatur. Manichæi primam tantum hypothesim adstruebant; alteram inficiabantur, asserentes concupiscentiam esse malam, ac proinde non potuisse esse a Deo bono, sed fuisse opus principis tenebrarum. At Augustinus primam hypothesim scribens contra Manichæos, gratia disputationis admisit; in altera vero, quod rectum dogma erat, cum eisdem convenit, nec uspiam bonam dixit concupiscentiam. Libro 3. de Lib. arb. cap. 20. ait: *Non enim mediocria bona sunt, quod anima facultatem habeat, ut adiuvante Creatore se ipsam excolat, & pio studio possit omnes acquirere & capere virtutes, per quas & a difficultate cruciante & ab ignorantia cæcante liberetur. Quod si ita est, non erit nascentibus animis ignorantia & difficultas supplicium peccati, sed proficiendi admonitio & perfectionis exordium* &c. Quis autem dicat, *difficultatem cruciantem*, quo nomine concupiscentia ab Augustino intelligitur, ac *ignorantiam cæcantem* esse bona, non vero mala ac defectus naturæ bonæ? Idem S. Doctor cap. 22. *Ignorantia vero & difficultas, si naturalis est, inde incipit anima proficere... Non enim quod naturaliter nescit & naturaliter non potest, hoc animæ deputatur in reatum: sed quod scire non studuit, & quod dignam facultati comparandæ ad recte faciendum operam non dedit.* Itaque ignorantia ac difficultas sunt privationes bonorum, ad quæ Deo auxiliante homo pervenire potest; omnis autem privatio boni mala est. Ergo nusquam eo loci disputans Augustinus contra Manichæos, concupiscentiam bonam appellavit, sed eodem modo ac de ignorantia, de eadem semper loquutus est, & utramque una semper linea coniunxit; quamvis postea de quidditate ac causa malæ concupiscentiæ iuxta catholicam doctrinam cum iisdem hæreticis summa cum laude conflixerit, probans eamdem non esse naturam, nec a principe tenebrarum homini insertam; admittens disputationis gratia, sine illa hominem non potuisse creari.

GERMANITAS V.

Nata ex obiectione censuræ Pontificiæ super propositione Baii: Deus non potuisset talem ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur.

Iansenius lib. 3. de Statu nat. pur. cap. 22. pag. 402.

Superest obiectio, quæ ex bulla duorum Pontificum sumitur, nam ibi damnatur iste articulus: Deus non potuisset talem ab

Noris in Vind. cap. 3. §. 2. pag. 922. lit. B.

Unum obstare videtur, quod acerrime urgent recentiores. Etenim damnata est hæc propositio Baii: Deus non potuisset ab initio creare

ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur. *Et infra*:

Propositio quæ obiicitur, necessatium habet interpretationis beneficium. Si quis enim quemadmodum sonat, accipiendam velit, profecto peccatorem hominem ab initio Deus creare potuisset, talis enim nunc, nemine catholico dubitante, nascitur, scilicet in originali peccato. *Postea*:

Ecclesia cum cerneret hanc propositionem: Deus ab initio talem potuit creare hominem, qualis nunc nascitur, communi scholasticorum consensu certo sensu in scholis receptam esse, ne contraria lites, offensiones, & scandala sua novitate generaret, eam tantisper vetandam censuit, non tamquam falsam, sed ut pacis inimicam. Quæ conciliandi ratio eo videtur esse genuinior, quod duobus modis bullæ congruat. Nam & ad literam propositio ista censura stringitur, quatenus proscribit offensivas. *Et iterum*:

Ne igitur Pontificiam Sedem in pugna secum relinquamus, nihil arbitror opportunius dici posse, quam Romanam ecclesiam, cui non minus pax quam eruditio filiorum suorum curdi est, prudenti directricis censuram edidisse. *Et alibi lib. 4. de Stat. nat. lap. cap. ult. pag. 276.*

Egit summorum Pontificum prudentia, ut altera pars sine præiudicio veritatis tantisper vetaretur, tamquam quæ vetusta quasi novitate nostri temporis doctores vetustatis eius inscios offenderet, scandaloque perturbaret. *Præterea lib. 3. de Statu nat. pu. cap. 23. pag. 404. initio*:

Ad literam propositio ista censura stringitur, quatenus proscribit offensivas, & aliqua ratione, ut verba sonant, ad mentem auctoris defendi posse decernitur.

Et rursum lib. 4. de Stat. nat. lap. cap. ult. pag. 272. affert testimonium Francisci Toleti.

creare hominem, qualis nunc nascitur. Et infra: *De iis*, inquit, *propositionibus Baii varie sentiunt Theologi.*

Et postea pag 924. lit. D. *Thesis illa Baii: Hominem non potuisse a Deo produci, qualis modo nascitur, iuxta amplam eiusdem expressionem vera est. Quis enim dixerit, Deum posse condere hominem cum peccato originali, cum quo modo nascitur?*

Pag. 923. lit. A. *Cum Baius Pelagianæ hæreseos incusaret asserentes, hominem talem potuisse a Deo creari, qualis modo nascitur, hinc ob infamiæ notam, quam oppositæ sententiæ auctoribus inurebat, eiusdem propositio censuræ subiecta est.* Et affert testimonium Vasquez, cui se conformat.

Damnatam tantum, ut scandalo & offendiculo patentem, & hac ratione solum prohiberi.

Et concludit pag. 923. lit. B. *Merito ob censuram eiusdem Baii propositio ut scandalosa proscripta est.*

Et iterum in Vind. cap. 4 §. 5. pag. 1052. lit. B. *Ne videamur recentiores Pontifices, qui memoratam thesim sæpius proscripsere, cum antiquis decessoribus, cum ipsamet Ecclesia catholica committere, pauca subiiciam.*

Et cap. 3. §. 2. pag 924. lit. A. *Sciendum est*, inquit, *aliquas propositiones æquivocas modo ab Ecclesia reiici, modo approbari.* Insuper:

Hæc prosequutus sum, ut ostenderem summos Pontifices nulla ratione suffragari damnatæ Baii propositioni.

Tandem pag. 922. in fine. *Hæc autem confirmat* (Vasquez) *locupletissimo testimonio Cardinalis Francisci Toleti, qui in causa Baii Lovanium ab Apostolica sede delegatus fuit.*

Concludit pag. 923. lit. C. *Propositiones Baii dicuntur damnari respective.*

RESPONSIO P. MACEDI.

Cum tom. 2. Coll. 8. disser. 1. sect. 2. §. 2. pag. 406. negasset *hominem a Deo per seipsum citra humanam generationem de integro conditum, ex ratione suæ constitutionis cum eadem omnino fore libidine, qua est homo conceptus & genitus a parentibus more humano per semen infectum* &c. Statim §. 3. pag. 407. ita scribit: *Si homo in statu naturæ lapsæ differt ab homine in statu naturæ puræ, ut non solum sit spoliatus donis gratuitis, sed etiam vulneratus in naturalibus, sequitur Deum non posse condere hominem in statu, in quo nunc est. Hæc autem est una ex propositionibus Baii damnatis a Pio V. & Gregorio XIII. ut patet ex ipsa bulla damnationis producta a Suarez tom. 1. de Grat. proleg. 6. cap. 2. in qua series propositionum Baii continetur, quarum LV. est:* Deus non potuisset talem ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur. *Quod autem id sequitur* &c. Paulo post ait: *Huic argumento respondeo primo cum Vasquio & Turriano & Mæratio & Hauzer meque auctore in Cortina quæst. singulari de necessitate*

tate gratiæ & in Scrinio monit. ad calcem posita, non omnes propositiones Baii damnatas esse; *cum ipsa bulla dicat*, nonnullas posse aliquo pacto sustineri, *quarum certe una hæc est*: *& quidem si solitarie sumatur & seorsim consideretur, certa omnino & tuta est*. *Quid enim, quæso, verius & ad fidem congruentius, quam dicere Deum non potuisse hominem creare in statu peccati originalis, in quo nunc nascitur?* . . . *Igitur ista propositio absolute non damnatur*. *Secundo respondeo dato damnari illam, uti vult Suarez, in ea serie contentam, nihil inde sequi contra nostram sententiam, nam ea solum damnatur, ut inquit bulla, in rigore & proprio verborum sensu ab assertore intento, idest non solitaria, sed coniuncta connexaque cum aliis, & uti cum illis consentiens*: *atque hoc modo continet perversam doctrinam*; *nam ex propositionibus* 22. & 27. *eiusdem Baii in eadem bulla relatis, constat illum sensisse, integritatem & iustitiam originalem non fuisse donum Dei, sed conditionem naturæ, quod sane hæresim continet* &c. Idem Macedus io calce Scrinii pag. 253. ait: *Quomodo igitur illæ primæ quatuor propositiones damnantur in bulla, cum Augustini & gravissimorum doctorum, immo & Patrum Societatis sint? Respondeat pro me Vasquez & Toletus ab eo relatus, quos duos magni facere auctores soleo, iisque omnino subscribo*. hæc ille.

Quod scribit Parallelista Norisium dixisse illam propositionem damnatam *tantum, ut scandalo & offendiculo patentem, & hac ratione solum prohiberi*, est pura puta impostura; nam cum dixisset pag. 923. lit. A. *Merito ob censuram eiusdem propositio damnata est*, statim adit: *Propositio illa* 55. *damnatur respective ad propositionem* 27. *quæ est*: Integritas primæ creationis noo fuit indebita humaoæ oaturæ exaltatio, sed naturalis eius conditio. *Quasi subiectio concupiscentiæ non fuerit ex dono Creatoris, sed ex exigentia humanæ substantiæ, tamquam propria passio eiusdem, quod falsum est*. Itaque damnata est Propositio non taotum uti scandolosa ob censuram, verum etiam ob errorem quem continet, nempe prout est connexa cum propositione 27. quæ ipsissima est P. Macedi responsio. Hinc diserte scribit Noris pagina 924. lit. B. *Quare propositio illa Baii non solum ob censuram damnata est, verum etiam quod hæreticorum recentium errori a Tridentinis Patribus damnato concineret*. Qua ergo fronte audet Parallelista, in epistola nuncupatoria Christum Dominum his compellare: *Scit meam in citando fidem & in referendo sinceritatem*, cum tam insigniter meotiatur, ea fingens Norisium scripsisse, quorum oppositum tam manifeste ac luculenter asseruit? Iansenius certe erravit, dum eamdem propositionem in eodem Baiano sensu acceptam, defendit, quod id temporis dum scriberet Baius, offendiculo pateret, a quo postea immunis evaserit. Videsne Norisii a Iansenio discrepantiam eiusdemque cum Macedo conformitatem? Legatur P. Cootensonus ouperum Thomisticæ scholæ ornamentum tom. 5. dissert. 2. de Grat. cap. 1. spec. 2. a pag. 193. usque ad 200.

GERMANITAS VI.

Circa contractionem peccati originalis.

Iansenius libro 1. *de Statu nat. lapsæ c.* 6. *pag.* 86. *col.* 1. *sic ait*:

Augustini sententiam indubitatam esse comperio, quod peccatum origioale non aliter ex homine primo ad posteros propagatum sit, nec vero aliter propagari ullo possit modo, nisi per libidinem seu carnis concupiscentiam, quod certissimum est. *Iterum cap.* 7. *pag.* 87. Natura, *inquit*, ita profunde vitiata est, ut servato oaturali ordioe non possit sine vitio tenacissime sibi cohærente propagari, nempe concupiscentia carnis, cuius infectione & cootagio peccatum in prolem generaodo-

Noris io Viod. August. pagina 990. lit. D.

In tantum peccatum traducit in corpus (virtus seminalis) *inquantum in corpus ex Adamo per concupiscentiam carnalem propagatum immittitur*. Rursum ibid. *Confirmatur nostra sententia, quia si caro per concupiscentiam genita, est causa cur anima peccato inficiatur & ex consequenti pœnam subeat, ipsa caro quæ vehiculum peccati fuit, neutiquam debet esse a quacumque pœna immunis*. Addit iosuper: *Corpus per traducem ab Adamo derivatur*: *hinc si anima a Deo creata infunderetur corpori, nequaquam per virtutem semi-*

do traiicitur. *Præterea:* Augustinus aperte docet, si filii ex Adam sola spirituali voluntate gignerentur, nullum ex eis delictum esse tracturos; deesset quippe causa, per quam ex parente in prolem traiici posset. *Tandem*: Clare indicat (*Augustinus*) si spiritali tantum voluntate seminaretur, omni reatu nascendo cariturum.

minalem ex Adamo traducto, illa non contraheret peccatum originale; quare in tantum peccatum traducit, in quantum in corpus ex Adamo per concupiscentiam carnalem propagatum immittitur.

In sensu Iansenii loquitur Noris dicens: *Si anima corpori nequaquam per virtutem seminalem ex Adamo traducto infunderetur, non contraberet peccatum originale.* Nam ly per virtutem seminalem significat cum concupiscentia, uti apparet ex antecedentibus & consequeotibus, unde distincte posuit per concupiscentiam carnalem, quod omnino est idem quod dixit Iansenius, sola voluntate spiritali, ideft sine carnali concupiscentia. Quare uterque dixit: *Nisi interveniret concupiscentia carnalis, non esse contrabendum peccatum originale.*

RESPONSIO P. MACEDI.

Hæc scribit tom. 2. Collat. 8. differ. 3. sect. 5. pagina 446. in fine: *Unde iam apparet via & tradux peccati, quæ est ipsa concupiscentia, ratione cuius peccatum formale transit ad animam, in qua sola est peccatum formale. Ac ita constat illud peccatum esse naturæ, non quod natura ex se peccare possit, sed quod ex ipsismet principiis naturæ generantis & genitæ concupiscentia involutis & vitiatis oriatur illa ratio formalis peccati, quod est in anima rationali.* Postea pagina 448. col. 1. *Cum igitur*, inquit, *concupiscentia non sit peccatum, & peccatum tamen a Paulo & Augustino appelletur, debet sumi pro materiali, ut aiunt Theologi, peccati, sive traduce & quasi vehiculo peccati: nam si ex peccato est & ad peccatum inclinat, & dum est coniuncta cum peccato, illius veluti continens vas est, omnino sequitur esse traducem & vehiculum peccati, quod certe generatione traducitur, & ideo peccatum naturæ dicitur, non quod sit a natura, sed a vitio inolito naturæ. Huiusce rei idoneum argumentum est, quod quem prorsus expertem originalis culpæ credimus Christum, eum fomite concupiscentiæ omnino caruisse fatemur, & quam maxime volumus ob originali labe immunem B. Virginem eius matrem, ab ea etiam fomitem istum peccati in actu saltem secundo removemus; quod sane qui eo careat* peccato, *& traduce & vehiculo* eiusdem *carere debeat. Itaque intercluditur via ad terminum, sublata concupiscentia*. Potuitne clarius asseri vel probari a Macedo hæc propositio: *Nisi interveniret concupiscentia carnalis, non esse contrabendum peccatum originale*, quam Parallelista Christo Deo per suam Ecclesiam damnandam exhibuit?

Notanda etiam hic est insignis Parallelistæ impostura, qui sententiam Norisii oon sine dolo in alienum seosum, parenthesi inserta, detorsit, quo Iansenianis dictis conformem venditaret. Hæc scribit Noris pag. illa 990. lit. D. *Hinc si anima a Deo creata infunderetur corpori, nequaquam per virtutem seminalem ex Adamo traducto, illa non contraberet peccatum originale; quare intantum peccatum traducit, inquantum in corpus ex Adamo per concupiscentiam carnalem propagatum immittitur.* Quæ sane omnium Theologorum sententia est; nam si anima infunderetur corpori a Deo vel Angelo producto, illa non contraheret peccatum originale; quia hoc inficit tantum posteros Adami, quos inter homo sic productus non eenseretur, neque quod aoimam attinet, neque secundum corpus, ratione cuius tantum nos dicimur ab Adam descendere. Diserte synodus Tridentioa sess. 6. cap. 3. inquit: *Nam sicut revera homines, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur iniusti* &c. At Parallelista ita propositionem Noris recitat: *In tantum peccatum traducit in corpus* (virtus seminalis), *inquantum in corpus ex Adamo per concupiscentiam carnalem immittitur*. Cum Noris oon dicat *seminalem virtutem* traducere peccatum; sed *animam traducere* ad se peccatum, *inquantum in corpus ex Adamo per concupiscentiam carnalem* pro-

propagatum immittitur. Et quidem inepta est propositio Norisio ab adversario afficta; nam *virtus seminalis non immittitur in corpus ex Adamo propagatum*, sed ipsamet virtus seminalis est causa corporis ex Adamo propagandi in utero matris; qua ergo ratione immittitur in corpus, quod nondum existit, sed per ipsam postea existet? Hæccine est *in citando fides & in referendo sinceritas?*

GERMANITAS VII.

Circa pœnas infantium decedentium in peccato originali.

Iansenius lib. 2. de Statu naturæ lap. c. 25. in fine p. 175.

De pœnis vero parvulorum post hanc vitam pæne superfluum est novum laborem suscipere. Iam enim ante paucos annos Illustrissimus iuxta atque eruditissimus vir dominus Florentius Conrius Archiepiscopus Thuamensis opusculo hac de re scripto postquam accurate demonstravit, parvulos absque baptismo ex hac vita decedentes pœnis non tantum damni, sed sensibilibus & quidem æterni ignis secundum sancti Augustini doctrinam plecti.

Ibidem idem Iansenius pungit scholasticos contra sentientes, & de Florentio Conrio eos ob id reprehendente sic ait: Rectissime Conrius ostendit, quod in ista controversia præcipuum ac medulla est, longe ab Augustini & forrasse Ecclesiæ, quæ Pelagianos iuxta eius principia damnavit, mente recessisse scholasticos, qui parvulis sine baptismo morientibus vel beatitudinem naturalem, vel immunitatem a sensibilibus ignis æterni pœnis tribuunt. *hæc Iansenius propriis verbis.*

Conrius in suo opere cap. 24. ponit hunc titulum. Disputatur suse an sententia de beatitudine naturali parvulorum adversetur forte Evangelio, & utrum vehementi suspicione Pelagianismi forsan laborare videatur. *Et postquam multis fundamentis probavit adversari Evangelio, concludit:* Videant (*scholastici*) an hæc sententia de beatitudine naturali parvulorum obnoxia forte sit vehementi suspicioni Pelagianismi. *Ceterum latissime probat parvulos puniri pœna ignis infernalis.*

Noris ita scribit in Vind. pagina 976. lit. A.

Ubi eum laudasset plurimos auctores pro hac sententia: *Quorum omnium*, inquit, *studia vicit Florentius Conrius Archiepiscopus Thuamensis integro pro sancti Augustini assertione volumine evulgato, in quo fusissime ex sacris Literis & Augustino sensibiles infantium pœnas demonstravit*. Item vero Noris pag. 947. lit. D. sic ait: *Augustinus solidis argumentis probavit, infantes sine baptismo defunctos mitti in gehennam ignis.*

Præterea pag. eadem lit. A. *Ego quidem*, inquit, *rem gratam me facturum arbitror, si ostendero scholasticorum plerosque in opiniones quasdam de infantium pœnis descendisse, quæ Pontificum Romanorum, Synodorum, ac Patrum statutis plane adversantur.*

Iterum pag. 974. lit. B. *Hæc itaque antiquæ Ecclesiæ ac sanctis Patribus de infantium pœnis sententia stetit, donec novæ opiniones a scholasticis procusæ sunt; qui si in Patrum voluminibus tantum studii ac laboris posuissent, quantum Aristoteli explicando impendere, profecto sancti Augustini sententiam non obduxissent, neque eorum plerique Pelagianorum opinionem, quod naturalem beatitudinem attinet, hominum mentibus tam alte infixissent*. Hanc opinionem quorumdam scholasticorum sæpe & acerbe in eo tractu Noris reprehendit.

Idem pag. 982. lit. B. *Palam fiet*, inquit, *scholasticos doctores quam propius ad Pelagianorum paradoxa accessisse*. Et pagina 961. lit. A. *Scholastici in quibusdam cum Pelagianis convenere.*

RESPONSIO P. MACEDI.

Ita censet tom. 2. Collat. 8. differ. 4. sect. 3. pagina 464. col. 2. *Sic exposita Augustini sententia, non video qui displicere ea nostris scholasticis possit, cum nec ignis manifestam contineat pœnam, nec ut contineret, ideo taxanda sit, cum Patres habeat auctores, nec desint ex aliis qui sequantur. Itaque nec errorem, opinor, nec temeritatem olet, cum expresse habeatur cap. 3. de consecratione d. 3. ubi dicitur* sempiterno igne puniendos, *eamque vir huius ætatis doctissimus Cardin. Pallavicinus minime taxet* &c. Idem pa-

pagina 462. col. 1. *At vero Catharinus & & sequaces meliores catholici, quam Pelagius & sectatores, sunt, dum fatentur peccatum originale; verum deteriores eo Philosophi sunt, dum aiunt eos peccatores, qua nulla maior miseria esse potest, fore tamen eadem quam ponebat Pelagius, beatitate beatos*. Itaque teste Macedo sententia de sensibili infantium pœna noo est erroris aut temeritatis taxanda, *cum Patres habeat auctores*; opioio vero Catharini, & qui eum sequuntur, scholasticorum illam eisdem beatitatem promittit, *quam ponebat Pelagius*. Rursus idem Scriptor pagina 463. col. 1. hæc habet: *Circa primam dico, Patres proxime citatos & auctorem illum Hypognosticon omnino sensisse hos pueros cum damnatis in die iudicii ad sinistram & in loco gehennæ cum ceteris damnatis fore*. *Immo & hoc decerni a concilio Florentino ultima sessione* &c. Quare recte dixit Noris, illos scholasticos, qui negant pueros futuros io sinistra in die iudicii & postea in gehenna, in opioiones desceodisse, quæ *Patrum statutis plane adversantur*. Eos pueros futuros in sinistra diserte tradit contra Pelagianos sanctus Gelasius Papa epistola 7. ad Episcopos Piceni, cuius verba Norisius laudat. Ceterum Noris pag. illa 961. lit. A. non scripsit: *Scholastici in quibusdam cum Pelagianis convenere*, sed *plerosque* dixit. Certe nullus ante Norisium tot Patrum testimoniis eam senteotiam comprobavit. legatur caput 3. Viod. a pagina 946. usque ad 999.

GERMANITAS VIII.

Circa doctrinam de lege & præceptis.

Iansenius libro 3. de Grat. Christi Salvatoris cap. 4.

Hæc igitur vera & genuina ratio, cur Augustious semper Christi gratiam opponat legi atque doctrinæ, quarum ista solam prævaricationem afferat, quia lex per legem a nemine impleta est, aut impleri potest. *Et cap. 5. initio*. Creberrime docet Augustinus legem, præcepta, doctrinam sine gratia non tantum nihil iuvare, sed prævaricationis reum facere.

Lib. 3. de Grat. Christi Salvatoris cap. 17. pagina 147. Intelligitur quam perperam scholastici gratiam sufficientem postulent ad hoc, ut homines peccare dici queant. Peccabunt enim sine gratia, non minus quam si illius adiutorio munirentur.

Lib. 3. de Grat. Salvatoris c. 4. pag. 109. Scholastici nihil maiori sollicitudine satagunt, quam ut iis qui per præceptum aut legem Dei aliquid sub pœna perditionis facere compelluntur, gratiam sufficientem tribuant, qua lex ab eis absque reatu prævaricationis possit impleri.

Ibidem pagina 109. *col.* 2. Falsum est iis quibus datur præceptum aut lex, hoc ipso gratiam adesse sufficientem, qua lex impleatur, cum ideo potius lex detur, ut gratia ad implendum sufficiens requiratur. *Et ibi supra*. Augustinus docet legem idcirco datam, ut agnita per multitudinem peccatorum noo solum infirmitate,

Henricus Noris in Vind. pagina 1000. lit. C.

Augustinus, inquit, *quo Pelagianam hæresim a fundamentis everteret, ex sacris literis & subtilissimarum rationum momentis ostendit, legem non modo non esse gratiam homines ad bona capessenda adiuvantem, sed reos tantum facere iubendo*. Et ibi pag. 1005. lit. D. *Reiiciuntur plures Theologi, qui putant legem non posse hic & nunc obligare, nisi adsit gratia adiuvans*.

Ibid. pag. 1006. lit. A. *Reiicienda est sententia illorum, qui dicunt gratiam proxime sufficientem semper adesse, nec umquam legem obligare, nisi adsit gratia adiuvans: alias homo ob impotentiam excusaretur ab observatione legis*.

Pag. 1004. lit. D. *Quod autem lex ad hoc ut obliget, non debeat supponere in operante potentiam proximam ad faciendum opus quod imperatur, est constans sancti Augustini doctrina contra Pelagianos*.

Noris pag. 1009. lit. D. *Iudæi habita lege eo superbiæ delapsi sunt, ut putarint solam legem ad hominem iustificandum sufficere, neque necessariam esse Dei gratiam, sed tantum liberum arbitrium. Hic autem error tam alte eorum mentibus insidebat, ut plerique etiam ex Iudaismo conversi in veteri errore obstinatius versarentur*. Et infra: *Porro cum hunc errorem sorbuerint postea Pelagiani asserentes gratiam Dei in veteri testamento non esse*

tate, sed etiam impossibilitate sua, ad implendum quod præcipiebat Deus, adiutorium gratiæ quæreretur.

Ibidem c. 4. pag. 108. Hanc sufficientem gratiam repugnare Augustini principiis & Scripturarum demonstrari potest.

Libro 5. de Hæresi Pelag. cap. 3. pag. 99. col. 2. initio.

Iste status Pelagianismi omnium celeberrimus acerrimeque defensus, quamquam non aliud, nisi purus ac putus Iudaismus esse videatur, Iudæis enim proprium est in lege gloriari, & Christi gratiam ipsumque gratiæ fontem tamquam sibi non necessarium tollere; ignorantes enim prorsus, uti Pelagiani, iustitiam Dei & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Notavit hanc similitudinem Pelagianorum ac Iudæorum sanctus Augustinus. *Ibi autem negat Iansenius Pelagianis & Iudæis fuisse cognitam gratiam sufficientem & adiuvantem, affirmando eos putare per solas naturæ vires cum sola lege posse implere præcepta. Iansenius supponit falsum dicendo caruisse gratia Iudæos sub lege: quem refutat Pater Sebille Dominicanus lib. 4. c. 6 pag. 317. ratione, experientia, auctoritate Augustini.* legat qui volet.

esse nisi legem Moysi traditam, gratiam vero novi testamenti esse Evangelium & exemplum Christi, Augustinus ut illorum errorem confutaret, acute probavit legem a gratia separatam reos facere homines iubendo, non adiuvando.

Pag. 1007. lit. B. *Lex igitur ex Augustino data est, non ut cum gratia sufficiente secum necessario connexa homines agendorum cognitione instructos ad opera præcepta implenda iuvaret, sed ob hoc data est, ut homo conatus facere quæ præcepta erant, & cernens per semet illa exsequi non posse, gratiæ auxilium imploraret.* Et mox: *Lex non infert potentiam proximam voluntatis faciendi quod iubetur, & ex consequenti non habet annexam gratiam proxime sufficientem ad faciendum opus imperatum.*

Certe, inquit, *velle Iudæis auxilium sufficiens ad credendum denegare, non solum sacris literis, sed etiam ipsi experientiæ videtur repugnans.* Adducit vero auctoritatem scripturæ & testimonia sancti Augustini.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hic auctor tom. 2. Coll. 7. differ. 3. sect. 9. per totum cum Norisio concinit, probans non requiri ad observationem legis sub peccato obligantis *gratiam proxime sufficientem*, qua voluntas constituatur *in potentia proxima* recte operandi, sed satis esse *auxilium remotum*. Hæc autem distincta auxilia ita Macedus explicat pagina 371. *Quæcumque igitur gratia leviter pulsat cietque voluntatem intra illos terminos actuum inefficacium, quos velleitates dicimus, ea est gratia sufficiens Augustiniana, in quam deflexit illud adiutorium* sine quo non *status integri Adami & Angelorum, quod per se in eo & proxime tunc sufficiens erat ad operandum, dabatque integram potestatem & expeditam propter sanas & integras liberi arbitrii vires: at vero in nostro infirmo & misero tantum remote iuvat, nec est integre immediateque sufficiens, nec expedit omnes conatus viresque potentiæ infirmæ & vitiatæ: sed in ea motus quosdam excitat, qui inchoatos & imperfectos actus inefficaces ac deficientes efficiunt cum voluntate* &c. Ibidem col. 2. hanc Suarii sententiam recitat ac commendat ex libro 4. de Grat. cap. 18. num. 19. *Non dicit tamen Augustinus huiusmodi homines in præsenti statu nullum auxilium sufficiens recipere ad perseverandum: nam recipiunt saltem remote sufficiens, quod suo modo est vere sufficiens; in eis tamen propter conditionem huius status tale est, ut non sit proxime, sed remote, & ut numquam effectum consequatur.* Et statim addit Macedus: *Ita de mente Augustini iudicat Suarez & vere quidem iudicat.* Itaque non requiritur gratia proxime sufficiens, sed satis est auxilium remotum, quod diserte a Norisio conceditur non solum Iudæis sub lege Mosaica, verum etiam ipsis infidelibus in lege naturæ. Hoc auxilium remotum negavit Iansenius, a cuius opinione quam dissidet Noris, ex hac utriusque antithesi apparet.

Iansenius.	Noris.
Infideles carent gratia sufficienti ad salutem tam proxima, quam remota, & omnibus prin-	*Quamvis enim infideles careant auxilio proxime sufficienti, habent tamen auxilia quæ-dam*

principiis eius. est titulus cap. 11. lib. 3. de Grat. Salvat. pag. 126.

Ibidem cap. 3. pag. 111.

Ecce quoties, quam dense, quam instanter docet Augustinus, eos qui sub lege positi sunt, nullum adiutorium bene vivendi præter legem accepisse.

Hanc sententiam fuse defendit Basilius Poncius 1. p. Relect. de auxiliis cap. 12. per totum, ubi ex Apostolo, Augustino, & Hieronymo probat solam notitiam legis opus pravum vetantis satis esse ad peccandum, etiamsi nulla sancta cogitatio in oppositum adsit. Idem tamen cap. 17. pagina 206. in fine ait: *Omni itaque adulto conceditur Christi beneficio auxilium saltem remote sufficiens*. Quæ sane communior est Theologorum sententia, a qua nec dissentit Iansenii antagonista insignis Decampsius libro 3. Hær. Iansen. disp. 8. cap. 10. num. 4. scribens: *Deum una cum lege gratiam illam Iudæis non dedisse, quæ proximam adimplendæ legis potestatem tribuit, sed eam dumtaxat, quæ ad infirmitatem suam cognoscendam & divinam opem implorandam necessaria est*. Noris vero dicit: *Lex ob hoc data est, ut homo conatus facere, quæ præcepta erant, & cernens per semet illa exsequi non posse, gratiæ auxilium imploraret*. Quare si homo conatur facere præceptum, iam habet cupiditatem boni faciendi, quod sine aliqua gratia fieri nequit ex S. Augustino libro 2. ad Bonif. cap. 8. Rursus ipse etiam conatus est a gratia ex eodem libro 2. de Pecc. mer. cap. 19. *simul intelligentes, & quod sic conamur, & quod sic deprecamur, dono illius nos habere*. Nondum tamen qui cupit & conatur, habet gratiam proxime sufficientem, sed illam debet precibus impetrare; quare habet tantum gratiam remotam ad præceptum implendum. Ceterum Iudæi ut plurimum audita lege, eique ex fide eredentes, suis tamen viribus volebant illam implere, qua superbia implicati, non poterant stante illo errore Dei auxilium implorare. Unde idem S. Doctor cap. 12. de Grat. & lib. arb. initio ait: *Quot ergo adiuncto solo adiutorio legis sine adiutorio gratiæ confidentes in virtute sua suo spiritu aguntur, non sunt filii Dei. Tales sunt de quibus dixit Apostolus, quod* ignorantes Dei

dam remota, unde non patiuntur necessitatem antecedentem peccandi &c. in Vind. cap. 3. §. 6. pag. 1009. lit. B.

Idem pag. 1011. lit. D.

Certum omnibus hominibus adesse auxilium saltem remotum, mihi videor colligere ex Augustino lib. de Nat. & grat. cap. 67. ubi &c.

iustitiam & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti: *de Iudæis hoc dixit, qui de se præsumentes, gratiam repellebant* &c. *quando eamdem legem suis viribus se implere posse credebant*. Et in fine: *Non enim estis sub lege, sed sub gratia* adiuvante. Concinit cum Augustino sanctus Thomas lect. 7. in cap. 3. epist. ad Galat. *Homines enim*, inquit, *de duobus præsumebant. Primo quidem de scientia, secundo de potentia. Et ideo Deus reliquit homines absque doctrina legis tempore legis naturæ, in quo dum in errores inciderunt, convicta est eorum superbia de defectu scientiæ. Sed adhuc restabat præsumptio de potentia; dicebant enim: Non deest qui impleat, sed deest qui inbeat, ut dicitur in Gloss. super illud Exodi* 24. Quidquid præcepit Dominus, faciemus, & erimus obedientes. *Et ideo data est lex, quæ cognitionem peccati faceret*: Per legem enim cognitio peccati. *Rom. 3. quæ tamen auxilium gratiæ non dabat ad vitanda peccata, ut sic homo sub lege constitutus, & vires suas experiretur, & infirmitatem suam recognosceret, inveniens se sine gratia peccatum vitare non posse, & sic avidius quæreret gratiam*. Videsne ex Doctore Angelico veterem legem non habuisse secum annexam gratiam proxime sufficientem, dum Iudæi *sine gratia peccatum vitare non poterant*? Idem lect. 8. ibidem ait: *Homo non potest vitare peccatum, nisi per gratiam, quæ per legem non dabatur*. Lectione etiam 4. *In quantum ergo lex cognitionem peccati facit, & non præbet auxilium contra peccatum, dicuntur esse sub maledicto, cum nequeant illud per ipsa opera evadere*. Item: *Sancti autem Patres etsi in operibus legis erant, salvabantur tamen in fide venturi, confidentes in eius gratia, & saltem spiritualiter legem implentes. Moyses enim, ut in Gloss. dicitur, multa quidem præcepit, quæ nullus implere potuit, ad domandam Iudæorum superbiam, dicentium, non deesse qui impleat, sed deesse qui iubeat*. hæc S. Thomas.

GER-

GERMANITAS IX.

Circa pugnantiam legis cum gratia Christi.

Iansenius lib. 3. de Gratia Christi Salvatoris cap. 2. pag. 104. in titulo:

Adiutorium, *inquit*, pure sufficiens ad gratiam naturæ pertinet, lapsorum reparationi inutile & perniciosum.

Et in textu pag. 105. lin. 17. a fine:

Sequitur adiutorium sufficiens datum Adamo in statu innocentiæ nullam omnino afferre sanitatem, quamvis vel perpetuo adesse, vel peccato perditum Christi Cruce redditum esse poneretur.

Ibid. cap. 5. pag. 111. lin. 24.

Novi scholastici docent gratiam cavendi superandique peccata sufficientem legi adfuisse.

Eodem lib. cap. 9. pag. 123. §. Quapropter.

Augustinus huiusmodi gratiam sufficientem neotericorum tamquam lapsis fractisque viribus prorsus inutilem semper sub natura & lege comprehendit.

Noris in Vind. cap. 3. §. 6. pag. 1007. lit. D.

Lex non habet annexam gratiam proxime sufficientem.

Et pag. 1001. lit. C. *Tantum abest ut lex homines adiuvarit, quin potius reos fecerit sine gratia iubendo.*

Pag. 1006. lit A. *Si lex ut obliget, semper infert assistentiam gratiæ sufficientis, sequeretur gratiam sufficientem ad observationem legis necessariam non fuisse amissam ex peccato Adæ, quod licet a pluribus concedatur, puto esse falsissimum.*

Et pag. eadem: *Reiicienda est sententia illorum, qui dicunt gratiam proxime sufficientem semper adesse.*

Ibidem: *Sentis*, inquit, *te urgeri præcepto, & simul cognoscis te destitutum gratia proxime necessaria ad opus implendum.*

Pag. 1010. lit. D. *Non durius loquitur, qui asserat in hypothesi, quod sola lex iubeat, nec gratia proxime sufficiens adsit, legem eamdem obligare, & transgressorem reum esse peccati. ex sancto doctore Augustino.*

Igitur iuxta Iansenium & Norim peccat homo in eo, quod vitare non potest.

RESPONSIO P. MACEDI.

In Cortina qu. 1. art. 7. initio statim hæc scribit: *Verum quidem est utrumque, non omnibus gratiam præsto esse, nec sine illa recte agi posse; cum utrumque sit Augustini. Non tamen inde sequitur peccari in eo, quod vitari nequit. Potest enim cum necessitate in specie stare libertas in individuo, & sublata libertate contrarietatis, manere libertas contradictionis. Unde non repugnat, hominem infidelem sine gratia esse determinatum ad unam tantum partem contrarietatis, idest ad malum in specie, tamen esse liberum ad actus malos singulares, atque adeo libertate peccare. Nam ille certe non est addictus unitantum actui peccandi, cum possit varios actus malos, vel eumdem per diversa, ut aiunt, motiva exercere.* hanc responsionem pluribus ibidem confirmat. Illam tradiderat etiam Iansenius lib. 4. de Statu nat. lapsæ cap. 19. pag. 259. verum cap. 20. §. *Ex quibus admodum*, illam non probat: *Hoc tamen*, inquiens, *ingenue fateor, me in universis Augustini monumentis nondum invenisse, quod peccata, quæ ante gratiam per concupiscentiæ nobis inspersæ conspersæque necessitatem committuntur, idcirco nobis libera sint, quia possumus unum peccatum alterius cupiditate superare, aut vel istud quadam indifferentia contradictionis omittere & aliud facere. Aliam ista philosophiam, quam Augustini sapiunt.* idem ait cap. 22. pag 164. col. 2. §. *Respondetur*. Hæc idcirco adduxi, tum ne quis P. Macedum (utinam vicem iam tandem reddat) Iansenismi postularet; tum etiam ut illationem in calce positam a Parallelista, reiicerem. Ceterum in sententia Norisii, qua auxilium remotum omnibus concedit, patet homines remotam peccati vitandi potestatem habere, quam utique Iansenius negavit, adstruens eos ex necessitate peccare, ut ex tertia eiusdem damnata propositione apparet. Ibidem

vero Noris affirmat, gratiam sufficientem amissam esse ex peccato Adæ, quod tradit etiam Macedus in Cortina quæst. 1. art. 9. pag. 125. dicens sanctum Augustinum *de hoc aliter in natura lapsa, misera, captivaque iudicasse : in hanc enim, amissa gratia & rectitudine, incubuisse necessitatem*

Iansenius.

Ostendimus enim duos illos status, sub quorum altero necessario infideles vivunt, non solum omni gratia Christi destitutos esse ad cavendas superandasque tentationes, sed etiam in statibus illis deesse arbitrio libertatem ad bonum, hoc est arbitrium voluntatis non esse liberum ad faciendum aliquem actum bonum, sed tantummodo ad malum. lib. 3. de Grat. Salvat. cap. 11. pag. 126. col. 2.

peccandi, quam sine gratia vitare non posset. Hanc tamen peccandi neccessitatem per auxilia saltem remota beneficio Redemptoris ablatam fuisse diserte Norisius tradit pag. 1009. lit. B. hæc de infidelibus loquens e diametro Iansenii dictis adversa.

Noris.

Quamvis enim infideles careant auxilio proximo sufficienti, habent tamen auxilia quædam remota; unde non patiuntur necessitatem antecedentem peccandi, quam licet humanum genus ex peccato primi parentis incurrerit, Christi tamen Redemptoris beneficio sublata est, ut acute probat noster Poncius 1. p. Relect. de Grat. cap. 15. in Vind. cap. 3. §. 6. pag. 1009. lit. B.

GERMANITAS X.

Circa doctinam de operibus infidelium & intelligentia loci Pauli ad Rom. 14.

Omne quod non est ex fide, peccatum est.

Tractat de hac re multis in locis Iansenius, sed præcipue libro 4. de Statu nat. lap. cap. 1. & ceteris usque ad cap. 18. Tractat Noris in Vindic. August. cap. 3. §. 4. a pagina 933. usque ad 946. & rursum ibid. cap. 4 §. 5. a pagina 1048. ad 1055. ambo sunt gemini.

Iansenius incipit in tit. cap. 1. de Statu nat. lap. hoc modo.

Augustinus ex professo docuit : *Omne quod non est ex fide, esse peccatum. Et cap. 7. pag. 237. eam sententiam dixit esse hanc fiam ex ipsis Christianæ Religionis fundamentis, eamque probat testimoniis Hieronymi, Ambrosii, Prosperi, Fulgentii, sancti Leonis Papæ, & aliorum Patrum.*

Iansenius allegat Patres & Roffensem, quem citat c. 17. p. 258. art. 36. contra Lutherum. laudat etiam concilium Arausicanum ibid. pag. 257.

Noris in Vind. August. pag. 1048. in tit. cap. sic ait.

Non errasse sanctum Doctorem exponentem illud Apostoli: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Et pag. eadem lit. D. *Una est Ecclesiæ & Augustini de illis Apostoli verbis sententia, nempe ut de vera fide Christiana intelligatur*: idque probat auctoritate sancti Leonis, Prosperi, & PP. Addit Facundum Hermianensem schismaticum & Vossium hæreticum, quales non citat Iansenius.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hæc ille tradit tom. 2. Collat. 10. differ. 3. sect. 4. pag. 597. *Sed quoniam hæc oppositio loci Pauli, nempe*: Omne quod non est ex fide, peccatum est, *impugnatur ab omnibus contrariæ doctrinæ auctoribus, immo & erroris a nonnullis audacioribus appellatur, quales sunt recentiores quidam PP. Galli, quorum duo errorem appellant, præterquam quod ego in Cortina olim aliquos pro ea Patres, ac inter eos magnum Gregorium & Bernardum produxi, remitto lectorem ad eruditissimum P. Henricum Noris, qui in ea quam superius laudavi, Pelagiana Historia, in Vindiciis Augustinianis cap. 4. §. 5. evidenter ostendit, eam esse Ecclesiæ, Pontificum, & Patrum locum illum Pauli de fide, prout est virtus Theologica, intelligentium. Producit Pontificale Romanum, Leonem I. Bonifacium II. Synodum Byzacenam quindecim Patrum, inter quos fulge-*

fulgebat Fulgentius, qui extra concilium idem tradidit libro 2. de Pecc. remiss. S. Prosperum epistola ad Rufinum, S. Isidorum lib. de summo Bono cap. 2. S. Bernardum serm. 30. & 31. in Cant. Iulianum Pomerium libro 3. de Vit. contempl. cap. 1. Facundum Hermianensem lib. 1. de trib. Capit. ad Imperatorem Iustinianum. Quorum testimonia in eis egomet meis oculis vidi assuetus non fidere alienis. hæc Macedus. Quod Parallelista addit de Facundo, error est: quod de Vossio, impostura. Nam Facundus scripsit illud opus antequam io schisma laberetur, ut optime ootant Baronius ac Sirmondus; immo id temporis ea in literas misit, cum pro Virgilii Papæ deeretis streoue contra Imperatoris edicta pugnabat. Vossii vero interpretatinnem Noris non probat cap. 4. §. 5. pagina 1050. lit. C. hic enim illud Apostoli dictum interpretatur *de fide Christiana per conscientiam ad opus applicata*; at Noris e contra ex Augustino contendit dictamen conscientiæ a fide dirigendum. Itaque patent Parallelistæ imposturæ. Sed quæ insuper splendide mentiatur, audiamus.

PARALLELISTA.

Doctrina amborum eadem est, nimirum omnia opera infideliom præcise quando fiunt sine directione fidei veræ quidem & Christianæ, esse peccata, & ambo refutant eos Doctores scholasticos, qui secus sentiunt, & aliter explicant illum locum Pauli; Iansenius refutat Suarium, Noris vero Morainum, & expositiones istorum refellunt, quæ cum duæ sint, proponuntur ibi, & refutantur ab utroque. Et ne appareat Germanitas hac in re: Noris utitur artificio, mutans ordinem, & ponendo expositiones adversariorum ordine inverso Iansenii, itaut primam Iansenii faciat secundam, & secundam faciat primam, & ita lateat Germanitas cum Iaosenio.

Iansenius igitur primum affert responsionem Suarii dicentis Augustinum nomine peccati non intellexisse proprium peccatum, sed imperfectum, non meritorium vitæ æternæ. Ita....

Cap. 2. initio pagina 223. idem Iansenius ponit secundam expositionem de nomine virtutis late sumpto pro bono officio, præscindendo a bono fine, quod appellant substantiam operis, ut intelligatur Augustinus negare opera infidelium esse bona quoad fructum spiritualem respectu vitæ æternæ. Ponit libro 4. pagina 226. Hoc ipso quod non referuntur, idest hoc ipso quo fide opus ad Deum referente carent, efficiuntur iniusti. *Et cap. 6. pagina 234. §. Arbitror.* Respicit Augustinus illam doctrinam suam, qua tradit alibi contra Iulianum, in opere vere & plene bono duo esse spectanda, officiom & finem.

Idem libro 4. de Statu nat. lap. cap. 8. p. 238. col. 2. Augustinus non solum veris virtutibus fideles caruisse, vel fuisse falsas & virtutis nomine indignas, sed etiam vitia fuisse tradit, ea prorsus ratione, qua & opera illorum qui fide destituti sunt, non modo non vere bona, vel quasi bona laudabiliaque, sed vera peccata esse declaravit. *Et rursus pagina 239. col. 2. in medio.*

Augustinus explicat illum finem, cuius de-

Noris vero primam hanc expositionem refutatam a Iansenio ponit in secundo loco in Vind. pag. 943. lit. D. nomine scholasticorum, minime nominato Suario. Noris hanc secundam expositionem sumptam ex officio & fine ponit in primo loco §. 4. cap. 3. pag. 934. lit. A. ubi sic ait: *In eo Augustinianæ sententiæ cardo versatur quod virtutes a vitiis non officio, sed fine distinguantur.* Et postea pag. eadem lit. B. *Non est*, inquit, *attendenda sola substantia operis in specie boni ex obiecto, sed finis quoque considerandus venit, propter quem idem opus elicitur.* et ibi refellit auctores contrariæ sententiæ. Idem Noris pag. 943. lit. B. prosequitur hanc differentiam operis boni in substantia & ex officio & ex fine, & ait: *Augustinus intulit opera sterilia non posse dici bona, sed tantum mala, tum ex defectu relationis in Deum, tum ex inde derivata philautia.* Concludit Noris in Vindic. cap. 4. §. 5. pag. 1051. lit. D. *Sanctus Pater ad veram virtutem relationem in ultimum finem necessariam adeo putavit, ut nec virtutes propter sui honestatem citra vitium experti posse affirmaverit.* Et cap. 3. §. 4. pagina 940. lit. B. *Recte ob hanc rationem dixit sanctus Doctor, infideles non posse habere veras virtutes, illa præcipue Apostoli sententia motus:* Omne quod non est ex fide,

defectu peccatum est quidquid facimus, nec a virtute ullo pacto fieri potest, esse unum solumque verum Deum.

de, peccatum est. Et ibi pag. 639. lit. A. *Vult enim*, inquit, *Augustinus voluntatem sola fide dirigi ad faciendum opus cum debita circumstantia relationis in Deum ultimum finem.* Hoc ultimum dictum Iansenii de Deo ultimo fine sic accipit pagina 940. lit. C. *Ad referenda opera bona in Deum non requiri fidem in Christum, sed satis esse fidem in Deum.*

Ambo late versant hanc doctrinam loquentes de fide habituali, qua homo fit Christianus, & ab ea dirigitur ad ultimum finem supernaturalem Deum.

Errant vero ambo, nam Augustinus non loquitur de illa fide habituali, sed de aliqua fide actuali excitante ac irradiante intellectum cum aliqua inspiratione bonæ voluntatis, quæ est media via inter Pelagianos & Iansenianos, quod egregie ostendit Augustinus Conimbricensis in sua Cortina & in Mente Innocentii & in secundo tomo Collationum super secundum sententiarum folio 584. & 586. expresse, qui semper mediam tenet viam inter Pelagianos & Iansenianos, qui extrema sectantur atque adeo vitiosa.

RESPONSIO P. MACEDI.

Fusius hac de re agit Macedus in Cortina, quæ omnia dum tomo alteri Collationum inseruit, loca huius appellabo. Itaque Collat. 10. differ. 3. sect. 2. pagina 583. col. 2. ait: *Mentem Augustini per conclusiones expono. Prima sit: Omnes actus sine ulla omnino fide & citra omne auxilium gratiæ esse pravos & vitiosos, auctor est Augustinus.* Pagina 585. col. 2. *Secunda est: Omnia opera sine aliqua fide & gratia facta ex defectu honesti & debiti finis vitiosa esse, Augustinus iudicavit.* Post plura ad id probandum testimonia producta ait: *Cur autem opus citra fidem & gratiam deficiat a recto & honesto fine, Augustinus ostendit: docens non esse unde dirigatur ad finem ultimum & debitum, id est Deum auctorem omnis boni finemque hominis beatum, citra cuius supernaturalem notitiam omnis actio Gentilica vel ex pravo fine corrumpetur, vel in creatura sistet, vel debito fine spoliabitur: quo fiet, ut aut peccatum commissionis aut omissionis admittatur.* Item ibidem: *Unde censet eum qui naturali ductus affectu colit parentem, & miseretur viduæ, sistendo in eo fine ex amore illius creaturæ, non referendo opus ad Creatorem, peccare venialiter ex defectu debiti finis. Nam illi certe actus naturaliter officii boni, videntur esse conformes recte institutæ naturæ; sed oportet creaturam rationalem altius inspicere & tollere se humo & ad Deum affectus illos referre.* Ita ille Augustiniane & Noris Macedonice. Hanc sententiam solide defendit novus, ac illustris scriptor P. Contensonus Dominicani Ordinis Theologus tomo 5. dissertat. 2. de Gratia cap. 1. specul. 2.

Triplex Parallelistæ impostura.

Nusquam audacius imposturas nectit, quam in hac Germanitate oculis subiicienda, ut lectoribus fucum faciat, ac Norisin invidiam conflet. Et primo quidem præmittit: *Doctrina amborum eadem est, nimirum: omnia opera infidelium præcise quando fiunt sine directione fidei veræ quidem & Christianæ esse peccata;* & inferius: *Ambo late versant hanc doctrinam loquentes de fide habituali, qua homo fit Christianus, & ab ea dirigitur ad ultimum finem supernaturalem Deum.* Iansenius quidem fidem Christi, qua homo fit Christianus, & est habitus infusus in baptismo, ad faciendum opus bonum requirit. At Noris id plane negat. En utriusque antitheses.

Iansenius.

Secundum principium boni operis, quo infideles carent, est fides veri Dei & Christi eius, sine qua fide impossibile est vel servare legem vel cavere peccata, vel præceptum facere, vel

Noris.

Ex quibus patet ad referenda opera bona in Deum non requiri fidem in Christum, sed satis esse fidem in Deum, immo solam fidem etiam acquisitam sufficere colligitur ex lib. de Pa-

vel tentationem superare. libro 3. de Grat. Salvat. cap. 11. pagina 127. idem habet libro 4. de Statu nat. lapsæ cap. 5. & cap. 6. tradit *schismaticorum patientiam non esse sine peccato*.

Patientia cap. 26. *&* 27. *ubi schismaticorum patientiam & bonam esse & laudandam scribit*. Io Vind. cap. 3. §. 4. pagina 940. lit. C.

Altera impostura est, Norisium usum artificio in refutandis duabus responsionibus adversariorum, ita ut quæ apud Iansenium primo loco ponitur, alteri postposuerit. *Noris*, inquit, *hanc secundam expositionem sumptam ex officio & fine ponit in primo loco*. Profecto hic homo audacissime fingit. Nam illa doctrina *de officio & fine* operis, non est *expositio* adversariorum, sed plane argumentum S. Augustini, quo contra Iulianum depugnavit, eaque etiam utitur, uti plane Augustiniana, laudatus Macedus. Iansenius libro 4. de Statu nat. lapsæ cap. 2. in titulo ait: *Primum effugium occluditur, quo dicunt Augustinum loqui de peccato late & improprie sumpto*, nempe ut statim explicat iuxta adversarios, *de opere carente merito vitæ æternæ*. At pag. 218. capiti tertio hunc titulum præfigit: *Secundum effugium clauditur*, nempe ut ait, quod respondent dicta Augustini de operibus pravis infidelium intelligenda esse *regulariter ac moraliter loquendo*. hæc est *expositio*, quam secundo loco Iansenius oppugnat toto illo capite tertio. De hac ne verbum quidem habet Noris, sed illam tantum de opere quatenus meritorium est, reiicit pagina 942. lit. C. Qua ergo fronte scribit: *Noris utitur artificio commutans ordinem, & ponendo expositiones adversariorum ordine inverso Iansenii, ita ut primam Iansenii faciat secundam, & secundam faciat primam, & ita lateat Germanitas Iansenii*, cum quæ unica est apud Norisium, primo loco a Iansenio recitetur? Ceterum illam expositionem ante Iansenium exploserat Gregorius Ariminensis, qui trecentis annis Iansenium præcessit, in 2. sent. dist. 26. quæst. 1. art. 2. et Casalius unus e Patribus Tridentinis, quem Macedus Collat. 10. diff. 2. sect. 3. vocat *præstantissimum Theologum*, lib. 1. de Quadripartita Iustitia cap. 36. & rursus cap. 41. Hæc scribit cap. 36. *Porro neque eis opitulatur posterius diverticulum, quo antiquorum Patrum contra Pelagium agentium auctoritati obviam ire nituntur, dicentes eos de bono meritorio intellexisse suam eorum sententiam*. Adeo antiqua est illa explicatio, ut plane ridiculum videatur, quod exprobrat Parallelista, Norisium apud Iansenium illam reperisse, ac secundo loco eamdem recitasse. Verum utramque explicationem, quæ apud Iansenium legitur, proponit reapse P. Macedus cit. diff. 3. sect. 3. pag. 588. ubi explicationem Suarii recitat, *nempe aut Augustinum de actibus meritoriis gratiæ & gloriæ locutum fuisse, cum eos infidelibus denegavit, aut de iis actibus, qui plerumque fiunt ab infidelibus, ut non neget eos bene unquam sine gratia operari posse, sed vix unquam bene propter difficultatem operari; quo fit ut regulariter dicat eos male operari*. Itaque Macedus, non vero Noris, utramque expositionem retulit: neutram tamen probans Macedus ait: *Perstandum nihilominus est in proposito, & sustinendum Augustinum tria illa quæ statuimus, docuisse* &c. Tertia modo Parallelistæ impostura propalanda mihi est; nam hoc altero parallelo Germanitatem X. claudit, laudato prius *Augustino Conimbricensi*, quo nomine Patrem Macedum designavit, *qui semper*, inquit, *mediam tenet viam inter Pelagianos & Iansenianos*. At eadem plane Macedi vestigia implet Norisius.

Iansenius lib. 3. de Grat. Christ. Salvat. cap. 11. *p.* 127.

Probavimus, *inquit*, nullum omnino opus bonum moraliter, hoc est nullum opus, quod non sit peccatum, ab infidelibus posse fieri, sed quidquid faciunt, quoquo modo se vertant, quamcumque rectam meditentur operationem, totum in eis perversi amoris cupiditate contaminatum esse, & ex vulnere in vulnus surgere, utpote qui quamdiu infideles manent, ipsis

Noris in Vindic. pagina 1008. lit. D.

Ex his intelligitur quomodo infideles peccent non observando legem, quandoquidem sine fide maneant tantum sub lege præcipiente, non sub gratia adiuvante; unde opera, quæ ipsi faciunt, semper sunt peccata, nisi ubi aliquando Deus quosdam bonos actus ipsis nescientibus, in eorumdem voluntatibus operatur. Et iterum ibid. *Itaque cum infideles in Christum non credant, Dei gratiam ad im-*

pleu-

ipsis principiis faciendi moraliter boni careant. *Et rursum ibid.* Cum ergo non habeant infideles gratiam sufficientem diligendi Deum, quos agnitio & fides Dei deficit, profecto noo habent gratiam sufficientem bene operandi.

pleudam legem naturalem non petunt, unde nec eamdem observant, & si qua bona facere videntur, illa non faciunt bene, ut §. 4. probatum est.

Nee excusatur Noris dicendo, se admittere quosdam actus bonos, nimirum ex gratia, dum ait: *Nisi ubi aliquando Deus quosdam bonos actus in iis operatur.* Nam & hoc Iansenius fatetur lib. 4. de Statu nat. lap. pag. 234. ubi ait: *Bene vivendi voluntatem & alia quæcumque opera bona ad gratiam referenda.* Hinc apparet Germanitas inter utrumque de oecessitate fidei habitualis Christianæ ad quodeumque opus bonum morale, & cooformitas negandi infideles bene operari posse. Nam error est dicere, quiequid fit sine fide habituali & gratia superoaturali actuali, esse peccatum.

Vix oculis meis credo dum adeo lutulentam imposturam scripto traditam lego. Profecto Parallelista sibi persuasit, neminem eorum, quæ recitat, fidem apud Scriptores, quos invieem comparat, indagaturum; neque enim, si secus sensisset, tam splendide mentiri ausus fuisset. Noris coocedit, infideles quaodoque divina gratia exeitante ae præmovente, bonos virtutum actos elicuisse; & inquit adversarius: *Et boc Iansenius fatetur;* quod postremum quam mendaciter asseratur ex contradictoriis hisce thesibus, quas subiicio, vel rudes ipsi, oe dum docti intelligent.

Iaoseoius.

Hæc osteuduut quam parvi momenti sit etiam istud, quod Augustinus dicit de Rege Assuero, quod Deus iuxta scripturas, transtulerit iodignationem eius in lenitatem... *Ex quo non video qua ratione conficiatur, illam eius voluntatem fuisse omni ex parte bonum.* Et concludit de Deo: *Sic operatur intus non solum per patientiam, sed etiam per potentiam, ut Augustinus loquitur, ut unum peccatum altero tamquam supplicio puniatur, nec tamen idcirco peccatum est opus bonum, etiamsi pœna sit opus bonum.* lib. 4. de Statu nat. lap. cap. 6. pag. 224. col. 1.

Iansenius.

Respondetur, continentiam illam Polemonis fuisse bonam, sed non opus bonum, cuiusmodi bic postulamus, boc est sine omni omnino peccato ex omnibus circumstantiis. ibid. cap. 5. pag. 230. col. 1.

Iansenius.

Nugæ, delirium, insania, error, impietas contraria Christianorum sensui, Scripturis, & fidei, quod infidelium sit ulla vera virtus, vel opera sine peccato iuxta Augustinum & concilium Arausicanum. est titulus e. 17. lib. 4. cit.

Noris.

Respondeo tertio, infideles aliquos actus bonos elicere, ad quos a Deo præmoventur, qui profecto peccata esse non possunt. Tradit boc diserte sanctus Doctor cap. 24. de Gratia Christi, ubi recitato illo scripturæ sacræ de Assueri mutatione testimonio Hester 15. 11. Convertit Deus & transtulit indignationem eius in lenitatem, *cum prius præmisisset Assuerum tunc fuisse infidelem & peccatorem, concludit*: Interna atque occulta, mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. in Vind. e. 4. §. 5. pag. 1053. io fine.

Noris.

Præterea epist. 130. continentiam Polemonis Philosophi divinæ gratiæ deputandam scribit: Tameo, *ait*, oe idipsum quidem, quod melius in eo factum est, humano operi tribuerim, sed divioo. in Vind. eap. 3. §. 4. pag. 938. lit. C.

Noris.

Sed non adeo rigorose de operibus infidelium S. Doctor locutus est; nam aliquos quandoque virtutum actus eosdem elicere palam concessit, ut ex dictis satis apparet. in Vind. in fine §. 4. citati.

In molem hæc una responsio excresceret, si Iansenii testimooia hic recitare vellem, cum ioeo libro quarto per plura capita ostendere conetur, nullum umquam opus bonum fieri ab infidelibus, eosque esse omni prorsus & semper gratia Dei destitutos, quæ nulli, nisi post fidem eonfertur; ut sane apertissimæ fallaciæ convioeatur Parallelista, qui fingit Ianseoium dixisse ex vera Dei gratia infideles bene quandoque operatos fuisse. Oculos lectorum appello.

GER-

GERMANITAS XI.

Quoad causam impossibilitatis servandi præceptum ex vi legis, idest timorem, quem dicunt servilem.

Iansenius lib. 5. de Grat. Salv. cap. 23. pagina 234.

Timor ex lege nascebatur. *Ibid.* Timor ille Dei, ex quo legem Iudæi servare conabantur, non aliud effecit, nisi legem terribilem. *Ibid.* Ab Augustino timor legis vocatur, tamquam qui esset proprius effectus legis, prout lex opponitur gratiæ Dei. *Rursum*: Patet, timorem legis non modo non esse effectum gratiæ, sed potius distingui contra gratiam.

Idem lib. 5. de Grat. Salv. cap. 1. p. 406.

A caritate proficiscitur, ut non timeat pœnam, & ut amet iustitiam, ut pœna non terreatur, & ut iustitia delectetur, ut eam non delectet iniquitas. Vocat hunc timorem servilem. *Idem lib. 3. de Grat. Salv. c. 6. pag. 116. in fine*: Ex isto amore carnali atque timore templa, sacrificia, sacramenta frequentabant, totumque illud durissimum iugum serviliter sustinebant. Ex isto amore atque timore tota eorum iustitia nascebatur, quam Apostolus arbitratus est ut stercora.

Idem ibid. lib. 3. cap 8 pag. 120. col. 2. §. Quapropter, ut custodiatur lex, amor ac timor temporalium rerum sufficit: ad quos concipiendos affectus nullum spiritualis gratiæ auxilium necessarium est. Quæ sane causa est, ut veteri testamento & filiis eius Augustinus formidinem pœnæ tribuat, ex qua carnalis, de qua gloriabantur, iustitia nascebatur.

Noris in Vind. §. 6. c. 3. pag. 1001. lit. D.

Ubi gratia non infundit amorem, observatio legis ex puro timore servili facit prævaricatorem. Periode ac timor sine mixtura amoris Dei supernaturalis pugnet cum gratia & sit pure servilis & peccaminosus.

Iterum p. 1009. lit. D. *Augustinus opera facta in lege veteri peccata dixit, cum Iudæi illa fecerint timore pœnæ, non amore iustitiæ. Ecce timor pœnæ malus est, & operatur peccatum.*

Rursus pag. 1010. lit. D. *Hinc Augustinus dixit opera Iudæorum in veteri lege fuisse peccata, & legem illam fuisse servilem, quod illi qui eamdem implerent, timori inservirent.*

Deinde pag. 1011. lit. A. *Erat ergo vetus lex timoris, quod carnalis ille populus se ac sua tantum amans, quidquid boni iuxta legis mandata faciebat, amore sui faciebat, volens sibi bona ac timens mala. Lex ergo tamquam servit incutit timorem: gratia, quæ per fidem Christi impetratur, inspirat amorem.* Loquitur autem universaliter, ceu omnes Iudæi ita operarentur, quod etiam facit Iansenius, paucos excipiendo.

Mirum autem est, neutrum facere mentionem alterius timoris, præter servilem, quasi non agnoscant timorem bonum, nisi qui sit mixtus caritate, quod non est consonum concilio Tridentino.

RESPONSIO P. MACEDI.

Ea ex cap. 28. Harmoniæ Exercitiorum S. Ignatii & Operum S. Augustini desumitur, quo loci pag. 572. ita fatur: *Nihil enim frequentius usurpat Augustinus in suis operibus, quam timorem servilem esse malum & contrarium caritati, & ab ea prorsus excludi, eoque non impleri legem, nec vitari peccatum, immo diligi culpam, & tantummodo timeri pœnam. itaque vituperari, & improbari. Hoc ego negare non possum, qui passim, cum apud Augustinum habitem, in hunc pravum timorem incurro. Verum enim vero lectis & expensis Augustini operibus, alius præter hos duos tertius quidam timor apparet, qui medius est, nec tam bonus ut filialis, quem castum solet appellare Augustinus, nec tam malus uti hic servilis.* Item pag. 573. *Et affert* Augustinus *rationem optimam in Psal. 32. conc. 1. paulo post principium*: Qui timendo non facit male, faceret, si liceret. Itaque & si facultas non datur, voluntas tenetur. *Hic est vere servilis timor, quem reprobat Augustinus, cum quo stat voluntas peccandi.* hæc ille in Harmonia, in qua miram cum Norisio consonantiam exhibet.

Qua ratione *loquitur universaliter ceu omnes Iudæi ita operarentur*, cum disertè tetetur *plurimos* secus operatos fuisse? Certe S. Thomas *aliquos* a tanto numero excepit, & S. Augustinus *paucos* lib. de Catechiz. rudib. cap. 22. immo *paucissimos* lib. contra Adim. cap. 17. nempe in comparatione populatis multitudinis, qui tamen in suo numero plurimi extitere.

Denique castiganda est clausula Parallelistæ dicentis: *Mirum autem est neutrum facere mentionem alterius timoris præter servilem, quasi non agnoscant timorem bonum, nisi qui sit mixtus caritate, quod non est consonum concilio Tridentino.* Etenim satis luculenter Notisius timorem castum laudat scribens pagina eadem 1011. lit. C. *Timor quidem, si desinat esse pure servilis, & per aliquem Dei amorem incipiat esse castus, est bonus, nec vitiat opera ex eodem derivata.* Timor castus excludit voluntatem annexam peccandi, & adhæret amori iustitiæ, sine quibus est tantum servilis. Qui vero timor castus est, aliquem Dei amorem includere fusius docuere Lupus & Farvacques in opusculis de Attritione, & Germanus Philalethes ea de re cap. 2. Et quidem tantum abest ut Synodus Tridentina aliquem Dei amorem ad attritionem necessariom negaverit, ut decreto ipsi prius inseruerit: *Cum sine aliquo dilectionis in Deum motu esse vix queat:* quam tamen periodum, ne quorumdam scholasticorum secus sentientium opinionem damnaret, Synodus postea resecuit. Rem suse narrat Card. Pallavicinius libro 12. Histor. eiusdem Synodi cap. 10. Numquam Noris dixit timorem bonum debere esse *mixtum caritate*, nempe habitu infuso; cum satis sit imperfecta dilectio per gratiam actualem inspirata, quam si quis caritatem imperfectam cum doctissimo Lupo vocare velit, per me liceat; neque enim de nomine litigandum est. Hinc Noris dixit *per aliquem Dei amorem*, quo priori verbo amor tantum imperfectus designatur. Num vero Iansenius de timore per legem incusso recte senserit, videtint illi, quibus maius otium superest: neque enim ipse hominem adoro.

GERMANITAS XII.

Circa libertatem.

Iansenius lib. 1. de Statu nat. lap. cap. 4. p. 85.

Illa ratio voluntatii, quo peccatum io se ipso ita voluntarium est, ut ab eo sit liberum abstinere, sicut illud Augustinus definivit, & Iulianus etiam in peccato originis necessarium esse contendit, ut Augustinus tradit, in illis solis peccatis est necessaria, quæ pure peccata sunt, non in illis sive actualibus, sive originalibus, quæ ita sunt peccata, ut simul pœnæ sint peccatorum. Pœna enim hoc ipso, quo pœna est, rationem voluntatii excludit & perimit. Itaque Iuliano definitionem Augustini approbante, qua peccatum esse dixerat, unde liberum est abstinere. Hic, inquit Augustinus, peccatum definitum est, quod tantummodo peccatum est, non quod etiam pœna peccati. De hoc quippe agendum fuit, quando mali origo quærebatur, quale commissum est a primo homine ante omnes homines malum.

Iterum lib. 2. c. 4. pag. 125. Augustinus asseveranter docuit huiusmodi sententias &

Noris in Vind. pag. 993. lit. B.

Respondeo, laudatum sancti Doctoris testimonium a Iuliano eidem Augustino obiectum fuisse, cui sanctus Pater respondet lib. 1. Operis imperfecti cap. 48. Ipse Adam est, quem nostra illa definitio intuebatur, cum diceret: Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere. *Adam quippe omnino quando peccavit, nihil in se habebat mali, quo nolens urgeretur ad operandum malum, & propter quod diceret:* Non quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago; *ac per hoc id egit peccando, quod iustitia vetabat, & unde illi liberum fuerat abstinere. Nam ei qui dixit, quod nolo malum, hoc ago, abstinere inde liberum non est.* Rursum Noris verbis sancti Augustini prosequitur ad Iulianum ibid. *Sciat aliud esse peccatum, aliud pœnam peccati, aliud utrumque, idest ita peccatum, ut ipsum sit etiam pœna peccati. Intelligis quid horum trium pertineat ad illam definitionem, ubi* voluntas est agendi, quod iustitia vetat, &

& definitiones suas non esse de quolibet peccato intelligendas, sed de illo solo, quod in paradiso primus parens summa libertate perpetravit. Duplex quippe peccatum distinguere solet Augustinus; aliud quidem quod peccatum tantum sit, aliud quod ita pecccatum sit, ut sit etiam pœna peccati. *Et mox*: Ipsum Augustinum cum Iuliano disputantem audiamus. Cui respondet Augustinus. Hic peccatum definitum est, quod tantummodo peccatum est, non quod etiam pœna peccati. De hoc quippe agendum fuit, quando mali origo quærebatur, quale commissum est a primo homine ante omnes homines malum. Sed tu aut non potes intelligere, aut non vis. Et rursum (*pergit Iansenius*) eamdem abstinendi libertatem inculcante Iuliano: eamdem responsionem suam Augustinus inculcat. Peccatum enim tantum, & peccatum quod simul est pœna, identidem distinguit. *Insuper lib. 4. de Statu naturæ lapsæ cap. 22. pag. 267. col. 1.* Status iste, in quo non libertate faciendi boni, sed necessitate faciendi mali peccata perpetrantur, pœnalis est de supplicio peccati liberioris impositus: unde peccata, quæ inde fluunt, non propterea peccata esse desinunt, quod ab eis animus libertate faciendi oppositi boni abstinere non posit. *Idem Iansenius citat locum lib. 1. Oper. imperf. quem citat Noris. ita lib. 1. cap. 4. pag. 85.*

& unde liberum abstinere. *Peccatum namque isto modo definitum est, non pœna peccati, non utrumque*. Ex quibus infert Noris ibid. *Certum igitur est posse peccatum originale esse vere & proprie peccatum, etiamsi non inde liberum sit abstinere, & doctrinam illam traditam a sancto Doctore lib. de duab. Anim. ib. c. 11. applicandam non esse peccato originali*. Pergit ibi refutare adversarium his verbis: *Falsa hæc sunt, nam ex mente Doctoris oppositum dicendum est. Docet enim arguendum esse etiam illum qui peccat tertio illo genere peccati; inquit enim ibid. Tertium vero genus, ubi peccatum ipsum est & pœna peccati, potest intelligi in eo qui dicit*: Quod nolo malum, hoc ago.

Ecce concedit Noris peccatum sine libertate & potestate ad oppositum etiam in nostris peccatis actualibus, quæ sunt peccata & pœnæ peccati: sic enim ait pag. 994. lit. C. *Immo ab illa necessitate vituperationem destrui erat ipsissima obiectio Iuliani dicentis lib. 5. Oper. imperf. c. 52. Huius vituperatio ad necessaria non recurrit, quia quidquid ad necessarium pervenit, ipsum pulsat auctorem, nempe Deum. Cui sanctus Pater respondet: Numquid hoc quod nolo malum, hoc ago, ipsum hominis pulsat auctorem? & tamen eum, qui sic agit malum, satis apparet ad necessarium pervenisse; necessitate quippe agit, quod non agit voluntate.*

Ambo componunt peccatum cum libertate sine indifferentia & sine potestate ad oppositum, & hanc sententiam tribuunt Augustino.

RESPONSIO P. MACEDI.

E Cortina sua loquitur quæst. 1. art. 4. pag. 68. *Sed nil ad illa probandum fortius & evidentius, quam illa ipsa definitio peccati antea proposita, & ab Augustino semel de peccato Adæ explicata*: Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi, quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere. *Cum enim ea definiri a se primum Adæ peccatum Augustinus semel, uti proxime diximus, declarasset: non negavit eam aliis item peccatis lapsæ naturæ convenire, quæ quidem proprie peccata sunt, idest quæ simili illi Adæ parentis libertate fiunt, ac proinde pœnæ peccatorum non sunt: cuiusmodi sunt ea quæ ab homine iusto peccata committuntur. Nam cum hic ope iustitiæ & gratiæ in statu libero reponatur, quæ admittit peccata, ea simili Adæ libertate admittit, atque adeo simpliciter libera dici possunt. Perspicue Augustinus lib. contra Iulianum imperf. Operis primo proximam definitionem nova & excogitata ratione oppugnantem*: Scias, *inquit*, aliud esse peccatum, aliud pœnam peccati, aliud utrumque. Intelligis quid horum trium pertineat ad illam definitionem, ubi voluntas est agendi, quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere. Peccatum namque isto modo definitum est, non pœna peccati, non utrumque &c. Igitur fatetur cum Augustino famosam peccati definitionem competere iis præcipue

eipuè peccatis, quæ *pœnæ peccatorum non sunt*.

Et quidem Iansenius erravit contendens laudatam definitionem iuxta sancti Augustini sententiam intelligendam esse *de illo solo, quod in paradiso primus parens summa voluntatis libertate commisit*, uti scribit lib. 2. de Statu nat. lap. cap. 4. pag. 123. col. 2. & lib. 4. cap. 21. pag. 262. col. 2. & pag. 263. col. 2. & passim alibi. Etenim diserte eo loci Operis imperfecti oppositum sanctus Doctor testatur, *multa quippe*, inquiens, *sunt quæ agunt homines mala, a quibus eis liberum est abstinere*. Et lib. 5. cap. 60. *Nos*, inquit, *vel potius ipsa veritas dicit, perfectæ ætatis homines quosdam voluntate, quosdam necessitate, vel eosdem ipsos in quibusdam voluntate, in quibusdam necessitate agere malum. Quod si falsum putas, illum aspice clamantem*: Non quod volo, facio bonum, sed quod nolo malum, ago. *Qui tibi toties in faciem retorquendus est* &c. Porro peccatum originale non libere, sed necessario a nascentibus contrahi ex communicatione naturæ libero Adæ peccato vitiatæ, certum catholicæ fidei dogma est; unde neque parvulis conceptis in utero liberum est abstinere a peccato, quamvis id liberum fuerit primo humani generis satori. Ceterum qua ratione dicantur a sancto Doctore esse quædam peccata actualia, a quibus non est liberum abstinere, eaque ita esse peccata, ut pœnæ etiam sint peccatorum, ipse nobis exponit in laudato libro 5. contra Iul. Oper. imp. cap. 59. ubi versans proxima verba Apostoli, ait: *Vult, & non agit quod bonum est; unde ista necessitas? Agnoscunt eam quidem catholici Doctores, qui Paulum Apostolum intelligunt etiam de se ipso ista dicentem, & ex lege quæ in membris repugnat legi mentis, sine qua nullus hominum nascitur, venire non dubitant, & ideo dici & a sanctis vident*: Non quod volo, facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago, *quia vident quantum bonum sit, nec carne concupiscere quæ mente aversantur, eosque id velle, nec facere, & malum esse, quamvis mente non consentiente, vel carne tamen talia concupiscere* &c. Itaque de motibus indeliberatis concupiscentiæ illud dictum Apostoli intelligit, quos ait esse pœnas peccati, a quibus non est nobis liberum abstinere, hoc est non pati; quamvis liberum sit abstinere a consensu. Rursus sanctus Augustinus peccata actualia deliberata Dæmonum, quæ sunt tamen pœna peccati, ab eadem definitione excludit libro eodem cap. 47. hæc scribens: *Restat igitur ut ante supplicium ignis æterni etiam necessitas ista peccandi magna, sit Diabolo magna pœna peccati, neque hinc excusetur a crimine, quoniam & ista vindicta est proxima crimine, ut eum delectet sola malitia, nec possit delectare iustitia. Ad hanc autem iam pœnalem peccandi necessitatem non utique pervenisset, nisi prius libera voluntate, nulla necessitate peccasset. Definitio itaque illa peccati cum sit*, quod iustitia vetat, & unde liberum est abstinere, *ad illud peccatum pertinet, quod tantummodo peccatum est, non quod etiam pœna peccati*. hæc sanctus Doctor. Illud tamen notandum est Norisium de solo peccato originali locutum fuisse, ac de iis motibus animi, qui nobis liberi non sunt, quod præveniant rationem, quos tamen ex sancto Augustino asserit esse vituperabiles ac pudendos, refellens Morainium secus sentientem. Iansenius vero ab illa definitione omnia peccata excludit, quam in Adæ tantum peccatum quadrare comminiscitur. Non est autem idem, asserere actus necessario nobis inexistentes ex vitiata natura esse vituperio dignos, quod unicum Noris dixit, ac affirmare hominem, dum peccat, semper necessario, hoc est sine libertate indifferentiæ peccare, quod Iansenius commentus est. Misere vero Parallelista alucinatur, dum Augustinum non legens, illa verba Apostoli de peccatis actualibus reatum culpæ mortalis inferentibus intellexit, cum de motibus indeliberatis, qui sunt tantum materialiter peccata, accipienda sint, quæ tamen pudori ac vituperio subiacent, cum sint in genere malorum, ac displiceant Deo; hinc sancti viri nollent illos habere, & cum erumpunt, ipsos eorum pudet, ac conantur Deo adiuvante supprimere.

GER-

GERMANITAS XIII.

Circa gratiam sufficientem, quæ duas partes habet. Prima, non dari distinctam ab efficaci. Secunda, si datur, eam non dari omnibus.

Negat Iansenius dari gratiam sufficientem distinctam ab efficaci. Libro 3. *de Gratia Christi Salvat. cap.* 5. *pagina* 113. Amissum est, *inquit*, illud pristinæ integerrimæque voluntatis æquilibrium. Non sufficit iam voluntati gratia qua profit ei lex ac doctrina, si velit, sed agnoscenda est illa gratia, quæ re ipsa faciat. *hæc vero gratia sufficiens. Non aliam agnoscit sufficientem, nisi hanc efficacem, quæ facit.*

Rursum ibid. Quamcumque gratiam potentialem homini sive iusto, sive iniusto, sive Iudæo, sive Pagano adesse statuamus, nisi ipsam donaverit voluntatem & actionem, hoc est ipsum velle & operari, non est sufficiens gratia voluntatis & actionis. *Pag.* 112. *col.* 2. *in fine.* Scopo Dei nihil magis repugnat, quam si lex simul ac data est, sufficienti gratiæ adiutorio muniretur; *& addit*: Quid illi repugnat magis, quam ut sufficienti potestate, quæ per adiutorium suppeditatur, se munitum esse experiatur.

Pag. 76. *lib.* 2. *de Grat. Christi Salvatoris c.* 21. *col.* 2. Angelis sanctis & Adamo ante peccatum Christi medicinalis gratia nullo modo erat necessaria, sed velle & agere in eorum relinquebatur arbitrio: horum quicquam si homo lapsus iam etiam potest, nec gratia Christi medicinalis donet ut possit & velit, libere dico: gratis Crhistus mortuus est.

*Pag.*82. *col.* 2. Aberrarunt qui nobis talem gratiam protulerunt, nempe ut sit quædam potentialis gratia, cum qua homo credat, convertatur, operetur, si velit: sin vero nolit, nullus sequatur voluntatis, aut operationis effectus. *hactenus de prima parte.*

De secunda: non dari gratiam communem omnibus. Ac primum non dari Iudæis ait Iansenius lib. de Gratia Christi cap. 5. *pag.* 227. *in titulo cap.* Non affuisse hominibus sub lege gratiam sufficientem *in tit. cap.* 7. *& in textu*: Nullam omnino gratiam dabat.

De infidelibus cap. 11. *pagina* 126. *in titulo cap.* Infideles carent gratia sufficienti ad salutem. *& in textu ibid. col.* 2. §. & quidem. Eos omni tali (*sufficienti*) gratia carentes Noris in Vind. Augustin. pagina 1006. lit. A.

Si lex ut obliget, semper infert assistentiam gratiæ sufficientis, sequeretur gratiam sufficientem ad observationem legis necessariam, non fuisse amissam ex peccato Adæ, quod puto esse falsissimum. Et pagina 1005. *Oramus ad Dominum: quod si ita fuisset in potestate quomodo fuit ante peccatum, non utique posceretur orando, sed agendo potius teneretur. Hæc autem quæ poscitur ad agendum, non est nisi efficax. Alia non datur, nec petitur, idest quæ dat solum posse; & est sufficiens, quam volunt scholastici.*

Rursum pag. 1008. lit. B. *Hinc dictum Augustini*: Fides impetrat, quæ lex imperat. Ac per hoc dicitur Deo: Da quod iubes. Ideo enim lex iubet, ut admoneat quid faciat fides, idest ut cui iubetur, si nondum potest, sciat quid petat: si autem continuo potest, & obedienter facit, debet etiam scire quo donante facit. *Ex quibus patet quandoque auxilium proximum præsto esse, inquit enim* Augustinus: *Si autem continuo potest. Igitur si quandoque adest, & dat actum cum posse, non est illud sufficiens, sed efficax.*

Ac ibidem pagina 1006. lit. C. *Gratia sufficiens ad observationem legis necessaria amissa fuit ex peccato Adæ, nec connexa erat cum lege obligante. nam si lex sola sufficeret, Christus gratis mortuus diceretur. Et eamdem vim habet Apostoli ratiocinatio contra gratiam sufficientem, si enim per hanc posset homo implere legem, ergo Christus gratis mortuus esset.*

Pag. 1005. lit. B. *Cum instante præcepto homo non irrisorie, sed veraciter Deum debeat orare, ut sibi gratiam donet ad faciendum mandatum, signum est non adesse in omnibus & singulis momentis. Nam si adest possibilitas, ut quid orant? pro efficaci, quia alia sufficient non datur nisi ad possibilitatem.*

Quoad secundum pag. 1007. lit. D. de Iudæis: *Lex non habet annexam gratiam proxime sufficientem.* Et pagina 1001. lit. C. *Tantum abest ut lex homines adiuvarit, quin potius reos fecerit, sine gratia iubendo.*

De gentilibus pag. 1008. in fine: *Infideles pec-*

carere oullam io Augustioi principiis dubitationem habet.

Quin immo contrariam sententiam, scilicet communem omnibus esse gratiam, dicit esse dogma Semipelagianum. Libro 8. de Heresi Pelagiana cap. 3. pagina 183. in fine. Manifestum est Semipelagianis duo ista fuisse dogmara, quod Deus veller omnea homines salvos fieri, & quod consequeoter io omnes gratiam suam profunderet. *Et ibid. supra*: Semipelagiani omnibus gratiam dari voluot.

peccant non observando legem, quandoquidem sine fide manent sub lege præcipiente, non sub gratia proxime adiuvante: unde opera quæ ipsi faciunt, semper sunt peccata.

Absolute negat dari pag. 1004. lit. C. *Affirmat* (Augustious) *gratiam ad singulos actus dari, non omnibus ministrari.*

Itaque consentit cum Iaosenio quoad. dogma Semipelagianum libro 2. Histor Pelag. cap. 11. pag. 388. lit. A. *Capitale Massiliensium dogma fuit communem omnibus esse gratiam.*

RESPONSIO P. MACEDI.

In hac sua multiformi Germanitate omnia susdeque agitat, miscet, confundit, ut tesselatum illud opus in speciem saltem promovear. Er primo obiicit Norisio, quod non admittir gratiam sufficientem ab efficaci distinctam. In hanc certe opinionem se olim descendisse testatur Macedus tom. 2. Collat. 7. diss. 3. sect. 7. pag. 362. *Nihilominus*, inquir, *auctor sum, adiutorium istud* sine quo non *dari in statu ruinæ post peccatum. Novum id videbitur novis Augustinianis, & non paucis in Augustino versatis: nam & mihi aliquando aliter visum fuit.* O virum caodidum ac ingenuum! Fatetur se eo io dogmare olim Iansenizasse. Ceterum huius opinionis nec vola, nec vestigium in Norisii libris apparet. Equidem oppositum tradit in Vindiciis cap. 2. pag. 895. lit. A. quo loci præter gratiam efficacem probat ex Augustino dari etiam sufficientem, cui resistimus: *Palam fit*, inquit, *quosdam vocanti Deo resistere, quæ etiam ex cap. 11. de Corrept. & Grat. deducuntur, cum adiutorium* sioe quo noo *ministratum Angelis & Adamo ante lapsum, dari etiam in statu naturæ lapsæ quibusdam, aliis in pœnam peccati non dari scribit; cum, inquam, ista docet, de altera gratiæ specie debili, incongrua, & remote sufficienti loquitur.* Hoccine est non admittere gratiam sufficientem distioctam ab efficaci? Sed ad Senem optimum redeo. Hic cum loco proxime designato sect. 9. pag. 374. col. 2. concessisset adiutorium *sine quo non* starus innocentiæ dari etiam in statu naturæ lapsæ, palam denutiavit nolle se hocce adiutorium *gratiæ sufficientis* oomine appellare: *Augustinus*, inquit, *auxilium sufficiens efficax dicit, cum proxime sufficiens est, immo non putat sufficiens, quod non habet effectum: & quidem meo iudicio recte; nam si sufficit, & datur ut sufficiat, cur non efficiet id, propter quod datur? Quod si non efficit, profecto non sufficit.* At logomachiam, quando nullum de re ipsa dissidium est, omittamus, & propositiones ex Norisii libris excerptas, ac cum Iansenianis a lepidissimo Parallelista collatas discutiamua.

Et primo quidem hæc Norisii ex pag. 1006. lit. A. Vind. recirat: *Si lex, ut obliget, semper infert assistentiam gratiæ sufficientis, sequeretur gratiam sufficientem ad observationem legis necessariam, non fuisse amissam ex peccato Adæ, quod puto esse falsissimum.* At mehercle idem olim docuerat Macedus in Cortina qu. 1. art. 9. p. 125. hæc de natura lapsa pronuntians: *In hanc enim, amissa gratia & rectitudine, incubuisse necessitatem peccandi, quam sine gratia vitare non posset.* Rursus tom. 2. Collat. 7. diss. 3. sect. 7. pagina 363 col. 1. de adiutorio *sine quo non*, quod idem est ac gratia sufficiens, scribit: *Non illud adiutorium, cum esset gratia, ablatum est homini per peccatum.* Iaosenius id erravit, quod adiutorium *sine quo non* ira amissum dixit, ut oulli penitus detur in statu naturæ lapsæ, cum omnis gratia Christi Redemptoris meritis nobis collata sit efficax, nulla pure sufficiens. At Noris cum Macedo etiam gratiam sufficientem io statu naturæ lapsæ admisit, oegans quempiam subesse necessitati peccandi. Dein Parallelista opponit hæc Norisium scripsisse pagina 1003. lit. C. *Oramus ad Dominum: quod si, ait, fuisset in potestate, quomodo fuit ante peccatum, non utique posceretur orando, sed agendo potius teneretur. Hæc autem quæ poscitur ad agendum, non est nisi efficax; alia non datur, nec petitur, idest quæ dat solum posse & est sufficiens, quam volunt scholastici.* Non possum non indignari, dum tot calumniatoris præstigias oculis lustro. Non

funt

sunt Norisii verba quæ eidem impostor appingit. Sunt partim magni Augustini oracula, partim affutæ per calumniam appendices. Hæc loquitur S. Doctor lib. 6. Oper imp. cap. 15. *Unde & Apostolus dicit*: Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali, *quod si ita esset in potestate, quomodo fuit ante peccatum, priusquam esset natura humana vitiata, non utique posceretur orando, sed agendo potius teneretur*. Porro quis hominis audaciam non execretur, qui tam splendidam S. Augustini sententiam, quam Norisius recitavit, sub huius, non autem Augustini nomine publicat, ac una cum Iansenii dictis damnandam æquata lance suspendit? At vide quam astute dolos concinnet; etenim cum Noris illa ex Augustino recitet pag. 1003. ille appellat pag. 1006. ne lectores tam grandem imposturam advertant. Verum alium rursus fraudem fraudi sus est; nam reliqua verba: *Hæc autem quæ poscitur* &c. de suo apposuit, ac sub ipsius Norisii nomine venditavit, ut eumdem Iansenismi reum convinceret. An reponet erraße typographum, qui hæc postrema verba eodem charactere expressit? O impudentiam non ferendam! Itaoe ex laudata S. Augustini sententia, exclusa quacumque gratia sufficienti tum proxima, tum remota, sola gratia efficax prædicanda est, ac ex consequenti nulla alia, cui resistatur, admittenda, qui Iansenii error est? Itaque, auctore Parallelista, S. Augustinus Iansenismi reus peragitur, ac una eum Iansenio damnandus Christo iudiei sistitur. Progrediamur.

Tertio recitat ex pagina 1008. lit. A. Vind. has Norisii sententias. *Rursum ibidem*: *Hine dictum Augustini*: *Fides impetrat quæ lex imperat. Ac per hoc dicitur Deo da quod iubes. Ideo enim lex iubet, ut admoneat, quid faciat fides, idest ut cui iubetur, si nondum potest, sciat quid petat. Si autem continuo potest & obedienter facit, debet etiam scire, quo donante facit. Ex quibus patet quandoque auxilium proximum præsto esse; inquit enim* (Augustinus) *si autem continuo potest. Igitur si quandoque adest, & dat actum eum posse, non est illud sufficiens, sed efficax*. In hac accusatione Parallelista bina S. Augustini testimonia, quæ Noris ex diversis S. Doctoris libris recitavit in unum conflat, altero tamen detonso. sed quod integer sensus habetur, nullam eidem quæstionem facio. Præterea admitto quod de suo infert, *si dat actum cum posse, esse efficax*, quod Macedus ac Norisius *proxime sufficiens* appellant. Disputat eo loci Norisius de auxilio tantum proxime sufficienti, negans hoc semper adesse, cum ut plurimum sit precibus impetrandum. Porro auxilium proxime sufficiens esse idem ac efficax auxilium pluribus probat meus Macedus tom. 2. Collat. 7. differ. 3. sect. 9. pagina 371. Pauca libeat exscribere. *Conclusio sit*: *Auxilium sufficiens Augustinianum est illud remotum, quod Suarius iuxta concilium Tridentinum exposuit & formavit, in ea latitudine, donec perveniat ad illud complementum, quo constituitur integrum auxilium proximum, reddens affectam potentiam proxime, & immediate expeditam ad operandum, & tantum non operantem; nam quo puncto ita completum fuerit, eo fiet efficax & insuperabiliter & indeclinabiliter, quæ duo sunt Augustini verba, non necessario tamen operationem inducet*. hæc ille pluribus probat, & quidem optime iuxta sancti Augustini sententiam.

Quarto ex pag. 1006. lit. A. Vindiciarum tradit Norisium scripsisse: *Gratia sufficiens ad observationem legis necessaria, amissa fuit ex peccato Adæ, nec connexa erat eum lege obligante* &c. Fallit impostor; nusquam illa postrema verba eo modo Norisius pronuntiavit. Nam tantum affirmat, modo gratiam proxime sufficientem non esse connexam eum lege obligante, quæ tamen in statu innocentiæ connexa erat cum eadem lege ex S. Augustino eap. 11. de Correp. & gratia. Audiatur Macedus tom. 2. Collat. 7. differ. 3. sect. 7. pagina 363. col. 2. ubi loquens de adiutorio sufficienti ait: *Quod homini innocenti & Angelis sanctis erat illud adiutorium ex æquitate debitum & veluti connaturale; quod aliter est in statu nostro, qui est ruinæ & peccati, cui erat annexa gratiæ privatio*. Equidem idem Macedus in aureo illo suo Scrinio Augustini cap. 10. 11. 12. 13. & 14. fusissime probat gratiam sufficientem amissam ob peccatum Adæ non omnibus reapse restitui. Ibi cap. 14. pag. 238. ait: *Ea sententia Augustini supponit sine ulla fide & gratia, idest sine ullo auxilio sufficienti peccari, quandoquidem opera ita operantium deliberata peccata sunt*. Certe qui peccat, agit contra legem prout obligantem ad actum oppositum. Igitur si *sine ullo auxilio sufficienti peccatur*, gratia sufficiens oon est

est connexa cum lege prout obligante in statu naturæ lapsæ. Quomodo vero in eo casu salvetur libertas, ita exponit: *Et tamen supposito quod non habeat gratiam, adhuc peccabit: nam etsi sine gratia sit ad genus mali determinatus, non est tamen determinatus quoad speciem mali: unde adhuc manet cum potestate electiva ad hanc vel illam formam peccati.* Has tamen in angustias haud Norisius redigitur, qui gratiam saltem remotam omnibus adesse fatetur, ut patet ex eiusdem testimoniis laudatis ad Germanitatem 8. Enimvero Noris ea pagina 1006. loquitur in hypotesi cum suo Basilio Poncio, quem ibidem commendat, nempe amissam fuisse ex peccato Adæ omnem gratiam, secluso beneficio Redemptoris, & addit stante hypothesi, adhuc legem habituram vim obligandi. Hoc in Dæmonibus ac reprobis hominibus patet, quibus nulla datur in inferis gratia sufficiens, & tamen peccant contra legem, quamvis quod sint in termino, non inde novo demerito obnoxii sint. Profecto & Adam fuisset in termino damnationis, omni gratia privatus, nisi divina pietas eidem Salvatorem præparasset, uti ex S. Innocentii Papæ decretis egregie demonstrat Augustinus lib. 6. Oper. imper. cap. 11. & pluribus defendit Poncius toto capite 14. partis 1. Relect. de gratia, cui consentit Macedus pagina 125. Cortinæ. Verba superius recitavi.

Quinto ex pagina 1005. lit. B. *Cum instante præcepto homo non irrisorie, sed veraciter Deum debeat orare, ut sibi gratiam donet ad faciendum mandatum, signum est non adesse in omnibus & singulis momentis. Nam si adest possibilitas, ut quid orant?* Et assuit hocce scholion: *Pro efficaci, quia alia sufficiens non datur nisi ad possibilitatem.* Et hic solito more periodos mutilat, ut per dolum Germanitates similiores obtrudat. Scribit Noris: *Cum non irrisorie sed veraciter Deum debeat orare, ut sibi gratiam donet, signum est divinam gratiam necessariam ad exsequendum opus imperatum, non adesse* &c. Ad hoc ut homo exsequatur opus imperatum, necessaria est gratia proxime sufficiens, seu efficax in actu primo, quomodolibet illa efficacia exsplicetur. Ceterum Macedus illud Parallelistæ scholion portento simile iudicat, hæc mirabundus contestatus tom. 2. Coll. 7. sect. 9. p. 374. col. 2. *Scholasticorum quosdam velle, ut auxilium sufficiens in eo distinguatur ab efficaci, quod numquam habeat effectum, atque adeo numquam efficax sit: quod quidem est alienum a mente Augustini & libere excogitatum.* Et paulo inferius dicit id esse *mirabile & incredibile*. Itaque incredibilia Macedo est Parallelistæ propositio: *Gratia sufficiens non datur nisi ad possibilitatem.* Rursus illum qui orat, non habere auxilium proxime sufficiens ad faciendum opus imperatum, probat Macedus egregie ex sancti Augustini ac Tridentinæ postea Synodi verbis eadem sect. 9. pagina 371. quæ proxime recitabo in responsione ad Germanitatem insequentem XIV.

Transit Parallelista ad alteram partem Germanitatis: nempe gratiam sufficientem non dari omnibus. Hanc thesim, o bone, per quinque capita Scrinii probavit Macedus a pagina 98. usque ad 241. fusissime, eruditissime, *Augustinianissime*; ita enim de se alicubi loquitur. Noris omnibus tum Iudæis tum infidelibus gratiam sufficientem remotam concedit, quam tamen infidelibus negat Macedus pagina 160. Scrinii. Iansenius gratiam sufficientem tum proximam tum remotam de medio sustulit, ac omnes qui culpas admittunt, pœnali peccandi necessitati subiecit, qua de re inferius sermo redibit, & superius etiam satis abunde responsum est. Quod ex pagina 1001. lit. C. recitat: *Tantum abest ut lex hominet adiuvarit, quin potius reos fecerit sine gratia iubendo;* est ipsissima sententia sancti Augustini lib. de Grat. & lib. arb. cap. 12. *Non quia*, inquit, *lex mala est, sed quia sub illa sunt, quos reos facit iubendo, non adiuvando.* Concludit vero hancce suam Germanitatem Iansenianam: *Itaque consentit cum Iansenio quoad dogma Semipelagianum libro 2. Histor. Pelag. cap. 11. pagina 388. lit. A. Capitale Massiliensium dogma fuit communem omnibus esse gratiam.* Hic detruncat periodum, ut invidiam augeat; nam ita plane Norisius scripsit: *Capitale Massiliensium dogma fuit communem omnibus esse gratiam; dari vero illam fuisinet viribus quærentibus, pulsantibus, petentibus.* Quæ sane opinio erronea est, nec a scholasticis defenditur; quamvis communem gratiam admittant. Nam Semipelagiani adstruebant communem gratiam ex parte Dei oblatam, non vero reapse hominibus datam; sed ad applicationem eiusdem me-

rita naturalia regulariter requirebant, ut vel ipsi Antagonistæ Iansenii probant, Moraines disp. 10. sect. 3. num. 16. Decamps libro 3. de Hæresi Iansen. disp. 8. cap. 12. n. 8. & alii, in quo Iansenius falsus fuit, putans gratiam sufficientem ex Semipelagianorum opinione non solum omnibus oblatam, verum etiam datam fuisse, quod illi ultimum inficiabantur. At scholastici qui communem gratiam offerri volunt, illam etiam de facto dari omnibus dicunt, nullis tamen naturæ humanæ meritis eamdem cuipiam applicantibus.

GERMANITAS XIV.

Circa primam propositionem damnatam Cornelii Iansenii.

Aliqua Dei præcepta hominibus iustis volentibus & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia. Deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant. Damnata in bulla Innocentii X. & Alexandri VII.

Conveniunt in principiis huius conclusionis Iansenius & Noris. Principia vero sunt duo. Primum: in lege veteri Iudæos caruisse gratia sufficiente ad implenda præcepta legis; quia hæc non habebat gratiam annexam præcepto, & solum ducebat homines confugere ad gratiam sufficientem pro observatione præcepti. Secundum: necessariam prorsus esse antecedentem orationem, per quam obtineatur gratia ad servandum præceptum, quæ sine huiusmodi oratione non adest. Hæc duo principia sunt communia ambobus auctoribus, & patet ex titulo de Germanitate legis. Ita Iansenius sæpe, ac in primis lib. 3. de Grat. Chr. Salvat. Et Noris in Vind. cap. 3. §. 6. ubi disserit de lege & præceptis. Extendunt vero ambo istum defectum & absentiam gratiæ sufficientis a lege, immo & pugnantiam cum lege ad omne præceptum in quocumque statu sive Iudæorum, sive Christianorum, sive infidelium, & negant servari posse præcepta sine gratiæ per orationes actuales impetratione. Hinc sequitur ista conclusio. Quamdiu homo etiam iustus est sub lege præcipiente, carere gratia sufficiente ad eius observantiam, quia pro tunc præsto non est talis gratia necessaria.

RESPONSIO P. MACEDI.

Non exscribo hic propositiones quas parallelas inducit, tum quod eædem fere sunt cum superius adductis, tum quod Norisii dicta hic repetenda sunt, ac eorum veritas demonstranda, simulque error Iansenii designandus. Cum Noris scribit iostante præcepto deesse auxilium; non de remote, sed de proxime sufficienti loquitur. Enimvero id patet ex locis ab adversario appellatis. Nam pag. 1007. lit. D. Vindiciarum ait: *Lex non infert potentiam proximam voluntatis*. Pagina 1003. lit. B. *Quod oramus, signum est divinam gratiam necessariam ad exsequendum opus imperatum, non adesse*. quæ de gratia proxime sufficienti intelligit ex dictis ad superiorem Germanitatem. Pagina 1005. lit. D. legis hominem *destitutum gratia proxime necessaria ad opus implendum*. Pag. 1003. lit. A. inquit: *Non semper præsto est illud adiutorium*, nempe quod habuit Adam *proxime sufficiens*, ut ibidem probat. Pag. 1002. lit. B. *proxime sufficiens*. Pag. 1004. in fine *potentiam proximam*. quæ sane omnia ad oculum legentibus patent.

Videsis cum Macedo Germanitatem germanissimam. Hæc loquitur tom. 2. Collat. 7. diss. 3. sect. 9. pagina 373. col. 1. *Nunc sumimus ex quo id quod satis est ad institutum, nempe Augustinum auctorem esse, adiutorium illud* sine quo non *inveniri in statu naturæ lapsæ; sed mutatum deflexumque, atque adeo multo minus quam tunc sufficient; nam tunc satis esset omnino ex integro ad recte operandum, nullo alio addito, sed tantum accedente concursu voluntatis sanæ & sanctæ & integræ. At nunc illud non omnino ex integro sufficere propter infirmitatem & vitia & corruptionem naturæ, nisi per novam virtutem augeatur & crescat, sine qua est tantum remote & inchoate sufficiens, non proxime & perfecte sufficiens*. Rursus audiatur pag. 371. col. 2. *Etenim*, inquit, *cum illo auxilio aliquid possumus & agimus, idest parvum quiddam & imperfectum, atque ad hoc est illud auxilium vere & proprie*

prie sufficiens, immo & efficax suo modo, quia cum illo & possumus aliquid & agimus, respectu tamen actus magni & perfecti atque omnino efficacis ad implendum mandatum, non est proxime ac vere sufficiens iuxta Augustinum & Tridentinum, nam adbuc aliquid, quod magnum est, non possumus. Ecce enim aiunt: Facere quod possis, & petere quod non possis. *Ex quo patet posse nos eo auxilio aliquid, idest exile & facile*: *aliquid* non posse, *idest illud magnum & difficile, ad quod sumus ulterius adiuvandi a Deo, ut possimus*. Adiuvat, ut possis: *ergo quatenus cum eo possumus, sufficiens est: quatenus vero non possumus, non est sufficiens*. Habes Macedi voces Norisii linguæ consonas ac concordissimas. Ambo negant etiam instante præcepto adesse semper gratiam proxime sufficientem; at remotam Noris semper adesse fatetur.

Opponit alia quædam, quæ paucis discutiam: & primo dixisse Norisium *fidem non posse movere hominem ad petendum divinum auxilium ad hoc ut possit implere præceptum, nisi Deus infundat gratiam actualem, qua homo moveatur ad orandum*. At hæc est communior Theologorum sententia, qui docent habitus infusos fidei, spei, ac caritatis debere divina gratia excitari, ut in actus exeant. Legatur Suarez lib. 3. de Grat. cap. 8. Vasquez 1. 2. disput. 193. cap. 2. Unus mihi pro mille Macedus sit.. Hæc scribit in Scrinio cap. 5. pagina 47. *Non solum datur gratia excitans propter difficultatem & excellentiam operis supernaturalis, quæ indiget excitatione potentiæ, sed ex alia ratione connaturali, quæ postulat ut habitualis virtus* (ver. gr. fides) *excitetur per motionem actualem, ut videmus fieri in hominibus iustis & sanctis, qui cum habeant gratiam sanctificantem & habitus infusos, tamen sine actuali excitatione voluntatis non possunt eos exercere*. Præterea in crimen vocat hæc Norisii verba pagina 1009. lit. A. *Infideles, cum in Christum non credant, Dei gratiam ad implendam legem non petunt*. Ego certe puto illam esse Apostoli sententiam; unde Macedus iure laudat Estium hæc scribentem: *Quam multi vero tentati, non petunt; immo quam multi nec petere possunt, ii maxime qui Deum non noverunt; nam* quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? *Rom.* 10. libro 3. de Clavibus cap. 3. pagina 176. Quod plane certissimum est, nam ex spe petimus a Deo, quem adiutorem credimus; quis vero quicpiam petat ab eo, quem in mundo existere nescit? Igitur infideles qua tales, hoc est prout nullam vel naturalem, vel supernaturalem Dei cognitionem habent, nullum ab eodem auxilium ad implendam legem petunt, immo nec petere possunt, dicente Apostolo: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?*

Adversarius ex pag. 1008. lit. C. Iansenianæ larvæ, quam Norisio imponit, lineamenta desumit; ibi enim hæc leguntur: *Licet quis sit fidelis, non habet in singulis momentis præsens divinum auxilium ad orandum*. Pag. 1007. lit. C. *Homo conatus facere, quæ præcepta erant*. Ecce conantibus. Pagina 1005. lit. D. *Dum petit, nondum habet gratiam*. Ecce volentibus; nam qui petunt, volunt.

Hæc Parallelista. Erunt fortasse qui me otiosum hominem putabunt qui tam apertis mendaciis refellendis tempus insumpserim. Equidem veniam peto; nam hisce fallaciis aperiendis stylum admovi, quod scio plerosque Norisii librum evolvere negligentes, imposturas mendaci Parallelistæ manu propinatas, sorbuisse, eidem ex asse fidem præstantes: nec defuere viri alias non indocti, qui eidem occinerint: *Euge, Eugepe*. Videsis interim, quos dolos nectar. Norisius pagina illa 1008. lit. C. scribit: *Licet quis sit fidelis, non babet in singulis momentis præsens divinum auxilium proxime sufficiens ad orandum*. Item pag. 1005. lit. D. ait: *Deum petis, ut possis, profecto sentis te urgeri præcepto, & simul cognoscis te destitutum gratia proxime necessaria ad opus implendum*. At Parallelista utrobique adverbium *proxime* malitiose subticuit, cum plane intelligeret unica illa vocula suam illam Germanitatem extingui. Sed hoc tam familiari Parallelistæ vitio omisso, Norisiani dicti veritatem ostendo. Etenim vel sermo est de fideli, cum nullum eidem præceptum instat, vel cum urgetur præcepto. Et quidem si non instet præceptum, nun adesse semper auxilium sufficiens tradunt Bellarminus, Suarius, & ceteri Theologi; nam cum hoc auxilium nil aliud sit, quam illustratio intellectus & inspiratio voluntatis, quibus bonum nobis aperitur ac dulcescit, cum aliis negotiis intenti sumus, plane experimur nullas nos tales illuminationes aut inspirationes sentire. Iraque difficultas est, quando instat præceptum. Utro modo id Noris intellexerit,

rit, nescio; neque enim rem explicat, sed veluti cursim attingit. At hoc alrerum dubium liceat exponere, oe calumoiator iterum muginetur. Instante præcepto, potest fidelis in se recipere divioam inspirationem, qua velit præceptum observare; hoc autem esse munus gratiæ tradit non uno loco Augustinus. Audiatur libro 6. Operf. imper. cap. 15. *Sunt enim quos peccare ita delectat, ut nolint oderintque iustitiam, quam nec velle aliquis potest, nisi paretur voluntas a Domino, ut ad perficiendam iustitiam præcedat desiderium voluntatis, & paulatim affectus potestatis accedat, aliis citius, aliis tardius, sicut Dominus dedit* &c. Cum fidelis a Deo excitatus, vult facere Dei mandatum, potest velle idipsum exsequi suis viribus, putans se non indigere ulteriori auxilio Dei. Talem fuisse D. Petrum, ostendit Augustinus in lib. de Grat. & lib. arbitrio. Scribit cap. 15. *Ad hoc enim valet quod scriptum est*: Si volueris, conservabis mandata; *ut homo qui voluerit & non potuerit, nondum se plane velle cognoscat, & oret ut habeat tantam voluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata*. Et cap. 17. initio: *Qui vult ergo facere Dei mandatum, & non potest, iam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam & invalidam*. Ex his eliditur recentiurum senteutia, qui potentiam proximam ad observandum præceptum semper adesse commentantur. Parvam illam & invalidam voluntatem Petrum habuisse tradit ibidem Augustious, *quando dicebat Domino*: Animam meam pro te ponam; *putabat enim se posse quod se velle sentiebat*. Et tract. 66. in Iohann. *Quid in animo eius esset cupiditatis videbat, quid virium non videbat*. Et in serm. 124. de Temp. *Per solum enim liberum arbitrium, non addito etiam Dei adiutorio, promiserat se pro Domino moriturum*. Quare cum Petrus putaret se posse, eo errore deceptus divinam gratiam ad observandum præceptum non petiit. Hinc dum sibi credit ac fidit, non fuit proxime potens ad orandum; potentia eoim proxima ad orandum præsupponit iudicium practicum propriæ impotentiæ ad aliquid faciendum, quo postea dirigitur voluntas ad alterius opem implorandam. Hinc fidelis volens servare præceptum, si de suis viribus præsumat, non est proxime potens ad orandum, cum ut talis sit, debeat prius erroneum illud iudicium deponere. Ita aqua calida non est proxime potens ad frigefaciendum, sed ut talis sit, debet ab eadem prius calor auferri. Profecto quis credat fideles obduratos in malo, habere potentiam proximam ad orandum? Istis enim scelestissimis hominibus oon pauci Theologi negant adesse divioum auxilium, plures remotum taotum conceduot. Macedus, qui modo mihi pro mille est, hæc de eisdem sensit io Scrinio cap. 11. pag. 553. *Verum quidem est, istos peccatores induratos proximis sæpe auxiliis carere, & remotis tantum & remissis iuvari, quæ tam ipsos leviter ac exiliter excitant, ut præ induratione vix satis sint, & nisi intendantur a Deo, minime movebuntur*. Optime & egregie. Sane Iudæi eraot fideles, cum io Deum crederent, a quo legem acceperanr. At hos ut plurimum præsumpsisse eamdem legem suis viribus implere ex Apostulo ad Rom. 10. 3. sæpissime Augustinus affirmat. Legatur lib. 3. ad Bonifacium c. 4. epist. 144. lib. de Grat. & lib. arb. cap. 12. De hisce fidelibus scribit S. Doctor libro 3. con. duas Epist. Pelag. cap. 7. *Putant enim se arbitrii sui viribus implere legem iubentem, & ista implicati superbia ad gratiam non convertuntur iuvantem*.

Iam vero illa Iaosenii propositio damnata fuit ob postremam periodum: *deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant*. Nam dum vir iustus divina gratia excitatus, vult servare præceptum, & reapse conarur implere; si id non possit sine ulteriori auxilio per illammet gratiam, quam habet, potest vires maiores a Deo petere; atque adeo non deest illi gratia, qua præcepta possibilia fianr. Profecto gratia, quæ est proxime sufficiens ad conandum, est etiam proxime sufficiens ad petendum alterius auxilium, cum facilius sit petere, quam conari. Quare cum homo iustus divioa gratia inspiraote, vult ac conatur implere præceptum, & simul sentit se a carnali delectatione ad præcepti transgressionem impelli (hoc enim naturaliter experitur, cum tentatio sit motio violenta concupiscentiæ trahentis ad malum), potest Dei auxilium implorare; oam eo ipso quo quis vult aliquid facere, ac cognoscit se neutiquam posse id suis tantum viribus exsequi, statim movetur ad petendum auxilium alrerius. Eadem ergo gratia, quæ excitat nos ad volendum bonum, accedente cognitione nostræ infirmitatis a rebelli concupisceotia concussæ, quæ oos pro-

proxime impotentes reddit ad bonum concupitum assequendum, cooperatur nobis, ut petamus auxilium proxime necessarium ad implendum præceptum. Quod si quis sentiens in se cupiditatem boni divinitus inspiratam, suis viribus illud exsequi præsumat, haudquaquam illi cooperatur gratia iam habita, ob impedimentum superbiæ, quod apponit. Iansenius lib. 2. de Grat. Christi c. 27. negavit gratiam, qua nobis boni cupiditas inspiratur, sufficere ad orandum. *Hæc igitur*, inquiens, *gratia, quamvis nullo modo sufficiat, ut homo Dei mandata operetur, ut Deum super omnia diligat, ut speret, ut oret, ut credat; ad hoc tamen facit aliquid, ut illarum, vel alterius cuiusdam cælestis rei liberas quasdam non voluntates, sed velleitates, vel complacentias explicet* &c. At Augustinus laudato cap. 15. de Grat. & lib. arb. dicit: *Ut homo, qui voluerit, & non potuerit, nondum se plene velle cognoscat, & oret ut habeat tantam voluntatem, quanta sufficit ad implenda mandata*. Ergo supponit hominem cum illa sola gratia, qua vult servare mandatum, posse orare Deum, pro impetrando auxilio proxime sufficienti ad perficiendum opus imperatum.

Non possum hic omittere insignem calumniam, quam Parallelista Norisio importat scribens, hunc dixisse *necessariam prorsus esse antecedentem orationem, per quam obtineatur gratia ad servandum præceptum, quæ sine huiusmodi oratione non adest*. Mentitur sciens ac volens; nam Norisius oppositum plane docuit clarissime, locupletissimo S. Augustini testimonio pag. 1008. lit. B. Vind. ubi laudata hac magni Doctoris sententia: *Ideo enim lex iubet, ut admoneat quid faciat fides: idest ut cui iubetur, si nondum potest, sciat quid petat: si autem continuo potest & obedienter facit, debet etiam scire, quo donante facit*: statim infert Norisius: *Ex quibus patet quandoque auxilium proxime sufficiens præsto esse, inquit enim, si autem continuo potest*. Igitur auxilium necessarium ad actualem exsequutionem præcepti quandoque continuo præsto est, aliquando est precibus impetrandum. Hæc Norisii verba recitavit Parallelista in proxima Germanitate XIII. ut tum memoriæ, tum fidei defectum pati videatur. Hac tam splendide mentiendi arte lepidissimas, bellissimas, germanissimas Germanitates sibi pingit, ac Norisio per dolum appingit.

GERMANITAS XV.

Circa secundam propositionem.

Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ numquam resistitur.

Hæc propositio Iansenii damnata est, quia tollit gratiam sufficientem, & solam efficacem ponit. Quam doctrinam etiam statuit Noris ex eodem principio Iansenii: quod est: Omnem gratiam peti a Deo, hanc autem non esse sufficientem, sed efficacem, ut patet ex orationibus Ecclesiæ, in quibus petimus non solam possibilitatem, sed cum actione, idest gratiam efficacem.

Ianf. lib. 3. de Grat. Chr. Salv. c. 1. p. 104. col. 1.

Tale adiutorium (*sufficiens*) repugnat precibus, quas Deus Ecclesiæ suæ tradidit & inspiravit. Quis enim non videt pro illis, quibus sufficiens adiutorium præsto est, inaniter preces fundi? Nam quid stultius, quam orare, ut facias (*inquit Augustinus*) quod habes in potestate?

Et lib. 5. de Grat. Chr. Salv. c. 1. p. 204. col. 2.

Augustinus semper illius gratiæ confessionem postulat, & illam ipse asserit, qua fit, ut operemur. *Et pagina* 207. Ut quæ non solum possibilitatem, hoc est potestatem agendi adiuvet, sed etiam voluntatem & actionem, ut velimus & agamus, qua operatur Deus in nobis velle & perfice-

Noris in Vind. pagina 1003. lit. A.

Scribit Augustinus lib. de Correp. & grat. cap. 11. Adiutorium quibus datur, secundum gratiam datur, *alias oratio esset superflua, nam ait Augustinus lib. de Nat. & Grat. cap.* 18. quid stultius, quam orare, ut facias quod in potestate habes? *Non rogamus, ut Deus det quod habemus, sed quibus maxime indigemus*.

Pag. 1004. lit. B. *Necessitas orationis elucet, qua rogamus Deum, ut mandata ipsius implere possimus*. Iterum: *Homo non irrisorie, sed veraciter debet Deum orare, ut sibi gratiam donet ad faciendum mandatum*.

Pag. 1005. lit. D. *Sentis te urgeri præcepto, & simul cognoscis te destitutum gratia pro-*

ficere, ſeu velle & operari. *Ibid. col.* 2. Ioſpiratio dilectioois, ut cognita ſancto amore ſaciamus, proprie gratia eſt. *Præterea lib.* 2. *cap.* 17. *pag.* 65. *col.* 1. Oratio totius Eccleſiæ hoc probat, ut teſtatur Auguſtinus. Ipſa igitur oratio clariſſima eſt, inquit, gratiæ reſtificatio. *Rurſum ibid.* Audi Auguſtinum: impetrando quidem, oratio quidquid impetrat, evidenrer donum Dei eſſe oſtendit, oe homo exiſtimet a ſe ipſo ſibi eſſe, quod ſi io poteſtate haberetur, ooo utique poſceretur.

proxime neceſſaria ad opus implendum: unde oras, ut eamdem tibi Deus largiatur.

Rurſum pag. 1003. lit. A. *In ſtatu naturæ lapſæ non omnibus præſto illud adiutorium; etenim ſi in poteſtate baberetur, non utique poſceretur; nam ut ait Auguſtiuus*: Ipſa otatio clariſſima eſt gratiæ teſtificatio.

Ibid. lit. C. *Aug. lib.* 6. *Oper. imperf. cap.* 15. *Oramus ad Dominum*: quod ſi ira eſſet io poteſtate, quomodo fuit ante peccatum, non utique poſceretur orando, ſed ageodo potius teneretur.

RESPONSIO P. MACEDI.

Antequam Macedi cum Noriſio conſonantiam ſubiiciam; huius a Ianſenio diſcrepantiam recenſebo. Noris in Vindiciis pag. 895. adductis S. Auguſtini teſtimoniis, probat oos *gratiæ debili, incongruæ, ac remote ſufficienti reſiſtere*. Audias modo Ianſenium lib. 2. de Grat. Chriſti Salvat. cap. 22. pag. 235. *Numquam*, ait, *in ſcriptis ſuis univerſis Auguſtinus illam Chriſti internam gratiam congruam appellavit, multo minus incongruam: quod aliqui recentiores auſi ſunt*. Addit: *Ubi quod dixit gratia Dei ſemper eſt bona, non alium ſenſum babet, niſi quod ſemper hominem efficiat bonum, & conſequenter ſemper congrua ſit*. Hioc ibidem cap. 31. conatur explicare teſtimonium S. Auguſtini ex lib. 1. q. 2. ad Simplicianum, quo Noris cum catholicis doctoribus pagina illa Vindiciarum probat nos *interiori gratiæ reſiſtere*. Accedat modo Macedus, ac ſuffragium de more Noriſio meo & quoodam ſuo ſerat Hic tom. 2. Collat. 7. differ. 3. ſect. 7. pag. 362. column. 1. ideo probat dari in ſtatu naturæ lapſæ gratiam cui reſiſtimus: *Quod tradat Auguſtinus quaſdam gratias parvas & remiſſas, non efficaces & vebementes, quæ in nobis efficiunt voluntates parvas & infirmas, non validas & robuſtas, quibus præcepta non implentur, atque adeo cum bis operantes in lege Dei deficiunt, niſi ampliori gratia inventur*. Qua Auguſtini doctrina, inquit, *contra Ianſenium probavimus dari omnino gratiam inefficacem, cui reſiſtitur*. Noris gratiam, cui reſiſtitur, *debilem* ab effectu nuocupavit, quia nempe, uti ſcite notat Macedus, cauſat volitiones *infirmas & non validas*. Idem pag. 366. col. 2. ait: *Gratia excitans interdum vincitur, cum parva eſt & remiſſa, interdum vincit, cum eſt magna & intenſa, ut ſuperet reſiſtentiam voluntatis*. Noris, eo quod parva illa gratia ab oppoſita delectatione vincatur, *debilem* nuncupavit. Hæc omnia colliguntur ex Auguſtino lib. de Grat. & lib. arb. cap. 17. *Qui vult ergo*, inquit, *facere Dei mandatum & non poteſt, iam quidem babet voluntatem bonam, ſed adbuc parvam & invalidam* &c. Præterea ioſigniter imponit Parallelista, fiogens Norim aſſerere *omnem gratiam peti a Deo, banc autem non eſſe ſufficientem, ſed efficacem*. Etenim dari quandoque gratiam proxime ſufficienrem ad obſervandum præceptum, etiamſi quis non oret, ſeu illam non petat, evidenter ex ſancto Auguſtino Noriſius probavit, uti in fine ſuperioris Germaoitatis oſtendimus. Deoiqne falſum eſt, ſolam gratiam efficacem poſtulari a Deo, non vero ſufficientem. Do verba Macedi lib. 3. de Clavibus cap. 3. pag. 171. col. 1: *In omni ſententia infidelibus ſaltem poſtulatur prima gratia, & multæ aliæ, quæ efficaces ex natura ſua non ſunt; poſtulantur enim illuminationes & inſpirationes communes Gentilibus, immo & externæ prædicationes, quæ ex ſe non ſunt efficaces: quando autem Eccleſia petit illuminari Gentiles, non diſtinguit modos iſtos illuminationis efficacis & ſufficientis: ſed indifferenter poſtulat & procurat iis audientiam Evangelii, quæ ad ſufficientem gratiam plerumque pertinet*. Noris io locis adductis a Parallelista non probat dari ſolum gratiam efficacem, qui Ianſeoii error eſt, ſed gratiam proxime ſufficientem oon ſemper præſto eſſe ad obſervandum præceptum, idque colligi ex orationibus. Macedus tom. 2. Collat. 7. diff. 3. ſect. 9. pag. 372. col. 2. merito hæc Suarii dicta laudat: *Qui non poteſt, nondum babet auxilium proxime ſufficiens: ſi tamen oret, recipiet illud, & iuvabitur*: & addit: *Eſt omnino quod Auguſtinus*. hoc unum Noriſius intendit. Habes ergo huius omnimodam cum Macedo cooſonantiam.

GERMANITAS XVI.

Circa tertiam propositionem.

Ad merendum & demerendum in Statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas a necessitate, sed solum a coactione.

Parallelista huc transportat Germanitatem XII. ac recitata ibidem Iansenii & Norisii testimonia iterum ad verbum recantat. Non sum tam prodigus temporis aut verborum, ut velim eum fastidio lectorum eamdem cantilenam repetere. Augustini verbis lib. 2. Oper. imperf. cap. 102. Parallelistæ garrulitatem castigabo. *Iam responsum est; rogo te, aliquid dicere non potes: tace, si potes, sed quod prius est, nec hoc potes.*

GERMANITAS XVII.

Circa quartam propositionem damnatam Iansenii, quæ huiusmodi est.

Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset voluntas humana resistere, vel obtemperare.

In hac propositione prima pars non traditur a Noris: quoad secundam aliqua similitudo est inter utrumque, non tamen ea satis exprimitur. In sensu aliquatenus conveniunt, in eo scilicet quod ambo negant gratiam illam, quam Adamus habuit, transisse ad statum naturæ lapsæ, affirmando amissam esse per peccatum Adæ. Cum autem ambo item doceant gratiam in statu naturæ lapsæ esse diversam, & comparatam per actuales orationes, ac proinde efficacem; conveniunt in eo quod ista gratia vertibilis ad arbitrium nostrum, quod potest ei resistere, vel obtemperare pro suo libito, non est gratia Christi, neque habetur in statu naturæ lapsæ, quam gratiam vertibilem cum admitterent Semipelagiani, infertur sentire utrumque huiusmodi gratiam non esse conformem sententiæ catholicorum, sed tantum Semipelagianorum; eum hac differentia, quod Iansenius dixit hanc opinionem esse hæresim Semipelagianam, Noris autem tacuit. Assumptum vero, scilicet negari ab iis transiisse gratiam primi status Adami naturæ integræ ad secundum statum naturæ lapsæ superius probatum est. Breviter dicam, quod sit satis.

Ianf. lib. 3. de Grat. Chr. Salv. pag. 105. Peccato perditum dicit illud auxilium.

Noris in Vind. pag. 1006. Amissum ex peccato Adæ pronuntiavit.

RESPONSIO P. MACEDI.

Hic iam tandem colores Parallelistam deficiunt: verum fucata quædam delineamenta conquirit, ut Germanitatem eo quoque in errore si non exactam exhibeat, at saltem adumbret. Attamen operam perdit, falsisque semet suosque imaginibus ludit. Videsis quam diversum a Ianseniano errore Norisii sententia vultum gerat. In Vindiciis cap. 2. pag. 895. lit. A. ait: *Palam fit quosdam vocanti Deo resistere, quæ etiam ex cap. 11. de Corrept. & grat. deducuntur, cum adiutorium ministratum Angelis ante lapsum, dari etiam in statu naturæ lapsæ quibusdam, aliis in pœnam peccati non dari scribit Augustinus; cum, inquam, ista docet, de altera gratiæ specie debili, incongrua, & remote sufficienti loquitur.* Itaque imponit Parallelista, scribens Norisium negare gratiam illam, quam Adamus habuit, transisse ad statum naturæ lapsæ. Profecto cum Macedo Norisius concinit; ille enim tom 2. Collat. 7. differ. 3. sect. 7. ex professo idem probat, ac satis valide pag. 363. col 2. urget contra Iansenium idem testimonium S. Augustini ex cap. 11. de Correpr. & gratia. Cum vero dixisset adiutorium status innocentiæ fuisse *ex æquitate debitum & veluti connaturale*, statim addit: *Quod aliter est in*

in statu nostro, qui est ruinæ & peccati, cui erat annexa gratiæ privatio. Idem lib. 3. de Clavibus P. cap. 3. pag. 169. col. 1. ait: *Nam peccatum originale est coniunctum cum privatione gratiæ, qua Deus hominem privare potest, non solum sanctificante, sed etiam excitante & sufficiente*. Item in Cortina quæst. 1. art. 9. pag. 125. scribens de natura lapsa, ait: *in hanc amissa gratia & rectitudine incubuisse necessitatem peccandi, quam sine gratia vitare non posset*. Igitur gratia illa *sine qua non* Adami in statu naturæ sanæ, demerito peccati eiusdem amissa fuit, atque inducta *gratiæ privatio & necessitas peccandi*. At beneficio Salvatoris eamdem fuisse hominibus restitutam diserte ibidem Macedus ostendit, ad quem etiam Norisius accessit, admittens in hoc statu gratiam, cui resistimus, uti proxime recitatis eiusdem verbis ostendit. Iansenius semel amissam illam gratiam, nec umquam nobis restitutam, immo etiamsi restitueretur, inanem ac prorsus *perniciosam* vocavit. Totus liber tertius de Gratia Christi adversus illam gratiæ speciem depugnat. Quod priorem vero huiusce difformis Germanitatis partem attinet, non solum *non traditur a Noris*, ut ait Parallelista, verum etiam oppositum ab eodem passim adstruitur in Historiæ Pelagianæ libro secundo. Videatur cap. 23. & io Vind. pag. 1103.

GERMANITAS XVIII.

Circa quintam propositionem.

Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.

In hac propositione discrepat Noris a Iansenio quoad conclusionem, convenit quoad principium. Non protulit propositionem supradictam, sicuti protulit Iansenius. Verum proposuit principium, unde illa tamquam conclusio deducitur. Principium autem est negare dari sufficiens auxilium omnibus. Ex hoc enim sequitur Christum non fuisse mortuum pro omnibus. Fatetur hoc Iansenius lib. 3. de Grat. Chri. Salvat. c. 20. his verbis. *Aliud argumentum pro gratia sufficienti omnium proferri solet, quia Christus est redemptor omnium, iuxta illud primæ ad Timotheum cap. 2.* Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus; *nec enim redemptio omnium ullo modo videtur esse posse, nisi gratiam saltem sufficientem omnibus præparaverit. Quomodo enim est omnium redemptor, ut ait quidam, si non impetravit omnibus auxilium, quo possint liberari?* Itaque Iansenius negando gratiam sufficientem dari omnibus, consequenter negavit Christum fuisse mortuum pro omnibus. Unde sequitur Norim, qui cum Iansenio negavit dari omnibus gratiam sufficientem, teneri ex vi consequentiæ negare redemptionem Christi pro omnibus. Negasse vero utrumque universalem istam gratiam patet ex superius dictis, quæ non oportet repetere; tractando enim de Hebræis & infidelibus, perspicue dixerunt, non omnibus gratiam præsto fuisse. Verum quidem est Norim metu istius consequentiæ posuisse auxilia quædam remota, scilicet in Vind. pag. 1009. & pag. 1012. Sed ista auxilia remota posuit perfunctorie, ut non excusaret a peccatis infideles. Nec enim possunt esse sufficientia illa auxilia remota, quæ non reponunt voluntatem in actu primo porentem operari.

RESPONSIO P. MACEDI.

Huius accusationis nervos non uno loco vir doctus infregit. Hæc ait in Scrinio cap. ultimo pag. 233. *Quintum* argumentum a *redemptione universali petitum, non indiget solutione, cum toties animadversum sit a nobis multum interesse inter redemptionem universalem, & gratiam universalem. nam ut Christus sit mortuus pro omnibus, satis est obtulisse mortem suam pro omnibus humana sua voluntate: quæ si non acceptaretur a Patre, non sequebatur ex ea gratia universalis, quæ ex divina voluntate pendebat. Unde & si admittatur Christus (quod fatemur) omnium esse redemptor, non infertur omnibus gratiam conferri, quemadmodum & in Cortina sæpe & in Mente Innocentii & eius Apologia diximus cum Vasquio* 1. p. d. 96. *cap.* 3. *præter alias quas ibi adduximus rationes, quibus ea propositio vera sit, nec tamen involvat consequentiam gratiæ universalis*. Quæ repetit lib. 3. de Clavibus in calce cap. 3. Vide quam exacte Macedum Noris imitetur lib. 2. Hist. Pel. cap. 15. pag. 453. lit. B. *Tertia* thesis *succedit*: Christum

non

non esse mortuum pro omnibus: *Si explicetur, ita ut homines reapse futuri sint participes gratiæ datæ per Christum, non universe vera iudicatur; etenim plerique nec infimi subsellii parvulos in uteris matrum decedentes, nullam Christi gratiam participare existimant. Si vero meritis infinitis sanguinis Christi, vel humanæ eiusdem voluntati omnes salvare cupienti, derogare velit, prorsus reiicienda est*. Profecto omnia similia dixit Macedonice. Non ovum ovo similius est. Macedus per plura capita in Scrinio negavit dari omnibus gratiam sufficientem, ac consequi inde negavit, Christum non esse mortuum pro omnibus. Verum Noris omnibus auxilia saltem remota concessit, unde ab illa consecutione Parallelistæ minus sibi timendum putabit. Illa auxilia remota sunt debiles ac tenues gratiæ motus, quibus si homo infidelis non resistat, maiori gratia donabitur. Constituunt voluntatem in actu primo potentem operari actus debiles, eidem gratiæ proportionatos, quos si eliciat, obtinebit potentiam proximam servandi mandata, uti docuit Macedus Collat. 10. differ. 3. sect. 9. ubi fuse de auxiliis istis remotis disputat. At Iansenius lib. 3. de Grat. Salvat. cap. ultimo negat Christum habuisse voluntatem salvandi omnes: *Vanum*, inquit de reprobis, *pro talibus salvandis seria voluntate pati ac mori, vanum pro talibus a perditione decreta liberandis offerre Patri vota, preces, mortem, ac sanguinem suum*. hæc Iansenius.

Parallelistæ Epilogus.

Quantum ad historiam contuli quidquid scribit Henricus Noris de Historia Pelagiana, & comparavi cum iis, quæ scribit Cornelius Iansenius, & reperi omnia pæne esse similia: & quamquam auctor de Historia Pelagiana in quibusdam discrepet a narratione Iansenii, ea sunt paucissima & levissima. Observavi enim raro ab illo citari Iansenium, idest octo tantum vicibus, cum tamen alios, inter quos est Vossius & Usserius, sæpius alleget, ne videatur Iansenium transtulisse: nec mihi ista suspicio imputanda est malevolentiæ, cum ego sim procul ab isto vitio; sed debui suspicari de cautela istius scriptoris, noluisse illum argui de transferendo Iansenio, adeo ut in enarranda vita, describendis moribus & artibus & erroribus Pelagii & Pelagianorum & Semipelagianorum, appareat eius librum esse breviarium Historiæ Iansenii, quem item sequitur tribuendo Origeni fontem & originem hæresis Pelagianæ.

RESPONSIO P. MACEDI.

Fabularem & invidiosam hominis calumniam exsufflat Macedus in calce Apologetici adversus notas nobilis Critici pag. 109. *Inspiciat*, inquit, *inter Patres Augustinianos P. Henricum Noris in scholis Theologicis & Ecclesiasticis spatiis versatissimum, qui spes Ordinis altera & Urbis magno successit Onuphrio, & nuper insigni edito de Historia Pelagiana volumine ingentem sibi gloriam comparavit*. Item tom. 2. Collat. 10. diff. 2. pag. 579. col. 1. *Accedit illustris & recens auctor Augustinianus P. Henricus Noris Veronensis, qui in suo erudito libro de Historia Pelagiana* &c. Profecto si Iansenii historiam exscripsisset, turpissimi plagii reus in summa apud eruditos infamia versaretur, ac plane ineptus censendus foret Macedus, qui nuperam cornicem alienis plumis ornatam, tam grandi elogio excepisset. Quis autem a risu temperet inaudiens, *Noris librum esse breviarium Historiæ Iansenii?* Nam Iansenii historia primo statim libro prioris tomi continetur, ac citra quadragesimam paginam ad umbelicum redigitur: Historia vero Norisii ad paginam CCCXXXVIII. (primæ edit. Pat.) extenditur. Mehercle aut Norisius verbosissimus epitomistes evasit, qui summarium Ianseniani voluminis hoc ipso quadruplo (ob characteres in Iansenii libro minores quicpiam summæ detraho) prolixius concinnavit; aut certe Parallelista putida mendacia in lectorum ora ructatur, qui Norisii libros tam diffusos, unius longe minoris Ianseniani voluminis *breviarium* appellaverit. Hæccine tam palmaris impostura *imputanda est malevolentiæ?* Ita sane qui oculis valent, iudicabunt, quantumvis clames ac reclames: *Sum procul ab isto vitio*. Credet Iudæus Apella, non ego.

Historiam Pelagianam Annalibus Ecclesiasticis Baronius, vir maximus & incomparabilis inseruit. Verum eamdem postea Spartam aggressi sunt Vossius, Us-

ferius, Ianfenius, Rivius, ac Petavius, qui tamen pofterorum ingenia ab eodem retentando opere neutiquam deterruere; etenim diligentiffimi meffores eo in campo plurimas, quas alii quoque colligerent fpicas reliquas fecere. Et quidem quam uberiorem ceteris meffem tulerit feduli & accurati viri Iohannes Garnerius & Henricus Noris, illos folum ignorare puto, qui utriufque libros ignorant. Ceterum neque iftos poftremam tam vafto operi manum impofuiffe nova P. Pafchafii Quefnelli V. C. diligentia monftravit; fiquidem vir plane eruditus tom. 2. operum fancti Leonis magni differt. 3. cui titulus eft: *De Conciliis Africanis in Pelagianorum caufa celebratis* &c. Baronii, Ufferii, Ianfenii, Norifii, ac denique Garnerii fententiis in examen vocatis, multa fcite notavit, quæ memoratos Hiftoricos fugere, vel minus recte eifdem defcripta funt; adeo vetuftioris ætatis cimelia plurium fæculorum caligine obfita, in obfcuro latent, ut nondum, una dicam Baronii manu, fed nec a tot eruditis poft Baronium fcriptoribus in apertam lucem ex integro potuerint revocari. Hic tamen tuam, Lector optime, fidem, immo ipfius, fi quam tot mendaciorum concinnator gerit, Parallelistæ confcientiam appello. Quanta meus Norifius ex manufcriptis Vaticanis hactenus ignorata protulit? Ubinam Ianfenius ea, quæ Norifius fcripfit de Theodoro Mopfueftienfi, de Rufini fcriptis, de Anniano eiufque interpretationibus, de Iuliani Pelagiani patria, nuptiis, Epifcopali Sede, peregrinationibus, ac libris, de Erote & Lazaro Epifcopis, de Primatibus Numidiæ, de Conftantio Imperatore, de Lerinenfium origine, regula, ac doctrina, & id genus plurima Norifio præformavit? Nonne Norifius integro pæne libro fecundo Hiftoriæ Pelagianæ res Semipelagianorum complexus eft, quæ apud Ianfenium tertia ftatim pagina terminantur? Adde exactiorem chronologiam, in qua ad amuffim defcribenda tam fæpe Noris infudat, cuius tamen curam fibi levem Ianfenius fecit. Dies me ae ftylus deficerent, & plane maxima pars Norifiani voluminis recitanda foret, fi pluribus tam impudentem, tam prodigiofam, tam ineptam Parallelistæ calumniam contunderem, & fane lectorum oculis diffidere viderer, quafi non ftatim vel folo indice capitum Norifiani operis luftrato, huius a Ianfeniano volumine diverfitatem intelligerent. At opponit Ianfenium fcripfiffe lutulentas Pelagianæ hærefeos lacunas ex Origenianis fontibus derivaffe, atque Ianfenio fimiliter Norifium loquutum effe. Verum hoc ipfum Divus Hieronymus teftatus fuerat in epiftola ad Ctefiphontem, his plane verbis Pelagium increpans: *Doctrina tua Origenis ramufculus eft*. Videfne Origenem ante duodecim fæcula in ipfis Pelagiani erroris exordiis, apud catholicæ Ecclefiæ Doctores ea infamiæ nota laboraffe, quam a Ianfenio primum impactam Origeni, & a Norifio poftea exfcriptam mentiris?

Ex his, quæ curfim & iam iam meas Athenas navigaturus, properante calamo in literas mifi, fatis fuperque, Lector optime, intelligis fpurias, quas larvatus Parallelista, invidia obftetricante, Germanitates peperit, gerras effe germanas, diftorta parallela, & fuppofititiam fententiarum multis parafangis diftantium propinquitatem, ut mehercle cæcutire cenfendus fit, qui earumdem nothiam tam claram, tamque manifeftam non videat. Ea tamen eft calumniatorum garrulitas, ut cum utramque accufationum manticam excufferint, eafdem cum lectorum faftidio cantilenas cantent ac recantent. Etenim, ut initio præfatus fum, ille multorum nominum ac multiplicis patriæ Proteus, qui dudum in fcena Risbrochium Sarmatam, Haufenum Germanum, poftea Guidicciolanum Infubrem, ac tamdem Humbertum Aboriginem luferat; nuperrime fratris Hilarii Dalmatæ foccos induens, eamdem omnino fabulam Illyricis tamen fiftulis (apage, ne has inferas, mi doctiffime Bartoline, tuo erudito, quod modo edis, de tibiis volumini) intercalari carmine: *Nos dicimus* &c. *Vos dicitis* &c. lepidiffime mixtam exhibuit.

Nomine mutato plures cum vefte cucullos
Induis, ut multi fic videare viri.
Proderis unus homo: Protei fub imagine ludens:
Dum vario nefcit reddere verba fono

Equidem frater Hilarius fabellam, quo nova videatur, a Macedi laudibus exorditur, atque in eafdem definit, quas fane non potui non lætis auribus ac cum plaufu excipere, in illas fubinde voces erumpens: *Euge*: *Euge*: video enim Macedi, ut pote laudatiffimi viri, advocationi, quam fuis in-

in libris Norisio adeo liberaliter commodavit, plurimum ex tot elogiis auctoritatis pondus accedere. Illud doleo, quod tantis Macedi encomiis rancidas contra Norisium satyras inseruit. Haud tamen vacat veteres calumniarum strophas toties mihi retextas, iterum refutare. Unum quod emissitios adversariis oculos antea fugerat, intentatum modo Norisio crimen discutiam, quod eiusdem accusatoris verbis expono: *Nos dicimus: Cælestinus Papa indixit concilium generale Ephesinum: Theodosius Imperator condixit locum concilii. Vos dicitis lib. 2. Hist. Pel. pag. 358. Non Pontifex Cælestinus, sed Theodosius Imperator indixit generale concilium Ephesinum;* & statim exclamat: *Hinc estis Iansenianì, Baiani, & Norisiani*. Quod vero Noris epistolam Theodosii ad sanctum Augustinum, in qua dicit synodum a *S. D. N. Cælestino* indictam, apocrypham appellavit; vah quales tragœdias excitat, quos eiulatus sustollit! Siquidem pag. 8. recitatis his Norisii: *Non Pontifex, sed Imperator Sacra divali synodum indixit*, statim addit: *Quæ sine dolore legi, & sine horrore audiri non possunt; & tamen iste liber toleratur, & laudatur a patronis & fautoribus Henrici Noris, cum debuisset proscribi & vetari*. Simplicissimi adeo viri dolor & horror risum mihi, fateor, excutiunt. Quid, mi Lector, hoc homine faciemus, qui tam supina rerum ecclesiasticarum ignorantia laborat? Increpabone calumniatoris imperitiam, & tam ineptam, quam Norisio publico in Pisano Athenæo ecclesiasticæ historiæ Professori intentat, accusationem severioribus verbis percellam? Hanc a me superi mentem avertant. Immo in animum induxi carissimum fratrem Hilarium, quod in ecclesiastica historia totus hospes est, amica manu prehensum ad ipsa vetustioris Ecclesiæ sacraria deducere, atque e sanctis Ephesinæ synodi codicibus veritatem, quam nescit, benevole ac gratis aperire. Da aures, Hilari frater, nam Cælestini Papæ verba sunt in epistola ad Theodosium, qui eumdem ad synodum Ephesinam per literas invitaverat: *Huic synodo, quam esse iussistis, nostram præsentiam in his, quos misimus, exhibemus*. Audin quæ loquatur? Non dixit: *Quam esse iussimus*, sed: *Quam esse iussistis*. Itaque vides iussu Imperatoris synodum coactam. Recitatur hæc epistola act. 2. synodi Ephesinæ pag 619. edit. Labbei. Ascende, quæso, frater Hilari, ad actionem III. & hoc ipsum Philippus Romanæ ecclesiæ legatus ad eamdem synodum a Cælestino missus, tibi indicabit. *Sanctus*, inquit, *beatissimusque Papa noster Cælestinus Episcopus, nos ipsius præsentiam supplentes, ad hanc sanctam synodum misit: quam quidem synodum convenire iusserunt humanissimi Christianissimique Imperatores, memoria retinentes & perpetuo custodientes fidem catholicam* &c. *Synodum ergo, ut supra diximus, indixerunt, id unum spectantes* &c. pag. 626. edit. citatæ. En apostolicæ Sedis legatus synodum ab Imperatore indictam locupletissimo testimonio pronuntiat, secus plane asserturus, si a Cælestino, cuius legatum agebat, coacta fuisset. Agedum, frater Hilari, quid hac de re ipsi Ephesini Patres pleno ore loquantur, attende. Hæc scribunt ad Theodosium Imperatorem act. 1. pag. 567. *Vestra maiestas sanctas ecclesias turbari, fideique & veræ pietatis dogmata adulterari non est passa; verum ex omni metropoli piissimos Metropolitanos, qui Episcopos adducerent, & aliquos aliarum civitatum Episcopos ad diem Pentecostes convenire iussit*; & in synodica ad Cælestinum Papam pag. 659. *Cum pia Christi amantium Imperatorum edicta, per quæ fuimus evocati, tempus sanctæ synodi consessui præscriberent diem sanctæ Pentecostes* &c. Credisne ducentis & amplius testibus oculatis, qui epistolam ad synodum evocatoriam accepere, quive asserunt tum synodum, tum diem synodi ab Imperatore indictam? Videsne Pontificiæ evocationis ad concilium nullam omnino mentionem fieri a Cælestino, vel ab eiusdem Legatis, aut ab ipsamet denique synodo, sed omnes contestari *Imperatoris iussu indictam* esse? Possem te ad sacram evocatoriam a Theodosio emissam ducere, quæ 1. par. eiusdem synodi cap. 32. recitatur. Verum ipsius Nestorii, qui in eadem synodo damnatus est, testimonium liceat subiicere; etenim ex Marii Mercatoris, qui Constantinopoli Nestorium de facie novit, libellis, huius ad Cyrillum epistolam V. C. Garnerius publicavit, in qua hæc scribit: *Placuit vero piissimis Imperatoribus, Domino adiuvante, etiam synodum inexcusabiliter totius Orbis terrarum indicere*. Profecto Theodosium ipsius Nestorii instinctu concilium indixisse probat P. Garnerius Iesuita, Macedo laudatus scriptor. Adeas indicem (nam plane per indices tyrones, qualem te in hi-

hiſtoria Eccleſiaſtica video, ſtudere ſolent) partis alterius notarum in M. Mercatorem & lit. T. hæc leges: *Theodoſius iunior Neſtorii inſtinctu indicit concilium Epheſinum generale*. Luſtra paginam eiuſdem voluminis 82. & hæc inſuper leges de Epheſina ſynodo: *Sunt qui credant indictam a Cæleſtino ſummo Pontifice*. At neminem deſignat. Viſne, frater Hilari, tibi unum quempiam indigitem, qui in ea opinione fuerit, quam ibidem validis argumentis vir eruditus impugnat? Is certe Ianſenius Ipreoſis fuit, qui lib. 2. de Hæreſi Pelag. pag. 30. col. 1. ait: *Coegit neceſſitas Cæleſtinum Romanum Pontificem Epheſi concilium œcumenicum indicere*. Iam ne vides, iam ne ſentis, Hilari, quantam ignorantiam paſſus ſis, dum Noriſio ſcribenti memoratam ſynodum ab Imperatore coactam, tuo illo intercalari carmine inſultaſti: *Hinc eſtis Ianſeniani*: cum tu, tu, quod illam opinionem attinet, Ianſenio adhæſeris, meus vero Noriſius ſancti Cæleſtini, eiuſdem Legatorum, ac univerſæ Synodi voces exſcripſerit? Igitur reſorbe, o bone, tuam illam deridiculam cantilenam: *Hinc eſtis Ianſeniani*; ac tibi, ſi lubet, occinito. Debueras magnum illum Pontificiæ auctoritatis vindicem Bellarminum conſulere, qui tom. 1. lib. 1. de Conc. & Eccleſ. cap. 12. hoc, unde fons & caput erroris tui, te docuiſſet: *Catholici munus convocandi concilia generalia ad Romanum Pontificem proprie pertinere volunt: ſic tamen, ut poſſit etiam alius, Pontifice conſentiente, concilium indicere, quin etiam ſatis ſit, ſi indictionem factam ipſe confirmet*. Hoc poſtremo modo habita eſt ſynodus Epheſina, uti ſatis evidenter P. Garnerius demonſtravit. Noriſius priori modo a Theodoſio indictam putavit; etenim lib. 2. cit. pag. 357. in fine ſcripſit de Theodoſio Auguſto: *Cum Cæleſtino Pontifice egit de ſynodo œcumenica cogenda, quo annuente, ſynodum ad feſtum Pentecoſtes A. 431. apud Epheſum indixit*. Ille tamen ad Garnerii ſententiam forſan accedet.

His de indicta ſynodo adnotatis productas Theodoſii literas ad Auguſtinum diſcutiamus. In primis verborum contextus non unus eſt apud eos ſcriptores, qui eaſdem publicarunt. Etenim Ludovicus ab Angelis Luſitanus hocce earumdem fragmentum refert: *Decrevimus ad S. D. N. Cæleſtinum totius Eccleſiæ Antiſtitem ſcribere, concilium cogat, obſervato antiquitatis more, & ut noſtrum pectus agnoſceret, rogavimus, eligeret, quam volet, noſtri imperii civitatem*. At P. Campus Hiſpanus apud Aloyſium Torellum in Sæculis Auguſtinianis A. 431. ita Theodoſium ſcribentem exhibet: *Propoſitum nobis eſt opem ferre S. D. N. Cæleſtino Epiſcopo univerſali totius Eccleſiæ, nimirum ut ſecundum receptam a maioribus conſuetudinem concilium celebretur. Proin ut hoc votum noſtrum catholicum plane intelligat, liberum facimus, ut ex omnibus quotquot noſtro parent imperio, civitatem aliquam ſeligat* &c. Quis biſce invicem collatis, non ſtatim earumdem literarum fidem in dubium vocet? Neque enim Theodoſius Græce ſcripſit, ut ea diverſitas interpretibus adſcribi poſſit. Et quidem titulus *Domini Noſtri* id temporis erat proprius character Imperatoriæ dignitatis, unde Auguſtorum nominibus in nummorum ac lapidum inſcriptionibus ſub hiſce notis *D. N.* præponebatur. Unus Maximus, qui imperium invaſit, literas ad Siricium inſcripſit: *Domino vere ſancto Apoſtolico viro Siricio S.* At *Dominum Noſtrum* neutiquam appellavit. Ipſe Theodoſius in literis ad Valentinianum & Auguſtas Leonem magnum nominans, nuſquam Dominum nuncupavit. Deinde quod in priori exemplari legitur: *Concilium cogat*, falſum eſſe monſtravi. At quod in altero ſcribitur: *Propoſitum nobis eſt opem ferre S. D. N. Cæleſtino Epiſcopo univerſali* &c. pari vitio laborat. Etenim Cæleſtinus coacta Romæ ſynodo Neſtorii hæreſim damnaverat, anathema atque depoſitionem eidem interminatus, niſi palinodiam caneret, *intra decimum*, inquiens, *diem a primo innoteſcentis tibi huius conventionis die numerandum*. datæ ſunt literæ A. 430. die 11. Auguſti. Cum vero epiſtolam per Poſſidonium ad Cyrillum Alexandriæ Antiſtitem miſiſſet, ut eamdem poſtea ad Neſtorium perferendam curaret, Cyrillus *univerſam Ægypti ſynodum* indixit, uti legitur act. 1. ſynodi Epheſinæ pag. 504. editionis Labbeanæ, in qua iterum Patres Neſtorio ſacris interdixerunt. Dum hæc in Ægypto geruntur, Neſtorius rei ſuæ conſulturus Theodoſium adit, ac Cyrillum livoris ac pravorum dogmatum reum peragens, petit ut res in ſynodo œcumenica diſcutiatur. Annuit Imperator, ac Sacram ad ſynodum evocatoriam publicavit. Cæleſtinus in epiſtola ad Conſtantinopolita-

oos

nos diserte Nestorium *petitorem synodi* fuisse pronuntiat; & antea: *Sacerdotale postulat, cui non erat intersuturus, examen.* Ceterum Theodosius Sacram emisit die 19. Novembris A. 430. Cyrillus Legatos cum synodicis literis ad Nestorium destinavit, qui easdem hæresiarchæ publice tradiderunt *die Dominico, cum synaxis ageretur.* act. 1. citata. Scribit Marius Mercator, qui id temporis Constantinopoli degebat, Nestorium accepisse *literas denuntiationis VIII. Idus Decembris*, qui plane fuit Dominicus dies Cyclo Solis XIX. Lunæ XIII. lit. E. At Nestorius Sacræ Theodosianæ fisus, latam in se sententiam contemsit: nam hæc in divalibus literis continebantur: *Nulla interim ante sanctissimam coactam synodum, communemque eiusdem, quæ de omnibus dabitur, sententiam, facta privatim innovatione.* Unde Nestorius futuram syoodum Cyrillo exauctorationem interminanti, obiecit. verba superius recitavi. Ipse etiam Theodosius Cyrillum acriter per literas increpuit, qui livore actus, tantas Ecclesiæ turbas daret. Leguntur hæ literæ 1. par. cap. 31. syoodi Ephesinæ pag. 433. Ex his constat, satis insulse in pseudepistola hæc Theodosio scripta affingi: *Propositum nobis est opem ferre S. D. N. Cælestino, nimirum ut concilium generale celebretur.* Cum potius per indictam syoodum damnato Nestorio opem tulerit, ac latæ in eumdem a Cælestino sententiæ hæretici dolis circumventus exsequutionem suspenderit. Ex his evidenter etiam evincitur synodum inscio Cælestino iodictam fuisse, cum eius publicatio ante novemdecim dies contigerit, quam Cælestini ac Cyrilli literæ Nestorio traderentur.

Præterea hæc in pseudepistola Theodosius fingitur scribere: *Nestorius enim Episcopus cum pietatem omnem & sanctimoniam prius simulasset, ad extremum malitiam versipellis ingenii sui detexit; cumque Patris esset titulo insignitus, nobis inimicum se præbuit, factus ex Pastore fur & latro, dum seminavit in vulgus nefariam hæresim in vituperium Redemptoris nostri eiusque sanctissimæ Matris* &c. Quis vero nesciat quam propenso erga Nestorium animo esset Theodosius, antequam in synodo damnaretur? Etenim & synodum petenti morem gessit, & tot turbarum causam io Cyrillum devolvit, qui invidus Nestorium oppugnaret. Immo in literis ad synodum per Candidianum missis scribit, Irenæum Comitem oullas eo in conventu partes habere, *ut qui solius amicitiæ causa cum piissimo Nestorio Ephesum profectus sit.* Itane piissimum vocasset, quem sciret *furem, latronem, ac nefariæ hæresis* auctorem esse? Et hæc quidem scripsit, cum Nestorius ad synodum pergeret.

Denique in eadem pseudepistnla idem Theodosius hæc scribit: *Rogavimus, eligeret*, oempe Cælestious, *quam volet, nostri imperii civitatem.* Profecto secus loquitur Imperator in epistola ad Orientales scribeos: *Depntavimus enim Ephesiorum civitatem, terra marique percommodam.* pag. 722. edit. citatæ. Verum ex subscriptione mendacis manus impostura dignoscitur; nam epistola dicitur *Dat. IV. Id. Augusti Basso & Antiocho Coss* oempe altero mense post absolutam synodum Ephesinam, Theodosius ad eamdem Augustinum invitasset; quo quid ineptius somniari possit non video.

Iam vides, iam sentis, frater Hilari, quibus certissimis Ephesinæ synodi monumentis Theodosiana illa pseudepistola imposturæ arguatur. At inquis, P. Dionysium Vuerlensem Capuccinum rogasse per literas Guardianum conventus Patavini, ut vetustum illius epistolæ exemplar apud Patres sanctæ Iustinæ perquireret, nam inde primum exscriptam testabatur Lancellotus in libro de Vita sancti Augustioi. Sed libeat tuis verbis tam bellam historiam recitare. *Hac epistola*, inquis, *accepta, misit idem Guardianus Fratrem quemdam nomine Alexandrum, qui eius exemplum invenit in Patre Torello Eremita Augustiniano.* Addis eumdem postea legisse Norisium eamdem epistolam teprobantem. *Quod cum vidisset*, inquis, *P. Alexander Capuccinus, scandalizatus mansit .... monuitque hac de re suum Guardianum, qui zelo & studio pio & sancto stimulatus, scripsit Romam ad P.^{re} Reverendiss. Recanatam concionatorem summi Pontificis, virum multis insignem virtutibus Capuccinum* &c. *Hic est eventus Historiæ.* Mehercle non possum quin cum Martiale reponam:

Bellus Grammaticus; bellus es Historicus.

Nolo hic inquirere qua fide illa narraveris, Atticane, an Punica. Redi interim, redi sodes ad P. Alexandrum, ac illi meo nomine dicito apud archivium Benedictini cœnobii Theodosianæ epistolæ

læ exemplum inquirendum fuisse; non in volumine P. Torelli. Equidem cum putarem bonum illum Gamalielem iustum exemplar reperisse in vetustissimo codice, qui ultra nongentos annos cum blattis luctatus fuisset, tu mustam chartam producis impressionis recentissimæ. Addas etiam quod nullo iure *scandalizatus mansit, miratus unum Norim a reliquis omnibus suæ familiæ scriptoribus discordare*; nam Iohannes Rivius Augustinianus vir plane eruditus & in sacra ac profana Historia summa cum laude versatus, hæc scripsit lib. 4. de Vita sancti Augustini cap. 11. §. 9. *Sunt qui scribant has literas Theodosii Imperatoris ad Augustinum olim extitisse, aut etiam nunc extare in monasterii Patavini sanctæ Iustinæ bibliotheca, sed prout editas legi, suspectæ fidei sunt.* hæc illi exponito. Testaris *P. Guardianum scripsisse Romam ad P. Reverendiss. Recanatam*. Iam te bellum grammaticum dixi, qui sapientissimum P. Bonaventuram a Recineto in Picentibus Urbe non Recinetensem, sed *Recanatam* nuncupaveris. Cum fictitia illa epistola omnes mentis tuæ angulos occupasset, de facili fictitium illud nomen commentus, urbem in virum lepidissime commutasti.

Tres postea epistolas subnectis, quarum priorem tui Stumelii nullius apud scriptores nominis, & alteram Anonymi ad Anonymum, nil moror; nolo enim cum larvis luctari. At tertiam luctaris esse Illustrissimi Caramuelis, in qua satis prodiga manu laudes in Macedum effundit, ac meo Norisio minus se favorabilem præstat. Huius hocce initium: *Patres Augustiniani & Dominicani (unde, unde nescio) defendere solent Iansenium.* Ast ego probe novi unde adeo sinistram de utraque insigni familia opinionem induerit. Vincentius Baronius Dominicanus, ac Franciscus Farvacques Augustinianus Doctor Lovaniensis piperatis scriptis Caramuelem perfricuere. Inde etiam Caramuel Illustrissimo Fagnano, quocum dissentiebat, Iansenismum impegit, quem tamen, iuratus testis affirmem, numquam Iansenii librum vidisse. Vin libere dicam? Illustrissimus Caramuel, quod fecundissimo atque acutissimo ingenio pollet, hæc scribit in indice suorum voluminum ad calcem Theologiæ Moralis Fund. pag. 22. edit. Francofurt. Verbo: *Patres. Non multum ego temporis impendo, aut perdo in veterum libris legendis.* Hinc apud ipsum quicpiam novi semper Minerva parturit. Et quemadmodum in ceteris, in præsenti etiam volumine, quod de Architectonica ædificat, plurima tradet Vitruvio, quem uti antiquum scriptorem forte non leget, Serliis, Scamozzis, Palladio, aliisque hactenus ignorata. At Norisius, cum probe sciat quam curtam domi supellectilem habeat, ab antiquis eruditam stipem emendicat; nescit nisi de commentario carioso loqui; ex vetustioris Ecclesiæ monumentis antiquos annales concinnat; cum antiquariis alta rubigine exesa nummismata versat reversatque; Romanas inscriptiones temporum iniuria corrosas perlustrat. Hinc studiorum diversitas Illustrissimum Carmuelem minus æquum Norisio iudicem fecit. Quod vero veluti insultabundus adiungis: *Videant patroni & fautores Noris, quem virum habeant adversarium*; desine talibus. Iamdiu eruditi viderunt in Saule Ex Rege doctissimi Sinnichii. Tu quoque videsis in laudati operis indice V. *Caramuel*, ita enim te decet libros consulere. Interim non dubito, quin vir insignis, & non uno mihi nomine commendandus tibi subirascatur, qui privatam illam epistolam se inscio in vulgus emiseris, eiusque nomen tuis hisce scriptiunculis insetneris, quæ

Sunt Apinæ, Tricæque, & si quid vilius istis.

Quo tamen te, o Hilari, demerear, in animum induxi aliud te quicpiam docere; nam inter propositiones Norisii, quas cum esses Risbrochius, insulsissime sugillasti, hanc num. XX. iterum te video in crimen vocare: *Nos dicimus*, inquis, *Papa qua Episcopus Romanus, qua Patriarcha Romanus, qua Papa Romanus semper habet primatum. Vos dicitis differt. de Synodo V. pagina 751. Papa qua Patriarcha Romanus est, non habet primatum super alios Patriarchas. Hinc estis Baiani, Iansenianі, & Norisiani.* Et dudum Dominus Risbrochius pag. 171. uncialibus characteribus eamdem thesim Norisii inscripsisti: *Calvinismus Henrici Noris.* Hui quale monstrum! Ast Noris verba adducamus ex appellata dissertatione, ubi cum dixisset tres Sedes Patriarchales, Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam a Divo Petro institutas, addit: *Harum Præsules in aliquo conveniunt; in aliis vero plurimum discriminantur. Nam licet spectato iure Patriarchali,*

tres

tres illi Antistites æqualis sint auctoritatis, ac nullus ab altero dependeat, iure tamen Papali uni Sedi Romanæ reliquæ duæ subiiciuntur. Heu quam longe ab ecclesiasticis monumentis, cum verba recitata Calvinismi insimulabas, peregrinabare! Da, quæso, aures in ditionem meam. Quatuor ecclesiasticæ hierarchiæ gradus, quorum singulis specialis iurisdictio competit, ab eruditis distinguuntur, nempe Episcopus, dein Metropolita, postea Primas seu Exarchus, denique Patriarcha. Et hæ quidem sacræ potestates pluribus communes sunt. His tamen omnibus summus Pontifex Romanus, qui Papa dicitur, supereminet, ac in reliquos omnes iurisdictionem exercet. Porro summus Pontifex Romanus una simul est Episcopus, Metropolita, Primas, Patriarcha, ac denique Papa. Uti Episcopus urbis Romæ sacra administrat, clericos ordinat, conficit chrisma, & id genus alia peragit, quæ ceteri etiam Episcopi præstant. Verum ut Metropolita propriam diœcesim habet, nempe a Flaminia usque ad Siciliam. Hinc omnium illarum provinciarum Episcopos consecrabat, omnes ad provinciæ synodum evocabat, Oratoria consecrandi facultatem eisdem dabat &c. Hac eadem potestate ante initium quinti sæculi pollebant Metropolitæ Aquileienses ac Mediolanenses, neque enim eorumdem provinciarum Episcopos Romanus Pontifex consecrabat, sed laudati Metropolitæ, quæ veterum Pontificum testimoniis probat ibidem Norisius pag. 756. Item iidem duo Antistites suas synodos provinciales una cum subditis sibi Episcopis cogebant, quod ex D. Ambrosii, Hieronymi, aliorumque veterum monumentis intelligitur. Præterea Pontifex Romanus erat Primas seu Exarchus totius Italiæ. Hinccum Mediolanensis Metropolita eligendus foret, Romanus Pontifex legatum Mediolanum mittebat, qui electioni interesset. Hoc probat Noris ex D Gregorio Papa pagina 683. dissert. eiusdem. Præterea utriusque Metropolitæ consecratio ad Romanum Pontificem spectabat, licet ob longioris itineris molestias, mutuam utrique consecrationem indultam fuisse testetur Pelagius Papa in epistola ad Iohannem Patricium. Hæc iurisdictio appellatur primatialis, quam Papa cum aliis Orbis Christiani Primatibus Exarchis communem habebat, atque intra primatialem diœcesim exercebatur. Denique Romanus Pontifex erat Patriarcha totius Occidentis, nempe totius Europæ usque ad Thraciam, & sex provinciarum Africæ, quæ ad Imperatores Occidentis pertinebant. Patriarcha Antiochenus diœcesim Orientalem, Alexandrinus Ægyptiacam & Africanam usque ad confinia Tripolitanæ regionis regebant. In eo conveniebant tres Patriarchæ, quod vastissimis præerant diœcesibus, in quibus plures sibi subiecti Metropolitæ numerabantur; unde & numerosas synodos celebrabant, Metropolitas ordinabant, ac celebratas ab istis provinciarum synodos confirmabant. Illorum erat omnes Antistites diœceseos Patriarchalis ad se evocare, iudicatas a heisdem causas retractare, appellationes admittere, Episcopos ac Metropolitas in magna synodo deponere, aliaque id genus exsequi, de quibus Hallierus eruditissime agit in prægrandi volumine de Hierarchia ecclesiastica. Patriarchæ Alexandriæ & Antiochiæ omnia illa peragebant, nulla a Romano Patriarcha prius facultate impetrata, ex quo fit ut ad illa exsequenda, pari cum Romano Patriarcha auctoritate ac iurisdictione pollerent. Iam vero attendas, Hilari, Rishrochi, Humberte, seu quocumque nomine appellari velis, nam pari ignorantia ac petulantia unus homo insultatis.

Pontifex Romanus *qua Patriarcha* habebat peculiarem diœcesim, intra quam eam iurisdictionem exercebat, quam ad collegarum Patriarcharum diœceses non extendebat. Idem sacra iura toti etiam Illyrico dicebat, apostolicas ibidem vices Antistite Thessalonicensi sustinente. Hæc patent ex Pontificiis literis, quæ in Romana synodo Bonifacii II. ab Holstenio inventa, & ab Eminentissimo Barberino sacri Collegii Decano magno ecclesiasticæ eruditionis incremento publicata, leguntur. Hæc iurisdictio Patriarchalis fuit ab Apostolis ordinata, non autem a Christo Domino Romano Pontifici collata. Hinc cum Atticus C.P. Illyricam diœcesim invasisset, Bonifacius I. Papa ex decretis Patrum, integra sibi iura in illis provinciis servare conatus, Honorii Imperatoris opem imploravit, qui Papæ postulata Theodosio exponens: *Petit enim*, inquit, *ut hæc privilegia quæ dudum a Patribus constituta, usque ad tempora nostra servata sunt, inconcussa perdurent.*

rent. epist. 11. laudatæ synodi. Cui Theodosius morem gerens, ibidem epistola 12. rescribit: *Unde omni supplicantium Episcoporum per Illyricum subreptione remota, statuimus observari, quod prisca apostolica disciplina & canones veteres eloquuntur*. Et idem Bonifacius epist. 9. ad Episcopos per Thessaliam, Attici rapinas increpans, ait: *Leguntur etenim præcepta maiorum, & quibus in ecclesias iuris aliquid dederint, invenimus*. Cum Anatolius Antistes C.P. secundum sibi locum inter Patriarchas vindicare conaretur, S. Leo Papa datis ad Imperatorem Marcianum literis, bominis ambitum perstriogens: *Privilegia enim*, inquit, *ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari*. Cum vero iam inde a Leonis Isauri imperio Patriarcha C.P. Illyricum, Siciliam, ac Calabriam in suæ Sedis iura transcripsisset, Hadrianus I. ab Imperatore Coostaotino & Irene Augusta petiit, ut ablata sibi reddèrentur: *Consecrationes*, ioquiens, *Episcoporum seu Archiepiscoporum, sicut olitana constat traditio, nostræ diœcesi existentes penitus canonice S. R. restituantur ecclesiæ*. Nicolaus I. epist. 4. ad Michaelem Imp. in fine ait: *Volumus, ut consecratio Syracusano Archiepiscopo nostra a Sede impendatur, ut traditio ab Apostolis instituta, nullatenus nostris temporibus violetur*. Notes velim, Hilari, Hadrianum *diœcesim nostram* dicere, quæ regionem significat, in quam ius *qua Patriarcha* exercebat, ac proinde uti Patriarcham babuisse particularem diœcesim, sicuti alii Patriarchæ suas etiam peculiares diœceses possidebant; & iurisdictinoem tum Patriarchalem, tum Metropoliticam innixam dici *traditioni ab Apostolis institutæ*. Hæc tamen Patriarchica iurisdictio potuit augeri, vel minui, immo nova etiam institui, uti contigit apud Sedem C.P. cuius Antistites io Patriarchas evecti, tres autocephalos Primates antiquarunt.

Verum præter quatuor ecclesiasticæ, seu sacerdotalis, ut veteres vocabant, dignitatis gradus, quos Pontifex Romanus cum aliis Episcopis, Metropolitis, Primatibus Exarchis, ac denique Patriarcbis communes habebat, quibus sigillatim peculiaris iurisdictio competebat, particulari ac sibi tantum proprio hooore atque auctoritate in Petro Apostolo a Christo Domino decoratus fuit, qua in Ecclesiam universam iurisdictin eidem tradita est; unde universalis Episcopus iure dictus, quamvis humilitatis gratia id tituli recusarit. Hæc suprema dignitas papalis iurisdictionis nomine modo venit, uti & solus summus Pootifex iam inde a tot sæculis Papa nuocupatur. Hinc Gregorius VII. in Dictato can. 2. decrevit: *Quod Papa est unicum nomen in mundo*. Et in Synodo VIII. act. 10. can. 21. iubentur singuli *omni reverentia & bonore dignos iudicare, præcipue quidem sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde vero Alexandriæ ac Antiocbiæ atque Hierosolymorum*. Ita vel ab ipsis Græcis uni Pontifici Romano titulus Papæ, aliis Patriarchæ delatus fuit. Huius papalis iurisdictionis a Patriarchali distinctæ egregium testimonium habemus io Bonifacii synodo superius memorata, in qua Theodosius Echiniensis in Thessalia Episcopus sess. 2. his Bonifacium Papam alloquitur: *Constat venerandos Sedis vestræ Pontifices, quamvis in toto mundo Sedes Apostolica ecclesiarum sibi iure vindicet principatum, & solam ecclesiasticis causis undique appellare necesse sit; specialiter tamen gubernationi suæ Illyrici ecclesias vindicasse. Et nota sunt vobis omnium præcedentium scripta Pontificum* &c. Ex his habes, frater Hilari, ius papale, ratione cuius *undique*, nempe ex universo Orbe catholico, licet apostolicam Sedem appellare, & illa iudicatas a Patriarchis causas iterum recognoscere potest, iniuria damnatos absolvere, iniuste absolutos damnare, synodalia Patriarcharum decreta reprobare, fidei dogmata definire, atque universis assensum imperare, Patriarchas ac ceteros Antistites Romam in iudicium vocare; quæ sane Romanus Præsul exsequitur, non uti Episcopus urbani districtus, non qua Metropolita aut Primas Italiæ, non qua Patriarcha Occidentis, sed uti Papa per iurisdictionem sibi in Apostolo Petro a Christo collatam. Rursus intelligis Pontifices Romanos qua Patriarchas Illyricum *gubernationi suæ vindicasse*.

Vin exemplo hucusque dicta explicem? Leopoldus Pius, Felix, Augustus, unus idemque est Imperator Germaoiæ, Rex Bohemiæ, Archidux Austriæ, Comes Tirolis &c. Qua Imperator ius habet in universa Germania, comitia indicit, militum sub-

subsidia, annonam, hiberna imperat &c. quo iure etiamsi careret, iurisdictionem tamen haberet in Bohemia, aliisque provinciis, quas titulo Ducis aut Comitis possidet. Itane Norisium Augustæ Maiestatis reum perageres, si dixisset: *Leopoldus Augustus qua Rex Bohemiæ, non habet primatum iurisdictionis in tota Alemania?* Immo si secus diceret, sibilis exciperetur. Audias modo omnium Iesuitarum post Petavium, eruditissimum Sirmondum lib. 2. Propemptici cap. 10. pagina 306. *Sic*, inquit, *in ecclesiæ Romanæ Antistite, qui unus omnes Episcoporum gradus & titulos amplectitur distinguenda sunt iura uniuscuiusque potestatis: quid nimirum ab illo tamquam Episcopo in Urbe Urbisque parœcia geratur, quid tamquam a Metropolitano in provincia Romana, quid ut Primas iuris habeat in Italia, quid ut Patriarcha in Occidente, quid postremo ut Papa & summus Pontifex in Ecclesia universa*. Audin ut vir, qui in Ecclesiasticis monumentis longissimam vitam vixit, Norisio eo in stadio lampadem prætulerit? Nonne, o bone, rubore suffunderis, qui tam supina in re ecclesiastica ignorantia laborans, certam catholicis scriptoribus sententiam, nempe: *Papa Romanus qua Patriarcha Romanus est, non habet primatum iurisdictionis* (nam dignitatis nec hæretici inficiantur) *super alios Patriarchas*, Calvinismi insimulaveris; unde ridiculus ille titulus tibi etiam somniatus: *Calvinismus Henrici Noris?* Lege Hallierum lib. 4. cit. cap. 3. art. 3. Lupum in notis ad cap. 5. Tertulliani pag. 157. si uni Sirmondo forte non credis. Vereor tamen ne quod debili es stomacho, tam multiplici eruditioni concoquendæ sis. Ubi, ubi eras dum de Calvinismo Norisii cogitabas? Certe extra tuæ scholæ cancellos longius errabas. Tu cum sodalibus Scotistis formalitates ac distinctiones ex natura rei propugnas; unde etiam dicis: Homo qua animal sentit, non intelligit; qua rationalis intelligit, non autem sentit, licet una eademque res sit, quæ & intelligit & sentit; nam sentire, quod est brutorum, & intelligere, quod competit substantiæ pure spirituali, in uno homine realiter, quamvis non formaliter identificantur. Hæc probe intelligis; his enim vocibus vestra schola personat, in qua tu quoque in limine huiusce tui trium foliorum voluminis nuncuparis *Lector generalis*. Agedum cape etiam me magistro, quod cum iura sacerdotalia distincta sint, ratione unius aliquid de Romano Pontifice affirmatur, quod ratione alterius negatur; quamvis uni eidemque Antistiti ea diversa iura competant. Ne tamen putes eadem formaliter tantum distingui; nam reapse potuerunt invicem separari: qua de re consule Sirmondum laudato c. 10. pag. 505. neque enim, cum hac in palestra tyro sis ac nondum lector iubilatus, omnia momento doceri potes. Cavesis tamen ne appellatam Sirmondiani voluminis paginam vertas; nam illa leges, quæ te vidisse pudebit. Eadem uni tibi in aurem insusurrabo. Hæc ipsissima contra Salmasium Sirmondus scribit pagina 307. *Stultum autem ac plane ridiculum, cum peculiarem Papæ provinciam sine iniuria dici & esse non abnuas, specialem illi diœcesim sine universalis diœcesis noxa tribui non posse suspicari*. Itaque tua opinio Salmasii Calvinistæ somnium fuit, qui negavit Pontificem Romanum *qua Patriarcham* habuisse iurisdictionem solummodo in Occidente, quod dictum Sirmondus *stultum ac plane ridiculum* ignominiæ causa nuncupavit. Si vis ipsamet Salmasii verba, haud necesse est, te illius Eucharisticon emere; illa tibi gratis exhibet meus Norisius in ea ipsa pag. 152. dissert. de Synodo V. ex qua per summam, non dicam impudentiam, sed inscitiam, Calvinismi crimen concinnasti. Abi ergo iam tandem, Hilari, optime a me edoctus, sententiam Norisii veterum Ecclesiæ monumentorum ac insignium scriptorum catholicorum testimoniis firmari, tuam vero opinionem esse *stultum ac plane ridiculum* Salmasii Calvinistæ portentum. Hanc tamen abs te grati animi vicem peto, ut in posterum sileas, ac tam imperitas manus ab ecclesiastica historia abstineas, ne quemadmodum in præsenti contigit, eruditorum cachinis excipiare; neque enim ceteri meam in respondendo patientiam atque modestiam servabunt. Hoc age, si sapis. Ceteras quas garris, Risbrochianas nenias exsufflabo in Confutatione pseudepistolæ, quam huic opellæ subiiciam. Interim superi meliorem tibi mentem duint. Vade ac vale.

CEterum antequam manum de tabula tollo, vos hic compellare libet, Macede ac Noris, cara mihi capita, ac toties hac in opella laudata nomina. Utrumque vestrum per facra, quæ vos inter tum Romæ, tum Patavii tot annos viguit, amicitiæ iura oro & obtestor, ut bancce apologiam grata fronte excipiatis. Enim vero, ni mea me fallit opinio, spero fore, ut vobis boc fcriptum acceptum fiet, fimulque igniculos excitet, quibus mutuus vos inter amor iterum accendatur. Iam fatis, Amici, lusistis operam; iam fatis rudibus batuistis; iam tandem mutuos in amplexus ruite, qui tanta fententiarum affinitate invicem copulamini. Noris, o Noris, quantum gratiarum Macedo debeas, qui cum femel & iterum plurium errorum infimularere, illico oppidoque editis abs fe libris, non quidem folatio litis, fed plane virium auxilio venit, ut unus ille tibi Palladium fit, ac facra ancora in tempestate. Macedus impactam tibi Baianifmi notam, amica manu deterfit. Idem cum Iansenianæ postea conspirationis a fallaciffimo ac mendaciffimo adverfario accufareris, tam invidiofi hac tempestate nominis crimen a te procul excuffit, ac toties per fignatas tabulas, traditæ abs te doctrinæ potentiffimus fuffragator acceffit. Tantam quoque animi tui, Macede, fiduciam habeo, ut minime verear, quin Norifium mea ad te manu deductum, hilari & ferena fronte excipias, ac tuo in finu tot iam clamoribus obtunfum caput reclinantem foveas, fimulque in certam, te patrocinante, fpem victoriæ erectum dimittas. Hic ille Norifius eft, tuus olim Romæ ac Patavii inter paucos amicus; tuus hofpes, cum primum Athenas Venetas appulifti; tuus confus, cum ob illud fere tibi ultimum epigramma fummo in difcrimine verfarere; tuus encomiastes, tuique nominis ac doctrinæ vocaliffimus buccinator; tuus ille denique, qui unus tibi omnia erat. Vos, vos iterum per hofpitales tefferas, per facrum amicitiæ Numen, per adoratum utrique Auguftini nomen, communemque in eiufdem caftris militiam, contestor, ut literariis bifce diffidiis nec veftro nomine, nec pofterorum dignis memoria, intermiffis, animum ad pacem revocetis, & ne refidua ira maneat, præterita ofculis placeat aboleri. Aureis Auguftini veftri, immo & mei in epiftola decimatertia ad Hieronymum verbis concludo. *Hoc magnum & trifte miraculum ex amicitiis talibus ad has inimicitias perveniffe; lætum erit & multo amplius ex inimicitiis talibus ad priftinam concordiam revertiffe.*

CON-

CONFUTATIO PSEUDEPISTOLÆ

Sub nomine P. Henrici Noris per dolum publicatæ.



Um Risbrochius nescio quis ficti nominis æque ac multiplicis imposturæ auctor, famosum contra edita ab Henrico Norisio volumina libellum evulgasset, idemque gravissimo statim Eminentissimorum Patrum decreto veluti in cunis suffocatus fuisset, ægre & acerbe latam in suum librum sententiam ferens, non iam aperto Marte, sed insidiis Norisium iterum oppugnandum suscepit. Itaque epistolam quamdam mendaci manu exaravit; eique Norisii in titulo nomen, quasi ab eodem scripta esset, affixit. Porro in hac dolosa scriptiuncula Norisius ob damnatum Risbrochii libellum, quasi iuveniliter tripudians inducitur; quippe qui sibi in Romano decreto victoriam canat, ac Augustinianos sodales ad epinicia grandioribus tibiis una secum modulanda invitet. Fingit ipsum iactare eadem Risbrochii confixione non tam istius hominis assertiones damnatas esse, quam suas ipsius, quas ille perstrinxerat, theses albis Romanorum iudicum calculis adprobatas, omni censura immunes evasisse. Næ meus Norisius adeo insigniter alucinari potuit, ut tam præpostere iudicaret? Nemo enim ignorat apologias non tam ob errores, quam ob effrenem conviciandi licentiam plerumque damnari. Ceterum impostor quo imperitis, vel etiam doctis, sed harumce rerum incuriosis, fucum faceret, indicem plurium propositionum Risbrochii subnexuit, quibus totidem ex Norisii libris antitheses opposuit, ea plane fide, qua epistolam concinnavit. Equidem huic bipedum mendacissimo non modo non indignor, verum etiam nescio quid illi gratiarum me debere fateor. Etenim ne longiusculæ Risbrochianæ satyræ lectione fatigarer, universas eiusdem imposturas in supposititiam illam epistolam, veluti in summarium, redegit; quamvis eo consilio id doli eum fecisse puto, ut sparsa toto volumine venena, in valentiorem brevioris epistolæ succum contraheret, quo statim lectores tot errorum monstris deterritos, in Norisianarum thesium odium atque execrationem excitaret. At maximo tibi, o mi Noris, solatio sit, quod optime noris summos plerumque viros fictitiis hisce literis in honoris, immo etiam in capitis periculum vocatos, qui tamen fraude calumniatorum detecta, maiori quam antea fama illustres evasere; ea enim est vis veritatis, ut cum mendaciis pæne oppressa succumbere videatur, vehementiori impetu dolosa quæque adversariorum machinamenta deiiciat. Enimvero spero fore, ut Norisii sententiæ eruditorum iudicio probentur, ubi palam fecero easdem dolis tantum ac præstigiis oppugnari, ac adversarios easdem semper cantilenas cum lectorum nausea repetere: cuius sane vitii ne reus fiam, decrevi lectores ad priores a me editas apologias remittere, ac paucis mentitæ huius epistolæ strophas confutare, quod ut brevius exsequar Norisii tantum propositionum seriem, uti ab adversario deducta est, recitabo.

Propositio prima. ***Evidens sit concupiscentiam secundum propriam essentiam esse malam, non vero ob imperfectionem annexam.*** in Vind. cap. 3. §. 2. Lege quæ scripsi in responsione ad Germanitatem tertiam.

II. *S. Augustinus admisit Manichæis hypothesim de concupiscentia secundum propriam essentiam mala, & in eo sensu concessit Manichæis Deum esse laudandum, si cum ea hominem condidisset.* ibidem. Hac de re dictum est ad Germanitatem III. Et quidem dato quod homo non potuisset condi sine concupiscentia, ita ut hæc esset proprietas inseparabilis, adhuc laudan-

dum Deum tradit Augustinus, quia homo quamvis necessitate naturæ haberet concupiscentiam, nulla tamen necessitate eidem consentiret, cum divina gratia contra illius impetus muniretur.

III. *Concupiscentia secundum propriam essentiam mala, prout est pœna, intenditur a Deo sicuti mors.* in Vind. pag. 920. lit. C. Ita plane docuit sanctus Augustinus lib. 4. Oper. imperf. cap. 32. & 33. Mors & concupiscentia sunt pœnæ peccati originalis, ac mala homini Dei iudicio ob culpam inflicta. Mors tollit esse hominis, concupiscentia bonum esse eiusdem. lege Aureolum S. R. E. Cardinalem 2. sent. dist. 32. art. 2. ad 1. Neque consequens fit ut Deus dicatur velle peccata, quorum causa est concupiscentia, uti Risbrochius obiicit. Est Iuliani sophisma lib. 4. cit. cap. 35. quod optime dissolvit Augustinus exemplo subtractionis divini auxilii in pœnam præcedentium peccatorum; non enim quæ tunc consequuntur peccata, in Deum referuntur. His adde concupiscentiam inclinare tantum ad peccatum, quod tamen, nisi accedat liber consensus voluntatis, non perpetratur. Et Deus gratia sive proxima, sive remota nos contra eamdem concupiscentiam adiuvat.

IV. *Nisi intercederet concupiscentia, quæ est causa incurrendi peccatum originale, per simplicem concubitum maris & feminæ non contraheretur peccatum.* in Vindiciis pag. 990. Est mera impostura Norisio afficta, quam exsufflavi ad Germanitatem VI.

V. *In statu naturæ lapsæ non omnibus datur, nec præsto est adiutorium gratiæ sufficientis ad operandum urgente præcepto.* in Vind. pag. 1004. Mutilat per dolum periodum; nam pagina illa 1004. lit. A. scribit Noris, *proxime sufficiens adiutorium non semper præsto esse.* Repete dicta ad Germanitatem XIV.

VI. *Non datur gratia proxime sufficiens etiam in occasionibus servandi præceptum, nisi antecedat oratio actualis.* in Vind. pag. 1002. & seqq. Nusquam hæc dixit Noris; immo oppositum luculenter demonstravit ex S. Augustino, uti patet ex dictis in fine responsionis ad Germanitatem XIV.

VII. *Reiicienda est sententia illorum, qui dicunt gratiam sufficientem semper adesse, cum lex obligat.* pag. 1006. lit. A. Corrumpit textum; nam apud Norisium legitur: *Qui dicunt gratiam proxime sufficientem* &c.

VIII. *Lex obligat, etiamsi non adsit gratia proxime sufficiens.* At hæc est communis Theologorum sententia, qui scribunt sufficere gratiam remotam. Ita Bellarminus lib. 2. de Grat. & lib. arb. cap. 7. Poncius 1. p. Relect. de grat. cap. ult. Suarez lib. 4. de Grat. cap. 2. Macedus cap. 8. Scrinii pag. 81. Decamps lib. 3. de Hæresi Ianf. disp. 8. cap. 11. Gonetus disp. 5. de Reprob. art. 6. §. 2. &c. Plura habes in resp. ad Germanitatem XIII.

IX. *Fides non potest movere hominem ad petendum divinum auxilium, nisi Deus infundat gratiam.* in Vind. pag. 1008. lit. B. Et hæc est communior Theologorum sententia. Consule dicta ad Germanitatem XIV.

X. *Nullis nisi volentibus & petentibus per actualem orationem, datur gratia excitans, & vocant ad bene operandum.* pag. 1043. & seqq. Est pura puta impostura, ut ostendi ad Germanitatem XIV. in fine.

XI. *Homo antequam petat, & dum petit, stat sub lege præcipiente, & nondum habet gratiam sufficienter adiuvantem, nec potest facere quod iubetur, & pro tunc est illi præceptum impossibile.* pag. 1005. Mutilat periodos, & postea addit de suo. Scribit Noris ibid. lit. D. *Dum petis ut possis, profecto sentis te urgeri præcepto, & simul cognoscis te destitutum gratia proxime necessaria ad opus implendum, unde oras ut Deus eamdem tibi largiatur* Vide notata ad Germanitatem XIV. Nusquam dixit Norisius: *Et pro tunc est illi præceptum impossibile.*

XII. *Soli gratiæ debili nostra libertas resistit.* pag. 895. Vind. Cum quis ab alio vincitur, debilis apparet cum fortiori victore comparatus. Relege responsum ad Germanitatem XV.

XIII. *Peccatum originale & actuale, quod est pœna peccati, caret libertate indifferentiæ, & committitur cum necessitate.* pag. 994. Nugas loquitur, quas Norisius nec somniavit. Patet ex dictis ad Germanitatem XII.

XIV. *Adamus in statu integro non debuit orare Deum, ut sibi ministraret vires ad mandata facienda, & posita tentatione inaniter petiisset vires eidem resistendi.* in Vind. pag. 1003. Ita docuit S. Augustinus, ita Macedus, ut patet ex utriusque testimoniis laudatis ad Germanitatem II.

XV. *Omnia opera infidelium sunt peccata.* pag. 937. & 1009. Vindic. Est mera calumnia, quam contudi ad Germanitatem X.

XVI.

XVI. *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* pag. 1055. usque ad 1048. Repete dicta ad obiectiones Guidicciolanas & ad Germanitatem X. Legas, quæso, P. Contensonum insignem Ord. Prædicatorum Theologum tom. 5. differ. 2. de grat. specul. 2.

XVII. *Capitale Massiliensium dogma fuit, communem omnibus esse gratiam.* libro 2. Hist. Pelag. pag. 388. lit. A. Detruncat sententiam, verbis sequentibus omissis; est enim apud Norisium propositio complexa, & ly *dogma* cadit super periodum, quam omittit. Lege plura ad Germanitatem XIII.

XVIII. *Homo iustificatus in pœnam peccati originalis incurrit privationem potentiæ proxime expeditæ ad perseverandum in semel acceptâ gratia sanctificante.* in Vindic. pagina 1076. lit. D. Nata ob peccatum in homine concupiscentia, quæ etiam in iustis reperitur, potentiam proxime ad bonum expeditam, qua fruebatur Adamus, sustulit. Repete dicta ad Germanitatem XIII.

XIX. *Semipelagianus est qui non sequitur sententiam Augustini de constituto Dei prædestinantis ad gloriam sine ulla prævisione meritorum.* pag. 1013. Mentitur insigniter. Nil tale in loco appellato legitur. Noris scribit Semipelagianos prædestinationem gratuitam aversatos fuisse, non vero illorum opinionem ab Ecclesia explicata definitione damnatam fuisse. Lege Gonetum disp. 2. de prædest. art. 1. §. 5. & quæ indicavi in responso ad obiectionem XIII. Guidicciolanam.

XX. *Satis est potentia remota cum gratia remota ad merendum & demerendum.* in Vind. pag. 1004. Ita communiter Theologi, quorum aliquos laudavi superius ad propos. 8.

XXI. *Pueri decedentes in peccato originali, puniuntur pœna ignis.* in Vindic. pagina 946. Est sententia S. Augustini ac plurimorum Patrum, & non pauci Theologi eamdem sequuntur. Adeas Germanitatem VII.

XXII. *Peccatum originale introducitur per corpus in animam.* in Vind. pagina 990. lit. D. Dixit Noris carnem esse *veluti vehiculum peccati originalis.* P. Macedus egregie hanc sententiam defendit tom. 2. Collat. 8. diff. 3. sect. 5. pag. 448. Eiusdem verba recito in resp. ad Germanitatem VI.

XXIII. *Papa Romanus qua Episcopus Romanus, qua Patriarcha Romanus non habet primatum super alios Episcopos & Patriarchas.* in dissert. de Synodo V. pag. 751. Hæc satis explicui in calce responsionum ad Germanitates pag. 1488. 1489. & 1490.

XXIV. *Imperatoris erat tempore schismatis vocare Episcopos ad concilium.* libro 1. Hist. Pelag. pag. 156. Hic pariter detruncat periodum, ut invidiam augeat. Hæc Norisius ait: lit. B. *Cuius*, nempe Honorii Imperatoris, *tantum erat, oborto schismate, Episcopos ad synodum vocare, non vero Constantii privati adhuc viri.* Audiatur Card. Baronius anno 418. in calce rem ita describens: *Tunc quod Imperatoris erat munus, persolvit, & iudicium, ut decebat, exercuit. Sed num pro arbitrio ipse ex duobus electis Episcopis, quem vellet, sedere iussit? Minime gentium. Verum potius convocatis Episcopis, rem voluit ab ipsis cognosci* &c. Noris scribit, *cuius erat*; Baronius, *Imperatoris munus erat.* Apage igitur insulsam censuram. Tunc Imperator in subsidium Ecclesiæ sacram ad synodum evocatoriam emisit.

XXV. *Patres sextæ synodi Africanæ studio ambitionis interdixerunt appellationibus ad Papam Romanum.* lib. 1. Histor. Pelag. pag. 174. Hæc Patrum Africanorum verba sunt can. 125. Cod. Africani: *Non provocent nisi ad Africana Concilia, vel ad Primates provinciarum suarum: ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur.* Cuinam maior fides habenda, ipsimet synodo, an hodierno fictitiæ epistolæ scriptori? Scribit Baronius A. 419. pag. 449. edit. Rom. *Ut plane liqueat Zosimum minime probasse, quod ab Africanis Episcopis fuerat definitum, ne presbyteri, diaconi, ac subdiaconi appellarent iudicia transmarina.* Nusquam illa verba *studio ambitionis* Norisius effutiit. Mendaci impostoris manu inserta sunt. Dixit Africanos conatos fuisse *iura sua extendere* interdicentes insuper appellationibus Episcoporum, quod non ambitionis, sed iustitiæ melius exercendæ causa se facere iidem Patres testati sunt in epistola ad Cælestinum Papam. Porro appellationibus Episcoporum in priori illo canone non fuerat interdictum; unde iura sive ex privilegio, sive ex tolerantia apostolicæ Sedis apud Afros inolita, postea extendere conabantur.

XXVI. *Solum meritum naturale de condigno respectu gratiæ supernaturalis semper fuit*

fuit probibitum ab Ecclesia. in epistola MS. Romam missa.

Item XXVII. *Semipelagianismus fuit permissus ab Ecclesia per sæculum & amplius ante concilium Arausicanum II.* lib. 2. Hist. Pelag. cap. 23.

Hac de re plura dixi in confutatione Palinodiæ Norisio afflictæ pag. 1379. & seq. Haud vacat ferram per eamdem lineam reciprocare. Scribit Sirmondus Semipelagianorum opiniones in Arausicana primum synodo damnatas fuisse: *Ceterum*, inquit, *gravi ac diuturnæ contentioni, quæ sanctissimos & doctissimos utrimque viros in Gallia centum & amplius annis exercuit, finem postea tandem attulit synodus Arausicana II. quæ totam de gratia & libero arbitrio controversiam ex S. Augustini sententia composuit*. tomo 1. Concil. Galliæ A. 529. Lege Raynaudum cap. 3 Apologiæ pro Valeriano Cemelensi, Cellotium libro 2. Hist. Gottescalchi cap. 4. & dicta in Confutatione pseudopalinodiæ pag. 1379.

XXVIII. *Semipelagiani non fuerunt damnati in Pelagianis*. in epistola MS. Brevi Norisii etiam somnia in crimen vocabunt, qui epistolas eiusdem manu exaratas, non tamen typis editas, carpunt. Sub lite diutius fuit, an bona opera naturæ viribus elicita, non quidem ut merita de condigno, sed ut pure occasiones & ansulæ a Deo quandoque expectarentur, quo gratiæ donum congruentius largiretur. Hoc gratiæ repugnare cum Augustino discipuli asserebant; negabat Cassianus cum sectatoribus. Synodus Arausicana publica sententia Augustino tandem causam adiudicavit. Ita in controversia de auxiliis Patres Dominicani probabant Molinæ opiniones in Semipelagianis confixas fuisse ab Ecclesia; id Iesuitæ inficiabantur. Lis sub iudice pendebat, nec hucusque decisa est.

XXIX. usque ad XXXIV. *Sanctum Vincentium Lerinensem ac Hilarium Arelatensem cum Massiliensibus contra S. Augustinum sensisse*. In eadem sententia fuot de Vincentio Poncius, Frassenius, Garnerius, Lupus, Quesnellus, quos laudo in Confutatione pseudopalinodiæ. De Hilario affirmant sanctus Prosper in calce epistolæ ad Augustinum, Raynaudus cap. 4. citati operis, Henao sect. 28. de Scientia media, Sammarthani in Gallia Christiana V. *Hilarius*, Maguinus, Quesnellus, Florentinus cum Holsteoio in notis ad Martyrologium die 5. Maii, Sirmondus apud Labbeum tom. 2. Concil. pag. 1818. & alii.

XXXV. *Cardinalis Sadoletus fuit Semipelagianus*. in Vind. pag. 1103. usque ad 1109. Nusquam hæc io Norisii libro leguntur. Dixi pag. 1108. lit. D. Sadoletum *incaute & insciente*r in opinionem Semipelagiaoorum incidisse. Si *incaute & insciente*r, non igitur fuit hæreticus Semipelagianus. Videsis dicta in Confutatione pseudopalinodiæ.

XXXVI. *Cardinalis Caietanus contradicit epistolæ Cælestini*. in Vind. pag. 1110. Noris ibidem cap. 8. cum Baronio, Suario, Sirmondo, & aliis probat illam epistolam secundum duo tantum priora capita esse Cælestini; at Caietanus contradicit iis, quæ in assuta germanæ Cælestini epistolæ appendice recitantur. Præterquam quod id non pertinet ad dogma, sed ad honorificum de S. Augustino testimonium, quod nempe perperam diceretur excessisse in controversiis de divina gratia.

XXXVII. *Cardinalis Baronius erravit centies tricies & sæpius in sua historia*. Num toties Norisius in vasto volumine a Baronii sententia discesserit, ut impostor exacte ad calculos studuit revocare, ipse viderit, ac de assertorum veritate eruditi iudicent. Illa certe propositio satis invida apud Norisium non legitur. Lego libro 2. Hist. Pelag in titulo cap. 8. *Cardinalis Baronii sententia ab obiectis a Christiano Lupo erroribus vindicatur*. Ita pro eruditissimo Cardinali disputat cum sodali & amicissimo Lupo. Pater Petavius tom. 2. in sanctum Epiphanium in notis ad Hæresim 73. Semiarianorum ex professo Baronii errores corrigit, præfatus: *Pergam de historiis & annalibus ecclesiasticis bene mereri*. Huetius vir plane eruditissimus in præambularibus Origenis io omnibus fere paginis quosdam Baronii lapsus notat. Valesius V. C. ideo historiam Donatistarum scripsit, quo admissos in eadem Baronio errores, emendaret. Lege notata in calce responsionum ad Germanitates.

XXXVIII. *Papa Zosimus erravit in publico iudicio absolvendo ad tempus Cælestium*. pag. 121. 122. libri 1. Hist. Pelag. Mentitur impostor. Oppositum Noris affirmat ea pag. 121. lit. B. scribens. *Zosimus Cælestium adeo promptam Innocentii literis obedientiam atque assensum profitentem, haud damnandum iudicavit; sed ne illum absolvendum*

dum duceret, iudicium utriusque synodi Carthaginensis & Milevitanæ remorabatur; quare eumdem anathemati Carthagine ante quinquennium in ipsum lato non exemit. O te miserum, Noris, qui mendacissimi impostoris stylo fingeris ea absurda exarare, quæ tuo dudum calamo confixeras.

XXXIX. *Hormisdas Papa iniuste egit contra Maxentium.* lib. 2. Hist. Pel. pag. 476. &488. Mentitur solita fide. Ilia nequidem Norisius somniavit. Scribit pag 493. lit. D. de Maxeotio: *Insimulare Pontificem homo petulantis ingenii non veretur* &c. Legantur quæ addit 502. lit. C. Pauca ea de re idem scripsit, quæ non antea notaverint Petavius lib. 1. de Incar. cap. 18. & lib. 5. cap. 2. & Vasquez disp. 15. de Incarnatione, quibus plane similiter de Maxentii causa Norisius disseruit.

XL. *Papa Vigilius imprudenter se gessit in Synodo V.* pag. 674. dissert. de Synodo V. Peream si hæc apud Norisium leguntur. Dixit Vigilio verti vitio inconstantiam (erat ea quæstio facti, non dogmatis), cui tamen querelæ adductis verbis doctissimi Marchæ obviam ivit.

XLI. *Doctores scholastici sunt reprehendendi, non commendandi.* pag. 892. 934. 947. 960. 961. 974. 982. 983. 985. Nænias ac fabulas narrat. Lege responsionem ad Germanitatem I. Quod Norisius plerosque scholasticos deserit, S. Augustini ac plurium Patrum sententiæ adhæsurus, ridiculam illam æque ac falsam propositionem Norisio appingit.

XLII. *In libro Henrici Noris nullæ sunt contradictiones, quam ego nunc affirmo & confirmo uti absolutam & approbandam.* O capitulum lepidissimum! Adeone mentis inops tibi Norisius videtur, ut ex proscriptione libri Risbrochii, in quo plurium contradictionum insimulatur, se omni earumdem suspicione absolutum putet? Non est Romanis iudicibus curæ, num quis sibi, sed num quis fidei catholicæ, aut Christianæ disciplinæ contradicat. Scio Risbrochium viginti antilogias Norisio apponere. Sed, Deus bone, quam mendaciter, immo quam inepte! Unam & alteram excutiam, ne rerum fabularium narratione lectori serio fastidium ingeram. Risbrochius pag. 356. num. 6. ait Norisium in Hist. Pelag. lib. 2. cap. 11. scribere Vincentium Lerinensem detorsisse literas Cælestini in favorem Lerinensium; at in Vindiciis pag. 1204. opposi-tum docuisse. Audias, quæso te, Norisii verba pagina illa 1204. lit. B. nam hic testatur Vincentium *easdem sibi faventes iactasse*. Ideo sensum detorsit in favorem Massilieosium, ut sibi, qui Massiliensibus similiter sentiebat, easdem favere iactaret. Hæccine est Norisii antilogia, aut potius concors constansque sententia? Ibidem num. 17. scribit Norisium in Historia Pelagiana affirmare libros de Peccatorum meritis & remissione nuncupatos fuisse Marcellino; at ibidem pagina 76. Norisium asserere librum de Natura & gratia dicatum fuisse ipsimet Marcellino. Vah putidas imposturas! In primis si Norisius affirmat Augustinum utrumque opus Marcellino nuncupasse, non est antilogiæ incusandus, cum idem de eodem haud simul & neget & affirmet. Verum nusquam dixit librum de Natura & gratia Marcellino dicatum fuisse. Hæc scribit lib. 1. cap. 6. pag. 64. lit. D. *Statim iustum eidem volumen opposuit, quod de Natura & gratia inscriptum, iisdem adolescentibus, qui Pelagianum librum prodiderant, nuncupavit*: nempe Timasio & Iacobo. At pag. 76. lit. D. scribit: *Cum Marcellinus occisus fuerit, antequam Orosius in Africam appelleret, & Augustinus librum de Natura & gratia elucubraverit, profecto paulo ante ex Africa in Palæstinam Orosio* &c. Itaque dicit obiisse Marcellinum, antequam sanctus Doctor scriberet librum de Natura & gratia. Et tamen Norisius fingitur ibidem affirmare Augustinum laudatum volumen inscripsisse mortuo ante annum Marcellino. Hac plane arte fallaci poterat impostor non tantum viginti, sed vicies mille antilogias Norisio affricare. Eadem mendaci manu ceteræ contradictiones confutæ sunt.

Propositio XLIII. *Henricus Noris in suo tomo nullas hæreses, nec errores sancto Augustino attribuit, nec eum cum Calvino & aliis hæreticis interpretatur.* Hoc plane de se Norisius iure ac merito prædicare potest; nam quæ illi errorum somnia imputantur, in responsis ad Germanitates diffla-vi. Hæc de Norisio scribit P. Paschasius Quesnellus, non quidem palpans, sed cum Norisium erroris incusat tom. 2. in notis ad epist. sancti Leonis pag. 848. col. 2. *Integram porro epistolam vel non vidit, vel non attendit, vir doctissimus Henricus de Noris inter primos sancti Augustini discipulo & defensores, etsi scriptorum tempore postremus,*

merito

merito numerandus. Næ si Norisius hæreses sancto Augustino impegisset, ioter sancti Doctoris discipulos ac defensores eruditorum iudicio censeretur?

Quis hisce lectis non intelligat, quanta isti homines invidia, immo rabie æstueot, dum Norisium tot mendaciorum plaustra eructaotem ioducuot? Mehercle invictam illius Scriptoris causam produnt, quam nisi dolis, præstigiis, ac imposturis oppugnaot. Ita hanc pseudepistolam, hinc fictitiam palinodiam, hinc ridiculæ Apologiæ frontispicium Norisii nomine per dolum incrustantes, evulgaruot, quo detestabili facto frontem ac conscientiam, immo Dei homioumque timorem se posuisse monstrarunt, ut summo mihi iam dedecori esse putem, qui cum hisce fallacissimis ac mendacissimis impostoribus manum conferens, teterrimo, quem tot undique calumniis exhalaot, fœtore memet iofecerim. Quare ex tam lutulento cæno pedem iam tandem retrahens, adversus pseudepistolæ fictorem, Hieronymi in altero in Rufinum libro verbis concludo. *Stylum* Norisii, *qualiscumque est, & formam eloquii vir* mendacissimus *exprimere non valuit; sed inter ipsas præstigias & alterius personam, qua se fraudulenter induerat, quis esset, ostendit.*

FINIS.







